

2.a. 5-10



0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29

2400 40.  MADE IN SPAIN

YL-5139



ZACH. I. IRA MAGNA EGO IRASCOR SUPER GETES. ET SAGITAS MEAS COMPLEBO IN EIS DEV 32.

D^o DIONYSII
CARTHUSIANI OPERVM MINORUM
Tonus Primus, cui hæc insunt.

Compendiū philosophicū Lib. I. Epistola, qua de quibusdam ratio-
nem reddit, I.
Compendiū Theologicū Lib. I. De natura eterni & veri dei Lib. I. De autoritate Pape & generalium
De donis sp̄is sancti Tract. III. conciliorum Lib. III.
De laudib⁹ suplaudiv⁹ dei Lib. I. De regimine præsulum, Lib. I.
Laudes passionis amarissimæ I. De vita & regimine archidiacono
S V Christi Lib. I. tum / Lib. I.
Inflammatorij diuini amoris Lib. I. Cōtra pluralitatem beneficiorum Lib. I.
De sacramento altaris Dialo. I. De Simonia / Lib. II.
Expositio MISSÆ Lib. I. Contra ambitionem / Lib. I.
De sacra communione frequētā De vita canoniconum / Lib. I.
da Lib. I. De plurimum Beneficiorum usurpa-
De sacramento Eucharistiae Ser-
tiones VI. De vita curam animarum haben-
mones / Lib. I.
De munificentia & beneficijs
dei Lib. I. De veneratione sanctorum Lib. I.
De distantia perfectionis diuinae & De institutiōe scholasticorum Lib. I.
humanæ Lib. I. De prædestinatione Lib. I.
De laudibus gloriose uirginis MA De particulari iudicio singulo-
RIAE Lib. III. tum / Lib. I.

Apud sanctam Vbiور Coloniā Iohānes
Soter excudebat, Anno M. D. XXXII.

Cum gratia & priuilegio Cartariorum
ad sexennium.

UNIVERSITATIS



CONVERTE NOS DEVS SALVATORIS NR: ET AVERTE IRA TVAM A NOBJS PSAL 84

Encomium D. Dionysii Carthusiani, cognomento doctoris extatici,
autore Alardo Aemstelredamo.

Si bona pars sacræ scripturæ creditur esse
Afflatus superum numine proueniens,
Quo sine celestis frustra penetralia mentis
Vestiges, acri præditus ingenio,
Iure sibi excelsam Dionysius occupat arcem,
Qua sacer aethereo spiritus axe uenit.
Sæpius extaticus plus septem permanet horas,
Viuit, & est uitæ nescius ipse suæ.
Haud equidem sine mente reor, sine numine diuina
Corpo seclusa est mens fruitura deo.
Redditus inde sibi, celesti numine plenus,
Plenus & afflatus spirat ubique deum.
Tum sacra diuina diffundit pectora uerba,
Quæ damus his doctis excutienda libris.

Eiusdem Phalecium.

Ne damnes, Iaceres' ue, rideas' ue
Quod sit plana phrasis, stylusque simplex,
Non ascitus, & hinc & inde sumptus,
Istis quo Dionysius libellis
Conscriptis rudiusculis sit usus.
Nam uili pretiosiora sæpe
Testa materiaque continguntur.
Ornari quid opus, modò doceri
Res contenta fatis sit expertentis?



D. DIONYSIUS DOCTOR EXTATICVS
Ex omni fratre Officij S. Trinitatis
ponit h[ab]et iste expurgatio[n]is
ad precepta Indicis Expurgatorij
anno 1542. Ideo dicitur
anno 1542.

Emman[uel] Radialis.

SANCTISSIMO IN

CHRISTO PATRI AC DOMINO, D. CLEMENTI

VII. Romenæ sedis atque uniuersalis ecclesiæ diuina prouiden-

tia pontifici, Frater Petrus Leydensis Carthusiensium in

Colonia prior, post oscula pedum sancti

tatis se se commendat.



IRVM FORTASSE MVLTIS VI
debit sanctissime pater, quod primitus ego mo-
nachus, atque adeo eremita, apostolicæ austim scri-
bere celsitudini. Vix haec in te tam lôgè à me est
turgida quævis præsumptio, q[uod] à sanctitate tua
omnis abest elatio. Quare sicut beatitudinis
tuæ excellētia filiū nō spernit: ita paruitatis meæ
humilitas patrem accedere nō metuit. Quis enī
ad patrē filio accessum uetus? Quis filio irascat,
patrem si diligat, si suggerat eidē, si deniq[ue] quod in rem sit utriusq[ue] consulat? Mihi ne formidem ut quis succedit (ubi o[ste]s & ecclesiæ n[ost]re bra & tui surmis
filii) si, ut corpori, ut fratribus meis, ut filiis tuis ægrotis, cura sanitatis: à pa-
ternitate tua adhuc est, tuę supplicem sanctitatis. Quid uelut præsentit reor
sanctitas tua. Neq[ue] enim meæ tantū, sed multorū filiorū ne dicam omnium
nomine, beatitudinem tuam conuenio. Curā quā exposcimus, REFOR-
MATIÖNEM uocamus ECCLESIAE. Ad quam licet permulta
sunt quæ beatitudinē tuā nō tā inuitare debeant q[uod] stimulare: operæ pretiū ta-
mē est, quid nos quoq[ue] piosq[ue] omnes moueat, nō tacere. Cur audeamus o[ste]s
pro ecclesiæ integritate reparanda, concilium ut statuatur generale, tuę san-
ctitati supplicare, primum sanè ac præciputum est, quod cum omnes, tum
potissime tuam deber excitare sanctitatem, gloria dei. Quæ enim (licet omni-
bus in dominice uineæ cultura operandū sit) adeo debet zelus comedere do-
minus dei, atque tuā sanctitatē pater? Quippe cui rerū summa à deo cōmissa ē.
Cui dictum est, Quicquid ligaueris super terrā &c. Qui iussus es dominicas
pascere oues. Cui potestatis cōmissa est plenitudo. Qui Christi agis uicari-
um in terris, de cuius manu requiretur quæcumq[ue] perierit anima. Quocirca
uide beatissime pater, quanta sint quæ te uel cogere debeant, ut pro anima-
bus deo reducēdis conciliū statuatur, idq[ue] propter gloriam dei, ad quam tu
præ ceteris quærendā tam es addictus, quantū mortalibus cunctis uerius tu
omnium præfas. Quid, quod ad tuū quoq[ue] officiū attinet scandalū amo-
nere pusillorū, ignorantū clamare aliud q[uod] PAPÆ conciliū colligere me-
ruit. Sanctissimus reformationē non quærit. Christi uicarius p[ro]p[ter]as & pup-
pas renuit deserere. Cleri lasciuiam pontifex non corrigit. Animarū per-
ditionē apostolicus nō sentit. Rector ecclesiæ, cōcilii remedia nō admittit.

a ii Ha

Hæ beatissime pater calunię, quātū putas nos piosq; oēs, q; de tua sanctitate longe aliter sentiunt, exulcerant: quantum ue ediuerso eos, qui tuam sanctitatem ignorantēs hæc credunt, scandalizant: Num propter gloriam dei non satius foret uel hoc scandalum tollere: & quām iniuste derogetur sanctitati tuæ, quamq; plane mētiāntur omnes, qui curiam tuam & auaritiae & luxuriæ obnoxiam ferunt, omnibus nō tam conatu quā factō monstrare? Itaq; sit uel hoc nō inter nouissima, quod ad ecclesię reformationē manū tibi admoueat, uidelicet famæ tuæ purgatio: quę uel propterea tam impie laceratur, conspuitur atq; traducitur. Adeo enim hæc opinio omnium penē gentium animos obsidet, ut nisi concilium institueris generale, aliud nunquam, quām ecclesiæ reformationi aduersari papam credant. Quod quā fōret impium, si uerum esset: imo quā inique in te dicatur, si (quod sentimus) fictum sit, tu pater cōsidera. Evidem taceo, quod à plerisq; tuæ sanctitatī infestis, perperam euulgatur, non adsentiri posse ad seruandum concilium & papam & pontifices, utputa sacramento astrictos. Absit à piorum cordibus hæc credere. Est tamen aliud præterea, quod ad conciliū uniuersale congregādum æque urget, statuum uidelicet omnium generalis corruptio: cui haudquaquam medebitur quispiam, nisi concilium cōsensusq; coeat oīm. Quid enim in ecclesia non est contaminatum: quid non corruptum: quid non inuersum: Quid inter ecclesiasticos integrum hodie perseuerat: Quid inter nobiles manet decorum: quid syncerum inter plebeios: Confusa, colapsa, infecta, uulnerata, mutila & polluta sunt omnia. A planta pedis usq; ad uerticē capitis, non est sanitas. Vide ergo noster beatissime pater, quā sit necessariū sapientiū cōsilio, piorū adminiculo omniū, atq; adeo uniuersi cōtus fideliū unanimi consenſu, mortua resuscitare, fracta reparare, restaurare abolita, exterminare impie introducta, destruere uitia, iniqua p̄sequi, bona amplecti. Nō hic recēso sectas & hæreses ab ecclesia discedentiū. Taceo dogmatū impietates. Calūnias hæreticorū p̄termitto. Hec tātū ante oculos sint tuę beatitudinis queso, quām misera sit animarum strages, quām impia simplicium seductio, quām nulla in ecclesia obedientia, quām nulla uirtus in hominibus, quām corrupti mores nobilium, quā effrenis luxus sacerdotum, quām detestabilis prælatorū fastus, quāta monachorū petulatia, quāta plebeculæ cōmunis arrogātia, quām otiosa, quā corrupta, quā deniq; pñicio fa diuitum uita. Hec pater sanctissime, nunquid nō sunt corrigēdas pfecto maxime. Verum prohibebit fortasse sanctitas tua, ne hæc deinceps fiant. Quasi hæc nō fuerint iam olim uetita. Quando ecclesiæ defuere præcepta? Quæ leges, uitia non prohibent? Contra peccata omnia probe sanctum est, sed minus bene obtemperatur. Nunquam refloreat ecclesia, si altere ablque altero existimabitur reformandum. Omnibus succurratur necesse est, quia omnia languēt. Id autem quomodo fiat, nequaquam melius quā omnium statuum congregatione consultatur. Status statum, ordo ordinē,

uir uirū

uir uirū accusat, sed qui melior fiat, nemo est. Arguit omnes, sed nemo se ipsum reprehendit. Reformationem optat unuſquisq; at à scipio quis incipit? Quia igitur oēs lapſi sumus, & nemo scipsum erigit, colligamur in unū uniuersi, & sub te patre potiora ecclesiæ membra quomodo corrigantur, omnes consultemus. Absit à patre, ut filiorum desideria tam pia non laudet. Clamat pro concilio uniuersi. Optant quō deo (cuius tu prouidentia p̄fides) queant reconciliari. Non per te stet quo minus procedat quod unus maxime potes promouere. Moueat te dogmatum impiorum uarietas, mo ueant hæreforum classes, excitent te abusorum fœditates, & ut multa simul dicam, bonarum institutionum te uulnerent inuersiones, legumq; ac traditionum sanctarum transgressiones: Quibus omnibus aut in nichil mutandis, aut planè abrogandis, ac nouis denuo instituendis, cōsulto opus esse generali concilio, negare quis poterit? Nā & si de his quę fidei sunt, de his quoq; de quibus semel pronunciauit ecclesia, dubitari non debeat: expedit tamen non raro, propter mutationes temporum & hominum, ea quoq; quę olim & probe instituta fuerant & religiose seruabantur, nunc aut moderari aut mutari, aut penitus tolli, præsertim ubi præcepta solum in anima rum sunt laqueum, puta quę à nemine seruantur, aut ut uenatio pecunaria possit suspicari, pro nummis relaxantur. Certissimum est, quod beatitudini tuę non minus ac piis omnibus bonarum institutionum siue abusus siue contemptus, æque ut impietates displicant: quādoquidē tam multis boñæ etiā spei hominibus hæc ansam præbēt ab ecclesię unitate ab obediētiaq; Rom. ut desciscat. Hæc ita esse cū nemo ignoret, q̄s est, q̄ suas fœditates nō propugnet, uel saltē mordicus teneat: Crebrescūt mala, augenturq; quotidie. Spernitur clerus. Exosa habentur monasteria. Sed interim nihilominus ab omni clero ita uiuitur, ut uita eorum scandalizans, prorsus indigna sit quę diligat. Præstet laicus bene uiuēdo, & suis tūc gaudeat immunitatibus. Verum beatissime pater, hæc quidem lugenius, sed mederi nō possimus. Tuū est remediū ponere. Tuū est o pater, qui gregis dominici es pastor & custos, omnes ad uniuersale incendium extinguendum, quemadmodum olim à patribus factitatum est, conuocare. Contagiosa hæc lues lo-gius grassata est, quām ut absq; generali reformatione possit eradicari. Ad est nunc tēpus ad hoc maxime opportunum: nempe quando curi hæretici tū omnes cōcilium uniuersale desiderant. Siquidem nifimores corrigantr omnium statuum, maxime autem prælatorum, frustra speratur ut hæreses abrogentur. Accedit præsidio, quod Imperatorē habemus Christianissimū iuxta ac potentissimum: qui ut nemini iusta negat, ita pontificibus & clero maxime, quæ sunt illorū, tribuit. Quē nisi haberemus beatissime pater, de fide, de dei cultu, de religione, de obediētia deniq; Romanæ ecclesie penitus iā actū foret. Vey ut dixi, Imperatorē habemus, cuius & boni ament uirtutē, & mali tremant potentiam. Nam quis à mille annis religione, iusti-

a iii tia;

tia, pietate, integritate, ut opes interim, potestia regnaque; taceam, hunc Imperatorem uicit unquam? Quis fide, mansuetudine, prudentia Carolum V. (quem diuina utinam uirtus faciat nobis immortalem) antecessit? Imo quis comparari meruit? Ut & haec addamus, Romanam sedem quis adeo ueneratus est? Quanta pietas in deum uel inter haec tempora pessima in eo hactenus enuit? Quanta religio, quam sincera deuotio in ipso inter impios etiam, & in deum pariter ac ecclesiâ perfidos perseverauit? Hic cù périnde cōciliū desideret, nec illo plus ecclesiæ reformationē quispiā optet, utputa qui pro deo, pro fide, pro ecclesia, pro pace & tranquillitate imperii, & opes & uires, ultiro impendat, labores & contemptum sustineat, inobedientiam atq; rebellionem suorum dissimulet: quid putas faciet, si uniuersit ecclesiæ cœtus conueniat: si de moribus sanctis, si de piis dogmatibus, si de abusibus tollendis, si de corrigendis uitiis tractetur? Haec tenus ferè solus pro his à consorte imperii, à prolibo, à patria, ab amicis, à subditis penè exul, & saepe inter inobedientes ut alienus, cù sit princeps omniū, defudat: qd faciet, cù patrè ecclesiæ: cù Christi uicariū propter ecclesia reformationē uiderit se humiliare, gloriā spernere, pecuniā scōtēnere, atq; seipsum quoq; & cardinales reformādos cōciolio generali submittere? Quam lōga in tēpora ueniet tūc nomē ò pater beatissime tuūsquot seculis adhuc huius Clemētis celebrabitur clemētia, si Curia tua, si clerus, si monachi, si deniq; oēs te pastore, te pontifice reformētur? Hæc quomodo fiant, quō instituantur, quomodo seruentur, beatissimus pater nostri ordinis Dionylius, secretorū diuinorū dum uiueret familiariter conscius, & in sacris literis non minus illuminatus quā doctus, probè conscripsit. Siquidem hanc necessitatem (quae ipsius quoq; temporibus licet minor atq; modo nō defuit) prouidit: scribens propterea statui omniū quō suum unusquisq; decorem seruer incōtaminatū, stilum accōmodauit & tempori & professioni. Maior etiā illi cura fuit corda quam aures mulcere: propterea stilo usus est scholastico, nec admodum exacto: in quo tamē quāta fuerit in iuro dicendi uis, quāta deuotio spiritus, quanta deniq; persuadēti efficacia, facile sentitur. Huius lucubrationes & opera (licet penè restent innumerā) ut huic sancto ecclesiæ negotio nos quoq; inserviamus, B.T. pater sanctissime offerimus, nostri cōmēdationē & apostolicam bñdictiōnē à sanctitate tua humiliter postulantes.

Quā omnipotens deus ad ecclesiæ renovationem confortet, atque inclūmem diuq; felicem ad gloriam suam conseruet.

AMEN.

(*)*

PROPOSITIONVM AR-

TICVLORVM QVE, HOC EST, OMNIVM QVAE HOC PRIORE D.

Dionysii à Rickel Carthusiani operum Tomo continentur, Elenchus.

COMPENDIUM PHILOSOPHIAE, SIVE ELEMENTATIO

philosophica, continet propositiones CXL.



- 1 RECIOSIOR est sapientia curatis opibus. Procedunt. fol. 4.a Philosopha uarijs modis accipiunt, & iuxta hoc multipliciter difinitur. Ibidem
2 Quicadmodū philosophia multipliциter sumitur, ita & varijs modis atq; in multis partes seu species ditidetur. Eodem
3 Philosophia proprii sumpta in tres partes diuiditur, puta in naturali, ethicam ac mathematicam: strūctus uero accepta in physica, mathematicam metaphysicam partitur. fol. 2.
4 Septem sunt artes liberales, inter quas nec artes mechanicæ, nec physica & metaphysica computantur. Ibidem
5 Quinq; sunt prædicabila, decem prædicamenta, quatuor prædicta. Ibidem b
6 Hæc nomina actus, potentia, causa, principium, habitus, essentia, substantia, esse, natura, uirtus, mensura, forma, materia, primū, secundū & consummatio multa, uarijs modis tam in philosophia q; in libris theologicis accipiuntur. Ibid.
7 Actus multipliciter sumitur. Ibid.
8 Potentia in potentiam actiū ac passiuū diuidit, ac pluribus sumitur modis. Ibid.
9 Causa describitur, ut eū esse sequi est aliud. fol. 3.
10 Varijs modis causa diuiditur. Ibid.
11 Principiū est id, a quo aliquid incipit, productus aut procedit. Ibid.
12 Habitus secundū unā acceptancem est unū decem prædicamenta, secundū alia est species qualitat̄, secundū tertī est postprædicamentū. Eod. b
13 Essentia appellatur id, a quo fluit esse tantū a causa interna ac formalī principio. Ibid.
14 Substantia primo ac proprie sumpta dicitur res per se subsistens. Ibid.
15 Eos & esse multipliciter accipiunt ac diuiduntur. fol. 4.
16 Vnū & uer, ac bonū, convertibilia sunt cū ente & ratiōe, nō re distinguunt ab illo, atq; ab invicē. Ibid.
17 Natura pluribus modis accipitur, diuiditur ac difinitur. Ibid.
18 Virtus sumitur multis modis. Ibid.
19 Mensura aliquando transcendenter accipitur. Ibid.
20 Forma à formando aut informando nomen accipit. Ibid.
21 Materia appellaꝝ quæ recipit esse à forma. fol.
22 Primiū & secundū correlatæ dicuntur. Ibid.
23 Quatuor sunt causæ rei naturalis, & tria principia eius in fieri, ac duo in esse. Eod. b
24 Formæ substanciales naturaliū res uere affluerunt esse partim ab intra, & partim ab extra, difficulter tamē est q̄liter hoc ipsum sit intelligēdū. Ibid.
25 Omnia corporaliū res materia est aliquo modo una, & aliquo modo diversa. fol. 6.b
26 Materia aut̄ non est de efficiencia materialiū substancialium, aut est pars minus principals efficiencia earundem. fol. 7
27 Materia primā nō posse stare nudam, communis assertio est. Ibid.
- 28 Individuationis principiū, causa seu ratio est id, a quo individuum habet esse limitatum & singulare, unum numero. Ibid.
29 Elementa in mixtis quodammodo manent, & alijs quo modo non. Ibid.
30 In eodem cōposito non nisi unā confitit formā substantialē, probabilis est opinio: quod tamē multis rationibus & experimentis uidet cōtra anima. Ibid.
31 Totum & pars varijs modis accipiuntur & diuiduntur. Ibid. b
32 Fermarum substantialium diuersi sunt gradus ac ordines. Ibid.
33 Mineralia nuncupantur quae ex minetis gigantē in terra. Ibid.
34 In corporibus mixtis non est per se, & a cōmixtio, nō concurrent & confluunt quatuor elemēta, ibi.
35 Reputia, gressibilia, uolatilia & natatilia, ab invicē distinguntur. Ibid. b
36 In omni ente creato, cōpositio, distinctione, ac nulliplicitas aliqua affliguntur. Ibid.
37 Simplicitas duplex est, una actualitas, alia potestialitas. Ibid.
38 Quæsto ista an esse & essentia in rebus creatis realiter distinguuntur, uide difficultas & pro utraque parte probabilis: attamen uerius reor q̄ naturaliter idem sicut. Ibidem
39 Quādam sunt difficulter cognoscibilia, propriez̄ & eminentiam entitatis, quādā ob sicut entitatis deficientiam. Ibid. fo. 10. b
DE ANIMA.
40 Cognitioni animæ rationalis uelmenter excelleter, conferre ad contemplationē creatoris, atq; agitatio noticiam universi. fol. 11.a
41 In anima rationali sunt quinq; sensus exteriores, ac totidē (ut probabiliter fertur) interiores. Ibid.
42 Duplex intellectus consistit in anima, pura agens & possibilis. Ibid. b
43 Anima humana uere est rationalis & intellectiva formaliter. Ibid.
44 Rationalis anima, nō sic est corporis forma, quia etiam illud informādo est elevata, & in se congruerit subsistens. fol. 12. a
45 Nō est necesse homini in omni actu intellegerephantiam aliquod speculari. Ibidem
46 Absurdissimum fuit error Averrois, in cūctis humanis eundē numero inelle, cū ponentis. fol. 13. a
47 Rationalis anima secundū veram philosophiam est immortalis. Ibid.
48 Difficile est uere exprimere quid Aristoteles sentiret de anima rationali immortalitate. Ibid. b
49 Rationalis anima est quāli colligatio, horizon & cingulus entium ordinis universi. fol. 14. a
DE CORPORIBVS COELESTIBVS.
50 Corpora coelestia Plato & eiꝝ prædecessores atq; sequaces cōmutter opinati sunt esse naturelementaris: Aristoteles uero probauit tenetū op̄positum. Ibid.
Materia

A R T I C U L O R V M I. T O M I O P E R V M

- 51 Materia proprie dicta in corporibus celestibus 77
est ponenda. fol.15.a
52 Causam incorruptibilitatis celestium corporum ui-
detur Plato melius assignasse Galil. ibi.
53 Excellentes philosophi corpora celestia anima-
ta dixerunt. cod.b
54 De motoribus ac motibus, & numero celestium
corporum, multiplex existit opinio. fol.16.a
55 Præterea de motibus celestium corporum multiplex 79
& diversa sunt philosophorum opinio. cod.b
56 De numero quoque orbium opiniones sunt variae. ibi.
57 Varij ac distincti sunt effectus celestium orbium
luminariumj eorum. fol.17.b
58 De celestium orbium mutua propinquitate, spissitu-
dine, graditate, cōproportione, certas sententias re-
ferare, imbecilitatem transcendentis inquisitionis hu-
manae. fol.18.a
59 Certum est sphaeras celestes esse perspicuas, non 62
aut sic certum est an celum visibile sit. cod.b
60 Planetæ coordinati sunt locis, proprietatibus, co-
loribus coloriformibus, & luminibus, influentijs, 63
motibus effectibusq; distincti. ibid.
D E I N T E L L I G E N T I A S.
61 Intelligentia in universitate ac ordine creaturarum
tenet primatum, tanq; inter creatura prima causa
similior, ceteris perfectior. fol.19.a 84
62 Differentia intelligentiarum ab iniucem penes hoc
attendunt, q; magis aut minus fortiter sunt de actu
aut potentia. cod.b
63 Quāuis intelligentie simplices appellentur, aliqua
tamen in eis compositio ponitur. ibid.
64 In intelligentiis non uidetur materia proprie-
tate esse ponenda. ibid.
65 Intelligentia est sua efficta, q; id est de se ipsa. fol.20.a
66 Numerus intelligentiarum secundum philosophos su-
mū penes numerum celestium orbium qui mouentur,
aut penes numerum motuum celestium corporum. ibid.
67 Quod à theologis dicitur angelus, hoc à philo-
phis substantia separata & intelligentia nuncupatur.
cod.b
68 Intelligentia ab iniucem specificis distinguuntur,
quemadmodum cœli & orbis planetarum. ibid.
69 Intelligentia & anima rationali poterit ab iniucem
& ab essentijs subiectorum suorum realiter distin-
guuntur. ibidem
70 Non congruit in intelligentiis intellectu agentem
& possibiliter tanq; realiter differentes potentias
ponere: attrauen intellectu & voluntatem in ipsis
ab iniucem realiter fecerint, est rationabile. fo.21.a
71 Omnis intelligentia ab eo intelligibilius specie-
bus, itemq; intellibilius sc̄ientijs exitit plena, per
quas tam superiora q; inferiora cognoscit. ibi.
72 Intelligentia in cognoscendo assimilantur cause
primæ. cod.b
73 Nulla intelligentia ex lumine naturali ac propria
potestate intellectuali, ualeat intelligere causam pri-
mam plene & cōprehensive, seu quātū ad q; est. ibid.
74 Qis intelligentia absolute loquendo finita est. fo.22.a
75 Non uidetur natura rationalis anima repugnare,
neg; per naturā impossibile esse, intelligere in hac
uite substantiam separatam clare & immediate
quantum ad quid est. ibidem
76 Beatis tam intelligentia q; anima intellectu
in actu intellectus & contemplatione prime cau-
se consistit. ibid.

D E D E O

- 99 Virtutes morales in genere dicuntur duodecimi. ibi.
100 Passio proprie est motus seu affectu sensitivi ap-
petitus: que inquantu est naturalis motio quæda,
ne cū appetibili est negligibilis. cod.b
101 Nomina passionum multipliciter capiuntur. ibid.
102 Anima prudens, sapientia, uirtuosa, est sicut regnum
bene dispositi, regio pulchra, & quoddam uniuersum,
ppter qd homo minor mīd uocat. fo.22.a
103 Virtutum quedam sunt intellectuales, quedam mo-
rales, quedam diuinæ, theologicæ quoque nonnulli
la, & aliquæ cardinalis. ibi.
104 Finis uitriū est felicitas, quā homo in omnibus
debet præcognoscere, intendere ac summe appre-
hendere. cod.b
C O M P E N D I U M T H E O L O G I A E C O N-
tinet propositiones 159.
Comparete uobis sapientiam sine argento, & col-
lum vestrum subiecte iugo eius. Proemium
DE THEOLOGIA.
Q Vicquid in Elementatione philosophica de
deo inductum est & probatum, in Elementa-
tionem hoc theologica est tanq; utrum
oratum presupponendum. fol.30.a
D E D E O.
1 Rite ac clare intelligens quod Aristoteles in pri-
ma philosophia idonee subtiliter deduxit ac cō-
probavit, puta qd deus sit purus actus, faciliter ca-
pere ualer alia multa qd theologi diffusæ ac pro-
plice in theologis libris suis pertractant, probat
& prosequuntur. ibid.
2 Deum esse simplicissimum esse purumq; bonitatē,
æternitatem, interminabile maiestatē, ens
quoq; omnifarce ac infinite perfectū, & cetera sā
expresa, euidenter & copiö testat scriptura. eoib.
3 Deus naturaliter, essentialiter, totaliter, pure ac
infinite bonus est, & bonitas ipsa. ibid.
4 Solus deus quomodolibet & omniformiter, sub-
stantialiter & per se bonus est. fol.31.a
5 Quemadmodum esse seu qui est, asserit populi
nomen dei, ita & sanctū hoc nomen tetragram-
mon, itēq; adonat. ibid.
6 Quādam cōuenientia metaphorice deo, quādam
proprie, quādam affirmativa, quādam negativa,
quādam absolute seu substantialiter, quādam relativa,
quādam substitutiva, qdā quādam adiectiva. cod.b
7 Quatuor modis aliiquid deo cognoscimus. ibi.
8 Etia ea quā proprie deo prædicari ac affirmari
dicuntur, magis proprie de ipso negantur &
afferuntur. fol.32.a
9 In libro de Theologia symbolica tractat sanctus
Dionysius de his qd metaphorice cōpetunt deo:
in libro aut de Diuini nominibus, de appellationi
bus quoq; proprie ei conuenienti: in libro demū de
diuini characteribus, de proprietatibus atq; no-
mitibus p̄tinentibus ad diuinas & increatæ personas,
ad emanationes quoq; adiutoria: in libro ue-
to de mystica theologia, de excellentissima dei co-
gnitione & uita hac, quā est per omnem ablatio-
nem & negationem de ipso. ibid.
10 Quædā magna est, an in vita præsenti possit ho-
mo intuitu cognitione deum cognoscere. ibid.
11 Sicut philosophi ex lumine naturali nouerunt ue-
te & incommutabilis deitatis unitatē, sic sancti the-
ologii ex revelatione diuina cognoverūt illi simpli-
cissimū deo uera & etiū gloriæ distinctionē. eoib.
12 Cum filius dicitur natus de substantia patris, pro-
positio de, consubstantialitatem & habitudinem
originis notat. ibid.
13 In diuinis tres res relative acceptæ sunt una res
absolute & substantialiter sumpta. fol.33.a
Filius à patre natus est nisi propria voluntate
nec

ARTICVLORVM I. TOMI OPERVM

D E A N G E L I S .

- nec necessitate, sed natura ac intellectu. Ibid.
 55 Multiplex in deo assignata potentia, qua tamē
in re est simplex & una, atq; in se uniuoce dicta:
sed per comparationem ad actus distinctos, ana-
logice dicitur. Ibid.
 56 In incomprehensibili trinitate una persona non
est alia prior. eod.b
 57 Generatio filij dei mensuratur aeternitate, & omne
tempus excedit. Ibi. 62
 58 Spiritus sanctus procedit a patre & filio, &quam
amor amorum. fol. 40.a
 59 Quamvis spiritus sanctus procedat a patre ac filio
per voluntatem liberaliter emanatione, non tamē
ut creature, nec ita q; poslit aut potuerit nō pro-
ducit. Ibid.
 60 Amor in diuinis tripliciter sumit, utputa essentiali-
ter & notionaliter ac relative seu psonaliter. eo.b
 61 Spiritus sanctus procedit a patre & filio in eo q;
unum sunt. Ibidem
 62 Quemadmodum pater & filius & spiritus sanctus
sunt unus creator, & unum effectuum universo-
rum principii; sic pater & filius duci possunt unus
spiritus sancti spirator, ac unum & id eius prin-
cipium. Ibidem
 63 Spiritus sanctus est mutuus amor, quo se diligunt
pater & filius, & huius nexus & osculum, communio &
amplexus ambor. fol. 41.a
 64 Duplex est missio spiritus sancti, puta inuisibilis
ac invisibilis; idē dicendum de filio. Ibid.
 65 Persona in diuinis non dicitur absolute. eo.b
 66 Idea est similitudo rei creabilis aut creatae in diu-
nia mente consistens. Ibidem
 67 Solus deus perfecte est aeternus. fo.42.a
 68 Quemadmodū simplicissima dei essentia, omnē
essendi perfectionē in se excellētissime comprehen-
dit, ac uarijs designatur nominibus: sic clarissima
dei scientia omnem perfectionē & eminentiā co-
gnoscendi includit, & per respectū ad diuersa obie-
cta ac uarios actus, apellatiōes plures sortit. Ibid.
 69 Prima, principalis originalis q; causa seu ratio pre-
destinationis elector, ex parte dei sumēda ē. eo.b
 70 Nec prouidentia dei mutabilibus ac contingib; cri-
rebus, nec prædestinatio aeternarionabilib; cri-
aturis necessitatem imponit. f.43.a
 71 Deus incircumscripibilis & immensus uarijs mo-
dis est in rebus. eo.b
 72 In deo liberrim est uoluntas. fol. 44.a
 73 Rationalis creatura suam voluntate conformare
ac subdere debet uoluntati diuinæ. Ibid.
 DE PRODUCTIONE RE.
 R V M A D E O.
- 74 Temporale initium productionis uisibilium &
inuisibilium creaturar, spiritus sanctus per Moy-
sen compendiose depropmt: In principio, ingēs,
creauit deus cœlum & terram. eod.b
 75 Autoritas ista, In principio creauit deus cœlum &
terrā, multiplicitate potest exponi. Ibid.
 76 Scriptura exordiū libri Genesios tractans de ope-
ribus sex dies, tripliciter potest exponi. Ibid.
 77 Doctrina dicitum spirituales creaturas uidelicet
angelos, simul cum mundo sensibili esse creatos,
uerior & rationabilior esse uidetur q; positio dice-
tum huius oppositum. fo.45.a
 78 Quatuor coequa uite recte censemur. Ibid.
 79 Cœlum empyreum sufficiet autoritate sanctioris
esse concinuitur. eod.b
- 56 q; Angelorum ordine uniuersi primū & summū obti-
nent locum secundū theologos, prout in Elementa-
tione philosophica de intelligentiis dictum est
secundum philosophos. fol. 46.a
 57 De distinctione angelorum ab inuicem luni opinio-
nes diversæ. Ibidem
- D E H I E R A R C H I S .
- 58 Angelorum tres hierarchiae & nouem ordines
assignantur. fol. 47.a
 59 Ordines mediae hierarchie coelestes dicuntur &
sunt dominaciones, uirtutes & potestates. eod.b
 60 Principatus, archangeli & angeli, chorifunt insi-
mē hierarchie angelice. Ibid.
 61 Coelestii hierarchiae dispositionē angelicorum q;
ordinum distinctionem, aliquiliter capere possum-
imus p; ea q; in terreno cernim⁹ principatu. Ibid.
 62 Assignatio distinctionis ordinū angelicorum a Diuī
nō Dionysio tradita, uerior subtilior q; uidet. f.48.a
 63 Ordo hierarchicus angelicorum spirituū consitit in
mutua cōmunicatione donoꝝ ipsiis distributor, &
in purgatione, illuminatione & perfectione co-
rum adiuuicem. eod.b
 64 Angelis sancti mutuo colloquuntur modis partum
nobis notis, partim incognitis. Ibid.
 65 Ex præordinatione ac iustione omnipotentis con-
uenient angelis homines custodi. folio 49.a
 66 Inter angelos creationē & lapsum aliqua extitit
mora, quis breuis & modica. Ibid.
 67 An angelū in solis naturalib; fuerint cōditi, au-
toius in supernaturalib; gratia donis & charita-
te, difficile ualde est certitudinaliter scire ac diffi-
cile. eo.b
 68 Aliqui angelorum mox post suam creationē per
superbiā corrueunt. Ibid.
 69 Etiam in dæmonibus quædam manet præglatio &
aliquis ordo. fol. 50.a
 70 Ordo ac prælatio in angelis sanctis cessabunt, cō-
plete extremo iudicio quo ad exteriora obsega,
non autem quantum ad distinctionē perfectionis
in donis natura & gratia ac gloria. Ibid.
 71 Angelos sanctos quidam peribent ministeria
rebus, nec prædestinatio aeternarionabilib; cri-
aturis necessitatem imponit. f.43.a
 72 Deus incircumscripibilis & immensus uarijs mo-
dis est in rebus. eo.b
 73 In deo liberrim est uoluntas. fol. 44.a
 74 Rationalis creatura suam voluntate conformare
ac subdere debet uoluntati diuinæ. Ibid.
 DE PRODUCTIONE RE.
 R V M A D E O.
- 75 Temporale initium productionis uisibilium &
inuisibilium creaturar, spiritus sanctus per Moy-
sen compendiose depropmt: In principio, ingēs,
creauit deus cœlum & terram. eod.b
 76 Authoritas ista, In principio creauit deus cœlum &
terrā, multiplicitate potest exponi. Ibid.
 77 Scriptura exordiū libri Genesios tractans de ope-
ribus sex dies, tripliciter potest exponi. Ibid.
 78 Doctrina dicitum spirituales creaturas uidelicet
angelos, simul cum mundo sensibili esse creatos,
uerior & rationabilior esse uidetur q; positio dice-
tum huius oppositum. fo.45.a
 79 Quatuor coequa uite recte censemur. Ibid.
 80 Cœlum empyreum sufficiet autoritate sanctioris
esse concinuitur. eod.b

D. DION. A' RICK.

- 81 futatue: supremo celo, per partes suas. Ibid.
 82 Animā rationalis ab eodem est effectivo
immediate creata principio à quo & an-
gelos, & ad eundem finem supernaturale
desuper ordinata. cod.b
 83 Rationalis anima in ratione formæ & do-
nis naturæ angelō extat inferior: in ratione
autem fini & donis gratia ac gloria, ange-
lo sit aequalis. Ibid.
 DE ANIMA RATIONALI.
- 84 De origine & finali institutione animæ rat-
ionalis multo alter docet scriptura, quam
philosophorum phalanx. 53.a
 85 Sicut de primordiis animæ rationalis inti-
tutio ac fine, ita de totius mundi produ-
ctione, duratione & cōsummatio, diuer-
simode docuerunt philosophi ac sancti the-
ologi. Ibid.
 DE CONDITIONE HOMINIS.
- 86 Primos generis humani parentes condi-
didit deus, non solum in naturalibus, sed &
in gratiis donis. cod.b
 87 Sicut de angelis, ita de primis parentibus
diversa habetur opinio, an in gratia gratū
faciente & charitate sint conditi. 54.a
 88 Tam corpus Adæ ex limo terra, & corpus
Euse ex corla Adæ ab omnipotente deo ini-
miediate formatum est miraculo. eo.b
 89 Si primi parentes in paradiso præuaticati
non erant, proles utriusq; Iesus ex ipfis ge-
nita seu gignenda, post egressum ex utero
aut confectione, aut foliis nūc cursu celerius
habuissent pfectiōē sc̄iētig ac yttū in aia
soliditate q; ac robur in corpore. eod.
 90 In paradiso fuisset generatio per sexum
unionem sine libidine, non sine delecta-
tione. 55.a
 91 In innocentia statu homines à paradiso ter-
restri ad paradisum coelestem sine interme-
dia pena ac morte fuissent signallatim com-
pletō uite sua curriculo, mox translati. Ibid.
 DE PECCATO ORIGINALI.
- 92 Originale peccatum est priuato originale
iustitiae ac gratiae debet inesse, ad quod
multiplices penas inflictæ sunt & conse-
quentæ in homine. Ibid.
 93 Peccatum originale formaliter unum est,
materialiter plura. eo.b
 94 Effectus ac penas originalis peccati multi-
plices sunt & graues. eo.
 95 Originale peccatum dici potest peccatum
naturæ, quemadmodum actualē pecca- &
dicitur peccatum personæ. eo.
 96 Originali peccato nos debetur post uitam
hanc penas sensus, sed pena damni. 56.a
 97 In statu innocentia fuisset in paradiso dispa-
ritas hominum in naturalibus accidentiali-
bus atq; gratiis. Ibid.
 98 Fuisset præterea in innocentia statu ordi-
nata præfatio. Ibid.
 99 Paradisus terrestris est amoenissimum fructu
osissimum & quietissimum locus, parsq; ele-
uatisima terre. eod.b
 100 Diversitatem animalium rationalium in apti-
tudine & capacitate, in inclinatione & inge-
nuitate ad scientias & uirtutes afferunt
quidam cauari ex diuersa corporis disposi-
tione, alij ex ingenia animarum instituto-
rio. Ibidem
 101 Animæ à corporibus separata, uarijs modis
ac multa cognoscunt, quæ antea non noue-
runt. cod.
 102 Antiqui sacratissimi celeberrimi docto-
res ecclie, tam Latini quam Græci, iude-
cibus scripturæ canonice autoritatibus mo-
ti, inducti, conuicti, concorditer fasilius
uniuersa coelestia corpora esse elementaria
natura, atq; ex primordiis materia in exor-
dio creata, esse formata. 57.a
 103 Coeli à diuersis theologis diuersimode nu-
merantur. 58.a
 104 Anima rationalis ad sui creatoris imaginē
ad similitudinem est creata: similiter & ho-
mo. Ibid.
 105 Omnipotens deus in numero, pondere &
mensura constituit uniuersa. eo.b
 106 Imago & similitudo dei tanto eminentiā re-
splendit in intellectualibus creaturis, quant-
o ipse intellectualis creaturæ sunt excellē-
tioris specie perfectiorisq; gradus, & ordi-
nis altioris. 59.a
 107 In omnibus creaturis specialiter manifestat,
resplendet, & attenditur tria haec attribu-
ta, creatoris potētia, sapientia, honestas. eo.b
 DE INCARNATIONE CHRISTI.
- 108 Ad redimendum genus humanum, incar-
natum est uerbum dei aeternum. Ibid.
 109 Multiplex ratione sapientissime declaratur,
nullā purā creaturā fuisse idonea & condi-
guia ad redimēdū totū genus humani. 60.a
 110 Saluatorem generis humani decentissimū
fuit esse hominem uerum, sanctum & inno-
centem, totus peccati expertem. Ibid.
 111 Incarnationis verbi aeterni, maiestati & purita-
ti, incommunabilitati, & excellētiae sua destra-
tis, in nullo est derogans, sed charitati eius,
bonitati ac pietati summe & ineffabiliter
decēs & congruens. Ibid.
 112 Sapientia, omnipotētia, bonitas, caritas,
misericordia, iustitia, liberalitas dei, in sua
incarnatione ac ceteris suis humanitatis my-
steriis eminentius, magnificientiusq; respli-
dit, q; in creatione & gubernatione totus
mundi. eo.b
 113 Nō nisi uenustissimā pulcherrimā & deco-
ratissimā humanitatem decuit à verbo aeterni
no assumi. Ibid.
 114 Eodem instanti quo desuper creata est ani-
ma saluatoris exuberantissime est repleta
cunctis excellentissimis supernaturalibus
donis, eius statum, dignitatem & perfectio-
nem decentissimū. 60.b
 115 In Christo utraq; natura mansit integra &
perfecta, idcirco communicatio idiomaticū
habet in ipso locum in qua quid proprius
quid dicatur sapientialiter est penfan-
dum. 61.a
 116 Humanitas Christi se habet ad personam
uerbi assumentis instrumentum anima-
tum, proprium, coniunctum & immedia-
tum.

ARTICVLORVM I.

- rum quemadmodum corpus organicum se habet ad animam rationalem ipsum informantem, uificantem, mouentem & gubernantem. 61.b
- 139 Multa conuenient Christo ratione naturae assumpta, ut esse praedestinatum, esse facer dorem & sacrificium, esse aduocatum, intercessorem & mediatorem. ibi.b
- 140 Christus a primo suo incarnationis momen to promeruit excellentissime. 62.a
- 141 Christus caput est omnium electorum, ac totius militantis ac triphantis ecclesie. ibi.a
- 142 Passio Christi ex parte passi, summe meritoria & fructuofissima fuit. ibi.a
- 143 Anima Christi tempore passionis fuit in maximo gudio beatificis fruitionis, in uehem tissimum ite dolore passiois & copassiois. 62.b
- 144 Effectus dominici passionis multi ac maximi sunt. ibi.
- 145 In salutatore tempore passionis nulla fuit redundantia consolacionis a superiori animae sua parte in partem eius inferiorem, sensu corporale. ibi.
- 146 Tempore passiois separata est anima Christi a corpore suo, & econuerso: ideo vere mortuus est: utrumq; tamen manuit verbo eterno ac diuinæ nature unitum. 63.a
- 147 Salvator sua humilitas, crucifixione & contumeliosissima delectio meruit glorificari, exaltari, & uiuorum ac mortuorum index constitui. 63.a
- 148 Christo absolute loquendo debetur latrie cultus: atamen si secundum naturam suam, debet dulce vel potius hyperdulce veneratio sancta. ibi.
- 149 Christo conuenit nativitas duplex, & filiatione solum una. 63.b
- 150 Incarnatione potissimum decuit unigenitus dei, non patrem nec spiritum sanctum. ibi.
- 151 Passio animæ que sunt quedam affectiones appetitus sensitivi, fuerunt vere in Christo tempore passionis & ante: ac aliquanto postea. ib.b

DE INSTITUTIONE SACRAMENTORVM.

- 152 Dominus ac salvator euangelicæ legis dator & institutor, ante receplum suum a seculo isto, per ascensionem in coelum septem instituit sacramenta nouæ & euangelicæ legis, tanq; septem medicinalia uasa, per quæ virtus, gratia & meritum omnium horum que assumptis, fecit pertulity pro nobis, applicantur hominibus. 63.b
- 153 Baptismus est regeneratio spiritualis, & cæterorum ianua sacramentorum. 64.a
- 154 De essentia sacramenti confirmationis sunt forma eius atq; materia: ramen ad confitentiam alia quatuor requiruntur. ib.b
- 155 In alijs sacramentis Christus uirtus taliter per suos continetur effectus: in eucharistia autem sacramento, uere, substantialiter incomprehensibiliter consistit. ibi.
- 156 Penitentia sacramentum est nobis in hac uita maxime necessarium, & uelut alter baptismus, ac secunda post spirituale naufragium tabula. 65.a

TOMI OPERVM:

- 157 Extrema uincula sacramentum est sapientis sine institutum, ad quod quinq; concurrent, & duo potissimum ad eius essentiam pertinent. 65.b
- 158 Ordo ut est sacramentum ecclesie, est factum signaculum & spiritalis potestas, data ministris ecclesie ad consecrandum, tractandum amministrandumq; alijs ecclesiastica sacramenta ad documenta, ad prolificandum spiritaliter in ipsa ecclesia. 66.a
- 159 Matrimonium sacramentum est ceteris partum carnalibus, nihilominus spirituale, & gratia cœtum ac collatum. 66.b
- 160 Nunquam defuit humano generi remedium contra originali peccatum. ibi.
- 161 Inter sacramenta ecclesie inueniuntur excedentia & excessia, unum tamen absolute loquendo est dignissimum. ibi.

DE GRATIA.

- 162 Gratia in scripturis & dictis sanctorum uariis modis accipitur. 67.a
- 163 Gratia gratum faciens, est qualitas ac habitus supernaturalis, essentiam intellectualis creaturae perficiens, atq; inesse quoddam supernaturale dei formi, acceptio ipsi deo, & ad promerendum uitam eternam idoneo, eam constitutus. ibi.
- 164 Gratiam gratum facientem & charitatem aliqui dicunt realiter esse idem, ac solar ratio ne differre ab inuicem, alijs opinantur oppositum. ib.
- 165 Gratia pluribus modis dividitur. 67.b

DE VIRTUTIBVS.

- 166 Multiplex est uirtutis diuina. ibi.
- 167 Tres sunt uirtutes theologicæ & diuinæ, fides, spes, caritas, per quas anima rationalis deo in uita hac despontatur atq; præcipue conformatur. 68.a
- 168 Fides catolica est uirtus diuina, radius priuiae ueritatis, lumen sapientiae incertæ, intellectum iradians & inclinans ad astantem firmiterq; adhuc gredendum uiuersis que deus credi præcepit ac reuelauit. 68.a
- 169 Fides Christiana fundamētū habet firmam, & efficacissima ac copiosissima proba. ib.
- 170 Spes fidei est cōfēdētis, ne. (metra. 68.b) cœffaria ualde, nequaq; defraudat cōstanter in deo sperantem. 69.a
- 171 Timor ex spe alijsq; diversis oriens causis, multipliciter quoq; dividitur. 69.b
- 172 Charitas uirtutum omnium est suprema, & forma carum ac uita & imperatrix, sine qua nihil acceptum est deo. 69.b

¶ De donis spiritus sancti.

- 173 Septem sunt dona spiritus sancti, q; inter habet aīz post uirtutes theologicas primatum in dignitate fortia sunt. 70.a
- 174 Ad hominem ut est animal rationale ac sociale, spectant uirtutes politice. 70.b

DE BEATITUDINIBVS.

- 175 Octo beatitudines assignantur. 71.a
- 176 DE FRUCTIBVS SPIRITALIBVS
- 177 Duodecim sunt fructus ab Aplo assignati. ibi.

DE FINE MUNDI.

D. DION. A' RICK.

- Quamvis finem mundi inferioris, & diem uniuersalis iudicij nemo queat determinare certitudinaliter, p̄f̄scire, attamen quodam illos præcedent, quibus uis & cognitio, certum erit generationem & corruptiōnem in elementis & mixtis citio totaliter terminandas. 62.b

DE EXTREMO IUDICIO.

- Vniuersale est iudicium, quod Christus in natura assumpta efficit. Ibid.

DE FINALI RETRIBUTIONE.

- Sicut electi in celo empyreo omnifeliciter & gaudio inexcogitabiliter implebuntur, sic reprobri & iniusti in inferno omni supplicio, calamitate, tristitia erunt perpetue inenarrabiliter adimplentur. 72.a

DE NATVRA AETERNA ET VĒTI

- ti dei continent articulos. 62.
- Scimus quoniam filius dei uenit & dedit nobis senum, ut cognoscamus uerum deum, Prologus. 73.b

Quae sit praesentis editionis intentio: co.b

¶ de modo procedendi in opere isto. co.b

- De utilitate cognitionis diuinæ, quæ per naturæ rationem acquiri potest & discribitur. 74.a

De causa motu atq; finali huius lucubrationis. ibi.

De cognitione dei infatigabilitate requirendâ. eo.b

De moderatiori in diuinotum investigatione seruando. 75.a

An deum esse sit per se notum. Ibid.

Qualiter ex consideratione motu atq; mobilium perducantur ad unius immobilitatis, & primi motoris, qui deus est, cōtemplationem. 76.a

In quo genere causæ posuerunt philosophi deum sublimem esse primum motorem. eo.b

Quo modo intelligentum est, quod aliqui summū doctores deū dicit moueri, ac motum seu mobilem. 77.a

Quo modo ex ordine causarum atq; effectuum demonstratur esse diuinum. Ibid.

Demonstratio quod deus est ex ordine rerum in perfectione. eo.b

Ostensio, q; deum esse oporteat, ex contemplatione regiminis uiuersi. 78.a

Quotuplci uia conscientia intellectus humanus ad creatoris notitiam ex rebus creatis. eo.b

Explanatio quorundam nominum sine quorum notitia ista intelligi nequeunt. 79.a

Quod esse deo propriissime conuenit: & de qualitate seu modo esse diuinum. eo.b

Quod deus est essentialiter bonus: & q; natura dei est bonitas: & q; nulla res potest deum sit essentialiter bona. 80.a

Quid sit prius ac principalius nomen dei bonum, uelens. eo.b

Et est demonstratio per rationes naturales, q; non sive necesse possit nisi unus uetus deus. 81.b

CARTH. ELENCHVS.

- Quod deus æternus est ueritas primâ & exemplaris, omnis ueritatis creatrix causa fontalis. Ibid.

- Curdeus dicitur actus purus, & q; uile sit hoc intelligere, eō q; multa pulchra sequitur ex hoc. 82.a

- Quod deus proprie appellatur essentia, abusus autem substantia. eo.b

- An hoc nomen deus sit maxime proprium deo, uel communicabile etiam alijs: an sit nomen naturæ uel actionis seu operationis. 83.a

- De nomine domini tetragrammatoni. eo.b

- Quod deus est infinitus, & q; infinitas sit intrinseca proprietas diuinæ naturæ. Ibid.

- An deus sit sibi ipsi infinitus. 84.b

- Quod immensitas dei quatuor respicit. Ibid.

- De incircumscribabilitate dei: & quomodo deus dicitur esse ubiq; per essentiam, presentiam atque potentiam. 85.a

- Quod solus deus æternus est secundum omnipotentiam exterritatis rationem. 86.a

- De incomprehensibiliitate diuinæ naturæ & de uarijs rationibus incomprehensibilitatis diuinæ esset. co.b

- An cognitioni quam de diuina natura per ablationem habemus, sit potior ea notitia quæ per positionem deo habetur. 87.b

- Et est introductio questionis difficultis, scilicet an aliquid de deo sublimitate affirmatur & substantialiter prædicetur. 88.a

- Et est affirmatio respondens inducta ex testimonij Damasceni & Hugonis atque doctoris deuori. eo.b

- Resolutio & concordia horum quæ dicta sunt, & sibi uidetur contraria. 89.a

- Quod non obstantibus his quæ de diuinæ naturæ incomprehensibilitate & incognoscibilitate inducta sunt, ueram habemus deo benedicto & sancto notitiam. eo.b

- De simplicitate diuinæ esse. Ibid.

- De incommutabili stabilitate diuinæ essentiae. 90.b

- Quod deus æterius est uiuens uita, purissima, nobilissima, delectabilissima eterna literæ perfecta. 91.a

- Quam conuenienter deus dicitur intellectus uniuersaliter agens. eo.b

- Quod intellectus diuinus cognoscit perfecte atq; distincte æterialiter & immaterialiter omnia genera, species & individua, tā substantia q; accidentium, omnia quoq; quæ esse possunt. 92.a

- Quod in deo idem sunt intelligens, intellectus, species intelligibilis, intellectio & obiectum. eo.b

- Quod diuinæ cognitionis uaria nomina sortiur secundum diuersitatem corum quæ sub ea cadunt & comprehenduntur. 93.a

- Quod in mente diuinæ sunt res factarum idea. Ibid.

- De libertate primi entis. 94.a

- De voluntate primi principij. eo.b

b Quod

ARTICVLORVM I.

- 45 Qod quamvis absolute necessarium sit deum scire ac intelligere quicquid scit atq; intelligit, non tamen absolute necessarium est eum uelle seu diligere quaecumque uult seu diligit. 55.a
 46 An diuinæ voluntatis possit causa seu ratio assignari: an etiam semper impleatur. ibi.
 47 An diuina uoluntas sit proxima causa rerum & propria. cod.b
 48 An primum principium sit causa rerum per esse suum, seu per naturam: & qualis sit emanatio rerum a deo. 50.a
 49 De regimine & prouidentia mentis diuinæ. ibi.
 50 De omnipotencia dei, & imumentate diuinæ potentie. 57.a
 51 Confirmatio predictorum de omnipotencia dei ex verbis Dionysi, Augustini & Anselmi: de potentia quoq; dei absoluta & ordinata. 59.a
 52 Quomodo misericordia & iustitia in deo sunt. 58.a
 53 De beatitudine & infinita delectatione ac sincerissima uoluptate supergloriosissimi & superbeatissimi dei. 60.b
 54 De supersplendenti lumine, atque lucis sua claritate diuinæ essentie. 59.a
 55 An lux, splendor, lumen & radius proprie deo cōueniant, uel potius transflumine seu metaphorice. codem.b
 56 Confirmatio predictorum ex verbis Augustini, Anselmi & Hugonis. 60.b
 57 De pulchritudine summae naturæ & speciositate diuinæ essentie. ibi.
 58 De superexuberanti & superflua dulcedine bonitatis diuinæ. 60.a
 59 De desiderabilitate diuinæ bonitatis. 62.a
 60 De supereficiali & infinita sanctitate mei diuinæ. cod.b
 61 De incomparabili excellentiâ dei, eo q; de ipso & creaturis nihil dicat uniuersio: in quo declaratur q; deus nō est genus neq; in genere, nec species neq; in specie, nec individuum uel suppositum sub aliquo genere praedictam, contentum. ibi.
 62 De variis nominibus dei, quæ diversimode sibi cōuenient. 63.a
 TRACTATVS PRIMVS DE DONIS SPIRITUS SANCTI continet articulos 16.
 Quis hominum poterit scire consilium dei, aut quis poterit cogitare quid uelit deus, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum tuum de ecclesiis Proemium 104.a

DE numero & ordine donorum spiritus sancti. ibi.
 De triplici genere studiosor. co.b
 An dona à virtutib; realiter distinguuntur. 105.a
 Cur dona hæc dicuntur potius dona spiritus sancti q; patris uel filii, cum tamen operat trinitatis sint individua. ibi.
 Cur potius hæc septe dicuntur spiritus sancti, q; alia bona diuinitas data. cod.b
 Qod inter virtutes theologicas atq; mo-

TOMI OPERVM

- rales, dona in dignitate medio modo habeant. ibi.
 2 De duplicitate ac regulâ actu um humanorum. 106.a
 3 Quod sicut virtutes efficiunt hominem bene dirigibilem seu mobilem à ratione, sic dona à spiritu sancto. ibid.
 4 An dona spiritus sancti sint aliquid fixum ac radicatum in rationali creatura: uidelicet an sint habitus quædam. co.b
 5 De donis secundū doctrinā doct. deuoti. ibi.
 6 De numero & distinctione donorū inter se, secundū traditionē doctoris sancti. 107.b
 7 De connexione ac distinctione donorū secundū Anselmum. ibid.
 8 An spiritus sanctus datur eis quibus dona ipsius donantur. 108.a
 9 An dona sint connexa sicut virtutes. ibid.
 10 Quomodo intelligenda est ramificatione gratiae in virtutes ac dona. co.b
 11 Quæ sit diffinitio doni. ibi.
 12 Desubtile donorum. ibid.
 13 De obiecto donorū. 109.a
 TRACTATVS SECUNDVS DE DONIS SPIRITUS SANCTI continet articulos 16.
 Per sapientiam sanati sunt quicquid placuerit tibi de ab initio, Proemium. cod.b
 Qod sacra scriptura de triplici sapientia loquitur. ibi.
 De triplici sapientia fallaci ac uana: quam reprobat diuina scriptura. 110.
 De uaria distinctione supernaturalis sapientie. ibi.
 4 Quod sapientia supernaturalis ac theologica, ad intellectum duntaxat respiciens, nō sit donum spiritus sancti. co.b
 5 De sapientia quæ uere ac proprie est donum spiritus sancti. ibi.
 6 De bipartito iudicio. 111.a
 7 Qomodo de num sapientie à carmine donis distinguuntur: quam uirtutem theologiam sapientie de hum perficiat, ibi.
 8 De necessitate doni sapientie. cod.b
 9 De effectibus doni sapientie. ibid.
 10 An sapientia quæ est donum sit speculativa uel practica. 111.a
 11 Quod sapientie donum omnibus gratiam gratificante habentibus est, & eis datur. co.b
 12 Quomodo sapientia appellatur timor vel charitas. ibi.
 13 Confirmatio omnium predictorum ex dictis doctoris diuini. ibid.
 14 Qualiter sapientia ista dignissima acquiritur a deo: quomodo eriam augearde ac perficiatur. 113.b
 15 Quod donum sapientia & uirtus charitatis diuinæ, proportionabiliter crescunt simul atq; decrescent. 114.a
Theophilus, Gregorius quoq; Nyssenus, imo & beatissimus papa Gregorius, Damascenus etiam, Beda, Strabus, Rabanus, sed & Magister in sententijs, fateantur cœlestia corpora esse naturæ elementaris, quibus plus credo quā damnatis philosophis. Nonne etiam ignis in sphæra sua orbiculariter circulariterq; mouetur? Quod si dixeris ex agitacione motus orbis lune id ei accidere, non tamen fateberis id ei uiolenter existeret ergo ex sua natura cōpetit ei ita moueri. Qualis est igitur persuasimacula illa, q; uni simplici corpori non conuenit nisi unus motus simplex; & ite, q; aliis motus naturalis naturaliter conuenit elementis, aliis cœlis & stellis; ergo diuersæ sunt naturæ? quasi non etiam leuioribus elementis igni & aëri naturaliter congruat ferri deorsum in generatione mixtorum per respectū ad naturā univerſalē & propter conseruationē speciey uniuersi. Auerrois quoq; & Auicenā testat. An non & superiori aëris parti & cometae in ea, naturale est circūferri in gyro? Præterea primo mobili unus dūtaxat simplex cōpetit motus, inferioribus uero cœlestib⁹ corpōrib⁹ duplex; sed & planetas q; multiformes ac uarij infunt motus iuxta Ptolemaei, Albumazar, Albategu, Alphragaï, ac cæteros, in orbitis suis in epicyclis atq; eccentricis ianig; retro gradi, iam stationari, iam processu feruntur. Nunquid idem planeta tam diuersarum est naturæ? Nam & Soli quidam quatuor, alij quinq; motus ascribunt. Conformatr aquæ naturaliter competit sursum moueri in clepsydra, ut uacuum evitetur. Nonne itaq; rationaliter posset defendi, cœlestia corpora sic in elementari natura ac proprietate esse proportionata, contéperata ac moderata, ut naturale sit eis nec sursum neq; deorsum, sed circulariter circumferri, quemadmodum & eoꝝ requirit locatio & figura, præsertim per cōparationē ad uniuersalē naturæ consistentiamq; uniuersi seruandā? Nec fingere potes nec dicere, haec ex ignorantia ure philosophie proferrit, & doctores scholastici in philosophia præclaris sacerdoti, & sic esse probauerint. Etenim Gulielmus Parisiensis libro de uniuerso: Generatio, inquit, nouē celoz ex aqua est facta. Alioqui quid factum est de aqua illa, aut ubi permanit? &c. Et ite, in eodem: Declarabo, ait, firmamentū factū esse in medio aquar̄: q; si dixeris aquas ibi superuacue contineri, Respondeo tibi q; sicut in mundo isto inferiori non sunt superuacue aquæ, ex quibus factū sunt pisces, qui & conseruantur in aquis nec superuacue sunt aquæ superiores, ex quibus factū sunt cœli. Veruntamen longe subtiliores materiæ ac dispositionis nobiliores sunt corpora illa cœlestiarin grauitate quoq; & leuitate sic moderata sunt, ut nec descendere neq; ascendere eis conueniat: quod tibi mihi uide ri non debet, cum & apud nos quædam sint mixta ita contéperata, ut in medio quodā persistere ipsi sit naturale. His concordant scripta Gulielmi Antiodorensis episcopi doctoris exiūti, in Summa sua libro secundo. Sed & scripta doctoris irrefragabilis Alexandri in scripto secundi Sententiæ dicentis: Firmamentū uidetur ex informi esse materia, de qua legitur Genesim primo: Spiritus domini ferebatur super aquas. Ista hoc loco non nisi breuissime tango, quæ oīa super secundū Sententiæ diffusus introduxi. Insuper Albertus, quāuis de his hinc inde aliter scripsit, nihilominus sup secundū Sententiæ, quasi euidentissima attestatiō & auctoritate scripture sancte Genesios territus & deuictus, nō aliter ausus est loq; aut scribere: Nobis, inq; rationabilius dicēdū uide, qd ait magister: Vt pote ex prima illa informi mole facta esse cœlestia corpora; & q; materia illa in superiori sui parte rario fuit atq; subtilior; de qua rario puriori partē putantur esse aquæ quæ super firmamentum esse dicuntur, hanc opinionē lequentes, dicimus aquas super firmamentum esse firmissime propter cœlū crystallinum, quod sancti ibi esse affirmant; & dicimus q; materia huius cœli rario ac subtilior pars est illius primordialis informis materiæ. Præterea etiā Thomas, quāuis ubertim firmiter afferat Aristotelē sequens, q; cœlestia corpora non sint elementaris naturæ; attamen ista pertractans materiam, & quasi inter aquas deprehēsus, ac ueluti metuēs ne obruarit eisdem, si fecus q; docet scripture in de quid sacerdoti, ait in prima parte Summæ: Augustino testante, maior est huius scripturæ auctoritas, q; omnis ingenii humani capacitas, sic circa dicēdū, q; quomodo cunq; aut quale cunq; aquæ sint super firmamentū, nequaq; dubitandum est eas ibi esse; & sunt aquæ corporales; quales uero sint, oportet inquirere. &c. Amplius (ut Bonaventura quoq; fatetur) non debemus sacram scripturam ad philosoporum dogmata retorquere, sed econverso: Scriptura igitur ueritatis, quæ apertissime loquitur de his aquis & de productione firmamenti ex eis in medio earundem, non est ad Aristotelis retorquenda doctrinam. Veruntamen Philosophi nostri in his Aristotelem assentiunt, assignant concordantiam quandā, dicentes q; diuina scripture ac sancti doctores corpora illa dixerunt elementaris naturæ, propter similitudinem conuenientiamq; eorum cum elementis

Cœlorū genera
tionem ex
aqua confitare.

Albertus.

Thomas.

ELEMENT. PHILOSOPH. DE CORPORIB. COELE.

Augustinus
Ambrusius

elementis in diaphaneitate & claritate, ac quibusdam affectibus. Vix concordantia ista nō est nisi ad aërem & apparentiam, non ad rem & ueritatem: quia hunc sensum sancti patres excludunt ac reprobant, beato Augustino libro de Trinitate dicente: Quidam præter humum & humorē, i. terrā & aquam, & præter aërem, & ignē, quintā nescio quā inducunt essentia. Sancto quoq; Ambrofio in suo Hexameron: De natura & qualitate substantiæ cœli quid enumerem ea quæ disputationibus suis Philosophi texerūt, cū quidam eoz quintā qualiam inducunt naturā, qm̄ elementa propriū habent motū, usum & cursum sed non potuit ista opinio propheticæ obuiare aut præualere sententia, quā & Christus in Euangeliō approbavit, qua dicitur: In initio tu domine terra fundasti, & opera manus tuas sunt cœli: si p̄s peribunt & sicut uestimentū uetera sc̄nt. Nil igitur agunt qui ad defendendū cœli perpetuitatē quintū corpus inducunt, cū uideant uniusmētri partē dissimilem cæteris labi corporis magis affere. Rursus in exordio sui Hexameron: Miror, inquit, quosdā homines tantū opinionis assumptis &c. Deinde multipliciter arguit contra eos, qui cœlestia corpora negare præsumplerunt elementaris esse naturæ? Quibus consonat in suo quoq; Hexameron Magnus Basilus. Hæc leuiter tango fidei zelo: Mōse in quidē & prophetas spiritus sancto loquitos, certissime nō cor Aristotelē uero sensu humano in multis deceptū, non dubito; Sanctis ergo credendū est, præsertim in his que assertissime atq; concorditer dicitur; & in talibus redigere in captiuitate propriū intellectū debemus in Christi obsequiū. De his in Elementatione Theologica plenius differetur.

P R O P O S I T I O L I.

Materia proprie dicta in corporibus cœlestibus est ponenda. I. Quod est, quia, ut patuit, corpora illa sunt ex materia & forma uere cōposita; ac iuxta Philosophum, sol constat ex tota sua materia & quantitas quoq; sequitur substantia ratione, & ex parte materiæ; nec sola forma potest esse dimensionū subiectū. Præterea omne mobile, omne sensibile, omne corporeū habet materiā. Veruntamen Commentator libro de substantia orbis tenet oppositū, asserens cœlū esse corpus simplex, nō solū ut elemētū, quod quāuis ex materia & forma cōpositum simplex uocat, quia non mixtū, sed quia hō habet materiā proprie dictā, qua sit pars essentialis cōpositi, & de pura potentiā, uinēdo uero materiā prout subiectū accidentiū appellatur materia, concedit in cœlo esse materiā, seu pōtius ipsum esse materiā suuō, accidentiū sicut fatetur, q; cœlū secluso suo motore ac anima, sit actu ens, & nihilominus animatiū consitit, atq; ex orbe & anima eius constet qd uere unū, cū tamen (teste Philosopho) ex duobus in actu nēqueat fieri unū. Hinc illa opinio censetur absurdā. Attamen Scotus circa hoc ait in scripto secundi: Iuxta intentionē Philosophi, cū omnis potentiā passiva sit potentia contradictionis, ut in nono Metaphysicā dicit, cœlū quoq; secundū Philosophū sit & ternū, consequēs est, q; iuxta intentionē Philosophi nihil in cœlo consistens sit in contradictionis potentia; iccirco non habet materiā, quāuis haberet formaliter, corruptibile esset, quē ad modū ignis: quāuis enim ab extrinsecō non posset corrūpi, quia nō haberet contrariū, attamen intra se haberet corruptiōis principiū, quo rē potest esse & non esse. Hinc Auerrois melius habuisse uidetur mente Aristotelis de substantiā orbis, q; alij potentes in cœlo materiam. Ad quod respondendū, q; non quæcūq; materia, sed priuationi annexa est corruptionis principiū: quamuis etiā materia secundū se sumpta esset in potentia contradictionis, tamen & actuata forma eius appetitiū satiantre ac quietatē, iam ad unū est determinata. Postremo secundū Philosophū etiam elementa quoad se tota, extant æternā, & tamen habent in se materiam proprie dictam & contrarietatem, imo & materiam priuationi annexam.

P R O P O S I T I O L II.

CAUSAM incorruptibilitatis cœlestium corpor̄ uidetur: Plato melius assignat q; alij. I. Quod est, qm̄ omne iunctū atq; cōpositū dissolubile esse uidetur in ea ex quibus cōponitur, ut etiā assit Damascenus: Cumq; cœlestia corpora cōposita sint, possent secundū hunc modū dissolui, præsertim si elementaris esse naturæ possint, portio causam indissolutionis, incorruptionis & perpetuitatis eoz. Plato in primo Timeti assignat uoluntatē creatoris, quæ inducit loquente ad orbēs, planetas ac stellas, quos more suo nōn cupat deos, imo & deos de corpore inferiori deo, quibus ibidem ait creator: O dñ deo, quoq; opifex paterq; ego ip̄era siquidē uos mea dissolubilitā, parvame tamen ita uolēte, indissolubilitā omne siquidē iunctū natura dissolubile est! Quapropter quia facti generatiq; estis, immortales nequaq; nec indissolubiles estis: nec tamē dissol

Auerrois
opinio

Scoti obiectio

Responso

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

Damascenus

uemini, quia uoluntas mea maior est nexus uestro. Hinc quoq; affterit Damascenus libro secundo: Omne creatum ueribile, imo^o (ut addit) etiam angelus, secundum gratiam, non ex natura habet immortalitatem. Ver^o in his alii habent alium modum loquendi, dicentes quae-dam creatum ex sua natura esse incorruptibilia, immortalia & indissolubilia, quoniam in sua natura non habent corruptionis aut mortalitatis principiū aut radicē pura materiam priuati oni annexam, nec contrarias qualitates in seiuicem actiua & passiuas: Ver^o ista faciliter poterunt concordari, nec est dissensio nisi in verbis: Nempe, cum omne creatum inquantū creatum sit ex nihilo, & in nihil ueribile, atq; indefinenter indiget creatoris conseruatio-ne, quasi ad momentum priuaretur, protinus in nihilum laberetur: constat qd hoc respectu nullum creatum, secundum qd tale, sit indissolubile: nihilominus quedam creatum inquantū sunt sine contrarietate ac priuatione, incorruptibilia affterunt ex sua natura. Cumq; prima omnium rerum causa sit omnipotens dei uoluntas, idq; unicuique creature sit natura-le, quod dei uoluntas sibi ab exordio uoluit & præfixit naturale confistere, palam qd Plato in uerbis iam habitis primam ac principalem incorruptibilitatem celestium corporum cau-sam recte expressit, quamvis & proxime cause in corruptibilitatis sine aliae.

P R O P O S I T I O LIII.

Piaco
Auctoreles
Aucenna

Excellentes philosophi corpora celestia animata dixerunt. Hac etenim Plato affteruit in Timaeo & alibi, quem in hoc Platonici sunt sequuntur. Idem octauo Physicorum, & in libro de Celo & mundo Aristoteles probat ac sentit, imo^o libro de anima sole nominat patrem deorum atq; uirorum. Aucenna quoq; nono Metaphysice sua, testatur celum esse animal deo obediens. Hoc ceteri Peripatetici fassi sunt: Nempe in omni genere ac ordine rex primus est per se & ante id quod accidens dicitur, imo^o & pri-mū tale est potissimum & propriissime dictu in huiusmodi ordine: Cuiq; celu sit mobile, pri-mū mouetur per se, hoc est à motore intrinseco, proprio & coniuncto, puta ab anima. Russus celestia corpora cum sint ceteris corporibus digniora, causaliora ac separatis substantijs propinquiora, perfectissime formis substantialibus informata uidetur. Hinc autor libri de Causis testatur: Omnis anima nobilis tres habet operationes, uidelicet operationem animalē, quoniam mouet corpus celeste, & per illud corpora inferiora: operationē quoq; intellectua-lē, quia scit res & operationē diuinā, qm̄ p̄parat naturā per virtutē diuinā quā fortita est à prima causa. Hinc rufus Philoponus differētias positionis dicit ex natura rei ac proprie-tate in celo. Veruntamenē grandis est difficultas, qualiter corpora celestia cū sint pura & sim-plicia, non organica nec cōplexionata, ab animalibus ualeant actuari & informari, & anima-lia nuncupantur, cū animal sit substantia sensitiva. Porro anima illa non uidetur sensitiva uires haberet qm̄ illa operationē suā nequeū exercere, nisi per corpora organizata & cōple-xionata: forma uero solū intellectuā nō uidetur posse cōsistere in trinsecus substantialis qd actus & forma materiæ, presertim si ad intelligentiam non indiget aliquius sensus obsego neq;phantasmatis, qbus anima illa nobilis, quibus sc̄ientia concretae essent, nō indigeret. De his ergo difficile est certū quid diffinire, tāq; philosophi quā theologi super his diuer-sa fenserit. Nam & Anaxagoras ab Atheniisibus pulsus est urbe, eo qd solē dixit lapidē lā-padem/ue ardētē, utpote nil uitæ aut deitatis in ipso cōfistere, prout 18. de Ciuitate dei re-citat Augustinus: Rabbi Moyses uero & multi Hebreorū doctores fenserit corpora celestia intellec-tualiter animata ac uiua: sicutq; Rabbi Moyses in secunda collatione: Celi, inq; animalia sunt rationalia, creatorē cōfaplantia: nec sunt solū mota & nō uiua, ut insipientes existimant, imo^o ut probauerunt philosophi, sunt animalia creatori obediētia & iplū laudantia, cantantq; ei cantici grande ac laude sublimē, quod etiam ex lege Moysi & prophe-tis ostenditur. His rabbi Moysi uerbis cōsonare uidetur quod gloriōsus ait Hieronymus, il-lud Ecclesiastē primo exponēt: lufrans uniuersa in circuitu pergit spiritus. Per spiritum, inquiens, Salomon intelligit solē, eo qd animal fit, et spiret et uigeat, oēsq; orbes suo explet cursu. At uero Augustinus super Genesim atq; in Enchiridio, ac libro de Ciuitate dei, iſtud magis relinqit sub dubio. Interea Thomas de hac re in diuersis locis diuersimode est loqu-tus: In scripto nanq; secundi Sententiæ, affirmat catholicae fidei repugnare, affterere qd celestia corpora animata cōfistat: et qd talis opinio idolatriæ fuit occasio: In Summa autē cōtra Gentiles libro 20. testatur nō pertinere ad fidē, sive sic siue aliter sentiat. Siquidem de his quæ fidei sunt, non licet ambigere: Augustinus autē iſtud sub dubio dereliquit. Verum in prima parte Summae septima questione loquitur: Inter eos qui celestia corpora affterunt animata, et inter dicentes cōtrarium, differētia modica est aut nulla: quia secundum utroq; anima-

ELEMENT. PHILOSOPH. DE CORPORIB. COELE.

16

animaceli non est nisi intellectuā, ideoq; non potest corpori uniri ut forma substancialis, sed solū ut motor. Hinc corpora illa dici nequeunt animata nisi & quiuoce, & per similitudinem quandam, qua motores eoz eis appropiantur & assistunt ad mouendū, quemadmodum anima corpori, quod informat. Quibus uerbis repugnare uidetur quod in Summa contra Gentiles libro secundo de promulgat dicendo: Quia Auerrois opinione suam, qua tenet eum dem numero intellectuū in omnibus esse hominibus, ex dictis Aristotelis nimirū roborare, restat monstrandum, qd secundū Aristotelis documenta intellectuū principiū unitari corpori immediate ut forma. Deinde probat ibidem, qd secundū Aristoteleū corpora celestia sint uere ac proprie animata (ut modo partim inductū est) ex quibus concludit intentū, qd scilicet intellectuū principiū seu anima intellectuā, nec sensitivus nec vegetativus uires sortita, si nō est intrinseca substantialis, p̄ forma corporis, utpote celī. Veritatem etiā Albertus libro de Coæquaues concordat præhabitus uerbis Thomæ: Non est, inquiens, cōtradic-tio inter sanctos atq; philosophos de animatione celo: Nā dicimus qd quadam intelligentiæ in orbibus deo sunt deseruientes in motibus orbū, & ille intelligentiæ dicuntur anima orbiū, nō quiuoce cū animabus homī &c. Veruntamenē, sicut dixi, cōcordatio ista nō uidet ad rectō stat etiā qd Peripatetici posuerūt intelligentias & animas nobiles realiter esse distinctas, imo animas illas ab intelligentiis esse productas, ut & Auicēna opinat^o est, & in libro de Cau-sis frequētē affterit. Hinc quoq; Albertus allegat Auicēna sexto de naturalibus, in libro suo de Celo & mundo dicente, qd celū habet animā &phantasiā, cui obedit tota materia mūculi infere-riōis. Ex his patet huius materiae difficultas, quia de hac re tot & rati philosophi atq; theo-logi tā diuersimode sapuerūt, imo^o & hi idē in scriptis suis distinctis. Nā & sanctus Basilius in suo Hexameron, Damascenus quoq; libro secundo, fortiter aſtruunt celestia corpora animata non esse ad quod item Hieronymus super Esaiam & alibi magis declinat. Deniq; sancti patres Ambrosius, Gregorius, Beda, Bernardus, duas rationales creaturas, uidelicet angelū & hominē à deo creatas, fatetur nec inter huiusmodi creaturas cōputant celos. Hinc tūtius reor secretū iſtud creatori cōmittere, nec de incertis assertorio loquuntā & celos asse-re animatos, est articulus Parisiis excommunicatus a dño Stephano Parisiensi episcopo, theologie doctore, & ipsa uniueritate. Hac breuiter taclamodo sufficient, de quibus su-per secundum Sententiarum quarta distinctione multo plenius scripsi.

P R O P O S I T I O LIII.

De motoribus ac motibus, & numero celestii corporis multiplex existit opinio. Ptolemeus in Almagesto affteruit nō intelligentias, sed solū dei uoluntatē celos mouere. In idē redire uidet qd Alpetragius in tractatu Scietiæ secreteorū astro-nomie, que sibi affteruit reuelata, testat, oēs celos immediate moueri uirtute diuina, quā per hibet fortius operari in superioribus celis qd inferioribus, secundū gradus mino-ris a deo distantiae: His cōsonare uidetur, quod in scripto secundo Sententiæ Albertus ex uerbis sancti Ambrosii ac Damasceni cōcludit. Hinc dicimus, qd omnia ista mouētur iuolu-ac dispositione diuina, atq; qd deus omnipotens omniū hogz est motor. Nihilominus alibi se-pe fateat Albertus, qd quilibet orbis a propria intelligentia tanq; à speciali motore mouet. Por-ro uniuersi qd dixerunt animata esse celestia corpora, posuerūt ea moueri ab animalibus suis tanq; à motoribus propriis in trinsecis & coniunctis: ab intelligentiis quoq; tanq; à dirigētibus ac regulatibus ipsas animas in mouendo, et itē à deo tanq; à causa prima uniuersali, efficiēti nō immediata, & sicut à causa finali summae ac finaliter desiderata, quae mouēt oī, quēadmodū desideratū mouet desideratū seu desiderantē ac operantē, & finis agentēs sicq; philosophi poluerunt triplice causam motus uniuersiū: qd orbis celestis, uidelicet deū tanq; causam pri-mū & uniuersalē intelligentiam, tanq; causam specialē extrinsecā & animā nobilē, ut causam specialē intrinsecā. Hac fuit celebrior philosophox opiniō, quā constat fuisse de mēte Aristotelis, Aucenna, Algazelis, Auerrois, Alphorabij, Theophrasti. Nostro uero qui non asse-ritus cōcelos animatos, fatemur, ad eorum motus sufficere substantias separatas, quae in-telligentiæ & angelī nuncupantur. Postremo (ut recitat Bonaventura) aliqui opinantur qd celum mouet a propria forma substantiali, utpote à natura, qm̄ habet quantitatē & figurā, per quas abile est ad huiusmodi motū: habet etiā lucis perfectionē ac formā, que in-ter ceteras formas corporales est magis actiua, & quasi mediū tenet inter formas corporales ac spirituales: sicutq; per uirtutē huiusmodi forme atq; naturā mouētur celestia corpora motu orbiculari, multo fortius & sufficientius qd elementa motu recto. Nec oportet mini-stériū intelligentiæ aut animæ adhibere, quēadmodū nec ad motū elementi. Nec obstat

c 4 qd recte

Repugnanciā
in uerbis Tho-mi

Albertus
Verborū Tho-mi cōcordiæ

Motus cuiusq;
orbis triplices

Alia de regimē
motu opinio

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

q̄ recedit ab eodem loco ad quē mouet; q̄ in celū proprio nō mouetur ad locū, sed circa lo-
cū: nec pars existens in oriente, mouetur ad occidente, quasi locū illū determinatē int̄ēdat;
sed quia intendit moueri orbiculariter, quod suae nature cōveniens est. Vix ista opinio cō-
munitur non tenetur, cū & motus naturalis successuē fiat intentior, motusq̄ celi sit unifor-
mis: res quoq̄ existens in loco sibi cōnaturali non mouetur à natura in eo, sed ad eum, si ex-
tra eum existat.

P R O P O S I T I O L V.

Praeterea de motibus cœlestium corporoꝝ multiplex & diuersa fuit Philosophorum opinio. Item Plato in Timō afferuit nō ipsos orbes moueri, sed stellas in eis nec ullamstellā esse fixam in orbe, immo' moueri in eis sicut mouet pīscis in aqua, & auis in aere: quā opinionē sequutus est Ptolemaeus. Porro Aristoteles libro de Cœlo expressit uniuersas stellas, ipsos quoq̄ planetas in suis esse orbibus fixos in star clavi in rota, nec moueri nisi orbitū motu: Interim astrologorū communis opinio est, stellas in firmamēto fixas confisteret: septē vero planetas nō esse in suis sphæris fixos, sic circa vocari erraticos non q̄ incerto, fortuito aut erro neo motu ferātur, sed in multiplici ac difformi respectu alioꝝ cœlestiū corporoꝝ. Hinc & epicyclos atq̄ eccentricos posuerunt, ut ea quæ in cœlestibus ap-
parent corporibus, queant saluare, puta retrogradations, depressions, eleuations, statio-
nes progresionesq̄ planetarū. Aristoteles uero opinatus est unū orbē uelocius moueri q̄ al-
ter, siccip̄ dum unus orbis multū præcedit, planeta eius uidetur planetā alterius sphæræ
præcedere. Propter quod retrogradi alter uidetur. Hæc aut̄ Philosophus dixit, ne cogere-
tur fateri sphæræ seū diuidi, si planeta proprio motu & quasi erratice mouerent in
eis. Veruntamen opinio astronomicoꝝ præualere uidet: stella namq̄ quæ non nisi motu sua
sphæræ mouet, non ualeat nunc magis nunc minus terra appropinquare, cū omnes sphæræ
existunt cōcentrici; sed per astrologia pater, & ab astrologis probatū est experimentū, q̄
planeta iam amplius iā minus terre propinquent. Hinc coacti sunt astrologi ponere motu
planetarū in eccentricis circulis, quoq̄ una pars ut aux seu eleuatio maxime remouet & di-
stat à terra; altera uero magis ad terrā accedit. Cōformiter de epicyclis pater hoc: si enim pla-
netæ mouerētur duntaxat suæ motu sphærarū, cū sphæræ proprio motu moueātur ab oc-
cidente in orientē, si si planeta quicunq̄ aliquia nocte confiseret ex directo alicuius stellæ
fixæ, sequente nocte eam præcederet, cuius oppositū frēquēter in aliquibus planetis uide-
mus. Iḡ præter motu sphærarū, oportet in eis ponere motu retrogradationis, quod fit in
epicyclis, in quibus planeta extat retrogradus, stationarius aut directus. Nec tamen sphæ-
ra diuiditur, quia eccentricus circulus ponit inter duas superficies sphæræ, cuius una medi-
etas magis accedit ad superficiem sphæræ concauā, altera ad cōvexam: & mouetur hic cir-
culus infra sphærā, cū sit sphæræ contiguus, motuq̄ eius mouet planeta, habens eccentricū
fine epicyclo, ut sol. Porro si habet epicyclū cū eccentrico, epicyclus dicet moueri in eccen-
trico, sicut eccentricus mouet in sphæra. Epicyclus quippe est sphæricū corpus contentū
infra eccentricū: propter quod potest in eccentrico propriū motu habere. Insuper aliq̄ di-
cunt demonstratiue nō esse probatū, oportere eccentricas & epicyclos ponī, sed interim sic
teneri, qm̄ nondū inventus est modus quo cōuenientius possint saluari ea quæ apparent in
motibus planetarū, quod & sanctus Thomas fatetur. Sunt demū qui sentiunt oīa illa posse
saluari per solam uirtutē motoris cuiuscūq̄ planetarū. Nonne id motor potest candē rē mo-
tibus ual de uarijs ac diuersis mouere in eodē spatio seu medio, & nunc eam eleuare, modo
deprimere, regenerare & fistere, prout nouerit expedire: quanq̄ circa & contra hoc multa
inquiri possint & objici.

P R O P O S I T I O L VI.

Denimo quoq̄ orbium opiniones sunt uarij. Aliqui em̄ ponūt supra firma-
mentū, qd̄ est celū stellatū, duos mobiles celos, ut Tebith. Forme quippe mul-
tipliciter determinat̄ & contrahunt̄, primo p̄ materias in qbus recipiunt̄ ad qd̄
cū suo motu estimat̄ deseruire cœlū nonū seu chrystallinū, totaliter uniforme.
Verum cū prima reꝝ productarū sit esse illius, determinationē in inferioribus attribuunt
quidā mobilī primo. Determinantur quoq̄ forma in materijs uarijs modis, per quātitates,
magnitudines & figurās, linea menta atq̄ staturas: ad quod cœlū stellatū deseruit, propter
quod innumerabiles stelle in eo sunt posita. Rursus determinat̄ forme in suis materijs
per uarias qualitatū cōtemperationes: ad qd̄ planetarū cū suis orbib⁹ operatur ac influūt.
Quāuis aut̄ auerrois totū corporeū sphæricū cingens elementā, qd̄ est sup̄a sphærāgnis
dixit

Platonis opiniō
Opinio Aristoteles
Astrologorū
opinio
Planetae cur et
ratiō dicit̄.
Epicyclos &
eccentricos nō
sunt

Forme multi-
pliciter deter-
minantur
Primo
Secundo
Tertio
Eccēt Averrois

ELEMENT. PHILOSOPH. DE CORPORIB. COELE.

17

dixit esse cōtinuum unū: quod tam à naturalibus q̄ à mathematicis euidēter improbarunt
cōmuniter tamen tenetur, q̄ sub celo stellato seu firmamento ad minus sunt septē celoꝝ &
sphærarū septem planetarū: fed quia difficile est uidere quomodo planetarū, si in orbibus suis
fixi non sunt, immo' propriis motibus feruntur, circulos suos non diuidunt, quidā de sphæ-
ris numero, sphærarū, ipso forum planetarū diuersimode opinati leguntur. Nempe ut etiam
Scotus in scripto super secundū Sententiaꝝ testatur, differentia triplex deprehenditur in
motibus planetarū: Vna in latitudine, quia non semper eidem planeta ab immobilibus po-
lis æque distat secunda in longitudine, quia diuersi planetarū zodiacum æqualiter non per-
currunt: terciā in eleuatione & depressione, quoniam idem planetā interdum plus centro
terrae propinquat, quandoq̄ inde plus distat, ut probat Ptolemaeus in Almagesto & patet
de Marte: q̄a dū est in superiori parte sui orbis, auge, appare notabiliter minor q̄ dū est in
opposito, in parte inferioris augis: Idem probatur de luna: quoniam ipsa ac sole existent
bus prope caput & caudam draconis, eclypsis non semper æqualiter durat, sed modo elati-
tus, aliquando breuius: quod accidere nequit, nisi q̄p luna quandoq̄ plus aliquando minus
ingreditur umbram terræ, sic q̄p ubi transit diameter lunæ, diutius moratur umbra per se,
cum ibi sit diameter umbrae lōgior q̄ prope conum. Si etiam negaretur ista eleuatio atq̄ de-
presso solis ac lunæ, nec ex parte unius neq̄ ex parte alterius possit assignari quantitas uni-
bus: semper etenim umbra in altū & æqualiter eset prope conum, aequē esset prope umbram.
Itaq̄ ex his & alijs considerationib⁹ Ptolemaei, supponēda est eleuatio atq̄ depresso iani
præacta. Porro primam distantiam secundum duas differentias, utpote longitudinis & la-
titudinis, posuit forsan quis saluare, attribuendo planetarū unum cœlum per exitum polo-
rum huius cœli, quemadmodum Alpetragius in suo tractatu nūsis est saluare de qualitate
cœlestium motuum, ponens polos cœli stellati exire polos noni cœli, & per consequens
circa polos illos immobiles describere circulos paruos, præter cœlum octauum, super po-
los suos: non tamen contrario motu moueri motu cœli noni, sed ad partem eandem: atq̄
q̄ polus octauic̄ celī minus efficienter recepit influentiam illam quam cœlum nonum, ideo
polus ille nō compleat circulum, dum punctus in cœlo nono circulum compleat. Cumq̄ po-
lus cœli inferioris à completione deficiat, primam uocat interstitionem, quam secundum
eum supplet motus cœli inferioris in polo illo. In cœlo autē octauo perfecte supplet quan-
tum ad longitudinem, sed quantum ad latitudinem necessario est differentia: nam polus
exit polum: quoniam motus factus super polum cœli inferioris, quanvis compleat motū
huius cœli circa polum superiorē quantum ad longitudinem, tamen non ualeat uere esse
circulus alicuius stellæ motu in cirkulo inferiore, sed sphæra: quia non reddit ad punctū eun-
dē à quo motus incepit. Itaq̄ per diuersitatem poloꝝ quorundam cœliꝝ ab alijs, & per in-
terstitionem primam & suppletionem, & specialiter in quibusdam stellis, per hoc q̄p non si-
tuantur in medio cœli sui, nititur dare fundamenta ad saluandum differentias longitudinis
latitudinis in motibus planetarū: & hoc nō ponēdo aliquod cœlū inferioris moueri contra
motū cœli sui superioris, ut talis, sed ponēdo cœlū superioris moueri ad eandē partē ad quā
inferius, attamen minus efficaciter: quoniam naturale est, q̄ virtus recepta in aliquibus natu-
raliter ordinatis, efficacius recipiat in proximiōibus. Hæc demū doctrina satis uideat na-
turalibus cōfōnare principijs, si per eam possint saluari appetitā oīa feciū lōgitudinē &
latitudinē in motibus planetarū: statioses quippe & retrogradations, processionesq̄ in mo-
tibus planetarū per eam forsan possint saluari, sicut & ipse saluare conat in quibusdam de
polis: Tertiā uero differentiā, de depressionis & eleuationis impossibile est saluare, ponendo
oīs cœlos esse eccentricos: sic em̄ si planeta non exit cœlū suum, sed tantū partē eius, & illa
pars cœli qualitercumq̄ moueat̄, semper & que distat à centro, pro eo q̄ totū illud cœlū
mundo concentricū, ubicumq̄ stella fuerit, semper & que eleuabit̄ & & que deprimit̄ per
respective ad centrum suum. Quāuis deniq̄ necessariū non eset propter duas differentias
ponere epicyclos atq̄ eccentricos secundū Ptolemaei aliosq̄ astronomos, propter tertiam
tamen differentiam necessariū est: quo supposito ad propositū concludit̄, nulli planeta ad
suū motū sufficere unū cœlum. Accipiatur ergo uerbī gratia, cœlū Saturnū si ponatur eē
centricū mundo, cū cœlū octauū sit mundo concentricū, moueat̄q̄ cœlū Saturnū si uice
dit ergo auxiliū coeli opposito augis, si auxiliū non intravit cœlū stellatū, ut duo cor-
pora esent simul, sed tantū attingebat oppositū augis, & min⁹ est distans à cœtro terre q̄ aux,
q̄ nō attinget superficie concavā cœli stellati, uel erit vacuū ibi. Nō ergo pōt uitare incon-
uenientis

In planetarū
motibus diffe-
rentia triplex

Inequalitas
eclypsis tamen

Alpetragius

Alpetragii do-
ctrina rebus
naturalibus
quo cōfōnatur,

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

ueniens de scissione aut similitate uel vacuo, nisi attribuendo ad minus unicuique planetæ tres ccelos terræ circundantes, quorum duo extremitatiæ habent superficies ultimas, pura lumen & inferius concavum. Habeant quoque illæ duas superficies alias duas, ut pote superioris concavum inferiusque cœvum, eccètricas in modo: & inter illas duas superficies erit tertius orbis qui dicetur deferens, eccètricus illis duabus superficiebus deferentibus. Propter quod dū illi reuolentes quācumque partē mouentur, non sequitur vacuum, si spissior pars unius est contra partē minus spissam, ferens inter hos duos reuolentes superiorē & inferiorē, sicque ex motione eius nō sequitur vacuum neque scissio, quoniam superficies ambae sunt eccètricæ superficiebus intra quas continetur atque mouetur: sicut stella fixa in parte una huius deferentis quandoque erit in auge, quando uidelicit pars in qua est, directe supponitur parti spissiori inferioris reuoluētis, & superponitur parti minus spissa superioris reuoluētis, quia tunc maxime à centro terræ distabit. Insuper cū Mercurius habeat deferens circa cuius centrū mouet, & non circa terrā ut deferens lunę, sed ex una parte describendo circulum parum, ut patet in Almager distinctione sexta, sequitur quod orbis deferentis concentricus est reuolentibus, sub primo uidelicit & insinuoccirco estibi ponere ad minus quinque orbes reuolentes & quatuor deferentes, imo & præter istos oportet epicyclos ponere, qui non sunt orbes magni terræ circundantes, sed parui orbes situati in determinata parte orbium circumdantium terram, & hoc quoniam maior est eleuatio stellæ quandoque quam aliæ: que eleuatio esse nequit ex sole deferenter. Statim itē & retrogradatio facilius saluatitur per epicyclum. Vix quicquid sit de epicyclis, coeli mobiles terræ circundantes erunt ad minus 25, uidelicit 21, planetas. Postremo cœli non potest cædere stellæ, sed aer & ignis rebus per ipsos motis: cū omne corpus naturaliter incorruptibile, sit naturaliter indissoluble. Hæc Scotus ex quibus elicitor quanta sit iniusta materia opinioniæ varietas, quae citra certitudinem est. Nec misera est, quia (ut scriptum est Sapietiae nono) difficile inuenimus quæ in terra sunt: quæ autem in cœlo sunt quis inuestigabit? At uero Plato quod dixit stellas moueri in cœlo sicut mouet pescis in mari, & cœli stare cocedere, quasi innumerabilia corpora cœlestia ab iniuitate distinctor, imo & inuidiuia quam & retulit aita. Cuius opinioni obseruit quod Iob 7, 13, legit, Cœli solidissimi sunt quam ære fusi.

P R O P O S I T I O L V I I .

Veritatem distincti sunt effectus cœlestium orbium luminarium quod eoz. Quod est, quoniam peritissimi expertissimi astronomici principes ac magistri per experimentia & exercitia multa ac diuina repererunt oportere ponere cœlum crystallinum seu aqueum, deinde cœlum stellarum, atque sub illo sepe orbes planetarum quævis nanci, theologi quidam, aliqui quoque astrologi testis sint firmamentum, hoc est sphæram octauam quæ dicitur cœlum stellarum, cū sepe orbibus planetaribz ad inferiores productiones sufficiere, rationabiliter tamen tenet nonam etiam sphæra requirit apertum est enim in cœlo octauo duplex esse motum: unum diurnum ab Oriente in Occidente, aliud lentum & longiturnum, qui magno anno compleat. Similiter in planetarum orbibus ac planetis varijs motus sunt: nec queunt eidem simplici corpori ac eodem motore uniformi (ut fert) inesse. Secundo quia cœlum stellarum sit tata varietate stellæ ornatum, tamque diuersum in partibus, motibus & operationibus suis, non concedet ipsum existere mobile primum, quod cum primo motore speciali debet conuenientiam possidere in suo genere, in simplicitate, uniformitate, motu & actione. Tertio, quoniam ut in Timœo differuit Plato orbem cœlestem creator in circulos duos reflexit, puta in sphæram aplanes, i. in primum mobile, quod est unius simplicis ac uelociissimi motus, atque in circulo planes, i. sphæram octauam motum diuersorum, quinequeque est sphæra et eiusdem. Motus namque aplanes est super polos mundi & super polos quæ distantes ab æquinoctiali ad tropicū aestivale & ad tropicū hyemale. Motus vero planes est super polos circuli æquinoctialis & super circulos ab æquinoctiali que distantes ad partem utramque. Quarto quoniam cū in inferioribus sit diuersitas in figura: diuersitas quoque generationis & alterationis ac motu aliorum ad hæc cauanda sunt orbes ac cœli disiformes in partibus & in motu. Rursum in inferioribus est uniformitas quædam, seu cœuentia in esse specifico, & item in esse generico portet ergo quod sit cœlum aliquod uniforme influens uitrum ad conformatiōnē speciei ac generis, quod oportet uniforme esse in partibus suis ac motu, quod cœlum dicimus crystallinum. Denique multæ sunt disformitates in cœlo, uidelicit dextrum & sinistrum, ante & retro, sursum & deorsum: ad Austrum namque est ante, & retro ad Aquilonem sursum uero & deorsum in eleuatione ac depressione prefatis: seu prout unus planeta præualeat uitrum alterius, & prout unus alius cedit in epicyclo, & alter descendit: & unus dirigitur, alter uero stat aut retrocedit, iuxta quod ait Albertus

Cœli crystallini ab astrologis postulati, ob multas causas prima.

Motus duplex in octauocelio

Tertia.

Plato.

Quarta.

Multæ in cœli disformitas.

ELEMENT. PHILOSOPH. DE CORPORIB. COELE.

18

būmasar: Quod si sol ascēdit super Mercurium & lunam, & adiuuatur à Marte, facit longitudinem serenitatis & lenitatis: si e contrario fuerit, significabit humiditatē & pluviis lōgas. Denique Ptolemeus in Quadruplicite, & Albumasar in Introductorio majori, fatentur quod fixas spheras a stellæ mouer contenta in terra, ad imprimendū eis multitudo figuræ generabilium & corruptibilium reges sphera uero Saturni propter siccum & frigidum, quæ abundant & dominantur in eo causaliter, habet in omni generabili & corruptibili mouere ad consistentiam & retentionem quæ tam siccum & frigidum parit potentiam retentiam: Sphæra autem Louis per calidum & humidum, quæ dominantur in eo sicut in signo, habet mouere calidum & humidum, quæ sunt generationis principia in omni cōplexionate. Porro Sphæra Martis propter calidum & siccum dominantia in eo, mouet ad calidū ustuum, quod superfluus est consumptuum impeditum generationem. At uero Sphæra solis propter lumen in eo prædominans, accedendo mouet ad generationem, & recedendo ad corruptionem. Sphæra autem Veneris propter calidū & humidū quæ sunt in ea fermentare, mouet humidū cōplexionale, quod est quasi materia generationis & augmenti in inferioribus. Porro orbis Mercurii, propter multiplices suos motus multū disiformes, mouet fluxibile humidū, p̄fertim aërem, ad uniuersas figuræ & formas. Sphæra demum lunæ cū sit infima, mouet humidū elemeat aqueum, ad hoc quod moueat ad mixtionem generabilium & corruptibilium terrenorum. Itaq; unusquisque orbis in inferiori cū suo planeta mouet ad unius in speciali, atque ad illud cōplendum adiuuat omnium superiorum uitrum sphæras: quoniam generaliter uerum est in omni natura, p̄sicut superiora uitribus suis informant inferiora, & inferiora restringunt atque determinant superiora ad aliquid speciale.

P R O P O S I T I O L V I I I .

De cœlestium orbium mutua propinquitate, spissitudine, granditate, & proportione, certas sententias referare, imbecillitatē transcendit inquisitionis humanae. Quod est, quia humana cognitione sensitiva apprehensione sumit exordium: cūque de nobis ipsius & insimis rebus tam modicā habemus uerā ac certā scientiam, certum est quod de cœlestibus illis corporibus, quæ uel solo uisu agnoscamus, uel (ut multi existimant) nec uisu nec alio exteriori apprehendimus sensu, permodicā habemus certā notitiam. Hoc quod innotescit hinc, quod hi qui in astrologia peritiores fuissent narrantur, tam dissentientes ab iniunctum extiterunt. Denique quidam orbes illos se inueniēt contingere opinati sunt: cuius opinionis omnes fuissent uidentur qui eosdem orbes dixerunt suo contactu & motu sua uisimam facere melodiam, sicut in libro de Cœlo de Pythagora fertur, qui & sonum illum corporalibus auribus se audire perhibuit: in quo constat eum fuisse deceptum, aut confinxis se hoc ipsum, quemadmodum & in eo quod affirmauit animas trans corporari, se & recordari, quod in bello Troiano fuit miles dictus Euphorbius, atque fuisse se ibidem ab Achille occisum, sic & præteritis temporibus se in diueris fuisse corporibus. Veruntamen dixit sonum illū à nobis non percipi, quia connatus est nobis, sicque ab exordio audiuius eum. Amplius huius opinionis uiderit fuisse & Tullius sexto de Republica, sonum recitans Scipionis, quod legitur: Implebat aures eius sonus dulcissimus, qui pulsus & motu efficitur cœlestium orbium: quod exponens Macrobius, allegat Platonem in libro suo de Republica protestantem: Cœlestium motus sphærarum, numeris musicis exhibetur. Theologi quoque gentiliū putata poëta, dixerunt nouem esse miras cœlestes, hoc est octo sphærarum harmoniacos sonos, unamq; consonantiam maximam ex illis omnibus resultantem. Ad quod allegari posset quod Iob 18, expressum est: Quis enarrabit cœlorum rationem? aut concentum cœli dormire quis faciet? Verum hoc & quædam iam tacta, de intellectuali consonantia spirituali quod melodia exponitur, de qua Cæsiodorus dicit: Harmonia cœli humano nequit explicari sermone, quam animo tantum ratio dedit, auribus natura non prodidit: & iuxta hunc sensum, motus cœlestium corporum inuicem cōmiserabiles & proportionales consistunt. Præterea alij quidam dicunt, orbes cœlestes ab inuicem multū distare: Vnde in scripto secundi de promulgatione Albertus: Nil de hoc uerius respondet, nisi quod responderunt philosophi, quod sphærarum ab inuicem multum distant, & una super aliā plurimum exalteatur. Porro Rabbi Moyses plus adiecit, affirmans quod quelibet sphæra in spissitudine habet uiam quin gentium annorum, tantumq; spatij sit inter sphæram & sphærām: quod an uerum sit, nouit qui uniuersa in numero, pondere, & mensura constat, imo & circa hoc grauis mox quaestio ostendet: Cuius natura esset intermedium spatium illud, & utrum motu sphærarum dividatur: quod si dicatur, corruptibile uideretur, Interim si

Quod orbis in inueniēt certū gat, quorūdā opiniō.

Cæsiodorus

De distantia orbū opinio.

Rabbi Moysi opinio.

Questio.

hūminna

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHVSIANI,

minima stella uisibilis maior est tota terra, quid de sphaerae magnitudine sentire oportet? Nec dubium quin sicut unum elementum maius est alio, puta superius inferiore, sic orbis orbe; V erius autem opinor, quod in uicem se contingunt etem mediū illud, aut elementaris aut cœlestis esset natura.

P R O P O S I T I O LIX.

Certum est sphaeras cœlestes esse perspicias, non autem sic certum est, an cœlū uisibile sit. Quod est, quoniam uidemus stellas in firmamento fixas per septem orbēs planetas ergo sphaera illa perspicue sunt seu transparentes. Denique quidam (ut Gulielmus libro de uniuerso) imaginantur, quod tantum aëris excedit aqua in raritate & subtilitate, aërem quoque ignis elementaris tantum etiam orbis luna ignis est, consequenter orbis cœlestis quanto altior, tanto stirior: quo concessso concludetur, quod cœlū exteriori uisu nequam exter uisibile. Verius his obiecti potest, quia ut ait Auerois, & sanctus Thomas frequenter allegat, impossibile est per naturā aliquod corpus esse igne elementari rarius seu subtilius: euidenter quoque uisus nostro corporali obiectitur & appetit obiectum quod dā corpore sphaericū terminans insimilis & galaxiam uidemus, & scriptura consonare uidebitur. Videbo inquietus, cœlos tuos. Et Esaias: Leuate, inquit, in excelsum oculos uestrorum, & uidete quis crevit haec. Ad haec quidam respondent: quod sicut non uidemus aërem purum, nec igne elementarem, ita nec cœlum, nisi in parte stellata quia quo corpora sunt superiora, eo & nobiliora; & quo nobiliora, eo & rariorata quod uidemus, est quoddam confusum resultans, quantum ad apertam uisum nostrum, ex aere, igne & cœlo: Quod admodum si corpora plura acciperemus, quoque unū quodque esset tam tenue, quod nullus eorum per se uisum nostrum à remotis sufficeret terminare: sed plura simul id possent, si ita ordinaretur, quod unū eorum esset alio maius, distatia inter ea existente: tunc etenim uisus à remotis respiciens, judicaret ea esse unū sensibile, nec apprehenderet inter ea distinctionem, appareretque sibi quoddam confusum ex eis: ut si obiectetur uisus plures parietes uirei, unus ante aliū diuerse mode lumina participantes. Veruntamen siue uideamus cœlos, ut dicit una opinio, siue non, constat quod in ista opinione cōtinuantur aliqua falsa, quia nec sol est minoris nobilitatis quam planetas, eo altiores, immo' multo majoris, nec uidetur rarior eis. Stella quoque est densior pars sui orbis, nihilominus est nobilior pars illius. Alij dicunt, quod id iudicatum homo se uidere in parte cœlinō stellata, simile fit colori, existens in parte cœlinō stellata, aut cœlo crystallino, causatur ex naturali luce ipsius cœli & lumine quod caput à sole ac stellis: quia nec pars illa tantæ est densitatis, quod in ea possit lux aggregari, sicut in parte stellata propter quam aggregationem non possumus in parte stellata uidere simile illud colori, quod uidemus in parte octauæ sphaerae non stellata crystallino uè cœlo: nec illa pars cœli qua uidemus simile illud colori, est tantæ raritatis, ut purus aëris propter quod potius potest in ea esse quam aggregatio luminis, quod in aere puro: ideo pars cœlinon stellata cœlum uè crystallinum, magis ualeat terminare uisum quam purus aëris, aut ignis purus, quod & uidetur probabile.

P R O P O S I T I O LX.

Planetae coordinatis sunt locis, proprietatibus, coloribus, coloriformibus, uel luminibus, influentijs, motibus effectibusque distincti. Quod est, quia, ut patuit, omnes stellæ fixæ in eodem sunt orbe firmate, quilibet autem planeta propriu habet orbem. At uero luna infinitus est planeta, & proxima orbi Mercurii: lumen à sole sortitur, estque probabile, quod ceteri quoque planetæ uniuersaque stellæ lucis suæ à sole recipiant. In continua quadam mutatione est augmenti detrimeti uel luminis sui, in ea quia non a picte parte, cuius iugiter plena dicatur in superficie qua respicit solem. Maculas habet ob uicinitatem & cōmunionem eius cum orbe terrestri & elementari. Corniculata interdum appareat, quia pars eius non illustrata celatur. Regina coeli uocatur, eo quod sol tanq medius planetarum proprietates participet omnium, & eas cum lumine suo transfundit ad lunam, que receptas ad inferiora transmittit. Frigida extat & humida. Super aquas sortitur dominum, quemadmodum stelle pleiades. Fluixum & refluxum causat in mari & fluminis, ac brachiis eius. Quolibet mente signa percurrit zodiaci, & ab eius motu accipitur mensis. Luminare maius appellat quantum ad apparentiam, cum utique omni stella superioribusque planetis sit minor. Denique post lunam ascenden do Mercurius proximus ponitur secundum Ptolemeum aliosque astronomos & magistros cōmuniter: quanque Aristoteles opinatus sit, solem proximum esse lunam, quia à luna tantummodo eclipsisatur. Mercurius autem cum sole iugiter graditur, propter quod aliquis minus uidetur, nec amplius quam triginta gradibus uè a sole distare censetur. Eloquenter dicit ministrare dispositio-

Obiectio.

Responso.

Comparatio

Alia opinio.

Luna proprie
tates.

Mercurius

ELEMENT. PHILOSOPH. DE CORPORIB. COELE.

19

positiue, ac praesse feminibus, atque trecentis & diebus cursum suum cōplete. Mercurio deinde immediate superponitur Venus seu Lucifer, calidus humidusque consensu: dum solem præcedit, Lucifer nuncupatur: dum sequitur, Vesper seu Hesperus nominatur. Ceteris planetis, dempto sole, ac stellis uidetur splendidior atque maior, quamvis Iupiter in ueritate multo maior fulgidior, consuetus: sed ob distantiam uicem per extensem non ita apparere. Cursum suum cōplete in 340. diebus. At uero sol in planetarum est medio, ueluti rex in regno qui (ut communiter fertur) est octies maior terrae secundum Ptolemaium uero centes & quadragesies ea est maior: quem philosophus patrem uirog ad deorum appellat. Luminosus & calidus, fonsque sensibilis lucis, admirabile opus summum opificis. Primus in ordine lucidorum stellarum illuminat, quas nihilominus luminis sui excessu offuscatur. Accensu suo in zodiaco generationis est causa, & innovationis in terra, ueris atque statis recessu aut suo corruptionis ac hyemis. In multis euidentur est sui creatoris imago, & oculus mundi uocatur. In quolibet signo diebus triginta moratur, & decē horis: cuius causalitates, uires & effectus: terra: uisceribus, in generatione diuersorum metallog & lapidum pretiosorum: & super terram, in generatione terræ natcentiū & animantiū, pesciū, auī, iumentorum: ac bestiarum: in interstitijs aëris, in productione meteoricae impressionis, in illuminationibus & influentijs cœlestium corporum ac alijs distincte & plene capere non ualemus: ideo præclarus obiectum est speculandi excellentiam, omnipotentiam, sapientiam super pulcherrimi ac super splendissimi cōditoris. Annū efficit proprio motu, diem autem motum mobilis primi, i. quod habet a mobili primo. Vulnera levit, corda exhilarat dum propinquat. Insuper Mars noctiuus asseritur, quoniam siccus & calidus, ad irā & litem ac bella disponens, igneus & radiosus uidetur. In quo libet signo 40. diebus moratur: Veruntamen nec ipsis nec alter planeta directe noctius est, sed multipliciter conferens, ut in Elementatione theologica exponetur. Iupiter autem in instar lactis clarus & cādus, in qualitatibus tēperatus, puta calidus & humidus, ad orbē Saturni ascendens & Saturnum propinquans pallorē uidetur contrahere. In quo libet signo moratur per annū. Post solem uocat maximū corporis inter sydera & planetas, atque post ipsum stellam nomine, inter uniuersales maxima, pulcherrima & efficacissima. In duodecim quoque annis suū perficit cursum, & uitæ ac pacis amicus est. Postremo Saturnus cœlo stellato uicinior, est siccus & frigidus: ideo nō noctiuus asseritur. Ex uicinitate eius ad solē, calor solis remittitur. Ex sua natura est pallidus, sed ex approximatione sua ad Iouem, redditur clarior. Infortuniorum & cladiū dicitur causa, ipsaque dominantem foetus debilior nascitur. Documenta eius temperat Iupiter. In quibus signo moratur per menses triginta, ideo cursum suum cōsumnat triginta annis.

P R O P O S I T I O LXI.

DE INTELLIGENTIIS



Intelligentia in uniuersitate ac ordine creaturarum tenet primatum, tanquam inter creatarū prima causa similius, ceterisque perfectior. Quod est, quoniam prima causa qua est deus supergloriosus & benedictus, uniuersa instituit ac produxit, ut sua perfectio & maiestas in ipsius resplendeat. Cumque ipse sit purus actus & simplicissimum, essentia, & intelligentia ipsa in se subsistens, in qua realiter idem sunt essentia intelligens, intellectuā potentia & intellectio actualis, constat quod in primo ordine ac summo genere rerum produxit & collocavit substantiam separata, intellectuā ac simplicem, incessiblitas intelligentie, cuius concordia ac inditit sapientiam atque scientiam, in qua substantia non sunt nisi uires intellectuā, non sensitivae, & quae non indigit suam perfectionem ex creaturis per corporis aut sensum acquirere: immo in se subsistens, a sui exordio in suo genere est perfecta. Denique omne agens producit sibi consimile, propter quod effectus dicitur participata sue causæ similitudo, omnis quoque creatura dicitur radius creatoris: Causatum namque præexistit in sua causa, nec aliquid dat alteri, nisi quod præhabet in seipso. Hinc dixerunt Platonici, quod omnis processio secundorum à primo, & cōuersio eorumdem ad illud, per similitudinem efficit utrumque adiuicem. Hinc prima & superiora in creaturis creator omnipotens decreuit & uoluit sibi esse similia. Propterea huiuscmodi creaturas Peripateticī nominauerunt intelligentias, quia non uiuent nisi uita intellectuali, quæ tantum predominatur in eis, tamque excellenter, indefinenter ac deiformiter, est, uiger ac floret in ipsis, immo tam gaudiose, tam feliciter & preclare, quod abstracta etiæ intelligentia nuncupantur: Velut si quis tam sapiens esset, quod sapientia diceretur: Videlicet intelligentia cur dicitur.

Venus.
Lucifer.
Hesperus.

Sol.

Mars.

Jupiter.

Saturnus.

Platonici.

Inelligentia
cur dicitur.

runtamen in ipsis realiter differunt substantia & operatio, & esse & agere. Iccirco de ipsiis Aristotelis dixit, q̄ sunt entia simplicia, optimā uitā ducentia, & de suis sufficientia. Postremo superditissima causa prima naturaliter bona ac infinite liberalissima, mire gratis ac pura liberalitate uniuersa constituit & causavit, ut suam bonitatem, opulentiam, beatitudinem, perfectionem, rebus cōmunicaret & hoc utiq̄ sapienter ac ordinatae a summo cardine entium, & à primo creato usq; ad infinitū. Intelligentiae ergo quae in primo ac summo rebus ordine sunt constituta, præ ceteris bonitatem, felicitatem, perfectionem atq; diuitias gloriæ supergloriosissimi creatoris participauerunt exuberanter & copiose.

P R O P O S I T I O L X I I .

Differentiae intelligentiarum ab inuicē penes hoc attenduntur, q̄ magis aut minus fortis sunt de actu aut potentia. Quod est, quia ut dictū est & supra expressū, sola prima causa est purus actus, nil pro rorsus de potentialitate, materialitate & limitabilitate habens admixtum. Omnis uero intelligentia, eo ipso quo creata passim & dependenter ac indigenter se habet ad causam primā, cuius manutententia & influentia indiget incessanter. Verū quantō uincior ac consumilior est causa primæ, seu immediatus ab ipsa procedens, eo plus habet de actualitate, formalitate atq; intrinseca perfectione in sua natura ac specie, tantoq; minus de potentia. Porro quod distantior est ab illo, tantò plus habet de potentia, & tantò minus de actu; ac per hoc ast ignamus specificam differentiam inter substantias separatas, q̄ una in suonatura plus habet de intrinseca & essentiali actualitate quam alia & minus de potentialitate: atq; per hoc intellectualitas in una sublimior perfectiorq; consistit quam in alia, puta altioris gradus eminentiorisq; ordinis. Hinc intelligentia non est actualitas pura aut illimitata, sed potentialitatē coniuncta, dependens & limitata, ad genus speciemq; contracta, ac sua essentiali differentia coartata & circumscripta; circoubi finitur eius perfectio, ibi ipsius imperfectione inchoatur. Veruntamen has differentias & species specialissimas intelligentiarum, determinate, præcise ac distincte inuenire ac noscerenon aut uix ualemus, sed hoc scimus, quod quo' eminentiores sunt actualitatis & purioris intellectualitatis, eo' lypidius creatorem altissimum contemplantur, ac altiorimodo seiphas & alia norunt.

P R O P O S I T I O L X I I I .

Quamuis intelligentiae simplices appellantur, aliqua tamen in eis compositio ponitur. Quod est, quia in omni re creatas sunt, quod est & quo est: seu actus & potentia, forma & esse, esse & essentia, quæ à diversis diversimode exponuntur, ut declaratur supra. Porro qui in intelligentiis spiritualiē ponunt materiam, illam nominant quod est, & formam illius quo est: Qui uero in illis negant esse materiam, per quod est designant potentiam, per quo est actum. Porro qui inter esse & essentiam distinctionem fatentur realem, per quod est intelligentia, intelligentia quid dicitur, essentiam, seu naturam in quantum recipit esse à prima causa, atq; per respectum ad eam se habet in ista passim potentia ac materialis principiū: unde in libro de Causis, intelligentia fertur habere yliathym: Per quo est uero intelligentum ipsum esse: Poteat quoque per quod est designari suppositum, per quo est natura specifica. Interim quia præ habitum est hoc rationabilius apparere, q̄ esse & essentia in creatis nō realiter, sed ratione seu formaliter tantummodo distinguuntur. Dicendum q̄ in intelligentiis inter actum & potentiam non est realis distinctione: Ipsa quippe intelligentia essentia, in quantum à primo ente dependens, influxum, conseruationem, illuminationem recipiens, finita, imperfecta ac indigena, rite vocatur potentia. Nihilominus appellatur & actus, in quantum eis forma diuina perfectione ac prima causæ influentijs fecundata, exerens a se esse, atq; sufficiens ad subsistendum in se, & formaliter p̄brens & exhibens sibi esse, uocatur actus. Attamen etiā realis distinctio in intelligentiis reperitur: quippe in quibus essentia, scientia, species intelligentia, actus intelligendi, & actus uolendi, realiter ab inuicem differunt.

P R O P O S I T I O L X I V .

In intelligentiis non uidetur materia proprie dicta esse ponenda. Quod est, quia processus rerum à superflū simplicissimo deo per assimilationē quandam efficitur: iecocco supra creata non uidetur in tantum à creatoris simplicitate occubere, q̄ in ipsis sit realis diversitas inter essentia naturæ eas principia, cōpositioq; realis ex materia & forma

& forma. Preterea forma est finis materiæ, quæ admodū perfectū imperfecti: nec enim forma unitur materia, nisi indiget ea ad essendū atq; agendū. Cum ergo intelligentia sit forma tam sublimis, deiformis, fecunda & actualis, q̄ per se sufficit atq; idonea est operari, subsiste re ac manere, nulla ei necessitas est neq; cōmoditas, ut materiae unitatur praesertim cu actiones intellectuales per elongationem à materia expeditius ac liberius exercetatur. Nec sequitur, q̄ in intelligentiis sit materia propriæ sumptuaria: in ipsis sunt proprietates quædā materialia, puta recipere, dependere, perfici, alterari: nō enim uniuoce sunt in illis & in materialibus rebus. Nempe in intelligentiis sunt spiritualiter solū, & prout necessario consequuntur omnem entitatem, imo & omnem formalitatem ac perfectionem creatam. Etenim omne quod est cūta deum, & causatum aut concusatū ab ipso, eo ipso quo tale necessario est dependens, indigens, ac quicquid est ac habet, à deo recipiens ac fortitum. Quod si ideo in intelligentia consistit materia, quoniam conueniunt ei proprietates prætractæ, accipio formam illius materiae, & quārō, an in ipsa quoq; sit cōpositio ex forma & materia: Si sic, ergo in intelligentia una & eadē sunt plures formæ atq; materiae, imo & infinitæ: nam ibiatur in infinitū, accipiendo rursus formam illius materiae: Si uero dicatur q̄ non, probo q̄ imo: quia illi formæ eo, ipso quo quid creatū est, insunt proprietates materiæ, puta dependere, recipere, indigere, perfici, & suo modo moueri ad suam materiam, ad operationē & ad ultimū finē. Veruntamen magni philosophi, itēq; præclarí theologi & ingeniosissimi tractatores senserū oppofitum, puta Origenes in Periarchon, Augustinus in pluribus locis, Plato etiā & magni Platonici, Proclus in elemētatione, Auicențius in libro fontis uitæ, Plotinus & Apuleius, quos, sequuti multi doctores scholastici ac famosi theologi: siquidē Bonaventura, Petrus de Tarętafa, Richardus de media uilla, Scotus & ali⁹ quidā, dicunt spiritualē materiae esse in angelis ac intelligentiis: Thomas uero, Albertus, Aegidius, Gulielmus Parisiensis, Henricus, Viricus, Durandus cū suis tenent oppositū, quibus in hoc magis consentiendū uidetur: Cū & Philosophus, de anima intellectū humanū featur immixtū, immaterialē, inorganicū: quanto magis de intellectu intelligentia senserit hoc: De his super primū Sententia & distinctione octaua & super secundū, distinctione 5, scripti diffīlē p̄fatoe scripta doctoꝝ introducendo. Postremo ex eisdem ostenditur anima rationalis esse immaterialis & incorporalis, quod & Richardus de sancto Victore fatetur, de ipsis quoq; dæmonib⁹. Quoꝝ omniū dicta roborantur ex hoc, q̄ diuinus Dionyſius angelos frequenter perhibet incorporales & immateriales. Quod si anima dicatur cōposita ex materia spiritualiē ac forma, querēndū est, an anima dicat, & sit quid cōpositū ex materia & forma: & constat q̄ ipso, iuxta istā opinionē: quæretur ergo an forma huius cōpositi sit anima: & sic erunt in homine animæ due: & utrū forma seu anima illa constet ex materia & forma: & arguet ut supra.

P R O P O S I T I O L X V .

Intelligentia est sua essentia, quæ individuat seipsa. Quod est, quia intelligentia est simplex & per se subsistens forma, cui ex proprio perfectione & excellentia cōpetit non recipi in alio, ut formā informantē aut in hærente. Individuationē itaq; haberet à causa prima effectuē, ex se uero formaliter, ut est ens tam excellēns q̄ cōpetit ei in se & ex se subsistere, ac per se stare sine fulcimento ac receptaculo. Rursus personalis discretio seu suppositalis distinctione conuenit intelligentiis, ut sunt termini realis productionis ratione quoq; lux existentia actualis, ut constat ex dictis superius de causa atq; principio individuationis. Porro uniuersalitatē in rebus non facit nisi abstrahens intellectus singularitatē uero parit causa efficiēs, & alia quædā sicut expressum est. Hoc est quod in libro de Causis assertur & probatur: Omnis intelligentia fixio & essentia est per puram bonitatem, quæ est causa prima. Itemq; omnis substantia simplex est stans per seipsum, id est per suam essentiam.

P R O P O S I T I O L X VI .

NVmerus intelligentiæ secundū philosophos sumitur penes numerū cœlestium orbium qui mouentur, aut penes numerū morū cœlestium corpora. Hæc propositio Aristotelis est duodecima primæ philosophie, ed q̄ secundū eū cōnectio sit in entibus ordinis uniuersi, nec plures sint substantiae separatae q̄ exigit ordo ac motus cœlestiū, regimē q̄ & cōsistētia mudi, puta tot quorū sunt orbēs aut cœlestiū corpora motuū & conformis est numerus mouētiū seu motorū atq; mobilium. Hinc Peripateticī cōmuniter tradiderūt decē esse intelligentias simul cū ea quæ sphærae p̄fident actiūoꝝ & passiūoꝝ. Veruntamen argumentatio ista modici est uigoris: Non enim principalis actus d 2 aut si

Questio.

Questio.

Responsio.

Quæstiones.

alii.

Intelligentia secundū Peripateticos decē.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

aut finis praeipius intelligentiae est orbis mouere, inferiorum regere, sed primae causa cōtemplationi intendere. Porro numerus qui in substantijs ponitur separatis, non est numerus materialis ex continua diuisione cōsurgens, aut corporalium diuersitate procedens, estque de genere quantitatis, immo est numerus formalis, qui ex substantiali seu essentiali regi distinzione aut personali discretione cōsurgit.

P R O P O S I T I O L X V I I .

Inelligentia &
angelorum forma
hinc distinguuntur.

Quod à Theologis dicitur angelus hoc à philosophis substantia separata & intelligentia nūcupat. Quod est, qm̄ sicut philosophi prima & excellentissima inter creatuas intelligentias appellari, ita hæc ipsa à theologis angelii nūcupant; nihil minus formaliter distinguunt. Intelligentia nāq; uocat ab eminentia & perfectione intelligenti, atq; p coparatione ad regimē uniuersi in ministerijs operibus qnaturae prout sunt causa uniformitatis celestium motuum, & directiarum, aut etiā esse ciue ac executiū uniformitatis illius corpora mouēt celestia, atq; p ea agit in inferiora, lumine, motu & influentia: nec mouēt immo secundū philosophos, loco & operatione extat immobiles: neq; descendunt, nec in assumptis corporibus appareat hominibus, quod & de superioribus angelis diuinus testat Dionysius. Propter qd retulit Auicenna, q substantia separatae qua in lege dicunt deo afflatae & supiores cōsentiant philosophis intelligentie noiantur. Angeli vero dicunt, prout in ministerijs gratia altissimo obsequunt, & supernaturali beatitudine pruuntur. Hornib; q̄q apparēt, loquuntur, uelut auxiliari. Quidā tñ (ut Albert) in cōmento sup librū de Causis, & in sc̄ipto secūdi sentire uidet, q̄p nō sunt hec cōde plōne, sed ex his patet cōcordia. Nihilominus dici fortassis posset q̄p nō sunt hec idē numero p̄sonae, sicut nec angeli qassifūt, & angeli q̄ ministrat ac emitunt, prout in Elementatione Theologica exponet.

P R O P O S I T I O L X V I I I .

Inelligentia ab inuicē specificē distinguuntur, quēadmodū coeli & orbis planetarum. Istud a philosophis concorditer sic tenet: Vnūquodq; eterni coeli ex sua tota constat materia, similiter unusq; p planetarum estq; appropriatio gradis & proportionis ingēs inter motores orbiti ipsorum orbium. Veritamē de isto possit difficultas oriri apud theologos quoq; nōnulli affirmant uniuersos celos & motores de eodē choro ac ordine esse, oēs quoq; spiritus supnos ad eundē ordinē pertinetēs, eiusdē existere species ex qbus conseq̄ uideret, oēs intelligentias species esse eiusdem: sed de his in Elementatione Theologica erit tractatus. Qualiter aut̄ forma eiusdē speciei individualiter plurificet, remanet quæstio: Et respōdet, q̄ per id qd est individuationis principiū, qd ut patuit, alij assertūt esse materiā, alij materiā signatā, alij quantitatē, qbus oībus cōtradictare est supra. Hinc quidā doctor cōtra positionē sancti Thomas obiectus est: Hanc (inquit) Cōmetator secūdo de aia reprobat, q̄a individuum per hoc est individuum, per qd est in actu qd non est ipsa materia. Auicenna quoq; 2. Metaphysice cōsiderat, eo q̄p materia in differēs sit & indistincta. Veritamē obiecti p̄t, qm̄ 12. Metaphysice ait Philosophus: Quæcūq; sunt plura numero, sub eadē uidelicet specie, materiā fortuitū: quo dicto sistit, de hoc nō amplius addēt: sicq; per uerba illa insinuat, q̄p in solis materialib; possibile est sub eadē specie plura individua esse: & hoc nisi tota materia sub una forma sit cōprehensa, sicut in sole & luna. Vnde primo Coeli cōcludit, q̄ nequeit esse plures celestia seu mundi, qm̄ cōclū & mundus ex sua tota constant materia. Ad quod poterit responderi, q̄p materia in rebus sensibilibus est principiū individuationis, quantū ad manifestationē, non quo ad efficientiā aut causationē. Postremo qui dicunt materiam individuationis principiū, imaginantur in substantijs separatis nō posse esse plura supposita sub specie una: immo & esse in illis tot species quot individua quod ut cetera taceā, est articulus Parisius excommunicatus & condemnatus, & improbabiliter postea.

P R O P O S I T I O L X I X .

In intelligentia & anima rationali potentiae ab inuicē & ab essentiali subiecto suorum realiter distinguuntur. Quod est, quia ut diuinus Dionysius sepius protestatur, in simplicissimo deo ob summā & infinitā ipsius simplicitate sunt idem in re, esse, posse & agere: hoc est essentia potentiae & actio: quā tria sunt in ceteris diuersa. Rursum quod operatur immediate per suam essentiā, eius operatio est idē quod sua essentiā, ut uidemus in deo: si ergo in intelligentia rationali & anima, intellectus seu uis intellectiva est realiter ipsa intelligentia & anima, in eisdē actualē intelligere, esset easē esse. Præterea sicut ait Magister Sententiae lib. primi Intellectus & uoluntas sunt naturales uires & accidētia aia, suntq; in ḡe qualitatib; similiter in intelligentia: ideo esse nō ualeat realiter idē qd intelligentia & aia. Insuper

ELEMENT. PHILOSOPH. DE INTELIGENTIIS.

21

Insuper cōmuniter dicitur, q̄ fluūt ab essentiā, & ita sunt eius effectus, nec realiter idē quod ipsa. Amplius distincti ac proprij actus à distinctis & proprijs actiūs principijs oriuntur: nā simile procedit à simili, & omne agens simile sibi producit. Cum ergo intelligere & uelle sint actus specie differentes, progrediuntur à potentijis distinctis specificē. Præterea idē inquantū idem non operatur diuersa, sed idē. Intellectua ergo creatā essentia non est imme- diata causa tam diuersorum ac differentiū actuum, secundū q̄ in seipso est una & simplex, sed prout in suis uiribus multiplex est, & uarijs modis se habens. At uero iuxta Philosophum actus & potentia diuidunt ipsumens, & quodlibet genus entis, & in eodē genere reponuntur: ergo intellectua potentia & actiūs intellectio eius in eodē sunt generē. Certū est aut̄ q̄ actiones intelligentiū atq; uolendi non sunt in genere substantia: ergo neq; potentia ex quibus procedunt. Adhuc aut̄ quēadmodū corpus ad diuersa opera exercenda cōget mēbris diuersis, quae ab inuicē realiter sunt distincta: ita intellectua essentia ad actus differentes indiget potentijis ita distinctis. Insuper si in anima idem sunt esse & posse, tam incessabiliter erit in actu potentia, q̄ indeſinenter est in actu uitæ. Hanc positionē in Summa sua libro se cōndo fortiter tenet Gulielmus Antiodorensis episcopus, affirmans opinionē contrariā deo inuictosam: quia attribuit creature quod deo est propriū, puta q̄ in creaturis sint idem esse & posse, quod soli cōuenient creatori. Vx̄ his obiectiū uerba beatū Augustini, in quibus sentire uideatur, q̄ uires animae sunt re in anima ipsa: ad quod Magister primo libro euidenter & sufficienter respondit, q̄ scilicet idē dicuntur cū anima, quia in eadē anima fundantur essentia. Attrahit sicut in prima parte Sūmæ questione 79. Thomas declarat, Augustinus dicendo intellectū, uoluntatē, memoriatē esse idē in anima, non accipit tria illa, ut sunt potentiae, sed pro actuali intellectione, uolitione & memoriatione: certūq; est, q̄ sic sumpta nō sunt realiter idē inter se, neq; cum anima, nisi iuxta responſionē Magistri.

P R O P O S I T I O L X X .

Non congruit in intelligentijs intellectū agentē & possibilē tanq; realiter differētes potentias ponere: attamen intellectū & uoluntatē in ipsis ab inuicē realiter secernere, est rationabile. Quod est, quoniā intelligentijs species intelligibiles sunt cognatae, nec indigent eas a rebus phantasmatibus abstrahere, & abstractas in se recōdere acferuare, immo in deabilitate sunt eis impressi: hinc & si ponit in eis intellectū & agēs intellectus possibilis, nō hoc erit uniuoce sicut in nobis ponit. Veritamē quēadmodū causa prima uocat intellectus uniuersaliter agēs, & supra om̄e genus ordinēq; consistens, sic in intelligentia possit ponit intellectus in certo genere agens & actiūs se habens, ac proprij actūs elicitiū producens, immo & idē intellectus per respectū ad primam causam possit uocari possibilis, quia ad creatorē & primū omnīm illuminatōrē intelligibiliūq; speciez in fluxore passiū se habet, sicut & omne creatū. Intelligentia quoq; inferior ita quodā modo ad intelligentiā superiorē se habet, quoniā illuminatur ab illa, uultumq; suum proicit super luumen illius, ut perficiatur ab ea, ut in libro de Causis narratur.

P R O P O S I T I O L X X I .

Omnis intelligentia ab eo in intelligibilibus speciebus, itemq; infallibilibus sciētijs extitit plena, per quas tam superiora q̄ inferiora cognoscit. Quod est, quoniā intelligentia ex sua natura ac specie tantā est excellentia, q̄ connaturale ac propriū ei est actionibus intellectualibus incessanter intendere: ideo sicut igni cōnatū est calor ac levitas, sic intelligentijs scientia & intelligibilis forma. Præterea intelligentia ab exordio felix est naturali felicitate, moxq; ut creata est, se cretam cognovit, atq; ad creatorē protinus se conuertit per contemplationē syncerā, naturalē amorē & gratitudinē de bitam secundū Peripateticos & philosophiā: ideo ab initio suae cōditionis habuit ea quae ad naturalē beatitudinē obtinendā exigeabantur, utpote sapientiam intellectus, in munditā mētis, scientiam reū totiusq; ordinis uniuersi, perfectionē quoq; uirtutū heroicā, multo subli- mis q̄ ex naturalib; suis adipisci ualeat homo mortalis. Recte ergo de promisit Auerrois, Intelligentia est agens infallibilitate & non errans: Aristoteles quippe fensit nec in substantijs separatis, immo nec supra sphæram lunā posse accidere malum, hoc est nec malū culpæ, nec malū penale: quāq; ueritas sacratissimæ fidei aliter protestet de angelis. Insuper intelligentiae sunt causaexecutrices & instrumentales, causa p̄mī om̄nipotenti subseruentes in productione & gubernatione inferiore. Causae utiq; sapientiales intellectualiter ope- rantes: ideo in se cōtinent formas intelligibiles practicas suoq; effectuum. Deniq; quod ex- cellētiores sunt dignitate naturae specificē, eo p̄mū uniuersorū principiū superbeatissi- dū, in mun-

Obiectio,
Responsio.

Questio.
Responsio.

Obiectio.
Aristoteles.

Responsio.

Articulus Pa-
risiensis.

Auerrois.
Aristoteles

Intelligentiae
sunt cause ex-
cutrices &c.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

mum creatorē à suo primordio clarus agnoverunt; iocundius contēplatae sunt, atq; inten-
sius dilexerūt: deinde seipas ac inuicē sed & per propriā essentiā unaquęq; intueſ seipſam,
ſuū etiā creatorē, inquantū illius maiestas in ſua relucet eſſentia.

P R O P O S I T I O LXXII.

Intelligentia in cognoscendo affimilantur cauſa prima. Quod eſt, quoniam modus
agendi parificatur modo eſtendit: ideo quō intelligentia per ſuā naturā nobilitatem,
ſimplicitatē, actualitatē, propinquior eſt primā cauſa, eo ſimilior ei eſt in intelligēdo:
Porro prima cauſa in qua ſumma conſiftit ſimplicitas & nulla diuerſitas, ſeipſam &
cū ea per propriā cognoscit eſſentia, maxime unam ac ſimplicē quā uis in ſe ſit una, at-
tamen uniuersoſ eſt exēplaris ratio & idea, per quā uniuersa & ſingula diuertititiae atq;
plenifime intelliguntur à mente diuina. Hinc intelligentia quo' prima cauſa ſunt propin-
quiores, eo' per pauciores & uniuersaliores formas ſeu ſpecies intelligibiles intelligunt plu-
ra, etiā magis diuincte q̄ intelligentia inferiores & à prima cauſa diuertitores: non utiq; lo-
co, ſed diuinitudine, per ſpecies plures et minus uniuersales. Cumq; ſpecies intelligibiles
intelligentiæ diuidentur ac deducantur ab idealibus rationib; mentis diuinae omnium
cauſatiuū et repreſentatiuū, queunt etiā intelligentia per ſpecies ſibi à mēte diuina im-
pressas non ſolū genera & ſpecies regi, ſed particularia quoq; cognoscere, præfertim quan-
tum ad perfectionem ſcītiæ intelligentiæ requiritur, decet et pertinet. Hoc totū eſt quod
in libro de Cauſis inducitur: Omnis intelligentia eſt plena formis: Veruntamen ex intelligē-
tiis ſunt quae continent formas plus uniuersales, et ex eis ſunt quae continent formas minus
uniuersales, quod conſequenter ibidem exponitur iuxta ſenſum nunc tactum. Verū de his
super secundum Sententiæ diuinitudine tertia copioſe cōſcriptum eſt. Conſtat itaq; q̄ ſci-
entia intelligentia non eſt diuifua ſed deiformis et intuitiva, ita q̄ intuendo genus in-
telligit ſpecies eius, et intelligentia principia, intueſ coſclusionses quae deducuntur ex illis.

P R O P O S I T I O LXXIII.

Nilla intelligentia ex lumine naturali ac propria potestate intellectuali, ualeat in-
telligere cauſam primā plene & cōprehendere, ſeu quantū ad quid eſt. Quod
eſt, quoniam cauſa prima eſt incomparabilis & infinita excellentia ſuper omne
creatum, & eſt ſupra omne genus ac ſuper omnem ordinem regi, quoniam ipſa eſt
purus & incircū criptibilis actus, & eſt perfectionaliter ac penitus infinitum. Vnuquodq;
aut tantū habet de intelligentia, quantū de actualitate, formalitate & perfectione: Hinc
prima cauſa eſt pro rorū inuenerit intelligentiæ ac cognoscibiliatū: uis aut intellectua
intelligentia eſt finita in ſe, & capacitat̄ finitam eſt ad equaſa cognoscibiliatū cau-
ſa primā, imo infinite diuīt, deficit & occumbit ab illa. Rurſus inter potentiam & obiectū
oportet eſe proportionē, quae non eſt inter finitū ac infinitū, imo inter intellectū compre-
hendere cognoscē, id eſt, intelligentia obiectū tam clare ac plene, ſicut ex ſuā naturā co-
gnoscibile eſt, neceſſario requiri proprie ſumptu: Ideo cauſa prima ſibi ſoli eſt
plene ac pro rorū comprehenſe perfecte, cognita nec illa creata eſſentia potest eam re-
preſentare, quantū ad quid eſt. In ſuper ſcīre eſt rem per cauſam cognoscere: quod uerū eſt
de ſcientia mentis creatiæ, quid de deuſ ſuperbūlīm, quāuis cauſam ſui non habeat, nihil
minus ſcīt perfecte leipſum: Intelligentia aut eſt mens creatiæ, ſiccirco non ſcīt nec plene in-
telligit cauſam primā, ueruntamen intellegit & ſcīt eam, prout ex creaturis potest cogno-
ſci, & per ſpecies creatas ac lumine naturali. Vnde in libro de Cauſis habetur: Omnis intel-
ligentia ſcīt quod eſt ſupra ſe, & quod eſt ſub ſe: Veruntamen ſcīt quod eſt ſub ſe, quoniam
ipſa eſt cauſa ei: & ſcīt quod eſt ſupra ſe, quoniam acquirit bonitates ab eo. Postremo iuxta
Philosophū, intellectus noſter ſe habet ad cognitionē ſeparatā ſubstantiæ, quēadmodū
uifus uel pertiſionis & noctua ad lumen ſolis: ſed prima cauſa incōparabiliter plus excedit
& uincit omnē mentem creatam q̄ intelligentia intellectū humāni: non ergo præualeat lu-
mine naturali ad intuitum lucis increatā primā cauſa, prout in ſeipſa in propria luce & cla-
ritate ac puritate conſtitit, pertingere: quāuis iuxta ſanctæ fidei documenta, uniuersi beatit
supernaturali cognitione illam facie ad faciē beatifice contēpletur. Hinc rurſus in libro de
Cauſis aſſeritur: Caſa prima eſt ſuperior omni narratione, quoniam ipſa eſt ſuper omnē cau-
ſam, & non narratur niſi per cauſas ſecundas.

P R O P O S I T I O LXXIV.

Omnis

ELEMENT. PHILOSPH. DE INTELLIGENTIIS.

22

OMnis intelligentia absolute loquēdo finita eſt. Quod eſt, quoniam omne creatū
ad certū gradū eſſentialis perfectionis contracū eſt, qui gradus per eſſentialē
& propriā eius diſferētiam deſignat. Rufus quicquid ex nihilo eſt productū ac
dependē, eo ipſo quo tale potētia eſt imperfectū, finitiſ ac indigē: Confor-
miter de omni eſt in certo eſt genere & diſferētia habet, eſt ſentiēdū. Poſtrēmo uniuersa cre-
aſa ſunt inuicē coöordinata & aliqd habent ſuper ſe, nec unū eſt alio ita infinite perfectiū ſuā
In eodē ordine non eſſent contenta. Atramen in libro de Cauſis intelligentia dicit infinita in-
ferius, & finita ſuperius: qm̄ ipſa eſt ſimplex eſſentia in materia non recepta, nec corporali
receptaculo limitata: fed hoc non eſt eſte infinitū, niſi ſecundū quid atq; impoſtria.

P R O P O S I T I O LXXV.

Non uidetur naturā rationalis anima repugnare, neq; p naturā impossibile eſſe,
intelligere in hac uita ſubstantiam separatā clare & immediate quantū ad quid
eſt. Quod eſt, quoniam ordo eſt intimus rebus intantū, q; ſpecies regi ſe habent
ut numeri atq; ut ſpecies numeroz, in quibus unitas addita aut subtracta ſpecie
mutat. Hinc anima rationalis in umbra intelligentiae fertur creata, ſic q̄ in ſuā intelligentiæ
maxime eſt propinquā: Descensus quippe & influentia intelligibiliū ſpecies q̄ cauſa pri-
ma in mentes creatas paulatim & ordinatē occumbit, & deficiētior particularior eſſit
intantū, q̄ anima rationali, quae ſub inuima intelligentia ponitur, atq; intelligentia obum
brata uocatur, naturale conueniens q̄ conſtituit corpori, ut formā ſubſtantiale uniri, & per
eius ministerium per ſenſitivias potentiias ſpecies rerum haurire, recipere, ac per intellectū
agentem abſtrahere ac depurare, ſicq; in intellectu poſſibili depuratas reponere ac feru-
re. Porro dum intellectus anima fuerit naturalibus ſcientijs decoratus, ipſaq; anima uirtu-
tibus purgati animi heroice perornata, ſanctificata, exercitata ac eleuata, iā apriſima facta
eſt luminis intelligentia, mox pure & immediate uniri, desuper illuſtrari, deiformiter intel-
ligere ac contemplari, ſicq; in tantum luce intelligentia ſibi propinquioris perfundi, & inten-
tiones atq; impreſſiones ab ea tā copioſe ac radiō ſuſcipere, ut per eas intelligentia ipsam
clare conficiat quo ad quidditatem ipſius: hoc nempe ordo earum, cōproprio et coha-
bitudo uidentur exigere. Præterea mens humana ſumma et increatā lucis imago eſt atq;
ſignaculū, ex ſuā ſpecie ſuper tempus et cōtinuum ſublimata, diuinarūq; illuminationi
tantō excellentiū ſuſcepit, quantū per uirtutes conſummatas ac ſupremos habitus intel-
lectuales deiformior eſt facta. Talis ergo effecta, tanquam ſecretaria & confiliaria ſpiri-
tuū ſupernorum, ab eisdem eſt ordinate valde atq; copioſe illuminabilis, ac proxime ciſde
unibilis. Infuper præcipuum contraria opinionis motiuū eſt, q̄ anima in hac uita non po-
ſit sine phantatiū ſpeculatione intelligere, quod improbat eſt ſupra. Hinc præcipui Pe-
ripateticū Auicenna, Algazel, Auerrois, Alexander, Alphorbius, Abubather ac alii qui-
dam faſi ſunt, probauerunt ac defenduerunt, intellectum noſtrum in hoc ſtatu ac corpore
ad huiuscmodi intuitionem ſubstantię ſeparatę poſſe conſurgere, non obſtante, quod qui-
dam ipſorum ut Auerrois, Alexander, Abubather opinati ſunt, animam hominiſ eſſe morta-
lem, imo & intellectū anima uim eſſe organicam putauerit Alexander: quanto magis
qui animam immortalem fatentur, intellectū quoq; inorganicum recognolcūt, deberet
huic obterēperare doctrinā: Veruntamen præfatū philoſophū in modo intelligentiæ ſubſtan-
tia ſeparatam in hac uita, et diſſentientis: nec reor modum illum ſufficeret, quē quidā
eορ; affiſnauerunt, prout hoc alibi eſt ostendit. De hac re Albertus in tractatu ſuo de intel-
lectu & intelligentiæ ſubtiliter philoſophatus uidetur.

P R O P O S I T I O LXXVI.

Beatitudo tam intelligentia q̄ anima intellectu in actu intellectus & contēplatione
prima cauſa conſtituit. Quod eſt, quoniam beatitudo eſt optimā actione nobis
illimata potentia ac uitutis, circa præstantiū uerſans obiectum: intellectua
autē potentia cāteris uitibus extat præclarior, ſine cuius direktione atq; regimi-
ne uoluntas quoq; eſt cāca ac tyranizans. Deniq; ab intellectuali aut rationali perfectione
tam intelligentia q̄ anima humana ſpeciem uſcipit ac fortit, certumq; eſt omnē rem in
clo & terra ſpeciem fortiri ab eminentiori & ultimata ſua perfectione eſſentiali intrinſeca
quod totū ſuper quartū ſententiā & alibi copioſe probatū eſt. Hinc Philosophus de cimo
Ethicoꝝ felicitatē contēplatiū in contēplatione optimi ſpeculabilis affirmat conſistere,
& intellectū phibet eſte ſumma uim anima: hoc ipſum egregius Plato in Timoꝝ Phedone,

d 4 Memnone

Animā ratio
nalis in umbra
intelligentiæ
et creatā.
Animā inuicē
genitū obum-
brata.

Mē humana
imago et ſig-
nus increatā
lucis.

Propoſitione
45.

Albertus.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

Peripateticorum
error.

Mennone ac alibi frequenter testatus est. Veruntamen Peripatetici quidam constituerunt animae rationalis naturale felicitate in cognitione substantiae separatae, à qua & animas hominum estimabant immediate productas, uidelicet in contemplatione intelligentiae ultime, quod totius censetur errore: attamen uerisimile est hoc non dixisse philosophos illos præcipios, nisi in quantu anima per contemplationem intelligentiae redderetur ad cognitionem prius causa magis idonea, cū & modicū id quod de ea cognoscere possumus, præstantius de sideribus illiusq confitatur, q̄ tota cognitionis quā de creaturis habere ualeamus. Intellectus demū humanus bene dispositus in cognitione creature & effectus, nō q̄scit nec q̄ta, nec cōtēta.

PROPOSITIO LXXVII.

DE DEO.

Deus

Suniuersitate rerum & causarum, atq; mouētum ac gubernantiū esse unū ens, primū, aeternū & incausatū primū, causas mouens ac regens, euidēter ac multipliciter demonstretur. Quod est, quia uidemus ad oculū, ordinē esse in rebus in toto uniuerso, & itē in genere entiū. In omni aut or dine deuenitur ad primū ac ultimū. In ordine itaq; regi, est aliquod primū ac summū quod deum uocamus, quēadmodū etiam infinitū ac ultimū entium est pura potentia, res indigenissima & imperficiissima, maxime quoq; dependens: sic primū summū entium est purus actus nullius penitus egēs, & omnino in seipso perfectus ac omnifacie independens. Idem ostendit ex genere ac ordine causarū & causatorū. Cernimus quippe multa esse causata, quæ aliunde fūti esse sortita sunt: est igit deuenire ad aliquod causans incausatū: alioqui iret in infinitū, nec esset status nec ordo in causis: presertim aeternū causis essentialiter subordinatis oportet cōsistere statū. Porro causas incausatū necessario est aeternū, cum nil fuerit ante ipsum, nec aliquid queat causare seipsum. Præterea hoc probatur ex ordine mouentium atq; mobiliū, in quibus non pōt ascensus esse in infinitū, immo' necesse est unū esse primū motorem tam in mouentibus efficiens q̄ in his qui mouēt per modū causae finalis, qui motor est summus, solus ac uerus deus, summū, uere & incōparabile bonū ab omib; suo modo finaliter desideratū, uniuerso: ultimus finis, motor non motus, efficiens non effectus, finis finiens non finitus, separatisima forma oīa formans, à nullo formatus, ab omni materiali proprietate pure imunitus. Amplius hoc monstrat ex ordine & natura regentiū, in quibus necessariū est esse unū primū summū gubernans, propria auctoritate præsidens, propria potestate ceteris dominans, ex propria sapiētia legē gubernandi instituens ac præfigens, atq; ex fonte prouidentiae suę moderans ac disponens uniuersa subiecta. Entia népe, ut dixit Philosophus, nolunt male disponi: Pluralitas quoq; principiū mala, optimus uero principatus monarchicus: nō ergo est princeps, qui est deus excelsus & gloriōsus, cui nūl' dicere potest, quare sic facis: cū ipse sit regula prima ac summa mensura totius iustitiae ac uirtutis, quē scimus naturaliter & essentialiter pure infinitē bonū, sanctū ac sapientem.

PROPOSITIO LXXVIII.

Homeri dictū.

Deus est ipsum esse ac bonitas pura, incōprehensibilisq; maiestas, cui cū infinita excelentia inest & conuenit quicq; (absoluto loquendo) melius est in esse & habere q̄ deesse. Quod est, qm̄ ipsum esse est actualitas prima ac fundametalis formalitatis, uniuersis & singulis appetibile, à ceteris cunctis bonitatibus, formalitatibus, perfectionibusq; præsuppositū & tanq; pelagus, infinitū omnia reliqua cōprehendens, includens & continens. Ideo ipsum dicit primū nomen dei cuius esse omnē essendino bilitatē, perfectionē, beatitudinē, cū superinfinita ac simplicissima eminentia habet & possidet, cui esse creatū si cōpareat, magis non esse q̄ esse uidetur. Deniq; hoc esse, cum & ipsum est deo sit præambulissimum omniq; creato summe desiderabile & optandum, in quo nil defectus sit, nil malū, nil imperfectionis potest esse admixtū, coniunctū, adueniens: cum in seipso sit infinita simplicitatis atq; aeternae incōmutabilitatis, in quē nullatenus cadit neq; recipit accidens, cōstat q̄ ipse sit totaliter, omniformiter, interminabiliter bonus, intantū q̄ eius natura est bonitas pura: video omnē bonitatis perfectionē sine mensura & fine cōplectitur. Interē huius entis maiestas, beatitudo & gloria, immensitas, pulchritudo, dulcedo, omnipo-tētia, sapiētia, liberalitas ac libertas, à nulla queunt mente creata plenarie cōprehendit: tum quā, ut tacitū est, aeternae sunt, nec causam habent: tum ob infinitū sue actualitatis & cognoscibilitatis excessum tum propter omnimodū sua simplicitatē, qua in deo ex natura sua penitus dē sunt: nec est inter eas formalis distinctio, ut qdā imaginā, sed solū secundū rationē aut intentionē, ut sup̄ primū sententiā abundansime est ostēsum. Postremo, q̄cqd in sua ratione

ELEMENT. PHILOSOPH. DE DEO.

23

ratione designat perfectionē simpliciter dictā, puta realitatē non includentē aliquid perfectioni repugnās, hoc est materialitatē, potentialitatē, dependētiam, imperfectionē aut indigentia, id conuenit deo cū excellentia interminata, est p̄ in deo, immo potius est ipsi semet deus, non prout est in rebus creatis, sed in infinite perfectius atq; sublimius. Ecce q̄ supergloriosissimus ac super beatissimus est dñs deus noster, ei igit totis congratulemur precordijs, euincit totis uiribus ueneremur, formidemus ac diligamus, ammiremū, laudem⁹ & extollamus.

P R O P O S I T I O LXXXIX.

D Eum esse, aut est per se notū, aut facilime copiosissime q̄ probabile. Quod est, quia (ut assert̄ Damascenus) oībus naturaliter insita est cognitionis existēdi deū: aut (ut addit̄ Anselmus) cū deus sit ipsum bonū perfectū, & esse purū ac infinitū, quo nil maius aut actualius cogitari potest aut concipi, per se notū est deū est, cū ipse formaliter sit suū esse, propter quod cogitari non potest non esse. Et si quis dicat aut cogitet deū non esse, quēadmodū ait Psalmista: Dixit insipiens in corde suo, nō est deus inō intelligit propriā uoce, nec aduertit sensum ueborū suorū, immo loquitur nelut brutū, instar eoz qui prima principia negauerunt. Huic positioni consentit Albertus super librum de Causis, Bonaventura quoq; in scripto primi ac breviiloquio pauperis, Aegidius etiam ut uideatur. Porro Thomas, Henricus, Scotus ac alij multi, dicunt q̄ non sit notum per se, quāvis evidentissime queat probari. Deniq; priuente adhuc sancto Anselmo quidam acutus ingenii scripsit contra argumentū Anselmi inter cetera loquens: fertur esse quēdam pulcherrima regio, hec ergo uocatur, n. & arguitur hoc modo, n. est pulcherrima regio, ergo talis regio est ita in simili deus est quo nil maius cogitari potest, ergo tale ens est. Nescio quē insipientiū putabo, an insipientem qui dixit in corde suo non est deus, an eum qui putat argumentū hoc sequi. Cancellarius item Ioannes fatetur discursum illū Anselmi in ueritate esse sophisticum: quid autē circa hāc sentiam, in scripto primi Sententiāq; expressi. Siquidē discursum illū puto uere idoneum esse, & de necessitate concludere, nō tamen tenere in alijs huiusmodi argumentū: nec mirū, si in hoc aliquid singulare competat ei qui omnino & omnino mode est perfectus, ac ipsum superplenissimum esse ideale separati in seipso subsistens. Præterea deum esse iam multipliciter probatum est. Nihilominus aliqui soñiant id demonstrari non posse, quod falsum est, cum tota regiū uniuersitas clamet: Ipse fecit nos & non ipsi nos: & omne imperfectum, cōmutabile ac dependens, nec esset præsupponat ens absolute, perfectum, necessariū, independentē, à quo fluat & consertetur: sic & omne cōpositum & unitū præsupponit simplex & unitū. Omnis itidem multitudo deriuatur ab uno. Amplius quicquid alij conuenit non secundū q̄ ipsum, per aliquā causam cōuenit ei: qd enī causam non habet, est immediatū & primū, sic cōcirco oportet q̄ sit per se, & secundū q̄ ipsum: qd tale est, non excedit illud cui sic cōuenit. Hinc esse nō potest duobus aut pluribus cōuenire per se & secundū q̄ ipsum, sed uni dūtaxat, alijs yō p participationē ab illo.

P R O P O S I T I O LXXX.

Venadmodū deū esse naturalibus rationibus demonstrat, ita & ea quā necessaria rationibus ostēdunt, deo inesse ac cōuenire, queat probari demonstrat. Quod est, q̄a huiusmodi confequant necessario ad hoc q̄ deus est. Demonstratū est autē q̄ deus est purus actus, & ipsum esse omnino perfectū, inde pēdēs, nō indigēs: Ex q̄ necessario seq̄t, q̄ deus est infinitū & incōscriptus: Nēpe qd per potētiam coartat, aut per differentiā limitat, uel per materia terminalē, nequaq; est purus actus, sed potentialitati admixtū est. Nec tale ens est absolute p̄fectū, immo quo perfectio rei finitur, ibi eius imperfectio inchoatū. Hinc deū esse infinitū in seipso, in sua essentia, in omnipotētia, in sapiētia atq; in omni perfectione & gloria, & ipsum quoq; per transcendentiam esse ubiq; ac omnia penetrare, & uniuerso: essentias illabū, & itē unū dūtaxat esse, potest uerissime demonstrari, & multipliciter ac ostensiuā iam ante probatū: quāq; aliqui cōtradicunt, aliter sentientes, atq; in hoc cōcūtientes. Deniq; quicq; cōuenit deo, cū infinita utiq; excellētia conuenit ei, & cū exclusione omnimoda sui oppositū: quēadmodū sapiētia tā infinita & perfecte conuenit deo omnipotēti, q̄ nil prorsus insipientiae aut minorationis sapiētiae potest in eo confistere. Simili modo cū deus in sua natura sit prorsus perfecte infinite atq; purissime simplex, nequaq; potest in ipso esse aliqua distinctione formalis, seu non identitas ex natura rei inter essentia attributa ipsius: Præterea cū dictum sit, superpræstantissimum, superefficiāle & superincomprehensibilissimum deum ideo esse ac appellari purum actuū, quoniam eius est cetera uniuersa mouere, actuare, perficere, neq; ab aliquo mo- lieti

Patr.

Argutia

Patr. 44

Deū est inde-

nitus.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

ueri,actuari aut perficit hinc qui pro modulo suo clare intelligit qd deus est actus purus, saltem quantum ad quia est, etiā suo modo clare perpendit qd ipse sit penitus invariabilis, inteporalis, illocalis, aeternus, ac sibi in se supersufficientissimus, super deliciosissimus, & super pulcherrimus ac eminentissime simplex: quae omnia super certissime constant de ipso.

P R O P O S I T I O LXXXI.

CAUSA prima, uniuersa & singula in propria sua luce ac sapientia clarissime intuetur, perfectissime noscitur, prouidentialiter ordinat ac disponit. Quod est, qm sapiens deus est eius essentia, ideo qd perfecta & infinita, cuius intuitus nil euadit, atq; in ipsa tanq; in primo causaliter principio cuncta exemplariter lucent, virtualiter continetur, idealiter, sapientialiter ac prouidentialiter presentatur, comprehenduntur, resplendet. Deus ergo omnipotenter suam uitritute conspicio, cernit in eo omnia in qua potest & qua prodixit, product & producturus est. Similiter suam intuendum essentiam, uidet cuncta que resurgent in ea, quae una confitens & manens est uniuersorum, imo innumerabilitate ac infinititate idea exemplarum ratio, similitudo aut species. Deus ergo est omnia regens: & sicut in libro de Causis probat, omnia regit per finem decoris, i. cu summo decore: nec aliter machina uniuersi, in qua sunt tota contraria tamq; diuersa, tam multa & magna, stabilis permanet ac solitu cursum seruaret, prout de hoc fidelis Boethius quarto & quinto de Consolatione Philosophiae sapienter ac diffuse effatur. Etem in omni gubernantia multitudine oportet ad unum primum gubernans, imperialiter praesidens, generaliter dominans regendis leges alijs in fluens deuenire, et alias ubi multitudo, ibi cōfusio, non stabilis ordinatio.

P R O P O S I T I O LXXXII.

EA qua deo & creaturis dicuntur, non conueniunt eis uniuoce, nec omnino equiuoce, sed potius analogice. Quod est, quoniam deus multo plus, imo in infinitu magis excedit, omnem creaturam, qd creatura substantia accidens: nō enim una creatura essentia transcendentia aliam dignitatem & perfectionem specificam infinite. Deus uero omne creatum excedit in infinitu, & tame tanta est eminētia substantiae supra accidentem, qd commune genus non habet, nec ens de eis praedicit uniuoce, ideo multo minus de deo & rebus creatis quicquid uniuoce dicitur. Et si dixeris, imo: constat qd non, quia nec esse, neq; per se subsistere, nec sapientia iustum ut esse conuenit eis uniuoce, i.e. ad ratione, imo: deo conueniunt ista & consimilia per modum infinite sublimiorē qd alij, utpote per se independenter, implicant, essentialiter, non inhaerenter, creaturis uero participative, imperfecte & in genere certo secundū gradū determinatae, nec creatura substantia per se subsistit propria uitute, nulli alteri in intendo, imo: magis in initio virtutis ac consideratione primae causae, & magis dependet ad creatore qd accidens ad subiectū. Creatura quoq; non est essentialiter sua sapientia neq; iustitia. Veruntamē nō profructus & equiuoce conueniunt ista ipsi, qm creaturæ aliquid uera entitas, bonitas, substantialisq; substantiae ac sapientiae a creatore participant: nec aliter ex rebus creatis possemus aliquid uere & proprio ac affirmative de creatore cognoscere, concludere, enunciare, imo: fallacia equiuocationis accidenter: nō analogice competunt eis, hoc est deo per prius, creaturis uero per analogiam, i. habitudinem, proportionem ac ordinem quandam ad creatore, qui suā bonitatē, perfectionem ac opulentiam ipsius cōnūnicat secundū gradum & diversitatem multiplice, quāvis per modum infinite inferiorē qd in ipso sunt. Hinc quoq; haec attributa seu perfectionalia praedicata nō dicuntur deo, nec cōpetunt ei solum per causam, ut dicatur bonus, sapiens, sanctus, ideo tantum, quoniam causa est bonitas, sapientiae & sanctitatis creaturæ, sic quippe dici posset etiam lignum & lapis.

P R O P O S I T I O LXXXIII.

PErfectionalia nomina, quantu ad naturam & rem per ea designatam & secundū se sumptam, eminētius, prius magis proprio deo conueniunt qd creatis: quāvis quo ad modum intelligendi quo ea cognoscimus, sit econtrario. Quod est, quia ex creaturis deū agnoscimus dupli modo, uidelicet affirmatiue & negatiue: quicquid enim bonitatis & perfectionis in rebus uideamus creatis, creatori scribimus tanq; fontali principio & exemplari ac perfectissimam causam, in qua supereminētissime cōtinetur & est, quicquid bonitatis & perfectionis in effectibus reperitur, ideo talia prima causa per affirmationem ascribimus. Veruntamē quia per modum infinite sublimiorē & perfectiore qd capere possumus & qd in rebus creatis sunt, in ipso consistunt, in tantu qd de ipso & creaturis uniuoce nō dicuntur: iccirco iuxta diuinum Dionysium, uerius ac principalius auferuntur atq; negant de ipso. Itaq; bonitas, ueritas, esse & uiuere, sapientia & potestas ac consumilia, absolute loquēdo & qua-

Deus omnia regit

Deus excedit
omne creatum

Deus ex crea-
ris dupliciter
agnoscimus.
Affirmativa.

Negative.

ELEMENT. PHILOSOPH. DE DEO.

24

& quantum ad rei naturam, harāq; bonitati perfectionē, ueritatē & eminentiā, primio & pro priissime ac perfectissime deo cōueniūt, in tantu qd cōparatiue loquēdo nullus bonus, nullus sapiens, nullus perfectus, potens, ens & uiuens, nisi ipse mea creaturis conueniūt, nisi parti cipatione permodica tanq; riuuli atq; radioli. Porro in ipso sunt unū simplicissimum ac superclitissimum esse, superexuberantissimum ac superSplēdidissimum fons incircumscrip̄ta & superpurissima lux, actualissima uita ac fœcundissima causa.

P R O P O S I T I O LXXXIV.

DEUS non est genus nec species, neq; in genere aut aliqua specie, nec in dividuum ut persona in aliquo prædicamento contenta. Quod est, quoniam ut iam frequenter innotuit, deus supergloriosus essentiaaliter sanctus est, purus & illimitatus ac prorsus incircumscrip̄tib⁹ actus, indeterminabilis incontrahibilis natura: genus autē designat ens indeterminatum, contrahibile ac perceptibile per differentiam contrahentem, cui ex sua natura non repugnet consideratio talis. Porro ut patuit, talis consideratio in deo ex sua natura cu sit actualitas pura atq; formalitas infinita, nullatenus conuenire censetur: nullatenus igitur genus est. Rursus iuxta dialecticos, & Autemna atque Themistius ceteriq; Peripateticī concorditer hoc testātur: Genus se habet per modū potentialis: ab eo quoq; quod per modū passiuā potentia ac materialis principiū se habet, in re, sumit. Cūq; deus sit superpurissimus actus, omnē potētialē proprietatē ac materialē conditione excludēs a se, nequaq; ratio gnis in eo locū sortit. Deniq; nec de est species: Quād modū enim genus importat naturā potentialē, contrahibile determinabilē ex sua natura, sic species dicit naturā contractā, actuā, determinatā: quod illimitata & incircumscrip̄t nō cōuenit deitati, non ergo est species. Amplius quod in gnie non est, species esse nequit, cu omnis species sit & contineatur sub genere suo. Insuper genus dicit naturā generalē ad diuersas perfectiones specificas se in differenter habentes, & nullā eaz actualiter includentē: species autē designat naturā per certā & specialē differentiam ad speciale gradū essentialis perfectionis determinatā: deus autē est illimitata essentia ad nullā speciale perfectionem coattata, sed universaliter illimitabiliter qd perfecta, nequaq; ergo est species. Si denū obijcas, qd de iuxta Theologos prædicat̄ tribus in certis personis, solo numero differentibus: atq; qd fe: undū Theologia: Magistros duo prædicamenta sunt in diuinis, puta substantia itemq; relatio. Respondēdo qd tres illae superbenedicta persona non sunt plura, sed essentialiter unū: nec substantia, sed relationibus distinguuntur, iccirco nec proprie in eo qd quid est, sed in eo qd ad aliquid deus prædicatur de eis. Præterea dū duo prædicamenta aſterunt̄ esse in deo, nōm prædicamenta extense accipit̄ p̄ eo quod per modū prædicamentis se habet. Hinc innotescit qd deus non sit individuū, neq; persona in aliquo prædicamento ponēda, cu nec generis nec speciei sibi cōueniat ratio. Istud quoq; magister Sententiā primum fatetur, & ex uestib⁹ cōprobat Augustini quinto de trinitate, ut in Elementatione theologica inducetur. Præterea quia & hi qui deū in prædicamento esse affirmat̄, iā memoratas cōcedunt̄ præmissas, constat qd cōtrouersia inter illos & huius positionis actores uerbalis sit potius qd realiter nanc⁹ & laxius sumunt prædicamentū, & genus ac specie. Vēluntamē ista doctrina uerior subtilliter cōsiftit, ac amplius ad reuerentiam pertinet deitatis, quā & profundiores philosophi facti sunt esse extra & supra omne genus ac ordinē rege, quanto magis Christi annos hoc fari fateriā decet, cū & diuinus ac magnus Dionysius, præserit in libro de Mysteria theologia tam euidenter edoceat hoc. Postremo probat̄ est pauli ante, deo ex creaturis nō uniuoce cōuenire: Nō ergo in eodē sunt gne, cu gen⁹ dicit̄ uniuoce de cōtētis sub eo.

P R O P O S I T I O LXXXV.

CAUSA prima per nihil superadditum indiuiduat̄, sed de se, ex se, ex se, est maxime una & subsistens, ac primo & summe diuersa ab alijs. Quod est, quoniam ipsa est purus actus in nullo receptu, atq; essentia excellētia infinita, uniuersa & singula infinite, incōparabilitē in proportionabiliter qd transcedens: iccirco summe & sine cōparatione conuenit ei ex se & per se, in seipso in cōmūcibilitē incontaminabiliter qd subsistere, nec p̄ differētia proprii sumptū, sed per propriā essentiaā cū cōtētis distinguit. Propter qd in libro de Causis aſterit, qd causa prima p̄ propriā bonitatē indiuidua est, & de se maxime hoc. Proclus qd: Vnū inq̄: hoc est p̄ se deus, cui nec uniuersa deo cogat catena cōparabilis ē, tātā ens illud in se & p̄ se excellētia est fortitū. De qd Porphyri⁹ qd disseruit, qd ipse est de altissimus, quē polus, tellus, pōtus qd cōtētū, ac ipsa numina phorrescat. Itaq; sicut gna generalissima dicit̄ ab iniuice primo diuersa, & diffētia ab iniuice p̄ se diffētentes

Deus nec est
genere, nec in
genere.

Deus nec sp̄-
cies est, nec in
specie.

Obiectio.

Responsio.

Deus in diui-
nū nō est aut
persona alia
iūtis prædicante
ti.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

rentes, & itē materia prima ab alijs seipſa diſtincta; ita, imo & incomparabiliter plus ac eminētia cauſa prima per ſe ab omnibus eſt diuersa; propter quod in multoties ait Henricus, qd deus eſt per ſe singularitas quaēdam ſeparata, ſubſtientia, diuersa ab omnibus. Infinita igitur fuit imperitia imo dementia David de Dīnanto perhibet deū & materiam primā eſte idem, ed qd utrāq; ſimplificiſimi quid conſtitat, neq; per diſferentiam aliquā ab initio diſtin- guuntur. Oſtēſum eſt nanq; qd eoz ſimplicitas fit extreme diuersa. Eterni ſimplicitas dei eſt per totius potentialitatis exclusionē ſimplicitas aut̄ materiæ primæ, per totius actualitatis priuationem. Conſimiliter quod Socrates fertur dixisse, qd deus ſit anima mundi, niſi meta- phorice intelligatur dictū, erroreū eſſet. Porro (ut ſanctus teſtatur Gregorius) deus eſt ante omnia non ſolus, poſt omnia non praeuentus, in omnibus non inclusus, extra omnia non exclusus, ſuper omnia non elatus, infra omnia non oppreſſus, utpote in ſuipſius ſuperſcen- tiali ſimplicitate aeternaliter, incomutabiliter incircuſcriptibiliter qd perfeſtis.

P R O P O S I T I O LXXXVI.

Deſus eſt omnium prima cauſa in tricli genere cauſe. Quod eſt, quoniam ipſe eſt omnium cauſa prima efficiens, à qua omniſbus deriuati eſt eſſe & uiuere. Cauſa quoq; formalis ſeu exéplaris cuncta idealis ratione intellexualiter agens; Eſt item omnium cauſa finalis tanq; ſummu bonū, ad quod omnia ordinantur, & qd ad ſuipſius maiestatem declarandū atq; ad propriam gloriam & honore condidit uniuersa. Ipſe ergo eſt omniū finis ac felicitas obiectalis. Participatio uero ſua bonitatis, contem- platio excellentiæ ſue, repræfentatio & relucētia ſua perfectionis in rebus eſt finis & beatitudi- tudo formalis. Deniq; iſtud nouerunt philofophi, & quidam eoz de inuocatiue probauere runt: Nullū enim imperfectū mutabile ac finitu potest eſſe aeternū & incauſatū, ſeu ens per eſſentiam, nec ens per eſſentiam propriam, puta indepedens pōt eſſe imperfectū, finitu ac indigens: quia quod conuenit rei ex ſe, propria ſcilicet ratione & ex ſua natura, non ex alia cauſa non potest eſſe minoratū in eo, imo neceſſario conuenit eſſe perfecte ac plene. Rursus omnis multitudo neceſſario eſt ab uno ſimiliter in cauſis eſt ſtatus. Eſt igitur una prima & maxima cauſa, à qua omnia ſimpliſi emanatione fluxerunt; nec huius oſtendit conuolutus Philofophus, quinimo (ut in libro de Subſtantia orbis Auerrois fauſſus eſt) nunq; Aristotelis intentio fuſt aſterere, qd cœlū eſſet à prima cauſa ſolū per dependentiam & coheruationē, & non etiam per realem productionē. Iccirco qd aliqui dicunt Aristotelem id ſenſiſſe, deuiant ualde. In ſuper ipsam quoq; primā materiam docuit Plato fluxiſſe ab ente primo, aſfirmans omniē pluralitatē ac multitudine processiſſe ab uno, quod Proclus quoq; Platonis diſcipu- lius in Elementatione ſua Theorica exprimens: Extremū, inquit, entū i. materia, ſimplificiſſi- mū eſt ſicut & primū, quia à ſolo primo processiſſe, & denuo. Materia quidē ſubiectū ſiſtis omnium, ex omniū cauſa ens processiſſe. Vix qualiter iſta ſtent, cū hiſ ſuā libro ſecundo inducit Magiſter ex uerbiſ Ambroſii aſſiſtantiis, qd Plato poluit tria increata, uidelicet opifi- cē, deum, exéplar, materiā in collectis ſuper ſecondū ſententiā eſt in introductū.

P R O P O S I T I O LXXXVII.

Totum uniuersum à prima cauſa productum eſt & profluxit emanatione intelle- ctuali, liberali ac libera, nō emanatiōe naturali aut emiatiōe eſſentiali ac neceſſaria. Quod eſt, qm̄ primo ac ſummo agente conuenit nobilissimo modo opera- ri ac facere, quod eſt operari ſapienter per intellectū, iuxta preconceptā operis rationem, quēadmodum in libro Fontis uitæ de promiſt Auicenna. Vnde in primo Timaei diſſertū philofophorum decor & flos Plato, qd ei voluntas fit omniū prima cauſa, & qd uoluntate cuncta eſſet. Auicenna quoq; & Algazel processione regi à primo principio com- parauerunt productioni artificiatōe ab artifice. Veruntamen multi p̄cipuorum philo- phorū imaginati ſunt deū ſuā bonitatē cōmunicasse creatiſ ſeſtate quadā natura, nō li- bera, ita qd non potuit eam ipſis non cōmunicasse, nec aliter feciſt quā ſeſt; nō qd uia coa- ctiōe impulſus fit ad creandū, ſed qd ex ſuperabū danti ac liberaliſſima ſua bonitate nequiu- uerit ſe contiñere, ſi quidē eius uoluntas neceſſario uoluit, qd intellectus & ſapiencia eius certi ſuit & dictauit melius, decentius ac conuenientius eſte, uidelicet ſuā bonitatē diſfundere ac mundū producere, ſicut & feciſt. Deniq; cū ipſe ſit naturaliter bonus, naturaliter uult bona, nec potest ea nō uelle, nec decuit eū diſferere. Ita ſuit philofophorū prudētia, & ut appa- ret, Aristotelis quoq; intētio aſteretis, qd unū & idē eodē modo ſe habens facit idē, atq; quod ab uno ſimpliſi invariabilis agente nō procedit immediate niſi unū. Hinc opinati ſunt mu- dū ab aeterno fuſſe. Vix in hiſ deuiaſie noſcuntur; quāuis, n. agens naturalē eodē modo ſe habens

Davidis de Di-
nanto Iapſus.

Deus non eſt
aia mundi.
Gregorius.

ELEMENT. PHILOSPH. DE DEO.

25

habens ſit determinatū ad unū, attamen agēs intellexuale ſapientifime operans liber, eſt ad utrungq;. Cūq; deus eſſentialiter ſapiens eſt & ſapiētia ipſa, ac ſumma libertas, uniuersa & ſingula uno intuitu comprehendens, ac ſimul non ſuccelliue aeternaliter noſcēs ac intellectu aliter operans, ideo conuenit ei plura ſimul producere libere prout uult, quid admodū eafimul agnoscit, nec aliquid neceſſario uult, niſi propriā bonitatē, quae eft ſibi ratio uolendi diligendiq; alia, quaē nec bona ſunt ex ſe, nec aliter, niſi quoniam deus uoluit ea eſſe, ac ſuam bonitatē participare, ſicq; uoluit ea non quaſi bona ex ſe, ſed quia uoluit ea & ideo bona ſunt, qd non attenderunt praetacti philofophi.

P R O P O S I T I O LXXXVIII.

Prima cauſa in ſapiētia ſua aeterna inſtituit ordinē uniuersi & per ſeipſam primo ac immediate executa eft & digeffit eum in creaturis. Quod eſt, quoniam ordo uni- uersi eſt quid optimū in eodē; iſcīrco à ſummo bono direc̄te & effectiue profluxit. Rursus ſapiens eſt ordinare & cuncta ordinate peragere. Itere eſſentialis regi ordo, & nexus ac colligatio uniuersi immediate conſequitur naturas ac ſpecies rerum haben- tes ſe inſtaſ numerog: Naturas autem & ſpecies entium inſtitueret in ſe, ac conſtitueret for- riſis rebus, ſolius eft dei; ideo ipſe per ſe immediate, nullo creatori agenti, concauſante, con- didit mundum i. uniuersi as intelligentias ac orbes coeleſtes, & clementia ac terum naturas, hoc eft prima individualia ſpecierum. Verum circa hoc etiam maiores philofophi graui- ter errauerunt, opinantes à ſimplificiſſimo & invariabili deo proſtrus uniformiter ſe habente, nō profluxiſſe per creationem immediate, niſi ſumma ac primam intelligentiam, atq; ab illa ſecundam intelligentiam eſſe creatam. Itaq; Auicenna nono Metaphyſicæ ſue: In prima inquit intelligentia, eo ipſo quo à primo agente crea-ta eft, neceſſario cecepit eſſe ac fuit poſſi- bilitas ſeu potentialitas quaēdam: Hinc intelligentia illa in tellexit mox tria, uidelicet cauſam primam, & propriam actualitatem, propriam quoq; potentialitatem. In quantum intellexit primam cauſam, processit ab ea intelligentia ſecondā in quantum uero intellexit pro- priam actualitatem, produxit primam animam nobilem, que eft anima primi mobilis cœ- li. In quantum autē intellexit propriam potentialitatem, creauit corpus coeli illius. Confor- miter intelligentia ſecondā creauit tertiam, & ſecondam animam nobilem, ac corpus orbis eius, & ita deinceps usq; ad decimam & ultimam intelligentiam, à qua dixerunt crea-ri animas rationales, & elementa inferiores qd formas de potentia educi materiæ. Itaq; iſi philo- ſophi aſſerebant, qd prima intelligentia, prout ſe intellexit conditam à ſummo deo, quam cernit ceteris clare, irradiatur & impletur lumine tanto, tam exuberanter, qd emicat ſe & ſplendorem quendam producit, qui eft intelligentia ſecondā. Intelligentia denum ſuam po- tentialitatem, eieciſt quā ſuā umbram à ſe, puta corpus coeli ſuperioris. Verum iſta poſitione nō ſolum erronea eft, ſed item haeretica, cum ſolus deus creator eft, nec creare conueniat finitæ po- tentialiæ: iamq; oſtenſum fit, qd ſicut omnipotens deus plura, in dū & omnia ſimul práctice inuitet, ſic potest & eadē ſimul efficere; quia nec minor eft eius po- tentialia in exequendo & ope- rando, qd ſapiens ſuā in intellexendo ac disponendo.

P R O P O S I T I O LXXXIX.

Non uideetur creature repugnare ab aeterno eſſe creatū, absolute loquendo; quā- uis ex ſuipſione ei repugnet, quia de facto ſic eft: qd oia ſimul cū tempore, nō ab aeterno producta ſunt. Quod eft, quia iſtud non implicat neq; impossibili- le deo eft, nec creature repugnat directe non enī de ratione effectus eft hic aut nūc, nec oportet cauſam duratione praecedere ſuā effectū, cū uideamus ignē eodē inſtantē quo generatur, lucere & ſplendore emittere, ac calorē imprimum. Deniq; ſi ſol ab aeterno fuſſet, radius quoq; ipſius aeternaliter extiſſeret. Nec deus oportet impotētior ſuit ab aeterno ad creandū ſine temporali exordio, qd ſol ad ſuā radij diſſuſionē. Deniq; Auguſtinus in mul- tis locis id proteftat, ponēdo exēpla de pede atq; uestigio: Si pes ab aeterno ſtetiſſet in pul- uero de ſole ac radio de uirgulto & umbra eius in aqua: Naturalis quippe effectus coa- uens eft aut eſſe pōt ſuā cauſa. Rursus ſicut non implicat, huic lapide tota hac die fuſſe, & tamē in primo inſtantē huius diei eſſe creatū, ita nec implicat, creature ab aeterno fuſſe, & tamē in primo inſtantē exiſtēt ſuā cōditā eſſe. Iſtud qd Plato, Aristoteles cū ſuā ſequacib⁹ cō- cesserūt ſufficit qd p̄pete ad rationē creationis aliqd uere eſſe productū ex nihil, ita qd nō eſſe p̄ceſſit ipſius eſſe prioritate originis & naturæ: nec exigit ratio, qd p̄ceſſerit tēpore. Ve- runtamē etiā qdā magni doctores tenet huius oppoſitū, ut Alexāder, Albertus, Hēricus & alij multi. Aliq; uero dicūt, qd nō in reb⁹ p̄manētis, ſed ſucessiue nature iſtud repugnet: Ad

Philofophi-
con.

Auicennae de
intelligentiis
produktionē
opinio.

quod

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

quod fortia habent motiva; immo rationes dicentium non esse possibile creaturam ab eterno fuisse, non minus sunt fortes rationibus philosophorum, qui mundi aeternitatem ponebant; quāvis nec illæ nec istæ videantur demonstratiæ.

PROPOSITIO XC.

Vnde diversis
diuersimode
conuenient.
Primo.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Quinto.
Boëthii herba
quō intellegi-
ca.

Simplices du-
plex.

Proclus

Veritas rei.

Veritas propo-
sitionis.

Veritas propo-
sitionis quid.
Veritas creata
& increata.
Simile.
Aliud simile.

Veritas uite
doctrine &
iusticia.

Multipliciter dicit aliquid unū. Quod est, quoniam unū est transcedens, quēad modū ens; sic circa diuersis diuersimode cōuenient. Primo aut & maxime, qm̄ in se subsistens, nullain se includit quā ab inuicē realiter distinguunt, immo ne aliqd habet in se, qd̄ ab ipso realiter sit distinctus; sicut solū ens primū est unum ac simplex, quod substantialiter est id quod habet, puta sua potentia, sua iustitia ac sapientia sua, & ita de inuieris attributis & perfectionibus eius; Vnum quodq̄ etiam hoc realiter id est cū quolibet alio attributo; etem̄ sua sapientia est sua iustitia, sua clementia, sua potestas. Porro istud nulli cōp̄erit creature; quianec intelligentiae, in qua necessario realiter differit esse & agere, essentia & sapientia, sapientia quoq; & iustitia, & consimilia multa, ut intelligere, uel le, gaudere, substantia, beatitudo, intellētio. Quod ergo uerificat quod prefati Peripatetici aīc̄ rebant, à prima simplici & inuariabili causa non procedere immediate nisi unū simplex; cū in prima intelligētia tāta inueniat diuersitas, tāta cōiunctio, pr̄fertim secundū Auicenā & suos, dicētes esse & essentiā in intelligētis realiter cōdistingui; nec dubitū quin prima causa intelligētis cōcreauit omnē quā habet perfectionē, & diuersitatē sapientiae & uirtutis, ac simul in eis produxit essentiā existentiāq; eaꝝ. Veruātā post primā causam maior unitas in intelligētis per hibet, in qbus nō est essentialiū partii, puta materiae ac forme distincō, cū sint in se subsistentes ac simplices formae, neq; realis diuersitas inter quod est & quo est, seu inter esse & essentiā, iuxta probabilit̄ē (nī fallor) opinione, nec tantas in cāteris differentia ac multiplicitas potentiar̄ atq; habitū, ac operationū, tā immanētū q̄ extra transeuntū. Deniq; post unū numero dicit unū specie, & in qbus sunt tot species quot indiuidua, loquendo de speciebus specialissimis in sūnt plura actualiter unū in specie, quāvis species illa abstracte cōsiderata dicit quātū in se est, cōmunicabilis multis. Tertiū est unū gñē, sicq; plures intelligētiae, unū sunt, siue solo numero, siue & specie distinguant; quia sub genere hoc quod est substantialia incorporeā, continetur, immo & sub genete proximiōri, quāvis illud nos lateat. Quartū est unū analogia prout substantialia & accidens appellantur in ente. Quintū est unū aggregatione, sicut exercitus. Quod aīt affirmat Boethius, omne qd̄ est video est, quoniam unū numero est; accipi potest de omni existētialiter ente; qm̄ esse existētia supposito est aut singulariū. Insuper sicut quādā est simplicitas perfectionis quā deus & intelligentiae simplices nominant per exclusionē potentialitatis aut materiae; quādā uero est simplicitas imperfectionis per exclusionē actualitatis & forme, quā materia prima & elementa dicuntur simplicia, quibus perfectiora sunt mixta; sic duplex est unitas. Nam & elemēta & materia magis sunt unum in unitate imperfectionis, quam mixta. Certuna est ergo, qm̄ omne unum creatum subsistens, sit unum & nō unum, hoc est, aliqualiter unum, & aliquo modo non unum, puta non pure & omnifarie unum, sed unum & item unum, id est, ex pluribus constans, aut plura in se habens & continēs. Hinc Proclus differuit: Omne unitum alterum est à se uno. Et rursus: Omne quod fit unum, participatione unius fit unum; secūdum autem quod sustinet participationem unius, unū est. Itemq; Omne quod participat unum, & unum est & non unum.

PROPOSITIO XCI.

Verum & ueritas uarijs modis dicunt, ac multipliciter rebus cōueniunt. Quod est, qm̄ quādā est ueritas rei quā est ipsa natura, seu entitas eius; quādā est ueritas propositionis, quā est in propositione tanq; in signo, in intellectu autē ut in subiecto. Vnde dixit Philosophus: Bonū & malū, sunt in rebus; ueritas & falsum, in intellectu. Hinc ueritas ista describit, q̄ sit adequatio seu cōformatio intellectus ad rē intellectā. Deniq; est ueritas creata & ueritas inuicta; & sicut ab uno uultu in diuersis speculis plures refulget, resultat ac representant similitudines; sita ab una aeterna inuicta ueritate deriuat, imprimunt ac fulget uarij ueritates in creaturis ac rei naturis; Quē admodū etiam in eodem speculo multæ apparent similitudines diuersarum facierum insipientium illud; sic omnium creaturarum ueritates in diuina refulgent essentia tanq; in superlucidissimo speculo, quā ueritates in mente diuina sunt ideæ & exemplares rationes creaturar̄, de quibus in secundo Timaei differuit Platō: deus ut mens, cuius uisus contemplatioq; intellectus idearum genera contemplatur in intelligibili mundo. Amplius ueritas diuidi confuse

uit

ELEMENT. PHILOSOPH. DE DEO.

26

uit in ueritatē uitæ, ueritatem doctrinæ, & ueritatem iustitiae. Veritas uitæ, est conuersatio legibus atq; præceptis diuinis regulata ac conformata, recte q̄ rationi ac uirtutibus consona. Veritas uero doctrinæ, est ipsa instruētio, falsitatis atq; erroribus carens. Veritas de-
mum iustitiae, est æquitas ipsa a fictione duplicitateq; aliena, seu uera iustitia, nec nimium rigorosa, nec nimis laxa: De his in compendio theologico seu elementatione theologica aptior locus est differendi. Est etiam ueritas quā dicitur uirtus moralis, per quam quis in uerbis & factis se habet sinceriter prout intus intendit. At uera ueritati rei quā essentialiter ueritas est, putat ueritati increatae apponitur uanitas quādam, omni rei create communis, quā est defectibilitas à uero, pleno & incommutabili esse. Vnde Salomon loquitur: Vanitas uanitatum & omnia uanitas. Hæc uanitas appellatur interdum labilitas creaturæ, quia de se labilis ueritabilisq; constituit in nihil, sicut ex nihil est uerita, nisi desuper cōseruaretur. Postremo ueritas adhuc dupliciter sumit: Primo, prout falsitati oponit; Secundo, prout opponit permixtioni; iuxta quem modū dicimus ueritatem aurum, cui nihil metalli alterius est admixtum; sicq; soli conuenit deo, cui nihil de non esse, nihil priuationis, nil potentialitatis, nil diuersitatis aut extraneitatis admixtum est. Essentialis quoq; se uenit & rei ueritas duplicitate ascribitur: Primo, quia per eam res ipsa ostendit se sicut est quantum est de se, quāmuis hoc nullus cōsideret; sicq; ueritas est ratio per quam ens est ipsius intellectus objectum; quoniam nī res nata est ostendere quod est, non posset intelligi; Veruntamen ratio illa non est primo intellecta, sed res absolute. Secundo inquantū res per suam essentialiam conformat conceptioni intellectus diuini, & rationi sue exēplari atq; ideæ quā habet in ea. Hinc loquitur Auicenā: Veritas rei est proprietas sui esse, quod stabilitū est ei.

PROPOSITIO XCII.

Bonum cū ente conuertitur; sed sicut uerum superaddit enti comparationem seu ordinem ad intellectum, sic bonum superaddit enti comparationem & habituā nem ad effectum seu uoluntatem. Quod est, quoniam ens absolutius sumitur q̄ conuertibilia eius; hæc nāc̄ proprietate aliquam enti superaddunt, & hoc in ratione seu intellectu cōsiderant, nil autem reale in ipsa re, in qua nihil omnino proprietatis iste ac uarie considerationes fundantur. Res nāc̄ creaūta non p̄c̄ise fortitū à deo esse similitudine dicit, sed & conforme suo exēplari in creatore ac appetibile uoluntati, immo & creanti qui diligit cuncta quā fecit in quantum sunt bona; Itaq; solus deus est ens substantialiter bonum, & ipse est naturaliter infiniteq; bonus, ac bonitas separata, exemplaris, fontana, quomodolibet & omniformiter bona, cuius rei p̄ceptuā alia sunt quasi non bona. Porro aliud est bonū creatūra, certo gñē ac specie limitatū, qd̄ diuidi p̄t sicut & ens; & quandoq; quid plus habet de entitate tāto plus habet de substantiali hac bonitate participata. Alia est bonitas ac cōstabilitas, ut pulchritudo cōueniensq; cōplexio, acumen ingenij, p̄sertim naturalis dispositio & inclinatio ad profectū scientiæ ac uirtutū; unde nōnulli bona ac egregiæ indolis nū cupantur. Alia denū ac major est bonitas spiritualis, mentalis, interior intellectualiū habitū & acquisitionis, naturaliūq; uirtutū & actuum earundē, ex quibus nōnulli quoq; gentiles boni & uirtutuū uocati sunt; immo & quid am eo leguntur fuisse uiri heroici, ut de Platone afferit Angustinus, & de Socrate & Hectore Aristoteles protestantur. Insuper alia est aliorū bonitas gratiæ ac infusione uirtutū; altissima autē est bonitas gloriæ, de quibus in sequenti editione deo p̄fstante tractabitur. Præterea nullum est ens essentialiter malum, immo (ut probauit Philosophus) si tale quid esset, destrueret semetipsū in circulo nequaq; ponendum est summū malū, tanq; ens positiū ac natura totaliter mala, immo unū solū est pugnare, perfectū, infinitū & incomparabile bonū, à quo quoq; quid entitatis, quicq; quid bonitatis in alijs est, derivatur, iuxta illud Procli Platonicū: Omnia qualitercumq; participantia bona, præcedit qd̄ primū bonū, & quod nihil aliud est quā bonū; cetera quippe aliqd̄ defectibilitatis, potentialitatis & uanitatis habent admixtū, iuxta sensum prætractū; iuxta Boëthium, non sunt quomodolibet ac omniformiter bona, i. secundum omnē respectū; quia nec cōparatio ne boni infiniti, nec respectu originis suæ, ex qua, utpote nihil, nec inquantū defectibilitati, uanitati & labilitati in nihil, admixta.

PROPOSITIO XCIII.

Omne creatum inquantū procedens à deo, in ratione trīplicis causæ sortit unitatē, ueritatē ac bonitatē. Quod est, quia inquantū emanat à deo accepto in ratione cause efficientis, habet unitatem quā in quantū est à se ac diuisa ab alijs, habens proprium esse, prout est terminus productionis realis, puta creationis à deo im-

Creatum tria
à creatorē sorti-
tur, feliciter uni-
catum;

Bonitas spiri-
tuū alia.

Bonitas gratiæ.

Bonitas gloriæ.

Nūllū est ens
essentialiter
malum.

Alia ueritas
diuīsto.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

Vitatem.
Contatem.

mediate aut mediate. Porro prout fluxit à deo sub ratione causæ formalis seu exemplaris, fortitū est ueritatē, qua suo in creato exemplari (ut patuit) conformatur, conformatione qualis in imitationis, non similitudinis naturalis. Postrem secundū q̄ pro cessit à deo in ratione causæ finalis, adeptū est & participauit bonitatē, & ordinatur ad summum bonū ac ultimum finē; sic quoq̄ factū est in pondere, i. in élévatione ad congruū finem; sed ut factū est à creatorē per modū causæ exemplaris, constitutū est in mensura, i. inde determinato gradu ac ordine suæ specie ac generis; atq; ut prodijt à creatorē in genere cause efficientis, facta est in numero & essentialium partium quibū constat, seu actus & potentia, aut quod est & quo est, prout hæc in editione de Foste lucis, & Semitis uitæ, & in opusculo de Venustate mundi ac pulchritudine dei, diffusius sunt expressa. At uero diuinus Dionysius perhibet etiam pulchrum conuerti cum ente: Siquidē in omni creato perfectio ipsa specifica quadam est pulchritudo. Hæc uero in Elementatione Theologica sunt plenius referanda.

P R O P O S I T I O X C I I I .

S Olus deus est essentia liter sanctus & uirtuosus, ac impeccabilis ex natura: hinc res rationales & intellectuales indiget super additū eius sc̄ientiis atq; uirtutibus. Quod est, quoniam deus est ens simpliciter primū, simplicissimum in se & per se, omnimode omniformiterq; perfectum, nō ordinatum ad aliud; iccirco nō conuenit ei nec indiget perfici per aliquid super additū ei, neq; per actū aut habitum ab eo distinctum, immo sua essentia est sua sapientia atq; scientia, suaq; uirtus ac sanctitas; nec diuersificantur in eo boni tanta natura & bonitasq; uirtutis. Nec potest errare, desificare aut peccare, cū error, defectus seu culpa contingat per recessum ab ultimo fine, qui a seipso recedere nequit aut elongari. Creaturis uero rationalibus ex suanature peccabilitas inest & conuenit, eo ipso quo creature sunt, puta facta ex nihil; iccirco ex seip̄is habent uanitatem coniunctam, atq; ad culpam proclives sunt fibi possidens relata, nec eaq; esse est perfectū in se, immo habibutibus actibusq; scientiis ac uirtutis perfici eagent potissimum super naturalibus donis gratiū facientes, uirtutibusq; infusis sicut patebit.

P R O P O S I T I O X C V .

D E V I R T U T I B U S .

 **V**enadmodū natura humana cōpositior est q̄ natura angelica, sic homo pluribus egit uirtutibus q̄ angelus. Quod est, quia ut dictū est, homo cū omni creatura aliquid habet cōmune, & ex carne mortali & anima rationali est cōstitutus, appetitū habens sensitū ac intellectū. Anima quoq; rationalis in sua natura ualde est defectuosa & imperfecta, ita se habens in uniuersitate ac ordine intellectū naturae, sicut materia prima in ordine entiū, cū intellectus anima in sui exordio sit tanq̄ tabula rasa. Caro item spiritui est rebellis, & sensualitas rationis: fed & ratio ad errores extat proclivis, nec minus prona est ad peccata uoluntas. Porro angelus simplicis est natura scientias & uirtutes fibi possidens concreatas. Itaq; quo homo in seipso indigentior imperfectior q̄y conficitur, & à creatorē suo distantiō, diuersitudine tanta non loquo, eo pluribus egit auxiliis ad hoc q̄ suo creatori iungatur ac beatificetur in ipso, & pluribus ac difficultoribus moribus & actibus ad ipsum pertingit, uirtus reluctatur, perfectionē fortuitur: Hæc aut auxilia, instrumenta ac media, sunt exercitia bona, scientiis ac uirtutis, & assidui actus earum.

P R O P O S I T I O X C V I .

M Oralibus uirtutibus indiget homo in primis. Quod est, quia uirtutes morales dicuntur per quas passiones sensitū appetitus refrenantur, moderantur, laudabilesq; redditū. Ipsa quoq; prudētia, cuius directione & discretione hoc fit, uirtus uocat moralis. Appetitus quippe ex se cœcū est, indigens regi & rectifi cari lumine rationis, ne impetu suo ferat & ruat præcipitando seipsum. Ratio igit per prudētiā informata, qualiter gubernādus fit appetitū inferior sensitūus tanq̄ seruus, ut ratio obtē peret in ipsum imprimit appetitū sensitū, reprimēs immoderatos motus ac impetus eius, & affluefacies ipsum ad appetendū moderate sua obiecta, & ad prosequendū ac tēdendū in ea secundū rectę rationis censurā. In hoc nanc̄ conficitur regula & mensura refrenationis, & rectificationis sensitū appetitus, ut afficiat & moveat ad sensibilias sua obiecta, & eadē prosequat aut fugiat, secundū q̄ expedit rationi & appetitu intellectū ad proficiendū in sapientia, sc̄ientia atq; uirtutib; ad beatitudinē obtainēdā. Qz si alter ad sensibilia, delectabilia, utilia aut honesta afficiat aut tēdat, inordinate se habet, peccat & bestialiter agitatur, nisi forsitan modicus sit excessus.

P R O P O S I T I O X C V I I .

Triplex

ELEMENT. PHILOSOPH. DE VIRTUTIBVS.

27

Triplex est modus & status uitæ humanæ. I. Quod est, quoniam homo est quād horizon & mediū uniuersi. Cū em̄ ex sensuali & intellectuali constet natura, per partē sensitū, hoc est per uires sensitūs, cognitiuas ac appetituas; atq; p corruptibile corpus cōmunionē habet cū irrationalibus mortalibus creaturis, p̄a brutis. Porro p partē intellectū, p rationē & liberā uoluntate immortalē cōanimā summi dei similitudine insignitā, cōuenientia quādā cū deo & intelligentiis est fortitū: attamen per rationalē naturā in propria specie collocaſ, secundū q̄ p̄ naturale lumen & uim rationis dicascurus est, a notis ad ignotore cognitionē progrediens, sc̄ientiāq; acquirēs tā ex alijs instruções q̄ propria inuentione, p̄cipue tamē in exordio usus rationis lug, ex alijs doctrina, q̄ ḡet multipli admiculū indiget, potissimum in infantia, pueritia & adolescētia, immo & frequēter deinceps, usq; in uite fine. Hinc homo est naturaliter animal sociale, ciuile, luxta hæc distinguit triplex genus uitæ humanæ, uidelicet bestiale, ciuile, diuinū. Nēpē si homo passionū impetu insequāt, cōcupiscētis acq̄uietēs, & delectationibus sensualitatis intētus, nec irrationalib; motus refrenās, uita ducit brutalē, uile & fœdā, bestijs uilior, immo de cies similes omni bruto dexterior: t̄ quād modū em̄ homo ratione regulatus atq; uirtutibus ordinatus ac decoratus, est animal optimū; ita si ratione defecta uirtus passionib; deseruit, est animal pessimum. Interim si per rationē renitātē peccatis, & passionib; dominat, aut salte dominari incipiat, ac inter homines legaliter, pacifice, socialiter, iuste & claudabiliter cōuergetur, uita ducit ciuile: si aut̄ toto conatu intellectualibus uacet, diuina sectetur, cōcelestia ac externalia contēpletur, uirtutes in termino perfectionis ad pr̄sus & uir heroicuam chectus, uita gerit diuinā, cōtēplatiuāt̄ ob quā ducēdā etiā qdā philosophi in solitudine degere elegerit.

P R O P O S I T I O X C V I I I .

Homo tripliciter consideratur, & secundū hoc triplici eger prudētia. I. Quod est, quoniam homo primo consideratur ut est quādā particularis persona, sic p̄ indi get uirtutibus decorari moralibus, qbus per seip̄is circa seip̄um ad bene regendū suip̄is personā, & eger prudētia ethica, de qua & p̄tractis uirtutibus tractat in libro Ethicō, Philosophus. Secundo cōsideratur homo ut caput, rector & dñs domus seu patr̄familias, & sic cōconomica eger prudētia, q̄ docet efficaciter gubernare propriā domū atq; familiā, de qua prudētia in libro Oeconomico tractat. Tertio homo cōsideratur ut rector cōmunitatis, & taliter sumptus prudētia eger politica, que cōmunitatē regere edocet de qua in libro Politicorum fit mentiō.

P R O P O S I T I O X C I X .

Virtutes morales in genere dicuntur esse duodecim. Quod est, quoniam ista uirtus circa sensitib; uersant̄ obiecta, circa quē refrenant ac ordinant appetitū sensitū tā concupiscib; q̄ irascib; ē, ne circa illa inordinate & immoderate afficiatur aut sunt directrices in huīusmodi actib; moderandi, ut prudentia & spēcies eius aut circa operatioēs humanas uersant̄, sicut iustitia. Deniq; haec uirtutū numerū & sufficiencia uno modo sumunt ex parte subiectū, quia prudentia in ratione consistit, iustitia in uoluntate. Alię decē in appetitu sunt sensitū, aut essentialiter, aut p̄r quandā impreſſionē, quae uirtutes tendunt & ordinantur in bonū rationis, quoniam moderatūs sunt pastōnū, atq; custodiūt bonū rationis, uita remouendo: Hinc prout ex diuersis obiectis surgunt diuersas passiones. Aut ex eodē obiecto diuersimode apprehensio accipiūt diuersē uirtutes morales, secundū q̄ in passionib; istis aliud & aliud mediū inueniūt secundū ordinē & iudi cū rationis. At uero passionēs surgunt & oriunt̄ uel ex bono sensitib; aut ex malo huiusmo dīsi, ita, aut ergo ex bono aut malo sensitib; simpliciter dicto, aut ex bono seu malo tali ut arduo: & si ex huiuscemodi malo, aut ergo ex malo tali ut futuro aut p̄senti: si futuro, sic ḡnāt in nobis due passioēs, q̄ sunt timor & audacia, timor dīsi a malo refugimus; audacia, dīsi illud aggredimur: q̄ due passioēs in irascibili collocāt. Inter q̄s ȳtis moralis media ponit fortitū, q̄ est medietas inter illas, potissime in periculis bellū ac mortis: Si aut̄ passiones nascunt̄ ex malo presenti nobis aut nostris illato, orifīra, appetitū uindicta: à qua ira si decidat homo, ḡnāt timidas: Inter q̄s passiones medianas, & ipsas refrenat, est q̄ in irascibili sicut & hæ passiones. Si demū passiones nascant̄ ex bono sensitib; simpliciter sumptos: estq; distinguendū secundū q̄ triplex ex huiusmodi bonū, puta delectabile & uile ac honestū: si ergo oria passio ex bono tali p̄sente, uocat delectatio, quae est in eōcupiscibili, sicut & uirtus cā reprimēs q̄ tēperatia nūcupat̄: delectatio tamē ista est duplex, secundū q̄ duplex est dele stabile tale, uidelicet secundū tactū, aliud penes gustū: Delectationē tactū frenat castitas, aliā vero

Bono mediū
uniuersi.

uandina p̄pē
triplex genit.

Homo tripliciter
consideratur;
Primo.
Secundo.

Tertio:

Virtus affida
causa.

uero sobrietas: Si autē passio producatur ex bono huiusmodi ut futuro, uocatur concupiscentia, quam & castitas habet reprimere. Porro si passio generetur ex bono utili, nominat cupidio quis cupido potius dicat uitium in hac re excessiuq; solum naturalē affectionē. Circa huiusmodi autem passionis refrenationem ponitur duplex uirtus moralis, quoniam bonum uile duplex est, puta mediocre seu commune, & arduum; circa mediocre est liberalitas, circa arduum, magnificencia; estq; liberalitas in concupiscibili, magnificencia in irascibili. Si demum passio surgat ex bono honesto, uocari potest honoriscentia. Circa cuius reformationem duplex est uirtus moralis, una circa mediocres honores, quae honoris amatuua uocatur, atq; in concupiscibili ponitur; alia circa magno honore quae magnanimitas num cupatur, & ab immoderata illorum restringit affectu, & in irascibili collocatur. Insuper quoddam est bonum sensibile hominis per respectum ad alios, prout communicamus cum proximis in uestibus aut factis; quantum ad communicationem in uestibus, ponitur uirtus moralis quae dicitur ueritas, per quam recte se in suis habet sermonibus, ut nec iactator sit neq; fictus. Communicatio uero in actibus aut consistit in ludicris circa quae euangelia ueratur, quae in talibus medium tenet; aut in alijs quotidianis operibus, circa quae affabilitas locum sortitur, ut nec nimis blandus sit homo, nec dyscolus. Hęc superficialiter magis quam magistraliter dicta sunt, de qbus in speciali opusculo de passionibus animae plenius scripsi.

P R O P O S I T I O N . C.

Peccatum quid
Stoici.

Passio proprie est motus seu affectu sensitivū appetitus: quae in quantum est naturalis motio quādam, nec uituperabilis est neq; laudabilis. Quod est, quoniam propter ea quae insunt nobis à natura non laudamus nec uituperamus. Peccatum quoq; est recessus ab eo quod est secundum naturam. Veruntamen Stoici asserebat passiones has anima morbos, & uituperabiles esse ac malas; quia per passiones intelligebat irrationalis motus atq; inordinatas sensitivā partis affectiones. Vnde & adiecerunt, q; non cadunt in sapientiam. Et iuxta hunc modū etiam quidam theologi de passionibus sunt loquuti, pr̄fertim qui in philosophia Platonica rū instructi fuerūt. Peripateticū rū dixerunt, sic in propositione hac dictum est: uerum horum dicta faciliter recordantur, quoniam nomine passionis diuersimode usi sunt. Certum est autem, q; cibum & potum appetere, temporalia affectare, honorem a subditis requirere, conthoralem amare, non sit malum in se, nec simpliciter uitiosum, sed tanq; indifferens, quod per rationis diligentiam laudabiliter fieri potest; & itē immoderate, si rationis uigilantia desit.

P R O P O S I T I O N . C I.

Passionum
nomina.

Amor.

Spes.

Cōcupiscentia.
Sapientia 4.
Pal. 8.
Eccle. 15.
Danic. 12.
Delectatio.

Ira.

Timor.

Nomina passionum multipliciter capiuntur. Quod est, quoniam nomina passionum sunt hæc, amor, concupiscentia, spes, delectatio, ira, timor, tristitia, timidas, cupido &c, de quibus confitit q; uariis modis sumuntur. Amor namq; interdum pro charitate seu intellectuali amore suscipitur, unde & philosophia amor sapientiae appellatur; quandoq; uero pro inordinato affectu, iuxta illud: Amor & odio peruerunt iudicium. Ali quando pro naturali complacentia boni sensualis praesentis, & ita est passio prima ac propria. Conformiter spes communiter dicitur esse theologica uirtus, nec ita est passio; sed prout designat tendentiam appetitus sensitivū in bonum sensible nondū obtentum. Desideriū quoq; seu concupiscentia duplex est, ut pote sensituum & intellectuum. Nam & in libro Sapientiae fertur: Concupiscentia sapientie dedecet ad regnum perpetuum. Atq; in libro Psalmorum: Concupiscentia & deficit anima mea in atria domini. Commu niter tamen pro sensuali & inordinata affectione accipitur, iuxta illud: Post cōcupiscentias tuas non eas. Et rursus: Concupiscentia subuertit cor tuum. Consimiliter delectatio nonnū quām in bono accipi solet, dicente Philopho: Philosophia mirabilis delectationes habet fibi admixtas. Itemq; signum uitutis est delectatio fiens in opere interdum in malo, ut cū uita bestialium hominum nominatur uoluptuosa, & rufus: Temporale est quod delectat, æternum quod cruciat. At uero ira frequentius in malo accipitur, & unum de peccatis mortaliis perhibetur: uerum in quantum passio, dicit simplicem ultionis affectum, qui bonus confidere potest & malus secundum q; uindicta inferri potest zelo iustitiae & praua commotione. Vnde distinguitur ira in iram per zelum, & in iram per uitium. Præterea timor est multiplex ualde: est eternus timor naturalis, qua mortem horremus; timor sensualis, quo incōmoda corporis nimis ueremur; timor intellectualis, quae à summo bono & salubri perfectione elongari & separari metuimus. Hinc triplex timor distinguitur, puta seruilius, ini-

tialis & filialis. Tristitia quoq; est multiplex, puta immoderata, secularis, absforbēs, de amissione atq; carentia boni terreni, carnis, mundani. Vnde & Salomon fatus est: Spiritus tristis exiccat osa. Et denuo: Sicut tinea uestimento, & uermis ligno, ita tristitia nocet cordi. Vnde in Ecclesiastico legitur: Tristitiam longe expelle à te, multos em occidit tristitia, & non est utilitas in ea. Alia est tristitia bona & ordinata, præfertim de culpa & propria defessa, & elongatione à salute & gloria. Hęc breuiter hic tetigisse sufficiat, de quibus in prætacto tractatu de Passionibus animae diffuse conscriptum est.

P R O P O S I T I O N . C I I.

Anima prudens, sapiens, virtuosa, est sicut regnum bene dispositū, regio pulchra, & quoddam uniuersum, propter quod homo minor mundus ponat. Quod est, quia sicut in toto mundo est unus rector supremus, ceteris omnibus præsidēs, ita in anima rationali est ratio uis suprema, ceteris uirtutibus dominans: cui dū ceterae uires recte obediunt, ipsa anima est totū potestuū laudabiliter ordinatū, in quo diuersae sunt uires & actiones tanq; gentes rite dispositae. Hinc sicut in regno ac ciuitate est pax dum cuncti inferioris superiori suo congrue parent, ita in anima dum uires vegetatiue ac sensitiue per rationē uere prudentiam ac sapientem quantum possibilis est, efficaciter gubernant: quoniam enim obiectis suis sibi præsentatis, & applicatae suis materiis, non queant non operari ratio tamen eas potest suis obiectis atq; materiis applicare, & inde retrahere. Præterea sicut in uniuerso sunt regio cœlestis superior, in qua iugiter quies est ac regio elementaris inferior, in qua meteoricā impressiones sunt uariae, inquietudo, tempestas, tumultus: Ita in anima rationali est portio intellectua quasi cœlestis: quia dū prudētia, sapientia atq; uirtutibus regitur, quieta, clara ac stabilis perseverat; tanq; in parte sensitiva, tanq; in Elementorum regione, uariae permutationes ac passionum st̄re pitus oriantur, quae partem intellectuam nequeunt perturbare. Insuper sicut in uniuerso sunt substantiae intellectuales & irrationales, ita in anima sunt uires rationales & irrationales, in dū & quædam se medio modo habentes, quae rationem participant, & aliquo modo ei obediunt: propter quod uirtutum & uirtutum subiecta dicuntur, ut de appetitu patuit sensitivo. Itaq; anima prudens, sapiens, uirtutibus perornata, pregnobis ualdeq; splendida ac deiformis est creatura: quae aut uirtus seruit, passionibus uincit, deordinata confitit, omni bruto est uilior, omni inistro deformior, omni cadavere abominabilior atq; fecitior; ideo usq; ad sanguinem oportet concupiscentiis reluctari, tentationibus uicijsq; reniti, ac semper studere uirtutibus: quod qui nō facit, nequaq; condignus est philosphus nuncupari, ut in Phædone differuit Plato, ubi & contestatur: Reuera philosphantes morti se preparant. Non est philosphi circa uoluptates escarum & potum ac Venereorum uersari: ut in philosophia ducēs uitam, confidit cū mori debeat maximis fretum iri bonis. Anima philosphi uestimentoz; contemnit ornatum, & ea quæ corporis sunt, ipsumq; in honora, ac deßipit corpus, ac fugit præcipue ab eodem, & pura intelligentia fruens, speculatur unum quodq; sincere.

P R O P O S I T I O N . C I I I.

Virtutum quādā sunt intellectuales, quādā morales, quādā diuinæ, theologicae quoq; nonnullæ, & aliquæ cardinales. Quod est, qm̄ intellectus & uoluntas sunt uirtutū subiecta, & appetitus sensitivū uterq; ut aliq; dicit: qm̄ in eodē subiecto sunt uirtus & uitia fibi contraria. Veruntamen cū uirtutes sint spiritales qualitates, apparet alij, q; in appetitu sensitivo, qui est uirtus organica, & cuius subiectū est materiae esse, non ualeant subiecti atq; realiter, sed per impressionē ac redundantiā solū à parte intellectua in sensitivo. Virtutes itaq; morales quae directe circa passionū refrenationē ac rectificationē uerant, in sensitivo sunt appetitu, siue per inhesionē, siue per impressiōnē, aut in intellectu est practicō similiter ars: sapientia uero & sciētia, & intellectus qui est habitus principiōe primōe, in speculatiōe sunt intellectus: sunt quippe quinq; hi habitus intellectuales, qui & uirtutes intellectuales aliquando nominantur, large sumptu uirtutis uocabulo: proprie nanc; scientia, ars & intellectus præfato modo acceptus, uirtutes non sunt, quia ab eis non dicimur uirtuosi, in dū uirtus & scientia ab iniucem distinguntur, ac mutuo se perficiunt ac decorant, ita quād scientia fine uirtute appellatur informis. Porro uirtutum moralium quatuor principales dicitae sunt cardinales, ut temperantia, fortitudo, prudentia atq; iustitia. Virtutes autem diuinæ dicuntur heroicæ ac perfectæ, seu illæ quae immediate circa diuinā uerantur. Platonici demum, præfertim Plotinus, qui (ut in libro de Ciuitate dei afferit sanctus Augustinus) melius intellexit Platonem, & Mæcrobius

Tristitia,
Prover. 17 &
2v.
Ecclesiast. 10.

Homo minor
mundus.

Plato.

Intellectus &
voluntas, uirtu-
tes sunt subie-
cta.

Virtutes mo-
rales quā sunt
in appetitu
sensitivo.

Habitus intel-
lectuales quā
sunt.

Virtus & scien-
tia distinguit
Virtutes cardi-
nales quatuor.
uirtutū diuinā
secundū Plato
nicois.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

crobios, distinxerunt virtutes in virtutes purgatorias, politicas, animis purgati & exemplares. Ista hic breuiter satis sit tetigisse, de quibus in Elementatione theologica diffusius est tractandum.

P R O P O S I T I O C IIII.

Felicitas homi
nis duplex.

Finis virtutum est felicitas, quam homo in omnibus debet præcognoscere, intendere ac summe appetere. Quod est, quia virtutes ad beatitudinem ordinantur, & ipsa felicitas est operatio optima virtutis dignissimæ. Hinc de duplice hominis felicitate philosophi sunt loquuti, puta de felicitate politica viri præsentis, in actu perfectæ prudentiae constituta, quæ est ualde imperfecta felicitas, & admodum breuis ac inquieta, curis & distractionibus plena, attamen bono communii deseruiens, sicut assimilis hominem præsidem deo omnipotenti, omne seculum gubernanti ac bonitatis adim plenti; Hinc causalitas ac prouidentia, communicatio quoq; honorum defuper concessorum, sunt proprietates diuinæ. Alia est beatitudo maior & uerior, ac magis continua, quæ (ut de cimo dicitur Ethicorum) est speculatio optimi speculabilis, quod est primum ens, ueritas summa, incomparabile superdignumq; obiectum; speculatio inquam non informis, nuda, infipa, algens, sed formata, undiquaque perfecta, id est, omni virtutum perfectione constipata, ornata, dulcis, amorosa, præferuenda. Nempe si uera prudentia sine cæteris virtutibus non habetur, quanto minus sapientia ista, cuius actus est ista felicitas, quæ & in uita hac aliqualiter obtinetur, inchoatur & prægustatur, atq; in regione cœlesti perpetue posideretur. Ipsa ergo est finis totius philosophice exercitationis ac studij fructus, & præmium uirtuosorum laborum, bonum finale, quod in cæstis intendere & optare debemus, ac eius amore à uitiorum spurcitis abstinere, virtutum splendor fulgere, peccatis & passionibus iugiter dominari. Etenim ut in secundo Timaei clarissimum illud iubar philosophorum Plato differuit, uictribus animabus ad stellaram contubernium & mansiones sydereas patet ascensus, acturus ibidem uitam deinceps beatam. In Phædone quoque & Memnone, ac libro de Prophetijs fatetur, quod anima recte philosophata & pure, hinc migrans, in genuso & societatem scandit deorum uicet uero & for didæ descendunt in barathrum, disponente sic deo deorum, qui pater & iudex est omnium.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRI PRINCIPI ET DOMINO, DOMINO

Georgio Lubusianæ & Ratzburgensis Ecclesiastum Episcopo, Ioannes Romberch à Kyrspe Theologus & Predicator.

S. P.

In eis cæteros Christianæ religionis utriusq; Ecclesiastici nepe & secularis status illustrissimos principes & dños ecclæ procères, hanc inclytam Vbiq; urbem Coloniæ Agrippinam, cū inuictissimo Romanorum Imperatore semper Augusto Carolo V. ac gloriissimo Ferdinandu coronato R. Regengressos, nō sine animi delectatione plurima mili obtigit dignissime præstis tecis, apud Reverendum in Christo patrem & dñm, dñi in Thomâ Cäpigi Episcopij Feltrensem, atq; D. D. Ioannem Fabru episco pū Viennensem, meos præcipios & singulares amicos & fauores (id quod tum corā re ipsa cōprobasti) colloquiū, ubi tuus aspectus & dulcis sermo, quo non nihil propensus uidetare in rem meā, ac multi fauores homini haec tenus facie ignoto, me profecto misi in modū pellexere in tui obseruantia orationē. Postea aut die calcar ex parte ultra currevit celebrissimus doctor Cöradus Vuimpina à Fagis, qui te adeo mihi cōmædauit de moe probitate & præclarissima uita sanctimonia simul ac multijuga crudelitate, ut nō modo perbeatos censuerim Lubusianæ & Ratzburgensis ecclæsiæ populos, quibus tam doctus, tam q; uigilans pastor, culis multiplices uirtutes supererat fama alioqui gloriosissimā, obtigitserit: uerū & Academia illa nobilis Francofordia iuxta Oderā haud immerito gloriari de rato principe, gubernatore, rectore & moderatoro, priuilegiis & conseruatori: qui ut sic oīn studiorum fauor, amator & promotor, ita præcipue iste conetur cuī gratia illustrissimi principis & dñi D. Joachimi Marchionis Brandenburgensis, sacri R. Impij Archicamerani & Electoris & doctissimos accersire viros, qui in ueritate bonis disciplinis instruant, & factis doctrinis erudiant, enuitat & prouentant, ad Catholicæ fidei defensione aduersus huius turbatissimi seculi ueritatis osores. Hinc (ni me mea fallax opinio) non cū uocabulo q; merito imitari Massen, imitacis & Aaronis, ut in tabernaculo dñi aut à deo discas, aut populi doceas, que duo sunt Episcoporum opera, cū q; diligenter similem teclū reuoluas, tanq; debere Pontificis conuerationē & eruditioē esse, ut oēs motus & gressus, & uniuersa uera opera notabilia sint. Nēpe qui ueritate mente concipiat, & eam toto habitu resonet & ornatu, ut quicquid agit, quicquid loquitur, doctrina sit populoq;. Hacc oīm scriptit Aurelius Augustinus Episcopus Hipponensis, a quibus tā & tu Lubusianæ & Ratzburgensis, antistes, nec pilo quide lacū dīscidis: utpote qui multo studio & labore in illa tua Academia Francofordiana (cuius nūc Cäcellarius es) fundamēti uidare posuisse prælegēdo cuī laudabilis omnīi auditori testimonio, factos canones & patrīi functiones, institutiones & decreta, quibus mores hominū rite institueres, conformiter ad diuinā legē: quod ordinationes & constitutiones (quas vocant humanas) tanq; illi conformes nec usq; repugnant, ducre q; maxime debentur. Nunc uero populo tuo Pastor ab omnibus haberis præfectus, qui non te ipsum (quod propheta pluribus exprobrates) pafcas, sed gregē tibi cōmīsumus: nō tam nomen, ho noris q; operis, uidearis sumptuose, quin potiū humeris tuis impositū ferre. Quicadmodū barba tuus ille Hieonymus faciundū putabat, ubi in Epistola 42. super illud Pauli ad Timotheū: Si q; episcopatū desiderat, bonū opus desiderat, dixisset: Opus (inquit) non dignitatē, labores nō delicias: opus per quod humilitate decrescat, nō fastigio intumescat. Audies itaq; te cū magna cōstantia uigilare super domesticas oues (quod Gregorius perneckeri scribit in Capitulo O portet dñs. s.) ne lupinis mortibus, id est diabolisti mulis lauent, ut dupli honore ob huiusmodi presidētiam dignus mihi uideare. Ne aut̄ horā quippiam non facile credere, effectū tuę proprias manus ad me syngrapha, p capellā tuū missa, q; de uetusioribus authoři approbatib; libris tibi cōparādis sollicitabare. Et qm̄ his didicisti amator, te effe præcipiū fana doctrinæ, putabā officij mei esse te certiore reddere, q; quoq; libri in hac urbe chalcographos typis proculdā: Id qd tū Reuer. pater & D. Thomas Cäpigi simul atq; tua dñatio in collegiis à me cōscitabamini. Et ut interim taceat epifas & orationes uarias (cuiusmodi est ornatissima illa funebris oratio p R. p. & d. Ioannem Fabru corā C. M. & principib; in exequijs illustrissime dñi d. Margarete Archiducissimæ Austrie habita) qid genus alias ex correctione nostra sub prælo sunt (præter opera præclarissima celebrerrimi D. Cöradi Vuimpinæ) Cōmētaria D. Dionyſii à Rickel Carthusiani (uiri diuino spiritu assati, ut deuotissima studiozus eius monumēta ostendunt) in psalterio & diuersa alia ciuēdē opuscula, non minus affectum ad supereros fulsollentia, q; intellectū erudiant: inter quas oblati est mihi hisce diebus posteaq; hinc Regē Romanorum coronandū comitatus es cū cæteris principibus ad Aquisgranū opusculū quoddā per breve, de Sacrae Thæologie principijs, quod proinde Elementatione Thæologica vocat, quod centū quinquaginta nouē integrā proposuit onibus seu conclusionibus theologicis: de deo uidelicet, eius diuinitate, natura, nominibus, attributis & predicationis, alijsq; diuinitatem ipsam & personarum pluralitatem concernentibus: de rerum creatione & angelorum conditione, natura & statu: de anima rationali, de protoplasto Adamo & illius casu, & pētō originali: de generis humani per Christi incarnationem & passionem redēmptione: de sacramento ecclæsiae institutione, essentia, uite & effectu: de gracia & iustitib; tum Theologicis cū moralibus, cæterisq; ad salutem hominū necessariis: de fine mundi & extremo iudicio, atq; gaudio beatiori: adeo qm̄ ut compendiū quodam uniuersam Theologiam complexus uideatur: Si quando sacratissime antistes à tot negotiis occupationibus cū proprijs tum Ecclesiastis tuar, & Illustrissimi ac serenissimi Marchionis, qui sedulo tuis uitit prudentissimis consilis, te seruari uel ad suffragatā horulam contigerit, non te penitentib; forsan (post alios præclarissimos authores, quibus referissima tua bibliotheca scatet penē innumeris, huius authoris opera obiter perlustrasse: Nec deterreat te scili leuitas: quandoquidē ueritas ipsa uerbō lenocinio nō egat: Et tu malis alta diuini spiritus sensa sub familiarī eloquio & phrasī cōmuni, q; comatas sine fructu orationis folijs simillimas. Quod si haec pro tua humanitate boni consulas, animum mihi facies, ueritatem oportune in maioribus tibi gratificandum: Vale. Ex ædibus Prædicatorum in Colonia die Luna sextadecima Januarii, Anno post natum salvatorem M.D.XXXI.

D· DIONYSII ARICKEL

CARTHVSIANI, IN COMPENDIVM THEOLOGIAE.

P R A E F A T I O.



Ioan. v.
Proverb. 8.
Sapien. 7.

Philip. 2.
Ioan. 10.

Ela. II.
Iacobis. 5.

Echi. 6.
I. R. heo.
1. Moral. c. 2.
Job. 29.

I. Cor. n. 12.

Omparate uobis sapientia sine argento, & collum uestrum subiecte iugo eius. Eccl. chasticí ultimo. Quām uehemēter ac lumen cupienda & requirenda sit nobis sapientia, docuit atq; testit est Christus sapientia dei patris, in actu sapientiae beatitudinē rationalis creaturæ confisterē perhibens, cū deprompsit: hanc est uita æterna, ut cognoscant eū & deū: hinc melior est sapientia cunctis opibus, & oīa quæ desideratur, huic non ualent cōparari. Deniq; ipsa est speciosior sole, & super omnē dispositionē stellarū luci cōparata, inuenitur prior: quod si de inuicta sapientia, quæ est unigenitus filius patris æterni, dictū intelligatur, clara ac uerum censetur, quoniā ipsa omnipotētē genitorū prorsus æqualis est, imō substantialiter unū cū illo: Ego (inquietus) & pater unū sumus. In cuius sapientie clara ac fructuaria uisio, uera & plena constitit felicitas: sicutidem ipsa, & pater ac sp̄ritus sanctus, unū totius nostræ salutis obiectū sunt, causa & dator, quemadmodum unus, solus ac uetus deus esse noscum. Præterea sapientia illa creata, quæ inter septem dona spiritus sancti priuatum fortitur, præclarissimus habitus est, intellectū illustrans, lumine foliis splē didicior, omnīcū astro micans lucidius, de qua ait scriptura: Quæ defursum est sapientia, priuam quidē pudica est, deinde pacifica, modesta, uasibiles, bonis cōsentiens, plena misericordia & fructibus bonis: quō constat sapientia hanc salubrē sine cæteris uirtutibus non habere ritus, cū & teste Philosopho, prudentia (quæ uitius est cardinalis) uirtutis duxtaxat in isti hominibus: hinc tam de inuicta q; de crea sapientia rite exponit quod sanctus Job loquitur: Sapiētia ubi inuenit, & quis est locus intelligentiae? nec it homo pretiū eius, nec inuenit in terra suauiter uiuentium. Nō dabit autem obryzū pro ea, nec conferet tinctis Indiæ coloribus, neq; lapidis ardonyco pretiosissimo, uel sapphiro: perditio & mors dixerit, aurib; nostris aut diuinis famā eius. Insug est sapientia quædam quæ a bonis & malis ab electis ac reprobis pōt haberit, quæ sicut desuper potest infundī, sic & ab hominibus potest addiscit: propter quod scholastica & acquista aliquādō nuncupat: unde & inter dona gratia gratis data cōputatur, de qua dixit Apostolus: Alij per spiritū dat sermo sapientia, alij sermo sciētia. Hæc est scripturarū notitia, eruditio in Theologicis libris sanctior, in scriptis quoq; doctoꝝ, ac eminentis quædam in lege diuina & resoluta peritiae, quafit homo idoneus ea quæ fidei sunt declarare, probare, tueri. Ab hac sapientia dicuntur doctores Theologie, seu magistri scripture, sumendo Theogiam prout ad informem quoq; & acquisitam diuinorum notitiā se extendit. Strictius uero theologia accipitur pro sola formata & sapida diuinorū notitia, quæ realiter est sapientia ipsa, quæ donum est, quæ sapientia quo ad gradum suum ac statū perfectum, nominatur mystica theologia, de qua diuinus Dionysius in libro Mystice Theologie differuit. Est item sapientia quædam naturalis, philosophica, acquista, de qua tractat philosophi in cuius actu contemplatiā felicitatem Aristoteles statuit decimō Ethicōg, qui & Metaphysicā Theologiā appellat. At uero inuicta sapientia, uerbū & æternū, unigenitū patris, nostræ mortaliatis regimē assumere est dignata, ac nostræ nature indumento opera, umbrā quandā proiecit a se ac diffudit in terrā, hoc est doctrinā suā & fidē, ac euāgelicā legē nostræ imbecillitatē & capacitatē cōtéperat, proportionatā, aptatā, tanq; infinitē lucis ac luminositas sue radiū, quasi obnubilatū, atq; immēse sue supēficiantissimē dilectionis flāmā sumatē ac scintillante. Euāgelica quippe doctrina uarijs similitudinib; parabolis & figuris est inuoluta, ipsaq; fides cognitionē est obscura, quæ ad modū nobis cōnaturalē est p̄ sensibiliā ad immaterialiū notitiā ac diuinorū amore accedere ac dēducī. Interim ex Christi documentis in quatuor Euāgelijs exaratis, tanq; ex fontibus saluatoris hausta, sumpta, deriuata & edita sunt innumerabilia pene uolumina patrū & catholicoꝝ doctoꝝ, ex qbus fluxit riuius in gēs, fluuius copiosus, aqua redūdās ac lympida, puta liber Sētētiā, ex patrū codicibus cōpilatus, ex quo demū profluxerū triuuli doctrinās, fluēta sciētias, quā plures, uidelicet scripta & cōmetaria scholasticoꝝ doctoꝝ, sup libruꝝ Sētētiā, quōd sapientia dicta nup in unū collegi, q̄tuor uolumina grādia ex eisdē cōpingēs sup q̄tuor libros Sētētiā, præclaros.

Postremo

ELEMENTATIO THEOLOGICA.

50

Postremo quoniā omnia illa per legere memoriter q̄ tenere difficile est nec omnibus uacās, intēdo in isto opūculo ex illis summatis quædā perstringere, utiliora & pulchriora in unū redigere, ac Theologiae cōpendiū cōpilare, qd Elementatio Theologica poterit appellari.

P R O P O S . I. DE THEOLOGIA.



Vicquid in Elementatione Philosophica deo inductū est & probatur, in Elementatione hac theologica est tñq; uerū & ratū p̄supponēdū. Quod est, qm̄ ad eū sūt instruētae sepiū iterāda, nec irrationabiliter repetēda, est q̄ uita da prolixitas, & breuitati studēdū. Deniq; Philosophia ancilla ē Theologice facultatis, ut pote dispositiua ad eā: Multa quoq; sunt, q̄ p̄tinēt ad utrāq; sub ratione ac respectu diuersis, uidelicet deū esse, deū esse oī potēte, inuariabilē & æternū, aliam rationalē cōsistere immortale, q̄ ad naturalē spectat philosophia, in qua ratione sunt probari humana: ad Theologią uero, secundū q̄ etiā sunt desup tradi, & in scripturis cōtēta: Ex qbus habet aliquādō risū dubij huius, utrū idē ualeat esse scitū & creditū. Rhetor nāq; q̄ idē materialiter nō formaliter cadere pōt sub fide atq; sciētia. Preterea in Elementatione Philosophica multipliciter est ostēs q̄ deus sit, & q̄ ipse sit uniuersoꝝ primū principiū, causa sup̄rema ac sup̄gloriosus creator, cūcta in esse coheruās, gubernās, mouēs & ordinās. Insup q̄ ipse solus simpliciter sit pfectus, ac pfectionaliter, intēsue atq; formaliter infinitū, in omni p̄fusō perfectione, excellētia, sanctitate & gloria, in omni pulchritudine, dulcedine, tranquillitate, sapientia, potestate ac sup̄beatissima libertate, & cōsimilia multa de ipso sunt introducta ac demōstrata, prout philosophica naturaliꝝ ratione fieri pōt aut solet. Verūtamen de his non sunt testimonia scripturarum subiuncta & allegata.

P R O P O S . II. DE DEO.

Rite ac clare intelligēs qd Aristoteles in prima philosophia idonee subtiliter q̄ deduxit ac cōprobauit, puta q̄ deus sit purus actus, faciliter capere ualeat alia multa qua Theologia diffuse ac prolixie in Theologicis libris suis pertractat, probat & prosequit. Quod est, quia ut in Elementatione philosophica p̄tuit, quāuis actus & potētia multiplicitē capiant, proprie tamē sumunt se secundū q̄ actus diffinit ac dicit̄ esse principiū mouēdi, trāsmutandi, p̄ficiendi uel aliud secundū q̄ tale. Potētia uero assert̄ est esse principiū mouēdi, transmutādi aut perficiendi ab alio. Ideo dū quippiā mouēt aut transmutat seipsum (secundū q̄ animalia perhibet mouēre seipsa) ex alia parte, natura seu proprietate, cōuenit ei inuocare & mouēri, trāsmutare & transmutari, actuare atq; perficere, & actuari & perfici. Itaq; deus sublimis ac adorādus fēt actus purus, qm̄ ipse in seipso est simplex essentia ac separatisima forma, cui ex propria eminētia & natura conuenit cætera uniuersa producere, mouēre, mutare, actuare, p̄ficere, neq; ab aliq; mouēri, mutari, perfici aut q̄cī recipere accidentale. Deniq; ex hoc primo concludit, imō & apud intelligētes irrefragabiliter demōstrat, q̄ sup̄p̄ficiālissimus deus sit pfectionaliter infinitus, ita q̄ infinitus hæc formalis & actualis, sit prima atq; intrinseca deitatis proprietas puta diuinā naturā & increatā illa prouferū mūdissimā simplicissimā p̄fessū īmediate cōsequens ac directe. Hinc igit actus purus necessario est infinitus, ga in ipso nequaq; est in p̄ficiēria limitans, nec differētia contrahēt, neq; potētia terminans, hoc est potētialitas seu differētia ad particularē & certū aut circuſcriptū, aut determinatū pfectiōis gradū coartās, imō actus hīmō uniuersaliter nō particulariter, totaliter nō partialiter, incircuſcriptibiliter nō terminabiliter, oīformiter ac om̄isarie est in seipso pfectū, ergo & infinitū. Quod etiā pfectionaliter infinitus est, atq; in omni pfectione uniuersaliter sine mētura & sine cōplerū ac plementū, infinite pfectus est eo qd finitae cōsistit pfectiōis. Ex his itidē cōstat deū prorsus immaterialē incorporeā p̄fesse, nec loco circuſcribi, nec teōpē cōprehēdi, ac prorsus immobile inuariabilēq; cēsendū. Nec obstat q̄ scitū Dionysius ac Plato dixerūt deū mouēti, qm̄ illud mouēti nō aliud intellexerūt, q̄ in actu procedere. Hinc insup claret deū essētialiter esse sanctū, sapientē ac infinite potētē, & in cōparabiliter simplicē, ita q̄ ipse est suū esse ac uiuere, & intelligere ex tēc p̄ ipse sit purissima unitas, siuā & in cōparabilis bonitas, super pulcherri ma ueritas, honorādissima metuēdissimā p̄fessū maiestas. Ex qbus amplius cōprobat, q̄ deus nequaq; in gē sit, nec species, nec in specie, nec in diuiduū aut psona aliquius ḡnis p̄ficiātālis, sed sup̄ omne genus & ordinē rex interminabiliter & in cōparabiliter eminet, p̄fidens ac sublimis: Unde nec aliqd de ipso & creaturis uniuoce p̄dicat. Ex eodē oīdit, q̄ totū uniuersum cōparatiōe sup̄gloriosissimi creatoris, est tanq; puluis exiguum: & q̄ ipse oīa intra se cōtinet, ambit, imō & penetrat, ac ipsa sentiū qđditates illabit, proximior rebus q̄ ipse metet

Propositione
77, deinceps,

P. positionib.
6. 7. 8.

Deus est actus
purus.

Deus infinit?

Ratio infinita
tit.

Deus immate
rialis.

Objectionis
confutatio.

Varietati atti
bus.

Deus nō est
in genere.

Deus infinite
excedit om̄e
creaturam,

f 2 sibi

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

sibi ipsius propter quod esse in oibus per essentiam, poterit atque presentia prohibetur. Hec oia uarijsmo dis queunt probari, & in Elementatione Philosophica sunt ostensa, ac cōsequunt ex hoc, quod deus est purus actus.

P R O P O S I T O III.

Dicimus esse simplicissimum esse puram bonitatem, eternam ueritatem, interminabilem maiestatem, ens quoque omnis facie ac infinite perfectum, & cetera iam expressa, euidenter & copiose testis scriptura. Quod est, quia ut recitat Exodi 3, cū Moles dei interrogasset, quod est nomen tuum? deus oportens per angelum ei respondit: Ego sum qui sum, haec dices filii Israel: Qui est, misit me ad uos. Vnde elicitur, quod est, sit proprium dei nomen, loquendo de ipso ESSERE in sua omnimoda plenitudine, infinite & excellētia sumptuosa, sic enim abstractione, simplicissime ac perfectissime consideratur, soli conuenit creatori, cui eminētia penitus infinita, ita quod cōparatione illius increatus, infiniti ac superesse cōfissimi esse, omne esse creatum est quasi non esse, quia ad modum respectu sapientiae dei, sapientia naturalis humana est uelut in similitudine. Vnde ad Rom. ult. scripsit Ap̄l's: Soli sapiēti deo honor & gloria. Hieremias quoque decimo habet: Stultus factus est ois a sciētia sua. Propterea sanctus Iob loquitur deo: Quis potest facere mundū de immundo cōceptu semini? nō tu quod solus es? Itēg deus in te solus es, & cōgregationē eius quod auertere potest? Sic & Hieremias testat prophetā: Qui creauit oīa, ipse est. Porro (esse) cōsideratur in quadā logica abstractione, cū indeterminatione & ḡnialissima cōmunitate, nō est proprium deo, sed de ipso & creatis analogice dicis. Est ergo diuinus & increatus, nō est particularare, quas ad certū & determinatū gradū essendi cōtractū, nec uniuersale quas in determinatu & indistinctū ab alijs, tanq; uniuersalē esse formalē. Nihilominus particularē, i. mō & singulare a quibusdā uocat, qm̄ uni soli cōuenies, & per se à cūctis differēt ac distinctū, propria qd̄ superefficiētia excellētia indiuiduū & separatisimū. Deniq; (esse) hoc dici potest uniuersale, ratione sue summe & ḡnialissime causalitatis, & rufus ratione sue incontractissime & illimitatissime perfectionis, qm̄ omne perfectionē, nobilitate eminētia qd̄ estendiunt, essentialiter ac simplicissime cōprehēdit: quae oīa in ipso sunt unū infinita super purissimum esse, ut in libro de diuinis noībus magnus Dionysius protestat. Propterea octauo de Cūnitate dei uidet beatus Augustinus sentire, quod Plato per interpretē didicit Mosis libros, praefertim qm̄ p̄rā allegata uera dei ad Mosen. Ego sum qm̄ sum &c. Plato uehemēter tenuit ac diligētissime cōmendauit in ep̄e in primis Timaei effat: At illi esse solū cōpetit, iuxta uerā synerāḡrationē. Hinc & sc̄tūs dixit Hilarius, esse, non est accidens deo, sed subsistēt ueritas, manēs causa, & naturalis ḡnus proprietas.

P R O P O S I T O III.

Deus naturaliter, essentialiter, totaliter, pure ac infinite bonus est, & bonitas ipsa. Quod est, qm̄ bonū cū ente cōvertibile est, nec ei reale quod superaddit, sed respectū ac ordinē ad affectū, ita ut ens dicat bonū, in quantum ex sua natura & proprieitate est appetibile. Porro natura dei ipsiusmet deo summe & in cōparabiliter extat amabilis & amāda, cōplacētissima ac sup̄dilecta, mō causa & ratio amādi qd̄cūq; alia, cū nihil alio; & amabile fit, nisi in quaētū aliqd diuinū bonitatis participat. Cūq; qm̄ & bonū se uincit cōsequat, qd̄ dictū est de in cōparabilē & innumē excellētia diuinū increatus esse, uera pronosticari potest de eminētia bonitatis diuinæ, uidelicet ipsum altissimum deū tā infinitē cōsistere bonitatis, ut eius respectu nil cōtrahit bonū quātūlibet in suo ḡnē bonū dicitur quod in Evangelio Christus inuīnū: Nemo inquit, bonus nisi deus. Eterni ipse solus infinite amabilis appetibilisq; constituit. Deinde ipse cūctis creatis summe & in cōparabiliter est amādus & affectandus. Primo & maxime, propter suā propriā purā & in cōparabilē bonitatem. Secundo, qd̄ ab ipso oībus nobis deriuatur & cōmunicati est esse & uiuere, mō quicq; boni habemus & sumus in donis naturæ & gratiæ. Tertio, qm̄ nec ad momentū sine ipsius auctuali cōservatione in his bonis persistere ac manere ualeamus. Quarto, propter supernaturalia beneficia eius, potissimum propter ea quae unigenitus dei pro nostra salute assumptus fecit ac passus est, ac propter uniuersas misericordias eius nobis gratiōe ac prorsus ineffabiliter pie exhibitas. Quinto, ob p̄aestatissima ac opulētissima ipsius promissa, quae nec oculus uidit, nec auris plene audiuit, nec in cor hoīs aſcēdit. Insuper bonū est quod cōmunicatiū & diffusus est sui. Quid ergo tam bonū ut deus, qm̄ generalitate ac prorsus gratuita, & omnino p̄ue nō amore & copiose, exuberanter, generaliter ac specialiter, tā multipliciter ac multiiformiter suā bonitatis diuinitas cōmunicauit creatis per oīm gradū ac ordinē reū, a summo usq; ad infimum, nec quicq; reliquias bonitatis participatione totaliter expers. Inferioribus quoque de necessarijs abundantē prouidit, mō nec ip̄is ingratias ac imp̄is prouidere, parcere

qui est, siue
esse propriū
nomē dei.

Job 14.

Hicr. 7.

Deus multipli-
ci ratione no-
bis diligendus
est.

I. Corin. 3.

ELEMENTATIO THEOLOGICA DE DEO.

31

parcer, benefacere cessat. Hinc Lucē sexto ait Saluator: Ipse benignus est super ingratos & malos, qui ut fertur Matthæi quinto) sole suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Recte ergo sanctus Dionysius protulit, quod diuinus amor non religt deū sine germine esse. Plato quoque optimus inquit erat. Porro ab optimo in uida longe relegata est omnia ergo uoluit sibi similia esse, prout unius cuiusq; natura extitit capax. Prete rea purā & infinitā suā bonitatem deus incōparabiliter plenius atque sublimius declarauit in cōmunicatione illa eterna ad intra, qua pater totū suā deitatis plenitudinē, & omnes diuinas gloriae suā, per generationē eternalē cōmunicauit, & dedit unigenito suo, pater itē & filius per eternam processionē spiritu sancto.

P R O P O S I T O V.

Solis deus quomodo libet ac omni formiter, substatialiter & per se bonus est. Quod est, quoniam id quomodo libet ac omni formiter bonū est, quod qualitercūq; consideret, atque secundū omne sui habitudinē & cōsiderationē, est bonū: quod ei solū modo cōperit, quod non participatiue aut aliunde, sed substantialiter, per se & ex se bonū est, puta deo quod qualitercūq; uere consideretur, nulla ratio mali cuiuscūq;, nulla defecti bilitas, nulla imperfectio, potentialitas, indigentia aut possibilitas non essendi, in eo reperiit: & hoc duntaxat conuenit enti in creato, in participato, perfectionaliter infinito & indepen dēti. Porro omne creatū quantūcumq; formaliter bonū ex sua natura ac specie, effectiū tamē a deo profluxit, atque hoc ipsum quod formaliter bonū est, conuenit ei in quantum conformatur rationi sue ideali & exemplari quā habet in mente diuina, cui rationi creator omnipotens ipsum uoluit confirmari, sicq; deus uoluit res, non quoniam bonae, sed quia uoluit eas, ideo bona sunt. Quae cum ita se habeant, constat quod bona creata non sunt omni formiter & quomodo libet bona, quia ex nihilo sunt, & ex se laborētur in nihil, nisi de super cōleruarēt, suntq; potentialitati, imperfectioni & indigentiae ac dependentiae multiformi permixta. Quēadmodū etiā ubi eoꝝ perfectio terminat, eoꝝ imperfectio inchoatur: sic ubi bonitas eoꝝ finitur, eoꝝ malū priuatue aut negatiue acceptū, incipere perhibetur ac scitur. Ex his patet solutio quæstionis, quā in libro de Hebdomadibus mouet Boēthius, mō quā sanctus Ioannes Romanus eccl̄iae diaconus, postmodū pontifex summus ac martyris a Boēthio sc̄itabatur, qualiter scilicet substantialē creatā in eo qm̄ sunt, bona sunt, cū tamē non sunt substantialia bona, seu substantialiter aut per essentiam bona. Eterni omne quod est, in eo quod est, seu eo ipso quod est, bonū est, cū bonū & ens conueruantur, & entitas rei ac esse ipsius sit bonitas eius, ac bonitas quādā in se formaliter considerata. Ad quod iam patet solutio: Bonū quippe creata sunt bona per participationē & effectiū ex deo: formaliter tamē, hoc est ex propria ratione & specie bona sunt. Veruntamen non sic, quin ex creatoris sapientiali & originali institutione simpliciter prima, hoc ipsum eis cōueniat. Itaq; bona creata non sunt substantialia bona, aut per essentiam, seu substantialiter bona. i. bona in partcipata nihilo minus multa creata sunt substantialia bona. i. bona qm̄ sunt substantialē, ut angēlus, homo, lapis: & multa sunt accidentalia bona. i. bona quādā que sunt accidentia, ut in nouē p̄dicame tis contenta. Consimiliter non sunt bona per essentiam. i. omnino ex se & in partcipante: formaliter tamē sunt bona per essentiam. i. per propriā formam & speciem, quēadmodū homo per se formaliter rationalis censetur, quia ex sua ratione ac natura seu propriā specie id conuenit ei.

P R O P O S I T O VI.

Quēadmodū ESSE seu QVIESCIT, aferit propriū nomē dei, ita & sanctū hoc nomē tetragramaton itēc adonai. Quod est, quia ut patuit ESSERE seu QVIESTIT dicitur nōmen dei, quia designat abysmalē ac infinitā plenitudinem, & absolutissimā perfectionē diuini increatiōis esse, quod tanq; pelagus quoddam immensum, omnem nobilitatē & superexcellētiam essendi continet in se & hoc idē designat dignissimum nomē istud tetragramaton ττττ diuinitus reuelatū, quod ut Rabbi Moyses fatetur, penitus absolute designat diuinā essentiam, prout in seipso est sine omni respectu & habitudine ad creatā, atq; ut alij contestantur, significat diuinā essentiam ut in cōmunicabilitē, i. in plurificabilitē, & ut fari sic licet, ut omnimode singularē. Deniq; super illud Exodi sexto: Loquutus est dñs ad Mosen dicens: Ego sum qui apparui Abraham & Isaac, & Jacob, & nōmen meū Adonai non indicaui eis, dicunt expositores, qd̄ adonai notat uniuersale dominiū, & interpretatur omniū uniuersaliter deus, sicq; soli cōuenit deo, qui per Esaiam de promisit: Ego dñs, hoc est nōmen meū. Eterni ipse solus propria in partcipata & illimitata

Dubitationis
resolutio.

Tetragramma ton.

Adonai.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

potestate universorum liberrime dñat, luxu illud Psalmi: Qui dñs in virtute sua in æternū. Cui, ut ait scriptura, nullus dicere pōtetur ita facis: De quo Iob 36. habetur: Ecce deus ex celo in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus. Quis ei dicere pōt, operatus es ini gratus? Ita q̄ nomē istud adonai, est propriū deo, quis nō tā absoluū, reuerētiale ac mysticū, et nomē hoc tetragramaton. Propter qd̄ lingua Hebrew petiti, & in scripturis edocit, affirmat Exod. 6. qd̄ legit: Nomē meū adonai &c. Scriptū nō esse adonai יְהוָה, sed tetragramaton יהוָה qd̄ ab Hebrewstante sanctitatem ac reuerētate reputat, ut nominari nō debeat, nisi a summo sacerdote, & soli in benedictionibus quas fuit in templo: ideo loco eius pronuntiat hoc non men adonai, uel si apud Christianos hoc nomen deus tantæ honorabilitatis & sanctitatis confisteret, qd̄ exprimēdū nō esset nisi à Romano pōtifice: atq; ob hoc, ubiq̄ scriptū esset loco eius pronuntiare hoc nomē creator seu dñs. Hinc quoq; ut quidā non inepte dixerūt, hoc nomē QVI EST seu ES SE, est maxime propriū deo, primo ob suā significationē designat nāq; non aliquā formā, sed ipsum esse: deus uero potissimum est suū esse. Secūdo ob suā communitatē: nā alia nomina sunt aut minus absoluta, aut min⁹ communia, i.e. circa quasi informata & determinant ipsum esse. Vnde & minus propriē cōpetūt deo, qui est simplicissimum ac separatisimum esse. Tertio ob suā significationē designat eternū esse, ut in præsenti: deus autē æterna præfentia inuariabiliter est in seipso. Porro hoc nomen bonus, propriissime conuenit deo secundū qd̄ est principiū emanationis sive ad intra sive ad extra.

P R O P O S I T I O VII.

Quædā conueniūt metaphorice deo, qdā proprie, qdā affirmatiue, qdā negatiue, qdā absolute seu substancialiter, qdā relatiue, qdā substitutiue qdā qdā modo adiectiuue. Quod est, qd̄ in omni creatura relucat qd̄ pfectiōis diuinęq; ad hoc, p̄ eam deus pōt aliqualiter designari ac nominari: Veruntamē aliqua perfectiōne talē significant, cū proprietate diuinę perfectioni, puritati, bonitati ac simplicitati euidenter contrariant, ut materialia video p̄dicant deo improprie, utpote metaphorice, transumptive seu trāslatiue, hoc est per metaphorā aut similitudinē quandā: sic quippe deus dicitur leo, propter suū imperteribile ac insuperabile robur: & agnus, ob manuētudinē uitis, ob fecūditatē aliqua qd̄ huiusmodi mox in sua natura & proprietate, fecunditatē, uilitatē, no ciuitatē aut irrationabilitatē grande includit, ideo non dicitur deo, ut draco, canis, asin⁹, lutus, simus, præsertim qd̄ deformitati cul p̄e important, ut satanas. Porro proprie deo conueniūt, quae pfectiōne simpliciter denotat, ut esse, uita, sapiētia, uirtus, quæ in sua ratione impfectionē adiunctā non cōprehēdunt, & absolute loquēdū, melius est eainēse & habere, qd̄ ipsis carere, in dī talia qd̄ ad rē & naturā, atq; pfectiōne per ea significatiū, uerius, excellētius magisq; proprie cōpetūt deo qd̄ creaturis, quātū est ex parte rei, quātū nō quantū ad modū quo nos ea intelligere possumus: Nēpe sicutiam p̄alibatū est, esse & bonitas tā eminēt ac uere deo conueniūt, ut eius respectu nostrū esse sit quafin non esse, & nostra bonitas malitia uideat, si de uita & sapiētia constat. Deniq; quæcū proprie deo conueniūt, affirmatiue de ipso enūtiāt: quæ autē improprie, de eo aptius ueriusq; negant, dicēdo deus nō est leo, agnus aut uitis. Absolute demū deo conueniūt, quæ eius essentia exprimit, & in p̄dicamento substātia collocantur relatiue uero, quæ habitudinē denotat, quod qdā designat relationē ad creaturas, quæ non est in deo realiter, in quo nec accidēt cadit nec depēdētia ad creaturā: quod qdā autē relationē dicit ad intra, ut pater & filius in diuinis, quæ & proprie cōpetūt deo. Demū substātiae enūtiāt deo essentia, bonitas, intellectus. Adiectiuue ut sapiēs, iust⁹: de qbus constat, qd̄ non secundū rē, sed iuxta modū significandi aut supponēdi adiectiuue dicunt de ipso. Itēz aliqua p̄dicant deo in cōcreto, aliqua in abstracto: quod qd̄ ab æterno, quod qd̄ ex tempore, ut quæ denotant actu qd̄ in creatura: quæq; aut insinuant effectū in creatura, habitu aut potētia, ut misericors, clemēs, eternaliter deo conueniūt. Postremo nostra relationē conseqūtiū actionē immanēt, intellectus uoluntatisq; dei, & eternaliter cōpetūt deo, ut p̄definitione, p̄scierē, prouidētia & idea.

P R O P O S I T I O VIII.

Quatuor modis aliqd̄ deo cognoscimus. Quod est, quia ut sc̄tus Dionysius in pluribus scribit locis, primo aliqd̄ ascribimus deo affirmatiū, dicēdo: deus est bonus. Secūdo negatiue, dicēdo: deus non est à creatura cōprehensibilis. Tertio causaliter, ut dū dicimus: deus est fortitudo & spes nostra, i.e. causa totius fortitudinis nře ac spes: & rursus dū oēm rei pfectiōne deo ascribim⁹, tāq; primā oīm cause, atq; fontali uniuersore principio. Quarto p̄eminenter, nā quāuis uniuersorū pfectiōnes p̄existat in deo, hoc tamē est p̄ modū infinite eminētiorē qd̄ capere ualeamus. Deniq;

Qui est, dicit
proprietate deo.

ELEMENTATIO THEOLOGICA DE DEO.

32

niq; affirmatio minus apte conuenit deo qd̄ negatio, eo qd̄ ipse sit prorsus in cōprehēsibilis ac ineffabilis nobis: siq; conueniētius dicimus, deus nō est irrationabilis neq; insipiens, qd̄ de⁹ est rationabilis & sapiens. Hinc primo mysticę Theologiae ca. magnus Dionysius: Neceſſe est, inquit, omnem perfectionem in deo fateri ac ponere, tanq; in primordiali entium causā & rursus eadē principaliū remouere & negare de ipso, tanq; super omnia existente ac si persentialiter superposito uniuersorum principio. Hoc nāq; est deuinere cognoscere & laudare, ipsum superflū substantialiter ac infinite omib; celliore, per omnium ablationē & abnegationem ab ipso supersubstantialiter contueri, glorificare ac hymnizare.

P R O P O S I T I O IX.

ETiam ea quæ proprie deo p̄dicari ac affirmari dicūt, magis proprie de ipso nē gan⁹ & auferit. Quod est, qd̄ sit deus penitus ignoramus, prout hoc in Elementatione philosophica declaratur est & ostentū: inquit, quicqd̄ ei conuenire assēdit, multo alter & infinite eminētius conuenit ei qd̄ intelligere possūmus: itcirco predi- cata & attributa quantūcūq; perfectionalia, uerius ab eo negantur qd̄ de ipso affirmant. Iō quēd̄ de ipsis secundū qd̄ nos in statu præsentī cognoscere a ualemus. At uero de deo cognoscimus qd̄ non est, & quia est, & qd̄ oīs pfectio cōpetit ei: sed qd̄ sit in seipso, determinante & distingue agnoscere, omnē naturalē superat rationē: sic qd̄ intelligēdū est qd̄ diuinus Dionysius ult. mysticę Theologiae dicit ca. quēd̄ deus nec est uita, nec uiuēs, nec lumen, nec lucēs, nec bonus, nec bonitas, nec ueritas, nec deus, nec deitas, nec uetus, nec unitas, nec trinitas, nec trinitas: nō qd̄ ista nō conueniūt ei uere & sume, ac proprie ex parte rei significatā, sed qd̄ non cōpetunt ei per modū quo apprehendimus ea neq; ut sunt in rebus creatis, neq; uniuo ce cū eisdē, in dī modū omniū mēti creatarē incōprehēsibilē, cōprehēsione proprie dictat. Nec enim per creatā formā aut speciē intelligibile cognosci pōt deitatis clare, ut in propria luce cōficit, sed oīs similitudo creatā à clara & plena ac adeguata representatione superpurissima deitatis occūbit ac deficit infinite.

P R O P O S I T I O X.

En Libro de Theologia symbolica tractat sanctus Dionysius de his quæ metaphorice cōpetūt deo: in libro autē de diuinis noībus, de appellationib; quæ proprie ei conueniūt: in libro demū de diuinis characteribus, de proprietatibus atq; noībus p̄tinētib; ad diuinas & increatas personas, ad emanationēs quoq; adintrat: in libro uero de Mystica theologia, de excellētissima dei cognitione & uita hac, quæ est p̄ omne ablationē & negationē de ipso. Quod est, qd̄ symbolū dicit signū alicui significatiū, aut certe aliquā adiunictā collectio, quēadmodū articuloz, fidei in unū collectio symbolū fidei appellat, & ut ipse sacratissimus Dionysius interpretat, symbolū est sensibile aliqd̄ pro intelligibili desī gnando assumptū: sicut panis & tunī pro spirituali & diuinā refectione accipiunt, cōmuni ter autē dicit symbolū, quicqd̄ est rei spiritualioris significatiū. Itaq; symbolū & theologia est sermo seu sacra sc̄tia uel scriptura, docens & declarans qualiter noīa corporaliū rei ac motuū, simplicissimo deo conueniant, ut leo, agnus, uitis, ira, furor, figura & mēbra, de qbus & confimilibus in symbolica theologia, id est in libro sic intitulato tractatur. Porro in libro de diuinis nomīnibus, de intelligib; dei appellationib; agitur, puta qualiter bonus & ens, uiuēns ac sapiens nuncupetur: quæ nomina proprie ei attribuuntur, propter quod appropriate diuinā uocata sunt nomina. Porro character dicit signū distinctiū, præser tim signū spirituale, immateriale, configuratiū: Vnde & quādam lacramēta characterem imprimerē affirmantur. Ad Hebrewos quoq; ubi de unigenito dei filio dicitur: Qui cum sit splendor gloria & figura substantiae eius, In Græcō habetur, οὐ παρεκτηπονεῖ τὸν πατέρα τὸν εἰς τὸν οὐρανόν. Cha racter substantiae eius. Hinc diuinī characteres nō nominant in summa & superbeatissima tri nitate, proprietates personales ac notiones, quibus supergloriosissimē in creatā personē ab inuicem distinguuntur: de quibus & quæcū emanationē adintrat in libro de diuinis characteribus determinatur. Postremo mystica theologia est secreta, sancta & profunda deitatis agnitione, ac abditissima mētis cū deo loquuntio, qua deo unit tāq; prorsus incognito, quantū ad quid sit, eo qd̄ agnoscat uniuersis infinite sublimior, ac incōprehēsibilis penitus, cum scire sit rē per causam cognoscere; ipse autē qd̄ solum uere æterius est, causam non habet.

P R O P O S I T I O XI.

Quædā magna est, an in uita præsenti possit homo intuitu cognitionē dēum cōgnoscere. Quod est, quoniā sanctus Dionysius in epistola ad Gaiū monachū ait: Si quis uidens deum intellexit quod uidit, nō ipsū uidit, sed aliquid eorum quæ sunt, hoc est aliquid diuinorum effectuum. Itemq; diuinā tenebrā, quas inuisibilem &

Symbolū.

In sacramentis
Eucharistia re
mantur tantū
Species panis
Quādā inuera
substantia
Theologia
symbolica.

Hebreos.

I. Poste, s.

Dionysius.

f 4 incompre

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

Damascenus.

incomprehensibile abundantia lucis in ea appellatur, cooperiuntur omni lumini, & absconduntur omni cognitioni. Damascenus quoque primo libro ita inquit: Oportet singulare eorum quae deo dicuntur, non estimare significare quod secundum substantiam est, sed quod non est ostendere aut habitudinem quandam, aut aliquid eorum a quibus separari atque distinguitur, aut aliquid eorum quae a sequunt naturam aut operationem. Insuper generatione constant profundiores theologi & philosophi, quod deus quantum ad quid est, sit proorsus ignotus: non ergo eum in uita hac intuitu agnoscimus, quod multi concedunt dicentes, quod deus in praesenti non noscimus, nisi quia est, & in communione, non conceptu quidditatu & intellectu distincta ac propria, quemadmodum qui cognoscit de homine solum quod animal sit. Verum istis obiectis, quoniam intelligere est quoddam spiritale intueri: multa autem deo intelligimus, quae ei soli duxatae conueniunt, ut cum dicimus: deus est actus purus, deus est esse in creaturam, actualissimum, infinitum: deus est ens absolute perfectum. Quauis autem ista non intelligimus tam perfecte & clare, sicut ex sua natura intelligibilia sunt, nec clare per speciem sicut in patria cognoscunt, attamen ali qualiter intelligimus ea, atque hoc ipsum intelligere est aliquid intueri ergo intuitu cognitione cognoscimus eum ita, quod intellectus nostro ipsum attigit, & aciem suam directe fit in ipsum. Præterea cum dico, deus est actus purus, esse plenum & in creaturam, ens infinite perfectum, aliquid est hanc intellectu obiectum, in quod figurit intellectus, & quod utique apprehendit: nec aliquahat aut consimilium enuntiationi uerificatur de aliquo obiecto creato, ergo mens intelligendo hanc fertur in ipsum uero deum, & pertinet in ipsum, quod est intuitu cognoscere eum, quod & alij quidam concedunt: quauis intuitio ista sit per similitudines speciesque creatarum, ac multum obscura, præsertim cōparatione beatitudine uisionis in regno. Difficile ergo est istud problema elucidare: etiam si concedatur, quod deus præacto modo intuitu intelligimus: uidetur quod eius essentia parvissime intueamur, cum ipse sit sua essentia, quauis quod ipsa sit nequaquam clare intelligamus. Qui ergo hanc secundum positionem cupit tueri, ad auctoritates inducas poterit respondere, quod intelligentes deum in uita hac, dicuntur non ipsum deum intellexisse, sed aliqua hoīus quae circa ipsum sunt: quia non cōspexerūt deum sicuti est in seipso in propria deitate & luce, & quod sit, sed prout ex suis potest cognosci effectibus & donis gratiae ac naturae.

P R O P O S I T I O X I I .

Propositiones
bus.29.77.

Trinitas perso-
nas cognoscit
ex scripturis
Ioan.13. dein
ceps.
Matth.28. &
Marc.16.
Actorum.2.

Ioan.6.

Actorum.9.
2.Corin.12

Iste author in
libro Dialogo-
ri probat ex
scripturis trini-
tas personam.

Sicut Philosophi ex lumine naturali nouerunt uere & incommutabilis deitatis unitatem, sic sancti Theologi ex revelatione diuina cognoverunt in simplicissimo deo ueram esse trium personarum distinctionem. Huius theorematis prima pars ex deductis in Elementatione philosophica patuit copiose: alia pars declaratur, quoniam gloriose Apostoli ex ore dei incarnati didicunt adorandæ trinitatis mysterium, tam ante uerbi incarnati passionem, præsertim in sermone facto post cenam quod postea, maxime quando in monte Thabor post resurrectionem, ante sua in celum ascensionem precepit eisdem: Euntes in mundum uniuersum prædicare euangelium omni creature, baptizantes omnes gentes in nomine patris & filii & spiritus sancti. Porro post ascensionem misso in die sacrissimum Pentecostes desuper spiritu sancto, docuit eos aliosque discipulos hanc fidem ueritatem, ac cetera euangelica legis mysteria luculentissime per illuminationem clarissimam paracleti spiritus sancti, quemadmodum post cenam imponebat atque deponeret: Multa (inquietus) habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo: Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. Itaque, paracletus spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille docebit uos omnia. At uero beatissimum Paulum Apostolum post hoc conuersum, docuit trinitas summa in raptu, quando tribus diebus ac noctibus iacuit soporatus spirituque absorptus, audiens uerba arcaena quae non licet homini loqui. Marcus deum & Lucas Euangeliæ creduntur fusse de numero septuaginta discipulorum, cum apostolis quoque spiritu sanctu accepisse. Præterea in veteri testamento elechi prophetæ superbenedictæ trinitatis secretum diuinum didicerunt, & in suis uoluminibus quidam eorum multifarie expresserunt, pro utrū magister sententia libro primo distinctione secunda partim ostendit, atque in lib. Dialogo de fide Catholica diffusius est inductum. Postremo in Euangeliæ legi fides hanc trinitatem euidentur est descripta & propalata quod olim in veteri testamento: nec enim oportuit neque expediens fuit rudi populo Iudeorum ad plurimum deo & cultu proclivi tantæ profunditatis mysterium plenius reuelari, qui potius obscuritatibus tegi ac tegumentis inuoluvi, ita tamen quod nihilominus studiosoribus in lege peritis fatis daretur intelligi.

P R O P O S I T I O X I I I .

Quemad-

ELEMENTATIO THEOLOGICA DE DEO.

33

Vadmodum superessentialis ac superprestatissime trinitatis notitia, nulla potuit unde naturali ratione inueniri aut demonstrari, ita nec potuit philosophica demonstratio rationibus improbari. Quod est, quoniam fides catholica, potissimum articulus fidei de trinitate personarum in deo, omnem transcedit inuestigationem humanae naturale ratione, quia deus trinitas creaturas non produxit quatenus in personis distincta, sed ut in essentia ac potestate simplex & una, ac indistincta in deitatis natura. Fides quoque non habet meritum, cui humana ratio præbet experientiam. Insuper uoluit creator omnipotens ut rationalis creatura se tota suo subiectum creatori manifestans se illi in sacrificiis salutare ac uiuere, intellectu propriu auctoritati scripture per fidem plene subdendo propter dei reuelantis reverentiam ac sanctitatem qui nec falsi ualer nec fallere. Vnde dixit Apo-

stolus: In captiuitate redigentes omnem intellectum in obsequiis Christi. Denique in uniuersitate entis creati nullum inuenimus personali distinctionem & unum numero saepe personis distinctis essentiam. Amplius in nulla re uide personalis distinctione ita repugnare secundum naturalis rationis censuram simplicitati ipsius rei, sicut in deo: immo in nullo ente uide distinctione personarum sic contrariati naturali ratione, sicut in simplicissimo primo principio deo omnipotente: dif- fiscillimumque est cernere qualiter simul stet simplicissima unitas & realis distinctione. Quod etiam in puro actu possit generatio esse passiva, & quomodo tres personae distinguant realiter relationem, ac unum sint in essentia & deitatis natura, cum tamen relatio in diuinis nil reale sit peraddit essentia. Postremo tanquam maxima est in omnibus philosophia, nec ab ullo philosopho negatur, quod quae eadem sunt unum tertium singulari, sunt eadem inter se in qua etiam maxima omnis (ni fallor) syllogisticus fundat discursus: quia tam uideatur fallere in diuinis, cum tres supersubstantiales personae sint, eadem unum numero diuinæ essentia, & nihilominus ab iniunctis realiter sint distincte. Non igit est similius, quod aliquis unde philosophus seu alia persona humana, in lumine pure naturali repperit aut cognovit trinitatem aut pluralitatem personarum in simplicissimo esse deo. Veritamen quantumque haec fidei Christianæ assertio uideatur mirabilis, irrationabilis & incomprehensibilis esse, nulla tam unde potuit humana & naturali ratione conuincere, immo oīm Hæreticos & philosophos infideliumque obiecta, à sanctis patribus catholicisq; doctoribus uere & efficaciter sunt soluta. Cūque haec diuinissima fidei doctrina sit desuper reuelata, & per innumerabilia signa, miracula, prodigia, mirrures ac testimonia approbata, & corroborata, ut alibi copiosissime est probatum, constat quod contra eam nulla queat demonstratio introduci aut militare: Vero namque non uero, sed falsum opponitur.

P R O P O S I T I O X I I I I .

In scriptis gentiliis quoddam legitur, ex quibus nonnulli putarunt ipsi gemitibus innotuisse superexcellētissimam trinitatem, aut salte patris aeterni eiusque unigeniti deitatem. Quod est, quia in libro confessionum beatus recitat Augustinus, se in lib. Platonicorum repperisse atque legisse quanti ad sensum, quauis sub alijs uerbis, initium Euagelij sancti Ioannis. In principio erat uerbum, uelquod ad id: Fuit homo missus a deo. Decimo quoque de Civitate dei dicitur quendam dixisse Platonicum, quod exordium Euagelij sancti Ioannis merito aureis literis scriberet, & in eminentioribus ecclesiis aut teploribus locis suscepere ad intratulum a ciuitate. Præterea Trismegistus in libro de uerbo perfecto: Deus inquit, uniuersorum & omnium factor deo, secundum fecit dominum: quia hunc fecit primum post se, & solus ac unum, & bonus uisus est ei atque plenissimus omnium bonorum, & in eo latutus est. Hic est filius dei benedictus, cuius nomine humano ore non potest nominari, nec ab hoīibus indagari, sup holas enim est hunc de dilexit unigenitum. Hinc denudo est loqui: Monas genuit monachum, & in se suu reflectit ardorem in quibus ubi etiam scriptum, gardetissimum amor est patris ac filii, tetigisse uideat. His cosonat quod lib. de Ciuitate. Augustinus, refert dixisse Silbilla: Ipsa uestrum cognoscite dominum dei filium esse. Amplius in eodem uolumine scriptus Augustinus ita inquit: Magnus ille Platonicus Plotinus, qui per certas Platonem melius intellexisse laudat, manifeste conscriptus in lib. suo de tribus summis substantiis, de deo patre & vi. i. mente paterna, a patre primo productas: quod de parte ac filio dictum uideat. Itaque gloria Exod. octauo. Magi, inquit, Pharaonis defecerunt in tertio signo, quoniam ad notitiam tertiae personae in diuinis pertingerent nequiverunt. Népe de totagoni deinde summo patre & vi. i. mente profluere ab ipso, philosophati sunt: unde apparet quod salte deitatem patris & filii cognoverunt. Denique decimo de Ciuitate dei Augustinus enarrat, quod Porphyrius in libris Eglior posuit tria principia, puta deum patrem, deum filium, & medium utriusque quod obscure expressit. Vnde ad hec iuxta phabilitatem, quod nulli scriptoribus innotuit ex lumine naturali ac propria scripturatio de trinitate summa, neque quod de pater unigenitu habeat sibi colubstantiale, coeternum & coquale, si aliqd inde nouerunt, fuit

Trinitas non po-
test naturaliter
demonstrari,
i. ratio.

Gregorius,
ii. ratio.
iii. ratio.

a.Corin.10.
iii.
v.

vii.

Conclusio,
Trinitas non po-
test efficaciter
impugnari.

Augustinus,
i.
ii.

iii.

Mercurius
Trismegistus.

Augustinus,
iii.

v.

Solutio ratio-
num.

Ad primum.

Philosophi nō cognovere sicut tri-
nitatem ex propria naturali
lumine.

Ad secundū.

Confutatio.

Alia responso.

Ad tertium.

Ad quartū.

Ad quintū.

Rationes in
specie pugna-
tes cetera trini-
tatem dilabunt pro-
positiose pro-
xima.
Prima.

Secunda.
Tertia.

Quarta.
Quinta.

P R O P O S I T I O XV.

Rationes qua ad supergloriosissimam trinitatis probacionem inducuntur, non minus idoneae sunt & fortis ad probandum intētū, q̄ illę quæ ad oppositū proponunt. Quod est, quia nec ista nec illa sunt demonstratię, ut patuit: uero utręq; uidentur probables. Porro instantiae quæ in oppositum inducuntur, pro parte breviter tactæ sunt, ut q̄, quæ uni tertio singulari realiter idem sunt, inter se realiter idem sunt, neq; realiter distinguuntur: pater ergo & filius nequaq; ab inicem realiter sunt distincti, quin utręq; realiter idem sit quod deitas seu diuina essentia, quæ est quid singulare seu numero unum. Rursus uero deo cum sit purus actus, nullatenus uidetur competere generari, produci, spirari. Præterea de ratione dei est quod sit ens primū, indepēdē, incausatū, quod non conuenit personæ productæ ac generatæ. Infupet actiū est præstatiū pasto, pater ergo generat & filius generatus, nequeunt dignitatis esse æqualis. Amplius, deus est ens uniuersaliter simpliciter & perfectū: si ergo pater & filius sunt duæ distinctæ personæ, sequitur

sequitur q̄ nullus eorum sicut summe ac uere perfectus: Aut enim in nullo differunt, & sic nō essent duæ personæ, sed una tantum: Aut in aliquo differunt, & sic neuter esset perfectus, cum unius perfectio alteri personæ esset. Adhuc aut̄ quicquid producitur de se, est in potētia ad esse & imperfectū: quod nequaq; conuenit uero deo. Itē diuina essentia est res intellectuā naturæ & quid unum numero per se subsistens, ergo est personæ non ergo est communicabilis alteri, ut filio atq; spiritui sancto. Postremo res genita & res ingenita non sunt realiter id: filius ergo non est diuina essentia, qua nequaq; est genita. Ita & confusiliā contra fidem superdignissimam trinitatis obiciūtur. At uero pro fide hac nō minus idonea ac robuste arguitur. Primo, quoniam exuberantia bonitatis est ratio cōmunicationis & diffusio-
nis; cumq; in deo sit superplenisima inm̄ omniū imm̄la exuberantia, plenitudo ac opulentia bonitatis, palā q̄ in ipsa sit communicabilitas infinita ergo potest proportionatū sibi getmen, puta infinitū producere. In deo quoq; idem & simul sunt posse & agere: omnis me-
ro creati entis productio centralis est & punctalis, comparatione cōmunicabilitatis immu-
natur, exigitur præter eam est productio in deo ad intra. Præterea omne ens in meliori est dispo-
sitione dum est in actu sibi ex propria sua natura conuenienter, & ad quam aptitudinem ha-
bet naturalem, q̄ dum non est in huiuscmodi actu: deus aut̄ aeternaliter in optimâ sui di-
spositione conſitit, ex propria quoq; sua interminabilis bonitatis exuberantia & natura
inest & conuenit ei imm̄la cōmunicabilitas, sicut expreſſum est ergo aeternaliter est in actu
plenario cōmunicabilitatis illius, puta producens germen sibi & quale. Infupet in deo est
omnis perfectio, ergo summa secunditas, paterna autem secunditas extat præcipua, si-
cut & ipsa generatio est emanatio magis perfecta: quia in ea id quod emanat assimilatur
perfectius sive emanatio principi: est ergo in deo in coparabiliter perfecto. Rursus in
deo est omnis & plena synceræ ac sanctæ delectationis a gaudij ratio, quod esse non posset,
nisi in eo essent charitatis delicia, ad quas requiritur diligens & dilectus ac condilectus: quā
charitas magis propriæ dicitur esse ad alterum q̄ ad seipsum, in & magis sentitur ad alte-
rum, & fortissima quoq; est dum adest tertius, scilicet condilectus, qui sit quatinus & uinculū mutuæ dilectionis amboꝝ. Præterea quid iocundius, qd dulcis p̄t excogitari, q̄ q̄ in
supergloriosissimo deo sit triū eternaz ac inuariabilis psonaz sotietas inuariabilis & eterna
inter quas sit propinquissima & omnifarre summa cognitio, sicut psonalis distinctione, ut tam
enī sit inter eas substantialis identitas ac numero una uoluntas: Propter qd neq; discordia,
neq; dissensio inter eas ualeat oriri aut esse: quæ item cū infinita delectatione se inuicem indefi-
nenter inueantur, & clare ac penitus cōprehensivè intelligent, immensam quoq; cōplacen-
tiam mutuo habent, atq; cum dilectione intensiue infinita ac superardentissimam inui-
cem complectantur, in quibus sit plena, naturalis ac superliberalissima prouersus communio,
super dulcissima pax ac omniformiter infinita beatitudo. His delicijs deum priuare conat,
qui personarum in eo denegat trinitatem.

P R O P O S I T I O XVI.

Argumenta tamen pro fide supereffontialis trinitatis, q̄ contra eandem inducta, solubili sunt. Quod est, quā neutra demostriatua existit, qd de obiectis cōtra hanc fi-
de inducta patere in prefentiā sufficiet: Nēpe qd primo objec̄tū, q̄ eadē sunt
uni tertio singulari, sunt eadē inter se ueræ est, si cōuertibiliter idē stili tertio sin-
gulari nulla aut̄ increata adoranda psona est cōuertibiliter idē qd diuina essentia, aut deitas
uera, neq; econtrario. Ad secundū dicēdū, q̄ in deo q̄ est purus actus nō est passio alioꝝ uera
ac proprie dicta, quis productio filii atq; spiratio seu processio spiritus sancti passio signifi-
cent, qm̄ ex nostri intellectus imbecillitate aliter eas capere & exprimere nō ualeamus, ino-
q̄ libet increata psona est purus actus: ab emanatione qd̄ diuina ad intra remouenda est ois im-
pfectio q̄ in creaturaz emanatioibus repit, ois uidelicet potētialitas, de pētētia, inferioritas,
posterioritas ac indigētia. Ex qbus patet solutio tertij. Etenq; libet psona increata est uere
ens primū, eternū, puta uerus deo, ens qd̄ in pētētia, nec sibi p̄p̄ etiā relata esset aut fieret
nihil, nec in nō esse dilaberet, sicut nec facta est ex nihil nec in ea nō esse procedit esse, cū idē
numero habeat esse qd̄ psona à qua procedit, & eandem essentia. Nec nome causæ in diuinis lo-
cū fortitur, qm̄ causa uocat ad cuius esse sequitur aliud. Græci tamen extensiū sumunt no-
men causæ, prout includit principiū, dum unā personā in diuinis fatentur causam alterius.
Itaq; tres adoranda personæ sunt unum ens primum, sicut & unus deus, & unū uniter for-
principiū, quia in hac trinitate nihil prius aut posterior, nihil magis aut minus. Veruntamē
prioritas originis admittit in diuinis, q̄ nō est prioritas temporis aut duratiois, nec dignitatis.

Ad

Athanasiū in
Symbole fideiv.
vi.
vii.
viii.
Pro efficienda
trinitate.
ix.

ii.

iii.

iv.

v.

vi.

vii.

viii.

ix.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextum.

Ad septimum.

Ad octavum.

Ad quartum respondetur, quod actuum est præstantius passo proprio sumpto, quod scilicet de potentia transit in actum, & per modum indigentis habet, ac perfici indiget ab agere, quod in diuinis constat non esse. Ad quintum respondeo, quod qualibet diuina persona est absolute ac infinite perfecta, nihilominus una per realem relationem differt ab alia, & quævis relatio unius personæ secundum suum nomen & rationem actum & proprietatem non sit in alia, attamen secundum id quod realiter est, in qualibet est persona, siquidem unaquaque in diuinis relatio est substantialiter ac realiter ipsa diuina essentia deitatisque plenitudo; que cum in qualibet sit in creatura persona, uere ac plene, omnè prorsus imperfectione ab unaquaque excludit. Aliqui uero alter responderunt ad istud, sed ista responsio aptior reputatur. Ad sextum solutio est, quod quicquid producitur, i.e. de non esse ad esse perducitur, est in potentia & imperfectum. Ad septimum respondetur, quod diuina essentia possit iuxta ueterem modum loquendi dici persona, ut libro de Trinitate loquitur Augustinus, eo modo quo Iudei & Gentiles philosophi loquuntur de ratione personæ in deo, uidelicet absolute: Theologus uero utitur nomine personæ in diuinis relatiue, ut infra pandetur. Nihilominus diuina essentia ratione sua infinitatis & exuberantiae penitus infinita, manet communicabilis, quod in creaturis non inuenit. Ad ultimum respondetur, quod in diuinis res generantur scilicet pater, & res genita putat filius, distinguitur realiter puta suppositaliter, ut quod tamen est diuina essentia: cui proprius fando nec generare conuenit nec generari, sed absolutissime designatur, quam & pater habet ex se & non aliunde, atque eadem numero communicat filio, ideo de utroque prædicatur: quoniam alia ac alia ratione conuenit personis nomen per sona & nomen essentiae: nec inconveniens est in eadem diuina essentia, ob suam fontalem infinitatem & exuberantiam perfectione prorsus immensam, esse & fundari tam id quod distinctionis est ratio, quod illud quod identitatis est causa.

P R O P O S I T I O XVII.

Deus pater intelligendo seipsum, sui ipsius conceptum intra se profert, ac uerbi aeternum in se intellectualiter gignit. Quod est, quoniam deus est simplicissima ac supersapientissima mens, incommutabilis & aeterna: ideo seipsum aeternaliter & inuariabiliter intuetur, atque quod intra se de seipso intelligit & cognoscit, hoc intra se dicit & exprimit: quod aut sic intra se loquit, uerbi ipsius uocatur, uerbum utique intelligibile & internum, emanans & immanens, hypostaticum & subsistens, consubstantiale ac plenarie representans, in quo quicquid patris est, plene omnino ac lypidissime splendor ac declaratur, ideo imago patris perfecta ac naturalis censetur. Filius quoque patris rite ac proprie nuncupatur, quia secundum rationem similitudinem procedit ac gignitur. Procedit quippe a patre per intellectum, cuius perfectio cōsistit in assimilatione seu conformitate intelligentis ac intelligenti suæ ad rem intellectuali. Denique cum deus omnipotens cognoscit perfecte seipsum, ipse est in seipso sicut cognitum in cognoscente. Cognitum aut secundum rationem qua est in cognoscente, est species, ratio, similitudo & uerbum cognoscētis ac cogniti, hoc est, uerbum, similitudo & ratio: quam cognoscēs haber de seipso cognito aut alijs. Cumque pater aeternus seipsum & omnia cetera unico actu intelligēti plene ac perfecte agnoscat, unico uerbo se & cōia inter se loquit, propter quod uerbi hoc est patris imago, & ceterorum exemplar, species ac ratione nec sunt plura principia, plures uero filii in diuinis.

P R O P O S I T I O XVIII.

Filius dei est consubstantialis deo patri. Quod est, quia in simplicissimo deo realiter idem fuit essentia, potentia & actio: ideo filius a patre sic immediate generatur, quod inter patrem generantem & filium, nullum est mediu[m] distinctum a patre: & quævis in solo patre sit generativa potestia ad generandum actum, haec tamen in re est ipsa patris substancialis & actio: hinc de substantia patris filius immediate dicitur natus. In rebus uero creatis genitū procedit a generante per potentiam & actionem realiter differentes ab inuicem, atque a generante & ab eius essentia: Hinc in creaturis non est eadem numero substantia seu natura in generante & genito, seu patre & filio. Denique in generali loquendo de ratione patris proprie sumpti, est quod sit res de sua substantia producens simile fibi: Hinc & patri in diuinis id conuenit, & omne generans naturam suam comunicat genito, & essentialem similitudinem sui imprimit ei, hoc est similitudinem specificam suæ naturæ producit in illo, sicut & ignis ignem producendo. Porro agens creatum in alienam agit materiam, ideo circa natura sua multiplicat in genitis, estque solum eadem specie in gignente & generato. Itaque & pater in diuinis filio suo naturam suam, ueram uidelicet deitatem communicat & dat

Prima Respo.
sio.Secunda Respo.
sio.Tertia Respo.
sio.

dat, quemadmodum filius in Euangelio protestatur: Pater quod dedit mihi, maius omnibus est. Vnde subiū xxi: Ego & pater unus sumus. Cumque in diuina essentia omnis perfectio inclatur, puta oportet, infinita sapientia, pulchritudo inimmutabili, beatitudine et gloria interminata, filius aut ad patrem: Omnia tua mea sunt, & mea tua sunt. At uero pater aeternus filii generando non agit in aliud, neque in materia imprimit alienam, sed imaginem sui ipsius perfectam, pulchram & plenam in seipso producit, actione inumanente, non ad extra progrediente: ideo essentia patris eadem numero est, & manet in filio. Præterea communiter uerbi est, quod naturae reluet in sua imaginetur quod intelligitur resplendet ac representatur in uerbo: ac specie seu forma intelligibilis, intelligentis ac intellectus. Cumque deus pater seipsum intelligendo pariat filium, qui est ipsius imago & uerbum, in uno & species ac idea omnis rei creatæ, constat quod patris essentia in unigenito suo reluet, representatur & continetur plene & clare, quemadmodum ipse filius est naturalis, perfecta & plena patris imago: in filio igitur patris essentia uere est. Cumque diuina essentia cum sit actus purus, multiplicari non possit, sicut nec uera deitas, prout in Elementatione Philosophica est ostensum, certum relinquitur, quod in patre ac filio eadem numero essentia deitasque constat.

P R O P O S I T I O XIX.

Pater & filius intuendo ac diligendo se inuicem, producunt amorem quendam spiritum & increatum, qui dicitur spiritus sanctus. Quod est, quoniam pater aeternus & unicus filius eius intelligendo ac intuendo se inuicem, superclarissime ac aeternè complacentiam habent in inuicem, intensius immensam & super dulcissimam, ut infra probabitur. Cumque in utroque sit una uoluntas, quemadmodum una essentia, ex praetexta intuitione superlypidissima & complacentia mutua scaturit & enanat, diffunditur ac spiratur, existit & procedit amor communis, liberalissimus & subsistens, qui recte appellatur spiritus sanctus. Amor quippe intensus ac uehemens est, tanquam tendentia & impulsus, uiuax & unitius amantis in dilectum, quæ tendentia atque impulsus nomine spiritus ac spirationis innuitur, quo nomine flatio designatur. Hinc filius post resurrectionem suam insufflado in discipulos & dicendo (Accipite spiritum sanctum) declaravit spiritum procedere a se sicut a patre. Denique nec intellectualibus & rationalibus creaturis amor ab amante progradientur, nisi per uerbum conceptum seu apprehensionem, cum & bonum intellectualiter cognitum sit uoluntatis obiectum. Insuper cum natura sit operationis principium, & uoluntas sit immediata dilectionis origo, atque in patre & filio sit numero eadem natura ac uoluntas, non irrationabiliter credimus & fatemur spiritum sanctum a patre & filio tanquam ab uno principio semperne procedere, nec esse creatum, sicut nec uerbum aeternum: cum non de nichilo sit in esse produktus, sed de spirantis substantia: non tamen dicendus est filius, quoniam non procedit secundum rationem assimilationis & conformatio[n]is, potius uero secundum rationem cuiusdam impulsionis & unionis, aut affectionis ad alium, ideo appellatur amor: haud dubium, quin spiratus ac spiritus sanctus sumendo complexum hoc in uirtute dictoris unius, possetque uno nomine nuncupari zelus, id est, uehemens amor in alium.

P R O P O S I T I O XX.

Væ sunt emanationes in deo ad intra, una intellectus & per modum nature, alia uoluntatis & per modum liberalitatis. Quod est, quoniam intellectus & uoluntas sunt digniores & simpliciores potentiae quæ in rebus inueniuntur creatis & diuinitoribus, quæ & præcipue ac excellens sunt in deo, cuius natura est intellectualis, operatio quoque & emanatio ad intra, per intellectum conuenit ei per modum nature, cuius est aliquid sibi simile procreare: Hinc productio uerbi aeterni generatio nominatur, estque emanatio naturalis in ratione conformatio[n]is consitens. Porro effectio uoluntatis ad intra est amoris productio, & uocatur activa spiratio, per modum liberalis donationis se habens, quia ad uoluntatem spectant liberalitas, datio, amor, amplexus & uinculum, non quod spiritus sanctus a patre & filio sic liber ac liberaliter sit procedens, quod contingenter emanet, aut usque potuerit non procedere a patre & filio sic enim potuisse non esse, nec esset uerus deus, nec necessarium esse habens. Verum & ipsa uoluntas est quædam natura, & per respectum ad ultimum finem seu summum botium se naturaliter habet, necessaria tendens in illud. Productio ista etiam consequenter dicitur naturalis & necessaria, quemadmodum productio uerbi aeterni cōcomitant uoluntatis, summeque placita patri, puta summe conueniens & placentissima ei. Postremo generare ac spirare proprie competunt ipsius personis, sicut & agere dicitur esse suppositorum, tanquam his quæ agunt intellectus ue-

Modus proce-
dendi spiritus
sancti.
Spirus p[ro]p[ri]o
zetas.

Probatio pri-
mæ partis.

Probatio secun-
dæ partis.

Generare &
spiritare copiæ
proprie perso-
na.

g ro &

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

ro & uolutati attribuuntur, tanq; ei quo agit ipsa persona, quemadmodum Socrates est qui uidet atq; intelligit. Vis autem uisua est quæ uidet, seu uis per quam uidet: conformiter intellectus est quo intelligit.

PROPOSITIO XXI.

Vædam conueniunt diuinis & increatis personis proprie, quædā appropriate. Quod est, nam illa dicuntur proprie cōuenire, attribui & inesse diuinæ personæ, quæ ei duntaxat conueniunt, & id per quod in esse & proprietate constitutu personali: in diuinis quisque per relationes personæ constituantur, atq; ab initio distinguiuntur paternitas, persona patris conuenient propriæ filio: processus seu passiva spiritu sancto. Cum pater à nullo sit, appropriatur ei eternitas, & etiæ primitas, itēq; potentia, unitas quoq; Aeternum nanc; uocatur sine principio, & primus ante quem nullus. Ab unitate quoq; deriuatur omnis pluritas sic à patre cætera cuncta. At uero quoniam filius procedit à patre per intellectum, iccirco quæ ad intellectum specialiter pertinet, sunt filio propria aut appropriata: Propria quidem, ut illa quæ cōueniunt ei soli, ut uerū, imago, proles interna, ars nata, sapientia genita. Appropriata uero, ut & qualitas, sapientia, ars, idea, pulchritudo. Præterea, quoniam spiritus sanctus prouult, ab utroq; per uoluntatem: hinc ad uoluntatem spectantia propria sunt aut appropriata spiritu sancto: Propria, ut amor spiritus, donum secundum unam conceptionem, amplexus ac nexus patris & filii: Appropriata, ut pax, tranquillitas, iocunditas, uenatio, paracletus, communio, bonitas, benignitas, munificencia ac dulcedo. Deniq; pulchritudo ad intellectum, ueritatem & sapientiam spiritualiter ac specialiter pertinet, quemadmodum bonitas, liberalitas, pietas ad effectum: ideo aeternitas dicitur esse in parte, species in imagine, id est pulchritudo in filio, qui est ueritas ac sapientia dei patris: nam & pulchrum uocamus quod uisum oblectat: Filius autem patri simillimus est splendor gloriae, candor lucis aeternæ, immaculatissimum speculum radiantissimum, p character substantiae patris: Rechte igitur filio pulchritudo leui species appropriatur. Postremo uisus est in munere, id est communicatio in dono seu spiritu sancto, qui est commune profluuium patris & filii, flumen pacis, communicator & dator omnis boni creati, ens summe proficuum & cōmunicatiuum, pax, osculus, ac iocun diffissimū & uere dulcissimū bonū, quo pater filiusq; fruuntur atq; deliciant, aeternaliter quoq; congratulantur.

PROPOSITIO XXII.

Q Vicquid absolute dicitur in diuinis, de qualibet superbenedicta persona singulariter prædicatur, finiliter de duabus, & ite de tribus simul acceptis. Quod est, quoniam in diuinis nulla est compositio realis, nulla distinctione substantialis, nec ulla accidentalis additio, nec essentialis diueritas: sed quicq; in deo est, simplicissima unitas ac una purissima existit essentia. Nec erū realis relatio in diuinis aliquid in re superaddit essentia, nec personæ ex substantia & relatione quasi ex diuersis realitatibus constant. Essentia & relatione differunt seu distinguuntur: ratione: sed una relatio realiter differt ab alia, quæ admodum una persona ab alia. Porro distinctione illa rationis inter absoluta & relativa in deo, fundamentum habet in rei quæ diuina essentia quod in seipso est prior ac ditior, è plurimis perfectionibus in se simplicissime comprehēdit, ac pluribus considerationibus satisfacit. Ideo & quod absolute est rationis, & substantialis perfectionis, & item quod relatio est proprietatis respectuæq; actionis, in ipsa fundatur atq; fontaliter continetur, & ipsa est id quod paternitas, secundum q; est in patre à nullo: in filio autem est id quod filiatio, prout per generationem filio cōmunicatur: sicut & in spiritu sancto est id quod processio, prout per communicationem à patre & filio cōmunicatur spiritui sancti: nec in his distinctioni nisi per relationes, quæ non cōstituunt substantialē, sed personalē inter personas distinctionē.

ELEMENTATIO THEOLOGICA. DE DEO.

36

rationis, quemadmodum differentia cōstitutiva est speciei, quæ tamē in re est species ipsa, sicut rationale est homo. At uero quatuor relationes sunt in diuinis, puta paternitas, filiatione, processio communis spirationis, qua pater & filius referuntur ad spiritum sanctum, cuius sunt unus fons, unus spirator, quemadmodum pater & filius & spiritus sanctus sunt unus rerum creator. Quinq; demum sunt notiones, quæ ita uocātur, quia per eas innoscunt personæ, suntq; rationes cognoscendi distincte personas: pater namq; primo cognoscit per hoc q; nō est ab aliquo: sicq; notio eius est innascibilitas seu imprincipiabilitas, prout innascibilitas non solum excludit natuitatem (sic quippe conuenient etiā spiritui sancto, qui nō est natus neq; nascibilis) sed omnē principiabilitatem seu producibilitatem ab aliquo. Secundo pater agnoscat per hoc, q; est principiū filii: sicq; paternitas est notio eius. Tertio per hoc, q; est una uel unum cum filio principium spiritus sancti: & ita communis spiratio est notio triusq; unde non appellatur proprietas hæc ipsa communis spiratio, quia non conueniunt unū duntaxat persona. Præterea filius cognoscitur per hoc, q; est à patre nascendor, & sic eius notio est filiatio, atq; per hoc q; alius uidelicet spiritus sanctus est ab eo sicut innotescit communis spiratio, ut est dictum de patre. Postremo spiritus sanctus innotescit per hoc q; est à patre ac filio: sicq; notio eius fertur processio seu passiva spiratio. Nec inde accipitur alia notio spiritus sancti propriæ loquēdo, q; nulla persona diuina est ab eo: notio enim cōcernit psonā quæ nomē est dignitatis, nō autē spectat ad dignitatem, nō esse principiū increatæ personæ.

PROPOSITIO XXIII.

O Mnia iam prætacta sunt in deo una & eadem simplex essentia: iccirco tanta distinctione nec unitati, nec simplicitati diuinæ repugnat. Quod est, quoniam in diuinis nulla est compositio realis, nulla distinctione substantialis, nec ulla accidentalis additio, nec essentialis diueritas: sed quicq; in deo est, simplicissima unitas ac una purissima existit essentia. Nec erū realis relatio in diuinis aliquid in re superaddit essentia, nec personæ ex substantia & relatione quasi ex diuersis realitatibus constant. Essentia & relatione differunt seu distinguuntur: ratione: sed una relatio realiter differt ab alia, quæ admodum una persona ab alia. Porro distinctione illa rationis inter absoluta & relativa in deo, fundamentum habet in rei quæ diuina essentia quod in seipso est prior ac ditior, è plurimis perfectionibus in se simplicissime comprehēdit, ac pluribus considerationibus satisfacit. Ideo & quod absolute est rationis, & substantialis perfectionis, & item quod relatio est proprietatis respectuæq; actionis, in ipsa fundatur atq; fontaliter continetur, & ipsa est id quod paternitas, secundum q; est in patre à nullo: in filio autem est id quod filiatio, prout per generationem filio cōmunicatur: sicut & in spiritu sancto est id quod processio, prout per communicationem à patre & filio cōmunicatur spiritui sancti: nec in his distinctioni nisi per relationes, quæ non cōstituunt substantialē, sed personalē inter personas distinctionē.

PROPOSITIO XXV.

INter attributa diuina natura non est realis neq; formalis distinctione, sed rationis distinctione: nec præter ac ultra personalē distinctionem est ponenda in diuinis ulla distinctione ex re natura, ut aliqui opinantur. Quod est, quia ut sancti edocuerunt & contestantur, quicquid præter personæ distinctionem in deo consistit, supersimplicissima atq; purissima unitas est ac mera identitas, nec est in hoc ex natura rei non identitas aliqua. Porro attributa in deo dicuntur prædicta perfectionalia & absolute, quæ ex natura rei magis eminenter ac proprie competunt deo & creaturis, quāvis conuenient & creatis, ut sunt bonitas, sapientia, uita, potestas, iustitia: Itaq; inter haec quidam imaginantur esse distinctionem ex natura rei, hoc est ex propria ipsorum attributorum natura, seclusa omnī cōsideratione intellectus creati: quā distinctionē uocāt formalē, ac mediū inter distinctionem realē distinctionem & rationis, & esse quandam non identitatem. Quibus primo obiectitur, q; inter distinctionem realē & rationis non uideretur media esse: quoniam idem & multa, idem & differē, passiones & proprietates sunt entia: sed nil est nec esse potest nisi ens reale, quod habet esse præter operationem animæ, & ens rationis quod habet esse per solam animæ actionem: ergo præter distinctionem realē & rationis alia non est. Præterea quicquid conuenit rei ex sua natura, conuenit ei remora omni operatione intellectus seclusa, illa est realis, quod nullus admittit. Insuper non est sine necessitate ponenda in eodem plurimis: ideo iuxta philosophos, compositio rei est indigentia signum & argumentum si emi cōpositum in altero cōponētiū totam suam perfectionē haberet, altero cōponētiū non

De notionib;

Innascibilitas.

Paternitas.

Cōmuni spiratio.

Filiatio.

Processio.

Appropriata
patris.

Filiopropria.

Spirans et
propria.

Pulchritudo
appropriatur
hus.
1. Corin. 1.
Sapiens. 7.
Cōmunicatio
spiritu sancto.

Prædicamenta
in deo.

Athanasius.

Relationes.

Cōtra Scoti,
vide Bartho.

Mazoli Bono.

in li. de forma
litate, cap. 10.

re Clypeum

Thos. quest. 10.

et 11. 1. 3. 4. 5.

Racio 1.

ii.

iii.

T Resunt in diuinis relationes personales, seu proprietas personæ cōstitutiæ: quatuor uero relationes, & quinq; notiones. Quod est, quia relatio in diuinis dicitur personalis: quia cōstitutiva est certa personæ, ut paternitas ipsa persona patris: filiatione, cōstitutiva est filii: processio spiritus sancti, quæ relationes dicuntur & proprietas personæ cōstitutivæ, eo q; unaquæq; ipsa conueniat tantum uni personæ. Verunt̄ duas diuinæ personæ realiter producuntur a personis non à relationibus neq; à proprietatibus istis, puta filius à patre, spiritus sanctus à patre ac filio: Proprietates uero & relationes dicunt psonæ cōstitutivæ secundū modū causæ formalis, & iuxta cōsiderationē rationis

g 2 egeret

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

egeret, & esset simplex: quemadmodum ergo diuini esse perfectio est pura, mera ac penitus infinita, ita & eius simplicitas est mere ac pure immensa: tim sua igitpura & summa simplicitate simplicissime habet & possidet omnem prorsus perfectionem, ita quod attributaliū perfectionū in ipso contentarum nulla consistit distinctio ex ipsorum natura. Denique si in deo & simplicissimo esse diuino una attributalis perfectio esset formaliter distincta ab alia, nulla carum esset in se simpliciter uniuersaliterque perfecta, nec alia in se simplicissime contentiva: quoniam nulla res in se in omnimoda simplicitate continet & includit perfectionem formaliter ex natura rei distinctam à se. Amplius quemadmo dominus sapientia dei omnem mentis create capacitem, & omnem creatam sapientiam infinita excedit, sic & simplicitas deit: ergo dominus & ei repugnat omnis non identitas, & omnis ex natura rei distinctio: cum omnis mens be-ne disposita dicet ac protestetur id esse simplicius, in quo nulla est non idētitas, nec illa ex sua natura distinctio quod id in quo est. Præterea interminabile esse dei est sua immensa similitas, sua infinita perfectio, & sua immensa opulentia prorsus illimitata, ita quod omnia ista ex sua natura sunt summa ac superpurissima unitas, totius non identitatis expers ac nescia: & quicquid in ea est in omnissaria simplicitate, est absolute, extreme ac infinite perfectum ac opulentissimum, nullo non codem indigens, nec quid tale admittens: sicque esse diuinum, æternū & increatum est in seipso perfectio separata subsistens, illimitata, in omnimoda simplicitate comprehendens, imo potius uere supersubstantialiter ac simplicissime cōsistens, quicquid pertinere potest aut excogitari ad perfectionem, ita quod sine omni distinctione & sine omnino idētitate ex sua natura est infinita potētia, immensa sapientia, interminabilis pulchritudo, incomparanda dulcedo, uirtus & sanctitas, beatitudo, nobilitas, & quicquid huiusmodi poterit concipi. Adhuc autem ista non stant simul, quod in aliqua re ex sua natura sit summa, perfecta, prae-raidentitas talis ac tanta, quod maior cogitari non ualeat, imo infinite maior quod cogitari aut concipi queat, & nihilominus sit in ea ex sua natura non idētitas aliqua aut formalis distinctio. Amplius cū superficilissimo deo conueniant infinita aut certe innumerabilia attributa, essent in eo infinitas aut innumerabiles nō idētates, quae uni purissime simplicitati ac simplicissimae unitati nō conguuntur. Rursus, unumquodque tanto perfectius ac purius tale est, quanto impermixtus suo opposito: sicut auxili tanto est purius, quanto minus habet adiunctū de alieno metallo: nec ista stant simul, quod aliqd sit prorsus ac pure albissimum aut auxili modificum, atramē aliqd alieni coloris aut metalli alteri^r cōtineat in eo. Multo quod impossibilius est aliqd esse albissimum, & tamē innumerabiles distinctas coloreitates, seu nō albedineitates sibi esse adiunctas, conformiter impossibile oīno uidet in simplicissimo esse diuino innumerabiles non idētates, aut formales ex rei natura distinctiones confistere. Denique teste Philo-
pho, muni in substantia facit idem in quantitate, & quale: in qualitate, simile: quēadmodum ergo in deo in absolutis & essentialibus est summa atque purissima unitas, ita & proportionata simplicitas: Hinc fertur in libro de Causis in commento quartę propositionis: In esse puro & uero, quod est deus, nō est multitudo aliquorum modorum: multominus est ibi innumerabilis multitudo non idētitas ac formalium ex natura rei distinctionum. Iterum in eodem afferitur liber: Primum est diues per seipsum, & diues in alijs: & significatio huius est unitas eius, nō quia unitas eius sit sparsa in ipso, imo unitas eius est pura, quoniam est simplex in fine simplicitas. Additur quoque ibidem: Si quis uult scire quod causa prima est diues in se, proiectat mentem suam super res compositas, & inquirat de eis inquisitione perscrutata; innueniet enim omne compositeum esse diminutum, ac indigens aut alio, aut rebus ex quibus componitur: Res autem simplex, quae est bonitas pura, est una & unitas: Hinc demum in Elementatione theologica Procli Platonici continetur: Omne unitum alterz est à perso uno: Omne namque unitum participat aliqualiter uno, ideo unum est & nō unum: quod uero per se unum est, nequaque unum est & non unum: quia est unum purum in quo nihil non unit. Porro de his super primū Sententiāque distinctione secunda scripsi diffuse, ac declarauī iustud esse de mente principiū scholasticorum doctorum, Thomas, Alexandri, Alberti, Bonaventurae, Pe-
tri, Richardi, Aegidij, Henrici ac aliogrum. Vix his obijci potest, quod tot contradictiones & oppositiones de diuinis enuntiant, nē preessentia & persona, ad minus formaliter distinguiri uidetur: Persona em̄ in diuinis generat, uidelicet pater: Persona quoque generat, ut filius: essentia autem nec generat nec generat persona etiā multiplicatur, nō essentia. Itē intellectus in diuinis est productiū principiū uerbi, nō uoluntas: Voluntas etiā est principiū productiū spūs sc̄ti, nō intellectus: Itēz cū spūs sc̄tiū fit ab utroque eius processio, presupponit ḡnitionē ybi eterni, intellectū quod uoluntas ergo inter ista est ordo, & ex natura rei distinctio, presertim quod ab eterno sic

viii.

v.

vi.

vii.

viii.

ix.

x.

xi.

f. Meaph. lec.
S. Tho. 17. tex.
com. 20.

xii.

xiii.

Objectiones.

i.

ii.

iii.

ELEMENTATIO THEOLOGICA DE DEO.

37

sicut nec ratio aut consideratio hæc aliquid facit ad ista. Similiter inter ideas uidetur formalis distinctio, & deus ab æterno distinctis propriisque ideis cūcta cognovit quae ab exordio condidit. Verum ad omnia ista & consimilia, quae quibusdam ad contentionem proclib⁹ & singularibus gaudentibus, & quasi in sua subtilitate latibus, uidetur efficaciam magna, est una solutio, puta quod deus omnipotens omnifarie uniuersaliterque perfectus, oīm perfectionem in se simplicissime ac unitissime uel potius unissime ac identissime comprehēdens suo superopulentissimo, superperfectissimo infinitoque esse, uniuersis nostris confederationibus, conceptibus, imo & contradictionibus, hoc est affirmationibus & negationibus uerissime atque plenissime satisfecit, ita quod ual de distincta, uaria & diuersa ei conueniunt, secūdū quod ipse uariis perfectiones, imo innumerabiles in se habet, ita quod aliquid conuenit ei secundū alia, non quod in ipso & suo supersimplicissimo esse sit ulla ex natura sua attributorum distinctio, aut modis pluralitas, sed omnimoda totius perfectionis supersimplicissima plenitudo, & superperditissima æternalis possesso. Itaque dico, quod huic superdignissimo, simplicissimo & superexuberantisimo deo conuenit ad intra æternaliter generare, secundū quod in se haber perfectionē fœcundissimi intellectus & spirare, prout habet in se perfectionē amorississime uolumatis, ordinare quoque, secundū quod haber in se sapientiā summā salutare & indulgere, secundū quod habet pietatē & misericordiam: punire, ut habens iustitiam, sicque de alijs. Hinc sanctus faretur Bernardus: Deus amat ut charitas, nouit ut ueritas, fedet ut aequitas, dominatur ut maiestas, regit ut principium, tuetur ut fatuus. Hæc hic breuiter tetigisse sufficiat, de quibus omnibus super secundū Sententiāque plenius scripsi: hæcque respōsitionē auctoribus diuinis Dionyfii, Damasceni, Bernardi, Anselmi ac aliogrum corroborauer ac declarauer. Postremo Ockam & alijs quidam distinctionē formalē inter essentiam & relationē, seu inter absoluta & relativa in diuinis concedunt. Doctor uero irrefragabilis Alexander & alijs plures, tenet contra rūm, quibus magis contentio eos ait qui inter attributa prefacto modo ponunt distinctionē nō formalē, ad syncerā diuinā simplicitatis contemplationē, puto non attrigisse.

PROPOSITIO XXVI.

SVmmæ & increate personæ abinuicē distinguuntur per solas relationes reales ac personales, non per aliquid absoluta. Quod est, quoniā sicut ostensum est, quicquid in diuinis dicitur absolute, cōmune est tribus adorandi personis, atque in eis essentia continet unitatem, relatio statuit trinitatē. Hinc reprobatur opinio dicentium, relationes in diuinis extra affixas & assistentes, non inexistentes, quan*nō* uere sint in personis, sed foris adiunctæ per rationē, non quod aliquid præter deum fuerit ab ætero, sed quod relationes non essent quid reale in diuinis, sed superaddenter personis tantū respectum aut habitudinē rationis. Huius opinionis fuit Gilbertus Porretanus episcopus, qui in Remensis concilio in praesentia sancti Eugenij papæ atque beati Bernardi, suum reuocauit errorē. In quē nifilominius aliqui posterorum incidisse censemuntur, dicentes personas in diuinis non distinguiri per relationes, sed per aliquid absoluta: cuius contrariū sacratissimus Dionysius libro de Diuinis characteribus, sanctus Augustinus libro de Trinitate, Boethius quoque in suo de Trinitate tractatu, Damascenus etiā libro primo, itemque glorioſus Bernardus libro de Consideratione, sed & Anselmus libro de Procesione spiritus sancti, Hugo, Richardus ac doctores scholastici pene omnes cōcorditer docēt. Nihilominus Gulielmus Parisenſis libro suo de Trinitate affirmat ac probare conatur, quod personæ diuinæ distinguuntur per absoluta, & quod relatio neque in deo, neque in creaturis aliquid sit realē: quod doctor em laudo, in hoc nō laudo, imo hoc ultimū eius uerbū, quod scilicet relatio nil dicit realē, contra excellētores philosophos est atque theologos, ut copioſe & clare ostensum est alibi. Alij afferunt personas distinguiri per differentes modos habendi essentiam: quod pater habet eam à seipso, id est non ab alio; filius à solo patre, spiritus sanctus ab utroque. Vix ab his cōscitandū, quid dicant hos modos haberi di essentiam: an quid absoluta, an respectuū, coincidit cū uera respōsitione. Aliqui quoque dixerūt, quod relations sunt ipsæ personæ: tamen in abstracto proferuntur, iuxta modū loquendi quod dicimus: rogo tuam clementiā, i.e. clementē melius uero dicuntur ipsæ proprietates, quibus personæ constituuntur: ac distinguuntur, quis in re sint ipsæ personæ. Postremo contra opinionē illā erroneam, quod personæ per absoluta distinguuntur, nō sunt ratio realis ac suppositalis distinctionis in alijs: proprietates autem absolutæ in deo nō distinguuntur realiter, ergo nec personæ per eas. Præte

iii.

Dicitio.

Bernardus.

Error Gilberti.

Personæ in diuinis nō distinguitur per aboluta.

Ratio 1.

g 3 rea

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

reas per proprietates absolutas distinguntur personae, hoc potissimum erit per eas quae appropiantur personis, & eis magis conuenient, quemadmodum patri appropriat potentia, filio sapientia, spiritui sancto clementia, per quas tamen non distinguntur, cum unicuique de una persona conueniant. Denique cum auctores opinionis istius non proferant quae sunt proprietates illarum absolute per quas distinguntur personae secundum eos, uidetur eorum opinio esse fictitia; si autem dicant quod ignorant, nec sine revelatione queant agnosciri, queritur unde ipsi nouerint eas aut esse cognoscant, cu[m] neque ex scripturis, neque ex sanctis doctoribus sua probent opinionem, imo ex scripturis & dictis sanctorum probetur oppositum, nec innaturam persuasiobus propriis rationis, & adiunctionibus arguentationis humanae, quod in materia fidei ualde cauedum est. Hanc disputationem hic amputo, quoniam super primam Se[t]emt[er]ia distinctionem 25. diffuse prosequutus sum eam.

P R O P O S I T I O N E XXVII.

IN superbeatissimis personis est omnis perfecta ac sancta ratio mutua dilectionis penitus infinita, mutuus quoque complacens super dulcissimam ac mutuam perfruitionis interminabiliter, gaudiose. Quod est, quoniam cause se rationes dilectionis sunt bonitas cognitionis, similitudo, propinquitas, beneficentia, pulchritudo, concordia. Cu[m] igitur quilibet super bene dicta persona sit bonitas perfectione lita infinita, & unaquaque carum alia clarissime ac penitus comprehensiva cognoscatur, cōsimillima quoque sunt seu absolute aequales, in comparabiliter quoque propinquae tantum, ut non solum persona secunda genita sit a prima, & ter tertia ab utraque procedat, imo & substantialiter unum & idem sint in cunctis quae absolute dicuntur de ipsis, & insuper deus pater totam suam essentiam deitatisque plenitudinem ac omnes gloriae suae diuitias unigenito suo aeternaliter communicauerit prorsus plenarie, pater item & filius spiritui sancto, quilibet etiam adoranda persona sit pulchritudinis, auctoritatis & suauitatis interminate, nec solum sint aeternaliter inuariabiliter, & concordes, sed etiam eiusdem numero voluntatis, comitata quod omnis ratio mutui superardentissimorum amoris, complacentia quoque dulcissimam atque fruitionis superdelectabilissimam consistat cu[m] infinita eminencia ac plenitudine in hac supergloriosissima & supereruerendissima, & superessentialissima trinitate. Itaque pater aeternus incessabiliter intuens unigenitum suum super pulcherrimum sibi prorsus simillimum, & in omni bonitate ac perfectione aequaliter, deflectatur & complacentiam habet in eo prorsus infinitam; similiter filius cernens se totum quod est & habet suscepisse a patre, tanquam unensem esse maiestatem & gloriam sui superdilectissimi patris, gloriatur in patre gloriante intensius immensa, ac cum iocunditate omnifarie infinita impicit & amplectitur patrem, ac super deliciissime fruicitur ipsis. Conformiter pater & filius colloquent sibi in spiritu sancto, ac diligunt eum tam infinite & superplenis sicut iesu Christo, ipsoque superfluousime perfruuntur sicut & ipse ille. Ecce quod superbeatissima est uita summa & ineffabilis trinitatis simplicissimi & incomprehensibilis dei.

P R O P O S I T I O N E XXVIII.

OVADAMIN diuinis interdum sumitur absolute seu essentialiter, interdum relative seu notionaliter. Quod est, quoniam nomina quedam ac uerba quaeque designant id quod unicuique personae diuinae communione est, aliqua uero id quod cuilibet earundem est proprium aut certe duabus tantummodo conuenit. Nepe cu[m] dicimus deus creatus, deus accipit p[ro]pterea relative quod absolute, quia creare est actus totius summi trinitatis conueniens ac cuiuslibet persona; sic circa cu[m] dicitur, deus misericordia creatus, deus est rex creator, no[n] de potestate intelligi simul trinitas summa, & ita p[ro]pterea filius. Et ita spiritus sanctus. Cu[m] enim ait scriptura, deus o[mn]ia fecit per uerbum suum aeternum, seu filius accipit deus relative pro sola patris persona. Porro dum afferit Augustinus, deus erat ubera lambens, & syderare reges, capit deus relative pro filio solo. Cu[m] autem in hymno cantat: Veni creator spiritus: spiritus sanctus appellatur creator & uerus deus. At uero cu[m] dicimus, deus intelligere se ipsum, intra se profert ac gignit uerbum aeternum, deus capi relative pro solo patre aeternio, qui dicitur pater reali relatione, ac proprie dicta paternitate. Similiter intelligere sumitur ibi notionaliter, non absolute pro actu intelligendi, seu auctuali intellectio, nisi enim qualibet diuina & increata persona seipsum intelligit, non tamen uerbum & filium inter se profert & gignit, sed intelligere ibi accipit pro interna & intellectuali conceptione, secunda ad intra, propria soli patris. Filius autem intelligit patrem, similiter spiritus sanctus, quilibet quoque persona leiplam & alias duas, sumendo intelligere absolute & essentialiter. At ueromonem hoc uerbum & uerbum hoc, dicere, in diuinis propriis capiuntur solum relativae, seu

Proprio pri
mo de pa.
r. 2.

ii. de filio.

ELEMENTATIO THEOLOGICA DE DEO.

39

ue, seu notionaliter, puta pro unigenito filio dei patris, & pro interna prolatione productione ex uerbo aeterni. Quandoque uero metaphorice atque imprudente apprehensione, cogitatione seu intellectio formata, aut intelligibili ratione, vel similitudine rei intellectu. Vnde de quidam philosophi loquuti sunt, deum omnia fecisse per uerbum intus conceptum, i. per idealem rationem; & quod scriptum est. Genesis primo. Dixit deus, fiat lux: fiat firmamentum &c. Itemque in Psal. Ipse dixit & facta sunt: de qualibet potest diuina persona ac simul tota supergloriosissima trinitate exponi: quis de solo patre intelligatur, secundum quod dicere in diuinis notionaliter sumitur. Postremo amor & amare atque diligere in diuinis aliquando absolute & essentialiter capiuntur, sic quaqueque aeterna persona est amor & amans, & diligit semetipsum ac alias, iuxta illud: Deus charitas est: sic quippe in amore & dilectione non designatur nisi habitudo amantis ad rem amaram: aliquando uero relative seu notionaliter, sicut important habitudinem rei procedentis per modum amoris ad suum principium & contra, intelligendo per amorem, procedentem amorem, qui est spiritus sanctus: & per diligere, ipsum spirare: & ita amor est nomen personae, & diligere est uerbum notionale. Conformiter eadem dictio interdum designat notionem, seu relationem & proprietatem, aliquando actum ut hoc nomen processio, quod significat actum, cu[m] dicitur, quod in diuinis est duplex processio: aliquando uero est nomen relationis personalis spiritus sancti. Rursus processio in diuinis aliquando extense accipitur pro emanatione ad intra: & ita communis est generatione uerbi aeterni, & effluxione spiritus sancti: Vnde filius in Euangilio: Exiui (inquit) a patre & denus: Ego ex patre processio. Cumque nomina ad emanationem ac nominationem spiritus sancti spectant, non sint nobis tam patula, ut ea que ad filij emanatione appellationemque spectant, nomen istud processio emanationi spiritus sancti appropriatur. Interim haec nomina, pater & generatio, etiam nonnumquam in diuinis minus proprie communiter, & sumuntur ratione creationis, adoptionis, iustificationis &c. Vnde & roti trinitati igitur dicimus: Pater noster qui es in celis. Et Iacobus ait Apostolus: Voluntarie genuit nos uerbo ueritatis.

P R O P O S I T I O N E XXIX.

Propositiones in quibus relativa & notionalia in diuinis attribuuntur essentialibus & absolute, sapienter & pie sunt expondere. Quod est, quia in talibus absolute pro relativis ponuntur, ut cum dicitur: deus genuit deum; sensus est, pater genuit filium. Similiter cum in symbolo patrum cantamus: Deum deo, lumen de lumine, deum uerum de uero: quoniam filius est lumen natum de patre lumine sempiterno: nec tamen pater & filius sunt lumina duo, sed unum numero lumen: nec idem lumen genuit semetipsum; quia lumen increato non conuenit gignere nec gignere, nisi relative sumpto pro patre & filio: hinc diuinæ essentia que absolute & abstractissime sumitur, non conuenit generare nec generari, nec spirare neque spirari. Veruntamen antiqui & sancti doctores ac patres, magis recipientes ad rem quod ad sermonis proprietatem, interdum loquuti sunt de essentiam & naturam esse natam: ut cum in libro de Trinitate ait Hilarius: per generationem uiuentis naturae ex natura uiuente. Augustinus quoque septimo de Trinitate: Patet (inquit) & filius sunt una sapientia, sicut & una essentia singulatum sapientia est de sapientia, sicut essentia est de essentia. Ambrosius item, imo & diuinus Dionysius libro de diuinis nominibus, consimiliter protulerunt: quae omnia iuxtam tacta sunt exponenda, ut sensus sit: Sapientia est de sapientia, & essentia de essentia, id est, filius qui est aeterna sapientia ac diuinæ essentia, est de patre, qui est ipsa sapientia atque essentia. Conformiter natura uiuens natura est ex natura uiuente, hoc est filius qui est uiuens natura ac deitas summa, est natus ex parte, qui est eadem uiuens natura ac deitas. Luxta hunc sensum est intelligentum quod in libro de Fide ad Petrum disseruit Augustinus: Deus cum uerbum genuit, id quod ipse est genuit, id pater genuit filium, qui est id quod pater, i.eadem essentia, non eadem persona. Veruntamen abbati Ioachim, Richardo quoque de sancto Victore, qui magistro sententiis fuerunt contemporanei, uehementer displicuit, quod ipse magister negavit essentiam generare essentiam & contra eundem scriperunt: postmodum uero Innocentius papa in generali concilio determinauit pro magistro. Insuper quod libro contra Maximinum Arianorum episcopum loquitur Augustinus: Filius dei non genuit, non quia non potuit, sed quia non oportuit: ita est exponendum quod filius non genuit, non quia non potuit, id est ex potentia filii non fuit, & non genuit filium deum, seu uerbum aeternum,

Paul. 32.

in De spiritu
sancto.
Ioan. 4.

Ioan. 16,
Ioan. 8.

Math. 5,
Jacobi. 1.

Symbolum
Nicanum.

Hilarius.
Augustinus.

Ambrosius
Dionysius.

De S. et ih.
& fide catho.
c. Firmiter &
Damnum

g. 4 sed

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

ed non oportuit, i.e. non conveniebat. Eadem quippe est potentia in patre & filio, sed non eodem modo; quia in patre est non ab alio, atque ad generandum actus; in filio autem est ab alio, puta a patre & ad generandum passum non est essentia aut potentia generatur in filio, quoniam non est terminus generationis, sed quod per generationem filius accipit essentiam potentiae a patre.

P R O P O S I T I O XXX.

Simpliciter concedendum est, quod deus genuit deum; & aduersario obiecta faciliter confutantur. Quod est, quoniam deus pater genuit filium deum. Cumque obiectetur: Si deus genuit deum, aut ergo genuit se deum, aut aliud deum; si se deum, ergo genuit semetipsum, quod intellectus abhorret; si aliud deum, ergo non est tantum unus deus. Ad quod responderetur, quod neutrum hoc est concedendum quoniam deus non dicitur genuisse deum, nisi quoniam persona genuit personam, pater uidelicet filium. Veruntamen quidam concedunt, quod pater genuit alium deum, id est aliud seu alijs personam quam est deus, seu alium entem aut existente deum, qui tamen non est alijs deus quam pater. Per quod soluitur, cum ita arguitur: Si deus pater genuit deum, aut genuit deum qui est deus pater, aut deum qui non est deus pater; si primum, ergo idem generavit se ipsum; si secundum, non est unus duxit deum. Et respondendum, quod pater genuit deum, qui non est deus pater; non tamen genuit aliud deum; quod si replicetur: Genuit deum, qui non est deus pater; Distinguendum est, quia aut sensus est, genuit deum, puta filium, qui non est deus pater; hoc uero est, et sensus est, genuit deum, qui non est deus pater, i.e. qui non est deus qui est pater; hoc falsum est, quoniam unus. Secundum deus est pater & filius ac spiritus sanctus.

P R O P O S I T I O XXXI.

Absolute conceditur, quod deus est unus & trinus; attamen difficultas est in explanatione propositionis istius. Quod est, quoniam in diuinis sunt tres personae & una essentia, immo & unus tantummodo deus ideo afferit deus unus & trinus. Sed obiecti potest, quia in diuinis non est nisi essentia & persona, sed nec diuina essentia est triplex, neque persona; quia nec pater, nec filius, nec spiritus sanctus est trinus. Itaque intuendum, quod teste Isidorio trinitas dicitur quasi triplex unitas deus aut interdum sumitur absolute; quandoque supponit pro una persona, ut cum dicimus, deus generat; interdum pro duabus, sicut cum dicitur, deus pater & nonnullus pro tribus filii; ut ibi: deus est trinitas; quoniam una & ead est deitas est in patre ac filio, & simili in patre & filio ac spiritu sancto; iescaco cum dicitur, deus est unus ac trinus, hoc nomine deus indistincte supponit pro tribus personis; & hec dictio unus, supponit formam tantum: atque vox ista trinus, significat ternarii theologici personae, prout indistincte supponuntur per nomen hoc deus: quia determinat illud ternarium in personis, secundum quod sunt unus naturae. Insuper dici potest, quod in hac propositione deus est unus & trinus, si deus supponit essentiam, ut in cōposito, in cōmuni seu indistincte; sicut ratione essentie dicitur unus, ratione autem suppositorum trinus. Iterum dici posset, quod deus supponit rem habentem in se deitatem, uidelicet deum absolute consideratum, qui est unus ratione indivisibilis deitas; et trinus ratione trium suppositorum, que sunt tres personae relative accepte, in quibus oibus est deitas una. Propterea deus est uero unus, ob inmultuplicabiliter deitatem; & trinus, ob triplex personae relative distinctionem. Interim si queratur, an deitas seu diuina essentia possit uocari trina? Respondeatur, quod nomine hoc trinus, importat trinitatem utin concretione: & ita quasi pluribus inhaeretem: hinc de illo dicitur tantum, quod concretum unitate importat, ut deus: iescaco conceditur ista: deus est trinitas: quia deus supponit personam, non deitas. Vix obiecti potest illud in hymno: Te trina deitas unaque poscimus. Ad quod poterit responderi, quod abstractum ibi ponitur pro concreto. Postremo dum in symbolo dicitur: Unitas in trinitate, & trinitas in unitate ueneranda sit: non designatur numerus in unitate essentiae, sed personae numeratae dicuntur subfistere in unitate essentiae, quemadmodum in creaturis supposita afferunt esse in natura sua specifica. Verūtamen non conceditur, quod trinitas sit trina, quia insinuantur non uera res esse in deo. Eternum cum dicit trinitas est trina, ratione numeri importati significat multiplicatio eiusdem numeri in seipsum, cum trinitas importat distinctionem in suppositis, de quibus simili sumptus enunciatur: estque trinitas quasi nomen collectuum in diuinis.

P R O P O S I T I O XXXII.

Cum filius dei dicitur natus de substantia patris, praepositio de, cōsubstantialitate & habitudine originis notat. Quod est, quia haec praepositio de, multipliciter in creaturis accipitur: quia interdum pure materialiter, ut cultellus de ferro; quandoque pure originaliter, ut cum dicitur, radius est de sole; aliquando pure ordinatiter;

Obiectio.

Dilectio.

Obiectio.

Dilectio.

Obiectio.

Dilectio.

Alia responsio
iii. responsio.

Dubitatio.
Solutio.

Obiectio.
Dilectio.

De, prepositio
in creaturis.

ELEMENTATIO THEOLOGICA. DE DEO.

39

litter, ut de mane, i.e. post mane sit meridiæ; nonnullus simul seu mixtum materialiter ac ordinatiter, sicut in creaturis filius est de substantia patris. In diuinis autem non est materia, sed substantia qua est purus actus. Itaque proportionabiliter loquendo in diuinis, de aliquando caput substantia, ut filius de essentia patris; aliquando originaliter, ut filius de persona patris; interdum ordinaliter, ut Christus de æterno factus, est temporalis; aliquando mixtum substantialiter & originaliter, ut cum filius dicitur natus de substantia patris: quia in nomine substantiae cōsubstantialitas designat atque noī patris origo nativitatis exprimitur. Porro in creaturis filius nascitur ex substantia patris, id est ex parte substantiae, non ex tota eius substantia; nec est ibi cōsubstantialitas nature eiusdem in numero, sed in specie: quia in hoī patre, & filio eius, non est eadem numero substantia atque humanitas; in diuinis autem filius est ex tota patris substantia, est igitur in utroque eadem numero natura. De his dictis est plenus super primū. Sēcundūq; quinta distinctione,

P R O P O S I T I O XXXIII.

Tri diuinis tres res relatives acceptae sunt una res absolute & substantialiter sumpta. Quod est, quoniam tres personæ relationibus solis distinctæ ac relativis proprietatis constitute, uidelicet pater & filius & spiritus sanctus, sunt unus deus; & trinitas summa, est simplicissima deitas una; sed & qualibet incœta persona est diuina essentia, similiter duas simul, tres quoque sumptus sunt ipsa diuina essentia, & unus creator ac dominus. Hinc afferit Augustinus, quod ipsa trinitas est que tam summa res, quia sola fruendū est. Et quia magister Sēcundūq; istud afferuit, abbas Ioachim affirmauit eum insanisse, cum tam ipse Ioachim insinuerit magis: sed nequaquam est opinandū, quod summa res illam in diuinis sit aliquid ultra aut præter personas: cum sit diuina essentia, quae non est nisi in personis, & quae realiter atque idem p̄dicat de omni illo quod est in deo realiter, quoniam ad id quod est in deo.

P R O P O S I T I O XXXIV.

Filius à patre natus est non propria uoluntate nec necessitate, sed natura ac intellectu. Quod est, quoniam filius est uerbum patris, quod est emanatio intellectus, hoc est persona nata à patre per intellectum ipsius; estque emanatio illa penitus naturalis & intellectualis, non uoluntaria, ita quod possit non esse, nec uoluntas est emanatio illius principiū: attamen uoluntaria est quasi concomitante, quoniam summe uolita ac placita est uoluntati patris æterni, deleētabilissima, connaturalissima ac deleētabilissima ei, cui cōplacet omne bonum, & qui summe uult omne bonum, quod in ipso est, & omnī actū quod agit, præsertim admittit. Non est quoque necessaria necessitate violentia ac coactionis nec intelligentia: Necessaria etiam est necessitate naturae & immutabilitatis, quemadmodum necessariū est deus esse ac generare, quia uoluntas non habet se antecedēter nec principianter ad actū effendi ac generandi, sed concomitante. Præterea hæreticus de quo xv. de Trinitate recitat Augustinus, taliter arguit: Si deus genuit filium, aut genuit uolens aut nolens; si uolens, ergo potuit non generare eundem, nec filius dei esset filius naturae, sed uoluntatis; si nolens, ergo noluerit extitit, aut coactus in generando. Hæreticus inquit ille non confiderat multiplex distinctionē necessitatis, nec qualiter uoluntas dupliciter habere se potest ad uolitū: iescaco carolicus recte conuicuit illū hæreticū sciscitando, utrum deus pater sit deus uolens an nolens; si uolens, ergo uoluntate non natura est deus, & posset non esse deus; si nolens, ergo infelix est: qua interrogatione confusus & conuicuit obnubuit ipse hæreticus.

P R O P O S I T I O XXXV.

Multiplex in deo assignatur potētia, quae tamen in re est simplex & una, atque in se uniuoce dicta; sed p̄ cōparationē ad actus distinctos, analogice dicitur. Quod est, quia in deo est potētia ad actus intrinsecos, immanētes ac naturales absolute consideratos, puta ad intelligēdū atque uolēdū; et p̄ potētia ad actū interiores notionales relativa acceptos, puta ad generādū & ad spirādū & rursus potētia ad opatiōes ad extra, hoc est ad creādū ac gubernādū. Itaque potētia in deo dicit uno ac primo modo robur ac uis diuina nature ad effendū ac p̄manēdū in se, & p̄ se invariabiliter in æternū. Secundo, potētia in deo uocat robur naturae, in persona ad cōmunicādū se perfecte, non foliū p̄ modū naturae & actū intellectus, quae uis uocat potētia generādū, sed & per modū amoris actū p̄ uoluntas, quae appellat spirādū potētia. Tertio, potētia in diuinis dicit respectu naturaliū actionū, quae sunt intelligere, uelle. Quarto, respectu operationū ad extra, & q̄libet ista potētia est ipsa simplicissima deitas essentia, nec inter eas est realis differentia nisi inter ḡnitiū & spiratiū. p̄ uoluntas relative suntū: & quis nomine potētia dicit de potētis istis uniuoce, prout sunt una in re. Attamen analogice dicitur de eisdē consideratis secundū rationes distinctas. Sic etenim prima dicitur illa, quae est robur naturae diuinæ, ad confitendū æternaliter in se quoniam

De, prepositio
in diuinis.

Augustinus.
Error abbaci
Loachim.

Confutatio ex
toris.

Potētia dicit
uniuoce.

i.
ii.
iii.

iii.
ii.
i.
Potētia dicit
analogice.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

illa potentia est ipsa natura, à qua secundū rationem intelligendi aliae fluunt potentiae. Cūq; naturales potentiae immediatus cæteris fluant ab essentia seu natura, quæ admodū ipsa natura esse non ualeat sine naturali operatione. Ideo illa est secunda potentia & prior secundū ordinem intelligēdi, q̄ potentia communicationis ad intra, sicut prior est perfectio rei in se q̄ in respectu ad aliam. Tertia extat potentia, quæ uirtute naturæ est in persona ad actū communicationis eiusdē naturæ, est q̄ naturali ordine prior q̄ creandi potentia, quia immediatus natura consequitur comunicabilitas sui secūdūm se, q̄ in participatione similia. Potentia autē in diuinis analogice dicitur, præsertim respectu potentiae actionū ad intra, & operationū ad extra. Vix prout radicantur in una deitatis essentia, sic sunt potentia numero una atq; uniuoce dicta; sed per cōparationē ad actus diuersos est inter eas ordo analogiæ, quia per prius dicitur potentia de potentia productiua ad intra, q̄ de potentia creatiua; sicut generatio ad intra est prior creatione. Et si in stes & dicas, q̄ cōmune & essentialie est ante proprium ac personale, cum hoc in essentiali fundetur. Cū ergo creandi potentia cōmuniōr absolutiorē consistat q̄ generatiua potentia, cum sit tribus personis cōmuniōs, nec relationem dicat realē, uidetur q̄ prior sit illa. Et respondendū, q̄ in diuinis cōmune et essentialie seu absolutiū est ante propriū & personale, seu relatiū secundū rationem intelligendi, quando cōmune accipitur per se, non quando accipitur cū respectu ad creaturas, imo tunc ratione respectus adiunctiū est posterius proprijs personaj. Postremo sicut in sole potentia lucendi in se illūmīnandisq; alia, refoluendi ac constringendi ex parte solis est eadem, & ex parte actuum diffrens analogiam, q̄ habens: ita de potentia creandi & generandi censemūdū est.

P R O P O S I T I O XXXVI.

In incomprehensibili trinitate una persona non est alia prior. Quod est, qm̄ tres superbeatissimæ personæ sunt coæternæ, imo in tribus personis est numero una æternitas, ante quā penitus nulla res est. Deniq; in ipfis est una essentia & natura, & quicquid dicitur absolute, id est neq; essentia, nec natura, nec maiestate una est alia prior, similius nec duratione, nec tempore, nec loco, nec situ, nec causalitate. Itē, personæ adiunctiū dicitur relatiue: Relatiua aut̄ sunt simili natura, imo posita se ponūt, & perempta se perimit; nec unū eorū est prius alio intellectu, cum unū sit de ratione & intellectu alterius. Nihilominus pater est principiū filii; pater quoq; & filius sunt principiū spiritus sancti. Principiū quippe appellatur a quo quid procedit. Non tamen conceditur, q̄ pater sit filii causa, quoniam causa est ad cuius esse sequitur aliud: una uero diuina persona non est aliud q̄ alia, cū aliud note diuersitatē substantiæ: imo nec proprie conceditur, q̄ filius sit principiatus a patre, ne putetur patre posterior. Verūtamen Græci fatētur, q̄ pater sit filii causa, & itē, q̄ filius sit principiatus a patre, quia large hominibus his utuntur. Porro, si in stes, qm̄ implicare uidetur, q̄ principiū nō sit prius illo quod procedit ab ipso, cū principiū sit fons, & procedēs a principiū riūs: pater quoq; necessario est aliquo modo prior filio suo, & inter personas oportet aliquid ordinē esse. Dicēdū, q̄ ordo dicitur per cōparationē ad quoddā principiū. Hinc sicut principiū multipliciter dicitur, puta secūdūm sitū, ut punctus: secundū intellectū, ut principiū demonstrationis; & secūdūm singulas causas: sic ordo in diuinis designat principiū secūdūm originē, absq; prioritate omni preacta, qui ordo dicitur ordo naturæ secūdūm Augustini: nō quo alter prior fit altero, sed quo aliis procedit ab alio. Dicit quoq; ordo naturæ, nō q̄ diuina natura ordine, sed q̄ ordo in personis secūdūm naturale originē atque datur: Nā ubi pluralitas sine ordine, ibi confusio. Rursus quāuis sint idem essentia & natura, potius tamē ordo naturæ q̄ essentia nūcupatur, quia natura quodāmodo rationē includit principij: Nam dicitur a nascendo, inquit, ex ea quid oritur.

P R O P O S I T I O XXXVII.

Generatio filii dei mēsuratur æternitate, & omne tēpus excedit. Quod est, qm̄ generatio illa est actio naturalis, nō recens, neq; de nouo adueniēs, nec ulli mutationi subiecta: hinc nō est in fieri, neq; in facto esse, sed in invariabili esse: aptius tamē exprimitur per præteritum, ne nondum perfecta aut in cōpleta putetur, q̄ per futurū: Nec sequitur, filius dei natus est, ergo incepit, & aliquid de eo est prius, & fuit quando non erat. Actio nāq; naturalis est coæua agēti, & multa sunt à quoddā principio, nō tamē illo posteriora, ut splendor à luce, radius à lumine, calor ab igne, umbra à uirgulto stante in littore, uerigium à calcante. Ideo excæcatissimus fuit sceleratissimus Arrius, negans filium patri coæternum, cum & secundūm philosophos mundus fuerit à deo, & tamen à deo profluxit, à quo omnibus communicatum est esse & uiuere. Porro in his ubi materia & dispositio

Ratio I.

ii.

iii.

Obiectio.

Dilectio.

Ordo naturæ.

Augustinus.

Error Arrii.

ELEMENTATIO THEOLOGICA. DE DEO.

40

no præcedunt esse completum, & generatio est via ac medium de non esse ad esse, non sunt simul generari & genitum esse.

P R O P O S I T I O XXXVIII.

Spiritus sanctus procedit à patre & filio, tanq; amor amborum. Quod est, quoniam processio ad intra in diuinis non est nisi per actionem immanentem, quæ in natura pure intellectuali non est nisi actio intellectus & uoluntatis. Hinc sicut generatio filij est per modum interna probationis mentalis, sic processio spiritus sancti est per modum liberalissimum ac primæ gratuitæ donationis, qua amor qui est primum donum, in quo cetera dona ponantur, ab amante profuit in amatum, & ab amato refluit in amantem, tanq; amicitia mutua utriusq;: Eterni spiritus sanctus procedit in alium, & manet in seipso distinctus: nec ista opposita sunt, inquantu[m] enim refertur ad patrem & filium, ut ad unū suū principiū, sic manet in seipso ab utroq; distinctus per oppositionē relatiuā: Vix inquantu[m] procedit in rōne personalis amoris, procedit à parte in filio, à filio q̄ in patrem: Processio quippe secūdūse non exigit nisi distinctionē procedētis ab his, à quibus procedit: attamen ratione specificationis, qua est per modū amoris, conuenit persone: sic procedentiessenxiū patris ac filij in uinculo amoris, qui est ipsum eti sp̄iritus sanctus. Hinc sanctus Ioannes in prima sua afficmat Canonica: Deus charitas est, & qui manet in charitate &c. Itaq; sicut pater generat uirtute naturæ, prout natura est & intellectus, prout natura dicitur in insita rebus ex similibus similia procreans: sic pater & filius uirtute naturæ ut uoluntas est ut natura aliter amans summū bonū, spirat personalē amorē qui est sp̄iritus sanctus. Nā & quāuis plures sint actus uoluntatis, principalis tamen inter eos est amor: ideo penes ipsum attenditur processio personalis, que etiā in se includit omne quod est uoluntatis, quæ admodū filius procedēs, ut uerbi intellectus includit in se omnē intellectuē apprehensionē, sicut sit uerbi sue boni. Deniq; in processione creaturæ à duo considerat ex parte creatoris, puta diuina natura, ex cuius plenitudine & perfectione producīs & exēplatur omnis perfectione creaturæ: & item uoluntas creatiūs, ex cuius liberalitate non necessitate naturæ hæc omnia a creaturis præstant. Præsupposita aut̄ emanatione diuina personæ ad intra, oportet illā esse rationem & causam omnis emanationis ad extra. Hinc sicut processionē è creaturæ imperfecte repræsentantiū perfectionē diuina naturæ, reducimus in emanationē perfecte ac naturaliter imaginis, plenisime continentis perfectionē diuina, puta in filii tanq; in principiū & exēplar, ac rationem emanationis creaturæ à deo secundūm imitationem naturæ: ita oportet q̄ inquantu[m] processio creaturæ est ex liberalitate uoluntatis diuina, reducatur in unū principiū, q̄ sit ratio totius liberalis collationis. Hoc aut̄ est amor, sub cuius ratione omnia à uoluntate coferuntur: ictice oportet in diuinis esse personam procedentem per modū amoris, nēpe pater & filius: non solum secūdūm q̄ unū sunt, sed etiam inquantu[m] sunt distinctas personæ necessario sociantur quodā amicitial amore, cū teste Philosopho, amicitia sit beatitudo, aut beatitudo sienea non est: qā nullius boni possessor iocundia est sine conforto, imo uniuersæ iocunditates atq; deliciæ rationaliū creaturæ super mutuū fundantur amorem.

P R O P O S I T I O XXXIX.

Quāuis sp̄iritus sanctus procedat à patre ac filio per uoluntatē liberaliū emanatione, nō tamē ut creaturæ, nec ita q̄ possit aut potuerit nō producī. Quod est, quia & ipsa uoluntas uult aliqua de necessitate, uidelicet finē, quē (ut dicit in tertio Ethicō) naturaliter uoluntas, nec est q̄ beatus esse nō uelit. Alioq; scilicet media uult uoluntas nō de necessitate: Hinc uoluntas cōpata ad finē ut natura: ad media aut̄ ut uoluntas, inquantu[m] secūdūm electionē fert in ea. Deus itaq; secundū modū & actū uoluntatis producīs sp̄iritus sanctū, inquantu[m] uult propriā bonitatē quæ alioq; est finis: ideo emanatio sp̄iritus sancti necessaria immutabilisq; cōsistit, qm̄ bonitatē suā deus ne cessario & immutabiliter uult. Cōformiter pater & filius q̄ sunt eadē bonitas summa, se necessario ac naturaliter diligūt: unde & emanatio sp̄iritus sancti cōcomitāter est naturalis, secūdūm qd uoluntas est quādā natura, imo appropriate loquendo, quæ admodū intellectus ut natura, est ratio principiūq; productionis filij: ita uoluntas ut preacto modo natura dicit principiū ac ratio emanationis sp̄iritus sancti, q̄ procedit secūdūm modū uoluntatis, cōcomitāte natura seu ratione naturæ, tamē per modū uoluntatis. Infup sicut per diuinā naturā ut nō ab alio habitā seu acceptā, est foecūdatis in patre ad producēdū personā diuinā per modū naturæ, & detur natura ut est patris: ita per uoluntatē diuinā ut nō acceptā per spirationē, est foecūdatis in patre & filio ad producēdū personā per modū uoluntatis de natura, ut est patris & filij, nō per modū naturæ. Eādem

i. Ruth.

i. Joan. 4.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

Eadem ergonatura dei quæ est de ratione intellectus ac uoluntatis ipsius, ut est de ratione intellectus, est ratio productionis filii, quæ productio ob omnitudinem suam profectionem adaequat totam naturam diuinam uitrum; ideo impossibile est aliquam personam emanare per modum uoluntatis ut naturaliter tantum agentis, sed liberaliter potius, directe & immediate, atramen etiam naturaliter ex consequenti, prout ipsa uoluntas natura est; neque hinc sequitur, quod persona liberaliter sic procedens possit non procedere; quia productio comprehenditur in perfectione existentiae, quam requirit diuina essentia; quoniam propter infinitam suam perfectionem atque superexuberantissimam suam secunditatem, apta est taliter communicari duabus personis, & esse eadem numero in tribus relatiis suppositis. Emanatio uero creature non sic comprehenditur intra perfectionem existentiae diuinæ essentiae. Præterea spiritus sanctus procedit ut amor. Primo, quoniam ipse est amor, & procedendo est mutuus amor amorum. Secundo, quia est quid productum ex essentiali amore in deo, secundum quod in diuinis actus essentialis sunt ratio personalium actuum seu emanationum admixta, ut dictum est. Postremo, spiritus sanctus est mutuus amor procedens a patre in filium, & contra, non quasi in subiectu, sed ut in obiectu: nec procedit per recessum ab uno in alium, sed ueluti per affectionis illocalem tendentiam seu impulsum.

P R O P O S I T I O X L.

A Mor in diuinis tripliciter sumit, utpote essentialiter & notionaliter ac relative seu personaliter. Quod est, quoniam omnis perfectio conuenit deo, & cito & amo, dilectio seu charitas sicut amor absolute consideratus conuenit unicuique diuinæ personæ, nec dicit relationem realem nec processionem, & tam dute quod tres simul accipere sunt unus amor ac eadem charitas, iuxta illud: Deus charitas est. Et sicut sapientia dei est eius essentia, ita & amor seu charitas eius absolute & essentialiter sumpta. Secundo accipitur notionaliter, & ita designat rationem processionis personæ spiritus sancti, est ipsa communis spiratio existens in patre & filio, qua & referuntur ad spiritum sanctum. Tertio capitulare relative seu personaliter, sicut importat processionem & relationem realem, atque significat procedentem per modum amoris personalis, uidelicet spiritum sanctum. Per istam distinctionem argumenta multa soluuntur, & quæ uidetur dissonantia, concordantur: Nam & amor primo modo acceptus, quāvis toti communis sit trinitati, tam spiritui sancto appropriatur, quoniam ei plus competit ratio proprietatis amoris.

P R O P O S I T I O X L I.

Spiritus sanctus procedit à patre & filio in eo, quod unum sunt. Quod est, quoniam ratio producendi spiritum sanctum, est uoluntas secunda in patre ac filio, non accepta ab alio per spirationem; quæ uoluntas in patre & filio una & eadem est: ipsa quoque uis spiratiua que in patre & filio una & eadem est numero. Rursus cum agere sit suppositionum, eadem actio non procedit a duabus aut pluribus personis, nisi per id in quo uniuersit & unitus sunt. Veritatem actionis potest ascribi tamen ipsi agenti, quod formaliter seu proprio actionis principio si agenti, sic spiritus sanctus procedit à patre & filio ut sunt distincte personæ, quia ab eis pluribus ac distinctis procedit tanquam amor & nexus amorum, quibus non conuenit connexio nec mutuo se amare, nisi in quantum sunt duo: si autem actio sit a attributatu formali agendi principio, puta uoluntati secunda, aut spirandi principio, sic spiritus sanctus procedit à parte & filio in quantum sunt unum, sicut expositum est.

P R O P O S I T I O X L I I.

C Venerabilis pater & filius & spiritus sanctus sunt unus creator, & unus effectuum uniuersorum principium; sic pater & filius dicuntur unus spiritus sancti spirator, ac unus & idem eius principium. Quod est, quia spirator non men est substantium, creans uero adiectuum: Hinc dicere possumus, quod pater & filius sunt duo spirantes, propter distinctionem suppositorum, non autem proprie, quod sunt duos spiratores, propter unam atque eandem spirationem; adiectiva quippe à substantiis ac suppositorum numerum fortuntur, substantiam uero a seipso secundum formam significatam per ipsa. Cumque in patre & filio sit una uis spiratiua, & una actua spiratio, recte dicuntur unus spirator. Rursus nomine uerbale significat agendum principium per modum quietis, prout nata est elici de illo, scilicet circa dicuntur unus spirator, quia spirator designat uim spiratiuam ut in persona per modum quietis. Veritatem quidam tenent oppositum, immo aliqui magnitudine uno loco dixerunt, sicut nunc dictum est, & alibi dixerunt oppositum,

Propo

Anhypophora

iii.

Essentialiter.

Iohann. 4.

Notionaliter.

Personaliter.

ii.

iv.

S. Thos. I. par. q.
35. ar. 4. ad 7.
oppositum. I. ser.
diss. 4. & Cali-
bi. Sed Pet. de
Berg. solvit ad
traditionem in
concordatis
Dubio 113.

ELEMENTATIO THEOLOGICA DE DEO.

41

P R O P O S I T I O X L I I I .

Spiritus sanctus est mutuus amor, quo se diligunt pater & filius, est ipse nexus & osculum, communio & amplexus amorum. Quod est, quoniam iuxta prætracta ad summa & perfectissimam dilectionem tres requiruntur personæ, puta diligens, dilectus ac condilectus, qui sit quasi uia culum & somnum dilectionis amorum, quæad modum cernimus maritum & conthoralem intensus inuicem se amare, dum prolem habent communem, neque pater & filius necessario sunt prima dualitas, eo modo quo conuenit eis esse duos, cum & paternæ fœcunditatem oportuit esse primam, quemadmodum generatio quæ perfectissima est emanatio, necessaria prima est imperfecta namque ad perfectum aliquid reducuntur. Haec demum dualitas tertiam necessario exigit unitatem, quæ communis societas sit illius: hec est prima societatis beatissimum feedus, primi quoque amoris exuberantissimum fructus primævus, primus complexus, gaudium ac dulcedo, prima pacis uinculum, sempiterna inuariabilisque concordia ac primum complacitum. Et recte spiritus sanctus uocatur donum primum ac æternale, infinitarum diuitiarum immorabilis indeficiensque thesaurus, fons omnis gratiae ac uirtutis, caritas quæ se complectunt pater & filius, de qua in uniuerso exuberat in gens sua uita suberts. Quemadmodum uero fons & principium totius paternitatis ac generationis est pater ille primus eternus: sic unigenitus eius per appropriationem fons & causa est omnium cognitionum ac lumen, uerbumque illud eternum increatum, loqua & sermone patris, origo, causa & institutor est omnium loquela; sic & omnium bonarum amicitiarum & concordiarum, omnium societatum, deliciarum, complacentiarum ac secundum fonte principium rite asseritur spiritus sanctus. Denique pater & filius seu in eum diligunt spiritu sancto, prout diligere sumitur in diuinis relationibus seu notionaliter. Potest enim res nominari per id quod procedit ab ea, & significatur ut terminus actionis, quæ ad modum dicimur arbor haec floribus floret & signis calefacit calore: sic pater & filius amant se mutuo spiritu sancto. Potest quoque res denominari propria actione, ut dicimus: arbor flore & floritione: sic etiam pater & filius se diligunt spiritu sancto, prout diligere essentialiter capitur in diuinis. Nam & ita unaqueque persona diuina est amor seu charitas, & amans seipsum ac aliæ per suam essentiam, per quæ est & sapiens atque intelligens.

P R O P O S I T I O X L I I I .

DUplex est missio spiritus sancti, puta inuisibilis atque uisibilis: & idem dicendum de filio. Quod est, quoniam spiritus sanctus cui sit uerus deus, est utique incircumscriptibilis & immensus, inuariabilis et prorsus in se ipso immobilius: ideo missio eius non est intelligenda per suipius mutationem, aut loci uariationem, seu locali recessum aut motum, sed mitti per hibetur ratione suorum effectuum, presertim gratuito: sicut dum gratia sue infundit charismata, per quæ mentem creatam sanctificare & inhabita re asserit. Duplex infusio talis fit per sensibilius demonstrationem, & apparitionem signorum seu specierum regis, uocali uisibilis missio: inuisibilis uero, quoniam tale apparet forinfuscus. Exterior denum apparitione signi uel rei adhibetur, ad ostendendum alijs ipsam inuisibilē missionē seu infusione paracleti. Porro in qualibet huiusmodi missione dat intelligi mittēs & missus, & terminus missio. In mittente quoque notatur auctoritas respectu missi: Hinc pater quia a nullo procedit neque producit, mitti non dicitur: Filius uero quia a solo est patre, ab eo soluimodo mittitur, neque secundum naturam assumptam fertur missus a spiritu sancto, quemadmodum per Esaiam fatetur: Et nunc dominus misit me & spiritus eius. Itemque Spiritus dominii super me, eo quod unixerit me, ad euangelizandum mansuetus misit me. Imo sic Christus dicitur missus à tota superbeatissima trinitate, à qua eius humanitas est producta, ac uerbo æterno unita, quoniam à solo sit uerbo assumpta. Hinc & filius secundum deitatis potentiam ac naturam misit se secundum assumptam naturam: propriæ autem loquendo, spiritus sanctus non mittit seipsum, quia non habet respectu suipius auctoritatem seu productuam diffusione. Insuper spiritus sanctus dupliciter dicitur mitti, primo ad charitatem & gratiam infusionem, ut in baptismō & iustificatione: Secundo ad infusam charitatem & gratiam augmentationem. Cōformiter missio filii dei est duplex, inuisibilis scilicet, quia & frē quēter ante incarnationem est missus: atque inuisibilis, potissimum per incarnationis mysterium. Rursus quemadmodum opera filii & spiritus sancti ad extra in diuina sunt & inseparabilia, sic missio eosque inuisibilis: fed appropriate dicitur filius mitti, dum ea sunt in nobis, quorum propria principia filio appropriant, quando uidelicet illuminantur ad uero & salubrū agnitionē, quæ est effectus sapientiae.

Missio diuina
rū personarū
debetur.

Pater nō mit-
titur.

Esaias. 48.
Ephes. 62.

Filius mittit
seipsum.

Spiritus
mittit.

Spiritu*s*anctu*m*us
dat seipsum.Spiritu*s*anctu*m*us
dicitur.

Sapientia increatae, quae filio appropriatur. Spiritus sanctus uero noster censetur, dum ea producuntur in nobis, quorum principia propria appropriantur spiritui sancto, ut dum accenduntur charitate. Denique spiritus sanctus proprius dicitur dare se ipsum, cum & sponte alii quis donet se ipsum: dat quippe ut deus, & datur ut donum: atque qui habent charitatem ac uirtutes, & dona gratiae gratum facientis, spiritum sanctum habere dicuntur, quo ad libitum fruuntur nunc imperfecte & interdum, in futuro indefinenter in sempiternum. Postremo ministri ecclesiae & prelati spiritum sanctum non dant nisi improprii, puta ministerialiter & dispositio in sacramentorum exhibitione, aut alio modo disponendo hominem ad spiritus sancti receptionem. Postremo de iniuisitate missione spiritus sancti, scriptum est: Sicut tuum domine quis fecit, nisi tu dederis sapientiam, & misericordiam spiritum tuum de celis. De missione quoque spiritus sancti in eodem legitur libro: Emitte illam (puta sapientiam) de celis sanctis tuis.

P R O P O S I T I O X L V .

Persona in diuinis non dicitur absolute. Quod est, quia ut patuit, quod absolute accipitur in diuinis non multiplicatur, atque de pluribus personis simul sumptus singulariter praedicatur, ut pater & filius sunt una essentia: sic autem dici non ualeat, quod pater & filius sunt una persona. Nec etiam nomen personae accipitur in diuinis pure relativa instar iorū quae direcete ex propria ratione relationē important: cum & diuina essentia sit res & substantia intellectu naturae, per se subsistens atque persona, prout philosophi & Iudei trinitatem in deo negantes, loquuntur de persona in diuinis, dicentes deū esse personam. Vnde in libro de Causis assertur, quod causa prima est de se maxime haec. Vere (ut Augustinus septimo de Trinitate expresse fatetur) persona in diuinis confueuit accipi absolute, sed ad satisfaciendum importunitati hereticorum, Catholicū ceterum nominis personae ut relativa, & interim sic sunt usi Theologi, prout designat suppositum relationis proprietate constitutum, & ab alijs personis distinctum: hinc aliqui protulerunt, quod significet relationem subsistemtentem in diuina natura, ut alii aptius dixisse feruntur, diuina & increata substantiam relativa proprietate distinctam: Sicque persona in diuinis designat substantiam simul & relationem: substantiam, quasi per modum fundamenti ac materialis: relationem, per modum formalis & completivū: non quod persona in diuinis composita sit ex diversis realiter uer distictis, quia relatio in diuinis nil reale superaddit essentia, quāuis sit realis relatio distincta realiter a suo correlativo.

P R O P O S I T I O X L VI .

Vide Capro.
lib. fons. 25.
quell. 1.In diuinis plus
res idear.Idee infinitas
in deo.

Idea est similitudo rei creabilis aut creatae in diuina mente consistens. Quod est, quoniam supersapientissimus deus uniuersa sapienter operatur, & cuncta proprijs rationibus noscit, nec eas accipit aliunde: sed propriam intelligendo essentiam omni perfectione plenissimam, conficit eam uarijs modis a creatis ac creandis & creabilibus imitabilem ac participabilem: sicut diuina essentia a diuino intellectu taliter apprehensa & coguita appellatur idea: Immo una & eadem simplex essentia plurium est idea: estque plures idear, non propter pluralitatem, diuerositatem aut distinctionem existentem in deo, sed per comparationem & relationem ad ideata: quae relatio ex parte dei ac idearum volum est rationis. Etenim superbeatissimus deus unico simplicissimo actu intelligit suam essentiam in innumerabilibus, immo & quantum est ex parte ipsius, ab infinitis rebus participabilem: Ideo essentia diuina innumerabiliter est idea. Infinitas quoque idear in deo esse dicuntur: Nemp̄ secundum quod deus essentiam suam intelligit, secundum talen aut talen gradum bonitatis aut perfectionis a suis effectibus imitabilem, secundum hoc diuina essentia perhibetur hōi: sive alioque idea, similitudo, species, ratio & exemplar: Hinc deus omnipotens uniuersa & singula proprijs ac distinctis rationibus seu ideis cognoscere fertur. Denique deus est entiū causa tripli modo causandi, seu tripli genere causa: Est namque omnium causa exemplaris atque efficiens, & finalis. Vnde inquantū est causa exemplaris, intuetur & cōcipit in se rationē ac specie cuiuslibet sui effectus, ac ordinē regē in seipso instituit, determinat & prescribit, sponte ac libere in se statuē, quid cuique daturus sit. Quemadmodū etiā plura, immo & omnia simul in se cōcūpit & nullū cū uniuersis circūstantijs accidet iisque eorum, sic plura ac oīa simul produxit aut cōdere potuit, & singula queque prout eternaliter ordinauit, opportunū præstitutoque

præstitutoque tempore excedit & producit. Ideo ordinem regē, diuersitatem effectū, multiitudinem specierū, causis secundis ascribere, & unum creatū ab alio creato esse creatum asserere, stultū est. Itaque idē sunt tanq̄ supersplendidissimi ac exuberantissimi fontes, ex quibus profluunt ac profiliunt uniuersa, incommutabiles rationes, exemplaria fixa, forme & terrena omnium formativæ, nulloque informativa, pura & separatisimæ in sola diuina mente consistentes, non extra & præter eam in se subsistentes, & ab initio realiter differentes: immo omnes sunt una supersimplex essentia dei qui unica specie, puta propria essentia intelligit uniuersa. Patet ergo ex his quod idea sit principium cognoscendi, inquantum exemplar, est quoque principium producentium, cum sit ipsa diuina potentia ac natura. Postremo dicideis recte discutit Augustinus: Ideæ sunt formæ principales, rationesque aeternæ ac incommutabiles, quæ ipse formatae non sunt, ac per hoc aeterna constiuntur: quae diuina intelligentia continentur, ac iugiter eodem modo se habent: & cum ipse nec orientur neque intereant, secundū ipsas tamen producitur & formatur quicquid oritur & intereat. Tanta demum uis costituitur in ideis, ut sapiens esse nemo queat, eis non intellectus.

P R O P O S I T I O X L VII .

Augustinus
de cibis ideas.

Boethius.

Solis deus perfecte est aeternus. Quod est, quoniam ad aeternitatē propriæ sumptuā incommutabilitas plena exigitur: propter quod diffinitur, intermutabilitate uite tota simul perfecta possit. Solus uero deus simpliciter inuariabilis est. Omne namque creatum quodāmodo aliter habet se diuinum est, & anteque fuit in ipso de pœnitentia, inuigentia & compositione aliqua, cum esse & posse ac agere distinguuntur in ipso: sed & successio atque uarietas quarundam actionum in ipso reperiuntur. Nullum ergo creatum ad increati esse immutabilitatem, simplicitatem, uniformitatem & stabilitatem pertinet, immo infinite deficit & occurrunt ab eis: id est perfecte rationem aeternitatis sortitur, sed aliquiter eam participat, sicut & immutabilitatem, simplicitatem & uniformitatem. Nihiominus deus dicitur semper fuisse & fore: quia aeternitas eius omne tempus includit, & ipse altissimus omnia tempore coexistit.

P R O P O S I T I O X L VIII .

Quemadmodum simplicissima essentia, omnem essendi perfectionem in se excellenter comprehendit, ac uarijs designatur nominibus: sic clarissima dei scientia omnem perfectionem & eminentiam cognoscendi includit, & per respectum ad diuersa obiecta ac uarios actus, appellationes plures sortitur. Quod est, quoniam sola dei essentia penitus infinita perfecta est, ac perfectione liter infinita, sicut ostensum est. Conformatur scientia dei cum substantialiter sit ipius essentia, nequaquam minus perfecta est quam ipsa essentia. Enim uero hoc utiq̄ derogaret summo & in eo parabili deo, quod eius scientia diceretur minor aut inferior eo. Deus ergo uniuersa & singulatim quae sunt, fuerunt & erunt, tam quae possibilia sunt, immo & infinita quae nunquam erunt, infinitasque species numerorum & omnem contingētiā, circumstantiam, dispositionē, maneriem regē in seipso aeternaliter & quasi praesentialiter distinctissime, perfectissime infallibiliterque cognoscit, cognoscendo sui ipsius essentiam, in qua omnia idealiter & exemplariter splendent. Propriam quoque omnipotentiam in qua cuncta virtualiter continentur, atque à qua inde finiter dependent & conseruantur, cognoscendo etiā propriam sapientiam prout immensam, à qua totus entium ordo, tota regē distinctio, uniuersa demū cognitionis, & omnis potentia, ac obiecto cohabitudo fontaliter ac sapientissime profluxerunt, instituta sunt & manent. Ideo ait scriptura: Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite.

Qui plantauit aurem non audiet, aut qui fixit oculum, non considerat. Prætere a deus sciendo omnipotentiam suam, scit utiq̄ omnia ad quae illa extenditur quae facit: & ideo nil profundit subterfugit aut euadit intuitu. Porro hæc supergloriosissimi dei cognitionis in se summe simplex, & una inquantum intuetur & noscit omnia quae realiter & principaliter sunt, dicitur uisio seu uisionis scientia: inquantum uero agnoscit ea quae non sunt, nec fuerunt, nec erunt, sed sibi possibilia extant, appellatur cognitionis simplicis intelligētia: Prout autem cognoscit ea quae bene, laudabiliter sunt, approbat, nominatur: atque ut noscitur futura, praeficiuntur seu prædictio nuncupatur: inquantum autem eorum est quae à deo agenda sunt, dicitur dispositio seu prouidentia: dicitur quoque prædestinationis, respectu electorū & salvandorū: reprobatio autem aut præscientia respectu damnatorū: Nec scientia dei cauatur à rebus, immo potius causa est regē. Malorum uero culpæ inquantum huiuscmodi, non est causa effectiva, sed permisiva. Postremo cognitionis dei, respectu sui ipsius ac diuinorum, sapientia recte vocatur.

Psalms.
Scientia dei for-
tuit diuersa nomina.Vito.
Cogitatio sim-
plicis intelligē-
tiae.
Approbatio,
Præficiens.
Prædictio.
Reprobatio
Sapientia.

Pro intellectu eorum que circa hanc propositionem dicuntur, & de certitate ad defensionem S. Thomas videlicet Catechismus, &c.

Romani 6.11,
Ephes. 1.2.3.4.
&c.

Alia opinio.

Exo. 32.
Romani 9.

Matth. 11.

Reprobatiois causa.

Roma. 9.
Objecit.

Dilectio.

Instantia &
responsione.

Prima, principalis originalis causa seu ratio prædestinationis electorum, ex parte dei sumenda est. Quod est, quia nec electorum merita, nec præscientia meritorum illorum sunt prædestinationis causa aut ratio, sed gratia, i.e. gratuita bonitas, ac mea pietas seu pia uoluntas deiuit ad Romanos atque Ephesios docet Apostolus: Non enim temporalis quid, aut operatio creaturæ est causa æterni, id est increatae ac æternalis præordinationis diuinæ: nec illi qui confinxerunt merita hominum esse causam prædestinationis, intendebant quod merita illa quæ sunt actus aut opera creaturæ, sint causa prædestinationis: sed quod præscientia meritorum existens in deo, sit ratio quod quosdam prædestinavit: quod super Ioannem & alibi ex proposito reprobatur Augustinus. Attamen quidam magni doctores hoc opinati sunt, præsertim Alexander & Henricus, dicentes quod deus decrevit quibusdam gratiam se daturum, quia præsciuit eos gratia bene uirorum, quae opinio super primum Sententiarum est reprobata. Alii ergo dixerunt, quod loquendo de prædestinatione & reprobatione in generali, & simul de toto prædestinationis effectu, nulla sit causa aut ratio ex parte creaturæ, præsertim quantum ad propositum miserendi finaliter quo ad prædestinatos, & quantum ad propositum non miserendi reprobatis: Nihilominus ex parte dei aliquam possumus assignare rationem loquendo in communione, cur aliquos prædestinavit uoluntatibus faluari, & alios reprobavit: uidelicet ut misericordia sua in prædestinatione relueat, in reprobatis vero sua iustitia. Porro loquendo de his in speciali, cur scilicet magis elegit & prædestinavit istum quod illum, nullam possumus causam rationem uero assignare, nisi dei liberum uoluntatem, immo ut aliqui dicunt, in ueritate huius rei nulla est causa aut ratio, nisi mera ac libera summa dei uoluntas, quod & scriptura in multis locis uidetur pretendere: quemadmodum nulla alia appetit dabilis ratio, cur deus omnipotens essentialiter sanctus & bonus, dedit uni parti materiae nobiliorem formam quam alteri in prima rerum creatione: sicut & nulla est ratio, cur artifex lapidum & que dispositiorum unum ponit sublimius, aliud bassius, nisi mera eius uoluntas: sed quia haec horribiliter sonant, & super dignissimi dei uoluntas irrationaliter esse non queat, neque tyrannica, nec personarum acceptio, neque iniustia: præsertim cum ipsa dei superbenedicta uoluntas sit essentialiter id quod sapientia atque iustitia eius. Hinc alii sentiunt, quod uere in sapientia dei sit ratio recta & digna, etiam in speciali, cur istum magis quod illum prædestinavit quamvis ratio illa intermixata iustitiae. Harum duarum opinionum priuam sequuntur Thomas, Petrus, Richardus ac alii multitudinem, Bonaventura & alii quidam. Porro positio illa quam sequitur Thomas uidetur consonantior esse scripturis, cum & in Exodo dominus dicat: Miserebor cui uolero, & clemens ero in quem mihi placuerit. Vnde Apostolus intulit: Ergo cuius uult misereretur, & quem uult indurat. Dicis itaque mihi quid adhuc queritur? Voluntatis eius quis resisteret? O homo tu quis es qui responderas deo? Denique Christus in Evangelio prædestinationem & reprobationem ad dei patris retulit uoluntatem ac placitum: Confiteor (in quiens) tibi pater dominus coeli & terræ, quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulitatem patrem, quoniam sic placitum est coram te. Interea si quaeratur, an demerita reprobatio sunt causa æternæ reprobationis eorum. Ad hoc Augustinus & Magister libro I. præalligati quoque doctores respondent, quod non. Et addit ibi Richardus: Demerita hominis non sunt causa sue reprobationis, nisi quantum ad connotatum, quod est temporalis obduratio & futura damnatio: Obduratio nis enim sunt causa effectiva & meritoria: futura uero damnationis sunt meritoria causa: Præordinatiois autem ad æternam damnationem, ad quam ab æterno præordinatus est reprobatus, non sunt effectiva causa nec meritoria. Haec responsio roboratur auctoritate Apostoli de Jacob & Esau ad Romanos scribentis: Cum nondum natu fuissem aut aliquid egissent boni aut malorum, non ex operibus, sed ex uocante dictum est: Jacob dilexi, Esau odio habui. Veruntamen obiecti potest: Reprobatio qua deus ab æterno reprobavit præscitum, est præordinatio eius ad peccatum: sed præordinare aliquem ad peccatum damnationis, nisi propter ipsius demeritum est in iustitia hoc ergo non conuenit deo. Respondetur, quod aliquem præordinare ad peccatum, ita quod sine culpa detur ad illam, in iustitia est: præordinare uero quenq[ue] ad peccatum, ita ut sine suis demeritis non damnetur, & tamen ipsa demerita non sint ratio præordinatiois ad peccatum, non est in iustitia. Verum his rursus obiectum: Quia damnatio non est bona, neque à deo uoluta, nisi quoniam in iustitia ergo deus uoluit aliquem reprobare aut ordinare ad peccatum, nisi propter ipsius culpam: Cūque deus non sit prius ultor, quod alius sit pector, non prius aliquem uult punire quod eum uideat pector. Itaque primus actus uoluntatis diuina non uidet esse reprobare, quod ē uelle damnaret alioquin

alioquin uideretur deus uelle punire sine præintuitu culpe, quæ sit ratio uolendi punitiōnem: sicut oportuit reprobum, puta Iudam aut alium, primo offerri uoluntati diuina sub ratione iniqui, antequod deus uoluit ipsum punire, & priusq[ue] eum reprobavit. Etemū considerando eum in puris naturalibus non reprobavit eum, ut sic ex ista instatia que fortis uidetur, Alexander & Henricus ad præactam suam positionē uidentur induiti. Insuper contra respōsitionē quam sequitur Thomas, sic arguit Bonaventura: Ambrosius in dei loquens persona, ad Romanos assertit: Dabo gratiam ei quæ scio toto corde reuersus ad me post errorē. Itaque aduertendū, quod in hac quæstione non quæritur, utrum æternum dei propositum, seu electio aut reprobatio eius habeat causam, quoniam ad uoluntatem dei seu actuum eius, quem constat esse æternum: sed quoniam ad ordinatioē uoluntati diuinam. Et si quæreretur ratio causalis aut meritoria, responderetur quod non habeat causam. Si autem quærat ratio congruitatis aut decentiae, quidam respondent, quod uoluntas dei est sibi ipse causa seu ratio: nec est alia ratio cui istud elegit, nisi quia ei sic placet: & haec est sufficiens per omnia ratio, quoniam ipsa est causa causarum, & ratio rationum: & eo ipso quo ei sic placet, rectum est propter summam rectitudinem eius, quæ etiā est causa & regula omnis recti alterius: sed caudendum ne dum dei uoluntatē uoluum commendare, derogenus eidein. Si enim non esset alia causa, quare deus istum elegit non illū, nisi quia ei sic placet, ita dei iudicia non essent occulta sed manifesta: cū unusquisque faciliter hanc possit intelligere rationem, nec dei iudicia dicerentur mirabilia, sed uoluntaria. De hac recte scribit Bonaventura diffusus, de quibus per transito, quoniam super primū Sententiarū tam eius quod alioquin scripta diligenter ac copiose induxit. Postremo omnibus hinc inde pro uiribus sollicitate p[ro]scrutatis atque p[re]satis, cū Scoto cōcludo de istis opinib[us] ac ista materia, quia ad Romanos disputat Apostolus, ego in fine disputationis totum tanquam imperf[ect]ibilem derelinquo, cū ipso exclamans Apostolo: O' altitudo diuina! sapientia & scientia dei, quod in comprehendensib[us] sunt iudicia eius.

PROPOSITIO L.

Ne prouidentia dei mutabilibus ac contingētibus rebus, nec prædestinatione æternarationabilibus creaturis necessitatē imponit. Quod est quoniam sapientia dei æternæ, est totius ordinis regia & differentia omnium sp[iritu]us & causa fontalis, & ipsa instituit naturalem entium cursum in deo uult, ut in quodlibet procedat, moueat, gubernet & operet secundū suā naturā, capacitatē & proprietatē: propter quod increata sapientia perhibetur attingerē ē fine usq[ue] ad finē fortiter, atque disponere uniuersa suauiter. i.e. secundū propriam eorū naturā. Cūque differentiae entis sint necessariū & contingens, naturale seu determinatum ad unū, & indeterminatum ac libere, uniforme & mutabile: exigit ordo regi, immo & actor naturæ id iubet, ut quædam necessario uniformiter & proueniat, quædā uero contingenter ac libere: itemq[ue] disformiter. Denique uirtus & influentia superiorū causarum in inferioribus & causatis recipitur secundū dispositionē & modum inferiorū, in quibus materia est contingentia, radix & uaria habitudo, complexio, disformitas & influxus, diuersitatem causat multiplicem ac differentes effectus, ita quod influentia una interdū impedit effectū alterius, immo per artem obviatur & præualeatur in fluxionē coelestis propter quod dicitur est: Sapientia dominabitur astris ut si planetarum influxus disponant ad febres, peritus medicus medicinalia applicando illas repellet. Hinc & fata quoniam inclinent, non tamē necessitatem immo per rationis censuram, per metu poeniarū & p[re]miorū promissa, per informationē prudētis studiumq[ue] uirtutū, præsertim per auxilia gratiæ ac per diuinā charismata penitus devincut immoderantib[us] passionū, inclinationes uitiorum inmatræ ex corruptione nature, & scelerā ac peccata, ita quod corruptissimi ac pessimi integrerrimi fiunt & optimi. Nec obstat quod deus omni potest cuncta ab æterno certissime ac infallibiliter præcognovit, immo in ipso æternitatis momento quasi præsentialiter intuetur. Eius namq[ue] cognitione tollit à rebus quod naturale est ipsius, precipue cū practica eius scientia causa sit regis. Denique cognitione cū sit actio cognoscientis non cogniti, nisi dum quis cognoscit seipsum, est secundū modū & naturam cognoscens, non cognitæ rei: Vnde eadem rem alieta noscit sensus exterior, aliter sensus comunitatis interior, aliter imaginativa, aliter cogitativa, aliter ratio practica, aliter intellectus speculativus. Nec ex hoc res ipsa mutatur, nec quod suā naturā est, ei auferitur. Quāvis ergo super-excellensimus deus uniuersa & singula iuxta incomparabilem eminentiam suę perfectionē distingēter ac plene, infallibiliter atque certissime intueatur, prænoscit, disponat in hilominius multa contingēter ac libere peraguntur, nec ordo regi auferitur: & quis per comparationē ad prouidentiā dei certus fit ordo causal[us], attamen connectio illa agentiū in seipso, & per re-

vide solutionē
in Capre, pri.
Sen. dif. 41.
quæst. 1.

Voluntas diu-
na est sibi ratio
elegandi & re-
probandi.

Diuina neque
una p[er]currit,
Roma. II.

Sapiens. 3.

Fata non ne-
cessitare.

Certitudo diu-
na scientia nō
imponit necel-
lare rebus.

specum ad inferiora manet sive natura, puta mutabilis in contingentibus & rationalibus, creaturis sive praesueta, praeordinata, praedestinata aliter queunt accidere, & praedestinatus potest damnari, praeescitus quoque saluari, loquendo de eis materialiter & in sensu diuiso, non autem loquendo de eis formaliter & in sensu composito. Est ergo in talibus necessitas consequentia, non consequentia sive necessitas quoque conditionalis, non absoluta. Postremo huius contrarium opinari, non solum errore est atque hereticum, sed & extremae demum amentiae: cum unusquisque in seipso palam experientur se liberum esse arbitrij incoactum voluntatis: quod qui negat, peccatis in agi sive ratione erudiri meretur. Quod si omnia de necessitate accidenter, inutile esset consulere: nec tormenta prauissimis, nec præmia deberentur uirruos hominibus. De his nuper super Boethium de Consolatione plenius scripsi, eundem literaliter ac spiritualiter seu mystice exponendo.

P R O P O S I T I O L I .

Deus est in se ipso.

Trinitas est in seipso.

Vna persona est in alia.

i.

ii.

iii.

Deus est in eis aucto.

i.

ii.

Hebre. 4.

Deus dicitur mode est in diuersis.

Prouer. 15.

Deus incircumscribibilis & immensus uarijs modis est in rebus. Quod est, quoniam deus inuariabilis & æternus, eterniter & incommutabiliter est in seipso: quoniam in seipso sempiterne quiete, nec tendit in aliud, nec alteri rei inititur, nec indiget aliquo, nec aliud aliquid sibi aequaliter est. Est quoque in se tanquam in ultimo fine eo modo, quo ipse sibi ipse esse finis alteri potest: quia non ordinatur ad aliud. Denique cum condidit mundum, non cepit esse in mundo per aliquam sui mutationem, nec quasi in loco, aut aliquo sibi conuenienter: sicut nec mutaretur, si mundus esse desineret. Insuper super beatissima trinitas est in seipso, sicut & unaquaque diuina persona: qualibet quoque inuicta persona est in qualibet alia inconfusibiliter & circumcessibiliter, cum qualibet sit immensa, & inseparabiliter sicut finis sine aequali nulla aliam excedere. Rursus qualibet consistit in alia, quoniam trium superreuerendissimum, supersanctissimum & superessentialium personarum est una essentia, & unaquaque ipsarum est ipsa essentia: quia cum in qualibet sit persona, uere perhibetur unaquaque persona in qualibet alia esse. Praeterea cum personæ in diuinis correlatiue dicantur adiuicem, & unum relatiuorum diffiniatur per aliud, personæ ita superdignissimæ sunt inuicem secundum quod una est de intellectu alterius. Iterum personæ in diuinis producunt seu producuntur per emanationem ad intra, actionemque inuincibilem video uerbum æternum à patre non genitum per exitum & recessum ab ipso, sed eterniter manet in sinu patris, imo in medio cordis paterni; conformiter spiritus sanctus manet in patre & filio, tanquam in uno principio, & sicut mutuus amor amboꝝ. Sunt rursus in se inuicem, sicut cognitum in cognoscēte, ut fruitum infrauēt, & ut amatum in amante. Amplius, deus unus simplex & trinus in omnibus creaturis, secundum quod creaturae ipsius sunt uero, est per essentiam, praefuentiam & potentiam: Per essentiam uero, quia sua infinita & incircumscripta essentia est in omnibus, & largitur omnibus naturam & esset & per seipsum, non per causas secundas uniuersa creavit, ac mundum sensibilem: Et item per potentiam: quoniam sua potestatis cuncta subduntur, & sua uirtute omnia manuenter in esse, sive cuius conseruatione nec ad momentum possent subsistere: Et etiam per suam praefuentiam, ita quod uere & personaliter ac cognoscitive omnibus praesens est, omnia quoque nuda & aperta sunt oculis eius. Hinc innescit, quod supergloriosissimus deus in omnibus est per illū ipsum, ita quod essentias rerum illabitur nec solum infra terminos quantitatibus, sed & demum infra terminos essentiarum, eaque substantia litera adebet & est, est quod proximior rebus quod ipsem sibi, aut essentialia eaque principia, quod sibi soli est propria. At uero in uirtuosis est uiatoribus per gratiam in comprehensionibus & beatis per gloriam in Christo per hypostaticam unionem, intelligendo hoc de uerbo æterno duntaxat. Porro in impijs & demonibus ac damnatis non dicitur deus esse simpliciter, imo ut Salomon protestatur, Lōge est dñs ab impijs. Hæc quippe dicunt natura ut deformata per culpam. Dicitur tamen esse in illis cum additamento, & secundum quid, puta per iram seu uelutinem, ut iudeo xlabel ut in formiter cognitum in noscenter: in bonis uero est, ut formate cognitum & dilectionem cognoscente ac diligentem atque in sacramentis est per multiplicem gratiam sacramentalē. Specialiter uero in sacramento eucharistia est uerbi persona ac deitas per concōmitantiam quandam, ut infra dicet. Postremo quedam dicunt natura cum naturali deformitate, sed dicitate aut corruptiōe, in quibus propter indecentiam, horrorem aut uilitatem non dicitur deus esse, ut in stercoribus & cloacis. Nec dicimus deum esse in loco circumscripione nec diffinitiōe, quoniam nullus ei commensuratur, nec ipsum intrare claudit: nec ita in uno est loco, ut non sit in quolibet alio. Hinc

ELEMENATIO THEOLOGICA DE DEO.

44

Gregorius.

Hinc ipse solus est in loco transcendenter: atque in Moralibus super Iob sanctus faretur Gregorius: Deus est ante omnia, non solus: post omnia, non preuentus: super omnia, non elatus: infra omnia, non oppressus: inter omnia, non inclusus: extra omnia, non exclusus: et si adhuc innumerabiles infinitus mundi consisterent, omnes illos deus gloria, sua incircumscribili maiestate atque presentia adimpleret. Nec tamen super simplicissimi dei infinitas, magnitudo, maiestas, ruditer imaginanda est per modum corporeæ aut quantitatuaræ extensionis, cum eius infinitas non sit nisi immensæ simplicitas, infinita sapientia, sanctitas, gloria, beatitudo, perfectio. Dicimus deum specialiter esse & habitare in celo empyreio, quoniam ibi eminentius operatur, clarusque conspicitur, & euidentius se presentat.

P R O P O S I T I O L II.

In deo liberrima est uoluntas. Quod est, quoniam solus deus seipsum plenarie diligit: hoc est tamen perfecte intensuèque infinite, sicut ex sua natura amabilis est. Voluntas quoque ad felicitatem requiritur: quoniam felix uocatur cui assuit & insuit uniuersa que uult: & inordinate nil uult. Hinc sicut felicitas, ita uoluntas & sancta libertas excellentissime conuenit deo, quæ uolentia cadere nequit, immo cui nullus potest resistere: in cuius dictione cuncta sunt posita, & qui nullus est obligatus, nisi fortassis inquantitate diligentibus fideliterque colentibus eum, seipsum promisit in præmium & beneficium. Hinc quod quidam philosophi dixerunt in deo uoluntatem non esse, intelligentum est de uoluntate desiderij, quod est boni habendi nondum adepti nec habiti, non de uoluntate immobilis complacentia. Denique uoluntas dei prout in ipso deo consistit, est quod uolentio eius, quia uult aliquid fieri aut non fieri absolute, quæ & uoluntas beneplaciti solet uocari, semper & certe impletur. Distinguitur autem uoluntas dei in uoluntatem antecedentem, qua deus uult aliquid secundum unum respectum, sicut uult omnes homines saluari in quantum sunt rationales creature, ad æternam felicitatem ordinatae & condita, ac Christi sanguinem liberare: & in uoluntatem consequentem, qua uult aliquid simpliciter seu absolute, omnibus hinc inde penitatis: & ita uult plures damnari propter eorum excessus. Rursus diuidit uoluntas dei in uoluntatem beneplaciti, & in uoluntatem signi: sicutque uoluntas dei frequenter appellatur iusso, prohibito aut conflitio eius de quibus constat quod aliquando adimplentur, interdum non. Vnde oramus: Fiat uoluntas tua, sicut in celo & in terra. Permissio quoque contra quam nil fieri ualeat, immo nil fit nisi deo agente aut permittente: nec deus quicquam permittit nisi rationabiliter & iuste, secundum tenorem & ordinem prouidentiae sue. Ideo uoluntate beneplaciti simpliciter dicta, non uult fieri mala culpa, in quantum huiusmodi: sed prout iniqui merentur iuste relinquunt, ac de malo in peius corrueunt, suo modo uult ea, præsertim secundum quod ex misericordia illis ipse bonus, sapiens atque omnipotens deus decrevit multa bona elicere: Nam & ipse tam bonus ac sapiens perhibetur, quod non permetteret fieri mala, nisi uellet & possit inde eli cere bona.

P R O P O S I T I O L III.

Rationalis creatura suam uoluntatem conformare ac subdere debet uoluntati diuinæ. Quod est, quia & ipse superbenevolentius creator hoc uobet & exigit, obedientia quoque requirit: est quod iustissimum, & honorificentia dei consistit in hoc. Denique conformatio ista intelligenda est quantum ad actum uoluntatis creaturæ non tamem semper in uolendo & nolendo ea quæ uult deus aut quæ non uult: immo frequenter uolumus & optamus opposita his quæ uult deus, & nolumus quæ uult ipse: quemadmodum deprecamur pro omnibus infidelibus cōuersis, pro uniuersoruū salute, quod quālī sunt reprobi & pœnitenti. Cōsistit ergo cōformatio, obedientio, & subiectio ista in hoc, ut ea uelim⁹ quod deus uult nos uelle: & ea non uelim⁹ quod ipse uult nos non uelle: atque ut hec uelimus seu non uelimus, eo modo & fine ut ipse insituit, puta ordinate ad dei gloriæ & honorē, & itē ex charitate. Praeterea sicut fons omnis iustitiae ac totius regula aequitatis deus altissimus uult quādā uno modo, non alio modo: & quādam secundum quid, seu conditionaliter aut quantum in se est, quādam uero similitudine & absolute ita de nobis est sentiendum: quamvis enim noscamus multis esse uocatos & reprobos, paucos uero electos: attamen modo prædicto optamus omnes saluari: & quamvis nobis constaret de certis personis quod reprobæ sint, nihilominus sub conditione, in quantum adhuc uiatores sunt, possemus earum optare salutem. Hæc denum de uoluntate proprias sumpta, non de appetitu solum naturali aut sensuali sunt suscipienda.

P R O P O S I T I O L IV.

Voluntas dei inuicem.

1. Timo. 2.

Matth. 6.

Augusti. in ii: bro confessio num.

Matth. 21.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

DE PRODUCTIONE RERUM A DEO.



Pri. opinio.

Epicurus.
Democritus.
Empedocles.
Manicheus.

Secun. opinio.

Gen. i.

Principiū tripli
citer sumitur.

Arius.

Ioan. S.
Ioan. I.

Manicheus.

Lucas. I.

Ecclesi.

Ola in insta
creata afferunt
secundum Au
gustinum.

Emporale initium productionis visibilium & inuisibilium creaturarum, spiritus sanctus per Moysen compendiose depropulsit: In principio, inquietus, creavit deus celum & terram. Quod est, quia de mundi principio, duratione, causa, formatione & distinctione multi inter philosophos & poetas fuerunt errores. Quidam enim dixerunt, machinam mundi atque per petras incorruptibilem substantiam non esse creatas, neque productas a summo ac uero deo, sed tamē dependere ab eo in permanendo, mouendo ac operando: quod Henricus in Quodlibetis frequenter Aristotelem affirmit sensisse: Veruntamen infra probabitur, id Aristotele non sensisse. Porro Epicurus cōfinit innumerabiles esse mundos, ex fortuito atomorum concurso formatos. Democritus quoque hoc dixit de isto sensibili mundo. Empedocles demū quatuor elementa asseruit omnium compositorum & materialia esse principia: Litem uero & amicitiam esse principia regis & formalia effectiva: Cuius errorē imp̄issimus Manichaeus & Marchion partim se quuti sunt, perhibentes duos esse deos, unum essentialiter bonū ac lucidum, aliū essentialiter malū & tenebrosum. Nonnulli opinati sunt deum immediate nō creare nisi una intellexerint seu mentem plendifluam, a qua cetera essent creatae immediate aut mediate. Hos consimiles & errores exclusit exordiū istud scripturæ canonicae: In principio creavit deus celum & terram, tanq̄ dicit: Mundus non est aeternus nec in creatus, nec deo creatori coeternus, neque ab aliquo ente citra & infra deum existente productus, neque ex praesertim materia & datus: sed immediate ab uno summo deo de nouo creatus.

PROPOSITIO LV.

Auctoritas ista, In principio creavit deus celum & terrā, tripliciter potest expōni. Quod est, quia quod fertur in ea, In principio, tripliciter explanat: Primo, In principio, i. ante cetera, ne putetur aliqua creatura ante sensibilem mundū esse producta, que mundū istū produxerit, ut celeratissimus Arrius haeresiarcham extitit est, asserens summum deum immediate & diu ante hunc mundū creasse mentē quandā sublimē, & illā postmodū deuītū mundū creasse. Secundo sic: In principio, i. in uerbo aeterno, quod in Euangelio protestatīgo principiū. Omnia quippe per ipsum facta sunt, nō q̄ non sunt immediate facta a deo patre, sed q̄m unigenito filio appropriata ratio exemplaris, idea, ars, sapientia: Certumq̄ est, q̄ pater in sapientia & arte sua per exemplarē idealē creationē cōdedit omnia. Cetero, pater & filius sunt unus deus, unus principiū & unus immediate mundi creator, per quod excludit haeresis Manicheorū, duos ponentū creatores, uniti inuisibilium, alium usibilium corruptibilium regē. Tertio sic: In principio, i. in exordio temporis, ac simul cum tempore, creavit deus celum & terram, atq̄ in principio temporis instanti: Creatio mundi instantanea fuit: quoniam supergloriōsissimo omnipotenti, ac prorsus infinita potētia deo conuenit agere in instanti, cui nec impossibile nec difficile est omne uerbum. Sic itaq; in principio condidit celum & terrā, i. superiora & inferiora, intelligendo per hanc duo extrema etiam intermedia atq; contenta in celo & terra, hoc est spirituales & intellecutiales substantias, puta angelos & homines, que in principio, i. in exordio seculi, & inter opera sex dies seu infra spatium illud producti sunt: sicq; per celum specialiter potest intelligi cœlum empyreum, quod creatum eodem instanti sanctis angelis est repletum: sed de his plenius est dicendum.

PROPOSITIO LVI.

Scriptura exordiū libri Geneleos tractat̄ de operibus sex dier̄, tripliciter potest expōni. Quod est, q̄m sermo diuinus ait: Qui uiuit in aeternū creavit omnia simul. Ex qua auctoritate sanctus Augustinus occasione sumptū dicendi, q̄ totus mundus sicut nunc stat, pariter in eodem momento ab omnipotente deo creatus sit, puta omnes angelicæ coelestia corpora, & quatuor elementa ac prima individua species, quæ individua deinceps ex maris & feminæ commixtione gignuntur: successionē uero & interualla sex dier̄ exponit de die spirituali, sic tamen q̄ expōnit sua nihilominus literalis sit, nō mystica, intelligendo per diem illustrationē à deo factā in mente angelicā: Quemadmodū enim natura angelicā recte vocatur lux, sic illuminatio eius dicitur dies: sic quoq; sex dies sunt unus dies, non quantitatū motu folis causatus, sed menti angelicæ præsentatus secundū sex reḡ distinctiones, penes quas numeratur, hoc est illuminatio facta angelis de sex dier̄ operibus, sic q̄ secundū diversa rerum cognitarum genera dies ille sic numerat: sic quoq; successio illa dier̄ & ordo, non est temporis, sed naturæ, Deniq; expōnit ista uidetur ratione.

ELEMENT. THEOLOG. DE RERVM PRODV.C.

45

oni plus consona, cum omnipotenti conueniat agere in instanti: Perfectissimoq; actori competit opus perfectum, non confusum, in determinatum, in distinctum, in ornatum produce re. Veruntamen quoniam expōnit ista non uidetur textui Genesist consonare, ut patet textum ipsum insipienti, magisq; spiritualis & mystica q̄ literaliter consistere, ideo omnes doctores sancti tam Graeci q̄ Latini, qui ante Augustinum fuerunt vel ante eum scripturam istam expōnerunt, sequuntur literam, & textum literaliter, prout sonat expōnerunt, quod utiq; uidetur securius: quoniam in his quae fidei sunt, ratio magis est retorquenda, flectenda, trahenda ad scripturam & eius intentionem, q̄ econuerfo ipsa scriptura & fides ad rationem. Hinc sancti prefati, Gregorius quoq; Beda, Strabus, Hugo & alii plures, satent res esse creatas per intercalari sex successiū orum dierum. Verūtamen horum est duplex opinio: una dicentium, q̄ omnia fuerunt primo creata in materia confusa, sola forma corporeitatis informata. Alia, q̄ elementa fuerunt propriis formis substantialibus à principio actuata, nondum tamen locis ac uiribus & proprietatibus secundarijs determinata, distincta ac decorata: sicq; opus creationis temporaliter sit sequutum opus distinctionis, deinde opus ornatus. Hanc expōnit etiam magni doctores scholastici, Alexander, Bonaventura, Gulielmus Parisis, & dominus Antiodorensis cum suis sequuntur: Thomas uero, Albertus, Utricus, & (ut uidetur) Aegidius, ad expōnit Augustini declinant: atamen sanctus Thomas fatetur, q̄ si lux & dies in spiritualibus metaphorice dicantur non proprie, expōnit illa Augustini dici non posset literalis, sed mystica. Porro in prima parte Summae alibi q̄ se fatur, q̄ non proprie sed metaphorice in spiritualibus rebus dicantur: unde alicui posset uideri, q̄ sanctus doctor sequendo expōnit Augustini tanq; literalem atq; dicendo, q̄ lux, splendor & dies, non nisi metaphorice in spiritualibus rebus dicantur, uidetur sibi ipsi contrarius. De his super Genesim, & super secundum Sententiarum diffusus conscripsi.

PROPOSITIO LVII.

Dicitur dicentium spirituales creaturas uidelicet angelos, simul cū mundo sensibili esse creatos, uerior & rationabilior esse uidetur q̄ positio dicentū huius op̄positum: Quod est, quoniam totū uniuersum, quod & integer mūndus appellatur, est unum perfectum, totale, integrum & proprium opus primi actoris ac perfectissimi creatoris, quod simul, non diuisim aut separatim ab eo produci condescuit, saltem quo ad partes suas præcipuas. Vnde & scriptū est: Qui uiuit in aeternū, creavit omnia simul. Istud demum scriptura hinc inde sentire uidetur, cum in Ecclesiastico scriptum sit: Primo omnium creata est sapientia, & intellectus prudentiae ab aeterno. In Psalmo aut̄ asserit: Initio tu domine terram fundasti. At uero q̄ Graeci dixerunt, spirituales substantias diu ante sensibilem mundum creatas, ite deus uideretur per totū nullia annorum ante hunc mundū solus immunitus q̄ fuisse, & sine suo cultu ac honorificentia maiestatis sua, modicum probat: quia nec ipse bonorum egernostrorum, nec ex cultu & honorificentia nostra aliquid perfectionis aut glorie in seipso ei accrescit: immunitentiam demū & solitudinem excludit à deo emanatio illa aeterna ad integrum & superbeatissimam societas & confitentia trinitatis, sed & quodammodo pluralitas dearum in ipso. Deniq; quantumcunq; perhibeantur angelii diu ante mundum sensibilem conditi, cum non fuerint ab aeterno, posunt innumerabilia anno rum milia imaginari præcessisse, quibus diceretur deus immunitus extitisse ac solus. Amplius, lapsi nūq; fuerunt diuinæ essentiae clara per specie uisio beati, alia non peccassent nec corrūscent: creation autem eorum non dia præcessit lapsum ipsorum, ut ostenderetur: nec lapsi sunt ante sensibilis mundi productionem, cum & celo sint lapsi, in tartarumq; seu aëre caliginosum præcipitati. Veruntamen opinio illa Graecorum non est irreuerenter abiecida, aut tanq; erronea contemnenda, præsertim propter reuerentiam sancti Gregorii, presulū & doctorem Athanasii atq; Gregorij Nazareni: quorū uterq; tantæ fuit auctoritatis in scripturis, q̄ nemo unq; contradicere eis prelumpfit. Gloriosus aut̄ Hieronymus & beatus Hilarius eiusdem fuerunt opinionis. Confiniliter uir angelicæ puritatis abbas Serenus, ut in collationibus patrum abbas Cassianus describit & approbat.

PROPOSITIO LVIII.

Vatior coequa recte censemur. Quod est, quoniam coequa vocatur, quæ in exordio mundi simul sunt facta, quæ sunt angelus, celum, materia, tempus: non q̄ materia fuerit nuda producta, sed noīe materiæ co-intelligenda est forma materiæ cōcausata, seu prima cōclusa materia, de qua cetera facta leguntur.

Interea

Alia opinio.

I. par. q. 67. art.
Primo.

Ecclesi.

Sapientia.

Psalm. 101.
Opinio Grae
corum.

Impugnatio.
I.
II.

Dicitur patrum
p̄e interpretā
da.

Varia de cor-
quevis senten-
cia.

Interea iuxta diueras expositiones textus Genesis de prima rebus productione, oportet de his quatuor coequaqueis diuersimode loqui. Si enim Augustinus sequamur dicentes, mundum simul factum, distinctum, ornatum, sicut iam stat: tempus non fuisse ante motum, sed et magis econtrario, tanquam causatum a motu. Hinc ista coequaque et enumeratio procedit secundum positionem dicentium, informitatem materiae temporis precessisse eius formationem, iuxta sensum proprium habitu, cuius præcessionis necesse est aliquam fateri mensuram; & ita tempus illud non fuit mensura motus primi mobilis, sed alicuius alterius corporis, cuius motu fiebat prima dies distinctionis. Vel tempus illud communiter sumitur prominentia cuiuscunq; successionis aut mutationis, prout in angelicis actionibus & moribus ponit tempus discretum. Sunt igitur quatuor coequaque loquendo in generali, quantum ad angelum quoniam angelorum species ac personæ simul facte sunt plures ualde. Similiter iuxta Augustinum per cœlum intelligenda essent uniuersa celestia corpora, quæ perhabet simul creatura. Beda uero, Strabu, Rabanus, imo & sanctus Gregorius, per cœlum exordio factum intelligunt cœli empyreum. Quod si queratur, cur locus & motus non dicuntur coequaque, quæadmodum tempus dicere possumus, quoniam cœli satris exprimitur locus: cum cœli illud secundum Damascenum, sit continentia, locus contentius uisibilium & inuisibilium. Porro locus proprie sumpitus, ut est species quantitatis, est accidens substantiae continentis; sic quoniam substantia talis datur intelligenti. Postremo, sicut iam patuit, tempus quod ponit coequaque, est in plus quam motus proprius dictus: uel unum aliud comprehendit, seu designatur per aliud.

P R O P O S I T I O LIX.

Dubitatio.
Responso.

Basilus.

Bonaventura.

Hieronymus.

2. Corin. 5.

Hebreo. 6.

2. Corin. 12.

Luke. 10.

Cœlum lumi-
nolum.

Pri. opinio.

Secunda opinio.

Cœlum empyreum sufficiunt auctoritate sanctorum esse cœuincit. Quod est, quoniam sanctus præfus diuinus Basilius in suo scribit Hexameron. Sicut damnati in exteriora tenebras abiguntur, sic pro suis iustitijs remunerandi restaurantur accolocantur in ea quæ extra sensibilem mundum est luce, atque ibidem quietis dominicum fortientur, quod rotunditate conclusum ac spissum est. Præterea ut Bonaventura quoque testatur, de hoc cœlo empyreo. Damascenus expositus primo. In principio creavit deus cœlum & terram: Nec de alio cœlo uerificatur, quod denuo afferit libro secundo. Cœlum est continentia uisibilium & inuisibilium creaturarum, haud dubium quin cœla, Hieronymus quoque in Sermone de Assumptione multa expressit, quæ non nisi de cœlo empyreo aptissime intelliguntur, imo & Paulus apostolus de eodem loquitur. Scimus, quoniam si terrefris domus nostra dissoluntur, quæ de ratione a deo habemus, domum non manuaciam in cœlis. Et rursus: Præcursor pro nobis introiit Iesus in cœli. Itemque: Nō in manuæ etiæ sanctæ Iesu introiit, exemplaria veterorum, sed in ipsum cœlum, ut appearat nunc uultus dei pro nobis. Vnde & denuo dixit: Ipse auctor super omnes cœlos. Nō dubium quin usque ad cœlum empyreum, in quo corporaliter residet Christus, & intra quod, quædam ad assumptam continent naturam, uidelicet infra cœli exum; et intra concavum cœli illius, usque ad quod se raputum perhibuit sanctus Apostolus. Hoc itaque cœli empyreū & supremū est omnium corporum maximū, luce clarissimum, situ summum, perpetue fixum, immobile, natura purissimum, regio beatiorum, in quo facti sunt angeli uniuersi, & de quo pro eo sunt angeli delinquentes, sicut testatur saluator: Vidi Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Quod optime correspondet tā beatis spiritibus quæ corporibus glorificatis. Spiritibus in qua beatis per congruentiam, & quæ inter corpora simplicissimæ fit naturæ, fugiter uniforme, incorruptibile, luminosum: sicut exterior dispositio mansioñis ac loci illius correspondet interior dispositio ciuii superiori, exteriori quoque dispositioni corporum glorificatorum. Veritatem corporale habitaculum illud gloriosis spiritibus necessarium nō est, neque ad subsistendum, neque ad contemplandum. Nihilominus deinceps in tam nobilissimo ponit thronotest quæ locus contemplationis, quæ admittit ecclesia materialis est locus orationis. Interim de luminositate cœli empyrei uidetur incertum, an claritas eius sit corporalis perceptibilis uisu. Eteiñ sanctus Basilius in tertio sui Hexameron uidetur sentire, quod in cœli illud superradiare mobilis cœlo, nec tamen eius fulgore penetrare hoc ipsum, propter ipsum densitatē, siue ob alias causas contingit hoc, quæ super secundum Sententiarum tangit Richardus: Cœlum, dices, empyreum nō est stellarum, sed per totum uniformiter luminosum: quis luminositas illa lateat sensu mortalium: uel quoniam proportionaliter est oculis non glorificatis. Vel quoniam aquæ quæ super firmamentum sunt, non sunt traductiæ claritatis illius: uel ob nimiam eius distantiam multiplicatio sua non protenditur usque ad uisum nostrum: uel quia non adest ei influentia dei ad hoc, ut scilicet multiplicet se sensibiliter usque ad nos. Alij opinantur, quæ claritas cœli empyreino fit

fit perceptibilis uisu exteriori, sicut nec claritas ignis elementaris in propria sphera: quoniam non est claritas condensata. Siquidem causa claritatis sensibilis est congregatio partium diaphani uero cernimus in crystallo. Insuper an cœlum empyreum influentiam habeat in hæc inferiora, dubium habet de qua re opiniones sunt duas: Verum de his & alijs materiali concernientibus istam, dictum est plenius super secundum Sententiarum, distinctione secunda. Postremo constat ex his, quæ cœlum empyreum esse, non solum habetur authoritate sancti Basili, sed & Bedæ ac Strabi, quamvis quidam dicant: Strabus quippe & Beda, ut allegatum est supra, fassi sunt cœlum empyreum mox factum est, sanctis angelis fusile impletum: quod tamen intelligendum non est de corporali repleione, neque de ea qua anima replete corpus, sed de proportionata & congruente decoratione, inhabitatione & distinctione, quantum ad mansiones patriæ per sapientiam dei ibi formatas.

Corollarium.

P R O P O S I T I O LX.

DE ANGELIS.



Negli in ordine uniuersi primum & summum obtinet locum secundum theologos, prout in Elementatione philosophica de intelligentiis dictum est secundum philosophos. Quod est, quia ut docet scriptura, angelii sunt spiritus rituales intellectualesque creature, quibus naturales scientie ac uirtutes sunt concreatae, à utilitate materiae & corporali contagione mundas ac liberas, nobilissimæ quoque personæ: creatorē præ ceteris purius iugiter contemplantes, ac primo capaces illustrationis ac revelationis diuinæ. Hinc deus omnipotens prohibetur angelis condidisse pro se, id est similiorem sibi inter creatas materiali uero prope nihil. Hinc angelus non est forma naturaliter unibitis corpori aut materiae, tanquam forma substantialis informata: quia ad exercendum seu obtinendum suas perfectiones & operationes naturaliter sibi convenientes, non indiget materiae unionem aut corporis communione. Cumque forma sit finis materiae, non unitur materiae aut corpori, nisi indigeat illis ad subsistendum atque agendum quæ sibi convenienter. Hinc constat angelus ab anima rationali distinguere specificè, & ei multipliciter præeminere: cum anima rationalis in sua natura tantæ sit declivitatis, quæ naturaliter coniungitur corpori, ut per eius obsequium & ministerium sensuum ad ipsiæ scitur scientias & uirtutes distinctiones, quarum confusa generalisque habitus ac seminaria quædam concreatae & innatae sunt ei. Veruntamen quoniam species rerum in star numerorum conexæ sunt, angelus infinitus & anima rationalis, quantum ad naturalia grandem habent convenientiam in ordine & genere suorū: propter quod anima in umbra intelligentiæ dicitur facta. Denique (teste Gregorio) angelus nomen officij est potius quam naturæ. Angelus namque nuncius interpretatur. Cumque uniuersilli incorporei animi sint administratorij spiritus in ministerium missi propter electos, ut infra dicetur, omnes communī vocabulo angelū nuncupantur. Alio modo angelus nomen est speciale spirituum infimi chorū superni, quorum est minima nunciare ac singulis praetere hominibus. Insuper uniuersilli spiritus celestes communī nomine dicuntur uirtutes: eo quæ expediti sint & efficaciæ potentie ad exequendum faciliter, quicquid eis diuinitus iussum fuerit aut commissum.

Proprietatis.

Augustinus.
Angelus est
invisibilis.

Angelus scilicet
differens.

Hebreo. 1.

P R O P O S I T I O LXI.

Distinctione angelorum ab initio sunt opiniones diuersæ. Quod est, quoniam quidam quibusdam uerbis philosophi in moderatiis in heretiques, dicunt in angelis tot species esse, quæ in dividua: ita quælibet angelus a quilibet alio distinetur specificè, & impossibile fit plures eiusdem speciei consistere, eo quæ distinctione sumpta ex parte formæ, sit essentialis atque specifica: distinctionis autem sumpta ex parte materiae, numeri, qualitatibus, individualis censetur. Hinc iuxta philosophum, ea quæ ex tota sua constant in materia, non multiplicantur, nec solo numero distinguuntur: propter quod non sunt plures mundi, nec plures soles: quælibet angelus in materiales substantias sub eadem specie specialissima, neque fit plurificari. Vix ista opinio (ut cetera rite) est articulata: ut deinde Parisius condidit, atque a dño Stephano Parisiensi episcopo, doctore in theologia eximio, approbatæ unitate doctorum theologæ facultatis, excōmunicatus. Nempe ut Quodlibeto II. narrat Henricus, præfus ille cum sua uniuersitate circa hoc tres condemnauit articulos: Primus est

Præmissio opiniō.
S. Thos. pat. q.
50. art. 4.

Vide Paul. de
Sacerdotiis me-
ta. q. 51. Et Ca-
terianum super
de Euseb. & Ce-
lestia. ca. 5. q.
5.

Impugnatio
opinio.
Sed uide Cas-
pro. 2. Senecæ.
distincti. 3. q. 4.
coclus. ubi sol
in officiis argu-
menta.

¶

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

q^o deus non possit multiplicare individua sub una specie sine materia: Secundus, q^o forma non recipiunt divisionem seu multiplicationem, nisi secundum materiam: nisi intelligatur de formis ex materiae potentialitate educitis: Tertius, q^o ex quo intelligentiae non habent materiam, deus facere non posset plures species eiusdem. His verbis subiungit Henricus: Hinc sancti nostri testatur in qualibet specie angelorum plura individua esse. Eadem scribit Richardus: Alexander quoq^o opinionem hanc reprobavit: cui Bonaventura consentiens: Aliqui inquit dixerunt, q^o in angelis tot sunt species quot individua; quorum opinio presumptuosa uidetur, cum ad hoc non appareat aliqua ratio cogens, & neq^o per scripturas, neq^o per dicta sanctorum, neq^o per officia angelorum in notescat nobis tam in eis esse diversitatem: immo sicut in inferioribus conspicimus, quod omne animal naturaliter appetit consortium consilii sibi in specie, & delectabilius illi conuiuit: ita in angelis esse uidetur, quorum naturale desiderium frustari non ualerit. At uero secunda opinio est praeferatae opinioni primae omnino contraria, afferens omnes angelos eiusdem speciei coisiderare: quam opinionem Albertus in scripto Secundi, & Gulielmus libro de Vniuerso, ac alij quidam sequitur quibus obicitur: Quia aut ait Magister libro secundo, probabile est q^o angelii secundum gradum & perfectionem naturalium sutorum se primo conuerterunt ad creatorum: non enim per carnis fragilitatem sensualitatis ue passiones retrahebantur: siigitur uniuersi angelii eiusdem sunt species, unde tanta in eis distinctio gratiorum, excellentiay, praesidentiaray, officioray & dignitatuy? Ait quoq^o Magister & doctores communiter, q^o distinctio ordinum & chororum in angelis partim fit & inchoatiue a natura, & partim ac completiue a gratia, ita q^o qui eminentiores sunt in donis gratiae & glorie, excellenteres etiam sunt in donis naturae & perfectione specifica: nec apparentiam habet: q^o si omnes angelii eiusdem coisiderent species, q^o tantauis est differentia in conuersione coruad creatorem, q^o quidam eorum essent def ummis illis ordinibus Seraphim ac Cherubim, quidam de infinis. Rursus cum credibilis sit praeter angelum & hominem, non esse aliquam rationalem & intellectualē creaturam, si omnes angelii eiusdem sunt species, non est nisi una species specialissima intellectualis naturae altior natura humana, quod uidetur ualde absurdum, cum anima rationalis ita se habeat in ordine intellectuali naturarū, quemadmodum materia prima in ordine entiū, ut in Elementatione Philosophica est deductum: quo constat, q^o ualde multa sunt species intellectualiū creaturarū seu angelorum: homine altiores: aliqui angelica natura non uidetur tam magna excellenter, cum in nullo suo supposito naturam humanam excederet, nisi in uno gradu dignitatis specificae. Praeterea de primo illo apostata, qui & summus extitit angelorum, scriptum est: Tu si gnaculum similitudinis, plenus sapientia, & perfectus decor. Quocircus sanctus scribit Gregorius: Angelus ille non ad similitudinem dei factus, sed signaculum similitudinis perhibetur ut quod in illo subtilior est sublimior est natura, & similitudo dein ipso evidentius insinuitur expressa: per quod ostenditur, q^o altioris extet natura q^o alijs. Hinc tertia ac probabilior restat positio, q^o angeli eiusdem chori ac ordinis, sunt species eiusdem, quemadmodum etiam Alexander, Bonaventura & alijs multi senserunt: nec tamen afferere audeo, q^o omnes angelii eiusdem ordinis, eiusdem sunt species specialissimae: cum diuinus Dionysius in eodem ordine angelorum testetur esse supremos, medios ac infimos. Cum ergo obiicitur, q^o differētia sumpta ex parte forma, specifica est, non individualis. Respondebat Albertus: q^o hoc non est universaliter uerum, nisi in logicis & naturalibus tantum, non aut in ciuibus: In ciuibus namq^o multiplicatio est ad ministeria per ordinationem politici sapientis: dispositio autem & ordinatio regni celestis atq^o angelicae hierarchiae similiors est politicis & ciuibus, q^o logicis & naturalibus. Hinc sicut in ecclesiastica hierarchia, & principatu terreno decet supremos principatus acreges plures habere ministros eiusdem naturae, ac dignitatis atq^o officiorum: ita in principatu regis altissimi: quemadmodum etiam pulchrior est sessio ac processio in qua plures essent archiepiscopi, plures episcopi, plures abbates & archidiaco*cō*, multi quoq^o reges, mul*ti* duces, multiq^o comites ac barones, q^o unus aliquis duntaxat talium. Praeterea fundamentum opinionis q^o in angelis tot sunt species quot individua, est hoc, q^o principiū individualitatis est ipsa materia, seu materia signata aut quantitas, quod totū reprobatum est in Elementatione philosophica: cum & materia de se sit quid in determinatissimum: Materia uero signata sit quid individuum, non individuationis principium: quantitas quoq^o sit accidentis substantia posteriorius in esse causalitate ac dignitate. Cumq^o solus intellectus in rebus causet universalitatem, nec aliquid producatur nisi hoc aliquid aut ens particulare, formaq^o sit quae distinguunt & separant forma, eo ipso est realiter quid particolare & individuale quo est terminus

Secunda opinio, q^o omnes angelii sunt eiusdem speciei. Impugnatio.

a.

Propositio 4.

Ezech. 12.

Tertia opinio.

Ad primam rationem.

Vide Paulum de Soncino 12, metaph. q. 49, & 50 & 51. Propositio 26.

ELEMENT. THEOLOG. DE DEO.

47

nus realis productionis siue creationis, & item ratione existentiae actualis eo modo, quo cōuenit ei produci & esse. Est nanq^o est superpositorum & particularium rerum, similiter agere responde formam nequit materia actuare, formare, aut informare, nisi prius sit saltem prioritate naturae. Hinc q^o opinio illa affirmat animas rationales individuari per corpora sua, nihil est: cu anime illae hoc ipso q^o sunt termini creationis a deo, sunt particulares individuales q^o formae: quod totum super secundum Sententiam & in Elementatione praeacta seu compendio Philosophiae declaratum est & probatum diffuse.

Propositio 26.

P R O P O S I T I O LXXI.

D E H I E R A R C H I S.



Ngelorum tres hierarchiae & nouem ordines assignantur. I. Quod est, quoniam hierarchia sacer principatus interpretatur: Cumq^o omniū dei coetū unus sit princeps summus, principalis, imo & immediatus, quantum ad apicem mentis seu uerticem uoluntatis, quae a solo creatore immediate accendi tur & impressionem sortitur, potest ex hac parte omnium tam viatorum q^o comprehenforum in charitate & gratia gratum faciente existentium, una hierarchia censiri ac nuncupari: quemadmodum Augustinus duas esse afferit ciuitates, unam dei, aliam Babylonis: ciuitatemq^o dei constituti charitate dei crescente usq^o ad contemptum sui: ciuitatem uero Babylonis, amore sui crescente usq^o contemptum dei. Porro ex parte communis subiecte principi sancto, diuiditur principatus seu hierarchia in hierarchiam angelicam seu coelestem, & in hierarchiam ecclesiasticam seu terrenam & subcelestem. Hierarchia etenim ex parte subiecte multitudinis dicitur una, que loquendo in generali uno & eodem modo suscipit gubernationem illuminationemq^o principis. Cumq^o homines directione rectiuam & illustrationem sumant a deo sub sensibilius formis, similitudinibus & figuris, atq^o per fidem & ministerium angelorum: Angelii autem in intellectuali puritate, immateriali syncretitate & euidenti certitudine clara & deiformi notitia, constatas duas hierarchias ab iiii. uicem esse distinctas. Interim angelii gloriae & sancti, quāuis omnipotēs immediate a supergloriofissimo deo illustrantur beatifica uisione, atq^o eorum cognitione que directe ad principalem beatitudinem essentialēq^o premium pertinent, aut protinus concomitantur uisione felicitatem: attrahent quantum ad aliorum notitiam, & quantum ad rationes & causas, circūstantias & habitudines operum dei seu diuinorum effectuum, & quārum ad gratiarum mysteria & eorum notitiam, quae ad accidentia pertinent premium, omnes non illuminantur, nec edocentur a deo & qualiter nec & que in immediate. Ideo quo ad huc & horum cognitionem, perceptionem & dispensationem seu amministrationem, triplex assignatur hierarchia in angelis, secundum q^o ista tripliciter seu sub triplici differētia cognoscuntur & recipiuntur ab ipsis. Deniq^o quo angelii sancti sunt deo propinquiores, cui tādē propinquiores cōsistunt, quo nobiliors natura & actualioris sunt species, eo in cognoscendo & modo ac medio cognoscendi sunt deiformiores, hoc est deo similiors: deus autē omnipotens in se per unicam suam essentiam uniuersa & singula perfecte ac distincte intelligit. Cūq^o operationes angelorum ab eorundem intellectibus oriuntur, palam q^o iuxta diuersum modum intellectiois ipsorum sumatur distinctio hierarchiarum illis, atq^o diuersitas operationis prælature & ordinationes eorum. Præhabitu quoq^o est q^o quemadmodum iuxta philosophas, omnis intelligentia plena sit formis, ita q^o intelligentiae superiores habent formas uniuersaliores, per quas plura noscunt & magis perfecte q^o intelligentiae inferiores, per formas, id est, intelligibiles species quas habent minus uniuersales: sic iuxta theologos omnes angelii pleni sunt formis seu intelligibilius speciebus sibi cōcreatis ac inditis, superioresq^o angelii uniuersaliорibus formis. Veruntamen in cognitione rationum operum diuinorum, & in contemplatione modi ac circūstantiarum, itemq^o processuum & exequitionum, iudiciorum & mysteriorum, dispositionum & prouidentiarū altissimi proficeret queunt ac crescere usq^o ad extremitatiū iudiciū diem. Itaq^o angelis primae ac summae hierarchiae angelicae cōuenit in ipso totius sapientiae fonte superlatissimo deo conspicere diuinorum operum & eorum quāta sunt, rationes: imo & propriarū actionum rationes & causas, quia per eos deus inferiora dispensat ac regit. In hac deum hierarchia ordines tres ponuntur, qui distinguunt penes tria, quae in arte operativa considerantur. Primum est ipse finis secundum ratio operis in mente artificis: tertium applicatio rationis huiusmodi ad effectum. Primiigitur ordinis primae hierarchiae est in ipso deo, secundum q^o ipse est omnium ultimus finis

Ordines pri-

me hierarchic.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

Seraphim.

Cherubim.

Throni.

De secunda hi-
erarchia.

Dominaciones.

Virtutes.

Potestates.

Principatus.

Danie. & 12.
Archangeli.

Lucas,
Danielis
Luce 1.
Angelis.

Dionysius

finis rationes diuinorum operæ conspicere, atq; de his ab eo immediate docerit: sicut in ipso ualidius inflammare. Hunc primum ille chorus Seraphim appellatur, quod incendentes interpretatur: Finis nang; seu bonum, obiectum est appetitus & cauſa amoris. At uero ad secundum ordinem & medium chorūm primā hierarchiæ pertinet effectus & opera, iudicia & mysteria dei in ipsis eorum intelligibilibus & exemplaribus rationibus, prout in deo scientiarum dominosunt, contemplari. Hinc ordo hic Cherubim, id est, plenitudo scientiæ. Ad tertium uero eiusdem hierarchiæ ordinem spectat conuerti in deo qualiter ipsem deus à creaturis participetur per applicationem rationum operæ suorum ad suos effectus: Ideo angelis ordinis huius Throni, id est, sedes uocantur, ab inhabitacione & requietione dei in ipsis.

PROPOSITIO LXIII.

Ordines mediae hierarchiæ celestis dicuntur & sunt dominationes, virtutes & potestates. Quod est, quia ad hanc pertinet hierarchiam attendere & cernere diuinorum operæ rationes, secundum q; in causis uniuersalioribus creaturis considerantur & continentur. Hinc huius quoq; hierarchiæ tres ordines perhibentur, secundum tria quæ ad uniuersales causas præsertim intellectuales pertinere noscuntur. Primum est præordinare agenda: Propter quod supremus huius hierarchiæ ordo, dominationes uocatur: Dominorū quippe est, de agendis præordinare atq; præcipere. Vnde in artificialibus artes suprime & architectonicæ, sunt præceptiæ. Secundum est præcipua quædam uis exequendi quod iustum est, quod ad medium huius hierarchiæ pertinet chorūm, qui virtutes dicuntur, ab efficacia, promptitudine & celeritate agendi & exequendi præcepta. Tertium est impedimenta exequitionis auferre, aduersarij; resistere, quod ad potestates quæ sunt hierarchie huius chorūs tertius creditur pertinere: ad quem spectat dæmonum malignitatē compesceretab effectu, ne quatum uolunt & poslunt, hominibus noceant ac rebus humanis. Veruntamen hæc angelicorum officia ordinum, & alia, non sunt principales actus eorum: ideo non oportet ut præcisæ sint tot personæ angelicæ in quolibet cho-ro, quod ad ista officia requiruntur atq; sufficiunt, sicut errantes philosophi putarunt, tot dum taxat esse substantias separatas seu intelligentias, quot sunt orbis aut celestium corporum motus, ut in Elementatione Philosophica est narratum.

PROPOSITIO LXIV.

Principatus, archangeli & angelis, chorūs infima hierarchiæ angelicæ. Quod est: Nam ad hierarchiam hanc spectat rationes perpendere operum diuinorum in ipsis effectibus, & prout applicantur eisdem, præsertim rationalib; creaturis. Hinc & huius hierarchiæ ordines sunt tres, puta principatus, ad quos pertinet communitatibus presidere, seu singulis gentibus directe præesse: sicut Michael uocatur princeps ecclesiæ, qui & olim præfuit synagogæ. Vnde in Daniele recitur: de principe Græcorum, principe quoq; Persarum. Secundus Archangeli dicitur, quoq; est nuntiare maiora & concernientia bonum commune: quemadmodum Gabriel archangelus nuntiavit beatissimæ uirginis uerbi incarnationem æterni, & Daniel certum tempus aduentus passionis Christi, ac Zachariæ nativitatē præcursoris illius. Archangelos etiā aliqui ferunt prælati principibusq; præesse. Angelī dēmum proprie nuncupantur, qui minora denuntiant, & singulis prælunt hominibus, ac conceruentia uniuscuiusq; commodium & salutem prospicunt, annuntiant & procurant. Deniq; ista celestium hierarchiarum angelicorumq; ordinum distinctione, multum est imperfetta & generalis, quemadmodum & ipsos penitus in perfecte cognoscimus. Qui autem angelicos spiritus & eorum naturas ac species, gradus, actus, officia, distinctius nosceret, eorum etiā ordines, operationes, obsequia possit plenus, determinatius, lucidius assignare: propter quod diuinus & sacratissimus Dionysius in eodem ordine perhibet esse summos, medios ac infimos.

PROPOSITIO LXV.

Celestium hierarchiarum dispositionem, angelicorumq; ordinum distinctionem aliqualiter capere possumus per ea, que in terreno cernim⁹ principatu. Quod est, quia ecclesiastica hierarchia instituta est atq; disposita in statu angelicæ hierarchiæ, quāvis illa perfecte representare nō ualeat. Porro in ecclesiastica hierarchia spiritualis q; ciuilis regimini cernimus alijs subditosq; officiū, cōmissionē & amministratiōne habere immediate circa præfidentis personam, cuiusmodi sunt cubicularij, consiliarij, secretarij, assitoresq; aut archiprælati regis: quibus assimilantur ordines primæ hierarchiæ

ELEMENT. THEOLOG. DE HIERARCHIIS.

48

chiz, quorum distinctione sumuntur penes tres actus, qui ad perfectam cum deo unionem concurrent & exiguntur, qui sunt feruens dilectio sp̄ectans ad Seraphim: clara cognitio, quæ spectat ad Cherubim: firma tentio, comprehensio sue fructu, quæ ad thronos est pertinens. Veruntamen quodlibet huiusmodi ordinum suppositū his tribus prædictum est, licet quisq; ordo ab eo sortiatur nomen, quod uel specialius aut eminentius cœlitus accepit. Quidā uero officiati, prælati aut principes deputati sunt gubernationi cōmunitatis in generali, quorum quidam habent ordinare, disponere ac iubere quid alij agere debeant: quod in coelesti hierarchia ad dominationes dictum est pertinere. Alijs competit auctoritas & potestas exequendi per se sive per alios, quod in celestibus pertinet ad uirtutes: quibus quidā attri buunt signa & miracula perpetrare, aut etiam (ut alij opinantur) corpora celestia mouere ac regeret. Alijs competit arcere ac tollere impedimenta boni regimini, quod in angelicis spiritibus spectat ad potestates. Deniq; in principatu terreno quibusdam conimititur regimen certa prouincia, aut certi oppidi, aut particularis personæ: sic in hierarchia, ut patuit coelesti ac infima. Interim circa hæc Gregorius & Bernardus aliam habuisse confidēctionem uidentur, assignando & distingendo ordines medie hierarchia penes diversitatem prælationum: ordines uero infinitæ hierarchiæ penes diuersitatem ministracionum. Prælatio quippe in angelis triplex est: Vna qua superiores angelii præsumt, & iubent inferioribus: quod secundum hos sanctos, pertinet ad dominationes: Alia qua præsumt hominibus, quod pertinet ad principatus: Tertia qua præcipiantur dæmonibus, quos refrenant quod spectat ad potestates. Cōformiter ministerium angelorum est triplex: Vnum in operando, quod secundum sanctos istos pertinet ad uirtutes, quarum est miracula facere: Aliud in docendo ac nuntiando, & hoc uel maiora, quod est archangelorum: aut minora, quod est officium angelorum. Itaq; Gregorius & Bernardus in expositione distinctionis officiorū ordinum horum, magis attendunt extetiora obsequia: quia secundum eos Angeli nominantur qui nuntiant minima: Archangeli, qui maiora: Virtutes hi, per quos miracula frequentius fiunt: Potestates, qui aduersarios reprimunt spiritus: Principatus uero, qui & bonis præsunt spiritibus: Dominationes, qui alijs imperant.

PROPOSITIO LXVI.

ASignatio distinctionis ordinum angelicorum à diuino Dionyfio tradita, uerior subtilior ē uidetur. Quod est, quoniam ipsi inter ordines ipsos distinguit ex acutissima consideratione significationis nominum, per quæ ipsi ordines designantur, & prout à magistro suo beatissimo Paulo accepit: hinc in libro de Angelica hierarchia dicit: Nomen hoc seraphim, denotat in spiritibus illis primi ordinis, inseparabile calidissimumq; acutum circa diuina, & excedente feruorei semperternæ motionis in deū, in quæ attentissime & irremissibiliter & superferuendissime transferuntur, nunq; in aliud defi derabile déclinante. Significat quoq; hoc nomen in ipsis clarificatiuum & illuminatiuum uirtutem, qua inferiores angelos purgat, illuminant ac sibi assimilant, ac magis accidunt ex consideratione horum quæ illis reuelant: & quantum ad hoc, ipsos in deo magis simplificant, reducunt ac figunt. At uero nomen cherubim, insinuat in mentibus chori illius uim excellenter cognitionem, diuinorum secretorum intuituam, atq; post seraphimi exuberantius susceptiūam illustrationis diuinæ, de cuius re dudantia inferioribus copiose diffundant, ac sibi pro uiribus assimilantipos. Porro nominatio throni, pandit in spiritibus illius tertii ordinis esse elevationem sublimem ab omni subiectione indigna liberam, qua iniustitiae supereruntur hierarchiæ secundæ, ac circa deum altissimum toto conatu in concus sibilitate collocantur, tāquam eminenter capaces inhabitationis & infestationis illius per tranquillitatem immobilem, sicut uere deiferi, familiariter apti ad susceptionem superaduentus dei in ipsis. Insuper nomen dominationum significat in spiritibus chori illius in media hierarchia supremi libertatem præcipiam ab omni seruitute indigna, subiectioneq; indecenti: ac promptitudinem ad sursum ferendum per primam hierarchiam: ita q; indissolubilem fortis sunt dominationem super angelos inferiores se, quibus ordinatissime præfunt per reductionem eorum ad totius domini fontem ac principem: cui scipos & illos assimilate intendunt & satagunt, quibus præsident incessanter, nulla tamē tyrannica oppressione. Deniq; nomen uirtutum designat in spiritibus chori illius robustam, & proutus efficacem fortitudinem exercendi & prosequendi omnē quod eorum ordinis congruit, iuxta uires & grātias, quibus altissimo conformantur: nec unq; debilitari aut minorari in talibus, inq; ad supersubstantiale dei uirtutem vigorose sustollit. Nomen etiam potestatum pandit in men-

Dominaciones

Virtutes.

Potestates.

Aliorum sen-
tencia.

Dominaciones.

Principatus.
Potestates

Virtutes.

Archangeli
Angeli.

Seraphim:

Cherubim:

Throni:

Dominaciones:

Virtutes:

Potestates:

i. z. tibus

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

Principatus. tibus choi illius esse vim ordinariam, qua inconfusibiliter coordinantur uirtutibus & dominationibus, atq; ad influxiones diuinas suo ordini competentes connaturaliter quoq; se habent ad hierarchiam sequentem, ut eam sibi conforment quatenus capax est sursum agendo illam potenter, simul atq; benigne ad plenior em diuinorum luminum participationem. Prate rea nominatio principatus denotat principalitatem animorum choi illius respectu duorum ordinum inferiorum. & qd ordinatione conuenient deducunt archangeli ac angelos ad primum principium uniuersae ordinationis hierarchie, ac simul cū illis coeuntur ad creatorem, & pariter coformantur eidem influendo & recipiendo, ac ordinate agendo in omnibus diuinis ordinationis principatus, per pulche representant. Porrò nomen archangelorum infinuit in ipsis ordinis huius substantijs esse uirtutem, qua principatus proxime uniuertur & supponuntur, ac angelis superponuntur cū utroq; choro comunicantes, ac medium inter eos tenentes. Quemadmodum enim à principatus sursum agitur in his quæ ex illo & illuminatione agnoscunt, & per hoc deo amplius conformantur, atq; ex eius effectibus accenduntur in ipsis: ita & ipsi archangeli ad angelorum se ordinem habent: ihsis comunicando & reuelando quæ habent & norunt. Postremo angelorum chorus est infimus & ecclesiastice hierarchie proxime superpositus reuelans hominibus, ac eis denuntians quæ à superioribus intellectualiter sibi notificat. Quāuis enim uniuersi beati dei immediate in seipso clare per speciem cōtemplos: nō tamē omnes & que multa cognoscunt in ipso, nec eque clares: sed & eorundem diuinorum effectuum plures rationes cognoscunt in deo angelis superioribus qd inferiorum. Veruntamen nec superiores nec inferiores angelis in ea crescunt cognitione & dilectione, in qua beatitudine eorum principalis essentialiter sita est, hoc est in beatifica uisione & fruictu a dilectione superincomparabilis trinitatis, qd est unicū sumū & immediatum obiectum, causa & fons totius felicitatis.

P R O P O S I T I O L X V I I .

Ordo hierarchicus angelorum spirituum consistit in mutua communicatione dominorum ipsis distributorum, & in purgatione, illuminatione & perfectione eorum ad inuicem. Quod est, quia angelicae mentes deo fruentes supra & ultra naturam capacitatem & dispositionem facta sunt deiformes, immo & deificatae, diuine & increatae bonitatis proprietatibus exuberantissime adimplentes. Cumq; proprietas boni sit se comunicare, impariiri, diffundere: constat qd beatissimi illi angelici spiritus copiosissime se cōmunicent ac diffundant superiorum uero inferioribus: hinc quisq; quod in seipso nō habet, in alijs possidet: & mutuo suauissime sibi congaudent tanto exuberanter, quanto seiuicem ardētius ac perfectius diligunt. Deniq; charitas uirtus est unitiva, communicativa & diffusa, quæ & amante transvert & transformat in dilectum: quæ si perfecta sit, nō retinet sibi aliud proprium. Beatissimi ergo illi supermundani intellectus, ac splēdi diffundi animi super celestes, cum in omnī sancta dilectione perfectissimā dentissimisq; constitant, diuinitas suas spirituales internas in mutuo sibi impariuntur, ac luce sapientiae sua concubibus suis communicant ac summe adimplent, quod princeps dixit apolorum: Vnuquisq; sicut accepit gratiam, in alterutru illam administrantes. Hinc superiores angelii dicuntur inferiores purgare & perficerre: Purgare inquā non à tenebris culpa, neq; ab ignorantia aliqua culpabili, sed à perfectionis & cognitionis minoratione, & quadam disumilitudine, reuelando illis aliquid de abditis atq; mysterijs diuinorum effectuum, iudiciorum operarum magnalium, ex quoq; agnitione etiā amplius accenduntur qui taliter illustrantur: sicq; perficiunt & crescent in spectantibus ad præmiū & gaudium accidentale. Et quāis superiorā sit inferiores sic illuminare uniuersi tamen adiuuice sibi loqui possunt spirituali loquitione, quam nēc localis impedit exercitum ualeat distantiā.

P R O P O S I T I O L X V I I I .

Angeli sancti mutuo colloquuntur modis partim nobis notis, partim incognitis. Quod est, quoniam angelii sancti mutuo sibi inserviant suos conceptus per mentis conuerionem & uolitionem, qua uolunt ut alteri innotescat quod conceperunt: & ad hoc habent inuisibilia signa, & nutus ac gestus intelligibiles, spirituales, nobis ignotos, quos tamē interdū in imaginarijs uisionibus aut sensibiliibus apparitionibus p. sensibilia quedā ostēdūt hoībus, quēadmodū recitat Zacharias prophetas Angelū gloquebat in me, egrediebas, & alijs angelus egrediebas in occursum eius, & dixit: Curre, & loquere ad puerū istū. In Daniele qd propheta angelus qdā superior ait ad Gabrielem: Gabriel fac istū, puta Danielē intelligere uisionē: Angelus uero superior Michael creditur extitisse. Insuper

ELEMENT. THEOLOG. DE HIERARCHIIS.

49

Insuper angeli sancti seiuicem in deo conspicunt: & quæ intra se habent & apprehendunt, sic contuentur in lumine increato per illustrationem in ipsis factam ab illo. Quāuis autē nō nulli audeant dicere angelos superiores nunq; ab inferioribus aliquid discere, nec illuminari ab ipsis. Et itē qd angelii superiores de omnibus quæ cognoscunt, inferiores illuminent: at rāmen istud uidetur ualde incertum. Siquidē de his quæ certis angelis defuper spiritualiter commituntur, etiā specialia quædam eisdem in finiari creditur: & quæ quosq; specialius concernunt, determinatius eis diuinitus reuelant. De quibus ipi quāuis inferioris sint ordinis, poterunt superioribus pandere: quod nouerunt magis diuīcte qd illi, quemadmodum sacratissimus Gabriel de cōcērtibus dominicis incarnationē, ac beatissime virginis personam nouerat quādam, quæ angelis multi eo superiores uel ad Christi ascensionem ignorabant. Vnde & tunc inter se de talibus cōquerentur, ut diuinus Dionysius protestatur, & sanctus Bernardus in epistola ad uenerabilem Hugonem de sancto Victore tetigisse probatur: & sic per apostolos prædicationem, potestates illæ supernæ aliquid didicisse monstratur ex uerbis Apostoli ad Ephesios afferentis, ut innotescat in celestibus &c. Postremo sicut natura illa angelica nostram transcedit notitā, ita & modi quibus angelii gloriosi loquuntur adiuuicem. Superiores quoq; angelii inferiores illuminant de omnibus quæ cognoscunt quantum ex speciali aliqua causa & habitudine ad inferiores est pertinens, & hoc opportune.

Angelii inferiores nihil confert superiorib;.

Ephe. 1.

P R O P O S I T I O L X I X .

Ex præordinatione ac iussione omnipotētis conuenit angelis homines custodiēt. Quod est, quoniam deus naturaliter bonus, & essentialiter charitas ipsa, quāuis per se solū sine difficultate regere ualeat, uniuersa, & mouere atq; producere cuncta, quæ producit & mouet per causas secundas in hiilominus ad pleniorē sua bonitatis & charitatis declarationē cōmunicavit creaturis, præsertim intellecūtibus, nūc causalem & prouidentialem ac gubernatiū: sicq; instituit, ut una creatura huiusmodi alia regat, doceat, & cooperetur ei ad bonū, quatinus per hoc inter eas amplius roboretur & foueat dilectio: Hinc & singulis hominibus præfecit angelos singulos in custodes ab exordio natuitatis in utero, à quibus hoīes ab infantia à uarijs præseruātur periculis, & à multis ac grauiis peccatis, atq; ad utilia ac salutaria instigant & diriguntur, docentur & illustrantur, qui & intercedunt pro sibi cōmisiis, ac angelis tenebrarū resistunt, nec in toto deserunt sibi cōmisiis quamvis in gratos & duros, durante hac uita: quāuis interdū ad tempus dicantur eos relinquare, dum in magna mala pœna aut culpā labuntur. Deniq; Christus secundū qd aliquo modo uiator, custodē habuit angelū. Antichristus quoq; angelū habebit custodem, per qd retrahet à quibusq; excessibus, nec deseret totaliter ab angelo illo, nisi forsitan in tantam elationē blasphemiamq; prorumpet, qd deum esse se metietur. At uero angelos sanctos qui cōmunitatibus prefunt, aliqui dicunt de ordine principatum est, alij opinantur qd angelii qui prælati & principibus præsident, sint de principatuū chororū: & qui prouincias, de choro sint archangelorum. Cūq; iuxta præhabita in quolibet ordine angelo rū sint primi, & medii ac ultimi, probabile est superiores spiritus in ordine principatum majoribus regnis atq; imperijs præsidere, & minores minoribus. Conformater de archangelis respectu prælatorū ac principū, & de angelis respectu hoīm pie potest credi, uel forsitan magis electis hominibus præfunt angelii eminētiores. Postremo cum in infimo ordo angelicus immediatus superpositus sit hominibus, angelii isti sancti qui singulis præfunt hominibus, de infimo ordine perhibent, quos & ualde feruentur diligere, inuocare & uenerari debemus, & regratiari eisdē specialiter, etiā uniuersis angelū sibi cōcessum. Habet itē quilibet angelū malū sibi in exercitum datū, ut uictoriose illi reluctando gloriōsius coronetur.

Christus habuit angelū custodem.

P R O P O S I T I O L X X .

Intra angelorum creationem & lapsum aliqua extitit mora, quāuis breuis & modica. Quod est, quia ut ait Magister libro secundo, & cōmentatores ibidem, angelii non sunt malū creati neq; beati, neq; in primo sua creationē protinus se ad deū conuerterint, uel ab ipso auerterint, sequi uidetur qd permodica fuerit morula inter eorum creationē & lapsum. Vix circa hunc punctū sunt opiniones qd plures ac uarij, nec est in hac re euidentis certitudo, cum aliqui dicant illos protinus post primū in stā creationis peccasse, & confessim cecidiſſet ita qd duplex fuit in illis ruina: Prima ab innocentia seu gratia in peccatum, secunda quafilocalis a celo in aērem caliginosum. Alij opinantur, qd ad aliquantulā durationē & morā fuerunt in

Vide b. Tho. 1. pat. q. 63. ar. 6. Capreolum 2. sec. dist. 7. ii. opinio.

i 3 ccelo

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

celo, infra quam princeps tenebræ ostendit angelis uniuersis suæ elationis conceptum; & eis persuadere conatus est ut sibi consentirent. Ipsi quoq; de hoc deliberauerunt, & quidam eoz imp̄issimo dederunt conueniū, alij renuerunt. Deniq; de isto quæsito aliter habent respondere, dicentes angelos suisse creatos in charitate & gratia, & hi qui tenent oppositū, ut patebit. Alioqui deum imaginantur, inter creationem angelorum & lapsum plures morulas incidisse, in quibus paulatim ad grauiora prolapſi sunt criminis, ut paulo post

P R O P O S I T I O LXXXI.

(referabo;

Angeli in solis naturalibus fuerint conditi, an potius in supernaturalibus gratie donis & charitate, difficile valde est certitudiniter scire ac diffinire. Quod est, quia haec quæstio est de facto, q; ex sola creatoris voluntate dependet, nec ex scripturis canonicis de hoc habetur certa doctrina, aut clara responſio: Hinc super hoc diuersi sunt diuersi mode opinati, quibusdā sanctorum auctoritatibus innitentes: & quidam dixerunt, q; in gratia gratum faciente creati sint, dicente super Genesim Augustinum, q; deus fuit in angelis simul condens gratiam, ac largies gratias. Itemq; Bonam uoluntatem quis fecit in angelis, nisi qui eos fecit cum sua bona uoluntate, id est casto amore? Alij tenent oponentum, cum idem denuo fassus sit Augustinus: Natura angelica primo informata est creata. Porro dicentes q; in charitate & gratia sint producti, concedunt q; primus actus eoz meritorius fuit uite beatæ, puta ex charitate procedens & gratia: Quibus obiectur: quia sic nullus eoz peccasset, & omnes protinus beatitudine accepissent pro præmio, praesertim quia (ut etiam isti fatentur) angelis beatitudine sunt slotū immediate post prima suam conuersiōnē ad deum per charitatem, nempe ad quod se primo conuerterūt, ad id se totaliter & integre conuerterunt. Ad quod isti respondent, q; primo omnes se conuerterūt ex charitate ad deum, & beatitudine meruerunt: non tamen protinus omnes beati effecti sunt, quoniam quidam eoz mox apposuerunt obstatum transgrediendo. Quod nō uidetur idonee dictū: quoniam deus in flūt unicuiq; secundū suā capacitatē, dignitatē & meritū. Si ergo angelis reprobi actualiter meruerint felicitatē æternā, deus ut appareat, eis protinus in fluxisset salute, sicut & alijs: non enim eodem instanti potuerint mereri aut demereri: ergo si peccauerunt, post instantis meritorij conuersiōnis peccauerunt, & ita in eis præmium non fuisset immediate sequitur meritorij conuersiōnem. Præterea si Lucifer se cōuertisset primo ad crearem ex charitate, habuisset utiq; intensissimā actualem delectationem ad ipsum, & tanto præ ceteris perfectiorem & ardentiorem, quanto illis in naturalibus atque gratuitis fuit perfectior: sic q; præ omni creatura tunc perfectissimus extisset: quomodo ergo protinus in instanti & immediate post tantam charitatis & gratiae sublimitatem, ad tantæ impletias batathrum corruisset: præsertim cum à distanti in distans non fiat motus aut transitus, nisi per medium, ut sanctus Dionysius protestatur, atq; ut in Periarchon loquitur Origenes: Nullus eorum qui in perfecto extiterit gradu, simul ac subito dissipatur ac perditur, sed paulatim & per partes potest evacuari. Interim constat quod angeli per sola naturam non potuerint supernaturellem felicitatem promereri, nec deo esse accepti, nec fine uictus nuptiali, quae charitas est, nuptias gloriae introire: ergo si in gratia non fuerint creati, obtinuerunt merueruntq; eam de congruo, quod in ipsis erat, agendo, ante meritoriam suam conuersiōnem ad deum: ut quidam affirmant, habuerunt & fidem, cū fuerint uatores: nec sine fide uiator queat deo placere, nec sola naturali ratione potuerunt cognoscere mysterium superbeatissimæ trinitatis.

P R O P O S I T I O LXXXII.

Aliqui angelorum mox post suam creationē per superbiam corruerunt. Quod est, quoniam cognoscendo se & omnē excellentiam eis desuper condonatā, nō regulerunt se ad crearem cum humili recognitione & uera gratitudine: sed in seip̄is complacentiam uanam habentes, proprium appetierunt honorem, malientes iuxta propriam uoluntate uiuere & regnare, q; se deo ordinate subiūcere, eiusq; lege atq; imperio moderari ac gubernari. Hinc proprie loquendo eorum peccatum fuit ambitio, in quo continentur & comprehenduntur auerſio mentis eoz à deo, cōplacentia uana in se, negligētia debitæ considerationis & relationis sui p̄sor, numerūq; suoq; ad primum fontemū nifcidentissimūdū. Deniq; ex sua elatione & uitiosissima ambitione cōsequenter ad inuidētiāl sunt prolapſi: Nepe ut moris est ambitiosor, cōtra maiores murmurare, & illosq; excellētiā inuidere, ac illis aduersari, à quibus considerant ipsis posse refisti, sedq; optato primātu posse frustari: Ita spiritus illimaligni à deo auersi, & ad suam honorificentiam excelle-

Priopinio.

II. opinio.

Obiectio.

Dilectio.

Confutatio.
I.

II.

III.

Mat. 22.

Hebre. II.

ELEMENTATIO THEOLOG. DE ANGELIS.

50

tiamq; reflexi, proprio creatori inuidereunt quodāmodo, hoc est omnipotētia eius, ne eis obfisteret, eiusq; honori ac gloriæ, ne ipse solus omnibus ad placitū dominaretur, & ipsi obli-garentur eius legibus regi ac coartari. Hinc priuatū, usurpatū inordinatissimūq; uoluerūt assumere principiatū, imp̄ia libertatē, tyranicū quoq; imperiū. Interim quāuis nonnulli doctores opinati sint, unūquenq; reprobo: angelorum ex scipo sine alterius suggestione & instigatione suā concepisse superbiam, cōmuniō rāmen & uerior reputat doctrina dicentū, q; unus & primus illoq; cōsideratione pulchritudinis ac enītētā suā permotus, inductus & delectatus, primo nefandissimā ac prorsus intolerabilissimā concepit ambitionē: cupiēs iuxta propriam uoluntatem cæteris uniuersis angelis dominari, præsidere, præcipere, sicut in naturalibus & forsan in gratiis uidit se illis excellentiorem: Mox demum suam appetitiam alijs insinuauit, & ut sibi consentirent, seq; sibi subiūcerent, persuasit: quorūm aliqui sibi mox adhaerēt, sub ipso & eius imperio se putantes maiorem habitu os libertatē, q; sub dei dominio: hinc simul cū suo principe corruerūt, ac eius laetissimē dominationi iusto dei iudicio usq; in præsens subiecti sunt. Vnde & angelis eius vocātur, quēadmodū & Christus in euangelio reprobis se cōministrat dicitur: Itē male dicti in ignem æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius. In Apocal. etiā legitur: Draco pugnabit & Angeli eius. Ex his elucecit ineffabilis enormitas peccati primi illius apostata, qui non solum uniuersis angelicis spiritibus, sed toti etiā corporali creature, totiūq; cupiebat mūdo præesse, & totū uniuersum à superdignissimo creatore auertere. Deinde inuidit primo homini, & toti eius posteritati, quos præuidit gloriā adepturos quā ipse amisit. Postremo sanctus Bernardus in sermōnibus suis tangere id uidebat, q; Lucifer specialiter inuidet unigenito filio dei: quoniam filio appropriatæ & qualitas patris, ad quā ille insipientissime anhelabat. Et rursus, q; homini inuidebat: quia iam præuidebat humanā naturā assūmēdā à deo, à quo ipse potius cupiebat assūmi: Circa quod multa possent inquiri, de quibus libro de Vniuerso magnā inducit digressionem Gulielmus. Postremo ex his probabilis est uidetur, q; Lucifer de suprēmo fuerit ordine angelorum, mōdū & primus in ordine illo, (& hoc sanctus Gregorius papa exp̄esse determinat) & in celo empyreο fuit factus: quanquam Damascenus libro secundo sensisse uidetur, q; in celo aereo sit creatus, & terrestri proficerit orbi, puta de angelorū infimo choro existens. Augustinus autem super Genesim ista reliquit sub dubio. Sed determinacione sancti Gregorij & equum est consentire: Non enim uerisimile est, q; imp̄issimus ille in tamā prorūp̄t superbiā, nisi se cæteris angelis uidisset præclariorē, qui ei quāuis sublimiori adhārēndo, enormiter peccauerunt: quia in hoc rectum iustitia ordinem, ac debitam obedientiā reliquerunt formam ac seriem; uelut si miles obediat militiæ principi contra regis edictū.

P R O P O S I T I O LXXXIII.

ETiam in dæmonibus quadam manet prælatio & aliquis ordo. Quod est, quoniam ordo atq; prælatio inter angelos partim & quasi inchoa tūe ac materialiter est à natura, partim uero & completiū à gratia, quæ & in maioribus à natura majoriter creditur existit. Quāuis autem in dæmonibus non manerint nec sint charismata gratiarum, naturalia tamen in eis manerunt: & quantum ad hoc, ordo dignitatis specifici remanet in eisdem, ac quādam peruersa prælatiō, quantum ad abusum multiplicem. Vnde qui ex natura & specie altiores confiuntur, super inferiores quandam prælatiōnem fortiti cōfentur. Deniq; propositione iam patuit precepedenti, q; angelis reprobi adhærendo ipsi Luciferi, sua iniūtiātis demerito subiecti sunt durissimo ac crudeli eius domino: sicut & ipse inter angelos suos quādam constituit prælations, in quibus non est uetus ordo iustitiae, sed falsa quādam similitudo: quemadmodum inter latrones eorumq; principem. Itaq; sicut primæ ad Corinthios tertio aſserit glossa: Quādiu durat hic mundus, angelis angelis, homines hominibus, & dæmones dæmonibus prælunt: post diem uero iudicii, prælatio hæc dæmonum quantum ad exteriora cessabit.

P R O P O S I T I O LXXXIII.

ORdo ac prælatio in angelis sanctis cessabunt, cōplete extremo iudicio q; ad exteriora obsecuia, nō aut̄ quantū ad distinctionē perfectiōis in donis nature & grāie ac gloriæ. Quod est, q; cōplete gnāli iudicio, omnia erit in beatis ad ultimā perfectiōnē redacta: & omnis potētialitas erit in ipsis ad actū reducta, nec amplius erunt in ipsis nouæ purgationes, illuminationes & perfectiōes. Porro dona, perfectiōes & connexiones naturalium & gratuitorum, ac munētæ gloriæ in ipsis perpetue remanebunt,

Lucifer ipsa-
fatione cæteri
apostauerūt.

Matth. 25.
Apocal. 12.

riam

i 4 cum

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

1 Cor. 15.

cum ueruissimo inuiolabiliter decore. Hinc patet qualiter intelligendum sit quod ad Corinthios scribit Apostolus: Christus euacabit omnem principatum & potestatem.

P R O P O S I T I O LXXXV.

Angelorum sanctorum quidam perhibentur ministrantes, alii assistentes. Quod est, quoniam assistentes angelii appellantur qui sic diuini uultus contemplationi intenti sunt, sicut in circumscribili supersanctissimi creatoris maiestati astat & praesunt, atque cum reverendissima inclinatione, profundissima admiratione, ac suauissima increata & infinita dulcedine eius degustatione uacant & coassistent, quod ad exteriora ministeria nunquam saltem regulariter loquendo mittuntur. Ministrant uero, qui sic beatissima deitatis uisione fruuntur, quod interdum ad exteriora quedam annuncianta, implenda aut exequenda mittuntur: certumque est, quod ad superiores ordines spectet assistere, praesertim ad tres ordines summorum hierarchie, atque ad dominationes ministrare uero ad tres ordines infimum hierarchie, quorum officia circa ecclesiasticam hierarchiam uersantur. Duo autem ordines inferiores mediae hierarchie, uidelicet potestates & uirtutes, quasi me dio modo se habent, ut ex praeinductis elici potest: Nihilominus uerum est quod sanctus deponit Apostolus: Omnes administratori spiritus sunt in ministerio missi, propter eos qui haec reditatem capiunt salutis. Superiores quippe mittuntur inuisibilimissionem ad angelos inferiores, quos illuminant, dirigunt, & eis quedam agenda commitunt: Inferiores uero mittuntur ad operandum aliquid fornicatus, circa corporreas inferioresque creaturas. Itaque quatuor sunt ordines angelorum: assistentes, qui in ministrantibus; hinc in Daniele habetur: Milia nullum ministrabant ei, & decies milles centena milia assistebant ei.

P R O P O S I T I O LXXXVI.

Numerus angelorum ineffabiliter magnus est & incomprehensibilis nobis inuitus presenti. Quod est, quoniam principalis ratio creationis angelorum est, ut in ipsis creatoris reuiceat bonitas, representetur maiestas, & ipsi maiestate & gloriam eius conspiciant, admirentur, diligenter, uereantur, collaudent, quod tantum excellet ientis fit, quanto major est multitudo & numerositas beatissimorum illorum angelorum spirituum, inclutissimum militum regis omnipotentis. Etenim si ut Salomon dixit in multitudine ministrorum dignitas regis, & in paucitate plebis signomina principis: nonne regem gloriam, principem dignitatem & excellentiem infinitam, decentissimum est in maximo illo empyreo celo palatio inenarrabiliter copiosum habere exercitum angelorum, ac ciuium supernorum? non tamen simpliciter infinitum, quia in numero, pondere & mensura constituit uniuersa. Tercio illud Job: Nunquid est numerus militum eius per hyperbolam dictum, ad insinuan dam inestimabilem angelorum pluralitatem? Denique ut diuinus Dionysius loquitur: Quemadmodum cœlestia corpora excedunt quasi incomparabiliter in magnitudine corpora inferiorum angelorum sancti in multitudine superaret numerum omnium in inferioribus. Praeterea uniuersi angelici custodijs hominum deputati, de infimo angelorum sunt choro: quo constat non pauciores in infimo angelorum ordine confitentes angelos benedictos, quam in toto hoc mundo sunt homines, aut unquam fuerunt simul. Vero quis estimare preualeat, quod iam in mundo sunt homines? At uero iuxta diuinum & magni Dionysii documenta, quanto chori angelorum sunt altiores, tanto plures in se continent angelos uenerandos splendifluos: sicut in ordine seraphim forsitan in duplo sunt plures sacratissimæ mentes seraphicæ, quod angelii in ordine infinito. Hinc & sancta Brigitia in revelationibus suis fatetur, quod numerus angelorum & sanctorum in tantum excedit multitudinem hominum uniuersorum, quod quamus simili iam essent homines uniuersi qui unquam fuerunt, sunt & erunt, adhuc unicuique homini deputari possent ad minus decem angelorum gloriose, hoc est, quod adhuc in decuplo plures sint angelii beati quod homines cuncti.

P R O P O S I T I O LXXXVII.

Positio illa dicentia, quod tot homines saluabuntur quod angeliti uenterunt, uidetur incerta. Quod est, quoniam si iam inducta de innumeris angelorum multitudine uera sunt, nequam tot homines sunt saluandi quot angelii perstiterunt. Attamen sanctus Gregorius dicit, quod aequalis sit numerus hominum electorum & angelorum bonorum, probans hoc auctoritate scripturae Deuteronomij, quo habetur: Statuit terminos populi iuxta numerum angelorum dei: quocirca sciendum, quod Hebraica ueritas iuxta translatiōnem Hieronymi habet sic: Constituit terminos populus iuxta numerum filiorum Israël, quod ad literam exponitur de filiis Israël & populis in eorum circuitu demoratis, pro tempore introductionis Israëlitarum in terram promissionis sub Ioseph. Vnde per Mosen antea dixerat:

A de-

ELEMENTATIO THEOLOG. DE ANGELIS.

51

A deserto & Libano & fluvio magno Eufrate usque ad riuum Aegypti erunt termini uestris. Ipsi quoque Iosue dominus iussit: Sorte eis diuides terram pluribus dabis maiorē, & paucioribus minorē. Probatio autem per scripturas nō tenet, nisi ex sensu literali. Praeterea quāuis iuxta præhabita angelis quinq[ue] ordinū inferiorē mittantur, & angelis quatuor ordinū superiorum assistant, nihilominus secundum summum illius theologi d. Dionysii documenta, plures sunt personæ angelicæ assistentes quod ministrantes: quia, ut ait, quod chorus angelicus altior est, eo plures in eo sunt angelii. Etenim digniora in rebus magis intenta & multiplicata censerunt, quod tamen non tenet in omnibus: cum & in militante ecclesia, quo prælati sunt dignitatis sublimioris, eo sunt numero pauciores. Hinc & positio illa Gregorij consonat Platoni corum doctrinis dicentia, quod multiplicatio regis est per distantiam ac recessum à primo uno ac simplicissimo ente, sicut perfectiora & superiora in rebus considerent pauciora. Nihilominus dictis diuinis & magni Dionysii reor magis consentiendis, cum ab apostolo Paulo & apostolicis uiris fuerit super his informatus. Attamen positione Gregorij multi magni doctores sequuntur, praesertim Gulielmus libro de Vniuerso: quoniam ut in Apocalypsi asservatur: Latera ciuitatis illius superiore & equalia sunt. Cumque ex angelis sanctis & electis hominibus construatur urbs illa cœlestis tanquam ex duobus parietibus, appareat utriusque numero sint æquales. Consultissimum tamen opinor de his cœteris quod incertis cū incauta assertione nulloqui.

P R O P O S I T I O LXXXVIII.

In angelis sanctis secundum theologos incomparabiliter maior est beatitudo, perfectio & gloria, quod in intelligentiis secundum philosophorum opiniones: non tamen unita formitas & immobilitas tanta in angelis est, ut in intelligentiis posuerit philosophi. Quod est, philosophi in naturali lumine stantes, non anticipaverunt substantias separatas nisi naturalem felicitatem, naturales quoque duntaxat uirtutes & perfectiones non supernaturales, nec beatificam uisionem, qua deus superbeatissimus & immensus uidetur clare per speciem, & immediate ac in reuelatione in sua essentia. Peripatetici tamen dixerunt, substantias separatas loco & operatione immobiles, & aeternitate, id est aeterno non successivo mensurari. Theologi uero in lumine fidei ac gratia ambulantes, in creaturam bonitate ac diuina infinita dulcedine in seipso plene et contentatiue fugiter fruunt et quantum ad hanc felicitatem, actionem et consistentiam, mensuratur participata aeternitate, utpote aeterno, in quo non extat successio. Aliae demum operationes circa obiecta creata, et quantum ad accidentalem esse beatitudinem ministeriumque extremum, conuenient angelis in respectu quoque tempore quodam discreto mensurari dicuntur, & successio aliqua, quoniam non temporalis continet, ponitur in eisdem. Mittuntur namque & mouentur de celo in terram & de loco ad locum: quoniam non sic successio ut corpora, nisi forsitan per accidens in assumptionis corporibus. Aliqua quoque de novo circa praedictam intelligentiam, & quantum ad accidentale praemium crescat atque proficiat usque in diem iudicij.

P R O P O S I T I O LXXXIX.

Multiplex cognitione ineft & convenient angelis sanctis. Quod est, quia ut in Elementatione philosophica patuit, angelis concreta sunt scientia & uirtutes, & ab exordio sua creationis impletæ fuerunt intelligibilius formis exemplatis & deriuatis ab idealibus formis mentis diuinae, per quas ordinem intelligentia uerbi & particularia, atque se in uicem ac suos effectus in inferioribus, quantum ad ipsorum spectat naturam & perfectionem congruit eorum de per propriâ quoque essentia & uirtute causâ multat cognoscunt, immo et deinde secundum quod in suis relucet ac uide effectibus. Inter ea de scientia angelorum, quâ ante conuersionem suâ ad deum & supernaturalem habeant, opiniones sunt variae: quibusdam dânt credibiles, quod non nisi naturalē habeant scientiam aliam, quod & aliam multiplicem supernaturalem habuerunt notitiam, supersanctissimæ uidelicet trinitatis, incarnationisque uerbi aeterni: non tamen angelii reprobi suâ præuiderunt ruinam. In conuersione autem ad deum data est angelis electis beatifica uisio deitatis, & clara per speciem cognitionis super deliciis summæ trinitatis. Cognitione quoque regis creatarum in deo, qua diuinam intuendo essentiam, conspicunt in eadem de creaturis tantum quantum ad eas statim, felicitatem, habitudinem perfectionemque pertinet: ideo sciunt a quibus diliguntur, inuocent, colant, & quicquid ad eos honorificent exhibet: Itaque easdem resciunt in uerbo & in diuinâ essentia, secundum quod illa est exemplar, idea & ratio regis, speculumque uoluntatis, in quod uniuersa relucet: non quod cuncta & omnia in ipso resplendetia ab uniuersis beatis in ipso cernuntur: quod ostendit se illis secundu[m] priuilegio, & quantum uult, & qualiter uult, atque secundu[m] dignitatē, capacitate, dispositionē meritumque illorum.

Hinc

Deut. II.
Num. 32.
Deut. 1.
Iosue 9.
II.

Apoc. 21.

Vide B. Thos.
I. p. q. 54. de
inceps.
Et Capro. 2.
sen. dill. 3. q. 2.
de cognitione
angelorum.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

Cognitio an-
gelorum duplex.
Gen. i.

Hinc in angelis esse perhibetur duplex cognitionis, puta matutina & uestertia: quae distinctione ex uestris sumitur Augustini, qui sex dies quibus deus describit produxit hunc numerum, exponit de uno intelligibili spirituali genere, puta angelica cognitione, sex generibus rerum distincta: sicut cognitionis angelorum quae ipsas res uiderunt in deo ut sic, uocatur matutina: quoniam esse rerum ideale & primordiale in deo, præcessit esse earum in propriis suis naturis, & prius ac clarius est eodem, quemadmodum mane prius est uestera: cognitionis autem qua noscunt res prout in seipsis subsistunt, & in suis naturis dicitur uestertia: quia ut sic, natus clara est & sequitur illam, sicut effectus causam. Veruntamen angelii sancti uidet etiam in uestro, & eterno creato, prout in seipsis subsistunt, & item per species concreatas. Nam idem cognitionis potest per media plura: puta eadem conclusio per argumentum demonstratum & topicum: tunc tamen fertur esse alia & alia cognitionis. Postremo cognitionem hanc angelorum, qui assentunt triplice esse, scilicet matutinam & uesternam, ut dictum est, & meridianam qua deum conspicunt in seipso, quae in faro meridie nere ardentissima est atque clarissima: & haec cum cognitione matutina coincidere potest, cum eadem possit esse cognitionis beatorum, qua deum per suam essentiam uidet, & alia in ipso. Patet demum ex introducis, quod in angelis premium non precessit meritum, sed contraria.

PROPOSITIO LXXX.

DE quolibet ordine angelorum aliqui corruiisse creduntur: ueruntamen multo plures stantes manserunt. Quod est, quia ut patuit, primus cadentium de superno exitio choro superno spirituum, cuius suggestio de singulis choris aliqui consenserunt, & secum ruerunt. Vnde & demones seu angelii lapsi, nominibus angelicorum ordinum designantur, dicente Apostolo: Non est nobis collectu[m] aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates. Denique de primo illo apostola deprehensum Ezechiel: Tu cherub extensus & proteges, repleta sunt interiora tua iniquitate: & eieci te de monte sancto dei: qui quoniam de ordine seraphim fuerit, tamen cherub non seraphim appellatur: quoniam a diuini amoris ardore recedens, ex eminentia sua scientie operationem sumpit elationis: Cherub quippe plenitudo scientie interpretatur. Idem probatur ex hoc quod 4 Regum 6. Elizeus suo dixit ministro de angelis bonis: Plures nobiscum sunt quod cum illis. In angelis quoque non fuit tantum incepitum peccandi ut in hominibus, sed sapientia multo præclarior, & nulla carnis fragilitas formis ue corruptio: Iccirco non pecauerunt tam multi ut homines, in modo in eis uerificantur quod dicitur: malum est ut in paucioribus, cum sit contra inclinationem naturae: In hominibus uero non nimis prontitatem in malum & formis corruptionem, ac carnis fragilitatem, & intellectu[m] partis debilitatem, uerificatur quod ait Philosophus: Bonum est in paucioribus, malum in pluribus. In modo & quod ait scriptura: Omnes declinauerunt, simul iniustiles facti sunt. Præterea ut in Euangeliu loquitur Christus: Mulier per quam æterna sapientia designatur, habet drachmas decem, & una uamis. Vnde elicetur quod unus angelorum ceciderit ordo: non quod de solo uno choro prolapsus sint, aut unquam decem fuerint ordines angelorum, sed quod tam multi ruerunt, ut unus chorus ex eis posset constare. Nec obstat quod in Apocalypsi assertur draco tertiam partem feliarum traxisse post se in terram: quoniam tibi ponitur numerus determinatus pro indeterminato, ad insinuandum quod uale multos deiecit. Cumque tam innumerabiliter multi sint demones, ita ut comparentur multitudini atomorum quae mouentur in aere, constat quod in angelis multi sint angelii sancti.

PROPOSITIO LXXXI.

HOMINES electi & sancti ad angelorum ordines post uitam hanc assumuntur, iuxta diuersitatem & congruentiam meritorum suorum. Quod est, quoniam super naturalis felicitas ad quam angeli & homines sunt creati, non confertur eis iuxta specificam dignitatem, sed secundum meritos diuersitatem & gradum. Vnde dicit Saluator: In domo patris mei mansio[n]es multa sunt (hoc est) uarii gradus premiorum, secundum diuersitatem & exigentiam meritorum. Porro angelii suam beatitudinem meruerunt una charitatiua conuersione ad creatorem. Cumque possibile sit uiatores in huius calamitate exili ad totam charitatiuam ad deum conuersiōnem pertingere, saltem paulatim & successiue, quantum angeli ante suam beatificationem habebant: constat quod ipsis pacificari queat in gloria, in modo & multis eoque præferris: quis probabile fit, quod nemo omnibus illis præemineat, præter Christum & eius dignissimam genitricem. Iccirco in Euangilio ueritas protestatur, quod quilibet regno digni habeantur, erunt sicut angeli dei. Denique istud ualde

Ephe. 6.
Ezech. 28.

Pst. 15.
Luc. 15.

Anthropho-
15.
Apoc. 12.

Ioan. 13.

Math. 22.

ELEMENT. THEOLOG. DE HIERARCHIIS.

52

Rationabile est, cum innumerabiles homines boni pro illa felicitate tot annis, tantis temporibus tam indefessè laborauerint, tam dura & immutissima tormenta perpessi sunt, tam strenue contra animas suas & inuisibilis hostes, in modo & contra propriam voluntatem & infectissimam carnem, immundissimum quoque ac deceptoriū mundū sunt praediti: tot gemitus atque suspiria, tot orationes & lachrymas feruētissimos affectus emiserint & obtulerint deo, ac eū tam sincerissime semper dilexerint, & pro eius honore ac honoratione ab aliis tam constanter fide literis conati sunt, quod felicitate angelii tam celeriter & faciliter sunt adepti. Nec obstat uirtus & defecuosity conditionis humanae: in modo quod declivior itemque fragilior est natura, eo commendabilis & gloriosus ei est tam strenue, uirtuose, spiritualiter, diuinarum laboriose & proprie, uictoriole ac feruide peregrinante. Itaque fecit de singulis angelorum ordinibus aliqui corruerunt, ita ad singulos eorum unde aliqui homines sufficienter purgati eleuantur: propter etiam sanctus Gregorius in homilia de angelis euidenter affirmit, particulariterque prosequitur & declarat. Sanctus quoque Ambrosius super psalmum. Beatus in uinculatu: Vnde & B. Augustinus 12. de Ciuitate dei distinxit, quod in regno ecclesiæ una erit societas, et una ecclesiæ electorum, angelorum et hominum. Deceperunt ergo, qui uel solis uirginis, aut solos perfectos ad angelorum equalitatem perduci dixerunt. Propterea quoque caute sumendum est quod in sermone de Assumptione gloriofissime uirginis scripsit beatus Hieronymus: Quoniam sancti hominibus similitudo angelicæ felicitatis promittitur, ueritas denegatur: quod satis obscure prolatum censemur. Postremo ex his quidam eliciunt, quod infantuli ab originali peccato purgati, qui nullum proprium meritum habuerunt, constituerunt decimum chordum beatorum in triumphanti ecclesia: in cuius signum describitur mulier decem drachmas habuisse: ad quem etiam chordum pertinere creditur naturaliter atque totaliter stolidi ab originali mundatu, qui nunquam personaliter meruerunt nec demeruerunt.

PROPOSITIO LXXXII.

INTER angelos bonos et malos continua et proprie dicta pugna consistit: sed inter angelos bonos pugna non est proprie, sed metaphorice nuptiata. Quod est, quoniam angelii boni et angelii malorum in uincem aduersantur: cum angelib[us] boni fatigant homines adiuuare, defendere et salvare, eosque custodiunt: Angelii uero prauia ad oppositum student: nec tamen ex his ullus labor aut dolor accrescit angelis iam beatis. Hinc in Apocalypsi habetur: Factum est prælium in celo: Michaël & angelii eius præliabat[ur] cum draconem. Porro inter angelos sanctos, qui & angelii pacis uocantur, perpetua inuolabilitasque eorum sit concordia iuxta illud: Potes[t]as & terror apud deum est, qui facit concordiam in sublimibus suis. Veruntamen inter ipsos pugna metaphorice sumpta existet fertur, dum unusquisque pro bono eorum qui sibi commissi sunt, aduocat & parrocinatur. Interim quod Gabriel archangelus loquitur Danielli: Princeps regni Persarum restitit mihi uiginti & uno diebus exponit Hieronymus de angelo malo Persis ad exercitiū dato, qui restitit Gabrieli, populum Israëliticum ad uitia incitando, sicque ius liberationem impediendo, pro qua Daniel tunc oravit: cuius preces Gabriel obtulit deo. Gregorius autem exponit hoc de angelio sancto Perfarum custode, qui restitit Gabrieli tam diu, non per mentis dissensum & animi contrarietatem, cum omnes angelis sancti diuinæ sint uoluntatis plenarie conformati: sed in quantum causam populi sibi commissi persequebatur, & rationes allegavit pro eo quas ad diuinum referebat iudicium, & eius præstolabatur sententiam: Gabriel uero pro plebe Iudeorum fategit. At uero angelii tenebrarum quoniam in malis concordent, interdum tandem ex mera malitia contra seiuicem resurgere & pugnare legunt, & quida eorum à principe suo flagellati narrantur, quia non satis multa mala patrarent.

PROPOSITIO LXXXIII.

ESSE in loco diuersis diuersimode attribuitur: deo uidelicet transcenderenter, & incircumscribilibiter angelis, diffinitive corporalibus rebus, communisfratuer: supremo celo, per partes suas. Quod est, quoniam infinitus & superbeatissimus deus in uno circumscribitur loco, nullusque deest loco sed ubi eminentius operatur, euidentius se ostendit, præclariusque resulget ac representatur, ibi specialius esse & habitare assertur. Porro angelii & animæ separatae in loco propriæ non sunt, in modo ut fatetur Boëthius, proportionatio apud sapientes nota per se est, quod incorporalia non sunt in loco: quod de existendo in loco per commensurationem ad locum est intelligentum: nil quippe loco commensuratur & configurat nisi corporeū & quantu[m] superficie habet. Vix substantiae separatae cœsent in loco

Gregorius.
Ambrosius.
Augustinus.

Corollarium pri-
mum.
Corollarium se-
cundum.

Opinio quoru-
dam.
Luc. 15.

Apoc. 14.

Iob 25.

Domi. io.
Hieronymus.

Gregorius.

Deus in loco.

Angelus in-
 loco.

D. DIONYSII A^V RICKEL CARTHUSIANI,

loco diffinitius: quia sic in uno sunt loco q^{uod} non in alio, pro eodem momento. Mittunt quicq^{ue} de loco uno ad alii, & ratione operationis sua feruntur in loco confistere, atq^{ue} in celo empyreo per congruentiam speciale, sicut praehabitum est. Ratione autem sua incorporalis confisitentiae & immaterialis naturae, non uidentur habitudinem aut determinationem habere ad locum non q^{uod} eoz essentia non sit in se & in sua perfectione specifica terminata, sed q^{uod} nec in essendo nec in permanendo, neq^{ue} in agendo actione immanente sibi naturali ac propria ad corpora ulla aut corporalem locum dependeat: non igitur sunt ubiq^{ue} nec simul in pluribus locis, nec in loco punctuali esse cōpetit eis: nec enim sunt magnitudines aut parvae, sed prorsus in sua essentia in extensis: attamen quantitatibus sunt virtualis, & in ea unus est alio maior: atq^{ue} per applicationem sua virtutis & operationis ad corporalia, in loco dicuntur esse maiori aut minori. Haec est antiquorum doctorum doctrina, quibus obuiare uidetur articulus Parisiensis sub domino Stephano Parisiensi antistite condemnatus, quo dicitur substantiam intellectuale separatum, ut angelus aut intelligentia, non esse in loco, nisi per operationem suam, error. Alius quoque articulus huic confimilis fuit ibi cōdemnatus. Hinc Henricus qui reprobat articulorum illorum interfuit: Petrus etiā de Tharætasia, atq^{ue} Richardus de Mediavilla, & ali⁹ quidā qui postea extiterunt, & Parisiensis doctores fuerunt, simpliciter acquiescunt determinationi præsulū & uniuersitatis Parisienis, concedendo angelū esse in loco & in universo corporeo, etiam per suā substatiā, dato q^{uod} circa corporalia nil operetur: quod cum sit difficile capere, aliqui absolute respondent & tenet sicut iam iuxta antiquos expressum est, adjacentes, q^{uod} excommunicatio pontificis se extra provinciam non extendit, i. extra territorium iurisdictionis episcopi. De his super secundū ex doctoribus diffusis tractatū est. Postremo recipi certum & planum est, infra cœlum empyreum omnia uisibilia & inuisibilia contineri: sed quæstio est, quid naturae substantiae immaterialis conueniat, ad quod & hic & in Elementatione philosophica est introducta responsio. Vniuersi demum doctores Grecorum sancti, qui angelos ante mundū sensibiliē putabant creatos, dixerūt, sicut iuxta antiquos modo exprefsum est.

P R O P O S I T I O LXXXIII.

Anima rationalis ab eodem est effectu immediate creata principio à quo & angelus, & ad eudem finem supernaturalem defuper ordinata. Quod est, quia creare est proprium summo omnipotenti deo, cuiuslibet actus infinita potentia, quæ sola potest de nihilo facere, quia non est dictat ab eis in infinitum. Quocirca inueniuntur errasse multi philosophi, quod non nulli putabant nō posse creari, nec aliqua causam posse creare, immo omne quod productur dixerūt produci ex aliquo materiali principio: quod quamvis uerificetur de his quæ naturali seu physica sunt productione & successiva mutatione, simpliciter ramen loquendo ueritate non habet: quoniam omnia imperfictum potest, materiale, corruptibile & mortale, immo & ipsam materialiam necesse est proufluxisse ab ente primo, actu puro inuariabilis agente, ut ante ostensum est: quod posteriores doctores & meliores intelligentes philosophi, fassū sunt omnia quæ circa deū sunt, emanasse à deo, & hoc mediate aut immediate incorruptibilia quoque creatuā corporea, simplici emanatione prodīsse à causa prima. Porro in explanando modū emanationis rebus per participationem ab ente per essentia, multipliciter errauerunt: siquidē quidā illos, causis creatiis ac secundū, præsertim intelligentiis, uirtutem & actū creādi attribuerunt, dicentes unā intelligentiam creatā ab alia, & animas rationales ab intelligentia ultima, ut supra in ista editione, & ante in Elementatione philosophica est relatum ac improbatum. In circulo catholice atq^{ue} secundū uerā philosophiā tenendū est, q^{uod} uniuersa anima rationalis à uero deo immediate creatuā sunt, creantur aut creabuntur: nec simul sunt cōditae, & stellis comparibus posita, sed successivæ, id est una post alia, & signillatim corporibus earū sufficienter dispositis: quorū si aliquid in eodē sint instantia plene ad animarū susceptionē disposita, in eodem instanti anima eorum deinde creatur & infunduntur, quemadmodū Augustinus testatur: Anima creando infunditur, & infundendo creatur: quia eodem instanti quo creatur, corpori suo infunditur. Præterea sicut prædictum est & plenius ostendetur, ad eudem finem supernaturalem, beatitudinem æternalem, beatificam dei claram & facialem visionem, angelus & anima ab adorando creature sunt ordinati & conditi.

P R O P O S I T I O LXXXV.

Rationalis anima in ratione formæ & donis nature angelo extat inferior: in ratio autem finis & donis gratiae ac gloriae, angelo est æqualis. Quod est, quoniam anima rationalis est inferioris gradus, & specie ac ordinis quam angelus, naturaliter

ELEMENT. THEOLOG. DE ANIMA RATIONALI

53

naturaliter quoque unibilis corpori, ut forma specifica parsq^{ue} cōpositi, quatenus in corpore per ministerium sensuum perficiatur scientijs, & adipiscatur uirtutes: Angelus uero multo aliorum est speciei, nec in dignis corpore ut dictū est plenius. Veruntamen quoniā ad beatitudinem ordinantur eandē quā sine gratia charismatibus adipisci nunq^{ue} quiserunt, recte dicuntur in ratione finis & supernaturalibus gratiae ac gloriae munieribus pares. Nā etiā plurimi angeli sint in his animabus multis eminentiores, multæ etiā animæ sancte pluribus angelorum agminibus in his superiores consitūt, quæ usq^{ue} ad supremum cœlestis hierarchie choros concludunt, immo absolute loquendo, duæ prelectissimæ anime, ut anima Christi & anima glorioissimæ virginis, uniuersis angelicis spiritibus prelatē sunt plurimū: immo anima Christi incōparabiliter. Quæ beatissimæ anime cunctos purgant, illuminant, atq^{ue} perficiunt angelos benedictos: quia à deo copiosius de diuinis illustrant mysterijs: de quoq^{ue} nonnullis ipsa itidē felicissima uirgo ab unigenito suo etiā secundū filii sui assumptā humanitatē, exuberanter illustratur. Postremo ex hac distinctione refulget, qualiter uerificetur quod Augustinus allegat & approbat, magnū illū Platonicū Plotinū assertuisse, anima rationalem non habere super se nisi diuinam & increatam naturam.

Prop. 64.

P R O P O S I T I O LXXXVI.

DE ANIMA RATIONALI.

DOrigine & finali institutione anima rationalis multo aliter docet scriptura, q^{uod} philosophorum phalanx. Quod est, quoniā tam Platonici q^{uod} Peripateticī philosophati sunt, ab eterno fuisse anima rationalis. Platonici autem uniuersas animas rationales dixerunt simul cū intelligentiis ab eterno creatas, atq^{ue} in stellis animas numero paribus collocatas: opportunis quoq^{ue} temporibus signillatim uniti corporibus. Peripateticū uero dixerunt in uno eodemq^{ue} actū non precedere potentia, nec formā substantialē suam materiā: ideoq^{ue} animas rationales produci de novo, dum suis uniuertit & infunduntur corporibus: Attrauen quoniam mundū putabat ab eterno fuisse, posuerunt hominum generationē, ac animas eternaliter extitisse. Porro quid de animis immortalitate ac naturali eis beatitudine, quā solam houerunt, senserint, in Elementatione philosophica est expressum. At theologica ueritas animam rationalē protestatur nequaquam ab eterno fuisse, sed de nouo creatam, infra aut post temporale nūdi exordium: sicut primo corpori humano infusam: quod corpus non fuit in motu cœlestiū corporis ex lemme humano successiue modo naturali nunc consueto formatū, complexionatū, organizatum, sed omnipotens dei uirtute repente, perfecte supernaturaliter q^{uod} ex limo terra paterat, cui tunc protinus anima à deo immediate creata unita est & infusa. Deinde ex coitu & latere primi illius hominis facti in sexu, statura atq^{ue} aetate uirili, formatū est corpus primæ mulieris, uiro illi matrimonialiter sociata, ad propagandū genus humanū, tā propter comprehendū ordinē uniuersi, q^{uod} ad reparandū in celo empyreum ruinā creaturæ angelicæ, & ad obtinendū finalē post huius uite decursum in celo empyreō felicitatē plenariā carnis & animæ. Interim hæc doctrina nequaquam naturaliter inuenta est neq^{ue} innotuit, aut conficta est, sed diuinitus reuelata, & supernaturaliter tradita, ut infra pandetur.

Gene. I.

P R O P O S I T I O LXXXVII.

SIcut de primordiis anima rationalis institutione ac fine, ita de totius mundi productione, duratione & consummatione, diuersimode docuerunt philosophi ac sancti theologi. Quod est, quia ut in Elementatione philosophica est ostēsum, philosophi mundū opinati sunt ab eterno fuisse, attamen esse in creatū: quemadmodū, si sol externaliter extitisset, splendor seu radius eius ab eterno fuisset, nihilominus profluxisset & productus esset à sole. Afferunt quoq^{ue} nō solū corpora cœlestia & elemēta, sed etiā generationes mixtoz, & corruptibilia eoz indiuidua fine fine durare eadē specie. Porro secundū fidē & scripturas totus mūdus de nouo creatus est, & cōputat certū tēpus q^{uod} fuit, generatio q^{uod} & corruptio, uniuersalē mixta secundū se tora, hoc est secundū formā & materiā corruptibilia destruent. Insuper sicut prædictū est, docet scriptura, corpora cœlestia & elemēta, ac prima mixta in diuidua per interualla sex diez facta, distincta, ornata, & hominē sexto die: que tñ scriptura tripliciter potest (ut tāctū est) explanari. Mundū demū sensibile docet scriptura peractō extremo generali iudicio innouandū, maiori uidelicet claritudine ue nustandū, ut infra cōpletius deducetur. Deniq^{ue} quāuis doctrina hæc fidei uisa sit philosophi irridenda intant, q^{uod} beatissimo Paulo eā Atheniensibus prædicāte, irridentes loquuti sunt: Nouos & dæmonios, uide esse annuntiator. Itēc: quid uult seminiuerbius hic dicere?

Gene. I.

Act. 17.

k Attā

Hæc uero quo
ad doctrinā B.
Thome reuo
cat sunt.

Capitulo 2.
Sen. dist. 2. q. 1.

1. phys. tex. cō
53.
Vide Paulum
de Sōci. 12: me
taphy. q. 15.

Auicenna op
nio.

Augustinus.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

Attamen documenta philosophorum maiores difficultates, contradictiones, imo & absurditates sequuntur, q̄ hanc sacra scriptura doctrinā: Aristotelis namq̄ doctrinā in uitabilitate sequitur, aut animas hominē corruptibles esse, aut eas nunc separatas esse numero infinitas; infinitas quoq̄ revolutiones & celestium motionū iam præterierū tamē, teste ipso philosopho, infinitū nequeat pertransfiri. Nec Aristoteles ipse posset confingere, qualiter hominē naturaliter oportet ex semine generari, ipsūq̄ semen ex hominē descendit, & quid horū sit prius: Etenim necessario sequitur id est, q̄ homo prior sit semine, & non nisi unus: aut q̄ plures homines sint simul immediate à deo creati, & ita in uniuersitate generis humani sit dare hominē primū, aut̄ prima indiuidua: Vbi aut̄ primū & ultimū, non potest esse numerus infinitū. Hinc ait Henricus 9. Quodlibetō secundū intentionē philosophi: In infinitū generatus est homo ex hominem nec alius fuit homo qui nō sit generatus ex homine se priore: & hoc infinites in tempore infinito, ita q̄ omnes opiniones, leges, religiones, sectas, doctrinæ, heresies que nunc sunt, infinites præcesserunt, & infinites erunt, quoniam infinites iterantur: & ita de aliis indiuiduis species. Et quāuis ista fuit ipsius opinio, nihilominus tenuit, q̄ naturaliter atq̄ simpliciter homo prior sit semine, ita q̄ semina essentialiter potius procedit ex homine q̄ econtrario. Etenim z. Metaphysicæ reprehendēdo dicentes, q̄ principia regnū non sunt bonū & nobile, quia principia sunt imperfecta, ut semina regnū bonū uero & nobile seu perfectū, sunt in generatis ex illis quæ genera perfecta sunt entia: contra quos non est, inquit, uero quod aëstimat: quoniam imperfecta, ut semina non sunt absolute principia perfectior, sed eccl̄trario: sicq̄ naturali ordine oportuit hominē esse ante semina, non illū hominē qui generatur ex spermate, sed alius ex quo sperma. Ita q̄ hoc loco ipsa ueritate coactus evidenter testatus est, q̄ secundū ueritatē naturāq̄ rei simpliciter ac naturaliter homo prius factus sit semine: & ita concessit est ponere hominē aliquem à deo immediate productū, aut unū, aut plures, & ita de alijs primis suppositis. Hinc rursus 9. Metaphysicæ fassus est, q̄ quāuis in eodē potentia actū præcedat, sicut in hoc ouo potentia præcedit actū gallinae generatiæ ex ouo: simpliciter tamē & in diuersis, actus præcedit potentiam: nec hoc procedit in infinitū, sicut nec in subordinatis immo stare oportet in gallina non habente esse ex ouo, sed oue ouū præcedit & omnī gallinā generatiæ ex ouo: sic quoq̄ de homine, equo, leone, & consimilibus est dicendum. Veruntamē Aristoteles iſtud non concessisset: unde qui dani concludunt, q̄ uel non sensit mundū ab æternō fuisset, uel q̄ fibi ipsi contrarius fuit siquidē. Physicæ: Impossibile, ait, est infinita esse pertransire, ergo non præcesserit hūc dī hodiernāq̄ reuolutionē, dies & reuolutiones infiniti. Rursus differuit, q̄ unū infinitū nō est alio maius: & item, q̄ infinito fieri nequit additio: & denuo, q̄ pars maior est suo toto: quæ omnia falsa confiserent, si mundus æternaliter extitisset, cū præteritis reuolutiōibus & diebus quotidie quādā addantur: totq̄ fuissent reuolutions primi mobilis, cui duxat in īneſt & conuenit motus unus, quot firmamēti aut lunæ: alioquin infinito additio fieret, & tot essent reuolutions eius, cui conuenit solū una in specie, quot eius cui due seu plures. Amplius, Aristoteles non concessit multitudinem actū infinitā, intellectualē etiā animā perhibuit immortalē: aut ergo animas ratioales sensit iam separatas numero infinitas, aut omnes corruptas. De his super secundū Sententiæ dicitur est plenus. Opinione ergo Aristoteles sequuntur multæ difficultates & intricationes: hinc aliqui magni doctores scripsérūt, q̄ repugnet naturæ aut rationi creaturæ, ab æternō fuisse: & efficaciter posse ostendit, q̄ uniuersum à deo de nouo creari sit: alij tamen oppositū sentiunt: quidā uero imaginant, q̄ in successu non in permanuīs opinio illa sit impossibilis. Postremo in hoc omnes concordat, q̄ mundū incepisse ita de nouo (ut docet scriptura) puta infra tēpus in ea expressum, sola fide seruet.

P R O P O S I T I O LXXXVIII.

D E C O N D I T I O N E H O M I N I S.

Rimos generis humani parentes condidit deus, non solum in naturalibus, sed etiā gratiis donis. Quod est, quia (ut in Genesi recitatur) hominem primum extra paradisum plasmavit, & protinus in paradisum transtulit illum, adduxitq̄ coram eo animalia cuncta, quibus ipse cōuenientia illorum naturis imposuit nomina: quo probatur, q̄ naturalium sc̄ientiam sibi habuit concretam. De ruina quoq̄ naturæ angelicæ, & modo colendi deum, ac causa finali sue creationis fuit instructus excellentiori modo quam coniunx ipfus. Insuper (sicur testatur scriptura) deus fecit hominem ab initio rectum: quoniam originalē iustitia cōcreauit ambo bus.

Genesi &c.

Ecclesi.

ELEMENT. THEOLOG. DE CONDITIONE HOMINIS. 54

bobus, per quā corpus animæ fuit subiectū, & sensitua pars ratiōi, ac ratio deo, ita q̄ si mens māster obediēs, nulla rebello aut inordinata motio potuissest consurgere aut oriri in carne sensituaq̄ parte: hinc de sua nuditate non erubescabant. Vnde in Ecclesiastico legitur: Deus de terra creauit hominē, & secundū imaginē suā fecit illū: posuit timorē illius super omnē creaturā: creauit ei scientiā spiritus: sensu impleuit corda illogē: addidit illis disciplinam spiritus, & legi uita h̄reditauit illos. Deniq̄ paradisus terrestris cū sit amicissimus, pulcherrimus & tēperatissimus locus, in quo nec tempestates, nec pluiae generātur, nec meteorologicæ sunt, impressioes, ualde cōpetebat proportionatiusq̄ fuit primis parentibus & habitationi eorū: quia in magno conditi erant mentis & interiorū tranquillitate, & tēperatissima corporis cōplexione, ac quādā immortalitate, qua potuerunt non mori, si uidelicet non peccarent. Sic quippe fuerant instituti, ut in eis malū pœnae non præcederet malitiā culpe: quia non decuit rationali creaturæ tā sublimiter & supernaturaliter institutæ in fligi pœnā anteq̄ incideret culpā: cum pœna sit effectus, merces & ultio culpe in huiusmodi creatura. Attamen concreatio originalis iustitiae, translatio in paradisum, mansio tā tranquilla, immortalitas quoq̄ iam tacta, erant supernaturalia dona: unde & propter trāgrelacionē primō parentū sublata sunt eis: naturalia uero quamvis per culpā aliquo modo lədantur & indisponantur, non tamen omnino tolluntur, cum & in demonibus māserint integræ, ut quarto capitulo de diuinis nominibus magnus Dionysius contestatur.

Ecclesi.

Dionyflus.

P R O P O S I T I O LXXXIX.

Sicut de angelis, ita de primis parentibus duera habetur opinio, an in gratia gratiæ & charitati fint conditi. Quod est, quia de angelis opinati sunt quidā magni doctores, q̄ in naturalibus sint facti, non in supernaturalibus donis gratiæ gratum facientes, atq̄ angeli prædestinati & salte de congruo promoverunt ac suscep- perunt ante meritoriā suā ad deū conuersiōnē: ita hi ipsi doctores, ac alij quidam de primis scripserunt parentibus: Alij uero doctores non minores, testati sunt de utrīsq; q̄ in charitate, & fide ac gratia sint plasmati: nec de his uidetur sine reuelatione certitudo posse haberī, nisi quantū ex scripturis docetur. Veruntamē quicquid dicatur de angelis, de homine protoplasto, certius reor ac uerius, q̄ in gratia gratiæ faciente formatus sit, quæ teste præallegata scriptura, deus fecit ab initio rectū, id est iustū, quod non solet scriptura nisi de uirtuoso, charitatē, fide gratiæ habente, asserere & præsertim cum iustus ex fide uiuat, secundū scripturam. De utrīsq; etiā primo parente communis & cōcors doctrina est, q̄ in originali sunt facti iustitia. Nihilominus diuersificant circa hoc ipsum dicentes, q̄ duplex est iustitia, quæ primo homini potuit conuenire ac tribuī: una originalis, confitens in debito ordine carnis sub anima inferiori, q̄ uirū, sub ratione, rationis quoq̄ sub creatore. Hæc iustitia ordinavit & rectificauit humanā naturā ex diuina institutione & donatione in ipsius naturæ primordio, ad perficiendū naturæ participes: ideo primus homo si non peccasset, iustitia istam in posteros transfuisset, non efficeret, sed per modū dispositiū ac meritoriæ causæ: quia cū transfusione naturæ iustitia ista simul collata & infusa fuisset à deo, in ipsius anima creatione & unione cū corpore. Porro alia est iustitia gratuita seu gratifica, charitati unita, que meritorios elicet actus, in qua hi qui dicunt primū hominem non esse creatum in gratia gratiæ faciente, etiā sentiunt iustum non esse productū, sed solū in prima illa originali iustitia: & addunt, q̄ iustitia illa gratuita non fuisset transfuza in posteros, quamvis primi parentes in originali iustitia perstisset. Deniq̄ horū qui dicunt primos parentes in gratia gratum faciente conditos, quidā arbitrantur, q̄ nisi tentationi succubuerint, mox fuissent confirmati in gratia, ita q̄ ultra nō potuerint peccare, atq̄ q̄ posteri eorū nō omnes nati, fuissent in gratia confirmati. Alij potius aëstimant, q̄ quamvis primi parentes præaluerint prime tentationi, non tamen fuissent confirmati in gratia, quoq̄ fuissent translati in gloriam. Alij dicunt huiusutriusq; dīci oppositū. Interim uerius aëstimol, q̄ primi parentes fuerunt in gratia conditi, & in originali iustitia atq̄ gratuita in charitate, in fide catērisq; uirtutibus ac donis spiritus sancti inseparabiliter charitati annexis: Nec enim sine charitate & fide potuerunt superiores uires animarū eoz, deo esse sufficiēter subiectæ: neq̄ per sola dona gratiæ gratis datae potuit in eis esse tam siuīa ordinatio, tamq̄ accepta subiectio carnis sub anima sensitua partis, sub ratione, rationis item & uoluntatis sub deo: inād ad hoc fides, spes, charitas, prudentia, requirebantur. Vnde & sanctus Thomas fatetur: Radix originali iustitiae, in cuius rectitudine factus est primus homo, in supernaturali confitit subiectione rationis sub deo: quæ subiectio est per gratiæ gratum faciente. Hinc B. Gregorius in Morali-

Homo in gratia creatus.

Abacuc.

Iustitia duplex.

Prima opinio.

ii.

Opinio autho-
ris.

Gregorius.

K 2 bus

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHVSIANI.

IN omnibus creaturis specialiter manifestantur, resplendent, & attenduntur tria hæc attributa, creatoris potentia, sapientia, bonitas. Quod est, quia in rerum creatione, atq[ue] in creaturæ magnitudine & multitudine, considerat ac lucet dei omnipotentia: sapientia quoq[ue] summi artificis ac primi opificis, patet in re ordinatione, distinctione & gubernatione: Bonitas vero illius innoscit in entium conseruatione, & multiplici utilitate ac directione eorum ad finem unicuique conuenientem. Potentia actum elicit, sapientia dirigit, bonitas perficit; & sicut hec tria in deo sunt unum, ita inseparabiliter operantur: Potentia namq[ue] sapienter & benignè elicit actum, & opus exercet: Sapientia potenter & benignè dirigit, ordinat, distinguet & regit producta: Sic & bonitas potenter ac sapienter conservat, mouet, perficit, regit quæ conditæ sunt. Potentia tam sapiens & benigna est, q[uia] non efficit aliquid essentialiter malum, immo nō nisi bonum nec fineret fieri mala culpe, nisi posset, & sapientialiter ac providentialiter ueller inde elicere bona. Sapientia quoque tam potens & bona est, q[uia] in gubernatione rerum, nihil relinquit prorsus inordinatum: sic & bonitas dei tam potens sapientis conficit, q[uia] nil frustra neq[ue] inaniter agit, nec ullum bonum uitritus irreveretur amittere reliquit.

P R O P O S I T I O C X . DE INCARNATIONE CHRISTI.

A Dredimendū genus humanū, incarnatū est uerbum dei æternū. Quod est, quia ut tactū est, per primā & originalem primi parentis transgressionem in ipso hoīe primo peccati eius posteritas, ita q[uia] originali iustitia iusto dei iudicio est priuata, dānatio obnoxia facta, nō solū terrestris paradisi habitatōe indigna effecta, sed coelestis quoq[ue] paradisi salute & gloria destituta, ut supra eiū p[ro] exēplū est declaratū. Porro primus humanæ propaginis parens, originali peccato, quod in ipso etiam actuale extitit ac mortale, infectus, uitiatus, corruptus, hoc est in naturalibus læsus, atq[ue] gratuitis defititus ac spoliatus, nō sic potuit sua penitentiali contritione, satisfactione ac meritis originalis iustitiae conformitatem, innocentiam donum, gratiam gratum faciente in charitatem, ac cæteros habitus uitutum & donorum charitati annexos & necessarios, ad salutem sibi ipsi ac suæ posteritati recuperare ac promereri, sicut hæc ipsa spiritualia preclara charis inata potuit ante suam laisionem, corruptionem & lapsum sibi ac suis posteris tollere, demereri ac perdere: Nempe ante suam ruinam natura tota humana fuit in ipso pulchra & integra, tanq[ue] in principio ac radice. Hinc illa persona ut talis & tanta, taliterq[ue] a suo creatore honorificata & instituta, potuit habere & habuit actionem in seipsum, & in suam posteritatem redundantem ac transeuntem: immo sicut per actionē præuaricatiōnem & iniquam, redundauit in grauissimum documentum: sic per actionem triumphalem & obedientiale redundantes in potissimum ac saluberrimum bonum, ita q[uia] nullus posteriorum ipsius periret. Præterea genere humano sic perditio & damnato, superfluenta & irreprehensibilis dei iustitia dictauit, immo ab æterno instituit ac decreuit, non redimere nec iustificare ac salvare genus humanum, neq[ue] originali illi peccato ignoroscere, ac ius auferre regatum, nisi per satisfactorem, reconciliatorem & redemptorem tam dignum, efficacem & innocentem, q[uia] meritum eius charitas & iustitia redundant & pertransire possent in universum humanum genus, ita q[uia] tam accepta uel potius acceptiora magisq[ue] grata & placita essent deo creatori, q[uia] hominis primi demeritum, inobedientia, transgressio, disperguerūt eidē. Porro talis factio[n] in genere humano, immo in toto mundo inueniri nequit, sic q[uia] pura confiteret creature, ut mox ostendit: Propterea deus pietatis & misericordia penitus infinitæ nolens genus humanum in toto perire, nec aliunde deceptos corporales ac frugales permittens omni auxilio atq[ue] remedio destitutos, excogitauit & statuit in infinita sapientię sua profunditate, congruētissimum, superrationabilissimum ac supersubtilissimum modum succurrendi, nedendi ac salubertate prouidendi humano miserabilis generi, puta per incarnationem uerbi æterni, quod in unitate personæ esset deus & homo: q[uia] ex assumpta humilitate haberet promereri, satisfacere, pati, condolere ac mori. Ex hypostatica uero coniunctione, cū increata diuina persona, puta uerbo æterno, presertim ex ipsa uerbi deitate, habet omnem superabundantissimam, in exhaustibili, & quasi immensam idoneitatē, efficaciam, dignitatē, promerendi, satisfaciendi, subueniendi deperdito generi, corruptæ quoq[ue] & destrutæ naturæ. Hac ratione sancta ecclesia & sacratissima fides Christiana fate& euangeliata dei patris unigenitū, incarnatū, & uero hominē factū absq[ue] omni derogatione suæ maiestatis.

P R O P O S I T I O C XI .

Multiplici

Deus cur ha
mo fecit.

ELEMENT. THEOLOG. DE INCARNA. CHRISTI. 60

Obediēti
rationes in deo
consultant.

Gratia grati
faciens digni
tatis.

MUltipli ratione sapiētissime declarat, nullā purā creaturā fuisse idonea & cōdigna ad redimendū totū genus humanū. Quod est, q[uia] sicut deus essentialiter sicutus est dignitatis & honorabilitatis o[ste]rformiter infinitus: ita transgressio prece p[ro]toris ipsius infinitū quodammodo enormitate fortis: siqd[em] quod maior ac dignior est p[re]ceptor & legislator, eo[rum] grauioris iniugatis est eius præuancari p[re]ceptū, contenerē sanctitatem, in honorare bonitatem, dignationem, clementiam eius. Rursus quo[rum] plures ac fortiores sunt rationes obediendi & humiliani deo, eo[rum] iniquis est non obtemperare eidē. Omnes aut p[re]cipuae rationes obediendi aliqui, q[uia] est ex parte eius cui obediendū est, cōsistunt in o[ste]rpotentia, uidelicet summa auctoritas, maiestas atq[ue] uera, munificētia maxima: & q[uia] ipsi nos fecit, & qui q[uia] habemus boni, largit[ur] ei: Eius q[uia] beneficia in naturalibus & gratuitis, & promissa ipsius in gloriæ donis innumerabilis & ineffabilis sunt omnino. Quām inestimabilis ergo uitiositas est talē ac tñ dñm nō curare & transgreedi eius iussa? Rursus cū natura communis sit ex se cōmunicabilis illimitata in infinitū, patet q[uia] illimitata pro uniuersis eius individuis satisfacere fit satisfactionis dignitatis & efficacie infinitę. Tan ta quoq[ue] est dignitas gratia gratuē facientis & gloriae electōrum in patria, q[uia] nullo queunt me rito creature puræ procurari pro specie tota: aptissimum igit[ur] fuit g[loria] humano desuper prouideri ac dari salvatōrem uitutis, ac g[loria] copiosissimum & immēl[er]e, cuius uirtus & meriti, bonitatis, gratia, ualor, acceptabilitas tam incōparabiliter transcendat oris demeritū & offensa primi parētis, quatenus omni ex parte abūdantissime succurrat fragilitati, indigētice, indignitati & insufficientiae nature humanae. Talē ergo & tantū mediatorē, salvatōrem & auxiliatōrem dignatus est pater æternus protidere ac dare hoīibus, ut per unionē & connexionem ad ipsum, p[ro] fidē, y[et] ut meritorū p[er]illius, gratia & gloria cōsequant, mediatis sacramētis ipsius, si alii facultas ea recipiēdi.

P R O P O S I T I O C XII .

SAluatorē g[loria] humani decentissimum fuit esse hoīem uer[um], sanctū & innocentē, tortius peccati expertē. Quod est, q[uia] mediatorē & reconciliatōē cōgruit cōmunicare & cōuenienter cū parte utraq[ue], ut manū suā possit ponere in ambobus. Cū ergo satisfactor et salvatōrem sit reconciliator g[loria] humani cū deo, & inter deū offensio[n]es mediator, cōgruentissimum fuit, ut homo esset prorsus innoxius p[ro] oīa placēs: non angelus & deus, sed deus & homocū patre æterno in uera cōmunicans deitatem: cū hoīibus q[uia] in uera & sanctificatissima humanitate. Præterea eum q[uia] offendit, satisfacere cōgruebat: homo aut offendit & p[ro]didit, ergo satisfactorē et expiatōrem tanti piaculi esse hoīem cōuenientissimum fuit: q[uia] ut in omnibus summe esset acceptus et placēs, debuit omni culpa carere, omni y[et] tutū p[er]fectione fulgere.

P R O P O S I T I O C XIII .

In carnatio uerbi æterni, maiestatis puritatis, incōmutabilitatis, et excellentijs suæ deitatis, in nullo est derogās, sed charitati eius, bonitati ac pietati summe et ineffabiliter decessis et cōgruens. Quod est, q[uia] incarnatio i. humanatio unigeniti uerbi ac filij dei, facta est, et cōp[er]ta in instanti totius superbeatissimæ trinitatis, omnipotente uitute, ei supernaturalissima opatione, absq[ue] omni cōmixtione et f[ac]c[on]atione, et sine omni mutatio[n]e, minoratione, ac coartatione naturæ diuinae & increatae p[er]sonæ, p[er] eleuationē & assumptiōnē naturæ in deū, hoc est ad æterni uerbi p[er]sonā, & p[er] suppositionē naturæ assumptiōnē inesse personali & hypostatico uerbi æterni sic, q[uia] in eodē esse hypostatico, in crea[re]to, superplenissimo & immēlo, in quo persona filii dei æternaliter est subsistens natura humana ab illo assumpta, à primo incarnationis in stātū actualiter est cōsistēs, uere suppositata, sustentata & constabili in illo: nō ut ipsa natura assumpta existat suppositū, sed cū natura diuina & assumptā eā persona suppositū unū cōstituit: nō q[uia] natura assumpta personalitatē uerbi quicq[ue] p[er]fectionis adiecerit, sed q[uia] persona illa increata ac adoranda, q[uia] æternaliter subsistebat in sola natura diuina, ab incarnationis primordio fuit subsistēs etiā in assumpta natura humana, nihil noui ab illa recipiens, sed suā p[er]sonalitatē subsistēt: q[uia] illi cōmunicās tūc & taliter, quando & qualiter ab æterno facere id invariabiliter dispositū ac decreuit. Præterea cū charitas sit uis unitua, transformativa, immo & idēificativa diligētis cū dilecto: Bonitatis quoq[ue] proprietas sit se diffundere, cōmunicare, largiri: Pietatis itē proprietas sit cōpati, misereri, succurrere: constat q[uia] unigenito dei, qui essentialiter charitas est, & charitas utiq[ue] infinita, ac bonitas pura, pietasq[ue] immensa, excellētissime congruebat se suæ rationali creaturæ tam intime ac proxime inseparabiliter q[uia] unire, & se ei tam exuberatissime cōmunicare, atq[ue] tam benignissime ac munificentissime eidē auxiliari, parcere, mederi, ac de uera prouidere salutem: & h[oc]c fuit diuinae maiestatis dignatio summa, miseratione plena, cōmunicatio liberalissi-

Vnigenitus
dei essentiali
ter est charitas,
bonitas & pie
tas.

1 2 ma

SApientia, omnipotentia, bonitas, charitas, misericordia, iustitia, liberalitas dei, in sua incarnatione ac ceteris sue humanitatis mysterijs eminentius, magnificientiusque resplendent, q̄ in creatione et gubernatione totius mundi. Quod est, qm̄ maius fuit diuinum incircumscribibilis maiestatis naturam atque humanae fragilitatis esentiam in unam coniunctam personamq̄ res ex nihilo procreare. Nam quis non esse et esse, seu nihil & aliqd dicantur infinite distare ab iniucem, tamen cum nil & non esse nisi aliquid positivum, non habet realem distantiam ab esse & ente seu aliquo, sed imaginariam tantum incomparabiliter quoq; plenius, mirabilius & indicibilius comunicauit, ostendit & declarauit deus dei filius suam bonitatem, charitatem, munificetiam, dignitatem, misericordiam, humanitatem assumptam, uniendo eam suam deitatem immedietam, proximam & hypostaticam unionem, comunicandoq; ei tua personalē subfictam etiam dē numero, suppositā illā in suo esse personali in creato, in quo ipse secundū deitatem externaliter est subfictus, q̄ comunicandorebus creatis dona & beneficia sua creata, ac seipsum solū modo obiectuē ad intuendū possidēdū, fruendū. Insup charismata gratiae dona q̄ gloriaz̄ a primo incarnationis instanti inestimabiliter præclariora contulit assumptam humanitatem, q̄ alicui alteri creaturæ. Rursus incomprehensibilis altitudo sapientie creatoris, imperscutabilis p̄ profunditas consilii super gloriosissimam trinitatem, super modo redēptionis genitius humani, in incarnatione verbi eterni ac ceteris eius mysterijs, incomparabiliter est refulgens in quibus & iustitia dei patris monstrat, qui maluit ut regnū suū sic pati, crucifigi ac mori, q̄ peccata multa relinquere. Quod uero sine meritis nostris summo & non obstatib; infinitis demeritis nostris, tā copiofusime & supimpericor diffusime nobis subuenit, immensitatem pietatis sue cōmēdat. Cōformiter sapientia dei interminata declarat in hoc, q; nō solū p̄ uia potest, sed potius per cōtēperationē misericordia atque iustitia sue redemit nos per Christi quoq; humilitatem, patiētiā, pauperētiā, charitatē, expugnauit & uicit dæmonum ac sacerdotum huius superbiam, odium, opulentiam & rancorem.

Non nisi uenustissimam, pulcherrimam & decoratissimam humanitatem decuit a ueste
bo aeterno assumi. Quod est, qm̄ in ter uides decet esse proportionē? Vnde
nec anima in fundū corporis nisi organizato & convenienter disposito; nec aia à
corpo separata perducit ad beatitudinē uisio[n]ē, nisi pfecte ab origine macula culpe
ac reatu purgata & libera. Cuique unitate in create personae, nō solū ad intuicō ac perfruicō dū,
imo etiam ad subsistendum simul cum ea in eodem esse personali, sit prorsus incomparabilis,
præclarissima ac uicinissima unio creaturæ cum creatore, euidentis est, qd ad eam exigatur
incomparabiliter excellens puritas, decor, sanctitas, perfectio creaturæ taliter assumenda,
namq; assumptæ a deo non qd unio uerbi aeterni cum humanitate ab ipso assumpta, non sit
in immediate facta in ipsa natura, & inter personam assumtum & naturam assumptam: sed
qd in praconceptione inuenientis diuinæ decretum sit & decentissimum iudicatum, ut non assu-
muntur natura nuda & indecorata, sed cunctis charismatis gratiæ donisq; gloriæ præex-
cellētissime, ac incomparabiliter perornata, pulchrior & radiantissima facta, usq; ad omnē
suę capacitatem repletionem (saluo statu uitiationis in carne mortali, puta quantum ad superi-
ores animi uires per respectum ad in creatum obiectum) & ita Christi humanitas (quātum
ad animam sic ornatam) ineffabiliter nullatenus in decens exitit naturam hanc tam superna-
turalissime uenustatam & nobilitatam, hypostaticē uniti uestbo aeterno.

EOdē instāti quo defūperē creatā est aīa saluatoris, exuberatissime est repleta cū cōtis excellentissimis supernaturalibus donis, eius statū, dignitatē & perfectionē decentibus. Quod est, qāin primo suę creatiōis instāti unita est uerbo eterno, nō solū ad clarissime intuēdū, ac deliciōsissime p̄fueđū, sed itē ad subsistēdū in creato hypostatico esse uerbi, iñ ordine dignitatis primo ad taliter subsistēdū, deinde ad beatificē cōtēplātū, sc̄cōde instāti exuberatissime est lumine gl̄ie p̄impleta lypidissima totū supbeatissimæ trinitatis beatifica cōtēplatiōe, cū incōpabili excellētia supimpleta; proportionata q̄q fruitiōe increata dulcedinis inebriata. Tūc demū adimplēt⁹ & decoratus est intellect⁹ aī Christi multipli sapiētia, puta sapiētia btōs, & q̄ia uidit in uerbo eterno in dī suo exordio

præterita, præsentia & futura, non autem scit simpliciter infinita: non enim scit omnia quæ deus cognoscit scientia simplicis intelligentiarum, & quæ omnipotens uirtus ipsius facere potest. Tunc denum impletus est eminentissime intellectus animæ Christi, scientia inclita seu infinita, qua omnia intra se noscit per species sibi concretas, cuncta scilicet mysteria gratiarum ac salutis humanæ, operata naturæ, & totum ordinem regum, sed & naturalis scientia & experimentalis ascribitur ei. Amplius dona spiritus sancti ad intellectuum uim pertinet, & ea perficiunt, ut sunt sapientia, scientia, intellectus, consilii. Hæc sumendo secundum q[uod] inter sepe dona computant, p[ro]fectissime sunt in Christi intellectu a sui principio: gratia quoq[ue] propheticus notitia ac summa prudentia. Præterea uoluntas anima Christi iugiter fuit in omnibus charitate & dilectione dei & proximi, præ omnibus sanctis in aestimabiliter profluit perfecta, donis quoq[ue] pietatis, fortitudinis & timoris præclarissime decorata, sed & omni uera iustitia: nec in memoriam aie Christi ulla cadebat obliuio: profecisse tamen afferit Christus, quantu[m] ad manifestationem & usum ac fructificationem sue interioris perfectionis. Insuper essentia animæ salvatoris exiit plenissime decorata gratia gratificante, q[uia] fuit in ipsa gratia capit, in quantum ex gratia illius plenitudine mēbris suis in fluxu: & etiā gratia p[ro]fons, in quantum p[ro]sona eius quo ad naturam adiunxit p[ro]fectit: quæ gratia quis nō fuerit simpliciter infinita, puta creato essentia, philibet tanu[m] quodammodo infinita, q[uia] tota capacitate aie Christi omnino impletu[m], & tota gratia eminētiā cōprehendit. Interdu uero dicit humanitas Christi sola gratia à uerbo assumpta: in quibus uerbis gratia pro increata gratia, hoc est pro diuina pietate & dignitate accipit: ex qua principaliter factu[m] est, q[uia] uerbu[m] ēternū humanitatem assumpsit, quæ etiam gratia unionis interdu uocat, & antecedenter se habet ad incarnationem: Quandoq[ue] uero p[re]fata gratia capitis grā dicit[ur] unionis. Ex introductis innotescit q[uia] fides & spes non fuerūt in Christo, cū fides obscuram & enigmatisam dicat noctitiam, spes aut[em] absentiam caretiamq[ue] beatitudinis. Postremo uirtutes morales & cardinales & ceteræ que nullam in sua ratione imperfectionem includunt, fuerunt et sunt in anima Christi excellētiissime secundum statu[m] perfecti quo in uiris heroicis esse censem, imo ineffabiliter eminentius q[uia] in illis: siquid è omnis uirtus et habitus, omne donu[m] charifina atq[ue] perfectio quæ Christo attribuuntur, conueniunt ei in plenitudine et excellentia tanta, q[uia] creatura illoq[ue] capax nō est in eminentia ampliori, quæ admodum etiā quicquid cōuenit deo secundū deitatis naturam, cōuenit ei cum perfectione simpliciter infinita. Interim aduterūdum q[uia] gratia gratis data, appellant quæ ad cōmuniū alioq[ue] utilitate, profectū, conuerſionē et salute ordinant[ur] ac dant, ex q[ui]bus et per quæ ea quæ fidei sunt, et supernaturalis doctrina persuadētur, confirmant atq[ue] a deo esse monstrantur. Cūq[ue] salvator fuerit euangelica legis institutor, catholicus quoq[ue] fidei euangelizator, et supernaturaliū ac incōprehensibiliū documento assertor, præcipue decuit eum dona gratiarum gratis datae in excellētiā summa habere, imo et talia suis cōferre discipulis. Vnde loquuntur et eis: Infirmos curate, mortuos suscite, demones ejicite. Itēq[ue], eos qui crediderint h[ab]et signa sequentur: In nomine meo demones ejicite, linguis loquentiis, serpentes tollent, et si mortis feret, q[uia] biberint, non eos nocebit.

IN Christo utraq; natura m̄a sit integra & perfecta, iccr̄co communicatio idiomatum habet in ipso locū in qua qd propter quid dicas sapiētialiter est p̄sandū. Quod est, qm̄ Christus in unitate p̄sonæ est uerus deus; id eouerā, eternā & incōmutabilē habet in se deitatem ut sui essentiam ac naturam, & uerus homo; propter quod uerā habet humilitatem ex anima rationali & humana carne constantē nec aliqd uerbi in carnē mutatum est, ut dixit rudis & impius Apollinaris nec ex utraq; natura coſtituta est tertia, ut Eutices finxit: nec per solā & excellētē gratiē inhabitatiō facta est unio amboꝝ naturarū in Christo, ut iniici dei Nestorius patriarcha Conſtantinopolitanus, Diſcorus quoq; patriarcha Alexadrinus, & ante eos Photinus Melopotamiaꝝ episcopus sunt mentitiꝫ quorū perfidiā usq; in præſens Saraceni ſequuntur, dicentes qd Christus ſi purus homo, nō uetus deus. Hinc fatemur, qd in Christo fuerūt & ſunt due operations, loquēdo in generali, diuina uidelicet & humana. Qz itē in ipso ſunt duo intellec̄tus & due uolūtates, duæ ſapiētiae, duæ ſcien- tiae, duæ dilectiones, duæ itidē potestates, puta diuina, increata, immēta, eterna & humana, creata, finita. Hinc ſc̄tūs Dionyſii optionē Christi uocat *dua uolūtates, i.e. deuiniuſilē*. Vnde in Christo humana attribuiunt deo, ut eſe cōceptū & natū ex incōparabili et felicissima yngine, eſe paſſum, crucifixū, ſepultū, eſurisse, timuiffe &c. Diuina quoq; homini ascribiuntur: ut qd Iefus eduxit populuſ de Aegypto, mundū ſaluuauit, creator eſt ſuę matris totiusq; orbis, & ab ipſo

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHVSIANI,

spiritus sanctus procedit: quia Iesu se Iesu Christus in his & consimilibus uestibus increatus supponit psonam: & hoc comunicatio idiomatis nesciupatur, sermones, & diuina sunt exprimitur, hoc est
perit, & diuina de hoie predicantur, sermones quodque humana sunt designatae, covenienter deo, et enuntiantur de eo. In quibus sapienter oportet perpendere, quod propter quod dicitur, i. ratione cuius nature
hoc, quodlibet affirmatur de Christo, uidelicet propter unitatem psonae, & formaliter ratione
aliquius specialis natura. Eternum quamvis humana deo sic ascribantur, hoc tamen originaliter ac
formaliter est ex parte humanitatis assumptae, ut esse passum, cum deitas aeternaliter impensis
bibilis pleueret, si & diuina dicuntur de hoie illo, ut cuncta creasse, propriis ratione diuinæ natu-
rae. Ie circa secundum Hieronymum utramque natura in Christo opata est cum communione alterius,
quemadmodum & cum alterius communione fuit constituta: non tamen diuina in subsistendo
& operando dependebat a natura humana, in modo econtrario.

P R O P O S I T I O N E C X V I I

HVmanitas Christi se habet ad personā uerbi assumptis ut instrumentū animatū, propriū, coniunctū & immediatū; quēadmodū corpus organicū se habet ad aīam rationalē ipsum informantē, uiuificantē, mouētē & gubernantē. Quod est, qm̄ unigenitus dei patris factus est homo, quatinus per assumptiōē ā se humanitatē ope raret nostrā salutē in medio terre, satissimē dō & moriendo pro nobis, exēplis etiā & doctrinis nos informando, & inter nos conseruando; certiū est, q̄ huiuscmodi actiones ac passiones diuinæ nequeant inessi aut cōuenire naturæ, nec diuinæ persona ex parte naturæ diuinæ. Iccirco uerbū & ternū assumpsit naturā humanā in unitate personæ, & societati quādam atq̄ cōmunionē personalitatis propriæ, ut in ea & per eam tanq̄ per instrumentū sibi immediate cōiunctū suppositaliter p̄ unitū exerceret nostra redēptionis mysteriū, quēadmodū aīa nostra per corp̄ suū exegit suos actus. Insuper sicut aīa nostra efficit multa per diuersa instrumenta, separata, cōmunita, ut per securim, terribellum, pugionē ita & uerbū primum per diuersas creaturas tā uisibiles q̄ inuisibiles multa operat, tanq̄ p̄ leparata & cōmunita instrumenta.

P R O P O S I T I O N C X I X

Multa conuenient Christo ratione naturae assumpti, ut esse predestinatum, esse sacerdotem & sacrificium, esse aduocatum, intercessorem & mediatorum. Quod est, quoniam predestinari & præordinari ad uitam beatam, hanc est prædestinationis passio. Actum uero predestinationis, est præordinationis mentis diuinæ eorum, quæ per gratiam cordis summata sunt gerenda in tempore. Cum per diuinam pietatem & misericordiam, que interducat nominata gratia increata, atque per gratiam unionis & hypostaticam coniunctionem in tempore factum sit gratio dei, quod homo est deus & summe beatus, deus quoque fit homo, constitutus quod Christus recte predestinatus uocebat, non quo ad diuinam naturam, sed quantum ad humanitatem assumptam in omnibus illa proprie loquendo fit prædestinationis, uel dici possit filius dei; nam predestinari cōpetit magis supposito. Vnde & Christus cōpetit ratione naturae assumpti; nec folium hoc conuenit ei, sed etiam quod ceteri electi & predestinati dicuntur electi & predestinati in ipso: quia diuinus est decretum, ut effectum predestinationis consequatur per ipsum. Propter quod predestinationis Christi dicit exemplar & causa nostræ predestinationis, & hoc quantum ad effectum & terminum predestinationis, non quo ad predestinationis actum, qui est ipsius eternus predestinans. Hinc ad Romanos dicit Apostolus: Qui predestinatus est filius dei in iurite, quod qdam sic expouerunt: qui uidelicet Christus, existens filius dei in virtute, id est filius dei in naturalis omnipotens, predestinatus est secundum naturam assumptam, sicut & passus, & mortuus fuit secundum eandem. Alij dicunt per gratiam unionis peractum, ut filius regnans sit dei filius naturalis. De hoc super tertium Sententiam, & super Epistolam ad Hebreos dictum est plenus. Amplius dñs & salvator ratione assumptus natura, appellat sacerdos & hostiatus quoniam (teste Apostolo) semetipsum obtulit deo oblationem & hostiam in odore suavitatis. Iugiter quoque intercessit pro nobis, est quod aduocatus noster apud patrem, cui ostenditur latus & multiter, inquit totius conuersonis ac passionis suæ in seculo isto meritorum, gratia ac virtute, & ita est propitiator & propitiatio pro nostris peccatis, ut in prima sua Canonica sanctus ait Ioannes. De sacerdotio autem & pontificio Christi spirituali atque perpetuo, non legali, diffuse tractat Apostolus in epistola ad Hebreos. Denique tota uita & conuersatio Christi in carne mortalium, a primo incarnationis instanti usq; ad instantis sue expiracionis in cruce, fuit quasi una continua missa ac celebratio, qua se inde sinenter obtulit patri pro nobis, uoluntate promptissima, & effectuosisime orauit pro nobis: & quicquid deliberata uoluntate precatus est, impetravit. Vnde apud Ioannem protestat ad patrem: Quoniam semper me audis.

Propositio

ELEMENT. THEOLOG. DE INCARNATIONE CHRISTI. 62

P R O P O S I T I O C X X

Christus à primo sue incarnationis momento promeruit excellētissime. Quod est, quia à primo illo instanti anima eius fuit in sapientia atq; scientia, ut est ostensum, perfecta, & nouit se esse creatā ac uestro eterno unitā, ut per eam & corpus eius redimeretur genus humanū, & omnīa clare uidit in diuina essentia: Protinus ergo ex quo cœpit & agere id, ad quod se uidit conditū taliter & assump̄tū, hoc est super beatissimā trinitatē clare per specieē contrēplari, eius beneficij incōparabilibus regnificari, & spe cialiter uestro eterno, à q̄ uidit hypostaticē se assumptā: Orare quoq; pro genere humano, & condolere hominib; sej̄ paratissimā exhibere ad agendū & patientiū universa & singula, quæ trinitas summa dīpositū & praeuidit eam facturā & pasturā pro hominā redemp̄tione, gratia & salute. Deniq; Christus cōprehensor extitit & uiator, nec ut cōprehensori cōpetebat mereri, sed ut uiator, in quantum passibilis erat, in carne degens mortali, sic demū efficacissimus fuit ad promoterendū, tum quoniam amabilissimus & acceptissimus fuerat deo patrī, & in omni uirtute tam summe perfectus, ut capax erat natura creata: tū quia in charitate dei & proximorū singularissime feruentissimus fuit & consummatus tū quia inde sinenter promeruerit actu, ed q̄ nulla occupatio alia impeditre potuerit mente eius ab actuālī conside ratione & appetitione nostrā salutis: ideo nec ab orationē internā: tū quia in ipso fuit gra tia capitatis atq; perfectio generalis, per quas summe fuit idoneus omnibus promoteri. Pre terea universa quæ egit & pertulit, ad nostrā ordinavit subuentiōne ac dei honorē, ad patris gloriā & nostrā salutē: Cūcirco per omnia illa nobis promeruit, multa ei innumerabilia ac maxima bona, gratiēt et salutis beneficia, auxilia ac uaria prorsus charismata: et sicut pre habitū est, in omnibus his Christo honiū seu eius humanitatē inerat inestimabilis idoneitas promoterendū ex deitatis natura ac dignitate immensa. Insuper ut homo uiator meruit Christus habēp̄i præmia quædā accidentalia, sui corporis glorificationē, sui nominis dilatationē, et iudicariā potestate: q̄ nihilominus sibi cōpetebant ex hypostaticā unione cum uestro. Postremo merita Christi oportet hominib; aliq; mō per fidē et sacramēta seu aliter applicari, ut infra dicetur.

PROPOSITION CXXI.

Christus caput est omnium electorum, ac totius militantis ac triumphantis ecclesie. Quod est, quia quemadmodum caput corporale eminet ceteris membris, et omnes sensus in eo plus uigent, alioz quoq; membroz sensatio ac motio, uita et gubernatio a parte dependent; sic Christus eminet cunctis hominibus, atq; ex plenitate gratiae suae influit alijs quoq; spiritualis sensatio, uita, motio et gubernatio dependent a Christo q; dixit: Sine me nihil potestis facere. Nempe ab ipso est uita gratiae ac motus, operatio, uirtus, sensus spiritualis et gubernatio salutatis; præcipue uero est caput habentium charitatem. Est ite caput angelorum, quibus etiam secundum assumptam humanitatem prælatus est & influit, imo & de multis eos illuminat. Porro cum caput corporale ac naturale eiusdem naturæ sit cum membris suis, Christus quo ad hoc magis proprie caput hominum, præsertim fideliū, appellatur; Itaq; sicut multa membra corporalia per nervos & alia inuicem copulata & uniuersa sunt unū corpus naturale organicum, cuius caput est pars eminentis & supremæ; sic uniuersi fideles fide, spe, charitate conuenient, sunt unū mysticū corpus, cuius spirituale caput est Christus, cui secundum animam suam conuenient esse caput angelorum non proprie quantū ad corpus. Postremo Christus secundum naturam diuinam caput est principale omnium electorum, sicut & trinitas summa quæ unus est deus, principaliter influens omne gratiae ac gloriae uita, & omnem actum uirtutum, & Apostolus fateatur caput Christi deus, Christi in quantum hominis, secundum assumptam uero naturam causa est gratiae ac uirtutum meritoria, secundum uita in strumentalis.

24 Louis

mut homini s; secū 1.Cor.1.

P R O P O S I T I O C X X I I .

Pafio Christi ex parte passi, summe meritaria & fructuofissima fuit. Quod est, quoniā passionē & mortē ex perfectissima & feruentissima dilectione dei & hominū acceptauit & pertulit, eāq[ue] ad patris honorē & hominū ordinauit salutē, & stūtissime cupiens per eā recuperari honorisfectiū altissimi creatoris, per coētioneū & unionē hominū cūctōr ad ipsum generisq[ue] humani ruinā per fidē, p[ro]cenitentia & gratia consummatā; preterea ex promptissima atq[ue] humillima obediētia omnia tolerauit, in quantum sup gloriofissima & sup sapientissima trinitas p[re]ordinauit & decretū oīus in statuare in Chro, & p[er] eius passionē coplere humanarū redēptionis mysteriū & effectū, beneficiū ac mēdēla, antidotū &emplastrū, qd totū in Chri incarnatiōe extitit inchoatū. In tota q[ua]c[un]q[ue] cōuerſatiōe, tribulatiōe ac patiētia eius in seculo hoc profecurū, & in passiōe ipsius cōpletū. Vñ in cruce p[er]dēns & expiratiōiā proxim⁹, dixit: cōsummatū cū inclinatiō capite, cū dixisset:

卷之三

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

Luc 23.
Philip 2.

Pater, in manus tuas commendabo spiritum meum, tradidit spiritum, factus obediens usq; ad mortem. Insuper ex incomparabili misericordia, pietate, compassione, liberalitate, constanza, sustinuit cuncta ineffabiliter, malens illa omnia pati, q; genus perire humanum: ideo liberalissime & se totum pro illius saluatione exposuit. Nec solum dignatus est mori pro causa tam salubri & pia, imo etiam ignominiosissimum ualde q; diuturnum & acerbissimum genus mortis pati elegit, quatenus copiosius subuenire hominibus, & abundantiorē eis gratiam mereretur, perfectiora quoq; uitritum exempla ipsis praberet, & uā ad eos dilectionem plenissimam exuberantius declararet. Præterea ex hoc passio sua incomprehensibiliter fuit meritoria, fructuosa, saluifica, q; corpus suum & animam, uitam & sanguinem tam inestimabilis dignitatis & acceptabilitatis, ex unione hypostaticā cum uerbo aeterno dedit in preium nostræ redēptionis. Hinc passio Christi in quantum ex tanta charitate, pietate, obedientia, liberalitate, aliarūq; uitritū perfectione acceptata, tolerata & ad nostram salutem relata, atq; à salvatore tam præstantissimo & pretiosissimo ac deo petri summe dilecto assumpta fuit, totius supersanctissimæ trinitatis copiosissime placatiua, & pro originali peccato, ceterisq; excessibus generis humani superabundanter satisfactiua & redemptiua, puta deo multo plus placita, grata & honoratissima ipsius, q; primi parentum ac posteritatis ipsoq; offensa, iniuria, ingratitudo, impietas fuerat displicens, detestabilis & injuriosa. Interim dolor interior compassionis Christi dolorem sua corporalis passionis excessit, uehementissime quippe condoluit ingrat & peritur, suis quoq; discipulis spiritualiter lapsis, ac sive dignissimæ & amantissimæ genitrici, in qua tunc dolor parentium extitit duplicatus.

P R O P O S I T I O CXXXIII.

Anima Christi tempore passionis fuit in maximo gaudio beatifica fruitionis, in uehementissimo item dolore passionis & cōpassionis. Quod est, quoniā Christus (ut patuit) fuit viator & comprehensor: Viator quantū ad carnē suam mortalem sensitiusq; uires interiores & exteriores, in quibus omnibus intentissime proprijs & distinctis patiebatur doloribus. Fuit etiam comprehensor quantum ad superiores animæ suæ potentias, per comparationem & respectum earum ad in creatum obiectū: sicut in maximo fuerat gaudio fruituæ beatificæ uisionis. Nihilominus in quantum uires illæ fundatae fuerant, subiectæ & radicatae in essentia animæ, quæ tunc tota extitit in dolore, etiam in eas ut sic redundauit passio atq; compas sionis saluatoris: nec tam contraria simul fuerant in eodem secundum idem & respectu eiusdem: Nempe potētia animæ pati potest duplíciter, puta proprie & à suo obiecto laetuo, ut dum tactus affligitur frigore aut calore; & sic superiores uires animæ Christi non patiebantur per respectū eay ad in creatum obiectū. Secundo patitur uis animæ quasi per accidens, ratione sui subiecti, quemadmodum Iesu organo auditu uis affligitur auditiu, uis itē uisua, si vulneretur pupilla; sicq; potentia ille superiores tunc patiebantur, imo & gaudebant de passione, in quantum tam saluberrima fuit & fructuosa.

P R O P O S I T I O CXXXIII.

Effectus dominicæ passionis multi ac maximi sunt. Quod est, quia per passionē filij dei completum est totius nostræ saluationis remedium: ideo passionis illius effectus sunt deleterio originalis peccati, ob cuius reatum sancti detinebantur in lymbo patrum, ita q; originali illud peccatum non imputatur his quibus applicatur & communicatur uirtus, meritū, seu gratia dominicæ passionis. Cumq; propter illius peccati demeriti & reatum genus humanum impidebatur à coelestis regni ingressu iecirco aperi torianu regni, & paradisi superni uocatur dominicæ passionis effectus. Similiter ceterorum deleterio uitiorum & quia per culpam rationalis creature creatori est displices, debitrixq; supplicij: Hinc reconciliatio, satisfactione, redemptio hominū, opus est passionis domini saluatoris. Rursus quia qui peccat seruus est peccati, & sub iugo diabolito, hoc liberatio à seruitute uilissima culpa, atq; à iugo & potestate diaboli, effectus sunt passionis præfatae. Similiter collatio gratia in præsenti, & gloria in futuro: imo & liberatio ab omni miseria, defectuositate & passibilitate, quas per originale peccatum & alias culpas incidimus, huius passionis saluberrimæ sunt effectus.

P R O P O S I T I O CXXXV.

In saluatore tempore passionis nulla fuit redundantia consolationis à superiori animæ sua parte in partem eius inferiorē, sensituum & corporalem. Quod est, quia ut passio sua esset acerbior & magis meritoria, ac subuentoria nobis, redundantia tamen uoluntarie sua inferiori parti subtraxit, per quod suis fidelibus copiosam & piā me ruit

ELEMENT. THEOLOG. DE INCARNATIONE CHRISTI. 63
ruit consolationem in persequitionib; ac tribulationib; suis. Doctrinā quoq; exhibuit salutarem ne dissidentia aut pusillanimitate frangantur, dum in temptationib; afflictib; & exercitiis suis consolatione, dulcore, alacritate priuantur. Hinc pendens in cruce dixit: Deus meus deus meus, ut quid dereliquisti me.

MAR 14.

P R O P O S I T I O CXXXVI.

Tempore passionis separata est anima Christi à corpore suo, & econuerso: ideo uere mortuus est: ut runq; tamē mansit uerbo aeterno ac diuinæ natura unitum. Quod est, quia in puncto mortis anima Christi desit informare & uiuiscere cor pusipius, & recessit ab eo realiter atq; localiter descendendo in lymphā patrum sanctoq; quos protinus uisitans illustrauit sua presentia, qui eodē momento a superbeatissima trinitate repletu sunt lumine gloriæ, & deū uidere cceperunt facie ad facie, quia iam factis factū fuit per Christū pro originali peccato, pro cuius reatu detinebantur ibidē: iecirco obstatculo illo deleto, mox in spirituali paradiſo sunt constituti, hoc est, in diuinæ essentie sublerrima uisione. Vnde in cruce Christus dixit latroni: Hodie meū in paradiſo eris. Porro q; uerbi aeternū sc̄mē assumpſit, puta animū rationale & corpus nunq; depositit, quāvis illa duo in triduo mortis ab initio c̄ separata, atq; in resurrectionis momento denouo fibiūnūcē cointuita. Hinc in triduo illo corpus Christi uirtute uerbi aeternī mansit confitēs sine alia forma substantiali informantē, ut uerius creditur.

P R O P O S I T I O CXXXVII.

Sicut ualuator sua humiliacione, crucifixione & contumeliosissima deiectione meruit glorificari, exaltari, & uiuoz; ac mortuoq; iudex constituit. Quod est, quoniā premiū correspondet merito quadā lance iustitia, & ei proportionatæ quitatis tenore, Hinc filius de factus homo, se in hoc modo tā profundissime humiliando, meruit maxime exaltari: tāq; acerbissimā atq; turpissimā morte patiētissime tolerando, promeruit in corpore celeriter præ ceteris glorificari: resurgendo & ascēdendo: & confusibiliissimā q; diuisectionē & condemnatione ad crucis patibulū mitissime & innocētissime sufficiendo, meruit omnū hominū iudex cōstituit. Veruntamē omnia accidētalia ista premia, etiā Christo homini cōpetebant ex unione sue humanitatis cū increata uerbi persona: attamē meruit eaſibi, ita q; pluribus modis ac rationibus sibi debebant. Insuper tanta fuit beatitudine & glorificatio animæ Christi in superioribus uitibus suis, q; ipsa ab exordio redundasset in corpus sensituumq; partē ipsi, sicut post resurrectionē cōmune felicitas animarū sanctorum in eare corpora redidabit, nisi deo sic ordinante ac disp̄lante, dilata & suscepſa fuisset redundantiā illa usq; ad resurrectionē.

P R O P O S I T I O CXXXVIII.

Christo absolute loquendo debet latræ cultus: attamen ei secundū naturā assūptā, debetur dulie uel potius hyperdulie ueneratio sancta. Quod est, quoniā latræ est uirū moralis, & inter Morales p̄st̄tior, parsq; iustitiae subiectuā deo, cultū ceremoniāq; impēdēns, propter propriā, lūminā & imparicipatā maiestatē & dignitatē ipsius: ideo cultus latræ propriū sumptā, non nisi uero deo debetur, qui solus est propriæ adorātio, hoc est colendus & inuocādus tanq; altissimus p̄ncips, per se & propria potestate potens saluare, aliq; tñ adoratio latius sumitur pro dulie cultu: sicutq; Nathan legitur regē David adorasse. Cumq; Christus sit uerus deus, constat q; cultu latræ sit condignus, imo cū una persona sit uerus deus & uerus homo, ipsa persona homo consistens & in humanitate subiecta, est cultu latræ honorādus, nō tñ seorsum humanitas eius, imo eius humana natura secundū se: & Christo ut homini, puta secundū naturā suā humanā cultus dulie exhibetur: Dulia quippe est uirtus moralis, creaturis in aliqua sublimitate cōstitutis, honore debitu exhibēs. Hinc Christo homini & eius humanitatē hyperdulie excellēter debet, deinde sacratissimē uirginē eius matrī. Dicit nāq; hyperdulia, ab vñp; quod est super, & dñm seruitus, quasi summa seruitus. Deniq; tota trinitas una & eadē adoratiōe colecta est, puta unus tñs, uerus deus, cū in ipsis personis sit una numerom maiestas & deitas: nihilominus cū unaq; q; increata persona sit in se uere subiecta persona, ac deus omnipōtes uniuersorū creator, potest unusquisq; fidelis preces suas specialiter dirigere ad qualibet diuinā personā, & ē secundū se specialiter exorare: nō tñ cū actuali aliaq; personaz; exclusiōe, quasi ipsa sola sit adoranda. Hinc in missæ officio ordes ecclesiæ ad patrē specialiter effunclunt: interdu ad filium, ut cū dicimus: Fidelissim⁹ deus omnīū cōditor & redemptor; cōmuniter uero ad patrē, tanq; ad totius trinitatis principiū: i. primā fontalē personā anullo manantē: Sic & aliquæ laudes, orationes, hymni, sequētia, ad spiritū sanctū specialiter depronunti.

Dulia quid.

Pro-

Duplex in
Christo filia-
tio.

P R O P O S I T I O C X X I X .

Christo conuenit natuitas duplex, & filiatio solum una. Quod est, quia naturitas concernit naturam res etenim dicitur generari cum per realem productionem sortitur naturam secundum similitudinis proprietatem; filiatio uero concernit personam non enim natura rei generata, sed persona seu hypostasis genita propria nuncupatur filius generantis. Cumque in Christo sint duae perfectae naturae & una sola persona, patet ueritas theorematis huius. Aliquis tamen apparet, qd in Christo sit filiatio duplex, ratione duplicitatis naturae duplice generatione accepta: Nam & persona proprie dicuntur nasci ex genito, non natura. Veruntamen quicquid horum potius defendatur, cauen- dum ne Christus dicitur filius duo aut duo natu, cum unus & idem sit filius dei patris & uirginis matris. Interim postea Christus dicitur filius uirginis, non filiatio reali existente in ipso, sed reali maternitate existente in matre, & quia realiter ex ea est natus: quemadmodum deus realiter est creator, non reali relatione existente in ipso, sed in creatura.

P R O P O S I T I O C X X X .

Tncarnatio potissimum decuit unigenitum dei, non patrem nec spiritum sanctum. Quod est, quoniam in carnatus est dei, ut sit inter deum & homines mediator. Cumque ab aeterno fuerit persona media in diuinis, sibi specialiter congruebat ratio, opus, proprietas mediatoris. Rursus tam angelus qd homo immoderate optando similitudinem dei, unigenito patris filio specialiter derogauit, cum filio approprietur aut propria sit similitudo cum patre. Hinc pater quasi zelans pro filio damnavit utrumq; quod certes filius, zelans & ipse pro patris recuperando honore, instaurando qd domino, a sumpsu formam serui, ut lapsum hominem repararet, atq; angelicam recuperaret ruinam. Preterea ei qui ab aeterno extitit filius dei patris, magis competebant nomen & ratio filii uirginis matris, ne in superbenedicta trinitate essent filii duo. Infuper homo cum sit rationalis & intellectuallis nature, unigenitus dei, qui est sapientia patris, & uerbum intellectus paterni, cum homine specialem quandam conuenientiam habet.

P R O P O S I T I O C X X X I .

Passiones animae que sunt quedam affectiones appetitus sensitiui, fuerunt uere in Christo tempore passionis & ante: ac aliquo modo postea. Quod est, quia huiusmodi passiones sunt motiones naturales, nec sunt in se defectus detrahibilis. Defectus autem detrahibilis Christus non assumpsit, sed inde detrahibilis. Nihil quoque eorum que creator in nostra ab exordio plantauit natura, defuit Christo in natura assumpta: Hinc passione innuente expauit, & tristitia sua animae eius usq; ad mortem. Veruntamen cum uirtutes morales perfectissime in Christo extiterint, & anima eius a sua creationis initio fuerit summe confirmata in bono, immo & hypostatici iuncta uerbo aeterno, passiones praeterea nunq; fuerunt in Christo inordinate neq; immoderate, neq; iudicium rationis praeuidentes, immo ex praeuicio rationis iudicio: propter quod in ipso uocantur magis propassiones qd passiones. Nec dubium quin in passionibus peccatalibus, ut sunt timor, dolor, tristitia, uehementer promeruit nobis. Deniq; legitur: Contristatus super cecitate cordis eorum, circumspectiens eos cum ira, dixit. Porro quod Esaias predixit: Non erit tristis neq; turbulentus: de inordinata tristitia dictum est. Postremo post resurrectionem non fuerunt in Christo passiones peccatales secundum qd tales, ut timor, tristitia, sed delectabiles salte nonnulli.

P R O P O S I T I O C X X X I I .

DE INSTITUTIONE SACRAMENTORVM.

Dominus ac salvator euangelicae legis dator & institutor, ante recessum suum a seculo isto, per ascensionem in celum septem instituit sacramenta noua & euangelicae legis, tanq; septem medicinalia uasa, per quae uirtus, gratia & meritum omnium hominum quia assumpsit, fecit pertulitq; pro nobis, applicantur hominibus. Quod est, quoniam Christus dominus uenit in hunc mundum per humanitatem assumptam, ut genus curaret humanum ab omni labore, infestatione & languore culpa, puta peccati originalis & personalis: peccati actualis & habitualis: peccati mortalium ac uenialium: quemadmodum itaq; medicus carnalis ac naturalis, accedens ad agros multos uarijs aegritudinibus laborantes, secum afferit plura medicinalia uasa, in quibus diversa continentur medicamenta uariarum aegritudinum curativa. Sic medicus ille spiritalis, coelestis, omnipotens, supersapiens, que nil latet in carne mortali assumpta, inter homines conuersans

conuersans ante suam passionem instituit septem sacramenta, tanq; medicinalia uasa, saluberrimaq; unguenta ad omnium uitiorum medela & cura idonea, in quibus uirtus & gratia non soli figuraverunt, ut in sacramentis veteris testamenti designatur: uerum etiam efficaciter atq; causaliter, modo admirabiliter, uix comprehensibili & effabili continet: Et enim uirtus & meritum passionis Christi est sicut universale remedium contra omnem peccatum, quod ad curandum diversa uicia hominum particularia opus est applicari & comunicari hominibus per instrumenta varia proportionata ad producendum distinctos particularis effectus curationis interiorum, ac gratia, dono, uirtutum, fructuum, beatitudinum & perfectionum. Interim quoniam rationalis creatura ex corporali ac spiritali constituta, atq; p. sensibilia ac spirituali ac diuinorum agnitione deducit, Christus sacramenta ista in sensibilibus signis materialiter instituit, in quibus spirituales gratiae ac uirtutes curative, conferuative & presentative continent. Postremo quoniam aliqua sacramenta euangelicae legis ante salvatoris aduentum instituta legantur, ut matrimonii & penitentia in lege naturae nihilominus a Christo sunt instituta, secundum qd sunt ecclesiastica sacramenta gratiae contentiva, significativa & effectiva. Postremo sacramenta ista de super in septenario numero sapientissime sunt statuta: nam & septenario universitas designatur: Haec autem sacramenta tam pauca uniuersi procedentia sacramento uirtutes & efficacias continent, septem quoq; donis spiritus sancti correspondent, & septem, immo universa ejiciunt & expellunt demonia, i. peccata mortalia. Primus hoc sacramentum putat baptismus est introeuntum ecclesiastice militante: Secundus, ut confirmationem, est prelantum in eadem contra aduersarios suae salutis: Tertius putat Eucharistia, cibus est atq; uaticiniu utrorumq; Quartus, id est penitentia, est reuulsio ac resurgentia a peccato: Quintus, uidelicet extrema unitio, est exitium prelenti exilio: Sextus, scilicet ordo, est ministerium in ecclesia, ac administrantum alijs ecclesiastica sacramenta: Septimus, est prolificantum ad participandum sacramenta praefata, ut matrimonium quo conseruantur fideles.

P R O P O S I T I O C X X X I I I .

Baptismus est regeneratione spirituali, & ceterorum ianua sacramentorum. Quod est, quoniam sicut in uita naturali & corporali primo coportet rem de non esse ad esse naturae procedere in uita spirituali gratuita, neceesse est hominem nondum spiritali ter existente esse aciuere spirituale acquirere, quod fit primitus in baptismo: uel realiter & ex equitate suscepto, aut in mente intento ac uoluntatis affectu atq; proposito iam assumpto. Etenim in adultis mox ut ueracriter poenitent, peccatum omne (quantum ad culpam) dimittitur, non sine gratia gratifacientis infusione, dummodo ipsa sacramenta ecclesiastae accepere tempore opportuno cupiant ac proponant. Hinc triplex assignatur baptismus, uidelicet baptismus illuminis, id est aqua, qui necessarius est simpliciter nondum adultis, nisi forsitan pro Christo interficiantur: seu propter fidem, ut innocentes ab Herode perempti: tales ergo baptismus sanguinis sunt salutis: aut facilius in utero, sicq; baptismus flaminis evinuntur. In baptismus aqua est materia salte remota: & ipsa ablution uel intinctio in aqua, materia est propinquus, atq; realiter & essentialiter ipse baptismus: forma uero ista uerborum: Ego te baptizo in nomine patris & filii & spiritus sancti, est forma sacramentis istis: Neque in omnibus sacramentis nouae legis sunt materia & forma, seu aliquid materiale & aliquid formale. Denique praeterea forma uerborum non licet mutare sine dispensatione diuina, seu familiari consilio spiritus sancti, sicut in primiuita ecclesia apostoli & alij quidam ad tempus baptizabant in nomine Christi, ut nomine eius inter homines esificerei celebrius. Graeci qd baptizant sub hac forma: Baptizeferius Christi in nomine patris & filii & spiritus sancti. Insuper ad baptismum concurrunt tria in aqua immersio: quis nec in immersio, nec immersio trinitatis necessario requiratur, immo superfusio aqua sufficiat: attamen fine rationabili causa non debet quisq; baptizans confuetudinem & ritu ecclesie suae relinqueret. Exigitur ite recta intentio baptizantis, hoc est intentio specialis ac propria, que est baptizandus ad suam baptizare salutem vel salte intentio generalis, puta facere qd facit ecclesia. Porro in necessitate, quicquid homo siue sit vir siue sit mulier, poterit baptizare, ed qd sacramentum huius suscepit sit maxima necessitas. Vnde & materia eius est uera & simplex aqua non mixta, que faciliter potest ubiq; haberi. Quod admodum demum in alijs sacramentis, sic in baptismis quedam sunt de necessitate atq; essentia ipsius, ut forma & materia eius &c. quodam uero spectant ad solennitatem eiusdem, ut qd fiat in loco sacro, & in aqua consecrata seu benedicta, & a sacerdote. Insuper in hoc sacramento aliquid est solummodo sacramentum, ut ablution ipsa exterior, que est sacramentum & sacramentum signum interioris mundationis a culpa: aliquid autem est res tantum, ut gratia

Sacramentorum
catalogus.

De Baptismo.

Baptismus triplex.

Graecorum
baptismus.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

ut gratia baptismalis: aliquid res & sacramentū, puta character, qui ponitur in genere qualitatis. Vnde si quis ad baptismum fictus accedit, quamvis effectum baptismi salutarē non fortatur, non tamen re-baptizatur, quoniam fictione cessante mediante charactere, consequitur baptisimi effectum. Originale etiam peccatum in baptismō deletur, ita q̄ baptizato nō imputatur ad culpam neq; ad peccatum nō mox euolat, si anteq; peccet de ce dat. Fomes tamen seu inclinatio ad prava non penitus tollitur, sed debilitatur. Postremo in receptione baptismi insinuntur etiam parvulus gratia gratiā faciens, uirtutes theologicas, dona quoq; & uirtutes charitatis & gratiā inseparabiliter coniunctae quo constat, q̄ anima parvulorum baptizatorū, ualde pretiosis & speciosis, iuso pulcherrimis & supernaturalibus ornamentis sunt decoratae.

P R O P O S I T I O CXXXIII.

De confirmatione.

DE essentia sacramenti confirmationis sunt forma eius atq; materia eius tamen ad cōfidentiam eius etiam alia quatuor requiruntur. Quod est, quia materia confirmationis est sacramentū christi. Forma autem ipsius est ista uerborum complexio iuxta usum communiorē: Consigno te signo crucis: Confirmo te christinā salutis. Concurrunt autem & alia quatuor ad esse ipsius, duo ex parte ministri, uidelicet dignitas pontificis, quia à solis episcopis exhibetur, atq; intentio debita confirmantis: Duo quoq; ex parte suscipientis, ut scilicet baptizatus existat: & determinata pars corporis, qua est frons, in qua christinatum uictio exercetur. In hoc sacramento datur spiritus sanctus ad robur, ita q̄ gratia in baptismo collata in huius sacramenti susceptione augetur & roboretur. Cumq; in hoc sacramento sicut in ceteris gratia conferatur, nisi ex parte suscipientis sit impedimentum, hoc est in capacitas seu indignitas ad eandem, puta mortale peccatum; ideo confirmandus confiteri debet anteq; confirmetur: quamvis hoc non oporteat de necessitate sacramenti. Qz si opportunitatem confitendi non habeat, proponat firmissime cōfiteri celerius quo quiverit. Imprimitur quoq; character, id est specialis quædam potestas & cōfiguratio uirtutis ad Christum in sacramento hoc, quemadmodum in baptismo & ordine sacro. Vnde nec iteratur, sicut nec illa. Hinc sicut baptizatus mediante charactere baptinali consequitur baptisimus gratiam fictione seu alia culpa mortalī, in qua hora sua baptismi fuit per contritionem delecta, ita de indigno confirmato tenetur. Deniq; per confirmationis sacramentum fideles ad spiritalem ascribuntur militiam, atq; ad fidei defensionem, ut in campo seculi huius contra aciem uitiorū, & cōtra inuisibilis item inuisibilis Christi ac suæ hostes strenue praelientur; & cōcīro christiane unguntur in fronte, tanquam in loco pudoris, ne nomine domini confiteri ac tueri uerecundentur. Ad genam quoq; caeduntur, in signū q̄ præaliatur finit, & multa passuri. Postremo q̄ confirmandus praefulsi per aliquem præsentetur, teneatur, & linteo quadam ad frontem ligetur, ad bene esse & conditam, non ad necessitatem huius pertinet sacramenti. Postremo in triplici sacramento, uictio christianistribus fit modis. In baptismo quippe exercetur in uertice, ad susceptiōnem fidei designandam: quia in uertice est cellula rationalis hoc est potentiae sensitivæ rationis preferentiæ de seruūtis: In cōfirmatione fit in fronte, ad denotandū confessionis audacia, cuius impedimenta sunt timor & pudor, qui in frōte per ipsius pallorē & ruborē panduntur: in ordinis autem susceptione fit uictio ista in manibus, ad figurandam potentiam consecrationis dominici corporis, quia per manum designatur potestas.

P R O P O S I T I O CXXXV.

Triplex est
uictio chari-
tatis.

De sacramēto
Eucharistie.

TN alijs sacramentis Christus uirtuiter per suos cōtinetur effectus: in eucharistia autem sacramento, uere, substantialiter in cōprehensibili p̄cōficit. Quod est, quia in omni uniuersitate & genere, ubi plura inteniuuntur talia per participationē, est unū tale per se & suam essentiam. Cætera uero sacramēta sunt sancta, non perfecte formali, quia subiectum gratiae ac uirtutis & sanctitatis, non est nisi rationalis intellectualis q̄ creature: Veruntameri gratia in alijs sacramentis aliquo modo est, sicut prætactum est, per esse remissum uirtuale ac debile. Porro in hoc sacramento fons omnis gratiæ ac uirtutis Christus dominus, deus uerus & homo perfectus, uere realiter adest, cuius anima plenitudinē continet gratiæ formaliter. Præterea sacramentum hoc cibis est atq; refectio communiantis cibum uero oportet cibando realiter applicari, uniri, inuiscerari. Amplius istud est sacramentum summi & perfectissimæ charitatis, certumq; est quod huiuscmodi charitas talis ue amator, nequaq; contentus est sua communicare dilectis, nisi comunicet, donet ac in me uniat illis etiam semetipsum: Christus ergo in hoc supermirabiliter sacramento est dator & donū, sacerdos & hostia. Cum enim propter nos incarnatus sit, & omnia passus ac ope-

ELEMENT. THEOLOG. DE SACRAMENTO EVCHA.

65

ac operatus, decentissimum & rationabilissimum fuit, ut quicquid de nostro assumpsit & habuit, nobis communicaret & rependeret ad nostram salutem, omnīq; modo possibiliter obrealissime conuerteret, exhiberet ac largiretur. Ideo sicut semel se in cruce uisibiliter obtulit deo patri pro nostra reconciliatione, gratia & salute, ita instituit se quotidie in hoc sacramento inuisibiliter pro eisdem causis ulq; in finem seculi immolandum, cōsecrandum, tractandum, sumendum, edendum, ad maximum & excellentissimum dei honorem, laudem & gloriam, totiusq; fūzæ ad nos dilectionis, pietatis, munificentie, commemorationem & regratiationem, ob multiplices quoq; animarum nostrarum profectus, opes, & gratias, ineffabiliter grandes & copiosas. At uero materia sacramenti huius sunt panis triticeus & uinum uitis, ita q̄ panis transsubstantiat omnipotenti creatoris uirtute in Christi corpus, & uinumq; sanguinem eius, sic q̄ directe & per se ex uī conuerzionis sub specie panis tantum est corpus dominicum: concomitanter uero & directa sequela, sunt ibi sanguis & anima CHRISTI, ac deitas eius, seu increata uerbi & terni persona. Conformater sub specie uini ex uī conuerzionis & sacramenti est sanguis Christi: concomitanter uero corpus, anima & deitas eius. Denique Christus in sacramento hoc est corporalis, dimensionatus, immo tantus ut in terris conuersans, in cruce pendens, atq; in summo celo iam residens: nec minus clarus & fulgens in manibus sacerdotis, quam in throno & finu altissimi patris. Verum tamen in sacramento non est quantitatudo, cor poreo ac diuisibili modo nempe ad propriū locum comparatur, & in eo collocatur, circumscribitur, continentur per propriam quantitatem, dimensionem, figuram: Ad existentiam uero in sacramento ratione conuerzionis, & per species alienas panis uiniq; remanentes, quæ quandiu ueraciter manent, manent sub eis corpus & sanguis redemptoris: ad quas species per prius comparatur substantia corporis Christi ac sanguinis eius, quam propria quantitas eorum: deinde propria quantitas horum cōcomitanter, cum non sit realiter separata ab illis, propertea in qualibet parte specierum panis & uini totus est Christus. Int̄p̄ species illa in hoc sacramento sunt sacramentum tantum: corpus autem & sanguis Christi, sunt sacramentū & res̄ signantur namq; per species illas sacramentales, & signant mysticum Christi corpus, quod est in sacramento, hoc est restantur: Gratia quoq; sacramentalis et incorporatis transformatioq; in Christum, seu uiso beata, potest uocari res tantum sacramentū istius: Hinc trahitur, q̄ sacramentum hoc tripliciter accipi potest: Primo sacramentaliter tantum, sicut qui sumit indigne ipsum sacramentum: Secundo sacramentaliter & spiritualiter, ut qui digne accipit illud, rite uidelicet præparatus: Tertio spiritualiter solum, ut qui fide & charitatis affectu accipit illud fine realiter præsentia sacramenti. Interim quoniam uerbum aeternum tam incomprehēsibiliter & gratiōsissime assumptum corpus humanum, congruentissimum fuit & est, ut tot & tanta mirabilia prorsus in comprehensibiliia operetur in illo & per illud, quod omnēm fandi, intelligēdi & regatiani supereret facultatem. Hoc ergo est sacramētū fidei & spei & charitatis: Fidei, quia in ipso fides potissime locum fortuit, inenarrabiliter prometur, ac maxime necessaria esse cognoscitur: Spei, quia uiaticum est ad patriam beatōs, pignus & arra nostra salutis, & ex ipso perpendicularis, quid dominus & salvator daturus sit in futuro suis electis, quibus se in ista peregrinatio taliter præstat: Charitatis, quia in illius institutione & exhibitione, ac iugis permanescere nobiscum ostendit nobis clarissime: certissime quoq; ac fidelissime noscimus quam̄ indicibiliter nos dilexit. Vnde hoc diuinissimum sacramentum tractando, sumendo, uidendo, colendo, debemus diuino amore ac fraternali dilectione miro modo accendi, gaudente, proficeret. Etenim quicquid corporalis cibis ac potis operatur in corpore, id efficit sacramentum hoc in anima. Porro forma sacramentū huius sacerdotibus nota est, nec alijs eam pandere est necesse. Coniunctio autē hæc, ENIM, in forma illa posita, non est de necessitate sacramenti, sed a sacratissimo archiapoſtolo conuenienter est intermixta. Hoc ergo est sacramentum sacramentorum, sacramentum sumnum & incomparabiliter dignissimum ac diuinum, purissima mente sumendum, quod qui sumit indigne, reus erit corporis & sanguinis domini, iudiciumq; sibi manducat, & babit, non dijudicans corpus domini.

Eucharistia
sacramēti tri-
pliter capi
potest.

P R O P O S I T I O CXXXVI.

POenitientia sacramentum est nobis in hac uita maxime necessarium, & uelut alter De sacramēto
baptismus, ac secunda post spirituale naufragij tabula. Quod est, qm̄ heu, heu, in p̄sonitentia
innocentia gratiæ baptismalis paucissimi permanent: in dō facti adulatæ ætatis, in
mortalia plurimi dilabuntur, spiritualiterq; merguntur fluctibus uitiorum, atq; in
m turbu-

turbulentissimo seculi huius oceanu incurruunt animarum suarum naufragium, in quibus damnabiliter occiduntur: omne est gratia gratum facientis amittunt, sicut in uilissimum nihilum rediguntur, non tamen recuperabili omnino, durante uitæ huius curriculo, in quo mors est terminus merendi ac demerendi. Hinc superemisericordissima bonitas ac superoptimis prouidentia salvatoris nobis prouidit de remedio alio, ne post baptismum lapsi, & instar canis ad uomitum suum reuerteri delperenuerit & in fordinibus manecamus. Porro remedium hoc est penitentiae sacramentum. Penitentia vero, est penitam tenere, id est in teriore dolorem de malo culpe habere ac posidere, si non continue, saltem assidue. Dole re uero seu conteri, & contritionem de peccato habere, est de iure naturali: quia hoc ratio dictat, quippeccatum maxime sit nocuum, dei offenduum, & a felicitate quam homo naturaliter appetit, impeditum. Est quoq; de iure diuino, cum scriptura id iubet, & deus precipiat: attamen penitentia prout est sacramentum euangelica legis, a Christo est instituta: quod uerum est de penitentia que per uerba exprimitur facerdoti, cuius penitentiae partes ponuntur contritio, confessio, satisfactio, tanquam integrales partes ipsius, quæ ad esse perfectum penitentiam sacramentalem concurrunt: in qua exterior illa subiectio, qua confitens se subiicit confessori per exteriora uerba & signa, sunt signa interioris subiectio- nis & recognitionis propriæ culpe, qua se subiicit deo. Deniq; ad penitentiam ueram requiriatur, q; reus doleat de peccato prout offensu[m] est dei, puta ex zelo iustitia, non solu[m] p[ro]p[ri]e timore: sed & uera contrito non sine charitate habetur, i[n]d[u]m simul sunt tempore, quānis secundum uiran & ordinem generationis præcedat contritio. Hinc quemadmodum sumnum bonum, dominum deum, tenemur toto corde diligere super omnia, & plus quān[us] nos ipsos incomparabiliter, saltem appretiatiue, ita q; mallemus propriam uitam & cetera cū- eta creata amittere, quām superpræstantissimum & superamabilissimum deum per mortale peccatum offendere: ita oportet nos de malo culpe saltem mortalisi, magis dolere, quām de quoq; danno seu malo, solum penali: & hoc loquendo de dolore seu contritione qui in superiori est appetitu seu voluntate, ita quidem ut plus nobis displiceat culpa quām quoq; aliud eamq; magis detestemur: non tamen oportet q; sit maior, intensior & perceptibilior dolor, quām qui est in appetitu sensu[m]: porro ille est passio, non autem effe- tualiter ipsa contritio, sed consequens eam. At uero forma sacramenti istius est: Ego te ab- soluo: atq; ut alii dicunt etiam istud: in nomine patris & filii & spiritus sancti. Multa etiā in sacramentali confessione ualent & conferunt ad culpe, i[n]d[u]m & aliquo modo ad poena remissionem, puta humiliatio confitentis, qua se propter deum subiicit confessori & eius paret iudicio, penam quoq; seu satisfactionem ab illo iniunctam humiliiter suscipit & admittit: accusatio etiam qua accusat se ipsum, ac pudor & erubescencia, qua de uitiorum suo uer- turitudine, frequentia, enormitate coram deo & confessore perfunditur atq; affligitur oratio item & absolutionis & deum uis clauium. Sed & confessorem necesse est habere autoritatem & iurisdictionem quādam in confitentem, cuius iudex est in foro interiori conscientios: Proprie autem concernit hoc sacramentum peccata mortalia, per quæ peccans incurrit naufragium. Itaq; homo cupiens confiteri, ante confessionem confi- entiam suam uigilanter examinet, uitam suam scrutetur, culparum multitudinem magnitudinemq; perpendat simul cum circumstantiis aggrauantibus culpam: & ita cum præcor- diali contritione, grandi pudore, intensissima suiplus aspernatione ac pleno emendationis proposito, distincte confiteatur, satisfaciat & emendet: reciduо quoq; abstinentia solici- tute sit & conetur: cum & poenitentia in mortali exhibita sit iteranda, nisi forsitan actualiter cessando effectum relinquit in corpore, ut ieunium & abstinentia quādam.

P R O P O S I T I O CXXXVII.

accessoria ad extre-
mam u-
niōnem,

Exrema uinctio sacramentum est sapientissime institutum, ad quod quinq; concur- runt, & duo potissimum ad eius essentiam pertinent. Quod est, quoniam in extre- mis homo seipsum non multum ualeat, & nihilominus in gravissimis tunc existens periculis, graviorissimi egreditur subfidiis, ut & corporalis sua mitescat mole- stia, sicut ratio roboretur in deo, tentatio quoq; debilitetur, atq; infirmitas ex præcedenti- bus culpis contracta subleuetur, ac uenialia dimittantur, & æger taliter confortatus ac co- solatus ad patram expeditius perducatur. Cumque sacramentum hoc propter haec omnia impetrandam sit institutum, constat quām piissime ac sapientissime Christus ipsum nobis prouiderit, instituerit ac donauerit, ad cuius consistentiam & administrationem exiguntur haec.

Penitentia est
multipliciter
decollari.
Ie. 3. & alibi.
Mat. 5.
Iuc. 3. 13. 24.

Forma obso-
litionis.
Utilitas confe-
ssionis.
I. ii.
iii.

Vide B. Tho. 3.
par. q. 84. ar.
to. & alios do-
doctores alii.

qui h[ab]et quinq;: Sacerdos inungens, recta intentio, oculum infirmorum, tanquam materia & forma uerborum, ui delicit: per ista unctionem, aut similiis: & partes corporis inungenda, in quibus uis sensitiva, motiva, loquutio, concupiscentia uigent. Deniq; solis letaliter ægris datur: hoc sacramentum, cum sit decadentia & excentia medicina, in ægritudine mortis potissimum opportuna, nec iteratur in ea infirmitate continua, nisi ultra annū continuetur. Si autē eadē infirmitas renouetur, aut diuersae infirmitates succedant, infra annū poterit iterari: ueruntamen non nisi desiderantibus postulantibus q; confertur. Præterea in hoc sacra- mento id quod solum est sacramentum, est exterior unctio: res autē & sacramentū, est unctio quædam interior, puta consolatio & perlinio gratiosa interna: uerū res tantū, est conforratio cordis seu spiritualis curatio, & ita sanitatis corporalis, si uncto expediat, inno ad ini- minus aliqua releuatio eius. Insuper sicut primo Regule legitur, David te r uinctus est in regem: primo in domo paterna, secundo in Ebron sup tribū Iuda duntraxat: tertio rursus in Ebro, super Israël uniuersum: Sic Christianus primo unguitur in baptismo, secundo in confirmatione, tertio in sacramento hoc ipso, in quo non imprimitur character, quemadmodum nec in aliis que licite iterantur.

Qui inungen-
di.

Christianus
ter unguitur.

P R O P O S I T I O CXXXVIII.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

Rdo ut est sacramentum ecclesiæ, est sacrum signaculum & spiritualis potes- tas, data ministris ecclesiæ ad consecrandum, tractandū amministrandum, q; aliis ecclesiastica sacramenta ac documenta, ad prolificandum spiritualiter in ipsa ecclesia. Quod est, quia in innumerabilis isto exercitu Christianæ poti- tias oportuit esse quodam spiritualia patres & superiores, quos fit inferiores gubernare, docere & conseruare in esse gratia ac uirtutum, quod per sacramentum hoc agitur, quod est supernaturalis potestas: est q; totum quoddam potestatuum, quæ ad modum hierarchia regia ue potestas: Vnde & septem sunt partes ipsius, quæ per analogiā ordines nuncupantur, puta facerdotium, diaconatus & subdiaconatus, qui & ordines sacri vocantur, in quibus & character imprimuntur, & habentes eodem ad continentia sunt astri eti: Alijs sunt quatuor ordines minus principales, fatis noti, in quorum quolibet character imprimi perhibetur. Porro actus principalis facerdotij est consecrare uerum corpus & san- guinem salvatoris, in quo actu omnes presbyteri sunt æquales: deinde soluere & ligare in penitentia foro, docere, perficere, qui actus respiciunt mysticum Christi corpus, puta fi- deles. Sacerdotialis quoq; potestas & uis clauis in foro confessionis sunt idem in re, sed dif- ferentes habent effectus: iccirco in uis clauis & uis earum omnes sacerdotes non extant æquales, nisi in necessitatibus articulo. Porro episcopatus non dicitur proprie ordo, sed emi- nentia quædam in ordine. Ad sacramentum etiam ordinis sex concurrunt: Primum est po- testas ordinantis, quem oportet praesulem esse: Secundum est uinctio & contactus eorum qui ordinantur, & tangentur in ipsa ordinatione: tertium, ordo & tenor uerborum ab ordinante preferendorum: quartum, intentio ordinantis ac ordinat: quintum, sexus viri- listus: quoniam in mulier capax non est ordinis faci, cum sexus femininus sit sexus subiectio[n]is, & in omni ordine ordinatus aliquo modo præficitur alijs: sextum, q; ordinandus sit bapti- zatus. At uero in sacramento hoc aliquid est res & sacramentum, puta character: aliquid sacramentum tantummodo, ut materiale quo potestas ordinis tradit monstratur ut calix, clavis aut liber: aliquid est res tantum, ut gratia quæ ordinato confertur. At uero trium factorum ordinum actus sunt priuilegiati: ideo quicunq; aliquem huiusmodi actu[m] cum conscientia peccati mortalis exercet, peccat mortaliter, i[n]d[u]m secundum diuinum Dionysiu, est dei irrisor & tanq; blasphemus: Quo constat quām innumerabiliter atq; enorimenter pec- cent mortaliter, potissimum sacerdotes incontinenter uiuentes. Deniq; qui indigne, hoc est in mortali peccato existens facit se ordinari, mortaliter peccat. Hinc sanctitas uitæ necessaria est ad susceptionem ordinum, non de necessitate sacramenti, quia & impi ueraciter or- dinantur, sed necessitate præcepti & congruitatis.

Septem sunt
ordines.

Aequalitas &
differencia facer-
dotum.

Episcopatus
non est ordo.
Requisita ad
sacramentū or-
dinis:

Actus facti or-
dinis in peccato
exercit peccat.

P R O P O S I T I O CXXXIX.

DE MATRIMONIO.

in 2 Matr.

Matrimonij
quid.

Atrimonium sacramentum est cæteris partim carnalius, nihilominus spiritale, & gratia contentiu[m] ac collatiuum. Quod est, quoniam matrimonium disminuit, q[uod] sit legitima coniunctio maris ac feminæ, individuum seu inseparabilem uitæ confuetudinem communionem seruans: sicq[ue] ad carnalē ordinatur propaginem, attamen ad dei obsequium ordinatur. Hoc sacramentum per mutuum confusum animorum uiri ac feminæ expressum per uerbum de præsentí cum dicitur: Accipio te in meam &c. essentialiter fits. Similiter per uerba de futuro, carnali copula subsequente: uerū tamen ante copulam illa non consummatur perfecitione esse sui completi: ideo ante copulam illam separationem admittit per religionis ingressum, non autem post copulam, quantum ad ipsum in dissolubile uinculum. Deniq[ue] tria sunt matrimonij bona, quibus in se & in suo actu honestatur, & à culpa fit immunis ipsa copula coniugalis: Primum est fides, id est fidelitas mutua inter maritum & coniugem, ita q[uod] ab alieno pro rorsu abstineat thoros: uel fides ipsa catholica & diuina religio: quia dispartas cultus soluit aut solubile reddit coniugium, nec inter infideles est connubium securus: dñs perfectam eius rationem, ut est ecclesiasticum sacramentum: quia sic inseparabilitatem habet, signum est & figura unionis Christi populi & fidelis, gratiam quoq[ue] continet ac largitur. Interim coniugati se posunt accedere primo ad soluendum debitum carnis, & ita est actus iustitiae: secundo desiderio prolis ad dei obsequium, & ita est latrare actus: tertio pro cuitatione incontinentie in conthorali, sicq[ue] opus pietatis uocatur uel in semetipso, quod est cautela, aliquid tamen incontinentie habens admixtum, secundum Augustinum, nec carens totaliter ueniali peccato. Quarto desiderio uoluptatis, & hoc est mortale, si procedat ex cōcupiscentia prædominante: sic quippe est libido extra terminos matrimonij se extendens: Si tunc oritur ex concupiscentia non prædominante, sed infra matrimonij limites coarta, ita q[uod] commisceri conthorali nollet nisi legitime essent coniuncti, uenialis est culpa: Et sicut omne opus uirtutis ex charitate mouente & imperante est exequendum, ita actus cōiugalis, ut uero sit actus matrimonialis non meretricialis, & impleatur quod ait Apostolus: Honestum connubium est thoros immaculatus. Postremo matrimonij impedimenta tanguntur his uerbis:

Error, conditio, uotum, cognatio, crimen,
Cultus disperitas, ius, ordo sue ligamen:

Si sis affinis, si forte coire nequibus:

Hæc socianda uerant connubia, iuncta retractant.

Veruntamen scire oportet, quod quedam sunt de matrimonij ipsius essentia, ideo impedimenta illis contraria impedit matrimonium contrahendum, dirimuntq[ue] contractum, quia non fuit matrimonium uerum. Alia sunt de matrimonij solemnitate, & impedimenta illis contraria non dirimunt matrimonium iam contractum, sed impedit contrahendum, ut prohibitus ecclesiæ tempusq[ue] feriatum. In uerbis uero inductis, per errorem, ignorantia, per nimis uiolentia, per ligamen, associatio cum alio legitimo conthorali, signatur: De his alibi copiose habetur.

P R O P O S I T I O C X L .

Nvnq[ue] defuit humano generi remediu[m] cōtra originale peccatum. Quod est, quia fons gratiae multo min[us] deficit in necessarijs ad salutem, q[uod] natura in necessariis ad operationem. Quæadmodum aut sub euangelica lege cōtra originale peccatum remedium est baptinius, sic olim sub lege circuclatio in maribus posteris Abrahæ: Filii vero nondū adulta, fide, oratione & sacrificio parentum iuuabantur & purgabant. Porro in lege naturæ cæteris utriusq[ue] sexus infantulis, fide & sacrificiis parentum seu maiorum subueniebatur, prout circa quartum Sententiarum ex uerbis sancti Gregorij & Hugonis, doctores diffusus tradunt. Qui autem in lege ante octauum diem moriebantur aut perierunt, aut ex dispersione ante diem octauum circumcidabantur, quemadmodum filii Israël genuiti in deserto sub Moysi, manerunt in circumcisio usq[ue] ad præsidentiam Iosue.

P R O P O S I T I O C X L I .

Intra sacramenta ecclesiæ inueniuntur excedentia & excessa, unum tamen absolute loquendo est dignissimum. Quod est, quia secundū cōsiderationē & proprietate unū sacramentū est eminentius alio, & secundū aliā cōsiderationē ac proprietate est eccl[esi]a: Absolute nāc loquendo, præstantissimum est eucharistia sacramentū, quoniam substati-

Matrimonij
bona.Multiplex cō-
trahendum si-
nis.Impedimenta
matrimonij.Vide 4. sen. di
fin. 27. S. Tho-
mas, & ali-
os ibidem &
deinceps scri-
bentes.

aliter continet Christum, estq[ue] finis & cōsummatio aliorum: Matrimonium autem dicitur maximum sacramentum significatione, quoniam unionē designat Christi atq[ue] ecclesie, ami- mæ quoq[ue] cum deo. Porro baptismus est sacramentū maximū necessitate seu etiā utilitate, cum in ipso orni delectatur peccatum: Ordo demum maximum assertur dignitate, potestate & efficacia: Cōfirmatio præeminet dignitate ministri, q[uod] à solo exhibetur episcopo. Pe[n]itentia etiam sua indefinita iteratione potissimum suffragatur ac prodest: Virtus autem extrema, adceptione proxima finis præfulget.

P R O P O S I T I O C X L I I .

DE GRATIA.

Gratia in scripturis & dictis sanctorum uarijs modis accipitur. Quod est, quia nonnunq[ue] pro ipso totius uirtutis liberalitate atq[ue] gratuitate donationis fonte, hoc est pro gratia increata seu pietate diuina gratis donante accipit: quemadmodū & natura quandoq[ue] pro natura sumitur naturante, quæ deus est: sicq[ue] uerbum æternum sola gratia naturam assumptam humanam. Aliquando uero gratia appellatur omne bonum & donū desuper pie seu gratis collatum: & sic dona naturæ etiam gratia dei & gratiosa munera diuina & prouidentiae nominantur. Inter alii gratia dicitur quod ad obtinendum gratiam gratius facientem ac ueram felicitatem homini cōdonat, sive fint prospera sive aduersa, sive inspirations & alloquitiones interne in somno aut uigilia factæ, sive admonitiones humanæ, uel instinctus angelicu[m] uel diuini. Deniq[ue] magis proprie gratia gratis data uocatur donum quodcumq[ue] supernaturale aut supernaturali ter datum ad communem aliorum utilitatem, ad proximorum & dificationem, ad fidei peruationem & roborationem, ut sunt miracula, apostolatus, prophetia, discretio spirituum, &c. quæ gratia sine charitate & gratia gratum faciente queunt haberi: Vnde dixit Apostolus: Vnicuiq[ue] datur manifestatio spiritus ad utilitatem.

P R O P O S I T I O C X L I I I .

Gratia gratum faciens, est qualitas ac habitus supernaturalis, essentiam intellechi alis creature perficiens, atq[ue] in esse quodam supernaturali deiformi, accepto ipso deo, & ad promerendum uitæ æternæ idoneo, eam constitutens. Quod est: Nā sic in naturalibus res primo per formam suam substatiale ponitur in esse ipse cōficio, per eam quoq[ue] efficitur ad operationes suas sibi connaturales apta & efficax: ita rationalis intellechualisq[ue] creatura per gratiam gratu[m] facientem, in essentia sua perficitur, spirituale ac deiforme esse sortitur, per quod diuino & increato esse supernaturaliter conformatur ac placita redditur, atq[ue] ad meritioris operis donum fit apta & potens: nā esse est ante agere. Deniq[ue] iuxta hanc considerationem subiectum immediatum ac propriū gratia gratum faciētis est ipsa rationalis creatura essentia, & manet in patria, & quæ si ramificare perhibetur in habitus uirtutum atq[ue] donorum: non q[uod] gratia realiter aut effectu producat uirtutes & dona, sed quoniam naturali ordine, non tempore ea praecedit, & ab ipsis supponitur, immo & connexionem habent ab ea.

P R O P O S I T I O C X L I I I I .

Gratiam gratum facientem & charitatem aliqui dicunt realiter esse idem, ac sola ratione differre ab inuicem, alij opinantur oppositum. Quod est, quoniam gratia ista & charitas in multis conueniunt, immo & eosdem actus uidetur habere: si quidem etiam charitas infusa, supernaturalis, diuina, deiforme & spirituale esse largitur, & uita est anima, decor & splendor, reddens eam creatori amabilem & acceptam, ad promerendum quoq[ue] idoneam: cumq[ue] omnia quæ gratia gratum facienti ascribuntur, per charitatem queant saluari & fieri, nec sine necessitate plurimas fit ponenda, probabilius ictis appetet, q[uod] charitas & gratia sint eadē qualitas quæ gratia nuncupat, in quantum desuper gratis conferunt, ut uirtus secundū q[uod] perficit mentem ad bene agendum. Deniq[ue] si dicant distingui realiter, difficile erit exprimere quid absolute loquendo cēfendū sit inter ea præstatiū. Verū alij opinant, q[uod] propter prætracta motiva sint re & subiecto actibusq[ue] distincta, ita q[uod] essentia intellechualis substantia subiectum sit gratia & cōmune Opinio primæ Opinio II. S. Thos. 1. 2. q. 10. art. 3.

m 3 principium

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

principium esse uita interiore, cunctis p̄iūtutibus ac donis influere, & ramos in illos extenderet, ac ipsam essentiam rationalem in seipso primo ornare, uiuificare, spiritualiter ac supernaturaliter, substantificare, sicut actus speciales & proprij gratia; Charitas uero dicitur ac pro prie uoluntate habet per se, actuare, mouere; deinde alias uires atq; potestas; Cumq; positio ista diuini Dionysii documentis consonatior, itēq; subtilior uideat, amplius placet.

P R O P O S I T I O C X L V .

GRATIA pluribus modis diuiditur. Quod est, quoniam quedam est gratia gratiā cens, cui annexae sunt uirtutes formatae id est charitate ornatae, & charitas ipsa, septenq; dona spiritus sancti, quae omnia nominant dona & habitus gratiae gratiūficiant, quoniam spectant ad gratiā istam, & inseparabiliter ei annexa sunt, in quantum sunt uirtutes habitus uei infusi, & quia per gratiā istam & habitus ei annexos, ordinatur, proficit ac pertinet ad sui ipsius salutem; est quoq; gratia gratis data, ut patuit. Rursus diuiditur gratia per gratiam operantem & cooperantem; & iterum, per gratiam praeuentem & subsequentem; itemq; per gratiam inchoantem, prosequentem & consummātem, seu etiā conuincitatem; nec oportet has gratias differre realiter, sed penes actus diversos. Gratia quippe multis actus fortis, specialiter quinq; Nā primo, curata uitijs; secundo, facit hominem bona uelle; tertio, eadē prosequi & implere; quarto, facit perseverare in bonis; quinto, ad regnum perducit ecclę. Itaq; in istis effectibus & consumilibus gratia uocatur praeuentis, in quantum actum producit priorē & subsequens, prout actum causat sequente. Deniq; gratia secundum q̄ largitur spiritaliter & gratuitum esse, dicitur operas; in quantum uero actum exteriorem producit, nuncupatur cooperans. Adhuc aut̄ gratia multipliciter sumitur: Primo, pro dilectione, ut cū dicitur iste habet gratiā principis sui, id est, acceptus & charatus est illi; secundo pro dono seu beneficio gratis collato, ut cum dicitur iste habet gratiam fecit illi; tertio pro recompensatione huiusmodi doni, prout quis dicitur uicem rependere benefactori, seu gratias agere illi.

P R O P O S I T I O C X L V I .

DE VIRTUTIBVS.

MULTIPLEX est uirtutis diuisio. Quod est, quia hoc nomen uirtus multis modis accipitur, ut in Elementatione philosophica est expressum: Nunc aut̄ uirtus accipitur pro bona animi qualitate habitus laudatio, qua commendabili operamur ac uiuimus; & uirtus sic sumpta, multipliciter diffinitur: Quo circa sciendum, q̄ uirtus primo diuiditur in uirtute naturalē & acquistam, quae per naturalem rationem & studium potest acquireti, de qua loquunt philosophi; & uirtutes huiusmodi multi habuerunt gentilium; & in uirtutem supernaturalem infusa, ut sunt fides, spes, charitas. Deniq; uirtutes quedam naturales acquisita, ut mititas, continentia, reperantia, etiam per infusionem possunt haberit: Dicuntq; aliqui, q̄ sic & sic habite distinguuntur specificē. Quedam ergo descriptions uirtutis conueniunt soli uirtuti infusa, ut dum asserit Augustinus: Virtus est bona qualitas mentis qua recte uiuitur, qua nullus male uti, quam deus in nobis sine nobis operatur. Virtute quippe nemo direcēt uitur male, cū usus uirtutis sit actio eius elicitive ex ea procedens, quam certum est malum esse nō posse, cum et Christus testetur: Non potest arbor bona fructus malos facere. Et quis qui creauit nos, non iustificauit nos ad ultros sine nobis, hoc est sine nostra cooperatione dispositiva, & liberi cōsen si arbitrii, saltem secundum cursum communē, non tamē ei cooperamur in productione habitus uirtutis in nobis: immo ipse solus effectu causat in nobis uirtutē supernaturalem infusa. Aliorque uero descriptions uirtutis acquisitae & infusa conueniunt, ut dum denuo loquitur Augustinus: Virtus est habitus mentis bene institutae; & item, uirtus est ordo amoris. Similiter descriptio Philosophi protestatis: Virtus est dispositio perfecti ad optimū: in qua descriptione dispositio extensa accipitur, prout habitum quoq; includit. Dicitur ergo uirtus dispositio perfecti, id est, qualificatio potentie per uirtutem perfecte ad optimū, id est, ordinata ad actum suū & felicitatē. Diffinitio autē qua dicitur: Virtus est habitus electiū in medietate consistēs, quo ad nos determinat recta ratione, prout sapientia determinabit de uirtute moralī naturali data uidetur, in qua ratio statuit medium. Quemadmodum, uerbi gratia: Abstinentia ut est uirtus moralis acquisita, consistit in hoc, ut tantum de aliis tis sumat, quantum requirit natura ad expeditum exercitium rationis abstinentia uero infusa superaddit, ut etiam aliquid subtrahatur naturae pro carnis afflictione & concupiscentiarum

Aduis gratiae.

Propositione
is.

Augustinus.

Math. 7.

Vide 7. ph. t.
c. 1. & 2.
ethi. lec. 5.
Tho. 5. 7. 8

ELEMENT. THEOLOG. DE VIRTUTIBVS

68

tiarum dominatione, in satisfactionemq; culpæ. Insuper secundum Tulliū: Virtus est habitus rationi consentaneus, in modum naturae operans. Diuiditur demū uirtus in uirtutē theologicam, moralē, intellectualē, cardinalē, itemq; in uirtutē ciuilē sive politicam, in uirtutē purgatoriam, & uirtutem purgati animi ac exemplarem, ut infra tangetur.

P R O P O S I T I O C X L V I I .

TRES sunt uirtutes theologicæ & diuinæ fides, spes, charitas, per quas anima rationalis deo in uita hac desponsatur atq; præcipue cōformatur. Quod est, quoniam anima rationalis per vires suas superiores, in quibus superbeatissimæ trinitatis consistit imago, habet immediatū respectum, ordinationē ac reditionem ad deum altissimum, à quo solo immediate profluxit & condita est, cuius imaginem & similitudinē sibi gerit impressam. Hinc in solo omnipotē & uero deo consistit uera & plena anima beatitudinē, atq; ad ipsum est reuersua reditione cōplēta per actiones intellectus & memorie intellectiū ac uoluntatis, ad quas actiones prompte exercendas tribus eget uirtutibus, per quas ad ipsum convertatur, puta fide, spe, charitate. Nempe cum deus sit prorsus incomprehensibilis, & omnem creaturam infinita excellēt omniū transcendens, ita q̄ nulla mens creatā ad eū claram, faciālē & innumerātū intuitū naturali uirtute, ac per sola naturalia ualeat pertingerē, p̄ se tamē superoptimus & superdulcissimus deus, suam immensam felicitatem & gloriam intellectuibus creaturis supernaturaliter & copiosissime communicare uolens, ad obtinendum suip̄ius claram uisionem per speciē, hoc est ad contemplandum inmediate & clare suam in creatam essentiam, deliciōsissime in seipso instiuit & creauit rationaliū in creaturā: Cumq; beatitudinē illa supernaturalis & eius obiectum sub ratione obiectali beatitudinis tūta, ac ea quae nobis reclauit ab ipso obiecto, deo uno ac trino, naturalē rationē excedant, ne clūmē naturali ualeant inueniri, necessariā nobis est fides ad ea credenda: spes quoq; ad ea adipiscenda; & charitas, ad ea iū desideranda atq; ad laborādū s̄trenue pro eisdem: sc̄iū harum trium theologicarum uirtutum est obiectum unum & idem materialiter, distinctum formaliter: Deus namq; in quantum ueritas prima obscure per speculum cognita, non euidenter nec demonstratiue, sed potius per autoritatem & signa seu reuelacionē obiectum est fidei s̄deinī deus in quantum summa & obiectalis beatitudinē, nondum obtenta, sed expectata, obiectum est spei: Et rursus, deus secundum q̄ bonitas summa, incomparabiliter praemanda, nondum postea perfecēt & fructa, sed finaliter concipiuta, obiectum est charitatis in uita. Porro in patria idem super dignissimus deus obiectum est triū quae succedunt actibus theologicarum uirtutum in patria, sub alijs rationibus, puta beatificā uisionis, quae fidei & actuū eius succedit, prout est ueritas prima per speciem cognita, & in sua essentia inmediate aclympe uisa. Tentionis uero seu comprehensionis, quae spei succedit, obiectum est, in quantum beatudo summa pleine, ut sperabatur, adepta: porro fruitio extat obiectum, secundum q̄ summum bonum iam feliciter degustatum.

P R O P O S I T I O C X L V I I I .

FIDES catholica est uirtus diuina, radius prime ueritatis, lumen sapientiæ in create, intellectum irradians & inclinans ad essentiendum firmiterq; adhaerendum universis que deus credi præcepit ac reuelauit. Est igitur oculus mētis dirigens ac deducens ad patriam claritatis æternæ: ac iuxta Apostolum: Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium: Substantia inquam, id est, inchoatio quædam & fundamentum, puta obscura notitia diuinorum, quæ in patriaclare conspicere modo confidimus. Argumentum non apparentium, id est, probatio quædam inuisibilium: quia cū fidei quæ est uirtus, non subfit falsum, eo ipso q̄ aliquid eadē sub fide, probatur sic esse ac defupr̄ profluxisse. Deniq; fides certitudinē habet adhaerentia scientiā uero certitudinē euidentiæ. Maior quoq; est certitudo fidei q̄ sc̄iēt, ex parte subiecti, puta credentis, qui firmius certiusq; adhaeret his quæ fidei sunt, q̄ sc̄it. Scientiā uero certitudo est maior ex parte obiecti, quod non tantum excedit capacitatē intellectus ut creditum: Fides ergo increate ueritati iunitur, nec aliquid credit, nisi prout à prima ueritate descendit aut reuelatur. Interim de eadē re p̄t aliquid credi & sc̄iri, sicut de deo credimus q̄ trinus sit in psonis, & sc̄imus faltē à posteriori, q̄ in essentia unus sit & æternus: sicq; idē cōfē obiectū fidei atq; sc̄iēt, idē plane materialiter, puta eadē res, nō formaliter, q̄ sub alia & alia ratione. Porro ac fidei est protestatio credēdor, q̄ necessaria est ad salutē loco & tpe opportuno. Rursus dicit esse triplex fidei actū, uidelicet credere deo, credere deū, & credere ī deū. Atq; charitas

Gene. 1.

Roma. 11.

1. Corin. 15.

Deus obiectū
uirtutū theo-
log.

Dores anima-
suecum in
turibus theo-
log.

Hebre. 11.

Fides & sc̄iēt
differunt.

Eadem res p̄
tēt esse credi
& sc̄iri.

Roma. 10.
Actus fidei.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

Iacob. 2. charitas appellatur forma, uita, decor, complementum & perfectio fidei. Fides eterne sine charitate spirituali mortua perhibetur, informis & indecora; charitatem uero adiuncta uocat formata. Hinc duplex assentitur esse fides, puta informis & formata; estq; essentialiter & habitu aliter eadem numero fides, accidentaliter differens penes perfectum & imperfectum. Praeterea fides una est ex parte obiecti, sicut ait Apostolus, una fides; sed ex parte subiectorum numero est diuersa. Fides denum super dignissimae trinitatis incarnationis q; filij dei a principio necessaria fuit, saltem implicite & ita suffecit simplicibus, qui credebat quae & maiores, qui inde habebant fidem explicitam. Vnde ad minus semper necessariam fuit credere breue illud fidei symbolum, quod ad Hebraeos deponit Apostolus: Accedente, inquietus, ad deum oportet credere quia est, & quia ex quietum se remunerator fit.

Eph. 4.

Hebre. II.

Fides est per
sols reuelatio-
nem diuinum,

Hebre. 10.

Fides pseguunt
enibus, plicit.

In oem statu
Christi sang reli-
gionis torque-
culpa persequu-
tionu.

Veritas bista
probatur.

Miraculorum
perpetratores.

Biblia his ple-
zant.

Miracula fidei
libus pecula-
ria.

Cavillationis
in sententiam
reverso.

P R O P O S I T I O C X L I X .

Fides Christiana fundamentum habet firmissimum, & efficacissima ac copiosissima probameta. Quod est, quoniam fides nostra in creato lumini innititur, & ea deus omnipotens abundatissime atq; clarissime roborauit: Non enim naturali ratione inuenta est, nec philosophicis probationibus perfusa hominibus, sed desperu reuelata, & per innumerabilia miracula, etiam soli omnipotenti deo possibilia, confirmata: & hoc ipsum, loquendo in genere, est unum argumentorum fidei Christianae ac Euangelicae legis: atqui loquendo in speciali, tot sunt huiusmodi fidei nostre argumenta, quot ad eius roborationem huiuscmodi miracula sunt ostensa & uere perfecta, quae in scripturis canonicis, in legendis sanctorum & chronicis, in historiis & historialibus speculis copiosissime continentur. Nec potest quis fingere ea facta non esse, cui in suis effectibus, hoc est in totius mundi conuersione, ad tam admirabilem & incomprehensibilem fidem, ac arduissimam legem lymphidissime innescant ac fulgeant, immo & usque in presentis renouentur, atq; per sanctos dei ubertim uidique per perpetuum. Neque enim in armore violentia, aut tyranno & potentia, nec magicis artibus, nec philosophicis subtilitatibus introducta est primo haec fides, immo potius uitute fidei humili contrita sunt arma, armati quoq; in bellis prostrati sunt, ac potentissima regna deuotissime receperunt hanc fidem. Denique quo reges saeuissimi crudelissimi tyranni & praefides uehementius ac uolentius nisi sunt fidei hanc extirpare immanissimas mortes inferendo fidibus, eo fides haec gloriostius crevit, & mirabilius aucta est, super gloriosissimo, uero, omnipotentem deo legem suam ac fidem protegente, & suos beatissimos martyres in eorum martyrijs ac postea tot ac tantis misericante miraculis, q; frequenter in unius martyris passione quadraginta milia infidelium sunt conuersa, immo nonnulli & ipsi tyranni. Demum & ipsi calidissimi artium magici, magistri cernentes se aduersum fidem & crucem Christi nol posse proficer, ac inde euidentissime superari, multoties sunt conuersi, & breuiter, q; diu Christiani Christiformiter iuxta legis sua tenore uixerunt, Gentiles, Iudei, Heretici, paucim & copi osc conuertebant ad Christum, signis, prodigijs, miraculis, prophetis, uictorijs, charisina tibus & supernis abundantaverunt, ita q; iuxta magnitudinem incoprehensibilitatis eorum, que credimus, multiplicata sunt toto orbe terrarum praeacta miracula ac diuina charismata, & supernaturalia dona. Itaque cum ueritas duobus possit modis probari, puta naturali ratione, et diuina attestatione, seu miraculorum ostensione, constat q; fidei nostra tanto major est certitudo, quanto plura & praeclariora sunt patrata miracula pro huius sacratissimae ac saluberrimae fidei roboratione. Interim si pseguimus quales extiterint qui huiusmodi sunt prodigia operati, luce splendidius innescet, q; immunitissima fuerint haec omnia ab omnibus Magicas artis permissione: Hincq; fuerunt tunc in omni humilitate, patetia, mititate, abstinentia, conuentientia summi in dei & proximo & charitate astuantissimi, uniuersam magicam artem, gloriamq; inanem & laudem humanam uehementissime abhorrentes: qui quantu firmiores & seruentiores fuerunt in fide, tanto ad agenda miracula erant potentiores: hi mortuos plurimos suscitauerunt, cæcos, furdos, mutos, claudos & natuitate mirabiliter curauerunt, quoq; nonnulli etiam solem stare & retroire fecerunt, prauissima biberunt uerenam illæsi, cordum agnouerunt ac patefecerunt secreta, atq; futura mere cottingentia prædixerunt. Denique nulla fides, nulla lex alia, habet ista aut huiuscmodi miracula. Et si obiectas, q; in ueteri lege fuerunt, hoc pro nobis est: non enim alia est fides nostra q; patrum sanctorum, qui in lege scripta, uel legi fuerunt naturæ, quævis sit modo magis explicita: hinc & libros ueteris testamenti pro nostræ fidei confirmatione, declaratione & probatione solemniter legimus: Vnde uera quoq; que credimus, ex illis probamus, & Christi mysteria ex prophetis ostendimus diuinitus reuelata & prenuntiata fuisse. Amplius quod uehementissime est pro nobis, à tempore quo lex

ELEMENT. THEOLOG. DE FIDE.

69

lex Christi undiq;cepit prædicari, lex Moysi orsa est infirmari, & omnis gloria diuinorum charismatum, miraculorum, prophetiarum atq; coelestium gratiarum, quibus olim abundauit Synagoga, Iudeis ablata est, & per Christi apostolos ad ecclesiam ex gentilitate pro maxima parte conuersam translata, immo reuera quasi incoparabiliter exuberanter data Christifidelibus q; antea Israelitis. Rursus hoc demonstratur ex hac in felicium Iudeorum captiuitate, derelictione finali, quæ iam per mille quadringentos & amplius annos durauit. Insuper idemonstratur ex irreprehensibili perfectione euangelicæ legis, quæ tota spiritualis est & diuina docens, priuatum amorem plenissimum extirpari, diuimum amorem eminentissime adipisci, omnipotentem cum summa reverentia, humilitate & puritate seruiri, & eos qui agunt hoc, cernimus defuper gratissime exaudiri, suauissime uisitari, capi, atq; in deitatis oceanum absorberi, suo creatori tam familiares, charos & intimos esse, ut non immerito eius secretarij & consiliarij appellantur. Vnde & angelicorum spirituum apparitionibus, alloquutionibus, informationibus sunt assueti, demonibus potentissime dominantes, preualent, & maxime displices. Postremo & si plura eorum quae credimus, per se sumptu uideantur ualde mira & quasi incredibilia, tamen dum omnia simili persuntur, rationes q; credendorum & prædicta eorum argumenta comportantur, nexus quoq; ordo, consonatia & cohabitudo cunctorum sapientialiter considerantur, clarissime constat nil uerius, rationabilius, diuinius esse fide & lege Christianæ religionis. Hæc breuiter tacta sint hic in communione rationibus, argumentis & certitudine fidei Christianæ, de quibus in alijs multis opusculis, præsertim in Dialogo de Fide catholica, & in tractatu contra Alchoranum atq; in Dialogo contra perfidia sceleratissimi & sordidissimi Mahometi multo plenius est tractatum.

Hebre. 7.
Apertissima p
fide Christia-
no; argumēta

Epilogus.

P R O P O S I T I O C L .

Spes fidei est condependens, necessaria ualde, ne quaq; defraudans constanter in deo sperantem. Quod est, quia ex actu fidei oritur actus spei. Quatuor enim uiso dei per auxilium gratiae eius possit acquiri, attamen qui non credit hoc ipsum, non sperat beatitudinem illam acquirere: i ccirco q; spes dicit nasci ex fide, de actibus hæc uirtutum est intelligendum; siquidem tam fides q; spes est uirtus infusa. Est quoq; spes multū necessaria ad salutem, propter q; deus in scripturis suberimnos subet sperare in ipso. Cuiq; ipse fidelissimus liberalissimusq; confitiat, ad excellentiā & bonitatem pertinet suam, ut sperantem in se non relinquit: i ccirco in omni euentu immobiliter in ipso speremus. Denique cum beatitudine eterna, quam credimus, sit supernaturalis, non ualer humanis & proprijs uiribus obtineri: Hinc opus est in deosperare, expectando beatitudinem illam immensam ad uitam eius nobis præstādam. Spes igitur principaliter & directe respicit bonum illud increatum, deinde media illa, per quæ tanq; per causas secundas, instrumentales, amminiculantes, juuantes & cooperantes, tanta obtinetur beatitudinisq; in beatissima uirgine & alijs sanctis, & in gratia dei speramus: & ita spes sicut & fides, conuenit quædam creata per comparationem ad ultimum finem. Amplius sicut duplex dicitur fides, puta informis & formata, ita & spes, quæ tamē est eadem uirtus. Cumq; spes sic diffiniri: Spes est certa expectatio futura felicitatis ex gratia dei meritisq; sperantis proueniens: intelligitur diffinitor illa de spes formata, immo potius de actu ipsius. Certitudinem demum spesi aliqui dicunt similem certitudini opinionis, que formidini de opposito est admixta. Veritatem cum opinio proprie loquendo, non habeat certitudinem, uerius dicitur q; spes fortitur certitudinem ex parte obiecti, uide dicet de promittentis ac præmiantis: cum certum sit, q; ex parte ipsius non erit nostræ salutis defectus. Ex parte subiecti, puta sperantis, certitudo non est, sed formido, cu ignoremus an simus in charitate, fine qua nihil est meritorium uitæ æternæ & quævis sciremus nos in charitate existere, non tamen certe agnoscemus, an in charitate & meritorijs actibus finaliter perfuerabimus. Hinc etiam certitudo spei potest uocari certitudo ex hypothesi, seu suppositione aut conditione. Præterea subiectum spei est appetitus superior, puta uoluntas cuius est beatitudinem præstolari. Interim quamvis aliqui dicant, fidem & spem in animabus beatis manere in quantum sunt quædam ornamenta, uerius tamen censetur q; non: nec essent ornamenta in illis, cum obscuritas fidei atq; carentia spei perfectioi derogent beatorum: Nec dubium quin quædam sint in uiatoribus ornamenta, quæ in comprehenditoribus essent deformitates.

Spes duplex.
I. sen. dist. 26.
uide bea. tho.
ibidem.
Opinio.
Confutatio.

P R O P O S I T I O C L I .

n Timor

Timor ex spe alijsq; diuersis oritur causis, multipliciter quoq; eluiditur. **I** Quod est, quoniam nemo sperat nisi quod optat: & quod optat ac sperat adipisci, ueretur non obtinere aut perdere: sicq; timor procedit ex spe. Profuit etiā ex amore: non etenim malū timetur, nisi quia oppositum bonū amatur: imo ex amore oritur & spes, cum omnium affectionum prima origo sit amor. Itaq; quoniam de eterna beatitudine acquirendā spes habemus, & de non adipiscenda timemus: præsertim cum aliorum respe & tu pauci salutētur. Hinc spes & timor sunt duæ mole, inter quas oportet nos spiritualiter molli, ne grandes sumus in oculis nostris, sed pauperes spiritali. i. humiles, atq; in solo deo fixa sit nostra fiducia: sicq; tumor omnis superbiæ frangatur in nobis ac cordis duritia, dū nequaq; de uiribus nostris præsumimus, eterna quoq; damnationis supplicia solicite formidamus. Deniq; timor est proprie fuga & abominationis malit: cuq; malū sit multiplex, est & multiplex timor: Est enim malū culpa, & malū peccata, malū etiā mixtū quid habens de utraq;. Et rursus est peccata temporalis, peccata corporalis, peccata spiritalis, peccata uitæ præsentis, peccata uitæ futuræ tā purgatoria q; infernalis, in quæ utraq; est duplex punitio, puta danni & sensus. Conformiter quidē est timor filialis ex charitate dei facturis, quo peccare ueremur, ne uultū benignissimi patris cœlestis in aliquo offendamus, & ne elongemur aut abiçiamur ab eo: quis ergo obiectū timoris sit malū, nihilominus deum, qui pura est bonitas, & iustos timere assentur, ne ab ipsis nobis malū quod metuimus infligatur. Hic timor filialis est nobilissimus timor, castus, sanctus & manens in patria, præsertim prout est unū septē donorum spiritalium sancti. Secundus est timor intialis, quo malā uitamus, & deuoluemur offendere, partim amore iustitiae, partim peccarum formidine, principaliter tamen ex charitate. Tertius est timor seruili, quo aut solum aut principaliter malū uitatur intuitu peccata. Quartus est timor carnalis, quo quis proprie pelli timet immoderate, & quæ afflictua sunt carnis, fugit & abiçit, sicut qui digna pientitiae opera facere renuit. Quintus est timor mādanus, quo malā facili huius poenalia seu temporalia dāmna immoderate timentur. Sextus est timor naturalis, qui in se nec uituperabilis est, nec uirtuosus, quo mors & quæ corruptiva sunt abhorrentur. Hinc passionem & affectionem timoris semper moderemur & rectificemus in nobis: prorsus enim peruersum magis timere malum peccata q; malum culpæ: & sicut mortale peccatum est magis diligere creaturam q; creatori, ita & magis timere illam q; illum ideo teste scriptura: Qui timet hominem cito corruebit, qui uero timet deum, nil negligit.

P R O P O S I T I O CLII.

Charitas uirtutum omnium est suprema, & forma earum ac uita & imperatrix, sine qua nihil acceptum est deo. **I** Quod est, quoniam charitas immediate deo coniungit, & intellectuum creaturarum uoluntatem creatoris uoluntati conformat ac subdit: ipsam quoq; omnipotens primo & maxime requirit à nobis, & precipit nobis cam inesse: Diliges (inquiens) dominum deum tuum ex toto corde tuo &c. Et proximū tuum sicut teipsum. Eadem quippe est charitas habitualis, quæ deum proximūq; diligimus: quoniam bonitas dei est ratio ob quā diligimus proximos. Charitas ista supernaturalis infusa est pretiosissimū balsamum deitatis, specialiter quoq; supernaturaliterq; conformans, de spiritu sancti, in tēm creatam in create menti potissimum supernaturaliterq; conformans, quæ deum propter propriam suam superincomparabilem bonitatem pure & summe diligimus, imo & incomparabiliter appetiatu, ita q; uniuersis quæ sunt & esse possunt, præponimus & præelicimus: quia & minima charitas hoc modo plus diligit deum, q; maxima cupiditas mundum, & ait deo: Bonū mihi lex oris tui, super milia auri & argenti. Deniq; hac charitate diligenda sunt quatuor, uidelicet deus & proximus, proprium corpus & ipse met diligens, intelligendo per proximum omnem rationalem intellectualemq; creaturam, felicitatis capacem, seu actualiter iam beatam. In his quatuor etiam ordo diligēti cadit sub præcepto: quia tenemur primo & maxime deum diligere, deinde nosipso: quia (ut ait Salvator) quid proficit homo si uniuersum mundum lucretur, seipsum autem perdat. Tertius proximos, circa quos etiam iectus ordo seruandus est, ut primo inter eos diliguntur parentes, deinde propinquiores, & hoc cæteris paribus. Porro maioritas dilectionis perficitur ex parte boni, quod amās uul & cupit dilectio, certum est q; plus diligere, hoc est, magis bonū uelle possumus & debemus aliquibus creaturis, potissimum humanitati Christi, sacratissimæ uirginis & sanctis apostolis, q; nobis ipsis. Amplius charitatis sunt tres gradus: quoniam infusa meretur per exercitationem augeri, & aucta per dignum profectum perficitur: estq; infimus

Matth. 5.
Matth. 11.Timor multi-
plex.
I.

II.

III.

IV.

V.

VI.

S. Tho. 1.2. q.
19. art. 2.
Proverbi. 19.

Matth. 22.

Psalm. 8.
Diligenda ex-
charitate.Matth. 15.
Marc. 7.
Lucas. 9.Gradus chari-
tatis.
3.

infimus gradus charitatis, ut sic deus toto corde ametur, q; nihil diuino amoris contrarium admittatur. Secundus gradus est, ut desiderio proficiendi in charitate etiam illa abiçatur, quæ quāuis in se prava non sint, attamen occasionaliter ab incremento & perfectione diuina dilectionis multum impedire atq; retrahere solent, ut sunt diuitiae, deliciae & honores, propria quoq; libertas, & humana ac mundana societas. Tertiū gradus est, ut priuato & carnali amore iā prorsus euulso, conuenit quantū in hac uita possibile est, indefinenter aut faltem asidue deo altissimo actualiter esse intēti, seruiddisse iuncti, inseparabiliter q; puniti, transformati & quasi absorpti in ipsum, contemplando, gustando, experiencingo q; dulcis est dominus, q; pulcherrimus, amabilis & superamabilis ipse sit: Vnuerforum quoq; salutē rotis cupiendo præcordijs & fatigando, quantum in nobis est, ut deus debite honoretur ac diligatur ab omnibus. Insuper amor est multiplex, puta naturalis, mundanus, sensualis, carnis, socialis, spiritualis, diuinus. Media uero proficiendi in charitate dei sunt proprium cor ab omnī iniuitate feruare illæsum, imo & à uenialibus & quotidianis culpis diligenter abstinerere, atq; pro ipsis quotidianis quotidie satisfacere in deitatis cognitione formata proficerre: deum profice in charitatibus augmento anxiæ ac frequentissime innocare: ad ipsum subspicere ac gemere: ei in omnibus uigilantissime obedire: & quicquid in creaturis pulchrum, dulce, amabile occurrit, ad ipsius referre ac ordinare amorem. Interim sine hac charitate careret uirtutes censemur informes, uiuificantes autem, excitāt imperialis terq; moventur à charitate, quæ omniū est regina. Veruntamen tanta est similitudo naturalis amoris ad infusum, q; inter eos discernere nō ualemus. Postrem ad charitatem, præfertim ad eius profectum & perfectionem, omne bonum quod agimus, & cuncta quæ laudabiliter patimur, ordinare debemus tanq; ad finem: omnia item ponere sub ordine diuinæ amoris, ita ut nihil queramus, optemus aut timeamus, nisi inquantū per illud in dei amore proficere possumus: Ideo dixit Ap̄plus: Finis præcepti est charitas, de corde puro & cōscientia bona, & fide non ficta.

Regula augen-
de charitatis.

1. Corin. 13.

1. Corin. 10.

1. Timoth. 1.

Sed etenim sunt dona spiritus sancti, quæ inter habitus animæ post uirtutes theologicas primatum in dignitate sortita sunt. **I** Quod est, quia cum habitus & uirtutes à suis obiectis accipiunt dignitatem, uirtutes theologicae, que habent deum pro immediato obiecto, ab omnibus asceruntur donis cæterisq; uirtutibus digniores. Deinde dona quæ sunt habitus supernaturales infusi, per quæ anima rationalis efficit bene & prompte mobilis, docibilis ac dirigibilis a spiritu sancto, quæ etiā dona ut solemnior tenet opinio, à uirtutibus realiter distinguuntur, & eas expeditiunt, id est, dona perficiunt ipsas uirtutes, ita q; uirtutes donis adiutæ expeditius operantur. Porro donorum istorum primū & sumnum est sapientia, non utiq; philosophica, informis, naturalis, nec sapientia speciæ ad dona gratia gratis date, per quā ea quæ fidei sunt persuadentur, declarantur ac defenduntur, de qua deploratq; Apostolus: Alij per spiritum datur sermo sapientiae, et sapientia salutaris formata, quæ esse non potest informis, de qua scriptura fatetur: Dedit illi scientiam sanctorum. Iacobus quoq; apostolus: Quæ de sursum inquit, et sapientia, primum quidem pudica est, pacifica, modesta, suahibilis, bonis conscientiis, plena misericordia & fructibus bonis. Per hanc sapientiam cognoscimus deum & ea quæ dei sunt per gustum internum, & recte iudicamus de ipsis per conaturalitatem & conformitatem affectus ad ea, sic q; cognitio affectus est conformis, quemadmodum uir castus & continens iudicat bene de castitate. Deniq; sapientia ista charitati inseparabiliter est coniuncta: & quāto quis amplius crescit in charitate, tanto & in sapientie dono, imo & iuxta triplicem charitatis gradum iam assignatum, triplices est gradus sapientie huius, quam nemō in mortali existēs peccato habet. Insuper dono sapientie associatus donum intellectus, hoc est habitus intellectuus infusus, in potentia intellectuua existens, & eam perficiens ad recte & clare intelligendum ea quæ fidei sunt, puta ipsa credenda, aspicio articulorum fidei rationes, & argumenta saltem nonnullat perfecti etenim uiri habent si dem certissimā cum rationibus credendo, & purificate mentis intelligentia: Cæteri quāuis adhuc pueri & imperfecti, aliquam tamen habent ac intuentur rationem cur credunt, uidelicet uel propter miracula, aut quia sic tenet & credit tota ecclesia, seu quia sancti sic docuerunt. Preterea consilium secundum q; donum, denotat habitum supernaturalem infusum, non actu

opinio f. Tho.

Dona distin-
guuntur à uir-
tutibus.1. Corin. 12.
1. Sapientia,
Sapientia,
Iacobi. 3.11. Intellectus,
Propositio
152.

Ratio credendi

iii. Consilium
prudentiae

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

prudentiae & moralis politicae: quo habitu sit mens efficaciter capax directionis spiritus sancti in contulendo, præsentim in spiritualibus & diuinis ac transcendentibus rationem: quia ut ait scriptura: Cogitationes mortaliū timidae, & incertae sunt prouidentiae nostrae. Ideo indigenus supernaturali motore, & inessibilis directione ac habitu huius confilij. Hinc (ut in Ecclesiastico dicitur) Anima uiri sancti enunciata sepe uera, plus quam septem speculatores sedentes in excelsis ad speculandum. Fortitudo quoque ut donum, est habitus quo roboramur a spiritu sancto ad agendum & patiendum in his, quæ fidem & euangelicam respiciunt legem: quia (ut fatum Gregorius) Sanctorum fortitudo est carnem domare, spiritum robare, propter Christum inctioriose pati & agere: quæ eminentius sunt per fortitudinem, quæ est donum, q̄ per uirtutes morales. At uero scientia quæ est donum, non diuerificatur penes creatu obiecta, quāvis circa illa ueretur, sicut naturales scientie: sed est habitus supernalis infusus, nunq̄ informis, quo per conformitatem affectus & mentis sapientia, rite sensitivus & iudicamus de rebus creatiis, q̄ in ipsis non sit finis ultimus statuendus, præsentim in transitorijs & caducijs: quoniam omne creatum in se & secundum se sumptum, est radicaliter unum, in itabili, indigena, atq; in nihil uertibile, nisi desuper conseruetur. Interim donum pietatis est donum quo menemur succurrere proximi, quia ad dei imaginem & similitudinem sunt creati & sic pie ad ipsos afficimus, condolemus, succurrimus, secundum gratia le gem. Virtus autem misericordia condoleat & succurrat, ut sunt proximi & egeni. Postremo timor, secundum quod donum, habitum dicit quo ex inspectione propriæ imbecillitatis ac parvitas, potissimum ex intuitione incertiscriptibilis maiestatis dei in propriam nihilem refilimus, attoniti coram illo, & cum ingenti reverentia stantes eidem, omnēq; maxima culpe penitus defantates: Hinc donum hoc quantum ad actum istum manet in patria, & fuit ac est in anima Christi. His donis tanq; septem pulcherrimis atque clarissimis stellaris, decoratur & radiat anima iusti, quibus ut perornemur, ab omni carnalitatis & iniquitatis squatore purgemur & abstineamus. Veruntamen quidam opinati sunt haec dona à uirtutibus non distinguiri realiter: sed ista positio uerior reputatur, prout in opusculo de Donis plenius est ostensum.

P R O P O S I T I O CLIII.

Ad hominem ut est animal rationale ac sociale, spectant uirtutes politicae: in quantum uero spiritalis effici incipit & ad immaterialia ac diuina confurgere, pertinet ad eundem uirtutis purgatoriarum, quæ adhuc circa passionum refrenationem & reclassificationem partim sunt occupatae, partim quoque ad diuina erectae sunt. Porro uirtutes purgati animi ad hominem pertinent iam diuinum, contemplatum, heroicū excellenterq; reformatum. Itaq; sicut secundo super somnium Scipionis ait Macrobius, Plotinus inter philosophos professores cum Platone princeps, partitur uirtutes in uirtutes exemplares seu ideales, & in uirtutes politicas seu ciuitatis, in uirtutes quoque purgatorias, & in uirtutes purgati animi. Etenim uniuersae uirtutes in deo exemplariter idealiterq; consistunt & prout in ipso sunt, exemplares uocantur, ita q̄ ratio idealis operum dei in mente splendens diuina, huncupatur exemplaris prudentia, quam imitatur omnis creaturæ intellectus prudentia, si fuerit uirtus uera: si q̄quid participatæ prudentiae apparent in brutis, à fontana illa impressum est & profluxit prudentia. Temperantia deum in deo, est moderatrix & moderantisima illa concupiscibilis conuersio intentionis diuinae ad seipsum reflexa: Fortitudo autem in deo, est incommutabilis omnipotencia eius in omni bono: Iustitia uero in deo est obseruatio legis aeternæ in suis operibus. Veruntamen uirtutes istæ morales & cardinales stricte & proprie sumpta, prout circa passiones uersantur, non sunt in deo, ut nono Ethicorum probat Philosophus. Preterea diuisio ista uirtutum in uirtutem politicam, purgatoriam, animiq; purgati, non est diuisio uirtutis in species differentes: Sed diuisio uirtutis eiusdem secundum status & gradus distinctos, ita q̄ eadē uirtus secundum gradus sui infinitum, quo pertinet ad incipientes, vocatur politica. Purgatoria uero secundum gradus medium, quos spectat ad proficietes, atq; secundum gradum suum tertium ac supremum, quo concernit perfectos, appellatur purgati animi uirtus: Nēpe tres status seruoz dei ponunt, puta status incipientiū, proficiendiū, perfectorum: ita q̄ incipientium est à uitijs passionibus precedere, assumendo & inchoando iam opera bona: Proficiendiū uero est incrementis atq; profectibus uirtutum principaliter insudare: Perfectoz autem in termino excellētiae sta te. Nihilominus onnes isti in dignitate indefinenter q̄ diu in præsenti degunt exilio, à culpis fe cum

ELEMENT. THEOLOG. DE BEATITUDINIBVS.

71

se cum diligentia & conatu abstrahere, saltem uenialibus, cum non sit homo super terram qui non peccet. Quis enim ab omni distractione & negligentiā se plenarie reprimat in diuinis? Rursus ad statum incipientium, uia pertinet purgativa: ad statum proficiens, uia illuminativa: ad statum perfectorum, uia unitiva, ad quam etiam pertinet mystica theologia. Conformiter ad incipientes, spectat status animalis: ad proficiētes, status rationalis: ad perfectos, status spiritualis.

P R O P O S I T I O CLV.

DE BEATITUDINIBVS.



Cto beatitudines assignantur. I. Quod est, quia beatitudo uia est dispositio, inchoatio, meritum atq; p̄eambulū beatitudinis patrī ad quam ascendit, itur ac peruenit per octo beatitudines uia: Oportet namq; impedimenta ueræ beatitudinis removere, quæ impedimenta sunt diuitiae, deliciae & honores ac alia multa: ideo cōtra primum impedimentorum illorum dicit saluator: Beati pauperes spiritu: Paupertas & quidem spiritus est uoluntaria diuitiarum despicio, spontanea quoque per perficio penuria quārum fieri potest propter deum. Rursus, quia initium omnis peccati extat superbia: & ibi oportet ascēsum incipere, ubi cessauit ruina: Hinc per paupertatem spiritus accipi potest humilitas, quæ tutum & optimum spiritua lis perfectionis est fundamentum, & ne quis ex amissione, subtractione aut carentia tempore ratiū rerum, ad iram aut impatiētiā moueat. Secunda: beatitudo subiungitur: Beati mites: Mitis quippe est uirtus moralis, passionem ira & refrenans: impatiētia uero propinqua est ira: Contra delicias quoque carnales subditur tertia beatitudo: Beati qui lugent: sua aut aliorum peccata defendo, aut ex alijs rationabilibus p̄ijsq; causis. Præterea in his actibus uirtutis efficiamur remisi, frigidi, inconstantes, additur beatitudo quarta: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: Attamen ne in ipso zelante iustitia relinquatur misericordia, mox sequitur quinta beatitudo: Beati misericordes: Sed cum deus omnipotens cordium fit inspecto, nec ex operibus fornicatus beatificet quenquam nisi puritas alit cordis, recte annexitur sexta beatitudo: Beati mundo corde. Ex qua sequitur ueritas tranquilitas in se, & procuratio pacis atq; concordia inter alios: unde septima beatitudo subiungitur: Beati pacifici. Verum cum laborantes pro aliorum concordatione & pace multa soleant pati aduersa, adiungitur beatitudo octava: Beati qui persequuntur propter iustitiam. Itaq; beatitudines istae sunt actus uirtutum, & ut uidetur quibusdam, sunt actus excellentium, præsentim heroicarum uirtutum, cum beatitudo sit operatio optimata adaptantur etiam donis: Extense autem loquendo, quælibet actio uirtuosa potest beatitudinem uocari, & potest unaquæcunque actio talis ad aliquam beatitudinem præfatarum reduci.

P R O P O S I T I O CLVI.

DE FRUCTIBVS SPIRITALIBVS.

Vodecum sunt fructus spiritus ab Apostolo assignati. I. Quod est, quoniam fructus spiritus est delectatio seu dulcedo in actu uirtutis cōsistens, seu ipsa actio uirtuosa, iocunda, ex gratia spiritus sancti procedens, & ex spiritu rationali elicita & producta: Hinc distinctione ac numerus fructuum attenduntur penes ordinationem & tranquillationem mentis in deo, quod primo cōtingit per dilectionem, ideo primus fructus ponitur charitas, id est, actualis dilectio dei, in quo solo cōsistit uera pax cordis: deinde per spiritualem exultationem charitati annēxam, hinc secundus fructus dicitur gaudium: Et ne gaudium istud turbetur ab alijs, tertius fructus pax nominatur: pax namq; est gaudium imperturbatum. Cumq; inordinata tristitia tranquillitatēmentis plurimum obfit, quartus fructus patientia collocatur, cuius est passionem tristitiae fecundare ac reformare. Patienti deum necessarium est, ne ex diuturna dilatatione boni optati p̄emissio sperati deiiciatur, iccirco quintus fructus longanimitas nuncupatur. Interim quoq; debet homo benevolus esse ad proximos, propterea bonitas ponitur fructus sextus: atque hanc ipsam benevolentiam opere profecta tempore congruo, scilicet benignitas ponitur septimus fructus. Sed nec ex improbitate & ingratitudine aliorum debet irasci: hinc mansuetudo dicitur fructus octauus: nec proximis dolo noceare, n. 3 ob

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

ob hoc nonus fructus ponitur fides, id est fidelitas: quanquam per fidem, fidei certitudo possit intelligi. Insuper tranquillitati & ordinationi mentis in deo, prorsus contrariantur inquietudo & turbulentia in exterioribus gestis: ideo decimus fructus appellatur modestia interior quoq; irrefrenata libido, siue ad conthorale in siue ad alienam: hinc castitas & continentia fructus vocantur.

PROPOSITIO CLVII.

DE FINE MUNDI.



Matth.24.
Luc.21.
Mar.24.

1.Cor.10

Mar.17.

1.Thef.5.
Mat.24.
Luc.17.
Obiectio.
Dilatio.

Vamuis finem mundi inferioris, & diem uniuersalis iudicij nemo queat determinare certitudinaliter; q; p̄fscire, atramen quædā illo precedenter, quibus uis & cognitis, certum erit generationem & corruptionem in elemens & mixtis cito totaliter terminandas. Quod est, quoniam CHIRSTVS in euangelio protestatur: De die illa & hora nemo scit: Nihilominus tangit aliqua signa, secundum suum aduentum ac diem iudicij p̄cecturas aliqua quoq; p̄dixit futura ante quam uenient signa illa, qua proxima erunt secundo eius aduentui, puta Antichristi aduentum, fallacias, & acerbissimas persequitiones, quas per se ac suos satellites inferet Christianis: quibus narratis, adiecit: Statim post tribulationem dierum illorum sol obsecrabitur, & luna non dabit splendorem suum: & tunc apparebit signum filii hominis in celo, & erit consummatio. Veniet ergo Antichristus sed quando, non ualemus determinare nec certò praediscere: Veniet inquam, & p̄e cunctis persequitoribus ac tyrannis ecclesiam atrocissime persequetur, ac plures decipiet per simulatum sanctitatem, per apparentē & deceptoriā allegationem scripturæ: per crudelissimas mortes quas infliger constantibus Christianis per dona & promissa, temporalesq; prosperitates, quas deceptis a se largiatur. Porro signa qua faciet, omnia erunt mendacia, quoniam ad fallendum acuientiendū ordinabuntur ab ipso ac suis: Aliqua tamen faciet uera signa, non utiq; simpliciter miraculosa, hoc est totam facultatem naturæ creatae transcendentia, nisi forsan p̄stigialiter tantum. Interim quia omnipotens deus non permittit homines tentari totaliter ultra vires, incircus in tantis periculis pie succurret, atq; ad praedicandum cōtra Antichristum duos mitet efficacissimos testes, sanctissimos viros, prophetas egregios, in paradisum translatos, nondum defunctos, beatissimos Heliam & Enoch, qui Antichristi detegent falsitates: ludæos quoq; pro maxima parte ac alios multos conuertent, ac tandem ab Antichristo occidentur, & paulo post etiā sceleratissimus Antichristus, uitiose domini nostri IESVS CHRISTI repente interficietur. Quo facto pene omnes ab ipso decepti resipiscunt & credent in Christū, qui in euangelio cōtestatur: Helias cum uenerit, restituat omnia. Veruntamen quidam induratis simorum satellitum Antichristi in sua manebunt impietate, dicentes: Quamvis princeps noster occisus sit, nos tamen pacem habemus. De quibus scripsit Apostolus: Cum dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. Saluator quoq; Sicut in diebus Noe erant comedentes & bibentes, donec uenit diluvium & tulit omnes: ita erit aduentus filii hominis. Si autem obijcas, quia ordo atq; perfectio uniuersi conficit in speciebus & permanentijs rerum, non ergo totaliter destruuntur hæc inferiora & mixta. Dicendum q; plantæ & bruta ac mixta non uiua, non sunt de integritate & perfectione uniuersi, nisi secundum statum mutabilitatis p̄fsentis. Postremo sicut persequutio Antichristi erit grauissima, sic & erit brevissima, in qua cultus Christianitatis maxime deprimitur atq; latebit, tamen ad modicum tempus: fed & Antichristo occiso aliquanti dies cōcedentur deceptis ab ipso ad p̄cenitendum, & pauci ut creditur.

PROPOSITIO CLVIII.

DE EXTREMO IUDICIO.



Niuersale erit iudicium, quod Christus in natura assumpta efficiet. Quod est, quoniam homines in hac uita peccant in corpore & anima, ideo in utroq; siuili iudicabuntur & puniuntur, aut glorificabuntur. Deniq; etiā interim unusquisq; particulariter iudicetur in morte secundum animam, ut determinata persona: concedet tamen ut in generali iudicio iudicetur, ut pars totius generis humani ac uniuersi cum cæteris. Et rursus, ut deus altissimus ab omnibus tūc simus clarissime agnoscatur esse iustissimus iudex, & sua maiestas tunc omnibus excellensissime referetur. Itemq; ut Christus propter homines ab hominib; impijs ignominiofisi-

fime

ELEMENT. THEOLOG. DE EXTREMO IUDICIO.

72

sime iudicatus & trucidatus, tunc glorioſissime in p̄ſentia omnium honorificetur: Itaq; imminentे generali illo iudicio, omnipotenti dei uirtute uniuersi mortui fuscitabuntur in eisdem corporibus, in quibus uixerunt in seculo isto, & erunt tunc puluores corporum defunctorum in obediencia prorsus plenissima, itaq; omnipotens dei imperio ac ministerio angelorum, redibunt quip ad loca & membra ac corpora sua: Reprobi quoq; fuscitati ad locum iudicij ab angelis deferentur, sancti uero uiu agilitatis aduenient: mox namq; ut sua receperint corpora, beatitudo animarum earum redundabit in corpora, ipsaq; corpora deo effectiue agenti glorificabuntur, & quatuor dotibus ornabuntur. Corpora uero impiorum iacebunt in terra, luto & plumbo grauiora, fecit dissimilat, inq; & turpiora quam dum erant in sepulchris, pro media parte corrossa, intantum q; ob stupescerū super tanta suorū miserrimorum corporum feeditate, deformitate & abominabilitate. Interim aduentum ac faciem supermetuendissimi iudicis p̄cederet ignis conflagrationis, qui mundum istum inferiorem exuret & purgabit, & quæ in eo uiua inuenientur consumet, ac ipso durante incendio, Christus cum omnibus sanctis descendet, & disceptabit contra iniquos, ac ipsoſ consuinet, ignis ille in corpora ager sanctorum, sed inflamabit in circuitu aduersarios dei. Deniq; omnipotenti iudicis summi potentia cito complebitur illud iudicium, dicitq; Christus electis: Venite benedicti patris mei, possidete regnum. Ad reprobos autem: Ite maledicti in ignem æternum: moxq; ignis conflagrationis inuoluerunt iustos, & cum omni suo calore, foetore, immunditia descendet cum illis in tartara: quod uero lucis, puritatis & amoenitatis in ipso extiterit, ad superiora ascendet. Postremo eodem momento electi cum inæstimabili gloria, cernentibus reprobus consident cum Christo in coelum empyreum, & innouabitur mundus, itaq; non solum coelestia corpora, inq; etiam elemēta uenuſtiora ac ampleri lumine, pulchritudine, amoenitate decorabuntur.

PROPOSITIO CLIX.

DE FINALI RETRIBUTIONE.



Icut electi in coelō empyreō omni felicitate & gaudio inexcitabiliter impiegabuntur, sic reprobi & iniusti in inferno omni supplicio, calamitate, tristitia erunt perpetue inenarrabiliter adimpleri. Quod est, quia uniuersi electi erunt in summo celo, quod est locus dignissimus atq; pulcherrimus, & corpus admirandæ & ualde incogniti virtutis acib; erunt immediate uniti, profundissime quoq; immersi, itemq; calidissime, suauissime, inauertibiliter ac prorsus totaliter absorpti in fontem totius boni, in obiectum opul; étiæ infinitæ, in ipsam superessential dulcedinem increatam, in superamcenissimum, superamabilissimum ac super-pulcherrimum deum: cuius bonitatis fruitione, cuius supersplendidissimæ ueritatis intuitione, cuius potentiae participatione tam felicissime ac abundantissime replebuntur, tam suauissime afficiuntur, tam feruentissime ac immobiliter inardescunt, quod plus apparet non ualebunt. Denique sicut quis totus ac totaliter repletur doloribus ac tormentis, si in medium existantissime fornacis projiceretur ac teneretur: sic beatissimæ illæ creaturæ creatori tam plene ac proxime coniunctæ, inæstimabili delectantur, feruentissime diligunt, præcordialisime regratiantur, denotissime ac iocundissime laudant: atq; ut probabiliter creditur, in glorificatis hominibus laus erit uocalis, inenarrabiliter concors, dulcis, iocunda. Insuper clare contemplabunt, deliciosissime sapient, uoluptuosissime perfruentur: ac sentient supergloriosissime trinitatis cōmunicationē & emanationē adintrā, multū intuitionē, fruitionē, dilectionē amplexā, in quibus omnibus indicibiliter, inuariabiliter ac penitus contentatiue gloriabuntur, sic q; amplius affectare nequibunt. Hæc est essentia lis ac principalis omnium electorū beatitudo & gloria, cuius comparatione uniuersa iocunditas in obiectis creatis consistens, est tanquam punctus & ueluti gutta permodica ad totum Oceanum: quanquam & illa lætitia, illud præmium accidentale, merces illa accidentis, secundaria & adiecta, inerſabiliter omnia huius mīdi gaudia superet & excedat, potissimum speculatio humanitatis uerbi æterni ac p̄clarissimæ matris eius, deinde omnium ciuium supernorum. Denique tres erunt doles animarum felicium, uisio, tentio, fruitio: quæ

refusabiliſſimū
morauante iu
dicium.

Ignis cōflagra
tionis p̄ceder
iudicium.

Mat.25.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

que quanto fuerint eminentiores in illis, tanto preclariores erunt. Insuper & quatuor do-
tes in earum corporibus erunt, nempe impassibilitas, claritas, agilitas atq; subtilitas, que
utiq; corpora etiam suauissimi erunt odoris. In tanta demum beatitudine erit secura ater-
nitas & eterna securitas. Verum in infelicissimis reprobis & damnatis omnia se habebunt
opposito modo, in quibus erit grauissimum & penalissimum odium dei ac detestatio omnis
boni honesti, mutuus quoq; importabilis rancor, inconuersibilis a summo bono auerio, su-
permeestissima mens, desolatissimus animus, perpetua & intolerabili desperatione
plenissimum sulphureum, inextingibile afflictissimumq; incendium; sed &
intensissimum frigus, infelicissimum iniudicissimumq; consortium, ma-
ledictio atq; blasphemias supersanctissimi creatoris, peccata sensus &
peccata damni. Postremo in solo originali peccato defuncti,
erunt in limbo seu loco suo absq; sensibili poena, na-
turali felicitate contenti. Vt ergo tantas reprobo-
rum euadamus miseras, tamq; indicibi-
lem electorum beatitudinem con-
sequamur, coram creatore &
saluatoro nostro indefi-
nenter timorati,
custoditi,
fer-
uentes at-
que solliciti sumus,
ad laudem & gloriam
omnipotentis, qui est super
omnia deus sublimis & benedictus. Amen.

ELEMENTATIONIS THEOLOGICAE D. DIONYSII, F I N I S.

E R R A T A.

Fo.2. a.li 9 legge, secundas intentiones. li.12 siq;.li.18 quadruplici. fo.5.22 nec iudeo.fo.6.5 sunt cause. 36 effentia. 40 mobile. 43 for-
marū. 54 semel sint. 56 sua existentia. co.b.1 marei ex canticulari. fo.7.1 principi 8 modo iudicari. II analogia 20 eiusmodi.
est.30 quis nul.47 coinfliui. eo.b.47 realis ac positiva, reales. 43 neq; materia, bis legenda. 45 materiae sig. fo.8.2 proceduraphantasti-
ca 31 clione realiter non. 55 & qles. eo.b.2 praecepit. 10 dimensione figuratio. fo.9.2 q; luxura. 22 & luxuria. 45 milliflume. eo.b.16 cor-
poris. 24 potencie. 1.32 diu.33 intelligendo p.16 effentia. qd.38 dicunt. 1.48 sum pfectiorass. q; realiter id. fo.10.16. pminus. p.16.
eo.b.2 esse per accid. 12 exercere. 14 est iuveniles. 27 & tota. eo.b.1 for. mā.28 aliqd est qd.38 qua a. 45 dispositio. fo.12.53 illo. fo.13.11
Ia. nāq.52 sui theologia. ibi. couertiu. eo.b.5 18.52 perpetui. fo.14.21 utroq. 36 factū. eo.b.13 p. aneus rationabiliter. fo.15.1 effect.
42 tñ ut. eo.b.17. Hoc. 16 pfectissimis. 52. li.2. fo.16.3 approprians. 42 mouet. 10.17.29 vocat. intercitione. eo.b.27 lob.37. 29 copert.
tū. 32 tāq;. fo.18. 16 ad dixer. fo.19.27 ter uniuersa flosas ma. 32 In dilebit. fo.20.25 fatef fo.21.34. aq; fo.22.12. coufans. fo.23. b.14
exemplar. 30 subiecte. 38. ideo analo. fo.25.32 prae certe eo. b.6 illi qd in fo.26. 8 opponit. 25 aq; dñ. 27 proprietas. 47 prime. eo.
b.5.1. in inclinatione. 8 in numero. 25 dona gratiae. gratificatio. fo.27.5.1 est distin. 53 triplex. fo.1. eo. b.42 deducit. fo.28.10 mūdus vo-
cat. fo.30. b.16 & cogitatione eius. fo.32.21 cōformari. fo.34.41 id. fin. 10.35. b.2 est quo. 21 aq; dñ. fo.36.9. ab alio. eo.b.42. simplicatio-
ris. fo.37.9. statu. 21 autoritatibus. 9 dona donant. 42 Alia. 54. & de natura. fo.42.48 & pfectualiter sunt.
fo.43.20 induxi. fo.47.2 suppostos. eo.b.2 insinuati. 6 sc̄ientia nominant. fo.50.18. pfectueri. eo.b.1 tuenuissimo. 26 uenerentur.
fo.51.6.2 ad tantā charitatē. fo.52.44. infligere. fo.53.4.4 creatio. eo.b.9 aut prima. fo.54. b.17. ita fum. fo.55. b.15. quid apud hominū
& in radu. 33 fui. Ideo. fo.57.23 scripturā. 47 tñ reneb. eo.b.11. fidebre. fo.58. b. 40 filios fñm. 4.4 audaces icones. 47 & infinita. 48
omnia. 56 ec certe. fo.59.21. huius trñ clausu. 25 modi. eo.b.11. ult. 25.25. fatus profus. imminente. fo.60.19. bonitas. 20. olenlam. co.b.9 haber.
21. multa. 32. uniri. 50. in certe. 61.14. pfo.23. enigmatica. eo.b.2.4 uerbū aterni. 4.9 conciatis. 6.2. b.4 missione. 6.3. b.10 deus. 6.4.
11. & pfectueriue. 67.49 & virtus. 69.43 concernit. quæd.30. eo.b.1 utrop. 71.44. p. gaudiū istud. p.ox ifta. 72.30 plus appetere. 44.
amplexum. 55 mattis.

Pecna damnationis
torum.

Exhortatio be-
ati.

EXIMIO SACRA

RVM LITERARVM, ET TOTIVS PHILOSOPHIAE PROFESSORI M. ARNOLDO
Lude Tongrensi, insignis ecclesiae collegiatæ ad gradus diuæ Mariae virginis Colonien. Canonico, uiro
omnium uirtutum preclarissimo F. Theodoricus Loeræ Stratis, domus Carthusiorum in Colo-
nia monachus & Vicarius S. P. D.



Nicetus D. Dionysii a Rickel Hasbaniensis, nostre professionis monachi, in omniscriptu
rae genere haud minus eruditus q; deuotissimi opera, ex maiore me ore iustu & imperio in
lucem redacturus, ne quid temere agerem, tibi omnium theologorū & philosophorū
nostrī aū facile principi, simil atq; alijs doctissimis huius academie Agrippinensis the-
ologis professoribus adamusism disciendi prius ut par erat, cōmitere voleui: quatenus
nus uero iudicio uel in publicum prodire, vel certe domi delicecerent. In qua re, pfe-
cto in primis gratias immortales habemus uobis oībus insumpti laboris, & tibi p̄flectum ut humanis
fime, q; tu non modo operā impēderis huiusmodi examini, quin etiā haud medio re suffragiū illis excus-
ēdēs p̄flecteris. Congratulamur interim quoq; & ordini nostro, qui & illud cū alijs multis iulgētissimū
lum, huic nostro seculo iam tam irradiatur, oīm produxitur: maxime, quia uobis grauissimum re litera-
tura censoribus (qđ textabundi oīs acepimus) testabunt, huius authoris uolumina nedū absq; pericu-
lo euilgari poterunt, sed & haud parū conductura sunt ecclesiæ catholice: modo pios nanci cantur le-
ctores. Nempe que rudi licet Minerva, seu (ut alij) leui cothurno, hoc est cōmuni ac facili scholasticog
stilo, ueluti sub palea sanctæ eruditio nobilissima cōtineant grana: unde panis uite & intellectus pro
deuotis quibusq; confici queat: ut nec ulli deinceps multum sit de integratitate eius doctriñ sollicitandi:
ubi tamen exprimendi codices ad archety p̄ficeriter collati fuerint. Quare illis emendādis, quod eli-
minatoria sub pralium militant, & nostram adhucbenit diligenter, & ueltra facultatis theologum ap-
probatum, nostro iudicio ad hāc rem satis appositum, nobis cooperatore conciliauimus Io. Romberch
Kyrsen. Qui pro suo in ordinem nostrum p̄fectus, haec nos nob̄ s fideliter porrecte manum adiu-
tricem: nulli parcs studio aut labore, quatenus à scriptis errorib⁹ hoc opera liberen⁹, quae insup unde-
quaq; suis foliosculis exornare molitur: ut in Commentariis Psalmorum, in Elementatione Philosophica, in
Elementatione Theologica, & libello de Natura dei atq; alijs facile conspicies. Quod si imp̄fessores eius
laboribus (quibus ip̄sum in reliquis recognoscendis speramus non defutare nobis) atq; noītris pari dili-
gentia responderint, nihil dubito omnibus uere Christianis huiusmodi librore editionem haud minus
gratiam fore q; profectura sit. Inter quos ea multis tam a p̄falo absolutis, Tractatulum de Natura aterni
queri dei, tibi cum meo, iūm maxime Reuerendi patris D. Petri Bloemenuæ Leydenis, dignissimi do-
mus nostra Prioris nuncupamus: uel eo potissimum, q; communis omnium noītrum auctor & amicus
habeatur: & utri illius p̄cipue, quem frequenter dimidium animi tui uoū uirtutum praestantium, quibus
& tu maxime polles, p̄flecteris: & de rebus theologici, singulariter de natura aterni & ueri dei p̄fusus
amore & laudibus, non raro dulcisima colloquia in uiro commiscere soleas. Ad hāc tu m̄ reminir noī-
strum Dionysium ab æmulus satis defensum iri, si tātum mereatur patronum. Accipe itaq; hoc munus
lum & si p̄exiguum, in perpetuum tamen motu i amoris & uolntre in te obseruant p̄gūus, ne interca-
pedo loci uel temporis, p̄lm in nos tuū adfectū obliteret: ubi oportuerit te à nobis ablongari ad iussum
& decretum Reuerendis in Christo patris illustrissimi principis ac domini, D. Erardi de Marca, Sancte
Romane ecclesie tituli S. Chrysogoni presbyteri Cardinalis, Archiepiscopi Valentiae, & Episcopi Leo-
dien. &c. Qui quo sedulius modestissima tua iuxta & doctissima persuertia p̄fchia, te istuc ab hac inclita
studiorū & academia cum facilius auocandū putauit, si tibi in ecclesia sua cathedrali Leodiensi nouā face-
ret prouisionem. Congratulamur quidem honori tuo, simulq; amicis qui tibi ibidem p̄fcolantur p̄f-
fentia: inter quos cognatus meus Theodoricus Hezios doctissimus theologus te ut patrem filius, ut p̄f-
ceptorem discipulus, ut canonicus confratrem canonicum anxiostissime (quod literis eius didicimus)
expectat. Atqui interim hinc mōrere consumimur & torque mur mirum in modum, si tam splendidum
lumen, inter caros ueluti hespetus inter sydera coli coruscans, hic probanda resignata, à noītra acade-
mia penitus auferri debeat: Qamuis non possimus non probare tanti principis quam mirātur pruden-
tiam, qua p̄fsum plurimos nobili illi collegio S. Lambertii, in quorum albo tu es, uirios doctrinā adscriben-
dos uigilantissima cura procurat: ac grāde quippiam uiris illis, quibus ecclesiastis suam exornat, effectu-
rus sit in posterum. Quamobrem & tua gratia huic nostrum Dionysium ex sua ditione oīm natum,
nunc vero post tot secula renascemt, per te commendatum iūi cupimus: quod liberot tanti principis fa-
uore stipatus, p̄fcolubio tam doctrinā ubertate, q; voluminum co-
pia maximo sit ornamento, nedum ordinu nostro, sed & omnibus & toti ecclesiæ, p̄cipue tamen &
gentisue & patriæ futuris. In cuius libris nihil fucatū, nihil tumidū, nihil habetur à bonis moribus alienū:
sed eruditio tam lucida q; abundans, adeo ut nihil lectori desiderandum restet, nisi fortassis elegatia uer-
borum stylusq; uenustior. In quo tamen excusari potest, quippe qui si uoū scriptis seculo, sūr xatis homi-
nibus, atq; eo tempore, quo lingua latina (p̄fserit p̄fitor) negat uoū negat in pretio doctris fuitur. Ha-
bent nihilominus (quod sepe solet dicere R. T.) Dionysius tantum eloquentia, quantum à Theologo
requiri par est tonatq; solidis scripturarum fundamentis, oracula ueritatis aternæ. Bene uale amice
& pater in Christo coaledissime.

• D. Dionysii

D. DIONYSII ARICKEL

CARTHUSIANI DE NATVRA AETERNI ET VERI DEI, LIB. VNVS.

P R O L O G V S.

Iohann. 5



CIMVS QVONIAM FILIVS DEI VENIT
et dedit nobis sensum, ut cognoscamus uerum deum: Ipse enim unigenitus dei patris in hoc natus est & ad hoc uenit in mundum, ut testimonium perhibeat ueritati. Quid autem est ueritati testimonium perhibere, nisi mentes rationales a reb⁹ creatis atq; caducis ordinate abstrahere, & ad unius summae ueritatem aeternam qd; bonitatis cognitionem amoris plenarii attollere? Finis igit aduent⁹ filii dei al⁹ prorsus non est, nisi cognitionis dei altissima formatio & amore referita, quae ad modum ad patrem loquens unicus atq; charissimus filius eius. Hac est, inquit, uita eterna, ut eognoscatur te soli uerum deum, & quem misit nossum Christum. Hoc equidem est quod alibi scripsi⁹ est: Tu deus noster suavis & uerus es. Noss te, consummata iustitia est & scire iustitia & uirtutē tuā, radix est immortalitatis. Vnde doctor diuinus in libro Spiritualis desponsationis fatetur & ait: In supernaturali & spirituali uisu uniuersa salus nostra confitit. Et Augustinus: Visio inquit, est tota merces. Denique, Aristoteles primo Ethico, & Contemplatio, faciliter in speculacione optime ueritatis seu praestitissimi speculabilis constituendā professus est: quod Platōne quoq; non latuit, ait etenim: Quoniam non solū mentes celestes, sed rationales etiā animas opifex mudi molitus est, quatenus ab incorporeis arq; corporea intellectuali substantia scilicet homine & angelo, agnoscere uel laudare. Nam est itaq; quia deum benedictū & sanctum cum affectu cognoscere & pura mente laudare, finis rite censetur omnis intellectus creati. Omne igit exercitiū, omnē conatu & affectū, omnē industriā & diligentia uniuersamq; uitā nostrā ad hunc finē infatigabiliter ordinemus, quē nō nisi purgata mēti fortiori poterimus. Iccirco, Beati mūdo corde, qm̄ ipsi dei uidebunt.

Articulus primus. Quia sit præsentis editionis intentio: & de modo procedendi in opere isto.

Quoniam itaq; benedicti dei agnitus tam magnū tamq; salubre bonū est, ut ipsa protectionē mereat diuinam, quē admodū deus aeternus per os diuini David testatur: Protegam, inquiens, euincitur utiq; nisi quoniam cognovit nomen meū de facie tuā, & salui erimus. Denique Christus in euāgeliō Iohannis sup̄p̄missus manifestationē, id est evidentē & clarā notitiā pro oī merito, p̄ remittit dū ait: Qui diligat me, diligat à patre meo, & ego diligā eū, & manifestabo ei meipsum. Nūc em̄ uidemus per speculum in aigmate, i.e. per formas seu species creatas in quadā obscuritate tūc vero manifestabit se Christus sc̄lī p̄isq; cordibus, qn̄ facie ad faciē, i.e. clare & immediate uidere coepimus, nō per similitudines deū obscure & imperfecte representantes, quales sunt oī formae atq; naturae creatae, quae utiq; à diuina p̄fectione infinite occubunt, & ideo eā aenigmatice rep̄sentant: sed per speciem in creatā, quae est ipsam ueritas prima seu diuina essentia, quā prorsus necesse est omni menti creatae loco intelligibilis formē immediate uniri, si deū sublimē debeat beatificare speculari, uel sicuti est, intueri. Propterea operis hui⁹ intentio est, de unius summi dei natura ac proprietate tractare nō qualitercumq; sed secundū naturalis rationis processum, ea duū taxat de diuina essentia considerando, quae per naturā rationē inuestigari possunt atq; probari. Verutamen ne confidratio talis reputēt infirma, sūniculo tripli qui difficile r̄tipit, stabilēt ac fulciet. Est nēpe, p̄positi ea que deo gloriose & uiuo tractanda sunt, tripliciter cōprobare, uidelicet auctoritate scripturæ canonicae, auctoritate quoq; catholicorum doctorum, & item auctoritate philosophorum. Si nāc diuina natura philosophis prorsus ignorata fuisset, Apostolus non diceret: Inuisibilia dei à creatura mundi per ea quae facta sunt, intellecta conspicitur, semper uirtus eius & diuinitas; deus em̄ revelauit illis. Iccirco ut Damascenus 4. lib. affirmat: Si ab his q; foris sunt, i.e. à philosophis, fructificare utile aliquid poterimus, non abiectabile estidatū quippe est illis philosophophari propter nos; nam eis labor appositus est, nobis autem seruat uiscit fructus.

Articulus

Iohann. 17

Sap. 15

Augustinus,
Aristoteles 1.
Ethic. cap. 8
Pato

Mat. 5

Psal. 50

Psal. 79

Iohann. 14

1. Cor. 13

Modus proce-
dendi in hoc
opere

Ecc. 4

Rom. 1

Damascenus

DE NATVRA AETERNI ET VERI DEI.

Articulus II. de utilitate cognitionis diuinae, quae per naturalem rationem acquiri potest & dici.

74

Certum præterea est, quoniam ad futuri seculi beatificam dei iussionem nemo per tingere ualeat, nisi qui modo per ueram ac gratificatiem dilectionem summo bono uehementius quam uiuenteris creaturis intendit, unitur, adhæret. In uita ergo præsenti, tota ac summa perfectio est in diuino amore accendi, procedere, stabilitas & quae nos ad actualem dei amorem amplius prouehunt, ea utique utiliora ac desiderabiliora consistunt. Quum ergo cognitionis sit causa & uia dilectionis; cognitionis enim mentis ostendit, cur aliq; diligatur. Propterea naturalis & acquisita cognitionis intantum optanda est ac utilis, in quantum cooperando animam ad dei amorem & cultum erigere atq; producere potest. Porro naturalem dei agnitionem appello, quae ex consideratione nature & ordinis rerum creatarum elicitor: res enim creatae sunt quedam participatae similitudines creatoris, ex quae cōsideratione creator cognoscit: quē admodū ex speculatioē effectus di noscitur causa. Qui igit naturali notitia dei perfecte ornat, intellectū suū ad dei contemplationē facilissime atq; uberrime extēdere potest: qm̄ quicq; dī ex rebus mīdi sensibiles exterioribus sensibus eius obīicit, hoc intellectū protinus materia, id est obiectū atq; imago contēplandi a creatorē efficitur: Didicit nācq; creature tanq; simulachra creatoris a picere: & quicq; quid in eis appareat, ad super sapientis opificis admirationem referre. Quum ergo teste sancto Cyrrilo, totus sensibilis mundus sit schola: & rationibus sapientiae plena sint omnia, constat q; prædictam dei cognitionem fortitus, in cunctis & singulis etiam minimis creaturis cauam ac speciem habeat atq; reperiat contemplandi deum altissimum. Vnde beatus Antonius, cui prædicta dei cognitionis partim quidem ex naturali ingenio claritate, partim uero ex diuina illuminatione innotuit, cuidam philosopho interrogat, qualiter tanta cognoscere quum libros non haberet respondebat: Meus oī philosophus liber est ipsa rerum natura, tota atq; seculi machina. Insuper habitus est, quo quis quum uoluerit facilissime utitur ac operatur: est enim habitus uelut altera natura. Qui ergo habitualem fuerit diuinorum agnitionis nem adeptus, prompte, frequenter ac subito in omni loco & tempore atq; negotio poterit cor suum ad deum dirigere, ipsa atq; diuina naturae proprietates, prout in rebus creatis nullis formis inter naturaliter atq; relinquent, subtiliter speculari, seriatim contueri, profunde scrutari, delectabiliter atq; pensare. Denique naturalis ista cognitionis dei ad gratias gratis datas pertinet ideo & bene & male ea uti quilibet potest. Quemadmodum igitur in uero uano ac tumido, inflationis & indignationis seu aliorum contemptus est causa: ita in uero gratio ac humili meritoria perhibetur, salubris & maxime utilis: Hac siquidem dei cognitionis actus est sapientia, quae est habitus naturalis & acquisitus siccirco in se meritoria non est, sed dum gratia informatur, & charitate perficitur ac imperatur, tunc deo fit placita, aeternæ uitæ meritoria & diuina.

Articulus III. de causa motiva atq; finali huius lucubrationis.

Multos interēti etiam religiosos itemq; deuotos à iam dicta diuinorū notitia naturali optanda ac requirenda retardat & abstrahit, q; cernunt plurimos in p̄ dicta cognitione tam excellentes, uanos esse, elatos ac uitiosos, absque timore ingeniū deuoti & humiles inueniantur. Vnde superfluum uidetur eis & uanis, talia tam inhanter exquirere, tam studiose addiscere, quibus multi tam parū proficiunt, immo tam multum deficiunt. Verum ut dixi, istud nequāq; scientie sed abusionis scientis imputare oportet. Non ergo uane negligētiūq; in diuino obsequio uitiosus abuso, pura p̄iaq; corda à p̄dicto retrahat studiō: quoniam teste Augustinio: Scientia charitate adiūcta plurimū prodest. Porro quia scientia rationem concernit ac perficit: uirtutes uero morales passionum reformatrices appetitum sensituum respiciunt atq; perornant: nō autem possibile est rationem ueraciter perfici, nisi appetitus sensitivus inferior anteā perficiatur. Oportet nāc ab inferiori ordī, & paulatim ac ordinate ad superiora progredi perfectionēq; fortiri: Quoniam contestante Apostolo: Non prius quod spiritale, sed quod animalē, deinde quod spiritale. Iccirco qui fructuose & prout de cupit in cognitione dei naturali, profunda, subtili, proficie re, primo atq; precipue omnem laborem sollicitudinemq; impēdar ad passiones refrēndas, uirtutia depellēda, & ad uirtutes morales, humilitatem, mansuetudinem, patientiam, temperantiam, adipiscēdas. Hoc est quod Cassianus docet & ait: Duplex est sciētia, puta ethica seu moralis, cuius finis non est scire, sed uirtutes acquirere, prout. Ethicorū Aristoteles scribit: Quid

Malorum abu-
sus à bono au-
cere nō debet.

1. Cor. 15.
Moris probi-
tas necessaria.

Cassianus.
1. Ethic. cap. 9.

Naturalis dei
agnitio eleu-
nos in ipsius
amorem.
Probario pri-
ma.

Cyrrillus.
Antonius.

Secunda.

Tertia.

Perfectio hois
in hac uita.

o 2 est

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

est uirtus, scrutamur, non ut sciamus, sed ut virtuos & boni efficiamus: Alio uero est scientia theoria seu contemplativa, cuius finis est ueritatis agnitus. Qui ergo theorica cupit Scientiam adipisci, primo in ethica exercitetur. Quoniam igitur mihi frater charissime, & in uisceribus sinceriissima charitatis unice predilecte, atque super nilia auri & argenti semper cordialissime praemandare, uita tua exercitia optime nosco, & deuotissimae mentis tuae circa diuina affectum singulariter scio: ita ut non inaniter confidere possum te praedictae sapientie salubriter fore caparem; atque tantundem miti ac humili animae tuae eam consistere fructuosam, quantum uitiosis elatisq; cordibus eam scio nocuam: Propterea eximia charitate tua inductus, hoc opus aggredior: Hoc enim caritas perfecta depositis, ut amans dilecto omne quod ualeat bonum communicet. Finis uero huius operis est, ut simul ex consideratione inuisibilium dei, ex contemplatione sempiternae uirtutis altissimi, ex agnitione diuinitatis aeternae, delectemur in domino, abstrahamur a seculo, in flanum emur in deo, moriamur carnis & uitio, donec feliciter consummetur in Christo. Ob haec nempe coditi sumus, mundum reliquimus, Carthusiensis effecti sumus. Hoc est quod doctor ait diuinus. Virationalis creatura unionem dei sublimem ualeat adipisci, & supernaturaliter possidere, deus celum & terram & cuncta plasmavit. Ob hoc deniq; deus ipse factus est homo, uixit in mundo, docuit uiam uiuenti, ac formam deo inharenti in semetipso nobis monstrauit. Porro qui ipse diuinus & magnus Dionysius libros suos unice sibi dilecto uidelicet Timotheo scribat, nulli uideatur ineptum, si ego peccator & parvus. Dionysius sub pedibus illius longe prostratus insine iaccens, ista tibi mihi in aeternum charissimo dilectio urgente conscribo.

Articulus quartus de cognitione dei infatigabiliter requirenda.

LAETETUR cor quærentium dominum: quærite dominum & confirmamini, quærite faciem eius semper. Quemadmodum decimo septimo de Trinitate Aurelius Augustinus discruxit, id quod semper quæritur nunquam inueniri uidetur: quoniam ergo laetabitur & non potius contristabitur cor quærentium dominum, si quæ querunt, inuenire non queunt: Et tamen deum posse inueniri Elaias testatur qui monet: Quærite dominum dum inueniri potest. Et Psalmista: Prope (inquit) est dominus omnibus inuocantibus eum. Si ergo quæsus est potest inueniri, cur dicitur, quærite faciem eius semper, nisi quia inuentus quærenatur? Sic enim incomprehensibilia sunt requirenda, ne se reputet nil inuenire, qui q; sit incomprehensibile quo quarebat, inuenire atque agnoscere potuit. Cur itaq; amplius quærit, si incomprehensibile esse deprehendit quod quærit: nisi quia cœstandum non est, quandiu in ipsa incomprehensibiliu[m] terrena inquisitione proficitur & melior semper efficitur quærens bonum tam magnum, quod & inueniendum queritur, & quærendu[m] inuenitur: Nam & quæritur ut inueniatur dulcius, & inuenitur ut quæratur audiens. Vnde in Ecclesiastico sapientia ait: Qui edunt me, adhuc erunt: & qui bibunt me, adhuc sitient. Sed obuiare uidetur quod apud Ioannem dicit saluator: Qui biberit ex aqua quam ego dabo, non sitier unq;. Sed hoc referri potest ad uitam futuram: tunc enim replebitur in bonis desiderium nostrum: Satiabor, inquit, quum apparuerit gloria tua. Itaq; prædilecte quæramus & lati quæramus faciem domini dei nostri: Deus n̄pē de cœlo prospexit super filios hominū, ut uideat si est intelligens aut requires deū. Nec terreat nos incomprehensibilitas eius, sed pensem uera Hilaris: Ego, ait, non cōp̄ehendo, & consolabor me tamē. Angeli nesciunt, archangeli non audierunt, secula non tenent, propheta non sensit, apostolus non interrogavit, filius ipse non edidit: Nihilominus credendo incipe, percurre, persperse & si me non esse peruenture agnosco, tamen gratulabor profectus. Qui enim infinita pie persequitur, quis non contingat, tamen prodeudo proficiet. Hoc est quod ait Psalmista: Accedite ad eū & illuminamini, & facies ueræ non confundent. Atque unigenitus filius: Eū qui uenit ad me, non enī foras. Vnde Cyrilus: Sēper, inquit, disce, & in extremis horis sapientiae studemus: nūl enim est homo sine sapientia. Sed uera sapientia est, quæ sancte simplicitatis innocentia decoratur: unde semper oportet addiscere, & in extremis horis fundū sapientiae desiderabilius inuestigare: Finis enim prudentis sapientia est: ideo quod ei uiciniores efficiunt, eō maiori auidi orīcū imperu ad eius amplexū curramus. Si enim non proficiimus mox deficit. Igitur donec in semita fueris, semp disce, nec unq; putaueris satis esse: nēpē si steteris, retrocedis. Sed teste magno Cyrillo: Vera sapientia ea est mētis ueritas, qua sumunū bonū, qd deus est, recta fide conspicit, & casta dilectione tenet. Deniq; ad adipiscendam diuinorum notitiam, ad sapientiae (que est summi dei agnitus) adoptionē, ipsi quoq; meliores philosophi omne studiū omnēq; inferiōrē & res scientiā ordinabāt: Vñ Aristotele, cui, teste Hieronymo, pene totū

Gen.
Philip.
Dionysius.

Psal. 104.
Augustinus.

Eph. 5.
Psal. 144.

Eccles. 34.
Iohann. 4.

Psal. 16.
Psal. 52.

Hilarius.

Psal. 13.
Iohann. 5.
Cyrillus.

Sapientia uera.

DE NATVRA AETERNI ET VERI DEL.

totum id reuelatum est quod naturaliter sciri potest, 16. de Animalibus ait: Modicum illud quod de diuinis substantiis & præsertim utiq; de uero deo cognoscere possumus, desiderabilius est atq; præstatius omnibus que de corporeis entibus ualemus agnoscere. Quod etiam Plato in Phedone insinuasse uidetur. Quapropter beatus Apostolus: Omnia inquit, arbitror detrimentum esse propter eminentem scientiam domini nostri Iesu Christi.

Philip. 3:

Pro. 25.
Dionysius.
Damascenus.

Articulus V. de moderamine in diuinorum inuestigatione seruando.

SIcut deniq; gustui corporis dulce est mel, sic gustui mentis dulcis est dei agnitus: Sed sicut qui nimium comedit mel, non est ei bonum, sed euomit illud: sic qui perscrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Iccirco quemadmodum primo capitulo de diuinis nominibus Dionysius astruit, & Damascenus primo libro induxit: Non est audendum nec licitum, aliquid de superessentiali diuinitate assertere, preter ea que nobis in sacris traduntur eloquij: sed neq; haec ipsa debenuis nimium uelle disicutere, profundare, scrutari. Verum iuxta Dionysii dogma sursum recipiamus, quantum sapientia in scripturis radians seipsum immittit, nosq; ad diuinos splendores deducit, ita ut siue docentes siue discentes, maneamus semper inter terminos ueritatis ac nostræ possibilis tatis sancte ac temperate consticti, sequentes leges hierarchicas, quæ exigunt unumquemq; ad diuina exerceri sine præsumptione & negligencia, secundum q; capax est & præstitutu à deo. Itaq; ueneremur diuinum secretum inscrutabilibus & sanctis reuerentijs mentis, honoremusq; indicibilia dei casti silentio, extendentes nos ad aeternæ sapientiæ splenditulos radios nobis in sacra scriptura fulgentes atq; propositos: sicq; affectualiter accendamur ad cognoscendas ac enuntiandas laudes diuinas, quatenus secundum nostram capacitatem lumina inuicem diuina cœlitus reuelata, seu ueritates diuinas, sciamusq; deum laudare tanq; principium omnium lumen nobis diuinitus apparentium, prout Colosenses hortatur. Apofolos dicens: Pax Christi exultet semper in cordibus uestris, cantantes & psallentes in cordibus uestris domino semper: Omne quodcumq; facitis in uerbo aut opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi agite: gratias agentes deo patri per ipsum. Porro haec humani intellectus imbecillem capacitatem sapientialiter esse pensandam, præsertim diuina diuina tractantur: Plato, quem Augustinus nobilis, Hieronymus doctum appellat, in primo Timei pulchre ostendit, dum ait ad Socratem: Memeto tam me qui loquor quānuos qui auditis homines foret atq; ita in rebus subtilibus mediocrem elocutionem in agni cuiusdam esse onus laboris.

Articulus VI. an deum esse, fit per se notum.

PORRO secundum Thomam dupliciter dicitur aliquid notum per se: Primo secundum & quantum ad nos, quando uidelicet terminis cognitis statim ueritas innotescit: sicq; prima principia sunt per se nota; ut omne totum est malus sua parte. Secundo dicitur aliquid per se notum secundum se, non tamen quantum ad nos, quando uidelicet prædicatum includitur in ratione subiecti ut homo est animal: talis quippe propositio est per se nota secundum se, uel ex sua natura. Si vero quis nesciat quidnam sit quod subiectum atq; prædicatum designant, non erit quod dicitur per se notum quantum ad illum: Itaq; Thomas affirmit, q; deum esse, fit per se notum secundo modo: quoniam deus est ipsum suum esse: non autem primo modo, quia ignotum est nobis quid sit esse diuini num. Quamuis autem Ioannes Scotus, qui & doctor subtilis vocatur, ac Petrus de Aquila eius secutor, in conclusione uidelicet, q; deum esse non sit per se notum, cum Thoma concordenter nihilominus distinctionem beati Thomæ præinductam reprobare nituntur: sed quoniam rationes quas afferunt non conuincunt, iccirco distinctionem Thomæ admittunt. Sentio tamen quod & eximios uiros sensisse ostendam, uidelicet quod deum esse, fit per se notum utroq; modo. Et quidem Anselmus hoc ipsum non solum atriuit sed insuper probat. Damascenus quoq; i. libro euidenter testatur, q; deus nequaquam reliquit humanum genus in omnimodo diuinitatis ignorantia: quoniam omnibus naturaliter est inserta cognitio deum existendam: ergo utiq; etiam quantum ad nos per se notum est deum esse, quoniam nihil sit notius eo quod naturaliter innotescit. Primo igitur introducenda est ratio fanci Anselmi quæ talis est: Deus est, qui nil maius seu dignius cogitari potest, quoniam deus sit ens summe perfectum: sed tale ens non esse concipi inquit: in unicuiq; ratione sana ueritati, certissimum est ipsum esse: Quod enim in sola ratione existit, nec in ueritate rerum substitit, nequaquam est tale ac tantum, ut nil eo cogitari queat præstantius, uel esse perfectius: Quod

Vide s. tho. i.
par. q. 2. ar. 1.
Cōtra Gen. li.
1. ca. 10. de uer.
q. 10. ar. 12. &
alibi.

Vide hic capite
olii 1. Sen. dicit.
2. q. 2. cōclusio
ne tertia.
S. tho. i. par. q.
2. art. 1. ad pri
mum.

Ratio Ansel
mi.

Omnē studiū
hominiſ in de
um referendū.

Coi. 5.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

enim in sola rationis apprehensione consistit, est imperfectum ac debile, atque declivius illo quod etiam reale ac uerum esse sortitum est. Quum igitur is qui uere cognoscit quid hoc nomen deus significet, in eo quod dicitur DEVS, ens perfectum ac summum, et quo nil maius concipi ualeat, intelligat: clarissime elusescit, qd nihil sit notius aut certius qd deum esse.

S. tho. i. par. 4.
2. art.

Plat. 13.52.

vide tho. Cate-
ta super i. par.
S. thome q.2.
art.

Cotulorium.

Hac solutio
S. thome i.
par. q.2. art.
ad primum,
vide Clichio
uecum ibidem
per Dama.

Idem dicit Albertus super librum de Causis. Constat ergo, qd deum esse fit utroq modo per se notum. Preterea arguo ita: Id cuius oppositum apprehendi non potest, notissimum est: sed huius quod dicitur deum esse, oppositum apprehendi non potest: quum enim deus sit ipsum perfectissimum atq plenissimum esse, quicunque deum non esse affirmat, nescit quid dicit, inq propriam uocem nullo modo intelligit: quoniam esse perfectum ac plenū dicitur per meram atq omnimodam fugam, recessionem, abnegationem eius quod est nō esse: Quicunq itaq after deum non esse, amplius deuiat, quam qui negat nihil non esse, uel terram non esse terram. Deniq deum non esse implicat immediatam & claram contradictionem: quia, ut dictum est, deus est naturaliter plenum summum qd esset: & tale esse non esse ad extra, contradictionem includit sicut ostendunt est: quod autem immediatam & claram contradictionem implicat, apprehendit non potest: Vnde secundum Philosophum, contranegantes prima principia non est disputandum: ed quod tales propriae non intellexerant uocem: Ergo deum esse adeo certum est, ut eius oppositum apprehendi, cogitari, concipi nequeat. Quid est ergo quod ait scriptura: Dixit insipiens in corde suo, non est deus? Plane secundum Augustinum haec tanta amentia est paucorum. Quemadmodum igitur non sequitur illud primum, communissimum certissimumq principium: De quolibet affirmatio uel negatio, de nullo uero simul: circa non esse per se notum, quoniam quidam antiquorum philosophorum ipsum negabat: ita non sequitur, deum esse non fore notum per se, quia insipiens qui bestijs comparatur, ipsum stultissime negat. Et cur deum esse negat, nisi quia non intelligit quid hoc nomen deus importet: & cur id non intelligit, nisi quoniam nō aduerit: & cur non aduerit, nisi quia malitia excaecavit animam eius: & quod dicit, non secundum rationis iudicium dicit, sed secundum uoluntatem, eleam liberamq malitiam, sicut qui negat quod sensu constat. Insuper quod aliqui dicunt deum esse, non esse per se notum quantum ad nos: quoniam ignoramus quid sit esse diuinum, stare nō potest: sic enim nulli in uita praesenti quantumcunque edocto, esset per se notum, deum esse: quā nullus in uita hac, quid sit deus agnoscere ualeat: imo nec substantijs separatis secundum naturalem ipsarum perfectionem esset per se notum deum esse: quoniam naturaliter diuinam essentiam quo ad quid est, capere nequeunt, sicut in libro de Causis, & in Elementatione theologica Procli Platonici comprobatur: Ad hoc ergo quod deum esse, uel quodlibet simile, sit per se notum, sufficit ut quid termini signentur a cetero cognito, praedicatum tam euidenter subiecto conueniat, ut nemo ratione perfungens, de ueritate ambigere possit. Vnde quod aliqui dicunt, nō esse notum per se, nisi quod cadit sub sensu, ueritatem habere non arbitror: quum ueritas primorum principiorum sit nota per se, quam liquet sub sensu directe & primo non cadere. Sed nunc uidendum, an praeinducta opinio Damasceni authoritatem effiscit soluat: ait equidem ita: Debere uerbum Damasceni exponi, ut omnibus naturaliter inserta sit notitia deum existendi, secundum rationem confusam atque communem, in quantum uidelicet deus est beatitudo quam omnes naturaliter appetunt: uidetur autem ista expostio Damasceni proposito non esse concordans: Damascenus namque primo primi libri capitulo autoritate ita inducit: Omnibus cognitione existē deum ab ipso naturaliter inserta est. Tertio autem capitulo eam sic repetit: Cognitio existē deum deum, naturaliter inserta est nobis: Quia uero intantum præualuit diabolī pernicio sa malitia hominum naturæ, ut quosdam in irrationabilissimum omnium malorum pessimumq perditionis deduceret barathru, ut dicant deum nō esse, placuit deo per apostolos miracula facientes eos ad ueritatem reducere. Ex his Damasceni uerbis patet, non solum naturaliter nobis esse innatam notitiam, deum esendi, secundum rationem communem qua dicitur beatitudo: quum etiam pessimi quicunque beatitudinem appetant, secundum Augustinum in libro de Trinitate: quam nequaque appetenter, nisi eam esse parent. Itaque ultra hanc rationem communem inserta est nobis deo quædam agnitus, quo ad id quod deo est proprium, sicut quod deus est ens perfectum, uel simile aliiquid. Hoe tamen cum beato Thoma opinor, non esse omnino per se notum, an hoc ens quod est deus, sit finitum uel infinitum, corporeum uel incorporeum, sed qd ipsum sit, omnino certissimum est.

Arti-

DE NATVRA AETERNI ET VERI DEI.

Articulus vii. qualiter ex consideratione motuum atq mobilium perducatur ad unius immobilitatis & primi motoris, qui deus est, contemplationem.

DEniq motus est uia atq tendentia ad aliquani formam: quemadmodum instru-
cio est uia ad doctrinam: Forma uero est rei perfectio, ut anima corporis: quod
ergo mouetur, ad perfectionem tendit, & nondum perfectum est, unde secun-
dum Philosophum: motus est actus entis in potentia: quod autem mouet, est in
actu: Nil uero est simul in actu & in potentia secundum idem: nil ergo potest esse mouens
& motus secundum idem. Aliqua tamen mouet seipsa quemadmodum animalia, sed non secun-
dum idem, quia per animam mouent: anima enim est principiū uitæ & notus formale atq
intrinsecū: Per corpus uero mouentur, quia materia est moueri & pati. Veruntamen in his
motor seu anima mouetur per accidens: nō motis nobis, mouentur omnia que in nobis sunt:
Oportet igitur tandem uenire ad unū primum motorē separatum ac pro rursus immobile: nam
motor coniunctus qui mouetur per accidens, non habet à seipso uirtutē mouendi, sicut nec
essedit: ut enī probat Philosophus, extra actu & potentiam seu formam & materiam oportet esse
causam efficientē ac uniuersum cū alio potentiā quippe seu materia nec unit nec mouet
seipsum ad formā, quum omnis motus à forma causetur: forma quoq non unit seipsum ma-
teriae, nec actus potentiae non enī precedit eam, sed in eodē simul incipiunt, quamvis non
semper simul desinant. Cū itaq conspiciamus in mundo sensibili multa esse mobilia, diuer-
sos motores atq cōuenientē ordinē obseruari in eis: elemēta namq in inferiora à superiorib⁹
elementis mouēt & alterant: & in fina sphæra mouet altius elementū scilicet ignē: sphæ-
ræ quoq seu orbes inferiores à superioribus cū cōferuntur: ante omnia igit ista mobilia est
unū omnino immobile mouens, omnibus uirtutē efficaciq mouendi originaliter ac immo-
biliter influēs, non enī sit in infinitū: hoc autē est deus benedictus & sanctus. At uero nul-
lū mobile est sibi ipsi finis, sed presupponit aliquid ante se prius ac dignius ipso, quod sit finis
ipsius: motus enī ordinatur ad finis auctoritatem seu copulam: unde quod mouetur, di-
scitat à fine, & ferit ad ipsum: & sicut testatur Philosophus in libro de Cœlo & mūndo: Quod
finis propinquus est, uniformiori simpliciori qd motu ad ipsum pertinet: Quemadmodum
substantiae separatae uno ac simplici actu convergunt ad deum uel auertuntur ab ipso:
quoniam iuxta Isaac Israélitā philosophum, substantia separata in umbra diuinæ lucis seu
proxime deo creata est: Vnde Augustinus in libro Confessionum ad deum eloquia po-
nens: duo (inquit) creasti dō domine, unum propte, scilicet angelum, aliud prope nihil,
puta materiam. Intellectus uero humanus qui secundum Augustinum & Isaac in umbra
ultimi angelii factus est, multis diversisq motibus ultimo fini uidelicit deo excuso coniun-
gitur: nam in ordinibus intellectualium essentiarum à deo maxime atque longissime di-
dit. Liquet igitur, quoniam ante uniuersa mobilia esse oportet ens quoddam immobile,
quod sibi ipsi finis ad quod omnia ordinentur. Tale quoq eris nec errare, nec peccare,
neq deficere potest: quoniam omnis error, omne peccatum ac omnis defectus propter re-
cessum seu deordinationem à fine contingit. Cum itaq primum ens sit sibi ipsi finis sicut à
seipso separati non potest nec referri ad aliud, ita nec error nec culpa, neq defectus in ipso
accidere ualent. Porro omne creatum deficere potest, quoniam indiget conseruatore: an-
nihiliari etiam potest, quia ex nihilo conditum est: omnis autem intellectualis natura citra
deum nedum deficere, sed & peccare errare potest, quia à fine ultimo diffat: Hoc Tho-
mas super secundum Sententiarum pulchre deducit. Amplius ubiq̄ inuenitur mediū
ex extremis compositum, etiam reperiuntur extrema simplicita: hæc autem propositio ab
Aristotele sumitur, & ab Alberto Magno frequenter inducit, cuius exemplum est: Nam
quā sit ens ex actu potentiae cōpositum, ut homo, lapis, coelū: neceſſe est esse aliquid quod
sit potentia tantū, quod appellatur materia prima: aliquid quoq quod sit actu tantū, quod
est deus: quom ergo sit aliquid mouens motū, ut animatū, quod mouetur & mouet, quoniam
mouet seipsum: oportet fateri, quia sit aliquid quod est mouens tantū, & aliquid quod est
motum tantum. Quemadmodum igitur omnes testantur, id quod est motum seu mobile
tatum, fore ens infinitū atq uilissimum, putam materialē primā, quæ secundū Philosophū Septi-
mo Prima philosophiæ, nec est quid, nec quale, nec quantū: ratio enī ipsius cōsistit in abstrac-
tione ab omniforma tam substantiali qd accidentalis: Sic uniuersi intelligit id qd est mouens
tantum.

76

3. phy. c.c. &
alibi.
2. Topi. cas.

z. de Cœl. &
mūndo. c.c. 53:

Augustinus:

2. Sen. dist. 34.

2. Metaph. 6.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

z. d. Ccc. mā.
tex. cō. 30.

S. Phy. cō. 67.
& s. & p.
pot. c. o.

Vide Paul de
S. mon. 12.
Meth. circa
tex. 35. L. doct.
Ibid. Joan. de
Landuno &c.

z. d. Coel. &
mū. tex. cō. 40.
Pist. 1.1
Pist. 59.
Pist. 4.

Pist. 52.
Pist. 61.

Bachth. lib. 3.
de Con. phi.
mēro nono.

Deus mouet
ut finis.

tantū, esse ens sumū ac proflus dignissimū, quod est deus gloriōsus & felix: Constat ergo clarissimum, quoniam cū cetera mobilia ante cedit ens quoddam altissimum nullatenus mobile. Hęc aut̄ propositio introducta, praeſertim in essentialiter subordinatis ueritatē fortuit: Essentialiter uero subordinata censeretur, quorū unum sine alio causare nō potest, ut elementū, ceterum, intelligentia: Talia quoq; sunt ipsa mobilia atq; mouētia: nam motus terrestriū coperdet amotu cœleſtium: Oportet (ait) Philoſophus totū hunc mundum esse contiguū lationibus superiorum, ut tota eius potestias in deo gubernetur. Postremo in iſtis aliter subordinatis nūq; uenit ad aliquod determinatū ac præſens, nī sit aliud primū à quo motus & actio origīnatur: infinita nāq; pertransiſti nō queunt: Id uero quod mouetur per accidēs, esse non ualeat principiū motus simpliciter primū: Nā quin idem secundū idem non sit mouens ac motum, de necessitate oportet fontale ac penitus primū motus principiū fore omnino immobile: quod Plato quoq; in Phaedone denuntiat: est igitur in uniuersitate regis ens quoddam omnifari quomodolibetq; immobile. Possent interū aliae multas rationes ad id adduci, sed quoniam in editione præſenti deuotioni potius q; subtilitati uacare propono, dignum non reor his quæ à philoſophis plenissime offertur, nūmīum immorari: sed medocriter atq; faciliore quo poterō modo talia tangere. Nunc ergo o' frater ex ordine mouentū atq; mobilium ad primū motoris contemplationē feramur, ad immobiles entis admirationē ducamur, ad primū mouentis (quod à ſeipſo omnē mouendū modū, omnēq; mobilium legem adiuuenit atq; inſtituit) dilectionē ardentius incitemur: ex mobilium imperfectione immobiles entis perfectionē pēſemus: ex mobilium labore ac fatigatione immobiles entis quietem noſcamus: ex mobilium uicissitudine ac instabilitate, immobiles entis stabilitatem ac uniformitatem subtiliter conſideremus: Nam opposita iuxta ſe poſita euidentius eluēſcunt: ſicq; deuote & uere ſciamus, q; uere de deo ac domino nostro dicat ſcriptura: Tu aut̄ id ē ipſe est & quoniam mille anni ante oculos tuos tāq; dies heſterna que p̄ræteriſt: & in pace in idipſum dormiam & requiesca. Ipſe equidē deus noster dignissimus, uerissime dicit idipſum, in quanto nō ſeruam ab omni distractione uanissima, ab omni phantasia indigna, ab omni occuptione culpādā dormire oportet, atq; ab omni anxietate, formidine, ſolicitudine, labore, mēre, ſiduſtialiter ſuauiterq; quiescere. O uere idipſum, quod à propria stabilitate nunq; mutatur: quod à ſumma reſtitutioне nunq; deſelectur: quod à perfeſta beatitudine nunq; mouetur: Dicat illi anima noſtra ſit in diuinitate & amore ſanctigera: adhuc fit anima mea poſt te: & in deo ſalutare meū: & gloria mea deus auxiliū meū: & ſpes mea in deo eſt. Quis unḡ tam dulce uerſum audīvit: quis poēta tam ſuaue carmē depropoſit: quis rhetor tam uenustū ſermonē profudit: quis philoſophor tam ſalubre eloquium edidit: Nonne beatissimus noſter Philoſophus ſanctus diuinusq; David omnes illos elingues mutosq; eſſicit? Contēplemur in ſuper in motu coeleſtiū, in uelocitate, uniformitate, inceſtabilitate circūuolutionū coeleſtiū orbiū ſuperineffabilē potentia ſuperinextimabilēq; ſapientia adorandi atq; æterni opificis, unius ſumū immobileq; motoris, qui ſtabilis manens dat cuncta moueri. Perpendamus q; infinita milies militia militaria ſol, ſtelle, planete, omni de perambulant: q; ordinate percurrant, q; obedienter deſeruant: Hanc nēpe contemplationē ſolitario cōuenire, que etiā beatissimi patribus noſtris Benedicto itēq; Franciſco plurimū placuit. Magnus Baſilius pandens: Stat, inquit, ſolitarius frater nocturni ſtēriporib; celos proſpicens: hinc per labia oris paſmī canūtur: hinc oculis corporis curſus aſtroz cernuntur: hinc oculis mentis creator ac motor agnōcitur, admiratur, laudatur, ac totο affectu amplectitur.

Articulus VIIII. in quo genere cauſæ poſuerunt philoſophi deum
ſublime esse primū motorem.

A Liter demum mouet efficiens cauſa atq; aliter cauſa finalis: Cauſa nāq; efficiens eſt principiū immediate motū producens: cauſa uero finalis non immediate motū producit uel elicit, ſed mouet efficiens: efficiens aut̄ motus à fine mouet mobile atq; materiali finis nāq; eſt primū in intentione, quia efficiens non nī propter finē operat ac mouet: Sicut in bellicis rebus uictoria ſenſuor regis eſt cauſa finalis pugnandi, & mouet milites ut fortiter pugnent: Quē admodū deniq; ſecundum philoſophos finis eſt cauſa, ſic motio eius eſt prior, fortior atq; prætantior motione cauſæ efficiens, imo cuiuslibet alia cauſa. Aristoteles ergo & Plato cū ſuis ſequacibus, aſtrunt deum non eſſe primū motorem aliiuſi orbiū coeleſtis in genere cauſæ efficiens, ſed finaliſſima q; deus eſt finis propter quē ſinguli orbes à proprijs circūferuntur motoribus, qui motores mouētū a deo ſecundum appetitus mouetur à fine, ſeu desiderans à bono defiderato. Vnde Auicenna

DE NATVRA AETERNI ET VERI DEI.

77

Auicenna teſtatur, q; deus eſt agens ac mouens extra omne genus ac ordinē: Et Auerois dicit, q; deus mouet uniueros orbiū motores eo modo, quo rex ſedens in throno mouet ſubiectos. Hęc autem poſitio ſacrae scripture & sanctis doctoribus conſonat: Scriptum eſt enim: unus eſt altissimus creator omnium omnipotens, rex potens & metuendus nimis, ſedens ſuper thronum. Sancti quoq; doctores Augustinus, Gregorius, afferunt totam creaturam corpoream diſpenſari ac moueri à deo per creaturam ſpiritualē, ita q; ſingula ſphaerae cœleſtis proprios ſortiuntur motores, uidetur q; Thomę in Summa contra Gentiles, q; ad ſpiritus mediū ordinis media hierarchia, uidelicet ad uitutes, pertinet orbes mouere. Porro confirmatio horum eſt quod Iohel alii Multa ſunt nimis caſtra dei, fortia, & facientia uerbum eius. Per caſtra etenim dei intelliguntur angeli ſancti unde Iacob obuiantibus ſibi angelis ſanctis dixit: Caſtra dei ſunt hęc. Veruntamen deus dici potest cauſa efficiens lationum mediata ac prima, quoniam p̄le ſit conditor motoris & mobilis, quorum eſt motus. Quod autem eſt cauſa cauſe, eſt cauſa cauſati, immo' prima cauſa eſt potior cauſa quāq; quāq; cauſa ſecunda.

Articulus IX. Quo modo intelligendum eſt, q; aliqui ſummi doctores deum dicunt moueri, ac motum ſeu mobilem.

De increata in ſuper ſapiencia que eſt uerus deus ueris dei unigenitus filius, quā ipſa ſit candor lucis æternæ & emanatio pura claritatis diuina ſcriptum eſt: Omnibus mobilibus mobilior eſt ſapiencia. Dionyſius quoq; primo Angelicæ hierarchia capitulo: Omnis, inquit, patre moto proceſſio luminū innoſ optimē prouenit. Si itaque ſapiencia qua deus eſt, nēdū mobilis, ſed cunctis mobilibus extat mobilior: & ſi pater æternus mouetur dum lumina gratia, largitur: quo modo primū enī eſt moror omnino immobile: Et respondendū, q; motus uno modo accipitur proprie prouinciaſtitata ſive continua quadam egressione entis in potentia ad actuū, ſicut ſanatio: Secundo accipitur communiter pro quaquinque operatione: ſicq; ſecundum Dionyſium quartū cap. de diuinis nominibus, angelicæ mentes intelligendo dicuntur moueri in deum. Primo igitur modo non competit motus deo, ſed ſecundo, inquantū de nouo aliquid agendo dicitur moueri, quia procedit ad actū: que tamen proceſſio recens, q; actioni nouitatis aut mutabilitatis ponit in deo, ſed in creaturis nouitatem ac mutationē inducit. Cū ergo ſapiencia increata ſit maximē ſuē illuſtrationis diuina, ſuē bonitas comunicativa, ſuē operis productiva, ideo maxime mobilis appellatur. Quod uero iſte ſit ſenſus ſcripturæ, ex uerbis ſequentibus innotescit: Cauſam nāq; mobilitatis iſtius quāl assignans: Attingit, inquit, haud dubium quā ſapiencia ubiq; propter ſuam inuinitiā: & cā ſit una, omnia potest: & in ſe permanens oia inuouat, & per notiones in animas ſauatas ſe tranſerit, amicos dei ac prophetas conſtituit. Similē ſenſu Dionyſius patrē ait moueri, eōq; moto dona diuindit. Vnde Hugo uerba Dionyſii pulchre exponit: Mouetur, inquiens, deus non turbatione ſuī, ſed in ſeruatione noſtri: mouetur non ſe concutiens, ſed nos colligens: mouetur nō ſe euacuans, ſed nos replens: mouet ad nos ueniens, & ſe nūq; recedens. Parū deniq; modo intellexit Plato dū primū motorē aſteruit mobilē: Optime nāq; agnouit deū non eſſe mobilē motu proprio dicto: quoniam deū ſe uerba Platoni in hac poſitione redarguens, non mentem ſed uerba Platoni impugnat, quod utiq; ſapiens facit.

Articulus X. Quo modo ex ordine cauſarum atq; effectuum
demonſtratur eſſe diuinum.

Hoc aut̄ doctoribus conſtat, q; ſicut eſte diuini cognoscere quantū ad quid eſt, eſt penitus impossibile naturaliter: ſic ipsum cognoscere quantū ad quia eſt, ſit maxiſme facile: Videamus enī plurima eſte in rebus que eſſe ſuē ſortiunt ab alijs ſtoriis tetrigit, deuenire ad aliquod ens qđ nō eſt ab alio, alias nō eſſet ſtatus in rebus, uel entia cauſarent ſe mutuo: Quod autem non eſt ab alio, eſt utique ab æterno, eſtq; ens per eſſentiam à nullo dependens: tale uero ens omnes nominant deum: Sed an poſſint eſſe plura huiusmodi entia, maiori eget ſcrutinio: de quo iniquitudo poſtea ſiet, dum de unitate diuini eſſe tractabitur. Denique ens æternū quā ſi ſibi p̄ſi ratio existendi ac finis, indiſſolubile eſt atq; perfectum: non enim ordinatur ad aliud, nec indiget alijs, ſed ſtat ad ſeipſum conuerſuſi, in ſemetipſo ſufficiens: palam eſt autem, quoniam tale ens eſtit. Praeterea in omni genere cauſarum essentialiter ſubordinatarum neceſſe eſt eſſe una cauſam ſimpliſcieſte primam, quemadmodum in genere cauſæ materialis inuenitur materia prima

Auicenna
Auerois
Ecclis.

Con. Gen. li. 3.
ca. 8. & 4. ſen.
diſt. 4.8. q. 4. ut.
4. & aliib.
Iohel 2.
Gen. 32.

Vide Tho. 1.
par. q. 9. nr. 1. &
2.

Sap. 7.

Ibid.
Hugo.

Plato.

Aristoteles;

S. Tho. 1. par. q.
2. ar. 2.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHVSIANI,

prima quae est omnium forma; prima subiectū. In genere quoq; causa formalis est aliqua forma informans penitus, prima uidelicet forma primi compositi quo dūcuntur sit illud: Parū formiter ergo in genere cause efficientis est unū effectuum principium simpliciter primū, atq; in genere cause finalis, est unus primus, summusq; finis ad nihil referibilis, ad quē cetera omnia referuntur: id uero quod est prima omniū causa efficientis, primusq; ac summus ac ultimus finis, omnes deum esse faciunt: ex consideratione itaq; ordinis causarū atq; effectorū conuincitur esse deum. Adhuc aut̄ quēadmodū est ostēsum, nihil produci ualeat nisi sit aliquod primū, à quo fluxus incipiat: ergo in causis aliqua prima causa unde omnis causa salitas fontaliter manat. Rursus nisi in omni genere causa esset una causa simpliciter prima, nec demonstratio esset neq; sc̄ientia: quia demonstratio est syllogismus faciēs sc̄ire: sc̄ire aut̄ est rem per causam cognoscere: ergo infinita sunt causae, quoniam infinita relinquantur ab arte secundum philosophs, nulla erit scientia. Ex his itaq; atq; similibus multis argumentis cognoverunt meliores philosophs, esse in entium universitate unum uerū atq; altissimum deum, qui est omnium regis prima causa ac ultimus finis, in cuius uirtute omnes causa secunda ope ratur & causant instantum, ut causalitate et potestate primae cause abstractis, nulla causa posterior uel minimū quippiam producere posset.

Articulus XI. Demonstratio qd̄ deus est ex ordine re rum in perfectione.

Merito deum scriptura eos redarguit, qui deum ex rebus creatis inuenire ne quibant: quum ordo regis factarū sit scala qua ad creatoris notitiam intellectus faciliter scandere potest, unde scriptū est: Vani sunt omnes homines quibus non subest scientia dei: & de his quae uidentur bona, non potuerunt intelligere eum qui est artifex magnitudine ēm̄ speciei creaturæ poterit cognoscibiliter hos creator uiderit nempe quēadmodū ex pulchro & dificilio mox omnibus sapientia innoteat artificis, ita ex mundi huius intuitu, ex celo, ac syde, atq; coelestium motuum contemplatu potest faciliter cunctis excellentia patere primi opificis: Omnia ēm̄ hæc suo motu ac ordine, sua diversitate ac indigētia unanimiter protestantur & clamant: Quoniam ipse fecit nos, & non ipsi nos. Videmus namq; quā in entibus sit ordo in bonitate ac perfectione, nam quēdā quibusdā sunt perfectiora, actualiora, formaliora ac simpliciora magis aut̄ & minus nō accipiuntur nisi secundum accessionem ad unū primū atq; perfectum, quod sit ceterorum mensura ac regula, sic qd̄ quanto amplius ad ipsum accedunt, tanto perfectiora confiant: & quantoq; distat, eoq; imperfectiora mox siant: Est ergo in terū ordinibus deuenire ad aliqd̄ ens perfectū, actualissimum, formalissimum & simplicissimum: hoc aut̄ est deus sublimis & bene dict̄. Deniq; in omni ordine est aliqd̄ primū & summū, itaq; aliqd̄ ultimū & infīmū: Ordo nāq; est debita habitudo supernoy ac inferiorū admittit: est itaq; in ordine entium ens primū ac summū. Rursus extrema seu termini cuiuslibet multitudinis maxime distant: quā ergo in regis universitate descendendo peruenias ad ens minimum atq; ultissimum, quod est materia prima, quae est pura passiva potentia, primū subiectū & prope nihil: oportet aſcēdendo quoq; pertingere ad ens maximum atq; dignissimum, quod sit prima forma omnia formans, nullus informans, purus actus, nullus subiectū, & super omnia entia in semetipso independenter ac pure subsistens. Præterea ordo uniuersitatis in species bus mundi consistit in species autē rerum conuenienter coordinatae conexęq; sunt: habent se em̄ ut numeri secundū Philosophus, quod etiā sensu constat: In omni aut̄ multitudine ordinata, inferiora omnia ad supremū aliquod conuertuntur, ut conseruentur uel perficiantur ab ipsorū alteri ordo ille non est necessarius, neq; stabiliter permanēs: omnes ergo naturæ ac species rerū conuertuntur ad primū ens ut bene se habeant perfecte: sint: conuersio aut̄ tendit in id, à quo processio facta est: Nam quod ad aliu naturaliter conuertitur, naturaliter indiget eo, ideo namq; conuertitur ut in essendo atq; agendo perfectionē fortifiatur. Omnes ergo naturæ seu species mundi indigent primo ente, non aut̄ eo egerent, nisi ab eo procederent: nam ab eodē fortitū res esse & bene esse, seu esse posse & agere; imo si esse rei à nullo dependeat, ergo nec posse, nec agere, nec permanere. Si em̄ a seipso esse habet, indisolubile est ergo omni alio nō existente nihilominus permanebit. Cūq; nil in rerū natura sit ociosum, & frustra, non utiq; poterit potentia, & operatione carere. Indissolubilis itaq; ordo rerū in essendo, ac operando, atq; causando evidenter demonstrat, esse supra omnia entia sub ordine comprehensa ens quoddam aeternū, perfectum, primum operans atq; efficiens, à quo omnia in ordine mundi inclusa tam esse q̄ bene esse, tam naturam q̄ operationem, tamq; uirtutē q̄ causalitatē adeptā fuit.

1. Post. t. c. 7.

1. Post. t. c. 8.

Sapientia.

Psal. 99.

8. Metaph. t. c. 10.

DE NATVRA AETERNI ET VERI DEI.

68

sunt. Hæc aut̄ ratio ex dictis Platonis & Procli colligitur: & alibi eam diffusius introduxi, multa argumenta ex ea eliciens. Postremo, talis est entium ordo, qd̄ qua dā raro, puerū, quēdā frequenter, nonnullaq; semper, & aliqua contingentia sunt, aliter se habere potētia. Est ergo aliquod ens omnino necessariū atq; incommunabile esse habens: alioq; totū uniuersum disolueretur & confundetur: tale uero ens deū fatetur. Hæc quoq; ratione Damascenus primo lib. tangit: Omne, inquietus, increabile seu aeternū inuertibile est & inalterabile: omne uero creabile, uertibile atq; alterabile est: contrariae, namq; sunt proprietates contrarie: quoq; esse à versione incipit, hæc uerionis subiecta sunt: Omnia aut̄ citra deū hu iusmodi sunt: Nā in inferiora multiplici mutationi subditur, superiora uero uel localiter uel secundū electionē variabilis cōprobantur: Omnia ergo creata, mutabili sunt: & solū increas tū ens, prolus invariabilis est. Vēz hæc ratio Damasceni dictis Platonis innuitur: Peripatetici nāq; affirmat, intelligētias immutabiles esse atq; immobiles: nec aliquo modo posse peccare neq; errare, quāuis à primo ente procedant. Et hos sanctus Thomas sequens ait, quā rebus creatis dici potest aliquid absolute necessariū: nō tamen sequit̄ eos in hoc, qd̄ aſtrus intelligentias nec errasse nec peccare potuisse: quod aſterentes Aristotelici, dēmones esse negabāt. Sed Plato aliter sensit, inducit quippe 2. Timaei sumū deum causis tecūndis cōfessibus, quos more suo deos appellat, ita loquenter: O dīj deo qd̄ quoq; opifex idem paterq; ego opera siquidē uos mea dissolubilia, natura me tamē ita uolente, indissolubilia. Sed dubitatio oritur: Dicitur enim, qd̄ deum esse sit adeo per se notū, ut omni homini facile lumen possit ostendere deum esse: hoc quilibet sanæ mentis defacili considerare, atq; elicere ex ordine entium ualeat. Huic uero contrarii uidetur qd̄ Plato in 1. Timaei inducit dum ait: Igitur genitorem opificē qd̄ inuenire difficile, qd̄ inueniū impossibile profari cōdigine. Et respondens dū, qd̄ opificē mundi inuenire difficile est, non quidē absolute, quantū ad hoc quod sciatur esse, sed ut sciatur per modū quā est uniuersa causa principiū: Nō ēm̄ est parum difficile determinare quēadmodū mundi sit instituta molitus. His itaq; uis agnoverunt philosophi ex consideratione ordinis regis, esse unū sumū uerū p̄ deū. Vnde Aristoteles secundo primū philosophi facetur, quia id quod est maxime uerū & ens, puta deus, sit ceteris universis causa ueritatis & entitatis.

Articulus XII. Ostensio, quod deus esse oporteat, ex contentione regiminis universitatis.

Gubernatiū insuper superiorū in hunc mundū influxus, sapientissimum, primum ac summū esse principē in universitate regis demonstratinempe in omni gubernatiū multitudine ad quoddā primordiale gubernans oportet recurrere, statimq; esse, quod Aristoteles quoq; in Politicis dixit. Quā ergo in inferiora & corruptibiliā cō celestibus causis mouētūr atq; regantur, ut orbēs suis motoribus, opus est ascēdēdo pertingere ad summū rectōrē primūq; principē, quā deū rite censemus. Adhuc aut̄ ea quā uita carent, ut elementa & mineralia: ea quoq; quā uita habētia cognitione priuantur, ut plantæ: & itē quā cognitionē habentia ratione nō pollent, ut bruta, recte reguntur, quia ad certū finē mouentur, quē etiā ut in pluribus adipiscuntur. Quā ergo nec finem agnoscant, nec raro euēnt, liquet utiq; quoniam nec à casu neq; à seip̄is mouentur. Vnde Damascenus libro tertio affirmat, qd̄ potius agantur qd̄ antiquaria secundū impetu naturae feruntur nūl deliberando. Oportet ergo fateri, fore actorem in aurore, qui eis finem præstavit legemq; mouēndi ac operandi ingenitū siue impressū: quod nulli nisi alia tissima causæ cōpetere potest, quā sola iuxta sapientiā suā innēmam, ordinē regi, instituit, quēadmodū scriptū est: Quām magnificata sunt opera tua dñe: omnia in sapientiā fecisti tērē: quā finem nequaq; agnoscent, non ferunt in finē, nisi aliquo cognoscēte regant. At uero sicut demonstrat Philosophus, entia nolunt male disponi: naturalia enim desideria regis tendunt ad bonū: quā ergo pluralitas principū mala sit, quēadmodū beatissima Barbara nondū baptizata deōre probauit contra idololatras, posset enim inter eos oriri dissensio: qua ortus confundere ordo regiminis: Vnus ergo est omniū princeps, qui omnia regit, quēadmodū in libro de Causis habet: Causa prima regit res omnes creatas, præterq; quod cōmisceatur cū eis: quod Plato in Phædone clare testatur, ubi aſterit animas defunctōs, primum quidē in causam portari, an bene ac sancte uiixerint, an minime. Postremo & est ratio Damasceni primo libro: Contraria nō iungunt se mutuo, imo separati conant ab invicem: quō ergo contrariae naturae uidelicet ignis & aquæ, terra & aeris, ad unius mundi cōstitutio nūl adiuicēt conuenientis indissolubilesq; manūſt, nisi quādam omnipotēs virtus eas

v. d. Pauli de S. 32. mēc. dīc. 76.

Dubitatio

Solutio

2. met. t. c. 20. 4.

Damascenus

Psal. 105.

12. met. in finē.

Plato.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

tas copulas est, & semper indissolubiles coſeruaret: Quid est quod statuit celeſtia atque terrefria, & que cunctis elementis exiſtunt? Quid est quod haec mouet ac agit incessabili & ſine prohibitione motu? Nonne artifex horum, & qui rationem imposuit omnibus, ſe cūdum quam machina mundi fertur, itemq; deducitur? Quis autem eft artifex horum? nonne qui fecit haec & ad eſſe deduxit? Non enim caſu dabimus talem uitutem, nam & ſi generatio erat à caſu, cuius erit ordinare, cuius erit obſeruare & cuſtodiare omnia ſe cūdum proprias rationes? Ipsi ergo creaturarum permanentia & conſervatio ac gubernatio docet nos, quoniam eft deus qui hanc uniuersitatem confiſte facit & continent atque conſervat, ſemperq; ei prouidet. Hoc eft quod deo loquens ſcriptura ait: Quem conſtituit alium ſuper terram, aut quem poſuit ſuper orbem quem fabricatus eft? Et alibi: Vniuersorum (ait) fine ipſe conſiderat, & omnia qua sub cœlo ſunt reſpicit.

Articulus XIII. Quotupli ci uia conſendat intellectus humanus
ad creatoris notitiam ex rebus creatis.

Opinio S. Th.
Rom. i. lec. 8.
col. 5. & i. p. q.
12. art. 12.
Tulius uilius co-
gnosciſ deus

Quatuor uias
cognosciſ de-

i.
ii.
iii.
iv.

111.

Dionysius

Damascenus

Oportet demum in primis propter dicenda aduertere, quod modis aliiquid deo at tribuamus, & quod uis eum agnoscere ualeamus. Quidā autē affirmat, q; quāuis in particulari diuersis uis utuntur ad dei cognitionē adiūcipendā, reducitur a men ad tres, puta ad uiam eminentiā & ablationis atque causalitatis, dicens Dionyſium 7. ca. de Diuinis nōminib; hoc dixisse. Et utiq; ueq; eft, q; ex uerbis Dionyſii iſtud elici posſit nihilo minus diuersos Dionyſii libros ſollicitus perluſtrando, cōuenientius dicendum inueniū, q; quatuor uis in dei nominationē atque notitiae aſcenſamus, quae tamē ad duas reducunt. Cognoscimus enī deum primo per positionē, affirmando deo quae abſolute loquēdo dignius eft in eſſe q; non in eſſe, q; alſribimus deo eſſe bonū, eſſe uitā, eſſe ſubſtantia. Secundo per ablationē, negando deo quicquid in creatiſentibus inueniūtur, tanq; ab eo, qui omnia in infinitū tranſcedit. Tertio per causalitatē, quoniam conſiderando naturam & modū regi creaturaz, pertingimus ad hoc, ut pēſemus eſſe unū p̄imū atque ſonitū le uniuersorū principiū, & perfecções in creaturaz inuentarē creatori nō defint. Sed quia effectus, prefertim non uniuoci ſed & quiuoci atque creati, cauſe perfectionē diminute ac defiſcienter participantē deo quarta uia eft per eminentiam, quando uidelicet creaturez pfectiōnes ſeu nobilitates deo aſcribimus, nō eo modo quo in creaturis exiſtū, ſed eminentiōri puriori q; modo. In creaturis quippe inueniūtur iuſtitia, ſapientia, uita, eſſe ac bonitas; ſed omnia haec uel accidentaliter inueniūnt & ad ſubiectum labunt, uel dependent ab alio, & ad certū limitatā ſunt gradū ac ordinē. Dum itaq; ſit atque ſimilia deo tribuimus, debemus abſicere atque relinquere id quod imperfectionis inſcludit, id uero quod nobilitatis cōp̄e hendunt ac retinent, deo excellētissime attribuere congruit. Deniq; conſtat, q; uia causalitatis ad uiam positionis reducitur, in utraq; ſigilide aliiquid deo affiſtamus. Via autē eminentiā ad ablationē reducitur uia hęc enī eminentiā negationē inſcludit, quia deſignat attributa aliter creatori competere q; creatura. Damascenus etiam primo lib. teſtaſt quādā de deo per ſuperabundantia enuentari, uim negationis habentia ſicut diū dicimus, deū eſſe te nebras, q; deus fit ſimpliſter tenebrae, ſed quoniam non eſſe lux uisibilis aut cōp̄e hensibilis, ſed ſuper omne luce. Et itaq; dicit lux, quia non eſſe tenebrae. Vnde Dionyſius in epiftola ad Dorotheū Diuina (inquit) caligo inacceſſibile lucentia eft. Lux ergo diuina propter proprieatatis ſuperexcedente atque immensum ſplendorē, caligo ſeu tenebrae appetiſtūr, id inuifibilis, propter ſuam excellētē claritatē & inuifibilis per ſuperecellentiā ſuperiſſentialis lumen manationis, id eft ratione ſuperexaltata ſua plenitudinis, à qua tanq; ſu p̄effentiali lucis fonte oia lumina manant. In hac deū caligine habitat, q; ponit tenebras, id eft incōprehensibilē claritatē, latibulū ſuū, id eft occultā manionē nā propter ſuā plenitudinē lucis incōprehensibilis perhibet. Porro haec eſſe de mente Dionyſii nunc breuiter demonſtrare inſtit. Prædicta autē opinio uiam positionis omittit, quā tamē Dionyſius primo mysticā Theologiā capitulo palā inſinuat. Oportet (inquit) omnium entium dicere positiones in deo, ſicut in omnī cauſa quod primo quoq; Angelicā hierarchiā capitulo & alibi ſe pateſt. Quodā autē deum per ablationē noſcamus, Dionyſius ſecondo mysticā theologiā capitulo declarāt. Hoc eft (ait) deum uere uidere ſuperiſſentialē ſuperiſſentialiter per omniū entiū ablationē laudare. Et idē ſeptimo de Diuiniſno minibus aſterit. Has quoq; duas uias deū cognoscendi Damascenus primo libro deſcribit, alias uero duas uias Dionyſius toties reſerat, ut redij ſit ſpecialia loca aſtruere. Et quia nūc deum quantum ad quia eft, per uiam causalitatis inuenimus: conſequēter de ipſo quid ſit, prout

DE NATVRA AETERNI ET VERI DEI.

79

prout in ſtatu p̄efenti potest, per uiam poſitionis ſcrutari oportet: deinde hoc idē per uiam ablationis, quae dignor extat agendum eft.

Articulus XIII. Explanatio quorundam nominum ſine quorum

notitia iſta intelligi nequeunt.

Frequenter interim orthodoxyi doctores, q; ſcriptis ſuis theologicis naturalē philoſo- phia admifcēt, utum noībus apud philoſophos aſſuetis ac notis, ſed lectoribus in philoſophiam minus expertis, non adeo planis expedit ergo nomina prout p̄eſens deposit editio, paululū explanare: ſaepq; occurruunt nomina iſta actus, potētia, forma, materia, operatio, habitus, eſſe, poſſe, et agere, cauſa, principium atque ſimilia: quoq; nonnulla ſatiſ ni fallor ſunt nota. Quādā uero ſi perfecte intelligi debeat, maxima expoſitione atque grauiore egent tractatu. Sed nunc compendiosius quō fieri potest reſe- rentur. Aduertendum iſgit quia ſecundū philoſophum nono primae philoſophiæ, actus & potētia diuidunt ens, inueniunturq; in omni genere entis ſeu praedicatione, & expoſitione diſtinguuntur: Actus enim propriè dicitur principium operandi, mouendi ac traſmutandi aliud ſecundū quod aliud. Non enim accipitur hic actus ut sit idem q; factus ſine q; ſic ut ſit idem q; actio, quae eft unū decē p̄edicanter, nec ſumitur pro operatione uel aliquo accidente duntaxat, ſed ſecundum cōmunitatem qua ambit onine genus: ita q; qualibet res atque natura quę eft actiū principiū agendi uel mouendi ſeu traſmutandi aliud in quantū aliud, ſue ſit in genere ſubſtantie ſue acciētis, actus ualeat nūcupari. Vnde deus qui omnia conſidit, mouet ac regit, actus uocatur. Intelligentia quoq; ſeu angelus qui eft actiū principiū cōleſtium notūtū. Anima etiū qui corpus informat, regit ac perficit, actus dicitur. Qualibet in ſupere forma eft actus ſue materia: & color eft actus parietis quę colo- rat. Dicitur autē in definitione actus, aliud ſecundū quod aliud. Nā quādā agit in ſe & mo- uent atque transmutant ſeipſa quę ad modū animat, ſed non ſecundū idē mouent & agunt, mouentur & aguntur. Mouent nepe & agunt, in quantū aliquid de perfectione primi actus utpote dei participant: mouentur uero iteq; aguntur proper Imperfectionē ſibi annexam, uel proper ſuū diſtantiam a primo immobili ente. Porro potētia uno modo actiū accipit, ſci- licet pro potestate ſeu ui, ſicq; in deo inueniuntur: nec ita ab actu diſtinguitur. Secundo autē potētia ſumitur quasi paſſiue & diſſert ab actu: eft enī paſſiū principiū traſmutandi ſeu mouendi ab alio ſecundū quod alio. A potētia primo modo accepta dicitur aliquid po- tētis. Sed a potētia ſecundo modo ſumpia, aliquid appellatur poſſible. Omne ergo quod ab alio perficitur mutatur, mouetur uel actuatur, potētia nominatur uel habens potētia. Non ergo potētia ſumitur nūc prout diſſert ab eſſentia ut operatione, uidelicet pro qua- dam acciētali uia entis quę inter eſſentiam operationē ſigilidat: neq; pro qualitate ſecun- dū quod in p̄edicanter naturalis potētia uel impotentia dicitur ſecunda species qualita- tis: ſed prout in omni genere entis reperitur: ita ut quālibet entitas imperfēcta ac mobilis potētia appellat. Sic enī materia prima uocatur potētia, quia à formis perficitur & ad eam mouetur. Omne quoq; genus ſe habet ad propriā ſpecieſ ſicut potētia ad actū: Genus enī deſignat naturā quātū ad perfectionē cōmuni ac illimitatā quā cōplet ac perficit ſpecies. i. cōplet in ſe per differentiā. Demū ſicut ens diuīdit in actū & potētia, ita ſecundū aliquē mo- dū ſubſtantia cōpoſita diuīdit in formā atque materiā: Forma enī eft quā dat eſſe rei. Materia uero eft formē ſubiectū, & recipit eſſe ab ea. Actus itaq; & potētia ſe habent in plus q; for- ma & materia inueniūntur in ſeparatis ſeu incorporeis atque corporeis: Materia autē & forma in ſolis corporalibus inueniūntur in ſeparatis ſuū ſubſtantis, quāuis forma uicifim in ſeparatis eft di- cat. Dicit enī in libro de Caufis, q; intelligentia eft plena formis. Et Boēthius in libro de Tri- nitate Platoni ſequens, Forme (inquit) quę in materia reperiunt, à formis quę extra materiā ſunt deriuunt. Dicit nāq; forma nō ſolū ab informando, ſed etiā à foris manendo. Duplex ergo eft forma, putat informaſ, qualis eft omnis forma corporalū rei: & foris manēs, quia eft origo & cauſa formē materiā actuūtis. Sicq; deus formē dicit potētis: quippe qui oia ſuperi- ducit ab exēplo: omnia ſecundū iſdeales rationes producēs, formās atque diſtinguens, ut Rabbi Moyses ait: Sic quoq; intelligentia quę ſint ſeparatae naturē & inimaterialeſ eſſentia, appelle- late ſunt forma. Aduertendū uero q; noīa iſta, actus & potētia, forma & materia, multū ſo- lient extendit atque cōmuniſter accipi, intantū ut omne perfectum respectu imperfecti, omne principiū respectu principiati, omne agēs respectu patientis ſe habere dicat per modū actus & formae: & illa p̄ modū potētis atque materiā ſeu potētialiter atque materialiter. Id quoq; qd ſecundū unā cōſiderationē ſeu cōparationē ſe habet ut forma & actus, ſecundū alii modū

9. Meta. t.c. 1.

Aetus,
5. meta. t.c. 35.

Deus intel-
ligentia & in-
dument actus.

Potētia.
1.
ii.

Materia & ge-
nus diuīnit
potētia.

Forma.
Materia.

Proclus.
Boēthius.

Forma du-
plex.
Dicit de confi-
phi. iii. met. 9.

Moyſes.

Nota:

p ſe habet

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHVSIAN

se habet per modū potentie siue materie: ut anima rationalis quantum ad corpus cui dat
est, dicitur actus sed per comparationē ad deū à quo recipit est: & omne quod est appellat
potentia: Et idem est de intelligentia. Vnde in omni ente creato inueniuntur actus & potentia
et utiq̄ modo quo Boëthius in libro de Hebdomadibus asserit, in omni ente circa deū est
compositione ac distinctione ex quod & quo est: Et tñ per quod ex intelligenti potentiā siue
materia: Per quo est forma seu actus. Vñq̄ an ista compositio atq̄ distinctione sint reales, an se-
cundum rationem divitias, difficilis questio est quae hic solutionē non exigit. Quid autē
sit habitus & quo modo aliquid conuenit rei uel actualiter uiscentia considerant, uel poten-
tialiter ut beatitudo bonarum in dolis pueri, de quo dici solet q̄ sit felix puer: uel medio uideli-
cet habitualiter, sicut de equo ueloci ad præsepe ligato dicimus quia uelociter currit, & de
tiro eruditio ac dormiente asserimus q̄ sit magnus cōplator & multa cogitoscit, nō utrius
actualiter sed habitualiter. Inter potentiam etiā & actum, habitus mediat ut inter uoluntatem & dei
dilectionem est charitas media. Iterum, inter essentiam & operationem potentia media perhibet su-
mēdū potentiam pro naturali uerbi entis creatinam inter animam & cognitionem mediatis intellectus.
In omnibus uero creaturis diuersificari dicuntur essentia, potentia, operationes uel posse & age
rem in angelicis quoq̄ spiritibus, in quibus minus sic esse uidetur, haec diuersificantur. Vnde
4. capitulo angelicæ hierarchie Dionysius dividit angelos in essentiam, uirtutem & operationem.
Haec itaq̄ pro intelligenti dictior, ac dicendo tacta sunt magis q̄ dicta.

Articulus xv. Quod esse deo propriissime conuenient & de qualitate secumodo esse diuini.

Dionyſius

Vide S. Tho.
i. p. q. 13. & alsibi
in multis locis.

VNumquidq; præterea tanto cōprobatur esse plenius id quod est, quanto fontis
sue perfectionis ac existentiae amplius appropinquat: In omni eterñ ordine pri-
mū est perfectū; quēadmodū primū calidum scilicet ignis perfecte est caliditatem
primū lucidum scilicet sol perfecte est lucidū. Quū ergo deus aeternus & sum-
mus sit ens per essentiam ens per seipsum, ens indepedēs, oportet ut esse diuinū sit profus
perfectū ac plenū: Id em̄ quod enti per se cōuenit nō potest esse minoratu & diminutu in
ipso: Nā propter recessum à primo perfectionis principio, diminutio & imperfectio in po-
sterioribus oriunt: quēadmodū Proclus Platonicus pulchre demōstrat. Ipsiū igit̄ esse cō-
uenit deo secūdū omnē plenitudinē, nobilitate ac perfectionē essendi: ita ut teste Anselmo
in Monologio: Omne quod absolute loquēdo dignius est habere q̄ non habere, deo attri-
buamus: Quēadmodū em̄lūx oīs creatūa quantūcunq; præclarā diuinæ lucis respectu est
uelut caligo ac tenebra, sic om̄e esse creatūa quantūcunq; perfectū p̄ cōparationē diuinū esse,
potius non esse seu nihil q̄ aliquid fore uidet. Nunc ergo o nobilis anima contéplare opificē
tuū in nomine suo qđ est esse seu qui est: Côtéplare esse diuinū quō cū summa simplicitate
om̄ne nobilitate cū immēta plenitudine cōprehendit. Quū nāq; esse diuinū sit eternū a nūl
lo depēdens, iccirco est primū: & quia est primū, ideo est maxime causans atq; dignissimū
imo omnis causalitatis & bonitatis ac secundūtatis fontale principiū. Rursus quia esse diui-
nū sit primū, oportet ut sit simplex ac purus aliter posset resoluī in aliquid prius, nec esset sim-
pliciter primū atq; perfectū nisi simplex esset ac purus. Quum uero sit simplicissimum,
quicquid in ipso est, nō est nisi ipsummet esse diuinum: & quia est purus, nūl habet de nō esse,
de potentialitate, de minoratione seu terminatione essendi ad initium: Propterea est uere
immensum & omnino plenissimum. Et sicut non esse seu nihil dicitur per meram fugā omnis
entitatis totiusq; essentiae, sic esse perfectū, esse diuinum, sic esse simpliciter dictū, accipitur per
omnimodū fugā totius non esse atq; per immensum recessum a nō ente. Tale uero esse quā
sit ab omni potentialitate se motū, est uere actualissimum: & quā sit ab omni materiali conta-
giōe ac proprietate liberrimum, est uere formalissimum: & quā sit ab omni specificitate seu cōtra-
hente differentiā elongatū tamq; uniformiter quomodoliterq; perfectū, iccirco est uere
illimitatū, interminabile, illocale, int̄porale, incircūscriptū. Deniq; ut Bonautēta testatur,
ipsum esse adeo extat certissimum, ut nequeat cogitari non esse. Ide dicit Albertus: Nil em̄ ha-
bet de nō esse nec actu, neq; potentia, nec secūdū ueritatē, neq; secūdū & stimationē. Siergo
deus noīat esse primariū, eternū, pfectū, impossibile est cogitare ipsum nō esse. Quo deuotū
doctoris testimonio confirmat positio: qua ante differui qđ deū esse sit omnino per se notū.
Eluceat ergo q̄ esse diuinū sit eternū atq; primū maxime causans, præstatiſsimū, simplicissi-
mū, purissimū, immensum, plenissimū, actualissimū, formalissimū, illimitatū, per cūcta incedēs
oīa penetratū, immutabilissimū ac præsentissimū. Vnde beatus Hilarius 7. de trinitate ipsum
esse deo potissimum cōpetere docens, Esse inquit, nō est accidēs deo, sed subsistens ueritas, ma-
nens

Bonaventura
Albertus.

Militaria

DE NATVRA AETERNI ET VERI DEI

nens causa & naturalis proprietas. Et diuinus Dionysius quinto capitulo de diuiniis nominibus, deū in nomine suo praeclaro quod est esse cōtēplans ac laudans: Laudemus (inquit) diuinam bonitatem et existentiam. & omnibus entibus existentiā exhibent cōspīa equidē substantia & causa est totius esse secundū supersubstantiale suā virtutē: est p̄p̄ creatrix omnis existentis substantia, persona atq; natura, omni seculo, principio & misura: nō enim dictum deus aliquo particulari modo existēs, sed simpliciter, uniuersaliter, indefinite & incircumscrip̄te, gaſſendi plenitudinem in seipso accepit: propter qđ rex seculo vocat, tanq; substitutor cuiuslibet particularis entis ac est. In sup̄ ut sciat cur esse tā proprie cōpetit deo, p̄semus qđ de ipso esse creato secundū se atq; cōuniter sumptu dicūt philosophi. De ipso nōpe noſter gloriſus Philosop̄h⁹ fideliſ Boethiū dicit, qđ esse sit actualissimū: ino ipsum est actualitas omnīū perfectionis posterior: qđ nec uita, nec sapientia, nec cognitio, nec natura, nec gratia, aliquid actualitatis seu perfectionis forūt nisi in quantum participat esse seu ratione entis includit. Propterea Auicēna in sua Metaphysica aſtruit, qđ esse uel ens est primū qđ cadit in intellectum nři intelligi nisi in quantum est ens: Vnū quodq; nřq; intelligi secundū qđ est in actu: unde non ens seu nihil intelligitur per ens uel aliquid. Ens quoq; in potestia intelligitur per ens in actu. Eſte ergo secundū propriam rationem nominat actualissimam perfectionem summe communem atq; causalem. Iccirco in libro de Causis habetur: Eſte est prima rerum creatarū: & nō est ante ipsum creatū aliud: quod Proclus in Elementatione Theologica, Dionysius quoq; de diuiniis nominibus cōstant, causam hīmodi assignantes: qm̄ caetera partici- patiōes diuine bonitatis, uidelicet uiuere, sentire, cognoscere, sapientia, pietas, sanctitas, ac reliquias bonitates creare, p̄ſupponit ipsum esse, & participant ipsum. Quī ergo noīa c̄reaturarū ad perfectionem spectantia deo p̄ſerūt conueniant, conſtat qđ eſte deo potissimum conuenient. Vnde Damascenus, lib. fatetur, qđ eſte ſeu qui eſt, uidetur primū principia legiomenum dei: quia uelut pelagus quoddam torum in ſe comprehendit substantię infinitum & indeterminatum.

Articulus XVI. Quod deus est essentialiter bonus: & quod natura dei est bonitas: & quod nulla res post deum sit essentialiter bona.

BOnum insuper teste Philosopho est quod omnia appetuntur; Bonum quippe est ap petitus primum obiectum. Quanto igitur aliquid ex se ipso appetibilius inuenit, tanto melius perhibetur: nil enim appetitur nisi uel uere bonum uel bonum appetens: nam malum sub ratione mali nunquam appetitur. Omnia autem propriam perfectionem ac fixionem desiderant. Quenadmodum ergo nihil secundorum sine diuina bonitate co municante ac conseruante esse uel bene esse aut permanere ualeat, sic deus gloriosus & fortis, omnibus rebus est primum ac summe optabilis, & omnia ipsum finaliter appetunt natura rati affectu deus ergo prime ac summe bonus existit, non particulariter uel quantitate ad certum genus, sed uniuersaliter & absolute. Denique bonum uocata quod propriam perfectionis diffusum est; Bonum enim secundum Dionysium diffundit se ipsum. Quia ergo deus aeternus & felix, perfectus, nullius uerbi regens ob propriam bonitatis plenitudinem, ob propriam perfectionis liberalitatem, ob propriam dilectionis exuberantiam cuncta considerat, uniuersa conseruet, singulisque prouideat, siquid est ipse naturaliter bonus sit: ita ut eius essentia sit bonitas pura: quae ad modum quarti capitulatio de diuinis nominibus Dionysius copiose deducit: introduces exemplum de sole corporeo qui aeterni atque intelligibili solis anima illustratis euides et imago. Quae admodum itaque sol iste uisibilis non promissa deliberatione neque prohabita electio, sed ex ingeniti lumini fecunditate seu principali sua naturae proprietate, radios suos circuusque diffundit, & singula sicut capacia sunt ornat atque irradiat, & si aliquid non illuminat, non est defectus ex sole sed ex propria improportione: sic bonitas diuina incepit a biliter super soli perfecta bona ac plena, uniuersis se creaturis comunicat, & cuncta capacia radijs ornata atque quamvis in se est imperfecta seu tetraclinius expers relinquit. Deus ergo ex seipso & naturaliter atque totaliter bonus est: ita quod secundum nullam considerationem, comparationem uel possibiliteate est non bonus. Hoc autem nulli bonitati creare, nulli bonitati finire, nulli bonitati depediri competit pote. Ois ergo bonitas talis, bonitatē participans & diuina similitudine bonitate per intellectū paulisper substracta, nequaquam bona manebit. Res ergo creaturæ non sunt substantia traliter bona, nec substantia bona, ut in libro de Hebdomadiis tractat Boethius: sed per participationem duntaxat. Nec sunt bona per se sed per aliud. Veritatem secundum Thomam in prima parte, Bonum creatum quamvis non ualeat dici bonum pro se, nichilominus dici potest unum seu ens per suā essentiam: quia unum individuationē designatur: & ens actū essendi importat: que rei per pro-

Dictionnaire

*Deesse uide
Pau. Sonc. 4.
met. q. 12. & 13.
Caieta . super
de etite & es-
sen. c. 5. q. 10.
Autem.*

Proclus.
Dionysius.

Damascenus.

Dionysius.

Dcus est sed
diffusus.

Deus est absolu-

Bonitas creatur
e est participa
ta.
Boethius:

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

priam naturam conueniunt non utiq^e efficienter sed formaliter; quēadmodū homo est animal per se formaliter; qm̄ esse animal est de ratione hominis, non aut efficienter; quia omne creatū de se, & per se nihil est efficiēt loquēdo. Bonū uero superaddit enti perfectio nē quandā in qua ratio boni cōsūtūt; uidelicet rationē appetibilis & perfecti. Perfectio aut per operationē acquirit; sic circa nō dicitur res creata per se bona sed per aliquid aliud. Ideo itaq^e solus deus sic naturaliter, indepen̄dēter atq^e totaliter, quomodolibet ac omniformiter bonus est, ut natura eius sit bonitas; quia nulla positione possibili facta seQUITUR ipsum non esse. Et uniuersis naturis creatis destrutis, ipse aequē perfectus manet ac bonus nec bonitas eius terminū habet; non fine concludit; non minorationē admittit; sed uere plena immē fac̄fertur. Iccirco qualitercūq^e considerat̄ aut cōparetur, semper perfectissima atq^e diffīma manet. Propter quod quomodolibet ac uniformiter bona cēfetur. Vnde Plato in T. Maiorū deū naturaliter bonū designans, descendū inquit, cur conditor, genitorq^e uniuersi uniuersum mundū instituēt puererit. Et respondēt optimus, inq^e, erat. Ab optimo porrō inuidia lōge religata est. Itaq^e similiā prout uniuersiūq^e natura capax esse poterat, cum cōta deus effici uoluit. Quā quidē de uoluntate originē reḡ certissimam si quis ponat, recte eum putare cōsentiam. Hæc uerba Platonis Damascenus seculatus primo libro dicit: Bonus existens deus & omnis boni tributor, nō utiq^e inuidia aut passioni alicui extat suppositus; longe cīn̄ a diuinā natura quae in passibilis & sola bona est, distat inuidia. Deus iugur tanq^e omnia sc̄iēs, & quod cōfert unicuiq^e prouidēt, id quod uile est nobis, cognoscere reuelauit; quod aut non poteramus ferre, celauit ac siluit. Hæc uerba Damasceni pulchra sunt & sensu plenissima. Porro prædicta bonitatē ac cōmunicabilitate declarat̄ doctor diuinus. Deus ait, est quod dam fluens ac refluens mare, quod incessabiliter in oīs suos fluit dilectos secundū unicuiq^e indigentia ac dignitatis; & est refluens atq^e in se trahēt uiueros quos impletat̄ at dūt cī omnibus que habet aut possunt. Hoc quippe a suis postulat̄ deus ut cū laude & gratia reperione refluant redeant̄ in ipsum; & hib^e semper adhærent. Nunc ergo mi- frater dilecte, si quæ in nobis est lux mentis, si quæ cognitioni ueritatis, si tenebrae non obce- cauerunt corda nostra, ad uertamus, atq^e penitemus, quo charitatis calore, quo sanctæ affectiōis ardore, quo diuini amoris feruore, qua mentis munditia contē planū, affectandū amā dū ac amplectendū sit hoc bonū aeternū, bonū diuiniū, bonū immensum. Enim uero si unū quodq^e intantū extat amabile quantū fortis de bonitate, nōne hōc bonū quod essentialiter, totaliter atq^e insubtiliter bonū & pulchritū, suauē ac splendidū, uītū atq^e beatū cōfistit, incō- parabiliter & indefinētēt est amādū regredū, ac cōtēplandū. Mūdemus ergo ei aiām nrām mōrindatos spernēdo affectus, & pueriles actiones, infatibiles, uanas ac uiles. Nōne proflus cæci atq^e miserrimi sunt qui ista quæ de diuino esse diuināq^e bonitate præhabita sunt certi- sume noſcūt, nō tamē deū sicut deū glorificant, timorate & pure obsequēdo altissimo dño, sed carnaliter & negligētēt uersant̄ in creaturis, cōsolari querētes, nec se totos ad creatorē uertētes. Iti gētilibus dētiores censendi sunt de qbus ait Aplus, q̄ cū deū cognouissent nō sicut deum glorificauerint; sed euauerūt in cogitatione suis, & seruerūt atq^e per amorē adhaeserunt creaturis potius q̄ creatori. Quoꝝuestigia heu multi Christianos & phi- losophi damnabiliter infelicit̄q^e sequuntur.

Articulus XVII. Quid sit prius ac principalius nomen dei, bonū uel ens.

Ambiguitas porro quæ queritur, quid prius ac potius deo cōueniat, bonū uel ens, seu esse uel qui est, originē sumit ex dictis magnorum uiroꝝ qui sibi in isto contraria- ri uidentur. Sacratisimus enim ac theologoꝝ princeps diuinissimus Dionysius 4. capitulu de diuinitis nominibus, astruit bonū esse primū atq^e potissimum nomen dei; & q̄ dei natura sit bonitas pura. Vnde Dionysius diuina nomina pertractando, primo tractat de bono uidelicet 4. capitulu de ente, 5. capitulu de diuinitis noībus. Huic aut cōsonat uerbū saluatoris; qui adolescenti sibi dicēti. Magister bone, quid faciēs uitā aeternā posidēbo; ita respondit: Quid me interrogas de bono? nemo bonus nisi solus deus; & quasi deo sit propriū esse bonū; quod utiq^e Christo cōuenit; quū ipse fit uerus deus; sed hoc ad- lessens ille de Iesu quē prophetā putauit, non sensit nec credidit; ideo increpat̄ hāc me- ruit. Sed his obuiat quod Damascenus primo libro inducit. Videtur in quies, omnibus quæ deo dicuntur nominibus, principalius esse qui est; quēadmodū ipse oraculo loquens Moysi in monte ait: Ego sum qui sum. Hæc dices filiis Israēl: Qui est misit me ad uos. Hanc demum contrarietatem sanctus Thomas prima parte dissoluere uolēs, afferit quod absolu- te loquendo ens sit prius secundum rationem quam bonum; primū enim in intellectu cadens

DE NATVRA AETERNI ET VERI DEI.

81

cadens est ens. Veruntamen Dionysius primo tractat de bono in loco præacto, qm̄ tractat de diuinis noībus prout respectū seu habitudinē causæ circa deum designant: quia ex rebus creatis deum cognoscimus & nominamus; Bonū aut̄ spectat ad causam finalē; nam bonū & finis coincidunt secundū Philoſophū. Vnde Cyrillus: Amamus inquit, uniuersa propter bonū; Et finis omnīū desiderabilū ac summiū amabilū est bonū; Ens aut̄ seu esse, pertinet ad causā efficiētē. Quī itaq^e causalitas finis prior sit causalitate efficiētē, efficiēs enim agit nisi motus à fine, quū finis sit primū in intentione, iccirco bonū quē ad rationē cauſandi prius est ente; sicut Dionysius ordinat̄ bonū ante ens. Deniq^e Bonaventura in itinerario menuis in deum hāc difficultatē plenius soluens, Duo inquit, sunt modi seu gradus cōtēplandi deū: quog^e unus uerat circa essentialia dei; alius circa propriā personam. Primus modus primo & principaliter degit aspectū in ipsum esse dicens p. Q̄ i es t, est primū nōm̄ dei; Secundū uero degit aspectū in bonū, dicens q̄ ipsum sit primū nōm̄ dei. Primū spectat potissimum ad uetus testamentū qd maxime prædicat diuinā essentiā unitatē; unde dicitur est Moysi: Ego sum qui sum; Et: Audi Israēl, deus tuus deus unus est. Secundus aut̄ ad nouū qd determinat personas pluralitatem baptizādo in nomine patris & filii & spiritus sancti. Ideo magister noster Christus, uolens adolescentēs qui legē seruauit ad euangelicā leuare perfectionem, nōm̄ bonitatis principaliter atq^e præcisē deo attribuit; Nemo inquietus, bonus nō solus deus. Damascenus ergo sequēs Moysen dicit q̄, q̄ est, sit primū nōm̄ dei. Dionysius aut̄ sequēs Christum dicit q̄ bonū est primū nōm̄ dei: Hæc uero responsiones quodāmodo in idē redire uidentur: hoc nō peam̄e prætendunt, q̄ deus considerari potest duplicitē; Primo secundū se; sicut primū nōm̄ eius est ens, uel qui est seu esse; Secundo prout est principiū emanationis sive ad intra & ad extra; & ita primū nōm̄ eius est bonū. Et quāuis responsiones ita sunt pulchrae, nō tū cōtentant neq^e; quietant sollicitū inuestigatoꝝ; Dionysius enim & ante eū Hierotheus, quē Dionysius intantū cōmentat, ut dicat apostolos quoq^e sapientia eius fuisse miratos, concorditer astruit q̄ participatio boni extēditur utiq^e ad non ens, ita q̄ non ens participat bonū, & appetit ipsum per non ens aut̄ materiam notat, quæ secundū se nec est quid, nec quale, nec quantū, quāuis pura potentia substantificatur eīm̄ per posse secundū Aueroīm & Albertū. Itaq^e secundū Dionysii intentionem, bonum est prius & latius atq^e cōmuniū ente manūt ad plura extendit se. Dic̄ iugur q̄ secundū intentionem Dionysii simpliciter & absolute loquendo, bonū est primū atq^e p̄cipiū nōm̄ dei, nō Qui est. Et in hoc Dionysius Platonicos sequit̄ qui ordinabant̄ bonū ante ens, dicētes materiam esse non ens, propter actualitatis carentias sed tamē dicebant̄ eī esse bonū qm̄ appetit bonū scilicet formā; Appetitus nāq^e ex similitudine nascit. Nisi ergo materia aliqd de bonitate participaret, nequaq^e appeteret bonū. Igī qd Thomas super secundū Sententia, affirmat Dionysium pene in oībus quantū ad naturale philosophiam pertinet, Aristotelē esse secundū, quāuis in multis ueritatē possit forrasse fortiri, in multis tamē instantiā patit, sicut & in loco præsēnti: Quæ eīm̄ nūc de cōmunitate & prioritate boni ante ens, & non entitate materiæ dicta sunt, in Elementatione theologica Procliti Platonici inueniunt̄ confirūptia. Etenim secundū Platoni & Proclum, ipsa primordialis materia quāuis aeternā sit, tamē a summo bono hoc ipsum qd habet & est, participauit fortaq^e est. Sed dicit forsan quispiam: si Dionysius absolute intendit q̄ bonū sit per prius nōm̄ dei q̄ ens, quid ergo tenendū est? Et respondendū q̄ utiq^e non est facile determinare hoc ipsum. Veruntamen dico q̄ quū deū incōprehensibile ac superessentialē ex creaturis noſcamus & nominemus, iccirco id in quo diuina perfectio plenius purissimū resplēdet, primo atq^e potissimum deo cōuenit; & ipsum principiū nominat. Hoc aut̄ bonū esse uideat. Bonū enī in cludit ipsum ens, superadditū ei rationē appetibilis ac perfecti, sicut in libro de Hebdomadibus Boēthius tangit: Et ideo in nomine boni diuina perfectio excellētius fulget. Nec obuiat quod Moysi dicitū est: Ego sum qui sum; & Qui est, misit me. Per hoc enī innuit, q̄ soli deo cōpetit esse secundū p̄fecta ac ple- na rationē effēdūtū aut̄ q̄ esse sit primū nōm̄ dei atq^e p̄cipiū. Sicut nec sequit̄ q̄ immor- tale uel potens sit primū nōm̄ dei, quāuis dicat. Apostolus: Beatus & solus potēs deus, qui solus habet immortalitatem & lucē habitat inaccessibilē; nil quippe insinuat̄ per hoc, nisi q̄ immortalitas atq^e potēs soli deo perfecte cōueniunt. Deniq^e natura cuiuslibet entis principalissimo explicanda est nominet: cur ergo natura dei dicitur bonitas pura potius q̄ pura essentia, puritas intellectus, uel puritas uera, nisi quoniam bonum est principalius nōm̄ dei q̄ reliqua. Hæc tamē magis tangendo q̄ determinando induco: Nam quæstionē hanc ple- ne discutere, ampliori eger examine.

Contēplandi
deū modūo;

Deus est sua
bonitas.

Plato.

Damascenus.

Dionysius.

Exhortatio ad
diuinūmōrē.

Rom. I.

Opinio Die-
nylli.

Mat. 19.

Opinio Dama-
sceni.

Exod. 3.

Vide p. q. 9.

I. Timo. 6.

P 3 Articulus

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

Articulus XVIII. Et est demonstratio per rationes naturales, q̄ non
sit nec esse posse nisi unus uerus deus.

LIcer interea multæ queant rationes adduci ad diuinum esse uniusq; ueritati unitate probandâ illa tñ potissima atq; certissima est & itē facilius, quā magni philosophi & præclarí quoq; theologi introduxerunt. Sit h̄c sunt duo vel plures ueri dñi, vel in omnibus cōuenient, vel in aliquo differunt, in oībus cōuenient, nequaq; sunt duo seu plures: cōuenientia em̄ pluralitatē non facit. Si aut̄ in aliquo differunt, ergo unius pfectio alteri deest: non ergo uterq; pfectus est: unde nec uerus deus. Hac ratione Damascenus, et auctor libri de Causis inducit: & ipsa à Platone formata est: Deniq; deus est pfectus & simplex, ergo uterq; pfectus, oīs ei nobilitas inest: q̄ uero simplex, ipse substantialiter est sua pfectio. Si ergo sunt plures dñi differentes, quū uterq; sit substantialiter sua simplex ac summa, immo immēla perfectio, utrīq; deerrit summa atq; immēla pfectio: sic iuste erit uerus deus. Amplius ex ordine rex, ex ordine q̄q; causar, atq; ex ordine gubernantiū probatū est esse unā primā essentiam primāq; cauſam, ac primā rectōrē. Prima aut̄ essentia primāq; cauſa, ac primus rectōr est uerus deus: non ergo est nisi unius uerū deus. Præterea inuidus ab uno principio emanauit, nec potuit idē mundus atq; pluribus essentialiter distinctis creaturis est ergo nisi unius creator qui solus adorandus digne censet. Posset aut̄ aliae multe rationes produci: quas q̄ alibi plenius posui, hic omitto. Postremo eluescit ex his error Rabi Mosis & Varonis dicentiū unitatē deinon esse denōstrabilē sed solū per legē ac fidē innotuisse. Insupinitatem dei uetus & noua lex concorditer aſtruum: Scriptum est enim: Audi Israēl, deus tuus, deus unus es: & Deut. 32. Videlicet ego sum solus, & nō sit aliud deus pr̄ter me. Ap̄lus quoq; ad Hebræos: Mediator inquit, unius nō est deus aut̄ unus. Et alibit: Vnus dñs, una fides, unū baptisma. Præterea de⁹ est maxime unus: unū enim cōuertit: nūlq; reale ei su peraddit, sed inuiditionē dūtaxat: dicit enim unū quasi ens inuidus. Quū ergo sit deus maxime ens, tanq; omniē plenitudinē eſſendi cōpleteſt ac poffidens, ſicq; potissimum inuidus à ſe, ſicut qui ſumme ſimplex inuariabilisq; conſiſtit, atq; per propriā ſuā purā bonitatē ab oīnibus differentes, cōſtat q̄ fit maxime unus. Nec ſolus est unus & unū, ſed unitas prima, pura, exēplaris ac ſumma. Vnde Dionyſius ultimo cap. de diuinis noībus: Vnus in q̄, dicit de⁹: q̄m unitiū eſt omnia ſecundū plenū unitatis exceſſum. Quōd uero unū cōi ente conuertat inīc liquet, q̄ Dionyſius protinus addit. Vnum eſt inegreſſibilis omnium cauſa: nihil eſt enim existentium quod non particeper uno: ſed quemadmodum numerus particepat unitate, nam dicitur unus ternarius: unus denarius: ſic omnia uno particepant. Vnum quippe uniuersaliter ſumptum, eſt cauſa omnium rerum formalis, ſicut & genus eſt cauſa ſpecieſ: unū uero per se primo, ac ſeparate ſubſtites quod eſt deus benedictus & sanctus eſt omnū cauſa efficiens exemplaris atq; finalis. Deniq; non eſt aliqua multitudo que non particeper uno, quemadmo dum Proclus ſubtiliter probat: Et Dionyſius decimotertiō capitulo de diuinis nominibus inducit ueritas demonſtrat cum ait: Quæ multa ſunt partibus, ſunt unum totus: & quæ multa ſunt accidentibus ſunt unum ſubiecto: & quæ multa ſunt numero, ſunt unū in ſpecie, & quæ multa ſunt ſpecie, ſunt unum in genere, quæ uero ſunt multa processibus, ſunt unum principio. Et ſauferas unum, neq; totum eſt, neq; totalitas, neq; pars neq; partilitas, neq; aliiquid existentium eſt. Ideo Proclus: Omnis ait, multitudine ſecunda, eſt ab uno: & iterum: Omnia entium procedunt ab una cauſa prima.

Articulus XIX. Quōd deus æternus eſt ueritas pri-
ma & exemplaris, omnisq; ueritatis cre-
tae cauſa fontalis.

Proinde quum eſt diuinum ſit maxime illimitatum ſeu incontractum atque perfe-
ctum, iſcirco nomina communissima, qualia ſunt ens & conuertibiliſ ſecundū nomi-
na quoque, quæ perfectionem ſimpliſter dictam inclidunt, uidelicet sapiens, fe-
lix, pulchritudo, omnipotens, deo præſertim conueniunt. Quum ergo bonum & uerū
ac unum conuertantur cum ente, deo maxime competunt: nil namq; reale addit ad ens, ſed
aliiquid ſecundū rationē: Ens eſt dicit bonū in ordine ad appetitū, quia appetibile dicit etiā
uerū in ordine ad intellectū, ac cognitioni cōformabile. Dicit quoq; unū, q̄a ſeipſo inuidu-
sum. Omne igitur ens eſt unū & uerū ac bonū ſed quēadmodū eſte & bonū ac unū deo po-
tissimum cōgrauit propter rationes inducendas, ita & uerū. Oportet ergo aduertere q̄ duplex
eſt ueritas: Eſt enī ueritas naturæ ſeu rei quæ aliud nihil eſt niſi entia rei. Et eſt ueritas
intellectus

Deut. 6.

Ephe. 4.

Veritas de-
plicata

DE NATVRA AETERNI ET VERI DEI.

82

intellectus ſeu propositionis, quæ eſt enī ueritas intellectus ueritatis. Veruntamē utriusq; ueritatis ratio in quadā conformatiuit ſeu adæquatione uel aequalitate conſiſtit. Veritas eſt dem intellectus eſt adequatio ipſius intellectus ad intellectum ueritatis autē naturæ ſeu rei eſt adæquatio, uel conformatiuit ſeu ad intellectum uel cognoscēti uel certe cauſante. Quēadmodū nempe noſtri intellectus cōceptio dicitur uera in quantum conformatur exēplari rationi quā habet in uiente ſuī authoris, ut aſtruit Auicēna. Dicitur enim uera domus quē talis eſt in re extra, ſicut in mente artificis erat concepta. Quemadmodū aut̄ omnia artificialia comparantur ad intellectum humanum qui uidelicet eſt cauſa ipſorum, ſic inueniuntur ſe naturalia comparantur ad intellectum diuinum. Vnde ſic artificialia appellantur uera, quoniam perfectionem debitam affiuentur ſecundū p̄reconceptionem artificis: ſic natura liua uera dicuntur, quia perfectionem ſpecificam ſuā naturæ adiūcuntur ſecundū ordinationem ſapientiae dei, ſeu ad intentionem idealium rationum mentis diuinæ, ut dicitur uerus homo, uerus lapis, uerus leo: quoniam naturas habent ſpecificas naturæ, eſt ſecundū diuino positionem cauſalem mentis diuinæ. Enim uera eſt diuinum ſeu deus utroq; modo excellētissime uerus perhibetur: ueritas enim intellectus deo optimè conuenit, cū ipſe & eternaliter & quasi p̄fessionaliter, clarissime ac in fallibiliter atq; diuīnitate cognoscat. Veritas quoq; naturæ ſeu rei deo ex celo p̄cipue competit, cum eſt diuinum ſit ſumme perfeſtum ac diuino intellectu ſumme conformatum & adaequatum uel potius utrum. Vnde feci-
dum Aucteniam in ſua metaphysica, ueritas rei uocatur ſecundū q̄ ſe reactum ſeu perfeſtione ſuā naturæ cōsequitur: & nata eſt facere ueram & ſtimulationem in intellectu. Cum igitur ſolus dei eſt ſit plenum & purum atq; perfectum, ſoliq; menti diuinæ perfectlye comprehendunt ſeu cognitionem, eluēſit q̄ deus utroq; modo ſit maxime uerus. Porro ueritas mentis diuinæ eſt cauſa fontalis ac prima omnis ueritatis creatæ: quoniam deus gloriſuſ & felix nū ſine certissima ratione producit, ſed omnia ſecundū ideales exemplaresq; rationes molitus eſt: quippe qui omnia in ſapientia condidit, atq; in mensura, numero ac pondere cuncta conſtituit. Propterea quoq; intellectus diuinus eſt mensura ſeu regula omnis ueritatis creatæ: ita ut ideo unumquodq; ſit uerum uel falſum, quia à deo tale censetur: imo quicquid deo apparet, necesse eſt uerum conſistere: ſicut & ars uel ratio artificis dicitur regula artificium rerum. Sed quoniam artifex errare potest & falli in opere ſuo, iſcirco nō eſt necesse artificiā ſemper conformari iudicio ſuī artificis: interdum enim non ſint direc-
tē proper eius errorem. Intellectus uero diuinus nec errare potest nec decipi: ideo ſemper oportet cuncta creatā diuinio conformatiū iudiciorū: imo ſi quis inſenſatus affliet intellectu diuinū posſe falſum eſt, uel deū ſit posſe à ueritate recedere, tunc uerum non erit uerū, & falſum non erit falſum: & uerum erit falſum atq; eontrā: per ueritatem omnium entū ordo, & diſcolorabitur protinus omnium terum ornatus, pulchritudo ac ſpecies. Quid ergo in omni ordine primum dicatur perfectum, & posteriorum mēſura & cauſa deuſ adorandus & uiuus, quum fit ſimpliſter primus ac ſimplex, eſt maxime naturaliter uerus & ueritas ipſa, omnisq; ueritatis ſecunda cauſa originalis, origo idealis, idea & eternalis, inuolabiliſ regula, certissimaq; mensura. Hoc autē ſacra ſcriptura ubertim testatur. Scriptum eſt enim in psalmot: Fidelis dominus in omnibus uerbi ſuī, & sanctus in omnibus operibus ſuī. Et Daniel iſterio: Benedictus eſt domine deus patrum noſtrorum, & gloriſuſ nomen tuū in ſecula: uniuersa opera tua uera, & uia tua recta, & uera ſunt omnia iudicia tua. Et Apo-
calyp. xv. Erat domine deus omnipotens, uera & iusta iudicia tua. Et hec quidē de ueritate intellectus accipi poſſunt. Demum q̄ ueritas naturæ ſeu rei deo conueniat, patet Iohannis 1. Erat, inquit, lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Et Christus de ſe loquens Iohannis decimoquarto: Ego, ait, ſum uia, ueritas & uita. Praedictis insuper conſonat quod ſecundo Prima philosophia Aristoteles introduct dum ait: d̄ q̄d eſt maxime uerū & maxime ens uidelicet deus, alijs omnibus cauſa eſt entitatis & ueritatis.

Articulus XX. Cur deus dicitur actus purus, & q̄ utile ſit hoc intelligere, eō

q̄ multa pulchra ſequuntur ex hoc.
Portet præterea p̄rhabitoꝝ reminiſci, ubi diſtinctio inter actū & potentia ex-
planata conſiſtit. Quum enim actus ſit p̄incipium transmutandi, influenti atq;
mouendi aliud, potentia uero ſit p̄incipium transmutandi ſeu mouendi ab alio
recipiendo illius influxum, conſtit quod actus dicitur illa natura quæ in ſe ita
perfecta eſt, quod in aliud agere poſteſt. Potentia uero uocatur illa eſtentia quæ in ſe im-

p 4 perfecta

Psal. 144:

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

perfecta existens, influentiam capit ab alio. Porro purum id dicitur quod suo contrario est impermixtum: ut purum alium quod nil habet de nigro adiunctum. Dicitur itaque deus esse purus actus, quoniam ipse in seipso ita perfectus & diuus ac plenus est, qd in omnia alia agere potest, producendo, transmutando, influendo, conseruando, gubernando: ita qd ipse nulla perfectione est expers nulliusq; eget, sed eo potius omnia indigent. Quu ergo nulli secundog; hoc cōpetat, palam solus deus sit purus actus. Dicitur nepe actus, qm alioq; est causalitatis atq; motiuus. Et dicitur actus purus, quia de potentia seu de potentialitate, cuius proprietates sunt moueri, recipere, perfici, nil habent adiunctum. In hoc ergo qd Aristoteles deuū differuit purus actus, ipse cognovit & nobis patefecit, qd deus est uere incomutabilis, eternus, perfectus, simplex, immensus: Nil enim mutatur nisi impressionē mouentis recipiat. Mouentis autē impressionē recipere, potentia conuenit non actuū puro. Nil etiā incipit nisi sit in potentia ad esse dependens ab alio: quod palam est actuū puro nequam competere. Iterum quod est purus actus, omni actualitate ac nobilitate ornatur; aliter esset aliquo modo in potentia: quia perfici posset actus igitur purus est omnino perfectus. Est etiā maxime simplex, nam prima cōpositio est ex actu atq; potentia. Cum itaq; purus actus totius potentiae admixtione penitus careat, sequitur qd prima cōpositio & per consequens omni cōpositio sequentia sit carensa: per hoc innoteſcit qd deus sit quādā natura incorporalis & immaterialis in terrena & illocalis. Quod enim caret potentia, caret materia: quā materia sit pura potentia: & quod caret materia, immaterialē est & incorporale. Vnde Iudaei atq; hæretici qui diuinā naturā corporalia linearia attribuebant, multò derafilius senserūt deo qd gētiles philosophi. Itaq; sicut materia prima appellat pura potentia, quia secundū seipsum nude & absolute accepta, omni actualitate ac formalī proprietate priuat, sed est in potentia ad omnes formas substantiales & accidentales, ad omnes motus ac alterationes, sic deus beatus & immortalis dicitur purus actus, quia in sua natura inimunis & liber est ab omni potentialitate ac materiali proprietate qd nil ei de nouo accidere potest; nec eius natura ali quo mō recipere quicq; aut perfici ualeat. Deus enim & materia, sunt duo extrema summe distantia, atq; à se in uice primo diuersa, non per differentias aliquas, sed seipſis, p propriasq; naturas. Porro alia multa sequunt ex hoc qd deus est actus purus: de quibus seorsum tractabitur. Nec puto Aristotelē unquam tam subtile & uile uerbū esse loquitū, sicut qd dixit deū esse purus actus, qd eum 12. Primi philosophi dixisse recordor.

Articulus XXI. Qd deus proprie appellatur essentia, abusus autem substantia.

VT ait VII. de Trinitate Augusti, testatur, Essentia dicitur ab esse, substantia uero à substantiæ. Quādā in modū ergo esse deo tam proprie cōpetit, ut ei duntaxat plene perfecte atq; cōpetat, sicut & Iohannes sanctus fatetur, Quis potest facere mundum de immundo conceptū? semine, nō tu qui solus es: Sicut itaq; esse deo solum propriissime conuenit, ita & ipse aptissime dici potest essentia. Deniq; tam proprie deo essentia quā Græce uocat *ousia* ascribitur, ut Augustino testante fortassis solū deū oporteat dici essentia. Vere enim solus est qui proflus incomutabilis existit. Vnde Hieronymus ad Marcillā ait: Deus solus qui exordio careat, uere essentia nomen tenet: cuius natura propter suā immutabilitatem nec præterit nouit neque futurū: Non est enim in deo successio. Subsistere vero dicunt, in quibus quasi in subiectis sunt aliquas. Subsistere namq; est sub alio esse. Quod secundū Augustinū VII. de Trinitate rebus mutabilibus atq; cōpositis congruit, quū ipsa accidentia fiat subiecta. Quū igit̄ de natura simplicissima inuariabilisq; constat, in quam nec motus nec accidens cadere ualeat, sicut ipsa nulli subiectum accidenti aut formae, ita nec substantia proprie appellatur: sed potius abusus, sumēdo substantia pro essentia. Sed quę potest, an intelligēta proprie nominetur substantia: Et respondendum, qd in omni natura intellectuali creatuā diuersificantur esse, posse & agere. Intelligēta igitur dici potest substantia, quū eius natura sit subiectū sua, potentia & potentia actionis. Intelligēta quoque quū habeat esse limitatum, receptū atque specificū, ponit in categoria seu prædicamento substantia: non autē deus cuius natura proflus immensa illimitataq; est, super omne genus ordinisq; existit. Iccirco intelligentia proprie dici potest substantia non deus. Nihilominus qm usus doctor est deū appellare substantia, decet nos confuetudinē aſtequī, & nomē substantie congruenter interpretari, non prout à substantiā accidentibus dicit, sed prout à p se stando nomen sortitur: Etenim substantia dicitur res nulli subiecto inhærens nec alteri inuitens, quod deo præcipue competit: quum ipse sit bonitas separata, idealis atque pfecta.

Articulus

Subsistere.

Deus quō sit substantia.

DE NATVRA AETERNI ET VERI DEL.

83

Articulus XXII. An hoc nomen deus sit maxime proprium deū, uel communicabile etiam aliis: an sit nomen naturæ uel actionis seu operationis.

Gnoscendum quoq; qd nomen deitatis seu nomen hoc deus non est communicabile multis secundū ueritatē, quum diuina natura sit purus actus qui multiplicari non potest. Quum ergo hoc nomen deus designat naturam excellentissimā atq;

perfectam, secundū rem plurificari non ualeat, nec est communicabile multis secundū uerum ipius intellectum: sed solū secundū uanam & falsam errantium opinionem multis secundū opinionem: tamen nomen dei incomparabiliter incommunicabile est quādā nomen solis. Veruntamen aduentū qd quām sacra scriptura uitatur pluraliter nomen dei iuxta illud: Dñ fortis terræ uehementer eleuati sunt. Et alibi, p̄is non maledicē, sc̄circo hoc nomen deus secundū similitudinem seu participatiā proprietatem communicabile dicitur multis: Sicut enim quis dicitur canis propter furorem, uel lupus propter uoracitatem, sic sancti perfecti qd uiri, dicitur sunt dīi propter diuine uitę assimilationem quę in contemplatione ac dilectione constitit. Rursus quia hoc nomen deus habet modum significandi communem, quemadmodum homo uel lapis, propterea communicabile dici potest quantum ad modum significandi, non autem quo ad rem significatam. Vnde considerando rem significatā hoc nomen deus, Thomas fatetur qd hoc nomen deus est magis proprium nomen dei quādā Q. VI E S T, quum sit magis incommunicabile: sed considerando modum significandi & confignoscendi, sic qui Q. VI E S T magis propriè potuit nomen dei qd hoc nomen deus: Nam Q. VI E S T designat ipsum esse secundum se, qd maxime cōpetit deo: designat quoq; ipsum esse ut in præsentī, quod item deo est propriū, quū ipse solus sit perfecte inuariabilis atq; eternus. Præterea difficultas confurgit: an deus sit nomen naturae uel operationis: Ambrosius enim in libro de Trinitate aſterit, qd sit nomen naturæ: Damascenus uero primo libro clare testatur qd sit nomen operationis, affirmans qd Q. VI E S T sit primum nomen deī, esse diuinum & naturā significans: Deus autem sit nomen secundū scilicet operationem importat: Nam ut ait, deus dicitur à uero quod est curare uel fouere, omnium enim deus curam habet: uel ab aliis quod est ardere: quoniam deus est signis innocue ardens, omnemq; prauitatem consumens uel à uero, quod est omnia considerare: Deus enim est omniū contéplator, quē nulla cogitatio latet. Porro dissonantiam istā sanctus Thomas prima parte satis concordat atq; determinat. Docet equidē qd in aliis bus idem est id à quo nomen imponit & cui nomen imponit, sicut in his quę per seipsum noscuntur, quemadmodū qualitates sensibiles, ut color, calor & lumen: Hęc enim nomen ab ipsa essentia imponuntur, alijs uero differunt cui nomen imponit, & à quo nomen imponit, puta in his quę non per seipsum, sed per operationē aut proprietatē aliquā innotescit, ut substantia quę per accidentia cognoscunt: Accidentia enim magnā partē conferunt ad cognoscendū qd quid est. Quādā in nomine lapidis aliud est à quo nomen imponit est, scilicet ipsa essentia lapidis: ita considerandū est in hoc nomine deus: Quantū enim ad id cui nomen imponit, est nomen naturæ: sed quo ad id à quo est nomen imponit, dici potest nomen operationis: imponitur namq; hoc nomen deus ad designandā substantiā sumimā, perfectā, diuinā, sine respectu ad alia. Videtur autē mihi superflū, multū immorari huic materia, quū de quid nominis disputare superuacuum & estimetur: & quę dicta sunt satis congruerent sonare uidentur. Verum est namq; qd deus ita uocatur & nomen sortitur ab uniuersissima & prima omniū rerum prouidentia & causalitate: Nam prouidentia atq; causalitas, sunt proprietates dei inquantū est deus, saltē quo ad id à quo nomen imponit: Id enim singuli etiā barbari deum appellant, qd maxime causa & rector est entium: Ideo Dionysius XII. capitulo de diuinis nominibus, Deitas, inquit, est quę omnia speculatur prouidentia generali & bonitate perfecta. At uero qd hoc nomen deus sit omnium creatori proprium & incommunicabile aliis, contestatur scriptura, sicut in psalmo cantamus: Quoniam quis deus præter dominū? Aut quis deus præter deum nostrum? Erit enim: Quoniam omnes dij genitū dæmonia. Apostolus quoq; His ait, qui natura non sunt dii seruiebatis. Imō Platonici, quāmuis multos possebant ordines deorum, nihilominus aſterebant unum solum esse uerum ac sumū in deū, qui secundū Proclum tanta dignitate cunctos excellit, ut omnis catena deorum ei cōpararū non queat, sicut & in psalmo habetur: Quoniam quis in nubibus æquabitur domino, similis erit domino in filijs dei:

Deus ē nō incommunicabile.

Deus dicit nō incommunicabile.
Psal. 46.
Exo. 22.
Primo.

Secundo.

I. par. q. 13. or. 1.
Exo. 1.

Dubitacionis secunda refutatio.
Ambrosius.
Damascenus.
Deus unde datur.

I. Reg. 10.
Heb. 4.
Vide I. par. q. 13. in diversis articulis.

Dionysius.

Psal. 17.

Psal. 95.

Cit. 3.

Plato.

Proclus.

Psal. 82.

Articulus

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHVSIANI,

Articulus XXXIII. De nomine domini tetragrammaton.

Vide Armarium tract. 3. de terminis difficultibus ca. 4. deinceps.
Rabi Moyses deniq^{ue} in lib. de deo benedicto, et alibi de diuinis nominibus tractat; Aliqua, inquit, nomina dicuntur deo per respectum ad creaturas, ut creator, prae-destinator & d^rector; quædā autem nomina enuntiantur deo per modū qualitatis, cit^a diuinā essentia, ut sapiens, pius, omnipotens; quædā per modum quantitatis, sicut immensus, incircumspectus, magnus; aliqua quoq^{ue} per modū alias proprietatum quæuis transirent in diuinā substantiā quantū ad rem significatū. Porro nomen dñi quod est tetragrammaton, significat diuinā essentia absoluta, pura ac nudū prout in seipso subsistit omni alio circumspecto; siccirco est nomen maxime incomunicabile appropriatum soli deo; quia designat ueritatē diuinæ essentia in se. Vnde secundū Thomā nōmē tetragrammaton est magis incomunicabile & magis propriū creatori quām hoc nomen deus; quia significat diuinā essentia ut incomunicabilē; atq^{ue} ut sic liceat fari, tanq^{ue} singulariter & subsistens. Hęc autē ita intelligenda non sunt, quasi diuinā essentiam vel nominare vel agnoscere ualeamus absolute & pure, & sicut in seipso consistit quantū ad quid est, sed solū quantum ad quia est. Præterea super illud Exodi vi. Ego apparui Abraham & Iaac & Jacob in deo omnipotente; nōmē meū magnum Adonai nō indicaui eis, dicit Nicolaus de Lyra q^{ue} Adonai significat generale dominū; & non ponitur, uel potius non scribitur in loco præsenti quū dicitur: Nōmē meū magnū &c. sed scribitur nomen dñi tetragrammaton, loco cuius pronuntiatur hoc nomen Adonai; quoniā nōmē istud tetragrammaton tantē sanctitatis ac reuerentiae reputatur apud Iudeos, q^{ue} nominari non debet nisi à summo sacerdotē & solū in b^rictionibus in templo fiendis. Præterea loco illius tam sanctissimi nōmē pronuntiatur Adonai, quod hic tamē non scribitur; sicut si apud nos hoc nōmē deus tantē esset dignitas, ut ubi cunctis scriptis inueniretur, loco eius diceretur hoc nōmē dñs. Nostra ergo translatio habet nōmē quod pronuntiat, non aut q^{ue} d^r scribit. Postremo istud nōmē tetragrammaton reuelauit dñs Moysi, non tantū quo ad uocē, sed quantū ad rem significatū; q^{ue} uidelicet uidit diuinā essentia in raptu sicut & Paulus; quemadmodū Augustinus in libro de Videndo deum testatur.

Articulus XXXIV. Q^{ue} deus est infinitus, & q^{ue} infinitas fit intrinseca
proprietas diuinæ naturæ.

Aliter autē infinitas cōuenit deo atq^{ue} aliter creaturis; sed & rebus creatis infinitas diuersimode cōpetit. Dicitur enim materia secundū se infinita, quia in sua natura est indeterminata & illimitata tanq^{ue} omnī formaꝝ susceptiva. Quū uero recipit formam, tunc determinat atq^{ue} finit per eā; quia ad esse specificū & individualē cōtrahitur. Forma q^{ue} secundū se infinita uocat, quia cōmunicabilis multis; sed dum in materia certa recipitur, determinat & quasi finit. Infinitas ergo materiæ est propter caritatem uniuersitatis formalis; ut ideo ista infinitas ad imperfectionē pertinet, infinitas vero formæ est propter cōmunicabilitatem ipsius quæ in materia coartat. Ista ergo infinitas ad perfectionē utiq^{ue} spectat. Porro nec forma, neq^{ue} materia, neq^{ue} aliqua creatura est sic infinita, q^{ue} eius essentia fit illimitata uel perfectionis infinitæ contentiuia; quū omnis creatura essentia continetur sub aliquo genere, & determinetur ad speciem certam; habeatq^{ue} terminū perfectionis & certū gradū ordinē q^{ue} essendi. Omnia quippe in modo, specie & ordine constant; quia in numero, mensura & pondere facta sunt. Vnde nulla creatura appellanda est simpliciter infinita sed folus deus est uere & absolute infinitus infinitate formalis ad perfectionē pertinent; non autem infinitate materiali quasi terminus seu finis uel aliquid eius fit extra ipsum. Huius igitur ratio prima est: nam ut p^rahabitū est, Qui est seu esse, dicitur principale & propriū nōmē deis; quia designat ipsum esse absolute tanq^{ue} infinitū pelagus perfectionis essendi. Quū ergo esse deo cōueniat secundū omnē nobilitatem plenitudinem q^{ue} essendi, si quet q^{ue} esse diuinū fit penitus infinitū. Præterea omne finitū, terminū perfectionis sortitū; ubi autē perfectio terminat, ibi imperfectio inchoatur; ubi esse finitū, ibi non esse ordinatur. Tm enī unicuiq^{ue} deest quāto caret. Si ergo diuinæ naturæ perfectio terminū habet, et si esse diuinū, limitē recipit, nequaq^{ue} est deus omnis formiter simpliciter & perfectus; cuius oppositū Aristote. & Averrois quinto Prima philosophia concorditer aſtruit. Deniq^{ue} quod enti per se & naturaliter cōpetit, non potest esse minoratū in ipso; Quod enim est per se, est primum; primum autē in omni ordine est perfectū. Natura etiā cuiuslibet rei in inuisibili consistit, sicut & ratio numeri; Nā sicut unitas addita numero uariat speciem, ita perfectio addita generi aliā efficit speciem. Natura igitur rei in eo perfecta existit quod ad essentialē pertinet, perfe-

DE NATVRA AETERNI ET VERI DEI.

84

perfectionē ipsius. Quā itaq^{ue} de natura sit bonitas, & deus benedictus sit substantialiter ac independenter ipsum esse, elucēscit q^{ue} bonitas dei & esse diuinū, ab omni minoratione & fine ac imperfectione longius distent. Quod autē finitū est, ab infinito in infinitū minoratur ac deficit; nullatenus ergo deus finitus est. Insuper sicut ostēsum est, id quo maius atq^{ue} praestans cogitari non ualeat, est deus; non est ergo finitus; quā omni finito maius & dignius cōcipi queat. Adhuc autē ostensum est, q^{ue} omne esse citra deū à deo per creationē effluxit; & q^{ue} totus mundus conseruetur, ordinetur & gubernetur à deo; qui ergo creatio sit de non esse ad esse, productio nulli finiti potenter cōpetit; quoniā non esse & esse in infinitū à seiuicē distant. Si ergo potentia de immensa est, tūc utiq^{ue} eius essentia sine ignorat. Vnde positio quorundam quantū ad presens, in tribus merito displicet. Afferit enim q^{ue} deū esse infinitē potenter demonstrari non possit sed perfuderet. Er item, q^{ue} numerū esse creatū, non sit nisi creditur atque, q^{ue} non esse & esse, infinite non distant. Nunc enim de necessitate probatum est, q^{ue} deus fit omnimode infinitus; & q^{ue} nullū ens prpter deum sit à seipso uel independenti si independentis consideret, & à seipso ac naturaliter id quod est singū non possit, cur primo ente imperfectius esset; quia ut Proclus demonstrat, nōl imperfectū conuincitur nisi inquantū à fonte suae perfectionis elōgatur. Et ergo, quod sibi ipsi est causa & ratio existendi, imperfectum esse non potest nec aliis indiget, neq^{ue} de necessitate sub ordine cadit. Porro si mundus esse creatum est solum creditum, quomodo gentiles philosophi hoc agnouerunt? Nonne Avicenna & Algazel omnia esse creata testantur? Nonne Alphorabius ac Theophrastus, omne bonum deficiens à pura bonitate quæ deus est emanasse factentur? Nonne Plato nūndum sensibilem à mundo mundissimō, à mundo utiq^{ue} exemplari, idealiter atque archetypo qui in mente diuina est, processisse differuit? Nonne Commentator in libro de substantiā orbis affirmat, quod nunquam erat de intentione Aristotelis di cere, quod cœlum dependeret à primo principio non solum quantum ad conservationem, sed etiam quantum ad productionem? Vnde in libro de cœlo & mundo, Ab hoc inquit, ente omnibus deriuatum est esse & uiuere. Nonne postremo Proclus in Elementatione theologica ait, quod totus mundus ad intellectu hanc dubium quin diuino substantiam habet, & ab ipso procedit ad semper dependet? Præterea quod non esse & esse in infinitū distant, omnes pene philosophi afferunt; quim enim in nullo conueniant, in infinitū utiq^{ue} distant. Amplius, deus & creature in infinitū distant, & tamen in aliquo conuenient, maxime secundū Scotū, qui ponit ens unitoce prædicari de eis; cui tamen in hoc consentire dum non est. Si itaq^{ue} creator & creature conuenientes in aliquo, in infinitū nihilominus distant, quomodo non ens & ens quæ in nullo conuenienti fortius, in infinitū non distat? Veruntamen Scotus unū dicit circa presentē materiū ualde subtile & pulchrum, quod inihi semper complacuit. Inter omnes ait, conceptus perfectionum que deo conuenient, conceptus entis infiniti est perfectior atque simplicior; quia infinitas dicit gradum intrinsecū in natura, facitq^{ue} per se unum cum ea. Vnde esse infinitum magis intrinsec & prius atque intimus competit deo, q^{ue} esse aeternū; ita q^{ue} infinitas secundū rationem præcedit aeternitatem in deo. Ex quo elucēscit q^{ue} beatus & superbeatus sit deus aeternus & adorandus, cuius opulentia tam extat immensa; cuius diuitiae tam quomodo libet infinitū; cuius beatitudo est prorsus intermina. Qui in hog^{ue} contemplatione non delectatur, nec deo intime congratulatur, deum non diligit; sed ingratus atque ignobilis est. Sed nec uere diligit qui pure & religiose non seruit; amicorum enim esse debet una uoluntas & compar affectio. Hanc igitur infinitatem dei sublimis, magis philosophi agnouerunt. Auicebron enim Platonicus in libro Fontis uitæ eam professus est; Et author libri de Causis; Omnes inquit, uirtutes quibus inest finis, pendentes sunt per infinitum primum quod est uirtus uirtutum. Ariſtoteles quoque octauo Physicorum testatur, quod primus motor sit infiniti uigoris; actus quippe non terminatur nisi per potentiam; quum ergo deus sit actus purus, & esse subſtens, & ideale separatumq^{ue} bonum, nulla ratione esse uel dici potest finitus. Quod etiam sacra scriptura edidit quēmodomū in psalmo cantamus, Magnus dominus & laudabilis nūs; & magnitudinis eius non est finis. Et Hieremias uiceſimotercio: Putas te ē uicino ego sum dicit dominus, & non deus delonge. Si occultabitur uir in absconditis, & ego non uidebo eum dicit dominus. Nunquid non cœlum & terram ego implico dicit dominus? Vnde ad insinuandum diuinæ maiestatis imminutatem, Esaias quadragesimo scriptum est: Quis mensus est pugillo aquas, & ccelos palmo ponderauit? Et Job undecimo: Excelſior cœlo est & quid facies? profundior inferno & unde cognoscetis longior

Quaternario.
Quinta ratio.

Opinioſis cōſuaria.

i.
ii.
iii.

Deus demonſtratur esse inſtitutus.

Mundum esse
creatum cōguerunt philoſophi naturaliſtū ſumme rōmū.

Liber, tex. cōf.
100.
Proclus.

Eſt & nō eſt
distant in intell.
mūnum.

Scotū dicituſ
ſubtile.

Pat. 47:

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

Dionysius.

longior terra mensura eius & latior mari, siccirco tertio capitulo de diuinis nominibus Dionysius ait, q[uod] deus est omnibus æque et immediatus; sed nō omnia sunt ei et que immediata & proxima. Tunc aut uero ei immediatus & proximus, quū ei castissimus precibus puraç mente coniugimur. Deus ergo sanctus & uiuus omnia penetrat cunctisq[ue] intimum est, atq[ue] intimior q[uod] aliquid sibi ipsi, uel ipsa essentialia rei principia ipsi met entis solus quippe illabitur uniuersis essentijs rerū. Propterea Gregorius optime dixit: Deus est ante omnia non solus; post omnia non præuentus; supra omnia non elatus; infra omnia non oppressus; extra omnia non exclusus; intra omnia non inclusus.

Gregorius.

Articulus XXV. An deus sit sibi ipsi infinitus.

Comprehendere autē aliquid propriæ dicitur is qui illud quodāmodo ambit atq[ue] includit, & quasi clausum intras tenet: Apprehendere uero dicitur, qui licet re plene non capit, tamē eam attingit. Omne itaq[ue] cōprehensum est finitū. Si igitur deus seipsum perfecte cōprehendit, finitus est sibi. Sed quod deo est tale, simpliciter est tale: si ergo deus est sibi finitus, est simpliciter dicendum finitus. Nam quod intellectus diuinus de alijs censem, hoc ei simpliciter atq[ue] uerissime cōpetit. Rursus si deus seipsum non comprehendit, ergo nec seipsum perfecte cognoscit; quod nephias est dicere. Et si deus sibi ipsi infinitus est, ergo nō caput se totū, sed aliquid eius cognitionē ipsius excedit ac latet. Et respondendi q[uod] deus benedictus est simpliciter infinitus, et tamen perfecte cōprehendit seipsum: Nam sicut eius essentia quæ diuinus intellectus obiectū est infinita existit, ita intellectus diuinus infinita uitritus est in intelligendo. Deus igitur sic se comprehendit, quoniam se perfecte cognoscit; non autē se comprehendit quasi diuinus intellectus sit aliquid ab essentia diuina distinctū, illā in se recipiens & intra terminos suos concludens ac retinēs. Vnde quemadmodū ista propositiones, Deus est sibi ipsi causa & ratio existendi, Deus est in seipso atq[ue] consumiles, negative sunt exponēdā ut sit sensus: Deus est sibi ipsi causa essendi; uel, causa prima exhibet sibi ipsi existere; id est non habet esse ab alia causa. Et deus est in seipso, id est non continetur ab aliquo alio. Sic ista locutio, deus cōprehendit seipsum, negative exponitur; id est, nū sui sūa cognitionē euadit. Conformater ista, Deus est sibi ipsi finitus, intelligenda est secundū similitudinē quandā proportionis: sic enim se habet deus non excedendo propriū intellectū, quemadmodū habet se aliquid finitū non transcendendo capacitatē intellectus finiti. Non autē est deus sibi ipsi ita finitus quasi intelligat se esse aliquid bonū finitū nō quantū ad hunc sensum, est sibi ipsi infinitus, quia uere cognoscit se esse infinitū; & hoc cognoscit infinito intellectu cum claritate proflus immensa. Non autē est deus sibi infinitus, tanq[ue] aliquid eius intuitum ipsum euadat aut lateat.

Articulus XXVI. Q[uod] imminensitas dei quatuor respicit.

Deus quadrupliciter consideratur.
1.

Considerare insup possumus deū quadrupliciter: Primo quantum ad seipsum, sicq[ue] infinitus uocat: Quēadmodū em̄ deus est causa efficiēs nō effec̄ta, causa q[uod] formalis, nō formata, ita est entiū causa finalis omnia finiēs, nullo finitatemq[ue] quā diuina essentia sit ipsa diuina potētia, sicut diuina potētia secundū suā absolu tam potestatē potest infinitos mundos producere & creare, ita diuina essentia potest infinitos mundos, si essent, replere; eo utiq[ue] modo quo mundū hunc replet. Et sicut diuina potentia nec fecit nec facere potest tanta quin facere ualeat infinites plura, sic diuina essentia nec est nec esse potest in tot entibus, quin esse queat in infinites pluribus. Nequaquā enim opinandū est q[uod] deus quantum ad suā naturā pertinet, aliquā sortitatur uel habeat habitudinem ad locū uel tempus aut certe determinationē ad hunc mundū uel quodcumq[ue] creatum; in modō infinita celitudine cuncta transcendent. Iccirco si numerabiles seu infiniti mundi consiste, rent, uniueros penetraret, repleret & contineret. Non igitur magis cōpetit deo esse in coelo empyreo q[uod] in inferno; uel in mundo q[uod] extra mundū, nisi quoniā magis operatur & ostēdit atq[ue] cōmunicat se in celo q[uod] in inferno & in mundo q[uod] in nihilo. Vnde quēadmodū esse diuina natura quod in infinitū omni spiritu creato extat simplicius, non nobilitatur neq[ue] perficitur, quia est in rebus dignissimus, sic neq[ue] in perficitur nec ignobilis, quia est in rebus uilissimis; quippe quū nū ipsum contingat corporeū, nil inquiet uitosum siue immundū. Veruntame mens imaginationibus inuoluta, mens rudis, impura atq[ue] carnalis, ueritatemq[ue] splendidas sincere contemplari non potest. Porro secundo consideratur deus in cōparatione ad intellectū creatū; sicq[ue] in cōprehensibilis nominatur. Tertio cōsideratur deus sublimis in ordine ad locū; & ita incircumscribibilis appellatur, sicut Ambrosius ait: Nihil prescriptū aut circumscrip̄tū, nihil dimensum diuinitas habet: non loco clauditur, non æstimatione

DE NATVRĀ AETERNI ET VĒRI DĒI.

85

tione concluditur, non ætāribus uariatur; & ideo Reg. Salomon dicit: Cœlū & cœli cœlorum te capere non possunt. Quarto cōsideratur deus in comparatione ad durationē, & ita æternus asseritur. Sed dicere quispiā potest: Si deus quia loco non clauditur incircumscribibilis dicitur, tunc substantiae separatae seu angelī incircumscribibilis erunt: non enim loco terminantur, nec sunt in loco circumscrip̄tū sed diffinitiū. Vnde secundū Boëthiū in lib. de hebdomadib⁹, incorporalia non esse in loco, est propositio apud sapientes per se nota. Et respondendū, q[uod] Antefilius in prosologio concedit angelicos spiritus dici possit incircumscribotos propter rationē p̄tractām, & etiā circumscribotos: quia in plurib⁹ locis simul existere nequeunt. Veruntamen melius arbitror ut cum Damasceno primo libro dicamus, q[uod] solus deus incircumscribibilis est. Siquidē Damasceno restante, quis angelus corporaliter non comprehendatur quum careat figura sicut in corpore ac intellectualis natura, tamen intelligibiliter circumscribitur ubi & operatur: Non enim potest secundū idem in diversis locis operari. Iterum secundū Damascenum incircumscribibile est, quod nec loco, nec tempore, nec cōprehensione continentur: Circumscribibile uero, quod aliquis horum cōtentum est. Sic autem esse incircumscrip̄tū deo est proprium, quippe qui solus est sine principio & sine fine, & omnia continens, & nulla cōprehensione contentus. Angelus uero tē pore circumscribitur, quia esse incepit & loco, intelligibiliter saltē & cōprehensione, quoniam unus angelorum alium plene cognoscit. Deniq[ue] addā quod cui placet accipiat: quia & si aliqua spiritualis creatura ab aeterno fuisse, & tantæ dignitatis activitatisq[ue] esset, q[uod] totum mundum sua presentia adimpleret, uel etiā extra mundū foret, quæ omnia deo possibilia extant, adhuc creatura talis incircumscripta non esset: dato quoq[ue] q[uod] nullus angelorū eam comprehendere posset. Licet enim nec loco, nec tempore, nec cōprehensione continetur, tamen proprie essentiæ terminis finiretur: Nam eo ipso quoq[ue] creatura esset, necessario ponetur in aliqua specie entis, & haberet genus atq[ue] differentiā, quæ totam eius terminarent essentiam, & ad determinatū gradum essendi contraherent. Ideo namq[ue] secundū philosophum definitio rei quæ ex genere & differentia constat, terminus appellatur: quia sub certis limitibus essentiale rei perfectionem exprimit atq[ue] constituit. Postremo, quāuis prædicta distinctio incircumscrip̄tū & infiniti idonea sit, uicissim tamē unū pro alio sumit.

Articulus XXVII. De incircumscribibilitate deit: & quomodo deus dicitur esse ubiq[ue] per essentiā, p̄sentiam atq[ue] potētiam.

Dividetur aciem mentis ad diuinæ contemplationem naturæ erigimus, procul ab animo loca corporum, & corporum loca propellamus. Discedat ab interiori intuitu omne quod situs differentiali recipit: omne quod temporalem uicissitudinem sustinet; omne quod finem admittit. Deus enim æternus & sanctus, sibi ipsi est locus: & in seipso inuariabiliter æternaliter subsistit: & ante mundi productionem erat ubi nunc est: & nunc est ubi tunc erat: nec tamen tunc erat in mundo in quo nunc est: quoniam esse in mundo, nullam mutationem aut nouitatem in deo constituit, sed in ipso utiq[ue] mundo. Deniq[ue], sicut si mundus esse defineret, deus sine mutatione sui (esse) in mundo esse cessaret, sic sine sui mutatione in mundo esse incipit. Nec aliquo mō opinari fas est, q[uod] deus ante mundi constitutionem potius aut uerius erat ubi nunc mundus creatus atq[ue] locatus est, quān foris extra quæcunq[ue] imaginabilia spatia extra mundum. Vnde quantum ad hoc uere concedi potest quod deus sit extra mundum per spatium imaginabile infinitum: tamen præpositio extra non denotat ibi p̄sentiam actualiæ ad locum, sed potentialē dū taxat, quæ utique sine mutatione deitatis reduceretur ad actuū si infiniti existerent mundi. Porro quum deus gloriōsus & felix sit maximè simplex, sic ubiq[ue] esse asseritur, ut tamen in singulis rebus sit totus. Vbiq[ue] ergo est deus & nūquam sicut & semper & nunquam. Est enim ubiq[ue] & semper, quoniam nulli deest loco aut tempori: & nūquam ac nunquam est, quia nec capitur loco, nec tempore clauditur. Considerandum uero q[uod] circa creatorem in comparatione ad condita, triplex exitit error. Quidam enim quamvis omnia faterentur creatā, deum tamen dicebant non nisi unam spiritualem substitutam inimicū dñeate creasse, & illam cætera condidisse: quem errorem Arriani secuti sunt: fuitq[ue] error iste antiquus & magnus ac latus: Nam à Platonice sumptis exordiū, uno ab Hermete Trismegisto qui & Mercurius dicitur ortus uidetur. Auicēna quoq[ue] & Al Gazel eum secuti sunt: Posuerunt natūrā (ut Macrobius refert) Platonici sumnum deuin quem omnium patrem vocabant primo omnium creasse mentem quandam, in qua omnium rationes entium relucerent, quamq[ue] appella-

Nulla creatura
incircumscrip̄ta
est.

Vide b. Tho.
per libro Perl
herme.led.4.

Vide b. Tho.
1. par. 9.

Primitus error;

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

Confusio er
rois.

Secundus error.

Confutatio.

Heb. 4.
Sap. 6.

Tertius error.

Confutatio.

Obiectio.

Dilectio.

Dubium.

Solutio.

Damasc.

Obiectio.

Dilectio.

appellabant: quam uita dicebant mundum creasse. Et hanc mentem Arrius atque Eunomius posuerunt esse unigenitum filium dei dominum nostrum I E S V M C H R I S T U M, quem puram esse creaturam mentiti sunt. Contra hunc ergo errorem dicitur deus esse in omnibus rebus per essentiam, ita q^o ipse met deus qui est sua essentia, per seipsum universa, celum, terram & maria, uisibilia inuisibiliaq^o; in ipso mundi exordio est molitus. Secundus error erat, quod quidam diuinam prouidentiam uel omnino negabant, uel usq^o ad ista mutabilia extendi nequaquam putabant & contra hos dicitur deus esse in omnibus rebus per praesentiam, ita quod omnia diuina lumen innotescunt, quemadmodum ait Apostolus: Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Et alibi de deo ait scriptura: Ac qualiter ei cura est de omnibus. Tertius error fuit Manichaeorum duo rerum principia potentium; qui ista uisibilia a per se malo creata dicentes, negabant ea boni dei potentiae fore subiecta. Vnde contra hos dicitur deus esse ubiq^o per potentiam: ita quod eius imperio cuncta ad nutum subduntur ac protinus parent. Sed si deus ubiq^o est atq^o in omnibus, ergo & in diabolo est: quod dici non decet. Et respondendum q^o diabolus nominat naturam uitio deformatum, & ideo deus non est in diabolo esse dicendus, nisi cum additamento: ut in diabolo esse dicat inquantu^m diabolus est creatura uel intellectus seu simile aliiquid. Præterea in omni intellectu creature tam bona q^o mala est deus obiectus secundu^m q^o ab eis cognoscitur. In bonis uero est no^t solu^m sicut obiectu^m intellectus, sed eti^m tanq^u voluntatis obiectu^m quia ab eis amata. Et in uiatoribus quid^e est perhibet per gratiam: in comprehensoribus uero per gloria in reprobus quoq^o est per iram atque indictam. Sunt demum alii modi quibus deus multiformiter esse fertur in rebus, qui reduci possunt ad istos. Sed quaestio ingens se offert, qualiter deus immutabilis & simplex, sit in rebus tam multipliciter atq^o deformatus, quam tamen in libro de Causis conscriptum sit, q^o causa prima est in omnibus rebus secundum unam dispositionem: sed omnia non sunt in ea secundum unam dispositionem: Cui Dionysius consolans dicens, quod deus in omnibus est secundum unum modum, non autem econtrario: Et idem Proclus affirmit. Et respondendum q^o existentia dei in rebus est una & simplex ad deum relata; si uero comparetur ad res ipsas, tunc diuersificatur & multiformis efficitur secundum uaria capacitatem & dignitatem atq^o distinctionem rerum, que diuinae bonitatis influxum, illuminationem, gubernationem participant. Vnde in commento libri de Causis habetur: Et diuersitas quidem receptionis non fit ex causa prima, sed propter recipientes: quod enim recipiens magis accedit ad deum, tanto de bonitatibus eius plenius participabit. Confirmatio quoque horum existit, quod Damascenus primo libro inducit dum ait: Ignitus deus quidem immaterialis existens, in loco non est: ipse enim sui p^o locus est omnia implens, & super ueruera existens, & ipse continens omnia. Dicitur autem in loco esse, & dicitur locus dei, ubi manifesta eius operatio fit: Nam ipse quidem per omnia immiscibiliter perrans, & omnibus tradit secundum uiuicu^m aptitudinem & susceptuam uirtutem. Dicitur ergo de loco, qui plus participat operatione & gratia eius. Sed adhuc nescio quis his non contentus instabit & dicet: Quum deus per sapientiam suam immensam sit causa oris diuisio*n*isq^o entium, sequitur quod diuersitas ista sit originaliter ex parte dei siq^o referendum ad deum quod ipse in rebus esse multiformiter perhibetur. Et respondendum quod sapientia dei utiq^o institutrix atq^o origo est distinctionis ac ordinis rerum: ueruntamen operatio dei qua ipse omnia edidit, & edita regit atque dispensat, actio quoque propter quam esse in rebus censetur, una & simplex est per comparisonem ad deum: diuersificatur autem & multiplicatur quantum ad terminos. Operatio enim dei ait: non est nisi deus agens. Sed ab hac operatione diuersi fluunt effectus iniquibus deus est: & multipliciter & uno modo seu secundum unam dispositionem. Multipliciter quidem propter diuersitatem effectuum, uniformiter uero propter sui ipsius incomparabilem simplicitatem. Multiplicitas enim qua conuenit deo per respectum ad creaturas, non est in deo nisi secundum rationem: in creaturis autem est secundum rem: sic quippe in deo dicuntur multae idæ. Nam relatio dei ad creatuam in qua multiplicitas ista fundatur, in deo est secundum rationem duntaxat: in creaturis autem secundum rem. Quoniam igitur multiplicitas ista diuersitatem facit in rebus, in deo autem nec mutabilitatem neque diuersitatem constituit, ideo deus esse in rebus secundum unum modum afferitur. Huius demum solutionis ueritas, ex uerbis Damasceni fulcitur:

Deus

DE NATVRA AETERNI ET VERI DEI.

86

Deus inquit, ubiq^o ens & super omnia, ubiq^o & secundum idem differenter operatur una & simplici operatione. Et rursus: Scindendum ait, quoniam deus imparabilis est, totus totaliter ubiq^o est, & no^t ens in parte corporaliter diuisus: sed totus in omnibus & totus super omne.

Articulus XXVIII. Q^o solus deus æternus est secundum completam

æternitatis rationem.

A Eternum deniq^o quasi extra terminum interpretatur. Terminus autem est duplex: principium & cilicet & finis. Quin ergo omnis essentia præter diuinam naturam à prima causa de non esse ad esse translata sit, constat q^o sui esse exordium habet: unde nec æternia censetur. Præterea Trisine gisto testante sola monas est & o sine & o solus igitur deus principio caret fineq^o. Amplius autem æternitas est mensura entis plene simpliciter & perfecte: esse uero huiusmodi entis omni necessario, uicissitudine ac dependentia, omni quoq^o compositione & protectione est carens: sed tale non est nisi diuinum esse, quod est totum simul & in creatum, simplicissimum, non distentum. Iccirco Boëthius subtilissime ait, q^o æternitas est interminabilis uia tota simul & perfecta possessio. In eo quippe quod ait, interminabilis, insinuat id cuius æternitas est mensura, esse non inceptum ac dependens. In eo autem quod ait, tota simul, innuitur ipsum non esse distentum secundum essentiam uel operationem: sed in ipso æternitatis momento immutabiliter esse, habere & agere quicquid est, habet & agit. In eo quoq^o q^o ait, perfecta possessio, demonstratur æternitas nulli enti composito conuenire, quoniam nullum compositum sit perfectum: indiger enim partibus suis, unaq^o partium se habet per modum actus, & alia per modum potentie. Aeternitas ergo est possessio, diuinitas sive duratio perfecta & tota simul: interminabilis, id est esse ueritas: quod enim non uiuit, imperfectum putatur. Itaq^o ad æternitatem perfectam tres conditiones inseparabiliter requiriuntur: uidelicet interminabilitas, propter cuius defectum corruptibilia non sunt æternæ: Inuariabilitas, ob cuius carentiam incorruptibilia puta orbes & sydera, non extant æternæ: uariantur enim secundum stylum & ubi: Atq^o simplicitas, propter cuius absentiam nec intellectuales substantias creatæ æternæ sunt, quoniam diuersificantur in ipsis esse, posse & agere secundum beatum Hierotheum atq^o diuinum Dionysium. Verum nulla harum trium conditionum alicui competit creaturæ stricte loquendo. Porro æternitas taliter diffinita, aliud nihil est nisi deus æternus. Sed & nunc, quod secundum Boëthium semper stando & nunq^u fluendo æternitatem caufat. Et quando, quod secundum rationem enti æterno adiacet & quasi in eo ex æternitatis praesentia, adhaesione seu mensuratione relinquit, realiter idem sunt quod ipsa æternitas. Substantialiter ergo idem sunt deus, æternitas, nunc æternitatis & quando æternitas: Nec dicitur ipsum nunc sunt æternitatem caufare, uel æternitas (quando æterritatis) producere, nisi secundum nostram apprehensionem. Nam æternitatem alter intelligere non ualemus, nisi per oppositum modum ad nunc temporis. Vnde quemadmodum nunc temporis semper fluendo caufat tempus, ita opposito modo accipimus rationem æternitatis dicentes, q^o nunc semper immobiliter stans æternitatis est causa. At uero tempus & o^ms differentia temporis deo æterno attribuuntur: Dicimus enim, deus est hodie, deus fuit ab æterno, deus erit in æterni: non q^o tempus sit mensura diuinæ durationis uel cadat in deū, sed quia æternitas omne tempus comprehendit atq^o includit: Neq^u enim uniuoce, neque secundum euodem sensum dicitur deus fuisse, & hodie esse, & semper fore, & res transitoria atq^o caduca. Nempe dum dicimus, deus fuit, sensus est secundum magistrum primo Sententiarum. Deus nunq^u esse desit: deus erit, id est nunquam esse cessabit. Iccirco quod Hieronymus ad Marcellam, & Anselmus in monologio afferunt deo competere esse, non aut^e fuisse aut fore, intelligendum est q^o non uniuoce competent deo nec propriæ temporales differentiae. Quod etiam Plato in primo Timaei pulchre fatetur, Dicimus (inquietus) de diuina natura, fuit & erit. Ait illi esse solum competit iuxta ueram synceram rationem: fuisse uero & fore deinceps non competit, quippe cui manu perpetua & immutabilis: ergo neque iunior, neque senior se nec fuit nec erit: nec patietur aliquid eorum quæ sensibilis natura patitur: sed hec omnia sunt uices temporis genitrixq^o temporis propria. Sed dubitatione nascitur quomodo æternitas deo sit propria, quoniam in libro de causis scribatur, Omne esse superius, aut est superius æternitate & ante ipsam, aut est cum æternitate, aut est post æternitatem & supra tempus, cuius expositio in commento adiicitur: Esse inquit, quod est ante æternitatem, est causa prima, quoniam est causa eius: Esse autem quod est cum æternitate, est intelligentia, quoniam est secundum unam habitudinem, & non alteratur: neq^u de-

Vide B. Tho.
I. par. q. 10.
Prima ratio.

Mercurius
Trismegistus.
Secunda ratio.

Boëthius s. 5.
de conf. prosta
o.

Conditiones
æternitatis.
I.
II.
III.

Nunc & quoniam
do sunt idem
in æternitate.

Temporis diffe-
rentiae attribui-
tur deo.

Petrus Lôgo
bardus.
Hieronymus,
Anselmus.

Plato

Obiectio.

q^o struit,

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

struitur, sed parificatur aeternitati. *Esse* tunc quod est post aeternitatem & supra tempus, est anima, quoniam est in horizonte aeternitatis. Per animam autem intelligit animam celi, quam vocat animam nobilem. Nam corpora celestia ponit animata, sicut & Socrates, Plato, Aristoteles, omnesque & eorum sequaces, quibus & magni consenserunt theologi, inter quos sunt Origenes & Rabbi Moyses: & si sanctus Thomas non mentitur, tunc ipse quoque beatissimus noster Hieronymus eis consentire uidetur. Et respondendum sicut & Thomas in prima parte responderet, quod aeternitas uicissim accipitur pro aeternitate creata & participata, quae solito nomine eternum vocatur, de qua Augustinus in libro 83, quae stionum testatur, quod deus est author aeternitatis. Quenadmodum enim deus gloriofus & uoluptuosus suam immutabilitatem, ita & suam aeternitatem creaturis aliquo modo communicat. De hac igitur aeternitate loquitur author libri de Causis, & ante eum Proclus Platonicus ex cuius explanatione theologica totus liber de causis excerptus est, sicut & Thomas affirmat: quāvis Albertus aliter putet. Preterea, ne dum substantias separatis, sed etiam inferioribus rebus aeternitas secundum quandam participationem ascribitur: Quādam enim in scripturis dicuntur aeterna, quia semper erunt, non obstante quod materialia mutabilia, quod consistant: Vnde in Ecclesiaste dicitur: Terra in aeternum stat. Erit psalmo: Eleuamini portæ aeternales. Et: Annos egressos in mente habui. Quędam demum appellantur aeterna propter durationem longissimam prout Moses ait: De pomis collum egeriorum. Interdum quoque accipi solet aeternitas pro seculo, quod est periodus certa cuiuslibet rei: Nam secundum Philosophum, Omnia corruptibilia habent certam periodum, id est certam temporis durationem: Et ita in Exodolegitur: Dominus regnabit in eternum & ultra: Alioquinque translatio continet, Dominus regnabit in seculum & ultra. Postremo esse superius de quo author libri de causis effatur, Albertus describens, *Esse*, inquit, superius est quod neque magnitudine distenditur, neque motu distrahitur, neque materia contrahitur, neque priuatione ad malitiam inclinatur. Verum quoniam deus excelsus & sanctus est uere immensus, reali mensuram non habet, presentem cum ipse sit omnium entium prima mensura. Aeternitas ergo mensura dei perficitur quantum ad nos uel secundum rationem: quoniam considerando deum sub proprietate rei eodem modo se semper habet, ipsum cognoscimus atque ab aliis sequentur. Nunc enim aeternitatis est esse diuinum ut uniformiter stans, in quo consideratio nostra rationem aeternitatis fundat ac stabilit. Non est equidem inconveniens idem considerare atque cognoscere per se ipsum secundum diuersa que ei conueniunt. Ex hoc enim philosophio hominem rationale, elicio quod sit discipline susceptiuus & ammiratuus, itemque risibilis.

Articulus XXXIX. De incomprehensibilitate diuina nature, & de variis rationibus incomprehensibilitatis diuini esse.

I. par. q. 70.
ar. 3.
Dilectio.
I. par. q. 10. ar. 3.

Creaturae di-
cuntur aeterna.

Eccles. 1.
Psal. 23.
Psal. 76.
Deut. 33.

Exod. 15.
Effe superius
quid sit.

Nome aeterni-
tatis.

vide p. Tho. 1.
p. q. 12. & aliis.
Ratio prima.

Ratio secunda.

2. metaph.

Porro deum incomprehensibile & quo ad quid est incognoscibile esse, omnium tam philosophorum & theologorum compar & una extat sententia. Et huius quidē prima ratio hec est: Vnū quodque enim scit atque cognoscit per propriam causam: quū ergo deus adorandus & benedictus causam nō habeat, quippe quū ipse sit omnium entium prima fontana, causa, constat quod nec sciri, nec comprehendendi, neque cognosci queat quo ad quid est. Et hanc rationem assignat author libri de causis dum ait: Et quidē res non cognoscit neque narratur, nisi ex ipsa sua causa. Quū ergo res est causa tantū & non est causatū, non scitur per causam priorē neque narratur. Itaque eo ipso quo diuina natura seu esse diuinum a seipso est non dependens neque procedens, sed prorsus aeternum, eo inquit ipso deus sublimis & gloriōsus est prorsus ignotus, incomprehensibilis, imperscrutabilis, inuisibilis, inenarrabilis, penitusque nescitus. Vnde in libro de causis habetur: Causa prima est superior omni narratio, quoniam ipsa est supra omnem causam, & non narratur nisi per causas secundas quae illuminantur à lumine cause prime: Causa enim prima est lumen purum, supra quod non est aliud lumen: Ideo ipsa non illuminatur à lumine alio. Denique alia ratio diuine incomprehensibilitatis est ipsa excellentia diuina naturae. Ut enīm Boëthius docet, quædā cognitionē nostram effugiant propter sui esse imperfectionē, sua quæ entitatis defectum seu paruitatem, quemadmodum materia prima, motus, tempus, punctū, instantes, momentū, atque similia. Quędā uero capacita tem nostram euadunt propter sue essentiae dignitatē, plenitudinem & perfectionem, sicut secundo primae philosophia Aristoteles afferit. Quia sicut se habet noctua uisus ad solis splendorem, ita se habet mēs rationalis ad manifestissima natura, id est ad cognoscendum substantias separatas: quæ quantum in se est sunt maxime cognoscibiles propter actualitatis suæ eminentiam; sed à nobis cognoscinon posse feruntur propter nostri intellectus debilitatē.

DE NATVRA AETERNI ET VERI DEI.

87

debilitatem: sicut & lumen solis ex sua natura est maxime uisibile, sed oculus ob suā improportionē in ipsum figi non ualeat. Quoniam igitur deus est purus actus puraq; bonitas, & cens simpliciter quomodo libetq; perfectum, eluescit quod ob suam excellentiam omnino & penitus sit ignotus. Et hanc rationem Proclus Platone sequentur, tāg; pulcherrime in Elementatione sua theologica: in qua secundū beatū Thomam pene totā mentē magistri sui Platonis expressit. Ait equidem Proclus: Ens diuinū ipsum quidē propter supersubstantialē unitatē indicibile & incognoscibile omnibus simul secundis substancialijs, à participantibus autē capibile est & cognoscibile; propter quod solū primū est penitus signotum tanq; amētum ensue incautum. Cauſam quoque huius incomprehensibilitatis diuinæ naturæ clarius pandēs. Omnis inquit cognitio entū est, deus autem est ultra omnia entia: nullatenus itaq; agnoscibilis est. Et hāc ratione Dionysius, i. cap. de diuina nominibus: & Damascenus, i. li. in ducit. Vnde Dionysius in epist. ad Dorotheum testat, quod lux diuina propter sui splendoris uigore inuisibilis est. Propter quod etiā appellat diuina caligo, quoniam penetrari non potest, adeoq; deus inaccessibilem lucem inhabitare perhibetur. Infuper alia ratio incomprehensibilitatis diuinæ, est ipsa dei aeterni & gloriōsum summa simplicitas, quae tanta est, ut intellectum creatum omnimode uiuet. Quis enim illam naturam cognoscet, cuius essentia est sua actio, que nunq; in seipso odiosa est: & tamen operationem à substantia procedentem naturaliter facilius non habet, que semper in actu est, & nunquam actionem producit, sed est sua actio: nil enim producit seipsum. Quis etiam apprehendat qualiter dei uoluntas sit libera, & libere omnia plausibilis, conferuans ac moderans: quo modo quoque intellectus diuinus cuncta in seipso prædeterminat atque disponit, prædestinet, eligat, reprobet (reddendo singula singulis) non necessario sed liber: quū nihilominus diuina uoluntas & intellectus diuinus aliud nihil sit nisi esse diuinum, quod omniformiter necessarium extet incommutabile atque immobile. Postremo quarta & summa ratio, cur incomprehensibilis & incognoscibilis deus dicatur, est infinitas primæ causæ. Quum enim secundum philosophum, cognitione fiat per quandam assimilationem inter cognoscētē & cognitum, oportet inter intelligentem rem & intellectam proportionem existere. Finitū uero ad infinitū nulla censetur proportio. Quum ergo sit deus uere, tamq; uehementer & intensius immensus, ut quicquid ei conueniat, cum infinita plenitudine, interminabilitate & perfectione ipsi insit & competat, siquenam fallor quod deus nostram cognitionem & capacitatem in infinitum excedat: immo quicquid ei ascribitur, infinitum quo ad nos incomprehensibilitatem & inaccessibilitatem fortitur. Itaque diuina natura, quæ limitem nescit: diuinum esse, quod circumscriptionem ignorat: diuina potentia, quæ coartari non potest: diuina sapientia, cuius nō est numerus: diuina magnitudo, cuius non est finis: diuina felicitas, iocunditas, justitia, pietas, similesque proprietates nostræ, mentisimo omnis creati ingenij perfricacitatem, & naturalem uirtutem in infinitū excedit, reuerberant, latēt. Sed hoc animæ contéplatione ac sancta summa debet esse delectatio: quod deus eius tanta dignitatis beatitudinisq; confitit. Vnde Dionysius primo capitulo de diuini nominibus: Sicut inquit, intelligibilis sunt corporeis sensibus, & simplicia ac infigurabili figuratis, sic ueritas diuina que est super omnem mentem atque substantiam, excedit omnem notitiam. Omnis enim uera eius scientia et contemplatio, omnibus existētibus impenetrabilis: per hoc quod ab omnibus supersubstantialiter se gregat. Propterea Damascenus optimè dixit: Infinitus est deus et incomprehensibilis: et hoc soluni eius comprehensibile, infinitas et incomprehensibilitas: id est, hoc soluni deo comprehendere possumus, quod uere est infinitus et incomprehensibilis. Ideo Augustinus quoque xv. de trinitate differit: Sic sunt in incomprehensibiliā requirienda, ne se existimet nihil inuenisse, qui quodque in incomprehensibile quod quarebat, inuenire iam potuit. Hanc incomprehensibilitatem primi principij Proclus profunde fatetur dum ait: Neque opinabile est diuinum, neque meditabile, neque intelligibile, neque opinio est ipsius, neque scientia aut mens, neque intelligentia. Præterea istam dei incomprehensibilitatem diuinā scriptura copiose insinuat: Scriptum est enim: Ecce haec ex parte dicta sunt uiarum eius: et cum uix partum stillam sermonum eius audierimus, quis poterit tonitrum magnitudinis eius intueri? Et iterum: Ecce deus magnus uincens scientiam nostram. Et sequenti capitulo: Nos ait, in uoluntate tenebris digne eum inuenire non possumus & errari non potest. Et Hieremias: Domine deus, ecce tu fecisti ccelum & terram in fortitudine tua magna fortissimis, magne potens, dominus exercituum nomen tibi magnus confilio, & incomprehensibilis cogitatu: cuius oculi aperti sunt super omnes filios Adam, ut reddas unicuique iuxta uias suas. Hinc Iohannes ait:

Psal. 144.
Psal. 144.

Dionysius.

Damascenus.

Augustinus.

Iob 26.

Hier. 23.

Iob 36.

¶ 3 Deum

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

Ioh. I.
Exo. 33.
Rom. II.

Deum nemo uidit unquam. Erat Exodo: Dixit dominus Moysi: Faciem meam uidere non potes: non enim uidet me homo & uerit. Vnde diuinus Apostolus: O altitudo diuinitatis sapientiae & scientie dei: quoniam in comprehensibili sunt iudicia eius. Qui igitur hanc dei incomprehensibilitatem attendit, propriamq; paruitatem perpendit, ne quaquam profunda dei rimabitur, nec maiestate scrutabitur, ne a gloria opprimatur. Vere etenim dico, quia nil deo praesentius, & nil eognitus quoad quid est.

Articulus XXX. An cognitionis quam de diuina natura per ablationem habemus, sit potior ea notitia que per positionem deo habetur.

Dionysius.

TN preinductio autem declaratum recordor, quemadmodum ex creaturis ad creaturis notitiam duplici potissimum via erigimus: puta per positionem affirmatio deo quae eius dignitati non derogant: atq; per ablationem abnegando deo quae sua perfectione non congruunt. Deniq; secundum sacratissimum Dionysium capite secundo mysticae theologie, in harum uiarum processu opposito modo progredimur: Oportet inquit ablationes contrarie positionibus laudare. In via enim positiones, à praestantissimis inchoamus per media usq; ad ultima descendendo: & quae priora digniora sunt, deo benedicto & summo prius principaliusq; conueniunt. In hac itaq; via dicimus deum in primis esse bonitatem, esse essentiam, esse ueritatem, uitam, sapientiam, & ita de reliquis. Sic quoq; in libro de diuinis nominibus Dionysius deum laudat per intelligibiles nominatioes. Porro in via ablationis ab infinitis inchoamus, per media usq; ad summam confundimus, omnia auferentes deo tanquam ab uniuersorum principio cunctis in infinitum superposito. Veruntamē prius & magis proprius atq; principalius abnegamus deo inferiora & uita, quam superiora atq; nobilia. Aptius namq; dico: Deus non est corpus, quam deus non est substantia. Deus non est sensus, quam deus non est mens seu intellectus. Deus non est anima, quam deus non est forma. Deus non est stultus, quam deus non est sapiens. Nihilominus in via ablationis omnia haec atq; similia abnegantur deo: & quanto magis ascendimus, tanto sermo amplius abbreviatur, donec tandem omnia etiam summa deo negantes, ipsam in gradiam superlucidam diuinam caliginem: uniuersusq; deo sicut omnino ineffabilis atq; ignoto. Hoc enim Dionysius capite tertio mysticae theologie dedit: Ibi inquietus, scilicet in via positiva à superiori ad ultima descendens sermo, secundum quantitatem descendens dilatatur. Nunc autem uidelicet in via ablationis ascendens sermo secundum ascensionis mensuram corripitur, & post omnem ascensionem totus sine uoce erit, & totaliter ineffabili unitetur. Est igitur quæstio ingens, quæ harum notitiarum deo sit major & clarior atq; perfectior. Et respondendum secundum beatissimum theologorum dicem ac principem Dionysium, quod illa cognitione potior est qua deum per ablationem discimus. Et quidem ueritas huius certissime elucescit ex omnibus in praecedenti articulo introductis. Si namq; ut ibi ostensum est, deus omnino quantum ad quid est, ignotus est, incomprehensibilis, impetrabilis, ineffabilisq; existens, tunc palā est quid deo melius sciimus quid non est quam quid est: tamenq; quid est, penitus ignoramus. Notitia ergo dei per abnegationem praestantior est q; per affirmatione existens. Deniq; omnis nostra intellectualis cognitionis ex creaturis, in ex sensibilium apprehensione exordium sumit secundum Dionysium & Aristotelem, quamvis Plato in Memnone aliter tradat. Cum ergo sit deus super omnia sensibilia atq; creatu exaltatus & eleuatus per seipsum à nobis cognosci non potest nec nominari: sed prout in suis creatu effectibus reluet, cognoscitur, & creaturam nominibus explicatur. Quia igitur deus gloriosus uniuersa creatu superessentialiter & infinite trahendit, constat q; ex creaturis sciri nequeat quid sit, sed quid non sit: sicq; per omnium quae in creaturis reperiuntur ablationem excellentius noscitur. Melius ergo atq; profundius dico: Deus non est bonitas, uita, sapientia, beatitudo, &c. quam deus est bonitas, uita, sapientia, beatitudo. Nam in prima quasi designatur deus esse aliquid, & rebus creatiis in aliquo similis esse, qui tamen super omnia est atq; ab omnibus sui effectibus infinita dispartitate & eminentia segregatur. In secundo uero innuitur deus non esse sic bonitas, uita, sapientia & beatitudo, ut cetera, & ut nos intelligere aestimareq; possumus: sed cum supersubstantiali excessu, cum fontali causalitate, cum infinita & prorius incognita atq; incomprehensibili plenitudine insinuatur esse bonitas, uita, sapientia, beatitudo, & alia quae ei proprie aestimatur competere. Vnde secundo mysticae theologie cap. Dionys. Hoc est ait deū uere uidere & cognoscere, supersubstantialiter suu substantialiter p omniū entū ablationē laudare. Et in epist. ad Caī monachū: Inuisibilis inquit est deus propter excellentē suā claritatē. Quod tamē

Dionysius.

Dabitation.
Solutio.

Ratio secunda.

Dionysius.

DE NATVRA AETERNI ET VERI DEI.

88

tamen secundo Angelicæ Hierarchiæ cap. clarius p̄dit. Negationes (inquit) in diuinis sunt uere, id est, proprie atq; ueraciter dictæ: affirmations autem incompatit, id est, non coha rentes, nec propriæ ut Hugo exponit. Vnde alia translatio habet inconvenientes. His quoq; consonant Damascenus primo libro dum ait: Familiarius magis est ex omnium ablatione facta rationem. Nihil enim corum quæ sunt est deus: non ut non ens, sed ut super omnia ens & super ipsum esse ens. Et istud philosophi quoq; præcipui, Alphorabius, Auicenna, Quatuor libri de causis, & alii multi testantur: Naturalis enī ratio dictat hoc.

Damascenus.

Articulus XXXI. Et est introductio quæstionis difficultis, scilicet
an aliquid de deo sublimi affirmatiue & substantia

liter predicitur.

ALiqua deniq; sicut ex dictis clarescit, de deo dicuntur per respectum ad creaturas ut dominus, creator, gubernator: aliqua autem negative, ut dum dicitur, Deus est incorporeus. Palam est autem horum nullum de deo substantialiter dici, sed relationem eius ad creatu designant, aut ab eo aliquid remouent. Quædam uero absolute & positivè deo attribuuntur, ut esse bonum, esse uitam, sapientiam, ueritatem. De talibus igitur quidam opinati sunt, quod nec posse nec substantialiter enuntiatur de deo, sed magis inuenta sunt ab aliquid remouendam ab eo, sicut dum dicitur, Deus est intelligens, Deus est uiuens, sensus sit: Deus non est eo modo quo non intellectu & non uiuentia sunt. Et hæc erat opinio Rabbi Moysi. Quidam uero dixerit, quod nomina talia instituta atq; reperta sunt ad insinuandam causalitatem creatoris ad creatu, ut dum dicitur Deus est bonus, sit sensus: Deus est causa bonitatis in rebus. Has opiniones Thomas in prima parte quæstionis 15. recitat, atq; ineptas & falsas affirmit. Primo sic arguens, quia secundum eas ratio non est cur potius unum nomen dicatur deo q; aliud: cum enim sit deus omnium causa nec aliquid omnium sequitur & que omnia ueraciter prædicari de eo. Vnde sicut ueraciter dicitur, Deus est bonus quoniam causa est bonitatis, & quia non est uita que bona non sunt, ita uere dici posset, Deus est corpus seu lapis & aqua, cum ipse sit causa eorum, nec talem habeat modum essendi ut ista. Secundo Thomas arguit sic: Nam secundum positiones prædictas nomina perfectionalia prius dicerentur de creaturis q; deo, cuius oppositum ante innotuit: quoniam esse & bonum arque similia, deo potissimum competunt: adeo q; perfecte, ut ei duntaxat secundum perfectam rationem conueniant: præfertim cum omnis creaturarum atq; effectuum perfectio excellētius inueniatur in deo omnium creatore & causa, quam in rebus productis. Tertio arguit: Ha nang positiones contrariantur intentioni deo loquentium: Dum enim dicitur, Deus est bonus, uiuens, intelligens, intendimus dicere quod deus in seipso propriæ natura sit talis. Veruntamē quoniam beati Thomæ non minimus imitor, amator & fautor exiftam, tamen salua in omnibus tanti doctoris reuerentia, quantum iudicare præualeo, has positiones & maxime primam, uidelicet Rabbi Moysi, qui erat maximus philosophus atq; theologus insufficienter resoluta, determinat, reprobat: quod diligenter oportet. Occurrat ergo memorie quod superius introduxi Rabbi Moysen dicere: quædam nomina prædicari deo per respectum ad creatu: quædam per modum quantitatutum, ut immensus, incircunscriptus: quædam per modum qualitatutum: quæ omnia secundum eum transirent in diuinam substantialiam. Deniq; dicit hoc nomen tetragramaton significare diuinam essentiam puram ac nudam prout in seipso subsistit, omni uidelicet alieno penitus circumscripso. Non ergo Rabbi Moyses tam abolute, tamq; simpliciter astruit nil posuisse ac substantialiter duci de eo, ut recitat Thomas: præfertim cum Rabbi Moyses sepius dicat omnium creaturarum perfectiones excellētissime & unitissime, seu simplicissime summo ac sancto creatori inesse. Breiter ergo positioni eius intantum consentio, in quantum documentis Dionysij & catholicorum doctorum petero eame esse concordem ostendere. Erat nempe ni fallor Rabbi Moys intentio, quod in illi substantialiter aut posuisse deo conueniat proprie, & prout nos illud intelligere possumus, uel quantum ad quid est, aut quantum ad modum significandi, seu iuxta modum quo in creaturis consistit. Quod enī his modis nil affirmatiue aut substantialiter enuntietur de deo excuso, ex doctrina Dionysij primo sic comprobo: Quicquid uerius atque subtilius negatur de deo q; affirmetur de eo, nec substantialiter nec affirmatiue prædicatur prædictis modis de eosdem omnia præinducta quantis cunctis perfecta, magis proprie, magisq; uere auferuntur de deo quam ei conueniant: Et hoc quidem in praecedenti articulo plenissime, ratione atq; auctoritatibus Dionysij & Damasceni ostensum est: non ergo substantialiter nec

Prima opinio
de prædictis
diuinis.

Secunda opinio
Vide bo. Tho.
ibid per diuode
cīm arti, illas
questionis.

Vide Capit.
Thom⁹ defens
forem, & Tho
mā Catechis
ibid super S.
Thomā.

Inventio Rab
bi Moysi.

Prima proba
cio.

q 4 affirmatiue

D. DIONYSII A^V RICKEL CARTHVSIANI,

affirmatiue emuntiantur de deo secundum modos prætaclos. Præterea etiam, præstantissima nomina Dionysius ult. mysticæ theologiae cap. auferit seu negat de deo: Rursus inquit ascendentes dicamus, quod omnium causa nec intellectus est, nec intelligétiā habet, neq; ratio neq; intelligētiā, nec dici nec intelligit, nec statneq; mouet neq; hahet potētiā neq; propria tētiā est, neq; lumen est, neq; uituit nec uita est, neq; substātiā, neq; scītiā: nec ueritas, neq; regnū, neq; sapientia, neq; uituit nec uita est, neq; deitas, neq; bonitas, neq; spūs: nec aliud aliqd nobis aut alicui cognitor: neq; entia cognoscunt ipsam secundum quod ipsa est: neq; ipsa cognoscit entia secundum quod entia sunt. Hucusque uerba Dionysii pro Rabbi Moysi militant. Porro sequentia alia: opinioni fulcimentum ministrant. Additnang: Necq; ratio est ipsi scilicet dei, neq; nomen, neque cognition, neque tenebra, neq; lumen, nec error, nec ueritas, neq; est ipsius uniuersaliter position, neq; ablatoſed eorum quæ post ipsam positiones & ablationes facientes, ipsam nec ponimus neque auferimus: qm ipſa est super omnem positionem, sicut omnino perfecta omniūq; unitua causa, & super omnē ablationē superexcelentia ab omnibus simpliciter absoluta. Insuper primo capite de diuinis nominibus Dionysius de deo sari orsus. Est inquit irrationalitas nō intelligibilitas, & innominabilitas per excessum rationis & intelligentiae ac nominationis: & est omnibus causa essendi. Ipſe uero est non existens per exceſsum existenti. Et ite ait: Cū tota uitute nos uniuersus diuinis theorijs, tunc omnia refecantes immittemus nos ad supersubstantiale radiū: quē neq; cogitare posſibile est, neq; dicere, nec aliquo modo contéplari: eo quod sit ab omniis segregatus, & in ſeipſo supersubstantialiter collocatus tanq; in incomprehensibili uitute super omnes mentes celestes. Porro secunda opinio fortissime roboratur auctoritate Dionysii secundo cap. de diuinis nominibus: Diuina inquit & inuisibilis dei, per ſolas ipſoꝝ participationes cognoscimus: & dum dicimus deum esse uel substantiā uel uitā aut lumē ſeu mente, aliud his nominibus non intelligimus, niſi processus dein nos participacionesq; diuinā plenitudinis, quibus nos iuſtificat, ſubstantificat, uiuificat uel ſapientificat. Insuper ad idem facit quod nunc ante à Dionysio dictū mōſtrauit uidelicet quod affirmationes de deo dicit̄ sunt uere negationes: & quod hoc est supersubstantialiter uere cognoscere, eum per omnium ablationem supersubstantialiter laudare. Sunt aut̄ & alia plurima ualde Dionysii testimonia quæ induci poſtent: ſed propter prolixitatē uitanam ista ſufficient.

Articulus XXXII. & est affirmatio reponſonis induc̄tæ ex testimo
nijs Damasceni & Hugonis atq; doctoris diuini.

Roborantur demū præhabita auctoritate Damasceni qui primo lib. ſic ait: Quæ, cuncte deo affirmatiue dicimus, non naturam ſed ea quæ ſuunt circa naturā eius oſtendunt: Etenim ſi bonū, ſi iuſtū, ſi ſapiens, & ſi quodcuq; dixeris, non naturā dicunt ſed ea que ſunt circa naturā. Et ite planū loquens, primi lib. cap. Oportet inquit ſingulum eoz qua in deo dicuntur, non quidem quod ſecundum ſubſtantia est significare aſtimare, ſed quod non eft: oſtendere autem habitudinem quandā aut aliquid eorum à quibus ſeparatur & diſtinguitur: aut aliquid eoz quæ affeſquuntur naturā aut operatione. His uerbis tam Rabbi Moysi q̄ aliorum opinioneſ iam recitatę maniſteſtabiluntur: Ilmō uideſt Damascenus utrancq; attruere. Si enī quæ de deo dicuntur non dicunt naturā eius nec quid eft ſed quid non eft, apparet quod non proprie prediſentur de deo ſubſtantialiter & poſitive. Rursus ſi non defignat̄ dei naturā ſed aliquid circa eam & habitudinem quādā, ſequi uideſt quod per causalitatem deo dicuntur. Denique conſonat̄ uerba Hugonis ſuper angelicam Hierarchiā: Audi inquit magnū ſacramentū: Quid eft deus? Super omne eft. Et cui quererat quid eft hoc: Dici nō poſteſt, quia cogitari non poſteſt. Quid eft enim cogitatur, uel in rebus uel ſecundū aliquid reſt. Deus aut̄ nec eft in rebus quaſi aliq; reſt, quia creatura non eſtit ſecundū reſt, quia creator eſt. Quod ergo deus eft, nō eft iuueniri poſteſt quod eft, nec ſecundū iſta intelligi ualeat quale eft. Si enī aliquid hoc dicitur, aliud eft: & ſi ſecundū aliquid hoc dicitur, aliud eft. Quid ergo dicendū eft quid deus eft: Soli hoc dicit̄ poſteſt, quia aliud eft: & quid eft, dicit̄ non poſteſt. Habemus ergo quod dicamus. Non eft hoc deus. Sed non habemus quod dicamus. Hoc eft deus. Quid omne quæ ſunt habemus uel iuuenimus, hoc nō eft deus: & omne quod dici & cogitari poſteſt, minus eft: & infra eft q̄ quod deus eft. Et ſi dixerimus de deo nobiliora, ueritatis dixisse putamus ſicut dicimus, deus eft ſpiritus: deus eft ſapientia: & tamen haec ſunt tātum figuræ & signa ueritatis, non ueritas ipſa. Alia quo plura hiſ paria afferit Hugo. Porro doctor diuinus inſi- brospiritualis deſpofitationis idem fatetur: Alta inquires dei naturā conſpicitur, quō ipſa eft inaccessiblē.

Ioannes Ruyſ
broch.

DE NAT VRA AETERNI ET VERI DEI.

89

inaccessibilis altitudo, abyſſalis profunditas, incoprehensibilis latitudo, & eterna longitudo, caliginofum silentium ſeu tenebroſa taciturnitas, uoluptuofumq; defertum. In libro quoq; de perfectione filioꝝ dei testatur: Quid admodum ſumma dei cōtemplatio aliud non fit nisi intentio quēdam caliginis, quam Dionysius irrationalem & amētem appellat propter excessum rationis & mentis: nempe in hac diuinæ caliginis que eft ſuper ſplendidissimum ac inuifibilissimum lumen, intuitione diuina & claritatis ſplendor purissimus aciem mentis reuerberat, uincit, obtenebrat, penitusq; obcecat. Propterea deo ſicut priors ignoto coniungitur, & in diuina & tenebrarū ſpeculatione defiendo demergitur, liqueſcit & deliquescit, profundatur & deprofundatur, in ſuperlucidissimas diuinitatē dei opulētias aſurgere cupies ſed figi nō ualeas. Postremo omnium hōc confirmatum eft quod ſanctus Dionysius in prima epiftola ad Caſiū monachū ſcribit: Diuina tenebrae cooperiunt omni lumen, & abſconduntur omni uifionē: & ſi quis uidens deum intellexit quod uidit, nō ipſum deum contemplatus eft, ſed aliquid ipſoꝝ ab ipſo existentium & cognitor: Ipſe aſt ſuper animū & ſuper eſtentiam ſuperessentialiter ſuperpoſitus eft uniuersaliter, nō cognoscēdo neq; uidē do. i. in hoc quod nō cognoscit neq; uidet: Vnde in libro de cauſis ſubtiliter dictū eft: Cauſa prima eft ſuper omne nomen quod noīat, & nō pertinet ad eam diminutio neq; complemetum.

Articulus XXXIII. Refolutio & concordia horum que dicta ſunt
& ſibi uidentur contraria.

Quoniam uero non minus difficile eft preinducta uerba Dionysij, Damasceni, & alioꝝ intelligere atq; ſaluare, q̄ positionē Rabbi Moysi & alterius opinionis, idcirco utile reor, tantore uirorum deo profunde loquētiū doctrinale ſententiā paulisp; pro uirib; explanare & cōcordare. Nullatenus enī puto tā ſummos doctores circa dei naturā errasse: quod tamen eſſet ſi ſibi mutuo repugnantia docuiffent. Aduertendum ergo quod aliquid dicit̄ poſteſt de alio ſubſtantialiter & poſitive dupliciter: Primo proprie ſchicet q̄r defignat & exprimit quid ſit ipſa natura, uel in ſpecie uel certe in genere, aut ſaltem ſecundū uniuocum aliquod, ſicut dum dico: Homo eft animal: homo eft corpus: homo eft ſubſtantia. Secundo in proprie uel minus proprie ſeu quantum ad nos: quando uidelicet & prædicatum nequaq; ſignificat ſubiecti eſtentiam, ſeu quid ſit ipſum ſubiectum ſecundum quod in propria natura eft & in ſeipſo ſubſtitit, ſed ſolum eo modo quo à nobis cognosci poſteſt uel quia defignat ea quæ ad ueritatē eſtentia cognoscendam magis accedit. Cū ergo ſecundū oēs pene antiquos theologos atq; philofophos deus nec ſit ſpecies, neq; in ſpecie, nec genus, neq; in genere, neq; deo & creaturis aliquid uniuoce predicit̄, elucescit quod ſecundū primū modū nihil deo ſubſtantialiter ſeu affirmatiue dicat in ſtatu preſenti, ſed potius inſinuat̄ in tali predicatione uocetenus poſtitua quid deus nō ſit, uel qđ ab ipſo ſit, ſeu quid circa ipsum ſit: quēadmodū ex plurimis teſtimonijs prædictoꝝ doctoꝝ inductis clarissime liquet. Nō aut̄ ſignat̄ qđ deus ſit, qui ſecundū ſubſtantiam omnino atq; omnimode extat ignotus. Et hec erat mens Rabbi Moysi, affirmat̄ ſi ſubſtantialiter uel affirmatiue enūtiari de deo incoprehēſibili & excelo. Et ad idē redit ſecundā opinioni: cuius assertores faſſi ſunt ea quæ de deo dicuntur, habitudinē cauſe ſignificare: ſicq; per cauſalitatem de ipſo enūtiari: Nam eo ipſo quo ita loquiti ſunt, agnouerunt utiq; omnes euntim perfections deo excellentiſime conuenire tanq; uniuersor: & primo principio & creatori altissimo. Cur ergo dixerunt predicatori: perfectionalia de deo non dici ſubſtantialiter ſed magis cauſaliter, niſi quod deo nō cōpetunt eo modo quo in rebus inueniuntur atq; à nobis agnoscuntur, ſed per modum nobis impetratib; & à nobis innominabilem. Enimuero ita intelligendum opinor quod Dionysius ait, iamq; præhabitu mē eft quod dum bonitas, eſte, uita, ſapientia &c, de deo dicuntur, nil aliud ſignificat niſi processus dei in nos & participationes perfectionis diuina. Hoc enī ita dictū nō arbitror, quālī haec noīa ſolū cauſaliter & neq; ſubſtantialiter prædicentur de deo neq; ſignificeret deus, ſed effectus dā taxat diuinostificāt̄: preinductae obiectiōeſ procederēt. Quid igū Dionysius affirmare intēdit, niſi qđ iſtis noībus nō designet nec intelligat̄ deus ſecundū id qđ eft, nec prout in ſeipſo extit, ſed prout eius natura atq; pfectio in ſuis effectib; innotescit atq; reſplēder. Secundā hūc atq; ſenſum uerba Damasceni ſumēda ſunt: qbus nil de deo dictū ſubſtantia dei ſignificare ſat, ſed aliqd circa eā, & quod ſingulū eoz quaſi de deo dicit̄, non quid eft, ſed quid nō eft importat: uidelicet qđ nullū nomen exprimere poſteſt diuinā naturā, ſeu elle diuinā ſecundū propriam ſubſtantiam, ſed ſecundū aliquam proprietatem, qua uel in rebus creatis quaſi in ſpeculo refulget & declaratur, uel ad eas referitur, uel ab ipſis diſtinguitur, ſeu finili

Dubioꝝ modis
predicat̄ aliquid
de altero poſſi-
tive.

Nihil predi-
cat̄ de deo poſſi-
tive.

Sententia Rabbi
Moysi.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

simili modo nam ut ostendunt est, deum ex suis effectibus agnoscamus & nominamus: Idcirco prout in creaturaz perfectionibus uarijs modis diuina respendet, pfectio, iuxta hoc deum multiformiter contemplatur ac nominamus: sed sicut omnis creatura essentia ab increata esse in perfectione in infinitum occurrbit ac distat, sic omnis intelligibilis forma creatura, a perfecta representatione diuina naturae in infinitum deficit & recedit. Nullum ergo nomen ex creaturis receptu & deo tributu, exprimit quid deus est: immo ab hoc infinite & incomparabiliter deficit. Substantialiter tamen dici deo conceditur secundum distinctionem praeterea praesertim cum Augustinus & Boethius assertant quaedam dici deo substantialiter, & aliqua realiter. Postremo quantu intelligo, ad istud reductum Thome positio: qui Rabbi Moysi contradicens, ait predicta nomina deo substantialiter dici, eiusque substantialiam designare non tamen perfecte, & sicut in se est eam designant, sed id potius innuunt, quod perfectio significat per nomina altiori modo conuenient deo que rebus creatis. Hoc autem praeditis non obviat.

Articulus XXXIV. Quod non obstantibus his quae de diuinæ naturæ incōprehensibilitate & incognoscibilitate inducta sunt, ueram habeamus deo benedicto & sancto notitiam.

Hoc porro quod secundum magnu Dionysium dictu est, non cognoscere nos deum sicut est, nec esse notitiam, scientiam uel sapientiam de supereficiali & superignota diuinitate, dubitationem facere potest. Qui enim rem aliter intelligit quam est false intelligenti, nō cognoscit eam, sed erratis ergo deus omnino ignotus est, neque cognoscimus eum sicuti est, false cognoscimus. Et respondendum quod operatio seu operatus naturæ Idcirco secundum Boethium, cognitione qua est operatio interior cognoscens, est secundum naturæ & modum cognoscens nō cognitum. Quoadmodum ergo deus uniuersa cognoscit nō sicut illa sunt, sed secundum suæ diuinitatis excellētiam, intelligit namque temporalia & eternaliter, sensibilia insensibiliiter, mutabilia invariabiliter: ita & nos diuina cognoscimus non sicut illa in se sunt, sed secundum nostram paruitatem, nostram intellectus conditionem. Vere tam diuina cognoscimus, quāuis obscuræ, imperfecte & aliter quam in seipsis sint quāvis ista obscuritas imperfectio & alteritas nō est referenda ad obiectum, sed ad cognoscens poteniam. Si enim deū dicerem corporalem confidere aut corporaliter esse, errare: sed si in comprehendibilem comprehende nequeo, quin potius secundum meam capacitate eum confidero, nō erro, neque eius dignitatem in aliquo derogo: quoniam quicquid imperfectionis contingit in contemplatione & appellatione qua cum cōtemplor & nō mino, hoc totu proprie imperfectioni ascribo, certissime sciens deum nobilissimo modo subsistere. Hoc est quod Hugo super angelicam hierarchiam inducit dum ait: Minus est deo quicquid de eo dicis: & tamē de ipso hoc dicis, non ut ad ipsum accedas, sed ut ei propinques. Magnum est homini nūc ad ipsum ire, & si nō detur peruenire in hoc statu dabitur enim postea nūc uero interim totum imago est. Quāuis enim quādam deo fint propria, & quasi totum quod deus est exprimentia, ut est infinitus, esse simpliciter perfectum, esse purum, bonum, tamē secundum quod nos ista cognoscere possumus, inferiora atque minoria sunt eo quod deus est: & ideo secundum autorem libri de causis, nec complementum conuenit deo: quoniam omnis perfectio prout à nobis apprehenditur, indigna est ei cuius essentia nostram capacitatem in infinitu transcendent.

Articulus XXXV. De simplicitate diuini esse.

Sicut præterea ex Elementatione Procli eluescit, est quædam simplicitas per carensiam totius perfectionis: & hæc est simplicitas materia prima, quæ est pura potentia tantu actualitatis formalitatisque expertus: talis ergo simplicitas imperfectissimum entium conuenit. Alia uero extat simplicitas per totius imperfectionis carentiam: & ista est simplicitas primi principij quod est purus actus, tantu uniuersa materialitatis admixtione & potentialitatis consortio carens. Deus ergo sicut omnino perfectus censemur, ita veraciter summe simplex, immo sua supereficialis simplicitas perhibetur. Insuper omnis compositione indigentia signum est. Si enim compositum in uno eoz quæ in ipso sunt totam suam perfectionem haberet, nequaquam alio indigeret nec ipsum haberet: cum nō sit pluralitas sine necessitate ponenda secundum Philosophum. Si ergo esset in diuina natura compositione, diversitas aut nō identitas aliqua, nō esset in deo summa perfectio, sed unu eoz quæ in ipso essent, aliquo indigeret. At uero ubique compositione inuenitur, unum perficit aliud: id est quod perfectio rationem actus fortuit: quod aut perficit, proprietatem habet potentie arque materię. Nisi enim unum perficeret aliud in manere iungeretur: essetque in eodem multitudo sine causa.

Cum

DE NATVRA AETERNI ET VERI DEI.

98

Cum ergo superiorius demonstratum sit, quod deus est purus actus, esse nō potest in eo cōpositio aliqua, sed simplicitas plena. Adhuc autem extrema seu ultimi termini omnipotentiæ, sunt maxime indubitabiles, summeque simplices. Cū ergo purus actus quod deus est, & pura potestuta materia, sint duo extrema & termini regis, oportet utrumque in sua natura a simplicitate esset: nā alia composita utriusque essent ante ipsa cōposita, scit principia sunt ante principiata: & tunc deus nō est simpliciter primus nec causa simpliciter prima, sed unu eoz ex quibus cōponetur: nec esset ens penitus independens: quia omnia absurdissima sunt.

Tertia ratio.

Deus ergo ut ait Anselmus, adeo purus & simplex est, ut nec re nec intellecū diuidi queat. Denique ante probatum est quod deus nō solus est unus sed unitas prorsus purissima: & quod non est quid unitum, nec sit in ipso aliqua unio: sed quod ipse est simplicissima unitas omnes entium diversitates in ordinē redigens, simplicissimā atque unificans. Deus ergo in fine totius simplicitatis est simplex. Nō est itaque in deo fortis & gloriose compositio ex esse & essentia, ex actu & potentia, ex forma & materia, ex quod est & quo est, ex natura & supposito, ex genere & differētia uel ex aliquo alio: sed quicquid in deo est, est ipsius deus: & quicquid deus habet, hoc ipse est unde in deo idem sunt essentia, uirtus & actio, esse, posse & agere, intelligentia, intellectus, intelligere, natura, persona, sapientia, beatitudine & omnis perfectio: immo ipsum esse diuinium est simplicissime omnia ista, quæ nec sunt neque dicuntur multa uel omnia nisi quantum ad nos qui esse diuinium in seipso & sicuti est agnoscere non ualeamus: sed per species rerum creatarum ipsum multiformiter consideramus atque exprimimus, secundum quod diuinitate naturæ perfectio quæ in se una & simila est, in rebus uarijs modis relucet. Eluescit denum ex his quod deus non est corpus, nec uirtus corporea, nec corporis uirtus, nec uirtus in corporeo est esse ab omnibus supereficialiter separatum, nullius miscibile, cum nullo componibile, in nullo terminabile: sed intra cuncta existens, ab omnibus infinita distantia non locali sed perfectionali segregatur: itemque distinguuntur estque ab omnibus eius primo & immediate diuersus. Vnde constat pessimus error ponentium, quod deus sit esse formale omnium rerum, uel anima mundi, aut simile aliquid. Veruntamen Dionysius de diuinis nominibus dicit, & idem asserit Damascenus, quod deus est esse omnium entium, & uita uiuentia, & uirtus agentium: sed hoc intelligendum est causaliter seu efficienter: quoniam ipse est creator & causa omnium secundorum, nō autem formaliter tanquam in tristis rei principium sicut est forma. Aduertendum uero pro intellecū dicitur, quod uirtus corporeo dicitur quæ in corpore maiori est major, & in minori minor: quemadmodum calor, frigiditas, siccitas: sed corporis uirtus est quæ secundum dispositionem & complexiōnē seu harmoniam conditione agit, & est actus seu perfectio organi secundum Rabbi Moses, ut uis uisa & auditiva. Virtus uero in corpore nominalis quæ nō est corpori quasi subiecto de necessitate innitens, quāuis sibi formaliter unita quæ ad modum intellectus, quia corpore separata sicut perpetuum à corruptibili secundum Philosophum. Porro deus est simpliciter, Damascenus pri. libro testatur: adiiciens quod ea quæ de deo per modum differentiaz dicuntur, ut incorporeum, intangible, immortale, æternum, iustum &c. nō sunt distinctæ nec substancialiter differentia deinceps desiderantur ex multis conexa. Anselm⁹ q̄q in Profoslogion: Quid es inquit dñe qd es: certe uita es, sapientia, ueritas, bonitas, beatitudine, aeternitas & omne bonum es. Multa aut sunt hec: sed non potest angustus meus intellecū totum simul uno intuitu uidere, ut omnibus simul delectetur. Quod ergo es dñe omnia hæc: An sint partes tuas, an potius unūquodque eoz est totū quod es: Vtque dñe, unūquodque eoz est totum quod es & quod sunt reliqua omnia. Omnia uero haec roborantur testimonio Dionysii, qui non cap. de diuinis nominibus ait: Deo attribuitur identitas æterna, inconuincibilis, in seipso substatialiter manens, munda, immaterialis, simplicissima, nullius indigena: sed semper per se perfecta, omnibus superiens plenius ut conuenienter eam participant. Innotescit autem ex his quādam fit inconveniens quoniam opiniō, qui distinctionem formalem ponit in deo præter personalem distinctionem. Est nepe opinio aliquor quod in diuini fit distinctione perfectionum attributalium ex natura rei, circumscripto omni intellectu creatori: ita quod inter attributa diuina sit quædam nō iden- titas ex natura rei quæ dici potest distinctione formalis siue modalis: estque intelligenda nō per positionem sed per abnegationem, prout hoc formaliter nō est hoc. Vnde secundum eos apertus est uti hac negativa nō idem quod distinctum. Hæc opinio ueritati demostriat repugnat. Offensum est enim quod deus sit simplicissima unitas & unitissima uel potius ut sic loquar, unissima atque purissima simplicitas. Est ergo in deo quantum ad perfectiones attributales omnium, summa & pura atque perfecta idētitas. Non est itaque in deo ex natura rei quādam ad attri-

Anselmus.

Cōpositio nūla in deo est.

Virtus corporeo.

Virtus in corpore.

Damascenus.

Anselmus.

Dionysius.

Opinio Scotti.

Cōfutatio opiniōnō.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

buta, aliqua nō idētitas seu formalis distinctio. Deniq; iuxta Philosophū, unū in substantia facit idētum quantitate & qualitate simile. Vbi ergo est pura unitas, est pura idētitas & nulla formalis distinctio. Cum ergo deus dicatur in coparabiliter purissima unitas ac plena simplicitas, non est in eo ex natura rei talis distinctio. Ita quoq; opinio directe repugnat Anselmo qui in proslogion ad deū deuotissime atq; uerissime loqūs. Nullæ inq; partes sunt in te domine nec es plura, sed sic unum quiddā & idē tibi ipsi ut in nullo sis tibi ipsi dissimilis: immo tu es ipsa unitas nullo intellectu diuisibilis. Necio qd planius dici queat: sed nō est propositi in hoc opere isti materiae immorari: habet em̄ alibi locum conuentientorem. Postremo qm̄ Albertus & Thomas in istis consentiunt, ideo quod Thomas ponit in diuinis distinctione rationis rei rationalis, nō aut̄ Albertus, sed solum ponit ibi distinctione n̄ rationis ratiocinantis, nō est difficile cōcordare. In nominibus em̄ duntaxat dissentiant, sed in ipsa ueritate cōcordant. Cum aut̄ Damascenus primo libro testetur, quod deum esse compositum affirmare extremæ impietas est, tanto unusquisque extremæ impietas magis propinquat, quanto à uera dei simplicitate, unitate & identitate magis recedit. Dicta autem opinio afferit, quod attributae perfectiones in deo, scilicet sapientia, pietas, misericordia, & ueritas, beatitudine, potētia &c. formaliter distinguuntur seu ex natura rei sint nō idem: ita quod omni actu creatuæ mētis secluso, unū formaliter nō sit aliud. Istud cōtrariatur Augustino qui aperitissime in libro de trinitate de diuina simplicitate loqūs, Deus inquit & simul tripliciter dicatur, uere tamen & summe simplex est. Dicit em̄ magnus, bonus, sapientia, beatus, uerus & quicquid aliud nō indigne dici uideatur: sed eadē magnitudo eius est que sapientia & eadē bonitas qua sapientia & magnitudo & ueritas. Vnde decimo quoq; de ciuitate dei, Ideo ait deus simplex uocatur, quia hoc est quod habet: excepto quod relativa una persona ad altera dicitur nec est ipsa. Omnia ergo quoq; in deo sunt, omnino unū & idem sunt, ubi nō obuiat oppositio relativa: Quod in libro de trinitate Boëthius quoq; fatetur. Cū ergo attributa in deo relatiuam oppositionē nō habeant, constat quod ex natura rei sint penitus unū & idem. Amplius secundum omnem doctrinam Dionysij, Deus ideo simplex cōfertur, qm̄ esse diuinum omnium creaturarum perfectiones in seipso cū immēta plenitudine & infinita perfectione atq; perfectissima ac superessentiali simplicitate cōplicet. Ideo ualde opposita deo conuenient secundum diueras perfectiones, quas sua in se essentialia comprehendit. Quid ergo opus est aut expedit distinctionem formale somniare in deo? Aug. deum⁹, de trinitate, dei simplicitate declarās. Intelligamus ait deum quantum possumus sine qualitate boni: sine quantitate magniū sine indigentia creatorē: sine situ præsidentiū: sine habitu continētiū: sine loco ubiq; totum: sine tempore sempiternum: sine uia mutatione mutabili facientem nihil q̄ patientem. Quisquis deum sic cogitat, & si nondum potest inuenire quid sit, pie tamen caueat quantum potest aliquid de illo sentire quod nō sit. Hilarius insuper 8, de trinitate de diuina simplicitate sic dicit: Non humano modo ex compoſitis deus est, ut in eo aliud sit quod habetur, & aliud ipse qui habet: sed totum in ipso uita est, natura uidelicet perfecta & infinita, & non ex disparibus constituta: sed uiuens ipsa per totum. Verum tamen ut in lib. de fide ad Petrum Augustinus testatur, haec facile dici possunt & credi: uideri aut̄ nisi puro corde omnino non possunt. Propterea frater charistime, ut huius diuinæ simplicitatis simus nō uaniloqui assertores ut multi, sed synceri contemplatores ut prodolor pauci, simplicemus corda nostra abstrahendo nostrum affectum à rebus carnalibus atq; caducis, & ipsum diuino ac incomutabili bono fortiter affigendo. Vnum em̄ est necessariū. Totaq; nostra perfeccio est deiformis simplificatio, amoris mentis ad simplicitatem diuinauam conuerior: cui tantò integrus tantoq; purius copulamur, quanto à multis atq; compoſitis lōgi separamur, pro solis diuinis solliciti, & in dei obsequio fideles, puri ac feruidi.

Articulus 36. De incomutabili stabilitate diuinæ essentiæ.

Omnis porr̄ mutatio aut est alicius nouē dispositionis adeptio, aut pr̄istinæ dispositionis abieccio. Cū ergo sit deus uere simpliciter & perfectus, nec dispositionem quam habet amittere potest, nec nouam acquirere, est ergo incomutabilis deus. Deniq; dictum est quod deus est unitas pura ac summa simplicitas, & quicquid in deo est, est ipse deus, n̄l ergo recipere ualeat de novo, n̄l q̄ amittere. Si em̄ quicquid amitteret, se totū amitteret & esse desineret. Si uero quicquid recuperet, non esset ipse quicquid in ipso est: quia quod aduenit, non est id qd antea inerat. Insuper omne qd aliquo modo mutatur, est potentialitati admixtum, sicut frequenter iam patuit: Deus uero est purus actus, quod item sepe innotuit, Nequaq; ergo mutabilis est. Hoc etiam patet ex his quæ de æternitate

De immutabilitate dei uidelicet b. Thomā, p. q. 9, in duobus articulis.

Secundaratio
Tertiaria.

DE NATVRA AETERNI ET VERI DEI.

91

nitate dei p̄ehabita sunt. Itē ostēsum est qd deus beatus & uerus, est ipsa sua su p̄essentialis infinititas: siq; aliquid p̄mutationē amitteret infinitā p̄fectionē amitteret: & si aliquid recipet ei qd ex omni parte infinitū est, additio fieret: qd Aristoteles impossibile testat. Adhuc autē, nullum mutabile est essentialiter quicquid est, neq; totaliter inuariabiliter & beatū: Deus autem est ens per essentialiam naturaliter & beatus: non est ergo mutabilis. Vnde quod deus uicissim aliquid dixit futurū quod tamē non evenit, hoc secundum causas inferiores afferuit, non aut secundum causas superiores: & in talibus dicitur mutare sententiam, quæ dicit respetum ad ipsa negotia, non autē consilium, quod mente mentis concernit, atq; in deo æternaliter sint. Dicit autem Damascenus, quod solus deus est inuertibilis & inalterabilis: omne uero creature, uertibile atq; mutabile. Nam intellectualis substantia secundum electionem mutabilis sunt, & illuminationem atq; profectionem in bono recipere possunt. Omne quoq; quod ex nihilo factum est, ex sua natura defectibile est & in nihil redigibile. Ese igitur immutabile omnino & plene deo est proprium. Propter quod in Phedone ait Plato: Diuinum immortale est & intelligibile, item p̄uniforme, syncerum & in dissolubile, & semper similiter simili secundum idem se habens. Præterea quicquid deus in tempore agit, ab æterno operari dispossit: nec est aliquid nouitatis in ipso propter temporalem recentem effectum creatum: sed ipse æternus & stabili manens, temporalia condidit ac cuncta moueri concedit. Ipse quippe sibi ipse est finis: Idcirco non ordinatur neq; mouetur ad aliquid. Ipse etiam omnium aliorum est finis. Propter ea omnia suo modo ad ipsum mouentur, tangā quo conueniari ac perfici indigēt: quoniam sicut in libro de Causis habetur. Omnes virtutes quibus est finis, sunt p̄dentes per infinitū principium quod est uirtus uirtutum. Et secundum Dionysium 9. cap. de diuinis noibus dicit deus idē, sicut in Psalmo cantat: Tu aut̄ idem ipse es qm̄ semper secundum eadem & eodem modo se habet, omnibus eodē modo pr̄sens, in se firmus, in optimis summittatibus in cōtaminabiliter collocat: datq; seipsum inflexibili uirtute conuertentibus se ad ipsum ut deificetur ab eo. Hanc aut̄ immutabilitatē sacra scriptura uertitatem commēdat. Scriptum est enim: Non est deus ut homo ut mutet, neq; ut filius hominis ut mentiatur. Et alibi: Egō sum deus & nō mutor. Rursusq; Porro triumpator in Israēl non parct, & penitūdine non flectetur. Huic diuinæ immutabilitati pro uiribus conformari conemur: scriptum est enim: Estote perfecti sicut & pater uester celestis perfectus est. Porro huic diuinæ incomutabilitati assimulamur, dum non circunferimur omni uento doctrinæ: dum studeamus esse non sicut arundo flatibus agitata: dum nec uanaiūcunditate resoluimur, neq; in ordinato nictore opprimimur: dum nullus rei creatæ immoderato ligamur affectu, sed uirtutibus in h̄c rem corde, ore, effectu. Qui em̄ passi onum impulsu à mediō rationis abducitur & voluptatis amore à uirtute distrahit, deformem neq; immutabilitatem fortitur: nec dicere potest illud diuini Apostoli: Quis nos separabit à charitate Christi: Nec illud beati Job: Iustificationem quam cepi, tenere nō deram: & donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.

Articulus XXXVII. Quod deus æternus est uiuens uita, purissima, nobilissima, delectabilissima, æternaliter & perfecta.

Aud nos autem uiuere perhibentur quæ mouent seipsa: unde secundum Philosopham: Nil mouet seipsum nisi animatum. Si ergo deus gloriosus & fortis rite uocatur omnium entium prima causa primusq; motor, tunc utiq; ipse potissime uiuit & est omnis uita fontana origo: inestq; ei fontaliter totius uitalis perfectionis plenitudo. Quomodo em̄ omnis uita ab ipso effluueret, & uniuersa uiuientia atq; mouētia, uirtutem mouendis seipsa aut alia ab ipso suscipient, nisi ipse utiq; plenissimam & superditissimam in seipso uitam originaliter possidet: Deus ergo est primum uiuens & omnis uita principium. Præterea dictum atq; ostensum est, quod deus altissimus est purus actus, simplicissima unitas & maxime simplex. Quicquid ergo in deo est, & quicquid deus habet, hoc est ipse deus. Cum igitur deus sit uiuēs, sequitur quod essentialiter atq; totaliter uiuēt: sitq; substancialiter ipsa sua uita. De ergo uiuacissima uita uiuēs, & ipse realiter est mera plenaq; uita: ita qd nihil in eo est quod non sit omnino de uiuēs, & integrā, infinita ac simplicissima uita. Nil itaque non uita, nil de imperfectione minorationēq; uita, uita admiscetur diuinæ: sed est deus sublimis & uerus, secundum se totum uiuens, immo immenſa uita totalitas. Idcirco uita primi principij extat uere ac prorsus purissima. Purum est enim cui nil aliena aut repugnantis naturæ adiungitur: ut purum dicitur aurum, quod de alieni metalli natura nil habet

Quarta ratio.

Deus mutat sententiam.

Damascenus.

Plato.
Quinta ratio

Dionysius.
Psal. 101.

Nom. 23.

Mal. 3.
1. Reg. 15.
Atlat. 5.
Eph. 4.

Rom. 8.
10b. 27.

Purum quid dicatur.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

ber admixtum. Cum ergo sit deus purus actus, & simplicissima unitas, substantialiter atque totaliter uiuens, imo^q cum infinita plenitudine, uiuendi perfectionem complectens ac possit sicut qd uita diuina natura purissima sit, uel potius puritas ipsa superessentialis, uitalis ac separata. Porro^o nobile appellatur quod a propria & debita dignitate in nullo recedit, deficit neq; degenerat. Cum igitur iuxta præhabita deus sit omnino immutabilis & penitus simplex, a naturali dignitate & propria perfectione nusquam degenerat, deo uera & summa ipsi nobilitas conuenit. Vita igitur primi entis nobilis est & nobilissima, penitus cumq; deus immensus atque perfectus, sit ipsa sua immensa perfectio ac perfecta immensitas, patet quod uita primi entis sit immensa, omniformiterq; perfecta nobilitatis; imo^q immensa quo modolibetq; perfecta nobilitas. Insuper quod rei conueniens est ac connaturale, hoc delectabile nuncupatur. Conveniens quoq; est cui nil contrariae dispositionis misceatur. Connaturale uero, quod secundum propriam rationem atq; essentiam competit. Cum ergo deus adorandus & summus, sit purissime simplex & simplicissime purus, eluceat quod uita sua sit summe conueniens. Item cum deus sit sua essentia, & a seipso, & substantialiter quicquid est, constat quod quicquid in ipso est, connaturale est sibi. Sed & propter plenissimam diuinæ naturæ perfectionem fateri oportet, quod quicquid in deo est, cum infinita plenitudine ei inest. Vita ergo beati & incommutabilis dei, non solum delectabilis est sed uere delectabilissima; imo^q delectatio intensu& penitus infinita. Innotescit quoq; ex dictis, quod deus sit uere solus aeternus, simpliciterq; perfectus, & superessentialis aeternitas, ac supersubstantialis perfectio. Vita ergo dignissima dei aeterna & incessabilis, est in qua non est transmutatio, nec uici si studinis obumbratio. Quicquid itaq; uitalis perfectionis in creaturis existit, in creatrice essentia cum infinita eminentia inuenitur, omni imperfectione quæ uita creatæ adhæret sublata. Et quemadmodum esse deo est proprium, prout dicit infinitum pelagus perfectionis essendi, sic uita deo est propria prout designat quandam immensam ab uitum uitalis perfectionis, ex qua oris omnis uita creata. Vnde Dionysius sexto cap. de diuinis nominibus: Deus inquit uita dicitur, ex qua est per se uita, & omnis uita immortalis, est uita coelestium animalium, & indestructibilitas sempiterni motus ipsorum. Et quidem diuina uita, est superuiuens & uiuificativa & substantificativa totius uite, tam supermundanorum intellectuum quam animalium & plantarum, quæ secundum ultimam uitæ resonantiam diuinam uitam participant. Extenditur quoq; uita diuina per bonitatis redundantiam ad dandam dæmonibus uitam. Omnia uero uiuentia & animalia, ex diuinæ uitæ participatione uiuificantur & florent. Ipsa ergo est superuiuens & princeps uitæ & omnis uitæ causa generativa, adimplativa, discretiva & conservativa, & ex omni uita laudanda est secundum exuberantissimam fecunditatem, & superabundantissimam bonitatem, qua etiam nos a se recedentes, ad seipsum convertit & reuocat. Ideo Aristoteles duodecimo prime philosophie testatur, quod uita intellectus diuini sit sempiterna atq; perfecta & sem per in actu. Et in libro de Cœlo dicit, quod operatio dei est immortalitas. In Ethicis quoq; fatetur, quod deus uoluptuosissimam uitam ac sibi in se semper sufficientissimam ducit, unaq; simplici operatione delectatur & gaudet, eo quod eius natura sit simplex: quod enim natura rei simplicior & purior fuerit, eo operatio erit magis simplex ac pura. Postremo quod uita deo propriissime congruat, sacra scriptura affirmit. Dicit enim Archi apostolus Christo: Tu es filius dei ueris. Et in Ioanne scriptum est: Pater habet uitam in semetipso. Deniq; quod factum est, id est, omnis creatura, in ipso, id est, in deo uita erat. Quod enim in alio est, est in eo secundum modum eius in quo est. Cumq; deus sit uita & mens, omnia in eo uitaliter intellectualiterq; existunt secundum rationes aeternas, ideales & exemplares, & ideo omnia deo uiuunt. Nil enim variabilitatis in ipso contingit propter uarias reges mutationes.

Articulus XXXVIII. Qmam conuenienter deus dicatur intellectus uiuens alter agens.

Manifestum demū opinor ex dictis, quod deū sublimē neq; cognoscere neq; appellare ualeamus nisi nominibus secundorum & creator. Quo^o ergo natura & non men rei create præstantius fuerit, eo in ipso atque per ipsum creator lypidius cognoscitur, conuenientiusq; exprimitur: quoniam diuinæ bonitatis excellētia in huiuscmodi creatura copiosius splendet, euidentiusq; resultat. Porro^o in creaturam ordinibus, substantiae separatae quæ intelligentia appellantur, primatum sortit^q sunt. Ipse enim Dionysio teste, deiformem intellectum adeptæ sunt, nec indigent conuersione

DE NATVRA AETERNI ET VERI DEI.

sione ad corpora, sed in naturalibus perfectionibus à sua creatione perfecte fuerūt. Nullius igitur creature noī deus aptius noīt nisi noī intelligētia ut intellectus dicat: quia nō inuenit in re natura perfectio intellectu sublimior. Et istud Proclus, ex autor libri de Causis: Anselmus quoq; in Proslogion asserit. Dicis igitur deus intellectus & mens iuxta illud Platonis in 2. Timxi. Deus est mēs, cuius uisus cōtemplatio p̄ intellectus. Aristotle, quoq; 12. pri-
mæ philosophie ait, qd deus est sempiternus, purus, simplicissimus & honoratissimus intellectus ab oībus finaliter desideratus. Cur aut ad intellectū est uniuersaliter agēs, nisi qd solus deus oībus influit, cuncta illuminat, & supra omnia ḡna regē subfistēs, uniuersis regē ordinibus im-
primis, prouidet, preminet, omnēs entitatē, uirtutē & operationē fontaliter administrat?
quod nulli causē intellectū cōpetere palā est; talis eterni causa in certo rege ordine operat, effici-
finita uirtutis, nec ex proprijs influens, sed à primo principio omne qd est, p̄t, agit & habet,
recipiēs. Cōuenienter itaq; deus dicif intellectus uniuersaliter agēs etiā nomē hoc propriū
sibi. Sumitur aut intellectus seu mēs quādoq; pro intellectuali substātia & ita iam sumitur,
Quandoq; uero accipitur pro potētia talis substātia, ac alijs modis.

Articulus XXXIX. Quod intellectus diuinus cognoscit perfecte atq; distincte
aeternaliter & immaterialiter omnia ḡna, species & individua, tā substātia
q; accidentia omnia quoq; quæ esse postunt.

Amplius deniq; liquet, qm omnis essentia, omne esse, & quicquid entitatis in rebus inuenit, ac diuina natura processit, nec aliud est nisi participatio quādū bonitatis diuinae. Quicquid aut à causa procedit, depēdet & cōseruat, sive mediate sive im-
mediate, hoc utiq; in causa uirtualiter continet, & quodammodo p̄existit in ipsa.
Omne ergo creatūrā qualecumq; fit illud, in deo uirtualiter ac originaliter cōtinet, & p̄existit in ipso. Ideo enī Proclus dicit: Omne cauſat maner in sua causa, & procedit ab ea, & cōser-
tit ad ipsam. Manet quippe in ea uirtualiter, procedit ab ea essentialiter, cōseruit ad ipsam finaliter. Quicquid aut continet & p̄existit in aliquo, cōtinet & p̄existit in ipso secundū naturā & proprietatē seu modū eius in quo est. Nā & receptū, est in recipiēte secundū cōdi-
tionē recipiēt, nō recepti. Cū ergo deus sit uita & mēs ac in honoratissimus intellectus, res cau-
sa continetur ac p̄existit in eo uitaliter & intellectualiter diuinoq; modo. Quod aut
alicui intellectualiter inest, ab ipso cognoscitur. Omnia ergo causata quęcumq; sint illa, cognoscunt à deo secundū id tortu qd sunt, uel eis accidere p̄t. Quo enī de re plurēs proprietates sci-
untur, eo perfectius noscunt. Nisi ergo omne quod rebus accidere p̄t cōpiceret deus, eas
perfectissimo modo nō intelligeret. Preterea, omne cauſat cause secundū est magis cauſatū
causæ prime q; cause secundū quēadmodū Proclus, & autor libri de Causis demonstrauit. Oēs
ergo effectus secundū causæ excellētius continetur & p̄existit in causa prima, q; in ali-
qua secundū causæ. Clarius ergo perfectiusq; cognoscunt à causa prima q; ab aliqua causa
secunda. Insuper uirtus habitudinē seu respectū designat ad ea que eius cauſalitatē subiecta
sunt. Virtus namq; seu potētia, est principiū operandi & aliud transmutandū id dictum est.
Quod aut respectū habet ad aliqua perfecta non scitur nisi & illa sciantur. Cū ergo deus
propriam uirtutē seu cauſalē potētiam plenissime nocat, oportet ut omnia illa intelligat ad
quæ se diuina uirtus extendit: quæ cum sit infinita, non tot facit nec facere potest, quin in
infinitum plura producere queat. Non solum ergo agnoscit deus cuncta quæ sunt fuerunt
uel erunt, sed omnia quoq; quæ esse possunt: imo^q & infinita quæ nec fuerunt nec sunt neq;
futura sunt. Omnia namq; que deus facere potest, in sua uirtute continentur, & in ea intel-
lectualiter splendit, & ideo aeternaliter innescunt. At uero sicut esse diuiniū perfectū
nō est, nisi omnes essentie p̄fectio[n]es & gradus in se eminētissime comprehendenderet, ita
diuiniū intellectus scientia non utiq; forer perfecta, nisi omnes perfectiones sc̄ientiarum quæ
in mentibus creatis esse queunt, excellēter includeret. Quicquid itaq; ad decorem & per-
fectionem sc̄ientiarum mētū creatu& spectat, hoc diuiniū sc̄ientiae competit: uerunt amēt per
modum sublimiorē & perfectiore cognitionis autem mētū creatu& confusa, uniuersalis & in-
distincta, est maxime imperfecta: ergo deus nō cognoscet creaūtū nisi in cōmuni & in-
distincte, imperfecte eas cognoscet: et cognoscit ergo eas distincte ac proprietate. Vnde Philoso-
phus ait, qd si deus ignoraret ea quæ nos scimus, inspires esset & primo de anima contra Emi-
pedoclem asserit, qd si deus lucem nesciret imperfectus existet. Nihilominus circa p̄esen-
tem materiam Philosophi communiter inueniuntur errasse, nō tamen æ qualiter: The-
mistiū enim & Auicenna & Algazel, concederunt deum cognoscere aliqua a se etiam in par-
ticulari, sed non quantum ad omnes singulares circumstantias & proprietates. Averrois ue-

ti.metaph.tex.
com.ii.

De sc̄ientia dei
uide b. rho. t.
par. q. 12. part.
to. ate. Et
Caprolom. t.
sec. diff. 37. q.
z. & aliis.

Secunda ratio.
Proclus.

Tertia ratio.

Prima ratio.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

ro peius erravit. Sed omnes positiones istae atq; consimiles uanae & falsæ sunt: Omnis enim entitas quæ est uel esse potest, quantum de entitate participat, in diuina essentia idealiter splēder sicut in primo fonte, cuius perfectionem aliquo modo participat atq; consequitur cum nil in creaturis diuinæ bonitatis participatione destitutus. Rursus, quicquid fieri potest, hoc in diuina uirtute causaliter, exemplariter relucet: omnia ergo hæc deo perfectissime innescunt, nec ex hoc uilescit intellectus diuinus ut Auerrois fingitimo cum opposita iuxta se posita clarius eluceat, quanto deus aliquorum imperfectionem, gradum & ordinem atque naturas, variabilitates & motus lucidius distinctius que cognoscit, tanto propriam perfectionem ac dignitatem excellentius atque perfectius intelligere comprobatur. Si autem cognosceret res secundum quod in seipsis sunt, uel ex rebus cognitionis eius dependenter aut generetur, hoc dignitati diuini intellectus utiq; derogaret. Ideo Aristoteles duodecimo primæ philosophiae testatur, qd intellectus diuinus nil extra se cognoscit: quia uidelicet nō per obiectum aut speciem aliunde acceptam cognoscit, sed per essentiam propriam, in qua sicut in luce purissima uniuersa refulgent. Præterea habitum est, qd deus benedictus & felix, est ueritas prima, exemplaris, perfecta atq; immensæ. Quemadmodum ergo omne esse creatum, in diuino esse originaliter & excellentissime continetur, sic omnis ueritas secundorum in diuina ueritate formaliter & eminentissime comprehenditur, & in ipsa cognoscitur: cumq; in deo non sit mutatio aut uicissitudo, sed sempiterna, summa & inuariabilis perfecio, constat qd quicquid intellectus diuinus cognoscit, in ipso æternitate momentu cognoscit. Idcirco præterita atq; futura tanq; praesentia conficitur, & intuetur temporalia omnia, sicut nos ea spicimus quæ in nostra geruntur presentia. Porro cognitionis omnis fit secundum naturam & modum cognoscit: modus nempe agendi parificatur modo essendi: nam eandem rem aliter cognoscit uisus, aliter imaginatio, aliter intellectus, quemadmodum quinto de consolatione philosophiae pulchre Boëthius dedit. Cumq; intellectus diuinus sit æternus, immaterialis, impotentialis, insensibilis, sequitur qd temporalia & tempora omnia cognoscat in temporaliter & æternaliter: materialia immateriale: potentialia actualiter: sensibilia insensibiliter: & simili ratione diuisibilia cognoscit in diuisibiliiter: contingētia necessario uariabilis inuariabiliter: corruptibiliā incorruptibiliā: creata increase: imperfecta perfec̄t: uilia nobilissime atq; dignissime. Et istud author libri de Causis, & Proclus manifeste declarant. Quod autem deus inferiora & actus humanos cognoscit, Plato in Phædone testat, ubi astruit animas defunctorum primū in causam portari, sicut diuinus præmiari. In primo quoq; Timæ deum in uocâs sic inquit: Hoc meis precibus cōprehēsum, ut ea dicant potissimum quæ deo placet. Porro omnia nūc inducta, ex uerbis Dionysij 7. cap. de diuinis nominibus fulciunt. Laudemus inquit deum, sicut sapiens & sicut per se sapientiam, omnisq; sapientiae substantificatorem seu fundatorem: nam deus non solum est omni sapientia superplenus, ita qd sapientia eius non est numerus, sed collocatus est super omnem rationem & metem & sapientiam. Oportet uero nos eam aspicere statuendo nos supra nos ipsos, tota uitæ deo unitos, prout scriptum est: Leuit. 16. se supra. Diuinā igit sapientiam exceedēte laudantes dicimus, qd ipsa est causa omnis mētis & rationis omnisq; sapientiæ. In ipsa quoq; omne cōsiliū & ab ipsa omnis cognitionis & prouidētia atq; prudētia suntq; in ea ab conditi omnes thezauri sapientiae & scientiæ: omnem etiā angelicam mērem immaterialē & mundam ipsa illuminat. Mens ergo diuina omnia continet, & ab oībus segregata omnium substantia in seipsum præcepit, secundū quod ipsa est omnī causa, cuncta sciens & in esse produc̄t. Diuina namq; sapientia in quantum seipsum cognoscit, uniuersa intellegit: materialia immaterialiter: diuisibilia in diuisibiliiter: & multa unitate. Non enim deus habet unam propriam suip̄snotitiam & aliam aliorum, sed cognitione sui uniuersa cognoscit: quoniam ipse secundum unam simplicem causam omnibus esse communicat. Ex his Dionysius tandem concludit, qd deus cognoscit existentia non scientia existentium, sed suip̄s scientia: nam seipsum contemplans, omnia intuetur quæ ab ipso sunt esse ue possunt.

Articulus XL. Quid in deo idem sunt intelligens, intellectus, species intelligibilis, intellectio & obiecta.

Deum præterea esse simplicissimā unitatē, & actū pugnare in seipso omnino perfectū, ex præhabitū liquet: in deo igitur omnia unum & idem sunt quæ ad diuinæ naturæ perfectionem concurrunt, cum aut obiectum sit perfec̄tio potentia, aut potentia essentia: operatio quoque utriusque. Non enim esse potest essentia nullam sortita

DE NATVRA AETERNI ET VRI DEI.

fortita potētia, neq; potētia sine operatione perfecta est secundū Dionysij octavo cap. de diuinis nobis. Species etiā intelligibilis ad actū intelligēdi exigit, eo qd forma sit totius operationis principiū. In simplicissimo igit deo oīa haec unū ac idē rite cenfentur: sed considerare oportet qualiter secundum rationem distincta sunt, ut tam uarijs appellantur nominibus. Aduertendū itaq; quia sicut deū cognoscimus, ita diuina exprimitur: inq; grossius expri muntur qd intelligentia & secreta em diuina melius atq; subtilius agnoscantur qd explicetur secundum Gregorium. Nostra aut agnitio a sensibilibus sumit initū: sensibilita uero composita sunt. Porro in reb⁹ cōpositis id quod subsistit nō est forma tñ, sed ex materia & forma coniuncta tamē pfectio fluit à forma quæ est qdā simplex essentia: diuinæ autē na turæ perfec̄tio, quia in uno uel paucis representari sufficienter nō potuit, in multis ac uarijs rebus multis formiter participat, & diversimode innotescit. In rebus qd cōpositis id qd subsistit, significatur per nomē cōcretū ut homo, leo, ipsi: Forma aut qd dat esse cōposito, designat per nomen abstractū sicut humanitas. Exprimitur ergo deū per nomina cōcreta in si nuādo qd ipse uero & perfecte subsistit: per noīa abstractā qd innuēdo qd ipse in seipso sine diuergō unione sit pfectus & simplex. Inquantū ergo deus est plena seures que agit, dicit uolens, intelligēs, creans: inquantū uero est immediatū & proximū operationis principiū, appellat potētia, intellectus, uoluntas. In rebus creatis potentia inter essentiam & operationem est media. Inquantū insuper deus seipsum cognoscit & diligit ac uult atq; alia omnia in se, sic diuina essentia nominatur obiectum diuina uoluntatis & diuinæ intellectus: inquantū uero deus cognoscit se per se nō per similitudinem aliam uel adiunctū, sic diuina essentia appellatur intelligibilis forma seu species diuini intellectus. Inquantū autē diuina essentia in seipso adeo pfecta est, ut diues tanq; purissimus actus, qd non indiget per operationē à se distingtam auctari & perfici, sic ipsa dicit pfectus operatio sua. Omnia itaq; sicut in deo substantialiter identificantur, & incomparabiliter amplius qd nos ualeamus concipere. Pater ergo ex his qd deus per unā intelligibilem speciem que est sua immensa essentia, seipsum & alia uniuersa cognoscit. Idcirco uno simplici æterno intuitu seipsum & omnia simul intelligit: ea namq; simul uidentur que per eandem speciem repræsentantur. Deniq; quanto intellectus creatus altior & deo propinquior fuerit, eo & ipso per pauciores species pfectiori modo cognoscit qd inferior intellectus. Verè quia obiectum uoluntatis dicit bonū, obiectū uero intellectus uerum, propterea diuina essentia prout uoluntatis obiectum est, dicitur bonitas summa: sed prout est intellectus obiectum dicitur ueritas prima. Hæc uero quac dicta sunt, ita sunt uera & certa, ut à philosophis & theologis consona uoce dicantur.

Articulus XLI. Quod diuina cognitionis uaria nominatur secundū diuersitatē eorum quæ sub ea cadunt & comprehenduntur.

SCientia deniq; dea nostra sc̄ientia differt, qm ipsa est causa rerum: & ideo nō diuersificatur secundū diuersitatē sc̄ibilium nisi secundū nostram apprehēsionē: nostra autē sc̄ientia à rebus nascitur & secundū obiecta diuersa distinguuntur: sc̄atur em̄ sc̄ientie sicut & res de quibus sunt secundum Philosophum. Dei ergo sc̄ientia quāvis in se una & simplex sit, quippe quæ aliud non est qd diuina essentia, diuersa accipit nominis secundum quod ratio nostra eam ad diuersa referit & comparat. Inquantū ergo deus cognoscit seipsum, sic eius cognitioni dicitur sapientia: inquantū uero crea cognoscit, uocatur sc̄ientia. Vnde Apostolus inter sapientiā & sc̄ientiam dei distinguens exclamat: O altitudo diuina sapientia & sc̄ientia dei. In quantum autē diuina cognitionis est eorum quæ in mundo sunt uel sunt, dicitur uisio: sed prout est eorum quæ nec fuerunt nec sunt, appellatur simplex intelligentia: talia eqidem dicitur deus cognoscere cognitione simpli cōsideratione. Inquantū autē diuina cognitionis est eorū quæ benefiunt, dicit approbatio: sic em̄ deus fertur malos nefscire, quia non approbat eos. Cognitionis quoq; dei prout est futu ro, nominatur prævisio: prout est gubernator, dicit prouidentia: prout est faciendo: & deo, dicitur dispositio: prout est saluando, reprobatio appellatur. Hæc Magister Sententiæ primo libro plenius euidentius p̄ narrat.

Articulus XLII. Quod in mente diuina sint rex factarum ideæ.

Augustinus in lib. 8. quæstionū de ideis effari orsus, Ideas inq; Plato primus posuisse perhibet. Ideat autē Græce, Latine Formæ seu species interpretat. Deus em̄ æternus & glorioſus, uirtute suæ naturæ uniuersa producit, & luce suæ ueritatis cuncta cognoscit. Itaq; diuina essentia prout est principiū cognoscēdi & producendi

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHVSIANI,

cendi creata, nominatur idea rei creata. Vnde diuina essentia ut imitabilis intellectus, uocatur idea. Omne quippe creatum aliquid diuina bonitatis participat; sicq; prout intellectus diuinam essentiam apprehendit, ut imitabilem seu participabilem à creatura diuina essentia nomen & ratione fortitur. Eadem ergo dei essentia diuersarum rerum idea est, secundum quod diuersimode suam perfectionem rebus communicat. Sunt enim in deo plures idē: eo qd̄ deus omnia distincte cognoscit & cuncta proprijs rationibus efficit. Alia emratione condidit angelum, alia hominem, alia terram. Sed h̄c pluralitas diuine simplicitati non obuiat; Idea enim relationem dicit ad ideatum remiq; formatam; idcirco secundum distinctionem ideatorum distinguuntur ideas; sed sicut relatio dei ad creatam non est nisi secundum rationem in deo, realiter uero in creatura, ita pluralitas idearum non ponit in deo nisi pluralitatem rationis in creaturis autem ponit pluralitatem realem. De his ideis Augustinus sic ait: Ideæ sunt principales forme seu rationes rerum stabiles & incommutabiles, quæ ipse factæ non sunt, ac per hoc æternæ sunt, semper eodem modo se habentes, quæ in diuina intelligentia continetur; & cum ipse neq; oriantur neq; intereāt, secundum ipsas tam formatur omne quod oriri & interire potest, & omne quod oritur ac interit. Secundum has diuina mentis ideales rationes, totus hic mundus molitus: secundum has cursus rerum peragitur: elementa subsistunt: cœli feruntur: & singula proprijs legibus currunt. Hæc Augustini eloquia Platonii per omnia consonant, dempto quod Plato (ut etiimponitur) posuit formas separatas quas appellavit ideas & uniuersalia ante rem. Quicquid autem sit de hoc, an ita posuit sicut ei imponitur, & sicut uerba eius sonare uidentur, hoc constat qd̄ etiam in mente diuina ideales rationes seu formas constituit. Ait nempe in primo Timaei Operi formam dat opifex suus, atq; post ostendens & probans quod opifex primus mundum produxit non ad similitudinem exemplaris aliunde sibi offensi aut facti, sed secundum imitationem in creatæ atq; æternæ rationis seu ideae. Certe inquit dubium non est ad cuiusmodi exemplum animaduertitur mundani operis fundamenta constituēs, utrum ad immutabilem ad factū & elaboratum. Nam si, ut quidem est, in comparabilis pulchritudinē mundus est opifex qd̄ & fabricator eius optimus, perspicuum est qd̄ iuxta synecē atq; immutabilis proprietatis exemplū, mundi sit in statuta molitus. Insuper in secundo Thymæi sic disseruit: At uero deus ut mens cuius uisus contemplatio qd̄ intellectus idearum genera contemplatur, intelligibili mundo quæ idæ sunt illi animalia & quasi quidam fontes, continentue in mente diuina in qua est mundus archetypus idealis, exemplaris & intelligibilis; ad cuius enucleationem in factus est iste mundus sensibilis. Vnde secundum Platonem, mundus iste diuinus est mundus quasi purus: quoniam à mundo illo mundissimo diuina mentis profluxit. Concludit igitur Piat, qd̄ opifex deus uniuersitatis machinam fecit non secundum elaboratum exemplar, sed potius secundum suæ increatæ atq; æternæ sapientiae rationem: non aliunde in instructus, neq; à quoq; adiutus: eo qd̄ ipse operis sui ratione atq; prudenter fit utiq; optimus. Huic autem concordat major autoritas. Hinc enim in Esaiæ scriptum est: Quis adiunxit spiritum domini? aut quis consiliarius eius fuit & ostendit illi: Cum quo in iusti consilium & intrixit eum? Vnde Apostolus: O altitudo diuinarum sapientie dei: quis prior decidit illi & retribuerit ei: quoniam ex ipso, & per ipsum, &c in ipso sunt omnia. Eluescit ergo ex his, qd̄ duo attribuuntur ideae: primo qd̄ est ratio cognoscendi alia: secundo qd̄ est principium productivum illius, quod eius similitudinem recipit. Ea ergo quæ sunt ad deo, secundum utrumq; horum fortuitur idea in deo: quæ uero nullatenus sunt uel sunt nec fuerunt nec erunt, non habent ideam nisi quantum ad primum, uidelicet prout cognoscuntur à deo. Porro secundum Thomam individua habent proprias ideas præter ideas species: eo qd̄ diuina prouidentia usq; ad individua extendet. Genera uero nō habent ideas præter ideas species, prout idea est principium productivum. Genera nāq; extra species nec esse nec fieri possunt. Materia uero qm̄ est nō potest, sine forma habet quidem ideam, non tamen alia ab idea compositi. Vnde aliqui asserunt eam quasi coideatam: similiter esse dicit de accidentibus inseparabilibus: sed accidentia separabilia dicit habere proprias ideas. Veruntamen Scotus affirmit omnino contrarium, asserens materiam, genera, accidentia, proprias habere ideas. Dicit nāq; qd̄ idea fit res objectus cognitio: sicut itaq; a deo cognoscitur, ita & proprias fortuitur ideas. Verum an hoc dicitis Augustini & recte rationi, his quoque que bene inducta sunt consonet, boni lectoris referuo iudicio. Illud postremo adjiciens, quoniam quæ de ideis secundum Platonem & Augustinum præhabita sunt, consentit fidei noster Boëthius dum ait:

O quā

Augustinus.

Plato in Timaeo.

Piat. 40.

R. 23. 11.

DE NATVRA AETERNI ET VERI DEI.

94

O qui perpetua mundum ratione gubernast:
Quem non externæ pepulerunt fingere causæ
Materæ fluitantis opus uerum insita summi
Forma boni liuore carens tu cuncta superno
Ducis ab exemplo pulchrum pulcherrimus ipse
Mundum mente gerens: similiq; ab imagine formans. &c.

Articulus quadragesimus tertius. De libertate
primi entis.

LIberum dicitur secundum Aristotelem quod est causa sui. Cum ergo deus sit maxime causa sui, quippe qui causam priorem non habet, constat qd̄ libertas ei conueniat in quanto cum homo appelletur dominus actuum suorum, qd̄ ipse causa sui operatur, multomagis deus excelsus & adorandus dominus est omnium operationum suarum ad extra. Praeterea deus immunitus est ab obligatione quæ contingit ex parte cause materialis: & coactione quæ est ex impressione cause efficientis: & ineuitabilitate quæ est ex influxu cause formalis: & authoritate positionis quæ est ex conditione cause finali: quoniam deus nullam habet harum causarum est ergo omnino libertinus. Amplius irrationalia & naturalia aguntur & mouentur potius quam agant & mouant, quemadmodū Damascenus demonstrat, non est enim in eis agere & non agere, nec habet actus sui dominium, sed secundum naturalem in instinctum impelluntur, & illum de necessitate sequuntur. Hunc autem instinctum ab auctore natura fortita sunt. Author ergo natura libere agit tanquam primus in stitor totius proprietatis atq; naturæ in aliis. Si autem quis in stite dicat, qd̄ quicquid in deo est, est esse diuinium: sed esse diuinium est necesse esse omnino & maximè: nō ergo est liberum, neq; libertas competit deo: sed magis perfecta & pura necessitas. Rursum, omne liberum uidetur esse mutabile, potest enim agere & non agere deus autem incommunicabilis est non ergo est liber. Et respondentum qd̄ sicut esse diuinium omnem perfectiōnem supersetiali ac supersimpli modo complectitur, sic diuina attributa ipsi conuenient secundum quod diuina perfectiones in eo pensantur. Est ergo diuinitus ad seipsum relatum, non potest non esse: sed est penitus necesse esse. Veruntamen non habet necessariam dependentiam aut inseparabilem habitudinem ad creatam: idcirco per comparationem ad ea dicitur liberum: non enim de necessitate ea producit, conseruat & regit, sed prorsus liberrime: nisi loquarum de necessitate hypothesis, quæ est necessitas ex suppositione: quia enim deus testatus est se uelle etiam conseruare & regere, ideo necessarium est ea non defiri, sed in æternum manere. Ad alium respondentum est, qd̄ in deo ast agere & non agere, sic qd̄ in sua natura non est determinatus ad alterum: sed non est in eo mutatio de uno in aliud, quia quod semel dictat agendum, non omittit. Itaq; quoniam quidem inuenitur necessitas quæ libertate melior est atq; præstantior: melius namque est non posse corrumpi, peccare, deficere, indigere, quam habere libertatem ad ista: & iterum quædam reperitur libertas necessitatē quædam in dignitate præcellēs. Nobilis enim est secundum propriæ uoluntatis benefacitum largiri, quām ex necessitate naturæ: & item præstantius est producere alia sine indigentia & dependentia ad ea quod est libere operari, quām aliter: ideo deo summo atque perfecto libertas necessitas qd̄ conuenient. Illa enim necessitas quæ ad nobilitatem pertinet, illa quoq; libertas quām dignius est habere, quām necessitatē oppositam, deo insunt & congruunt. Vnde Peripatetici quidam deum dixerunt esse liberalissimum sive largissimum secundum illam largitatem speciem quæ magnificentia nominatur. Hæc enim uirtus illi conuenit qui in optimis fluit nec deficit: eo quod omnium sufficientiam bonorum in seipso possidat. Denique sacra scriptura deum libere operari professā est: Ait enim Apostolus ad Epheſios secundo: Deus omnia operatur secundum consilium uoluntatis suæ. Sed iterum aliquis potest obijcere: Omne æternum necesse est esse: quicquid autem in deo est, æternum est: nil ergo in deo est liberum. Rursus: quicquid deus creando producit, ab æterno producere dispositum: non ergo aliquid libere agit: quia si libere ageret, posset non agere, quod ab æterno operari decrevit. Et respondentum, quod operatio qua deus omnia condidit, non est quid distinctum aut additum diuina naturæ: nil igitur in deo est quod potest non esse in eo quantum

Obiectio pri
ma.
Secunda.

Dilectio prima

Dilectio secun
da.

x 4 ad

D. DIONYSII A^Y RICKEL CARTHVSIAN

adid quod est in hilominus liberrime agit ad extra. Et quamvis uoluntas atq; propositum taliter operandi ab æterno in deo extiterit, non tamen necesse est deum talem uoluntatem ac tale habuisse propositum, loquendo de necessitate absolute dicta, sed solum secundum necessitatem hypotesis: quamvis enim uoluntas creandi sit deus nolens, tamen diuina uoluntas ad circundum necessitatim non habet, & ergo uoluntas creandi non est de necessitate in deo: quia respectus creatoris ad creaturas non ponit aliquid reale in deo ad creaturam depe- dens: Nullatenus enim sequitur, deus est sua uoluntas, sed uoluntas creandi est diuina uoluntas: ergo sicut deus non potest non habere uoluntatem, ita non potest non habere uoluntatem creandi: est enim ibi manifesta fallacia. Nam & necesse est hominem habere uoluntatem, non tamen necesse est est hominem habere uoluntatem cantandi aut ambulandi. Postremo ex dictis diligenter obseruandū est, q; illa necessitas ad perfectionē pertinet & libertatem excusat, que est in his in quibus perfectio rei consistit: ideoq; libertas perfectionē concernit, que est circa ea quae ad perfectionē agentis non exiguntur. Propterea necesse est deum esse & agere actiones proprias & inuincibiliter, sicut scipsum diligere atq; cognoscere: non autem necesse est eum operari ad extra, nisi ex suppositione & ideo absolute loquendo, hoc libe- re conuenit deo.

Articulus XLIII. De uoluntate primi princip

Refert Albertus super librum de Causis, quod dicitur principiis. Peripateticorum, uidelicet Aristoteles, Theophrastus, Porphyrius. Autem cennam atque Averroem voluntatem in deo nequaquam. Verumtamen nescio Albertus hoc dictum suum melius profundiusque refolueret, mirabiliter satis sonaret; constat enim alterum se habere; quemadmodum nunc Aristoteles assertit deum seipsum intelligere, sic dubium non est quin agnouit atque concessit deum seipsum diligere, quod est actus voluntatis. Denique ipse Albertus alibi alegat Avice[n]tiam dixisse, quod deus in hoc cōprobatur omnipotēs, quia omnia agit ut uult. Opteret ergo aduertere, quod perfections omnium secundum sunt in deo per modū unitū & eminē tenti imperfectione enim quae ipsi cohaeret & ita diuersitas, relinquendū sunt dum deo eas ascribimus. Cum ergo intellectuales creature habeant voluntati tanq[ue] excellentiē potentiam, liquet quia creator voluntate non caret, sed voluntas creature diuersos actus sortitur: quorum nonnulli ad imperfectionē, aliqui autē ad perfectionē pertinere noscuntur: quia enim voluntas creata ab alia causa perficitur, ideo competit ei desiderare atque moueri: desiderat nuncq[ue] propriā perfectionē & mouetur ad eam. Desiderare autē & moueri, imperfectionē includunt, uidelicet indigentia & propria perfectione distantiā; sicut uero voluntas imperfectionē nondū adeptā desiderat & ad eam mouetur, sic adeptā diligit & in ea delectatur. Cumq[ue] deus sublimis & benedictus sit in seipso summe simpliciter & perfectus, non competit ei perfectionē aliquā uelut ab alio dandā uel datā desiderare, aut ad eam moueri, sed propriā bonitate & eternaliitate diligere, atq[ue] in ea incessabiliter deflectari. Si ergo prae dicti philosophi voluntatē in deo negabunt, non est hoc absolute intelligentiū, sed de voluntate quantiū ad actus primos & imperfectos. Vnde ut narrat Albertus, quidā antiqui triplex uoluntate posuerunt: est enim qua dā uoluntas quae dicitur appetitus imperfectus in ratione fundatus seu deliberatiuus, estq[ue] rei absentis & deficientis, nec cōpetit deo. Aliuia tem uoluntas est immobilis complacentiae in fine, & optimo quam certum est deo inesse, cui propriā bonitas inuariabiliter placita est atque amabilis. Tertia quoq[ue] uoluntas vocatur liber animi motor, qua dicimus, si uolo facio illud uel illud, quae & ipsa in deo existit: quoniam nihil eum ad operandum impellit, sed sicut ostensum est liber agit. Hac autē uoluntatis distinctio accipi potest non secundū species distinctas, sed secundū triplices actus uoluntatis. Porro quod uoluntas his duobus ultimis modis in deo sit, non est difficile demonstrare; offensum est enim p̄ce dī articulo, quod deus libere agit: libertas uero in uoluntate primo atq[ue] potissimum reperitur: in ceteris uero potētū per redundantiā à uoluntate. Denique in quoconq[ue] inuenitur cognitionis, inuenitur & aliquis appetitus: quoniā appetitus cognitionē a sequitur. Cū ergo in deo sit intellectualis cognitionis, palam est q[uod] in eo fit intellectualis appetitus qui uoluntas dici confuerit. Insuper causa naturaliter suum causatum diligit & conseruat, ipsum prouidens qui & influens: hoc nunc in omnibus cernimus; nam & bruta corpora suos souent & protegunt: author ergo uniuersae naturae qui entibus legē hanc inuidit, multo amplius creata diligit, souet, conseruat: quod sine uoluntate esse non ualeat. Preterea quae uoluntate non fiunt, laudabilis non fiunt: si igitur deus per uoluntatē non agit, laudē de operibus suis habere non debet, nec actus eius laudabiles essenti uoluntatē ergo habere competit.

Alberti dicitur
expendit.

Voluntas triplex,

DE NATVRA AETERNI ET VERI DEI

competit deo nobilissimo modo: & omnis uoluntas atq; libertas, diuinæ uoluntatis & liber-
tatis participatio quædā obscura est, à sui fontis dignitate in infinitū occubēs & diffici. Vult
quoq; deus & diligit nō tñm seipsum, sed etiā creaturas, illis suā bonitatē diffundēs. Propter
quod in lib. Sapietie deo scriptura testatur: Diligis omnia, & nihil odisti eorum que fecisti.
Non tam dierū sc̄ificat diuina uoluntas secundū exteriora obiecta seu uolita: qñ primū &
proximū atq; perfec̄tū diuine uoluntatis obiectū, est bonitas in creata diuina, quam deus &
maxime amat & uult: & propter eā sicut ob ultimū finē omnia cetera diligit & uult. Non
itaq; dei uoluntas ab exteriori mouetur obiecto, sed ipsa bonitas diuina est ei ratio diligēdi
omnia aliasim̄ quæ modū diuinus intellectus uno actu incōmutabili & ēterno seipsum
& cetera cūcta intelligit, ita dei uoluntas se atq; reliqua uniter a uno actu amat & uult. Vi-
de sic uoluntas diuina non obstante multitudine intelligibiliū permanet unus ac sim-
plex, ita de uoluntate diuina sentire par est. Voluntate uero esse in deo, Plato in Timaeo, &
Avicebron in libro fontis uite testantur; quod & sacra scriptura tñ frequenter tñp̄ euiden-
ter testatur, ut superfluum arbitrer speciale locum inducere.

Articulus XLV. Quod quamvis absolute necessarium sit deum scire ac intelligere quicquid scit atque intelligit non tamen absolute necessarium.

et eum uelle seu diligere quaecunq; uult seu diligit.

FIt insuper inter uoluntatem & intellectum talis distinctione, quod actus intelligentiae compleatur per hoc, quod intelligibile est in ipso intelligentia. Scientia namque habetur de rebus secundis quod per species suas in scientia consistunt, uoluntas autem tendit in ipsam rem uolitatem: ideo actus uolendi completur per hoc quod uoluntas ipsius rei coniungitur: quoniam ergo modus necesse est omnia idealiter seu exemplariter ac uirtutaliter esse in deo, sic necesse est omnia a diuino intellectu cognosci, etiam si ab absoluta necessitate loquendo. Sed quia, ut paulo loante clare monstratum est, diuina uoluntas non habet necessariam habitudinem ad creaturam, nec eius perfectio exigit utilissimam uel inclinatatem, idcirco creatura non sunt necessaria ad deo uolitatem necessitate ab soluta, sed ex suppositione sicut enim necesse est hominem scribere dum scribit, sic necesse est deum uelle & amare creaturam: quoniam dato quod ea uelit & amat, non potest ea non uelle aut non amare. At uero ea que appetuntur, quedam appetuntur propter se ut finis, & ista necessario appetuntur: alia uero appetuntur propter aliud ut media ad finem, quae propter finem appetuntur. Dum autem finis sine mediis talibus adipisci non ualeat, tunc & media ipsa appetuntur necessario sicut & finis. Si uero finis sine mediis potest acquiri, tunc media non de necessitate appetuntur sed libere. Cui ergo diuina bonitas quae est finis diuinæ uoluntatis, sit deo aeternaliter prefensa, & unum ac idem substantialiter cum uoluntate diuina, evidenter est quod diuina uoluntas non indiget creaturis propter sui finis adoptionem: non ergo de necessitate uult eas, sed libere. Vnde in Exodo dicit deus: Miserebor cui uoluerem, & clemens ero in quem mihi placuerit. Propter quod ad Roma, ait apostolus: Cui uult ergo parcit, & quem uult indurat.

Articulus XLVI. An diuinæ voluntatis possit causa seu ratio assignari

Nunc autem reor satis ostensum est, quod uel finis sit causa & ratio uolendi ea quae ordinant ad finem: & quod huc uel est in uoluntate quae finis & media diuersi uult actibus, uolendo unumquodque seorum. Voluntas autem diuinata ut habitus est, omnia simul unoque actu uult, uidelicet diuinam bonitatem, que est omnium regnum summus ac ultimus finis: atque creaturam ad bonitatem diuinam tanquam ad finem referunt. Idem uero actus nequaquam est causa sui ipsius: actus ergo quod uult deus seipsum, non est causa actus quod uult alia, sed utrumque uult simili & actu codem. Hoc igitur non potest diuinam uoluntatis causa assignari. Verutem de uult unum propter aliud: ordinatur in creaturas ad se ficut ad finem. Vnde Thos. in I. par. dicit, quod de uult hoc propter hoc, sed non propter hoc uult. Cuius aptum exemplum adducit Thos. de intellectu: In illo ergo de intellectu quod principia seu premisssas & conclusiones seorsum cognoscit, notitia principiorum est causa notitiae conclusiois: in eo autem de intellectu quod utrumque simili cognoscit, assignari non ualeat rursum notitiae conclusiois ex principiis notitiae: & tamen principia intelliguntur esse quasi cause conclusiois. Porro uoluntas dei proprieta dicta, non est nisi deus uolens: potestque appellari affectus metis diuinorum: & haec procul dubio semper, inde de necessitate expletur. Si enim tanta est omnium electorum deo frumentorum beatitudo, ut eorum desiderium siue affectus impletatur in omnibus, quanto magis diuinorum mentis felicitas, que prorsus immensa censeretur requirit, ut diuinorum cordis affectus nunquam casetur, sed in omnibus impletatur. Denique cuius uoluntas sic dicta non impletur, peneam habet: non enim aliud peneam interior est, nisi uoluntatis renitus.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHVSIANI,

contra sibi contraria; ergo deus non solū impassibilis sit, sed uoluptuosissima atq; omni-
no immensa delectatione plenus, constat q; contra eius uoluntate sic dictam nū fieri queat
semper ergo uoluntas dei proprie dicta impletur. Verunt̄ sicut dicunt theologi, Voluntas
dei est duplex: uidelicet uoluntas beneplaciti, & uoluntas signi. Voluntas uero beneplaciti
ponitur duplex in deo: uidelicet antecedens & consequens secundū Damascenū. Et sumit
ista distinctio non ex parte uoluntatis diuinæ, quæ cum sit æterna, non habet prius neq; po-
sterius, sed ex parte uolitor, quæ considerari possunt dupliciter, secundū rationē commu-
nē & primā, & itē secundū rationē ultimā atq; completā. Poteſt aut̄ aliquid secundū pri-
mam rationē esse optabile, quod secundū aliā rationē optabile non existit: quæadmodum
bonū est Titū uiuere, prout est homo: sed non est bonū euuiuere, prout est impugnator
boni cōmuniſ. Itaq; uoluntas antecedens in deo, dicit per quā uult aliquid secundū rationē
communē & primā: si neq; uult omnes homines saluos fieri, nam bonū est hoc, considera-
do hominē in cōmuniſ & absolute inquantū est homo. Voluntas uero consequens nominat
in deo, per quā uult deus rem secundū suā rationē completā & ultimā: & sic non uult omnes
homines saluarisq; non est bonū homines inquantū sunt peccatores, saluatoris: sed uoluntas
antecedens non est uoluntas nisi secundū quid: quia uoluntas fertur in re secundū quod in
seipſa est. Dicunt ergo doctores, q; uoluntas antecedens non semper implet, sed uoluntas cō-
sequens semper impletur: qm̄ talis uoluntas est perfecta & simpliciter dicta uoluntas. Prima
ergo uoluntas est potius appellanda quædā uelleitas, q; uoluntas. Postremo uoluntas signi-
uocat signū uoluntatis diuinæ, sicut undicta peccati dicitur ira in deo: qm̄ uindicta in no-
bis est ira in die signū. Signa uero uoluntatis diuinæ sunt quinq; uidelicet preceptū, pro-
hibitio, consiliū, & hæc non semp̄ implentur, quia se habent sicut in fieri. Alia aut̄ signa
quæ sunt permisso & operatio semper implent, habet se nanc̄ sicut in factū esse. Quod au-
tem iam factū est, non potest non fieri. Vnde operatio est semper de illo, de quo est uolun-
tas beneplaciti. Operatio enim directe demonstrat uolitionē uolentis. Sed de his superficie-
tenus tranſeo, eo q; præſentis editionis intentionē excedant, & ad supernaturale ac theolo-
gicam inquisitionē magis pertainant. Dixi quidē in huius exordio operis, nō me uelle de
uniuersum dei natura tractare nisi secundū naturalis rationis indaginē, ad cuius tamē cō-
firmationē theologicę ueritatis testimonia introduco, quatenus ratio naturali q; s̄p̄ius
decipitur, certius consentiat. Vnde & hoc ueritas simili modo firmanda est. Qz em̄ diui-
nae uoluntatis ratio assignari non possit, inde eluceſcit, quod ait Apostolus: Quam incom-
prehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uic̄ eius. Quod uero diuina uoluntas incessa-
bilem impletur, patet ex illo quod in eadē epistola ait diuinus Apostolus: Voluntati eius
quis resister? Vnde & apud Esaiā dñs ait: Audite me domus Iacob: Consiliū meum stabit, &
omnis uoluntas mea fiet. Et in Hieremīa: Quis similiſ mei? & quis sustinebit me ait dñs: & qz
est iste pastor qui resifat uultū meo? Vnde ueritatem Augustinus testaſ, q; uoluntas dei quā-
uis sit s̄p̄e occulta, nunq; tñ est irrationalis. Hoc aut̄ non est ita sumendum, q; uoluntas diu-
ne ſit ratio aliqua, sed quia uult unū propter aliud eſt, ſic enim quod dā uult falvari, ut in eis
misericordia ſua reſplendeat uoluitq; uniuerſa creari, ut diuine naturę perfectionē in ipſis re-
lucet secundū Platonē. Cū uero diuina uoluntas fit prima entiū cauſa, primā aut̄ cauſa eiuſ
aſſignari non potest, hinc liquet q; diuine uoluntatis ratio dari non possit: nec tam en̄ eſt
aliq; modo irrationalitate uuln̄i, cū realiter idē ſint qd̄ diuina ſapiētia atq; diuina iuſtitia.

Articulus XLVII. An diuina uoluntas fit proxima cauſa rei & propria.

Recitans Albertus ſuper de Cauſis positionem Auicebron Platonicī philosophi,
Solus inquit Auicebron primū principiū per uoluntatē agere dixit. Auicebron
igitur in libro quē de fonte uitæ uocauit, diſeruit deū omnia per uerbū intus cō-
ceptū producere: per uerbū intelligens rationē exemplarē atq; idealē. Cum aut̄
deus immenſus ſit omnia penetrans, per cunctā incedens, atq; in omnibus operans, effectus
uero dei de neceſſitate finitus exiſtat, pofuit Auicebron, q; deus per uoluntatē quaſi per me-
diū operetur tanq; ex elecione, determinans hoc uel illud eſt agendū. Hanc aut̄ poſi-
tionem Albertus redarguens, Mirabile ait uidetur, q; ille nullā dictoſ ſuoꝝ rationē attendit.
Voluntas em̄ nō potest eſſe primū uel proximū rei principiū, ſed id quod formā dat operis
uidelicet intellectus. Quiquid aut̄ ſit de reprobatione Alberti, poſitio Auicebron non ſolū
rationi, ſed catholicis quoq; doctoribus conſona cōprobatur: & qd̄ Albertus affirmat ſolū
Auicebron dixisse deū per uoluntatē producere, nō uideſ ſatis perspectū. Plato enim in
Timē hoc aſtruit. Cauſam enī finalē mundanæ institutionis inquirit, Dicendū inquit
cur-

DE NATVR A AETERNI ET VERI DEL.

96

eur conditor fabricatorq; uniuersi omne hoc instituendū putarit? Optimum erat, Ab optimo porro inuidia lōge relegata eſt. Itaq; cōſequēter ſui ſimilia cūcta, prout cuiusq; natura
capax eē poterat, effici uoluitq; quidē uoluntatē dei, originē rei certissimū ſi quis ponat,
recte eū putare consentit. Deniq; Dionysius 4. cap. de diuinis nomi. ait, q; diuinus amor nō
reliḡ deū ſine germine eſt: & loquiſ ibi de producētō creaturę. Amor itaq; dei, creatiōis
rei extiſt cauſa: amor aut̄ uoluntatē cōcernit: uolūtatis ergo diuina, eſt proxima entiū cauſa.
In ſup secundū Algazelē Peripateticū, & idē aſtruit oēs theologi, Emanatio creaturę
a creatorē cōuenienter aſſimilatemanationi donoꝝ à datore: largitio aut̄ donoꝝ uolūtatis
eſt actio, q; ab amore procedit: et ea ergo a deo q; uoluntatē fluxerūt. Amplius inter infinitū
atq; finitū eſt infinita diſtātia, & nulla pportio naturalis ſe diuinitatē diuinitatē dinter
cauſam & effectū ſimilitudo qdā ſeu propoſitio exigit. Quid ergo eſt cauſa, q; creator inimi-
ſus rebus dona diuersa atq; finita cōmunicat, niſi q; libere agit, & qd̄ agendū ſit in ſeipſo eli-
git, & itē determinat. Ratioē nāq; & ideq; rei, nō libere ſed naturali in deo ſunt ſicut ſcītia.
Conſirmat qd̄ poſitio authoritate ſcriptur, que ait: Omnia quecumq; uoluit dñs fecit,
in celo & in terra. Et itē: Ipſe mandauit & creata ſunt. Nihilominus deus dicit cauſa rei
p intellectū: quis namq; in deo ſint idē uoluntas & intellectus, tñ alia ratione deus aſeritur
cauſa rei per intellectū, atq; alia per uoluntatē. Ad intellectū quippe pertinet ordinare,
diſtinguere, uoluntatē dirigere: ad uoluntatē uero ſpectat amare, precipere, & cognita exc-
qui. Inquantū itaq; opifex deus creabilia in ſua ſapiētia cōſpicit, diſtinguit atq; ordinat, p-
ducēdāq; dicit, dicit cauſa per intellectū, quēdā modū ſcriptū eſt: Omnia in ſapiētia fecit.
Et rursus: Quis eſt cōſtos in intellectū. Inquantū uero pactice cognita fieri iubet atq; ex-
cuit, cauſa eſt rei per uoluntatē, ſecundū quod in libro Sapien. habet: Sub eſt tibi cū uo-
lueris poſſe. Qz aut̄ Auicebron dixit deū per uoluntatē quaſi per mediū agere, in intelligino
uit quaſi diuina uoluntas fit aliquid a deo diuinctū, ſed quia ſecundū rationē aliud conue-
nit deo ſecundū ſuam infinitatem, & aliud ſecundū uoluntatē.

Articulus XLVIII. An primum principiū ſit cauſa rei per eſſe ſuū, ſeu per

naturam: & qualis ſit emanatio rerum a deo.

Licet p̄ terea iuxta p̄fhabita, omnes meliore philosophi uniuersore machinū à
deo productā profetiſ ſint, thiū determināto modū productiōi ſiſtū a deo, non
mediocriter errauerūt. Quidē em̄ dixerūt productionē uniuersi a primo eſte per
modū naturalis emanatiōi, ſicut eſt effluſio lucis à ſole ſi ſol ſub ſtatiſter eēt lux ſua. Alii p̄ modū
formalisi generationis, ſicut calor parietis naturali ſimilitudinē ſuā in aere generat. Alii qd̄
ponebāt mundū eſſe quaſi umbrā quandā lucis diuina, eandē naturaliter cōcomitantē. Co-
tra qd̄ Ambroſ. in hexamerō diſputat. Oēſ itaq; hi aſſerebāt deū producere p̄ eſſe ſuū, i. per
ſeipſum immediate: atq; per naturā, i. per neceſſitatē nature, queadmodū ſplēdor generaſ
a luce: qd̄ ita probabant: Omne cōpoſitū atq; per aliud reduci ad aliqd̄ ſimplex & per ſcri-
p̄tu ſuū ergo principiū cū ſit ſimpliſter p̄ ſimilitudinē p̄ ſimilitudinē ſuā ſe diuina ſuā ſe
per eſſe ſuū. & ſecundū nature ſuē ſimilitudinē proprieſtā, cauſa eſt rei non per aliqd̄ ad-
dictū. Quod aut̄ cauſat per eſſe ſuū & naturā, naturaliter & neceſſario cauſat. Vnde p̄dicti
philosophi dixerunt mundū ab æterno fuiffe, & tñ a deo fluxisse: quēdā modū Proclus ma-
nifeste teſtatur. Sed qm̄ iam ſatis oſtentum eſt ante, q; deus rei & creaturę eſt uoluntaria ac
libera cauſa, non eſt opinandū, q; deus agat per eſſe ſuū ſeu per naturā ſecundū ſenſum ex-
poſitū, ſed agit per intellectū & uolūtatem ſpōte atq; liberrime. Quod aut̄ dicit ſuam cō-
poſitū & agens per aliud reduci ad cauſam per ſe, uerū eſt: ſic deus eſt cauſa per ſe, qm̄
agit per aliud additū uel diuinctū. Namidea & intellectus atq; uoluntas, realiter idē ſunt
quod eſſe diuina. Idcirco ad hunc ſenſum poteſt concedi, q; deus agit per eſſe ſuū ſeu per
naturā: quia non agit per quippiam ſe diuina ſeu additū in ipſo conſiſtē. Emanatio e-
go rerum a deo, potius aſſimilat emanationi donoꝝ a datore, & artificatoris ab artifice,
q; emanationib⁹ p̄a inductis. Vnde dici poteſt emanatio ſapientialis & liberalis, artificia-
lis atq; ſpontanea: & hoc fidei conſonat ac ſanctis doctoribus.

Articulus XLIX. De regimine & prouidentia mentis diuinae.

Sicutautē Plato locutus eſt & Dionysio cōſonat, Prima cauſa im̄ & quodlibet agēs
in tribus p̄fectū eſt atq; idoneū ad agendū: uel delicit in ſcire, poſſe & uelle; ut ſit ſcītia.
Cui e-
nim hæc p̄aſtō ſunt, hic utiq; ad omniē operationē ſibi conuenientē ac naturalē eſt
efficax.

Voluntas dei
duplex.

Timo. 2.

Rom. 11.
Esa. 4.5.
Hiere. 4.9.

Dionysius,

P̄fhab.
P̄d. 1.4.
P̄d. 1.5.

Sap. 11.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

efficax. Enim uero ut ex p̄dictis patet, deus est omnium causa in triplici genere causæ. Est enim prima causa efficiens, & est causa regi finalis, omnia propter se operans & ad se reducens. Est quoq; causa regi formalis, formans, non formata, qua proprie dicitur causa exē plaris; ad cuius uide licet imitatione aliquid fit. Cum enī deus dicat ab Augustino ars aeter na rationibus plena, & mūdus archetypus, exēplar ac species regi creatarū, omnia ad aliquā sua bonitatis similitudine faciens, constat q̄ merito causa exēplaris uocat. Est autē regere, aliquid ad suū finē dirigere. Qm̄ itaq; deus omnia ad seipsum reducit ac ordinat sicut ad ultimū finē, mouens uniuersumq; & singulis influens mediata uel immediate secundum dignitatē & capacitatē suā nature, palā est q̄ deus omnia regit. Vnde & Plato differuit, Opificem deū cuncta fecisse, quatinus singula secundū suā possibilitate diuinā beatitudinis & perfectionis foret capacia. Et hoc idē Dionysius & Augustinus testati sunt. Præterea sicut ostendit 12. prime philosophie Aristoteles, Entianolunt male disponi, eo q̄ naturalia desideria singulorū, ad debitu ac propriū finē festinent ac tendant; naturalia autē desideria regi, ab auctore naturę impressa sunt: deus ergo gloriōsus & sanctus, qui est author nature, unicū gubernat. Insuper dictū atq; monstratur est, q̄ deus benedictus uniuersus & singula cognoscit & diligit, tanq; omniū intellecūlū & optimā causarū q̄ sit alia cognoscit & diligit, hoc utiq; prouideret eis si potest & si ipsa indiget. Non solū ergo cœlestia, incorruptibilia & intellecūlū sub diuina prouidentia cadunt, sed inferiora quoq; & bruta ac inanimata, & singula entia quantūcumq; minuta. Et in hoc Rabī Moyles iutenitur errasse, qui corrūptibilia dixit non subesse prouidentiæ dei nisi quantū ad species hominē dēp̄tor; q̄ proprie splendorē intellecūtus asservat prouidentiæ de subesse. Hic autē error & ueritas p̄dictorum ueteris atq; nouae legis autoritate ostenditur. Quod enī irrationalia etiā sub prouidentia cadunt, psalmista in finiū loquens de deo: Qui dat iumentis escā ipsoꝝ, & pullis coruorū in uocantibus eum. Iob 13:8 ait: Quis preparat coruo escā, quando pulli eius clamant ad deū, uagientes eo q̄ non habent escā. Vnde & apud Lucā ait saluator: Nonne quinq; pastores ueneunt dipondio, & unus ex illis non est in obliuione corā deoꝝ? Et Matth. 6:1. Repicte inquit uolatilis cœli, quoniā non serunt necq; mentunt, & pater uester cœlestis pascit ea. Porro Epicurei prouidentiæ regi dixerunt non cōp̄tere dīs, ne pax & quietudo eoz minorationem incurreret. Opinabant enī deos sine sollicitudine & inquietudine inferioribus prouidere non posse. Hunc autē errorē Platoni ci correxerunt, dicentes deū cuncta regere sine habitudine, i.e. distractiōne & multiplicitate atq; occupatione grauante. Propterea qd̄ Proclus ait: Omne diuinū prouide secundis. & Kereptū est ab his quibus prouide: Ens nangdiuinū prouide rebus per esse suū fine habitudine seu cōpositione uel additione ad suū esse; ideo quietissima atq; pacifica mente regit ac prouidet, nec occupat mundū regēs, nec turbatur hunc disponeſ ſ conseruansq; ſtabilitate. Vnde in lib. de Causis habet: Causa prima regit res omnes p̄t̄er quod cōmīſcat cū eis; quod est, qm̄ regimē non debilitat unitatē eius, q̄a cauſa prima est fixa ſtās cū unitate ſua pura ſemper, eo q̄ ſit bonitas pro eſſe ſuū: Ideo eſt agēs uegē & regēs per finē decoris. Veruntamē prouidentia diuina necessitatē rebus nequaq; imponit, ſed regit uniuersumq; ſecundū diſpoſitionē & exigentia ſue nature, idcirco non impe dit ſemper maloꝝ eventū, ſed contingētia & variabilita regit ſicut capacias ſunt. Aduertendum autē q̄ ad prouidentiæ pertinent duo, uidelicet dispositio & executio: quantū ad pri- mū, omnia immediate ſub prouidentia cadūt, ſicut & immediate cognoscunt à deo; quantum uero ad ſecundū, deus regit & prouidet inferioribus per ſuperiora. Oportet nang; hūc mundū contigū eſſe latiōibus ſuperiorib; ut tota eius uirtus inde gubernet. Qm̄ tñ diuina prouidentia omnia cōprehēdit, prefertim quantū ad diſpoſitionē ordinis regi, propterea in Iob habetur: Quē conſtituit aliū ſuper terrā, aut quē poſuit ſuper orbē quē fabricatus eſt: Vbi Gregorius dicit, Mundū per ſeipſum regit qui eum per ſenectiū condidit. Deniq; ſic perfecte & ſpecioſe deus mundū gubernat, q̄ nullū inordinatum relinquit inordinatum, ſed ſua iuſtitia reparabit per poenā, quod inordinatum erat per culpā. Imō nec mala permitte ret fieri, niſi ſciret, uellet & poſset ex eis bona elicere. Poſtemo quod addit Apostleſ: Nū quid cura eſt deo de bubis: non eſt ita intelligendū, q̄ boues & bruta extra prouidentiam diuina confiſtant, ſed quia propter ſeipſa non curantur à deo, ſed propter aliud: ordinatur nang ad hominē. Vel ut Thomas affirmat, hoc ideo ait A poſtoliſ, quoniā actus talū rerū non cadunt ſub ratione meriti uel demeriti. Simili modo exponendū opinor, quod ait beatus Hieronymus ſuper Micheam, Deum non curare de pulicibus atq; ſimilibus.

Articulus I. De omnipotentiā dei, & immensitate diuinā potentiæ,

Porto

Psal. 145.
Job 13.
Luc. 12.

Iob 13:4

1. Cor. 9.

In prima par-
te.

DE NATVRĀ AETERNI ET VERI DEI.

97

Porr̄ deus qui purus actus perhibet, paſſiuē potentiæ admixtionē non patit: non eſt ergo in deo nīſi actua potentiæ: hæc q̄ in deo excelsō eatenus pfecta ac plena eſt, ut uere omnipotens appelle: q̄cquid enim in deo eſt, diuina idē ſificat eſtentia. Sicut ergo diuina eſtentia infinita eſt ſimpliſt̄er q̄ pfecta, ita diuina potentiā eſt prorsus pfecta & uere immensa. Deniq; ſicut operatio proportionali potentiæ, & ſequit̄ eā fluē ex ea, ſic potentiæ proportionatur eſtentia eāq; cōſequitur: nobilior eīn & plenior atq; pfectio eſtentia excellentiorē uigoroforē q̄ ſortis potentiā. Cū iſiſ iuxta prehabita, diuina eſtentia ſit in fini- ta, incircuſcripta, incoſprehēbilis & extera, palā eſt tale quoq; diuina eſt potentiā. Præterea ſi diuina potentiā nō eſt immensa, eſt finita ſuū autē infinito in infinitū inferiori & min⁹ exiſtit. Si itaq; diuina eſtentia eſt immensa, diuina potentiā aſſerat finita, ſequit̄ diuina poten- tiā in infinitū eſſe diuina eſtentia inferiori atq; minorē, qd̄ absurdissime ſonat. Quid autē actiua potentiā fuerit maior, eō in plura potest, & plura eius causalitatē ſubdunt. Cū ergo in finita potentiā omnē finitā potentiā infinitē incoſparabiliter q̄ excedat & uincat, conſtat q̄ infinites plura atq; maiora facere potest q̄ quæcumq; finita potentiā. Imō nec potest in tot, quin poſſit in infinites plura. Si autē hoc ita ſe habet, tunc utiq; deus omni potēt̄ eſt, & omni potentiā eius eſt ſua eſtentia. Vnde quēadmodū diuina eſtentia noſtri intellectus capacitatē atq; no- titiā in infinitū trāscēdit, ita diuina potentiā noſtrę rōis inuestigationē & cognitionē infinite exuperat, incoſparabiliter ergo plura & imp̄ſcrutabiliter mirabiliora potest efficere, q̄ nos poſſimus cōcipere. Ideo August. Deniſ in q̄ deo aliq; poſſe facere, & nos nō poſſe intelli- gere. Vanisſimi igitur cenſendi ſunt, q̄ diuina potentiā limitare pſumentes, dicent deū aliter operari non poſſe q̄ agit, nec immutare poſſe ſolitū entū cursu naturalē q̄ legē. Imō hoc totū falſissimū eſt, & deus gloriōſus & fortis, in infinitū plura maiora q̄ potest q̄ nos uel co- gitare uel effari poſſimus. Propterea ſecundū ſuū ſolitū potentiā poſter omni momento nouū mundū creare, uno & hunc mundū deſtruere. Et ſi aliqua ſunt que dicuntur nō poſſe fieri, ſicut corpus infinitū, hoc nō eſt ex impotentiā dei, ſed regi. Nature enī create nō ſunt ea paces omniū, ad quē diuina potentiā ſe extendit quantū in ſe eſt. Porro ſi deus omnia poſſet, oportet ut obiectū diuina potentiā ſit eſte ſeu ens ſimpliſt̄er atq; cōmūniter ſumptū, & hoc uerū eſt. Nā cū deus ſit prima & uniuersaliſſima cauſa, oportet ut proprius eius effectus ſit aliquid in rebus creatis primū & uniuersaliſſimum, uero eſt iſo. Omnis autē potentiā pfecta ad uniuersa extendit, que ſub ſuo obiecto proprio cōntinentur. Quicq; dītaq; fieri po- test, id eſt cuicq; ratio entis nō repugnat, deus facere poſteſt. Nihilo autē ſeu nō eſt, ſecundū qd̄ tale, repugnat ratio entis. Similiter cōtradictrorie oppositioſ, & omni bus que cōtradictrio- nē includent ſeu implicāt, iſum eſſe repugnat. Propterea dicitur deus non poſſe facere ut non eſt, uel cōtradictroria ſimul eſſe uera. Melius tñ & uerius dicimus talia nō poſſe fie ri q̄ deū nō poſſe ea facere, quia q̄ fieri nequeat, nō eſt ex impotentiā diuina uirtutis, ſed propter entū incapacitatē, ut ait Albertus. Inſup, cū deus ſit purus actus, idcirco diuina poten- tiā eſt mere actua nullatenus q̄ paſſiuē. Tria ergo à diuina potentiā excludunt ſecundū Thō- mā in ſumma cōtra gētēles: & idē dicit Albertus, uidelicet primitia mala ac materialia ſuū enī haec paſſiuē potentiā in eo eſſe requiri, in q̄iſpa cōfifere poſſunt & ideo deus non po- ſteſt ſeipſum corripiere, aut uelle non eſt, aut metiri, peccare, comeſdere, dormire, aliud eſt induere meq; ſimila que nobilitati ac dignitati diuina potentiā derogat, ut arbitror contradic- trione ueraciter implicat: qd̄cunq; enī iſo dicit deus poſſe, ſequit̄ iſum deū nō eſt: qui ſequeret eū nō eſt pfectu & ſimpliſt̄, & q̄ dignius cogitari nō poſteſt, quo dato, ſequeret eū nō eſt deus ſicut oſtēlū eſt. Deus itaq; omnia poſſet, que poſſe, eſt ſimpliſt̄er poſſe, & uera nobilisq; potentiā. Si uere dicit aliquid nō poſſe, accipit̄ ibi poſſe potius pronō poſſe q̄ pro poſſe, uidelicet qm̄ talia poſſe nō priuer ad preclarā & actualē potentiā, ſed ad defectū po- tentiā, uel ad potentiā determinatā & incoſpletā: ut poſſe ſanari, poſſe illuminari, iraci, iuuari: qua oīna ſumme derogat potestati. Omnipotentiā in ſup dei philoſophi quoq; agnouerūt Aristoteles nang; Agathonē philoſophi laudat, quoniā nīl a diuina excludit potentiā, nīſi impossibile fieri. Et Auicenna aſſerit, quia primū principiū in hoc atq; iſo appellatur omnipotens, quoniā omnia poſſet quæ uult & ſicut uult, nīl habens potentialitatē admix- tum. Quod ſacra etiā ſcriptura copioſe fatetur. Scriptū enim eſt in Gēteſ: Ego dñs omni- potens: ambula corā me, & eſto perfectus. Et apud Hieremiat: Dñe deus, ecce tu fecisti cœ- lum & terrā in fortitudine tua magna. Non erit tibi difficile oīna uerbū fortissime, magne, potens, dominus exercituum nomen tibi. Vnde & Luce 1, archangelus dixit: quia non erit

Augustinus.

tria & diuina
potentiā exclu-
duntur.

Omnipotentiē
dei eſt, philo-
ſophi agno-
ſcent.

Gen. 1:7.
Hier. 3:2.

imposi-

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

impossibile apud deū omne uerbi. Postremo patet ex dictis, q[uod] naturali ratione demonstrari possit deū esse omnipotens; ideoq[ue] opinio dicentis, q[uod] omnipotētia dei persuaderi potest non demonstrari, non reputatur conueniens.

Articulus L. Confirmando p[ro]p[ter] dictorum de omnipotētia dei ex uerbis Dionysii,
Augustini & Anselmi. De potentia quoq[ue] dei absoluta & ordinata.

AMPLIUS de diuina uirtute oris effari diuinus Dionysius §. ca. de diuinis nominibus. Quoniam inquit diuinitas segregatur ab omnī uirtute, quomodo laudant eā theologi sicut uirtutē? Dicimus ergo q[uod] deū est uirtus, tanq[ue] omnem uirtutē in se supersubstantialiter habens & contineens, per suā inflexibilē mobilē q[uod] uirtutē uniuersa producens, tanq[ue] in infinitā uirtutis existens; eo q[uod] uirtus ipsius uniuersa excedens, inex cogitabilis sit, ineffabilis & ignota; peruenit q[uod] ad omnia, & saluat ac perficit ea, & participatur ab omnibus. Nihil enim existentium priuat omni uirtute; quod namq[ue] nullā habet penitus uirtutē, nulla erit ipsius positio: nā si omni caret uirtute, nullā habebit operationē, & p[ro] consequens uanuera & frustra. Omne ergo existens sortit uirtutē, aut intellectualē ut angelitaur rationalē ut hominestat sensualē ut bruita aut vegetabilē ut plantae; aut naturalē ut inanimata. Et ex diuina uirtute emanant deiformes ornatū angelicorū virtutes. Cōcluens igitur Dionysius, Laudamus aut deū sicut potentē, sicut omnipotentē, sicut in sua eterna potētia dominante. Et sicut omnia existentia p[re]habentē & superhabentē, secundū suā supereffentiale uirtutē, & exuberanti effluxione largientē omnibus existētibus esse & posse; ac omnia secundū abundantissimā plenitudinem suā uirtutis omnia excedentis. Deniq[ue] Augustinus in Soliloquio deū fidulariter alloquens, Omnipotens inquit manus tua dñe, una semper ac eadē, creauit in celo angelos, & in terra uermiculos; nō in illis superior, neg[ue] in istis inferior. Quemadmodū enim nulla alia manus angelū, sic nulla posset creare uermiculū sicut nulla celū, ita nulla minimum arboris foliū; sed omnipotens manus tua, cui par modo omnia sunt possibilia. Nec enim possibilis tibi est creare uermiculū, q[uod] angelū. Nec impossibilis extendere celū, q[uod] foliū. Nec difficultius fundare terrā super aquas, q[uod] fundare aquas super terrā. Sed omnia quæcunque uoluisti, sicut uoluisti fecisti in celo & in terra, in mari & in omnibus abyssi. Porro Anselmus in proslogion, Quomodo inquit omnipotētia deū est, si omnia non potest: ut si nō potest corripi, nec mēti, nec facere uero, esse fallum. An h[oc] posse non est potentia, sed impotentia? Nam qui hoc potest quod fibi nō expedit & quod non debet, quanto magis hoc potest, tanto magis aduersitas & perueritas possunt in illum, & ipse minus contra illas. Qui ergo si potest, non potentia potest, sed impotentia. Non enim dicitur ideo posse quia ipse posset, sed quia sua impotentia facit aliud in se posse. Multa enim improprie dicuntur: sicut dum ponimus esse prononcere, & facere pro nonnacere. Dicimus enim si p[ro]p[ter] ei qui aliquid negat, sic est quemadmodū dicis esse; q[uod] magis proprie uideatur dici, sic non est quemadmodū dicis non esse. Itē dicimus: Iste sedet, sicut ille facit uel iste quiescit sicut ille facit; sicut federe sit quoddam non facere, & quiescere sit nihil facere. Sic utiq[ue] cum quis dicitur habere potentia faciendi uel patiendi quod fibi non expedit aut quod non debet, impotentia intelligitur per potentiam. Tantè ergo deū est magis uere omnipotens, quo minus aliquid per impotentiam potest, & nihil contra se potest. H[oc] autē uerba Anselmi Dionysio consonant: quā 8. cap. de diuinis nominibus illud soluturus quod obiiciebat Elymas magus Paulo apostolo, qui ait ad Timotheū, Deus scipsum negare non potest: Contra quod Elymas institutus dicens: Si deus scipsum negare non potest, nō est omnipotens. Hoc Dionysius soluturus, Si hanc inquit instantiā soluo, timeo ne tanq[ue] puer derideareo q[uod] studeā aedificia in firma super arenā fundata dissoluere. Veruntamen breuiter soluēs dicit: Cū deus fit ueritas, negotio dei, est casus à ueritate: & ergo nō ad potentiam, sed ad impotentiam pertinet. Oportet demū postremo aduertere, q[uod] in deo ponit duplex potentia: uidelicet ordinata & absoluta. Quāuis enim in deo sint idē, sapiētia, uolūtas atq[ue] potētia, tñ sapiētia sumit tanq[ue] dirigēt potētia tanq[ue] exequi se uolūtas ut imperiā. Ideo qd p[ro]tinet ad diuinā potētia secundū se considerat, dicit deus posse absoluta potētia: & hoc est omne id quod cōtinet sub potētia diuinā obiecto qd est ens, seu est cōmuniter dictū. Vnde oīne illud in qua ratio potest saluari, potest deus de potentia absoluta. Quā vero attribuitur diuinā potētia, seu ad eā pertinere dicunt, inquantū exequi imperiū uolūtatis iuste sapiētiae. Posset tñ ea facere cōgruētia ut aliq[ue] assertūscit, q[uod] posset ea simpliciter.

Articu-

DE NATVRA AETERNI ET VERI DEI.

98

Articulus LII. Quomodo misericordia & iustitia in deo sunt.

Bexordio huius editionis frequenter dictū recordor, quemadmodū esse diuinū, simplicissimū, perseverans, omnē perfectionē cum infinita plenitu dñe continet; & q[uod] omnipotens ac sapiens deū idcirco machinā mundi cōp[er]git, quatenus diuinā bonitatis perfectio in creaturis luceret; que quia propter suā eminentiam in una reg[ione] specie, uel paucis sufficienter in entibus participi atq[ue] lucere non ualuit, instituta sunt multa species ac uarii ordines reg[ione]s; ut unoquoq[ue] aliquid diuinæ perfectionis participante, omnia simul creatoris perfectionem excellētius declararent. Porro misericordia atq[ue] iustitia sunt p[re]claræ uirtutes. De iustitia enim testat Philosophus: Quod nec h[oc] sperus, nec lucifer est ita mirabilis. Sed & Cicero Iulium laudat. Nulla inquit in uirtutibus tuis admirabilior gratiosior q[uod] inuicem iustitia & misericordia. Et idem Augustinus nono de Cittate induxit. H[oc] ergo uirtutes in diuinā natura consistunt, quemadmodum de sapientia & uoluntate præhabitu est. Et quoniam h[oc] uirtutes in deo sunt, uolunt deus eas in creaturis relucere, quædam operans per misericordia, quædam autē per iustitiā. Est ergo misericordia in deo, non prout passio animæ speciesq[ue] tristitiae, scilicet alienæ miseriae quædam compassio. Dicitur namq[ue] misericors secundū Damascenū, quasi cor misere habens; quod beatissimo deo non competit. Rursus misericordia prout est uirtus moralis prædictæ passionis ordinatrix, non est proprie in deo, sicut nec passio talis. Veruntamen est in deo, dignissimo & excellentissimo modo quantū ad suā radicē ex qua omnis effectus pietatis & misericordiae effluit. Ideo aliqui dicit, q[uod] sit in deo non secundū passionis affectū, sed ratione effectus; eo q[uod] de misericordiis infinitatibus subueniat, in opia suppleat, nec studines relevet; sicq[ue] per modū cōp[ar]ationis se habet: deoq[ue] misericordiis nuncupat. Quantū ergo ad id quod perfectionis in uirtute misericordia continetur, dicenda est misericordia esse in deo. Porro secundū Macrobiū, Iustitia in deo, est obseruatio legis aeternæ in suis operibus. Et ut ait Anselmus, Dupliciter dicitur aliquid iustū in deo. Primo quoniam decet eum. Secundo quia meritum creatura id exigit. Vnde in proslogion ad deū loquens, Domine inquit, dum punis malos iustū est, quia illos meritis congruit; dum misericordia & parcis malis iustū est, quoniam bonitatē tuā decet. Tanta nempe est bonitas dei, ut iustum sit eam quibusdā indignis misericordiis & parcere, quamvis illos uita & merita peccatum mereatur & iram. Quomodo autē iustitia consideretur in deo, Dionysius octauo cap. de diuinis nominibus plene ac pulchre inſinuat: Deus inquietus dicitur iustus tanq[ue] uniuersus distribuens secundū singulog[ue] congruentia, & commensurationē, & pulchritudinē, & ornatiū ac ordinē. Diuina namq[ue] iustitia omnia ordinat & terminat, & singula à singulis incomixta & inconfusa custodit; & omnibus prout capere queunt, distribuit. Et in hoc declaratur esse uera iustitia, quod cuiusq[ue] rei naturam saluat in proprio ordine & uirtute ac specie. Quamvis itaq[ue] non sit in deo communiatua iustitia, qua circa commutations humanas, uidelicet emptionem ac uenditionem ueratur, est tamen in deo iustitia distributiva, per quam unicuiq[ue] secundū propriā dignitatem capacitatēq[ue] influit. Sed quia iustitia in æqualitate consistit & debitū respicit, mirum apparet, quomodo esse dicatur in deo respectu creature; cum inter deū & creaturas nulla existat æqualitas; nec deus alicuius sit debitor; quippe qui ad nihil aliud ordinatur: neque ad aliud extra se dependentiam sorbit. Et respondendum, q[uod] in deo apud quē non est personalis acceptio, consideratur æqualitas quantū ad hoc q[uod] nulli minus confert q[uod] meretur & dignus est. Non autē oportet inter eos inter quos inueniuntur iustitia, esse omnimodā æqualitate, sed aliquā proportionē: aliter inter regē & seruū non posset attendi iustitia: quamvis etiā proprie deus nulli sit debitor, presertim cū nostra merita cūctā bona, eius sint dona, nihilominus dicimus deū rebus debitis perfectionē uel gratiā iuste largiri, dum præstat rebus qd eis naturaliter cōpetit. Nā talis perfectionē rebus est debita p[ro] comparationē ipsaq[ue] ad proprios fines. Præterea in deo id ē esse dicunt ueritas atq[ue] iustitia. Omniaq[ue] q[uod] nō iustitia sunt ascripta, ad diuinā pertinet ueritas dei est causa, mēsura ac regula reg[ione]. Idcirco ipsius est in rebus congruentē instituire ordinē: stabilitaterq[ue] cōseruare eundē: qd est iustitiae actus sicut ostēsum est. Postremo pensandū, q[uod] cōmunicatio donoy diuinoy attribui solet q[uod] diuinæ bonitati, q[uod] misericordia dei, interdū liberalitati, uicissim q[uod] iustitiae. Et quis in deo omnia ista sint idē, tñ propter rōes diueras sit iustus. Nā cōmunicatio bonitatis absolute cōsiderata, ascribit bonitati diuinę. Inquantū uero prefat secundū proportionē dignitatis capacitatēs reg[ione]s, ad iustitiae pertinet: inquantū autē deus beneficia sua largit, non sūc sed nostrę utilitatis intuitu, cōmunicatio ista liberalitati tribuit. Inquantū uero no-

Iustitia & misericordia laus.
In oratione pro
M. Marcello,

Objec[ti]o.

Responso,

S 2 stram

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

stram misericordia inopiat̄ depositum, ad misericordiam pertinere censetur. Quomodo autem in omni opere dei misericordia iustitia et concurrent, de praedestinatione quoque & praedestinatione, atque de praesenti materia plura hic loqui non decet, quoniam naturalis rationis forma transcendit, & ad theologicas supernaturales sapientia pertinent. Hoc tamen breuiter commemorandum opinor, quod cum dei iustitia & misericordia eius sit ipsa diuina essentia, ideo sicut diuina essentia omnem rationem & inuestigationem in infinito excedit, ponens tenebras latibulum suum, tanquam inaccessibile lucem inhabentia, sic diuina iustitia, misericordia quoque diuina, cum utramque sit uere immensa, omnem intellectum creatum, & omnem perscrutacionem ipsius sine mensura excedit & supererat propter quod iudicium dei dicitur abysmus multa. Quis enim, ut de ceteris tacet, quis in qua mirari sufficiat, cur in primordiali rebus productio, quia nulla merita processerunt, deus sapientia omnipotens, unius rei maiorem pfectio, dedit quod alteri, tam in essentialibus quam in accidentalibus.

Articulus LIII. De beatitudine & infinita delectatione ac syncerissima uoluptate supergloriosissimi & superbeatissimi dei.

EX omnibus porro potentissimis factis, non nisi intellectus atque uoluntas deo conueniunt. Haec namque potentia nobilissime sunt, & in operatio ipsorum beatitudine constituitur: praesertim in actio intellectus secundum Philosophum. Ethic. ubi in speculazione optimi pfectibilis felicitate contemplativa constituitur. Estque maior & certior saluatoris authoritas: qui ad patrem loquens, Haec est inquit, uita eterna, ut cognoscant te filii uecte deum, & quem misisti Iesum Christum. Felicitas itaque essentialiter in actu intellectus consistit, cum intellectus sit nobilissima uirtus secundum philosophos. Voluntas enim secundum se comparat tyranno; & nisi ab intellectu regat, in omni malum precipitat. Quarto itaque actio intellectus pfectior fuerit atque nobilior, tanto beatitudo & delectatio consequens plenior erit & maior. Perfectio autem intellectualis optatio ex tribus pfectis dependet: videlicet ex nobilitate potestie, ex dignitate obiectu, & ex modo unius seu forma intelligibili, per quam potestia intellectus agit, & obiectu suu cognoscit ac pspicit. Quod nonne potestia fuerit dignior & obiectu sublimius, ipsaque intelligibilis species plenius representans obiectum, eo utique opatio intellectus & pfectio & nobilior, delectabilior atque felicior. Ostensum est autem ipsius, quod intellectus diuinus sit substancialiter infinitus; & quod eius obiectum adaequatum ac proprium, non sit nisi diuina essentia, quae & ipsa uere est in circumscriptione: quod ite deus cognoscit se p se, sic quod intelligibilis species diuini intellectus, diuina natura. Cum itaque omnia ista in deo bidentur infinita consistat, & ipse diuinus intellectus diuina essentia plenissime comprehensus atque cum infinita lumenitate in tute &clare pspiciat, constat quod beatitudo mentis diuina, sit uere immensitatem & delectatio dei gloriosus sit penitus infinita. Gaudiumque secundum Albertum, est diffusio animi in concepcione apprehensione ueboni. Cum ergo deus excelsus & felix se ipsum in corpore, uideat se esse infinitam & puram, simpliciterque pfecta bonitate, certe est quod se ita cōspiciens, infinito gaudio deleret in semper pfectissimum cui id est, ab alio nullo receperit, sed de propriis independentibusq; deliciis gloriose exultet. Considerans neque deus aeternus se ipsum, uideret se a se ipso esse quod est, ideoque nullius egere: sed omnia reliq; eius beneficij incessabiliter indigere. Videntur in se in omni nobilitate cum infinita plenitudine pfectissimum esse. Aspicit se immensum pulchritudinis, immensum sapientiae, immensum portae, immensum dignitatis ac laetitiae exstere. Inficit se uniuersa creata interminabiliter exaltatione transcedere. Cum ergo omnia ista in seipso pspiciat, nonne uoluuntuissimum, & ut sic loquitur, pfectissimum ac impenetrissimum gaudio pfectus exuberat, atque letitia mentis intusue & uere immensam redudat atque abducit? Prterea delectatio uoluntatis ex fructu amati & possisiōe bōi cōcupit oriū cōscēt. Et quanto qd amplius diligit, uehementiusque cōcupiscit, tanto in illius adlectio, possisiōe ac fructuōe intusue atque sublimius gloria. Deus autem, propria bonitate cum immensitate, infinita dilectione amat. Quarto igitur a pfectus fructus & plenius possidet eā, tanto copiosius iocundat. Cum igitur deus & ipse solus, propria bonitate pfecte comprehendat, ipse solus ea pfecte fructus, & in pfectissimum possidet etiam sibi cōsubstantialiter. Vnde quoadmodū bōitas eius immensā ē, ita & beatitudo & delectatio eius sunt quōlibet infiniter quantūque in infinitū maius est omni finito, tanto beatitudo mentis diuinae omnē felicitate creatā excedit. Ineffabilis itaque & inexcogitabilis, & incomprehensibilis est beatitudo dei sublimis & adorandi, omniē sensum inaccessibiliter superēs: omnisque mentis creatae capacitate infinita trascendit: omniū creato intellectui in expectatione & soli diuino intellectui notarita quod sicut cōparatio diuine essentiae, omnis creatae natura quasi nihil reputat & sicut inane, sic cōparatio diuine beatitudinis, omnis creatae felicitas uideat uelut tristitia, & tanquam defectus. Propter quod ad Timotheum ait Apostolus, Beatus & solus potens rex regum, & dominus dominiorum. Insuper quanto forma denominans aliud, uicinus intimusque coniungitur illi, tanto habens formam illam perfectius.

Psal. 17.

Psal. 37.

Ioan. 17.

Dissimilatio gaudi.

Esa. 40.

Tim. 6.

DE NATVRA AETERNI ET VERI DEL.

99

perhibetur in ordine illo. Idcirco ignis est maxime calidus, quoniam calor ei est intimus: & sol quoque simili ratione est maxime lucidus. Verum tamen ignis non est suus calor: nec sol suus splendor. Si autem ignis esset suus calor, sol quoque proprius splendor, quis ferret eosque calorē atque splendorē? Itaque quantum beatitudo menti beatitudo intimus & inseparabilis copulat, tanto perfectius denominat eam, & feliciorē efficit ipsam. Cum ergo deus sanctus ac simplex sit, nedū beatus, sed etiā essentialiter propria beatitudo, palamque ipse omnibus modis incompatabiliter sit beatus: cunctis beatior, & beatissimus prorsus. Beatitudo namque est operatio optima & perfecta secundū Philosophum. Cum ergo solus deus propter incomprehensibilis est simplicitate sit idem quod opatio sua, neque dicat agere seu operari propter aliquod sit distinctum atque egreditur, sed sicut omnis actualitate cōplete & liquet quod solus deus sit substancialiter felix. Idcirco secundū se totū beatus est atque totaliter felix: nec est aliquod in eo quod non sit interminabilis & in circumscribilibus & incomprehensibilis beatitudinibus sed quod in eo est, id omnibus modis est infinita hilaritas, illimitata iocunditas, sempiterna uoluptas & eternaliter plena, uicissitudinem non admittens, mensuram, modum ac terminum necesse. Deus enim sublimis & subditus, simplicissimus finis est, obiectum & gloria: cui id est esse quod perfectum est: quod beatum est etiā diuine esse: quoniam eius perfectio est sua essentia: ieius quoque beatitudo, est sua natura: & eius diuinitas sunt sua natura. In hore contemplatione frater dulcissime nos uenienter gloriarior oportet: & tanto uehementius, quanto deū nostrū p̄e omnibus diligere debemus, totalius atque calidius. Ipse enim in seipso omnino gloriissimus est, sicut qui uere est pulchritudo infinita, lumen immensum, sanctitas in circucripta, dulcedo & eterna, pax quietus, supersubstancialis essentia, uita perfecta, omniumque bonitatis plenitudo intermina. Postremo beatitudo diuina omnis felicitatis plenitudinem uere & intellectuabiliter comprehēdit: Nam quicquid uel in uera uel in falsa felicitate desiderabile est aut bonum apparet, hoc deus uuius & uerius, in suo superessentialissimo esse perfecte & uere complectitur: quoniam de contemplativa felicitate habet sui ipsius & omnium que sunt uel esse possunt, perfecta notitia. De felicitate uero actua, habet totius mundi gubernationis liberrimam. De beatitudine quoque terrena & falsa, quae in diuinitate & uoluptate, forma & potestate queritur atque locat, habet pro diuinitate omnium bonorum & pulchrorum fuscitissimam possessionem, per quam dicitur esse diues in se sicut nullo indigena: & diues in aliis tanquam omnibus prouidens. Pro uoluptate autem habet gaudium de seipso, & delectationem de uiueri suis effectibus. Vnde scriptura testatur: Sit gloria domini in seculū, et abit dominus in operibus suis. Porro pro potestate habet omnipotentiam atque infinitam uirtutem. Pro fama autem habet omnis creaturā admirationē. Voluptas ergo, diuinitas, potestas, & fama, in deo uere & intellectu alterius sunt in aliis uero false & inordinate queruntur. Idcirco in solo deo querenda constat.

Bestitudo qd sit.

Psal. 15.

Psal. 10.

* Alias, sensibile.

Articulus LIV. De supersplendentia lumine, atque lucis sua claritate diuinae essentiae.
Lux denique appellatur, quod obscura uisibilia efficit, quod tenebrosa illustrat, quod opacat clarificat. Cum ergo deus benedictus & gloriatus, incorporeus, atque corporeus sua bonitatis effusione perficiat, nihilque ab yllum sua omnipotēti uirtute ad esse deduxerit, cum insuper fine eius bonitatis communicatione omne creatū tenebrosum existat, constat quod ipse ueraciter lumen dicat, cuiusque utique luminis omne, & sensuale lumen, imperfecta & diminuta resonatia, debilisque participatio extat: intellectuale uero, intellectuū hypostasiū lumen, presertim super celestis uero animorum, euidentior atque pfectior participatio phibit lumen diuinum. Prterea oēs simplices bonitates, cuiusmodi sunt esse, uiuere, intelligere, &c. quod aliud sunt nisi lumina quae: parentia autē eoz, peccata quoque & non esse, omnisciē defectus & omnis priuatio, quid aptius nominantur nisi tenebrae quædā? Esse namque & uiuere ac intelligere, bonitatesque similares, reddunt unūquodque uisibile sive corporaliter sive intellectualiter. Cetera uero que dicta sunt, actū fortunū oppositiū. Quoniam igitur omne esse & uiuere, omne quoque intelligere, omnisciē forma & bonitas creata ac simplex, ex syncerissimo & superpurissimo diuine essentiae fonte originaliter profluxerunt, parentia uero bonitatis ista & non esse atque defectus, rebus nequaquam conueniunt prout a deo emanant, sed secundū quod ab ipso distatō occubunt: Cum in qua sita, certissime liquet, quod deus sanctus & potens, cōuenientissime lumen uoce. Est ergo diuina essentia lux summa & plenaria lux aeterna atque immensissima super splendida & super pulcherrima: lux utique in seipso infinita claritate resplendet: lux pura in quanulla sunt tenebrae in nulli defectus: nullus est terminus lucis: lux demum super delectabilissima, supergaudiōsissima & superbeata: quæ omnē lucē creata, sensibilē ac intelligibilē, incomparabili puritate transcendit: infinita lumenitate excedit: & superessentialiter ac superignotō splendore exuperat. O lux amabilissima, defiderabilissima, deliciōsissima, quāta synceritate

s 3 ceritate

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

ceritate in te ipsa refuges, quanta claritate omnia eternaliter & invariabiliter cōspicis, quā uere ac int̄sue infinita delectatione perfrueris, quā iocundissimā uitā ducis, quā stabiliſſe curitate, libertate ac nobilitate ornaris, quā consummata perfectione subsistis. Porro Dionyſius 4. cap. de diuinis nominibus ostensurus, Cur deus excelsus & sanctus lumen nuncupet, Solis inquit radius ex bono est, i.e. ex diuina bonitate emanās. Propterea bonū seu deus laudat nomine luminis, propter assimilationē lucis cū bono diuino. Quēadmodū enim deus uniuersa illustrat, nec aliquid inquantū in se est, participatiōe suae bonitatis deſtitutū relinquit, sed omnibus emītēs, singulorū & capacitatēs adimplēt, & unicuiq; prout mereſ & dignū est, bonificos radios influit & cūcta perornat, si sol iste ſenſibilis, q̄ diuine bonitatis euidēs est imago, omnia uisibilia luminis ſuā diuifione clarificat, ornat & cōpletat, q̄ unicuiq; ſecūdum q̄ capere potest, radios luciformes infundit. In ſuper Dionyſius, Tractemus ait q̄mo- do bonitas diuina intelligibile lumen uocetur. Quod utiq; ideo dicitur, quoniam ipsa omniē ſupercelestē intellectū intelligibili lumine implet, & ab animabus quibus ingignit, omniē ignorantiae fecē repellit, & omnibus ſecundū quod capere queunt ſanctūlumen infundit, quibus guſtantibus lucis inſuſa dulcedine, atq; accentis ac magis optantibus, bonitas diuina ſic copioſius emicat, & abundantius ſuperfulget, ac amplius tradit, q̄m dilexerūt multū. Bonitas itaq; diuina lumen appellatur, tanq; radius fontanus in ſcīpī coauſu- mens, & ſuperhabens & p̄rehabens omniē donationē illuminatię uitutis, tanq; ſuperexce- center & principaliter lucens, omnes p̄illuminatos in ſuperinfuso radio congregans atq; cōcordans. Quemadmodū enim ignorantia est diuina abiniē deceptioꝝ & in errore labientiū, ſicut in hærefum multitudine patet, ita p̄ſentia luminis intelligibilis defup ſuſi, eft coadunativa & illuminativa eoz, qui illud recipiūt eft quoq; perfectiua & conuerſiua eoz, à multis opinionibus, variash; uifiones uel potius phantafias inaneſ ad unā uerā, mun- dan & uniformē notitiā colligens, ſpeculatores, q̄ ſuos unitiuo lumine implens. Porro Au- gustinus de hac luce diuina affectuofissime loquēs, ait: O lumen ueg, lumen ſanctū, lumen delectabile, lumen admirabile & ſupermirabile, quod illuminas oculos angelorū, quod nō niſi purgatiſſimis cordibus uideri potes. Beati mūdo corde, quoniam ipſi uidebit te. Olux quānon uideat alia lux, lumen quod non uideat aliud lumen, lux quoq; obteñebas lucē: cuius cōparatione omne lumen est tenebrat cui omnes tenebrae lumē: cui omnis obscuritas lux.

Articulus LV. An lux, ſplendor, lumen & radius proprie deo conueniant, uel potius transumptiue ſeu metaphorice.

Hanc inſuper quaſtione, uidelicet an lux proprie eſſe dicatur in ſpiritualibus, ſan- ctus Thomas ſuper ſecundū ſententiā inducit, eamq; abfoluens. Vdetur inquit inter ſanctos, eſſe diuerſitas, an lux uerius eſſe dicatur in ſpiritualibus, uel in corpo- ralibus. Dionyſius nanq; & ſequens eū Ambroſius, afferūt q̄ lux in ſpiritualibus metaphorice dicitur. Ait enim Dionyſius 4. cap. de diuinis nominibus, Q̄ deus dicitur lux, eo q̄ in ſolis radio propter ipſius cauſalitatem, maxime apparet diuina bonitatis ſimiilitudo. Et Ambroſius in lib. de Trinitate, inter ea que transumptiue de deo dicunt, numerat lu- miē atq; ſplendorē. Auguſtū, uero ſentit oppoſitū, ſed prima poſtiō uidebat Thomē uerior eſſe, eo q̄ lux fit forma, qualitasq; ſenſibilis. Vnde in ſpiritualibus nō eſt per naturā, ſed p̄ pro- prietatē. Lucifer in proprieſtas eſt tenebra ſua maniſteſtare, & hoc ſpiritualibus potius q̄ cor- poralibus cōperit. Deus iſiſ dicit lux uera, quantum ad id a q̄ ſimiilitudo accipit, non aut q̄ ad lucis naturā: quēadmodū dicit uita in magis proprie dicit deuſlux uera q̄ uita uera. Hæc eft beati Thomæ reſpoſto. Et quidē ſi hoc mihi conſtarer, q̄d magniātē diuini Dionyſii mens fuſiſet aſſerere, p̄ lux deo non conuenit niſi transumptiue, nequaq; p̄fumere aliter aſſiſtare. Tanta quippe eſt eius auctoritas apud me, ut in nullo ſcienter uelim eius doctriṇā obſiſtere. Verunt̄ q̄m nōdū hoc euident habeo, expedit huius pulchriſe queſtio- ni ueritatē ex Dionyſi libris diligenteri perſcrutari. Videſ nēpe Dionyſius, ſi uerba eius rite penſent, deo & angelis lucē proprie atq; poſtiſſime ubertim aſcribere. Deniq; 4. cap. de diuinis nominibus, poſt p̄a inducāta in p̄cedēti articulo uerba, in qbus rationē expoſuit cur deus lumen uoceſ, mox addit, q̄ ob eandē cauſam laudat ſicut pulchriſ, & ſicut pulchriſ- tudo pulchriſica pulchriſicans omnia. Et iſtud Dionyſius maniſte in textu proſequit, aſſe- rēs deū dicit pulchriſuxta ſimiilitudinē & ſignificatiā radii ſolis, q̄ omnibus inferioribus pul- chriſicas lumeniſ distributiōes immittit; & iſtud in ſequēti articulo plenius explanabo. Si ergo ut Thomē appetet, ideo lumen deo metaphorice dicit, q̄ deo aſcribit uixta ſimiilitudinē lucis ſolaris, tūc pulchritudo ſeu pulchriſ, nō niſi metaphorice deo conueniet. Hoc autē eſt ma- nifeste

Cur deus lu-
men nōcō-
petur.

Augustinus.

Thomas.
Dionyſius.

Ambroſius.

Iohannes.

DE NATVRA AETERNI ET VERI DEL.

nifeste cōrā Dionyſij int̄tione. Nā ſicut ipſe docet moxq; pādef, bonū & pulchriſ ſcōuertū & ſicut oīa appetit bonū, ita & pulchriſ. Vñ ſecūdū ſimile rationē laudat deus ut bonū atq; ut pulchriſ. P̄terea i. angelicē hierar. ca. Diony. dicit: Ergo Iefum inuocātes q̄ eſt paternū lumen, q̄d ē, q̄d uerū ē, q̄d illuminat oīem hoīem uenientē in hūc mundū, p̄ quē ad principale lumen (patrē) accessum habemus. In his Diony. Iefum appellat lumen paternū, i.e. patre p̄ge- nitū. & lumen uerū. Patrē q̄q; nominat principale lumen, non quod ſit filio maior, niſi ſecūdū naturam aſſumptam. Iefus ergo eſt uera lux, & pater eternus principale eſt lumen. Quam- uis autem ſolui poſſit hoc, quod filius dicit lux paterna & uera, abſq; hoc q̄ dicatur lux per naturam, non tamē uideatur rationabiliter ſolui poſſe, cur pater principale lumen nomine- tur, niſi q̄ essentialiter & à ſeipſo lumen eft. Principale nanq; quāl principium dicitur. Prin- cipale ergo lumen non eft, niſi quod in uniuersitate ac ordine omnium lumenū principia- tum ſortitur, primatumq; obtinetuſta q̄ ipſum primo atq; poſtillante lumen dicatur. P̄terea Dionyſius in epiftola ad Caū monachū dicit, q̄ lux diuina propter ſuā claritatis exces- ſum, plenitudinem & ſuper exuberantiam caligo uocatur. Deus ergo nō ſolum dicitur lux per proprietatem, uidelicet propter effectum ſeu alioꝝ maniſtationem, ſed propter pro- prietate claritatem eſſentia, ita q̄ ipſa diuina eſſentia ſubſtātialiter h̄t lux inſiſta & claritas ſu- perplenissima. At uero ea que deo transumptiue conueniūt, nō adeo proprie ei conueniūt, ut propter excessum negentur de ipſo, ſed propter defectum. Que autē proprie deo conuē- niūt, ſecundū Dionyſius per excessum negant de ipſo. Qui eternū lapis, uitis, agnus, leo, trā- ſumptiue affirmant deo, id eō nō negant de ipſo propter excessum, ſed propter defectum. Non enim dicimus, deus nō eft leo, deus nō eft lapis, propter excessum ſeu abundantiā le- onitatis & lapiditatis in eo, ſed propter defectū inmo uerius magis p̄ proprie negant de deo q̄ affirmentur de ipſo. Etiā dū ſolū inquiritur atq; aſſeritur de deo quia eft. Sed quē proprie deo conueniūt, per excessum auferuntur de ipſo: quemadmodū primo cap. de diuiniſ no- minibus, ultimo quoq; myſtice theologie cap. Dionyſius aſtruit. Quod deus nō eft mens neq; intellectus, nec ratio nec ſapiētia, nec bonitas, nec deo nec diuinitas. Cū ergo ſacratissimus Dionyſius negat ſeu auferat lumen deo propter excessum, dicens q̄ deus eft caligo, i. priuatio lucis, queadmodū uerba p̄dicta de ipſo negat, palā eft q̄m eo modo q̄ illa deo proprie essentialiter q̄ ſcōueniūt, lumen q̄q; ſeu lux, p̄p̄ ſibi ſcōueniat. Nō ergo me- taphorice ſed uere & proprie, ino p̄imo atq; queriſſime enūtiat de deo. Ampli in toto pro- ceſſu librorū Dionyſii, tā de angelicā q̄ ecclāſtifica hierarchia, Dionyſius actiones hierar- chicas in tribus cōſtituit, in purgatione, illuminatione & p̄fectione. Hæ uero actiōes ad lu- men proprie p̄tinēt. Purgatio nāq; illuminatio & p̄fectione ſi actiōe ſumūt, ad lumen p̄tinēti q̄ alij ſolum inſundit. Nā lumen inſundēdo primo in tē à diſſimilitudine luci ſq; inuoratione purgatiſſic p̄ purgatiſſa illuminat, & illuminat cōtinuo p̄ſicit. Ha nāq; actiōes ino ſemp reali- ter diſtinguit ut aſſerit Thomas & ueg eft, ſed ratione tñm q̄fiq;. Si yō opatiōes iſta paſſiue ſumūt, relatiūt lumen eius q̄ ab illuminatore inſtūtiā recipit. Tā proprie ergo & uere lumen ſcōuenit deo & angelis, q̄ uere & p̄p̄rie actiōes hierarchicē ipſis ſcōueniūt: q̄ uic̄ ſecūdū Di- onyſius, p̄p̄iſſime atq; uerissime cōpetit eis. His demū ſacra ſcriptura, cuī auctoritas oīati- oni ſilētiū ponit, „fauet & cōſonat. Ait enim Ioānes in primisua Canonica: Deus lux eft, & te- nebrae nō ſunt in eo ullæ. Quid eft aut hoc: Deus lux eft & tenebrae non ſunt in eo ullæ, niſi deus eft lux pura? & qd eft, deus eft lux pura, niſi q̄ ea entū natura lucis ſcōuenit deo ſubli- mi & ſc̄tō, q̄ nihil de natura luci cōtraria cōgruit ſibi: qd nō eft, niſi multū proprie lux di- cere de deo. Vnde & itaq; de Christo habet: Erat lux uera q̄ illuminat oīem hoīem. Cur autē de Ioāne baptista ſubītū git: Nō erat ille lux, niſi q̄m Christus uera & ſubſtātialiter lumen eft. Nā & Ioānes utiq; lumen eft p̄ p̄riuatiā, ſecundū q̄ Christus apliſ ſoſt: Vos inquit eftis lux mūdi. Poſtremo, r̄ſiſio Thoma nō appetat ſatis reſoluta, ſibi p̄p̄ ſc̄tō ſcōonat nā ſuper ſecū- dum ſententiā teſtatur, expoſitionem Augustini ſe operibus ſex dierum eſſe ſubtilem & bonam, ſed hoc dīc non poſteſt niſi lux proprie in ſpiritualibus eſſe dicatur, quod etiam Thomas fatetur. Aliter nanque expoſitione Augustini non eſtet literalis ſed myſtica, quia per lucem intelligent naturam angelicam, per diem uero eius notitia in. Cum ergo Tho- mas nunc dicit poſitionem Ambroſi aptiorem, nunc uero id aſſerat, ex quo ſequit̄ Augustini poſitionem eſſe ueram, non uidetur ſibimet conforſus. Veruntamen hoc ſatis faciliter ſolui potest, & dīc quod & uerum eft, ſc̄licet q̄ Thoma nō multū aſſerendo dicit quod dicit. Ideo nanq; respondens: Videtur inquit poſtio Ambroſi uerior, ſed in hoc ei consentire non audet propter p̄habitā, q̄ dicit Dionyſium id dixiſſe, q̄ lux nō niſi me-

160

Ioān. b

Ioān. b

Ioān. b

Matth. b

8 4 raphotice

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHVSIANI,

Dionysius. taphorice spiritualibus cōuenit. Nihilominus Dionysius dicit, q̄ deus laudatur ut lumen fit
cut per imaginem in qua ueritas lucet, quod sic intelligo: deum enim laudamus sicut eum
cognoscimus: nostra aut̄ cognitione ex sensibilibus originali. Vnde ex proprietate lucis sensi-
bilis, primo cognoscimus quomodo deus laudetur ut lumen: Nihilominus natura lucis be-
ne & proprie considerata, deo benedicto proprie competit: propter quod primo cap. de di-
uini nominibus Dionysius ait, q̄ non est nobis possibile aliter splendere diuinū radium, nisi
sensibilibus formis multipliciter circumdatum. Infuper nō est necesse concedere, q̄ lumen
secundum totū ambitum suum, sit forma qualitatis sensibilis, sed hoc de lumine illo, quod
nostrae cognitioni primo occurrit, est ueraz. Nam & sapientia atq; iustitia in rebus creatis, ex
quarum ueritatem inuisibilia dei cognoscitur, sunt qualitates in ueritate manifestissimae deo proprie
competunt, non secundum q̄ qualitates sunt, sed quia ad perfectionem sic pertinet, q̄ melius est
eas habere absolute loquendo, q̄nō habere. Proinde propria actio luminis nō est uisibilis
manifestatio, sed illuminatio, que in spiritualibus maxime reperitur.

Articulus LVII. Confirmatio prædictorum ex uerbis Au-
gustini, Anselmi & Hugonis.

Augustinus. **E**A insuper que deo transuertit conuenient, prius & potius de creatura q̄ de ipso
dicuntur, sicut & Thomas testatur. Nam esse uite uel agnum seu petram, prius magis q̄
proprie sensibilibus rebus cōuenit, q̄ in corporali ac simplici deo. Si ergo lux
transuertit conuenit deo, tunc magis proprie atq; per prius conuenit creaturis q̄
ei. Hoc autē prædictis uerbis Augustini nō conuenit, quibus ait, q̄ deus est lux, cuius compa-
ratione omne lumen creatum est tenebra ergo luce esse, excellētissime cōpetit deo. Deniq;
idem ait Gregorius super illud Iob: Ecce luna nō splendet, & stellæ nō sunt mundæ in con-
spectu eius. Et certe uidetur sacra scriptura innuere, q̄ splendere ac lumen esse, tam proprie
& eminenter conuenit deo, ut alijs quæ multum splendida reputantur, diuini sp̄lēdoris cō-
paratione nō competent. Præterea, quicquid simpliciter loquendo melius est habere q̄ nō
habere, id uere & proprie competit deo in omni nobilitate perfecto. Et ista est regula Ansel-
mi in Monologion atq; in Profosogion. Sed melius est esse lumen q̄ non esse lumen. Ergo lu-
men proprie conuenit deo. Et hoc quoq; Anselmus apertius cōtestatur. Dum nancetur pro-
basset, q̄ deus est maior q̄ cogitari possit, protinus addit, q̄ tale bonū est inaccessibile lumen.
Præterea Hugo super Angelicam Hierarchiam, „Deus inquit est lumen per naturā: creatura
uero nō est lumen nisi per gratiā. Quod aut̄ per naturam competit, uere & proprie seu essen-
tialiter congruit. Quidam uero Thomam se quētes dicunt, q̄ si nomine luminis proprie &
secundum primā suam impositionem utamur, nō nisi transuertit conuenit deo. Si autē eo
utamur prout est in usu loquentiū, sic proprie deo & spiritualibus cōuenire cēset. Sed istud
parum ualeat uide detur, quia si usus loquētiū nō est irrationalis neq; improprius, tunc uti
nō debent nomine luminis, nisi prout ueram lucis naturam designat. Nec itē fequī, si no-
men luminis primo impositum est ad significandum formam sensibilem, q̄ ideo spirituali-
bus proprie nō conueniat. Nam primi philosophi qui inter sensum & intellectum nō distin-
ixerunt, nomen cognitionis ad designandum sensituum cognitionē primo infituerūt. Ni-
hilominus uere cognito quid sit cognitione, cōceditur q̄ cognitione magis proprie cōuenit co-
gnitioni intellectuali ac spirituali q̄ exteriori atq; sensibili. Simili modo, dum uere cognosci-
mus quid sit lucis natura, puta q̄ sit quādam forma sue essentia cuius proprius actus est il-
luminare & lucidum facere, cōcedimus q̄ lux deo & spiritualibus proprie cōuenit, quāvis
ad hāc lucis naturā cognoscēdā, ex sensibili lucis notitia primo occasionē sumperimus.

Articulus LVIII. De pulchritudine summae naturæ, &
speciositate diuinæ essentiae.

Rerum præterea uisibilium pulchritudo in duobus cōsistit, uidelicet in debita ha-
bitudine seu conuenienti proportione partium inter se & ad totum, & itē in con-
grua superfusione coloris aut luminis partes corporis informatis ac decorantis.
Spiritualis aut̄ substantiæ, partes nō habet neq; colorem aut lucē sensibilem. Eay
igitur pulchritudo in debita operatione & recto intellectus iudicio est ponēda. Operatio
nanq; se habet ad operantis essentiam sicut membrum ad corpus, & intellectualis cognitionis
operationem uenustat atq; illuminat, quēadmodum lumen sensibile seu splendidus cor-
poralior corporalia membra aut corporis partes. Cum ergo superiorius declaratum sit, q̄ actio dei
præfertim immansit semipiterna & deo conuenientissima, connaturalis, consubstantialis &
superiocunda; quod item cognitione intellectus diuini, sit incessabilis, splēdidissima, omnium q̄
cum

DE NATVRA AETERNI ET VERI DEL.

101

cum infinita lymphiditate atque incomutabili sinceritate intuitiva, patescit q̄ deus excelsus & felix, sit pulcher & uere pulcherrimus atq; incomparabilis pulchritudinis. Denique
pulchrum uocatur, quod uisui placet. Cum ergo deus sublimis & sapiens, sit in seipso bo-
nitas infinita, omnium honorum perfectionem simplicissime possidens, sine cuius omnipotenti
uitute atq; bonifica manutentia nilesse uel bene esse potest, inī cum deus sit ueritas
primo & sapientia increata, à qua omnis ueritas & illuminatio atq; cognitione, constat q̄
ipse omni interiori uisui intellectualium creaturarum bene dispositarum, summe ac optime
atq; incomparabiliter placet, tanquam summe conueniens eis. Merito igitur deus laudatur
ut decorus & suppulcherrimus: immo cū bonitas dei nulli mēti creare in trā placeat
placere ut posset ut digna est, nec tā pfecta & certe innotescat sicut cognoscibilis est, sed so-
li diuina intellectu perfecte & plenē cōplacat & innotescat, palā q̄ diuina essentia per cō-
parationē ad intellectū diuinū, sit infinita pulchritudinis & immēsi decoris: & aspicit deus
oportē semetipsum sicut bonū suppulchru, & sicut pulchritudinē superefficialē ac uere
profrasq; immēsum. Vbi & deus placet sibi metipsi cōplacētia infinita, & in hoc possidet ipse
beatitudinē semipiterna in depe dēntē, perfectā ac propriā. Deniq; q̄ lucidiora & puriora ap-
patēt, pulchra uocant. Nūc aut̄ oīsum recordor, q̄ deus est nō solū lucens & purus ac splē-
ditus, sed etiā q̄ ipse est lux aeterna, incircucripta, pfecta, & q̄ esse diuinū, sit substancialiter
lumen immēsum. Itē, q̄ deus nō solū est purus ac simplex, sed unitas simplicissima & puri-
tas omnimode impermixta. Deus ergo est lumen essentialiter pur, & pure immēsum, uel po-
tius lux puritatis immēsum, & puritas lucis internū. Liqueat ergo, q̄ deus non solum sit
pulcher & superpulcher atq; pulcherrimus, sed q̄ sit pulchritudo substancialiter pulchra,
speciositas infinita ad intuendum iocunda, ad perfruendum suavis, ad possidendum deliciosa.
At uero, quicquid excellentissime in creaturis existit, creatori cum incomparabili exal-
tatione atq; immēsa eminentia conuenit: mundus uero ut in primo Timaei Plato testatur,
speciosissimus est & incomparabilis pulchritudine adornatus, quēadmodum ordinem pat-
rūm eius, & uniuersi principales partes, singulorumq; ornatus sapientialiter contemplati,
cluescit. Nonne igitur opifex mundi, creator altissimus, in infinitum in sua natura, pul-
chrior speciosior, splendidior atq; præclarior merito perhibetur? Nonne pulchritudinem
eius sol & luna & omnia astralia iuste mirantur, id est, mirari nos faciunt, quia opificem suum
multo se pulchriorem demonstrant? Nonne in comparatione pulchritudinis diuinæ,
omnis pulchritudo creata uelut turpitudo appareat, & quasi deforme uilescit, ita ut non sit
eis respectu decor uel species? Contemplum ordinem syderum, claritatem stellarum,
planetarum decorem, solis splendorem, lunæ candorem, cœlorum ornatum, colligantiam
elementorum, species rerum, singulorum harmoniam, corporum formationem, formarum
perfectionem, & mirum si postum pulchritudinem caue omnium horum. Sed ista nūc
dicta in nostro prospectu sunt, & cum nec ea explicare queamus, quantum in diuina pul-
chritudinis admiratione deficeremus, si inuisibilium animorum essentias, si supernorum spi-
rituum hierarchias, si supercoelestium intellectuum species specialissimas, soli creatori se-
cundum Damascenum cognitas, si omnium spiritualium creaturarum ornatus ac ordines
agnoscemus, uere præadmiratione non remaneret in nobis uigor aut spiritus. Merito
ergo canit Psalmographus: Domine dilexi decorem domus tuę, & locum habitationis glo-
riæ tuæ. Quis nempe est decor domus dei, nisi ipsem deus? Quemadmodum per Esaiam
domui dñi dicitur: Non erit tibi ultra sol ad lucēdum per diē, nec splēdor lune illuminabit
te, sed erit tibi dñs in luce semipiterna, & dñs tuus in gloriā tuam. Quēadmodū & in Apoca-
lypsi scriptum est: Ciuitas non eget sole neq; luna, quoniam claritas dei illuminabit eam. Por-
ro, ueritas horum ex uerbis principis theologorum, quarto cap. de diuinis nominibus cla-
ret. Laudatur inquit diuina bonitas ut pulchrum. Pulchrū autem & pulchritudo, in creatis
differunt sicut effectus & causa, sed in deo sunt idem. In creaturis namq; pulchrum appellam-
us, quod pulchritudinem participat. Pulchritudo autem est ipsa participatio prime
pulchritudinis omnia pulchritificantis. Deum autem alia ratione pulchrum assertimus, pu-
ta quia ipse cuncta pulchritudinē secundum uniuscuiusque proportionem: causatq; uniu-
eralem omnium harmoniam & claritatem, & omnia ad se uocat & congregat. Pulchrum
itaq; dicit deus, sicut superpulchru & totaliter pulchru ac superpulcherrimi. Nec uno re-
spectu pulchru & alio turpe, nec huic pulchru & nō illi, sed tanq; ipsum secundū seipsum, cū
seipso semper existēs uniforme pulchru, habēscip; seipso excedēter formā pulchritudinis
omnis pulchri. Omnis etenī pulchritudo, omne q̄ pulchru uniformiter atq; causaliter pre-
existit

Pulchrum qd
dicatur,

Plato,

Psal. 24,

Ela. 6.

Apoc. 21,

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHVSIANI,

existit in supersubstanciali ac simplici omnii pulchro natura: & ex pulchro, & propter pulchrum sunt omnes concordiae, & amicitiae ac uniones, & cuncta pulchro participat. Propter quod pulchrum, est omnii efficiens causa atque finalis, omnia continet, & ad pulchritudinem finaliter mouens: nam causa pulchri oia sunt: est, & pulchrum causa exemplaris uniuersorum in verbo, quoniam omnia secundum ipsum determinantur. Vnde elicetur, quod id est pulchrum & bonum, eo quod omnia desiderant pulchrum & bonum: neque sit aliquid existentium, quod non participet pulchro & bono: Hucusque Dionysius. Propterea quoque Thomas prima parte affirmat, quod bonum & pulchrum sunt idem secundum rem, sed ratione distincta sunt: bonum nanci uocat in ordine ad appetituum potentiam, quoniam bonum est quod omnia appetunt. Pulchrum uero nominatur in ordine ad uim cognoscitam pulchrum ceterum quod uisum placet.

Articulus LVIII. De super exuberantia & supersuauitate dulcedine bonitatis diuinæ.

Thomas.

Gustus & sa-
por duplex.

Psal. 33.

Anselmus

Sicut igitur bonum dicitur in ordine ad appetitum, & pulchrum in ordine ad uisum, sic dulce dicitur quantum ad gustum: unde quod in sua natura tale est, ut gustum oblectare queat, dulce perhibetur. Gustus uero obiectum est sapor, quemadmodum uisus, lumen uel color. Sed gustus & sapor est duplex. Est namque gustus exterior, cuius obiectum est sapor sensibilis, qui est qualitas materialis. Vnde & cibus qui corporeo gustui bene conuenient, dulcis uocatur. Est quoque gustus interior in intellectu seu uoluntate consistens, immo idem cum eiuscuius obiectum est sapor internus, à quo sapientia nomen sortit, quoniam sapientia à sapore impinguatur, & qualis sapientia interpretatur. Porro menti id dulcius sapit, quod amplius diligit. Sapor igitur qui interior obiectum est gustus, est ueritas cognita in quantum amata, uel bonitas amata secundum quod cognita, quia nec ueritas sapit nisi ametur, nec bonitas sapit nisi noscatur. Quanto itaque ueritas extat sublimior & conuentior, bonitasque copiofior atque nobilior, tanto ex sua natura, dulcior delectabilior est, immo & menti dulcius sapit, delectabiliusque oblectat, nisi fuerit ex parte metis defectus, uidelicet quia sensibilibus rebus immixtus, aut uisibus delectationibus iocundat. At nanci Auicebron in lib. Fontis uite, quod carnales & bestiales delectationes, à contemplatione synceritate ad dulcedinem summe impenetrantur: & in lib. de Causis habetur, quod unusquisque prout dignus & capax est recipere ex inserviibus bonitatis primæ causæ, secundum hoc recipit inde: In quantumque recipit ex primo principio, tantum delectat in eo. Sed & omnis passio animæ præsertim accidia, timor, tristitia, rancor, contemplationem & internæ dulcedinis gustum impediunt. Necesse enim est mentem contemplatiuam esse quietam & liberam, amorosam ac mundam recipere, quippe oportet proportionari recepto. Quanto igitur ueritas diuina que est ueritas exemplaris, fontalis ac prima, quanto item bonitas dei que est bonitas summa, eterna, perfecta ac infinita, omnem ueritatem ac bonitatem creatam, que utique est finita transcedit, tanto præ omnibus creaturis deus uerus & uiuus in seipso dulcis delectabilisque cōsistit, & menti creatæ tanto fit dulcior, quanto se studet ad eius receptionem ac gustum disponere. Diffinimus eterm unio inconueniens & innaturalis censem: uelut si quis ait: hunc cōiungat ac misceat. Necesse est ergo metem creatam diuinam dulcedinem gustare optante deo assimiliari: id est deificari: quatenus sicut illæ simplex & stabiles, sanctus, purus ac iustus est, ita & ipsa satagat le multas abstrahere, atque ad unum uerum bonum colligere: studetque constans & sancta ac iusta existere, & interioris exercitationis amore, ac diuinæ bonitatis affectu cuncta sensibilia, prout possibile est, transcede re atque relinquere. Tunc utique si in istis stabili manserit, tanta dei dulcedine cōtemplando ac diligendo implerbitur, quod uere experietur & sciet, quantum dulcedo intellectualis, diuina, interna, delectationem sensualē, ignobilem, corporalem exceedit, & demum clamabit cū sancto. Gustate & uide quoniam suauis est dñs. Porro lumine suave est oculis. Quis igitur explicet, quod dulcis est deus, quod est naturaliter lux infinita, à quo omne lumine creatum intellectuale & materiale, in infinitum occubuit. Quoniam dulcis utique est creator noster omnipotens, qui rebus paruis & infimis, fatam suauitatem impressit, qui mellis suam dulcedinem indidit, qui uino saporem suum infudit, qui oleo suauitatem exhibuit, qui aromatibus cunctis, uirgultis & herbis, cinamomo ac balsamo odores suos donavit. Et ecce mi frater amatusime, super omnia ista dñs deus noster, incomparabilis dulcedinis est, & sine mensura gravior atque suauior. Non ergo dilecte mi, iustum & ite dignissimum putas, ut corda nostra ei mundemus atque illibata seruemus, timorante & affectuose in eius praesentia conuersando. Denique Anselmo testante, Harmonia, odor, sapor, pulchritudo & lenitas, diuina & ineffabili modo in deo sunt, & utique quicquid delectationis, quicquid cōplacentiae atque dulcedinis in creaturis hæc continent, hoc in creato-

re

DE NATVRA AETERNI ET VĒRI DEI.

102

re ignorantissimo & superessentialissimo, & superperfectissimo ac superuerissimo modo inclusum. Sed quis capiat quomodo in simplicissimo esse diuino, omnia ista comprehendatur, nisi qui deo prestante ut cuncti experiri meretur?

Articulus LXIX. De desiderabilitate, & amabilitate diuinæ bonitatis.

Anselmus

Rom. 8.

Dionysius

Monet in monte
rō quælibet dicitur deus.

Bonum igitur est appetitus obiectum: & quanto aliiquid melius fuerit, tanto nō dum adeptum, est desiderabilius, adeptum uero amabilius. Nunc itaque excitemus amandas nostras o optime frater, & erigamus intellectum nostrum & cogitemus quādū aperte, & quādū ardēter amandū. Nempe ut ait Anselmus: Singula bona delectabilia sunt, cogitemus intente quod delectabile fit illud bonum, quod cōtinet iocunditatem omnium bonorum, non talē qualiter sumus in creaturis experti: sed tanto, quantum differt à creatura creator. Si enim bona est uita creata, quādū bona est uita creatrix. Quid ergo uagaris per multa o homo, querendo bona? Amu bonum in quo sunt omnia bona & sufficit. Desidera simplex bonum, quod est omne bonum & satis est. Vnde Dionysius quartio cap. de diuinis nominibus. Omnibus inquit desiderabile, & amabile, & delectabile est pulchritus & bonum diuinum, & ipsum est uniuersorum principium, finis & forma exemplaris, quoniam ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia. Vocant aut̄ theologi deum diligibilem atque amabilem, quod uere est & in quantum ipse alijs amorem in dignitatem imprimit, superessentialis & uniuersalisa ueritate, moueri dicitur: sed prout ipsem est ipsa appetibilitas, omnium per infinitatem pulchritudinis & amabilitatis attractiva, mouere perhibetur, sicut & adamas ferrum attrahens, & quiescens inuenire afferitur. Item inueniri dicitur deus, in quantum per bonitatem suam est sumptus ad existentia adductius. I.e. prout procedit in actum. Mouere uero dicitur deus, in quantum est motus rerum, reducitus eay ad seipsum. Elucet ergo patenter, quod deus benedictus, qui solus naturaliter, substancialiter, quoniam doleret atque totaliter bonus est, tanto, quantum possibile est, præ omnibus desiderari & diligendi debet, quanto ipse omnibus melior est atque præstantior, dicitur atque perfectior: & cum ipse sit bonitas superessentialis, pura atque immensa, incomparabili super omnia est appetendum affectu, calidissimo concupiscentiæ seruore, feruissimo amplectendus amore, affectuofissimo constringendus amplexu, diligentissime tenendus uenerandusque cultu. Qui quid enim in creaturis sparsim & dimidiate ac finite inuenimus amabile, hoc in domino deo nostro collectum & perfecte, atque cū infinita plenitudine reperimus. Si sapientiam quaerimus & ueritatem amamus, nonne deus noster est sapientia increata, & eterna, perfecta, in qua omnia idealiter splendent, inuariabiliter manent, ex cuius sapientiae splendissimo fonte omnis creata sapientia, scientia atque notitia originem sumpsit? Si diuinitas quaerimus, nonne in ipso est omnium honorum perfecta possessio, omniumque pulchrorum incomprehensibilis plenitudo? nonne causa prima est diuines in se, & diuines in alijs? Et quæ eius diuinitas, nisi lux pura, uita æterna, beatitudine completa, & omniumque cogitari & appeti queunt, plenitudo omniformiter uere immensa. Porro si honorari, exaltari, dominari, fuitari & iocundari optamus, cur non humiliamur sub eo de seruendo fideliter, qui semetipsos uilipendentes honorat, qui se humiliantes exaltat, qui obedientes principes facit, qui nesciri amantes famulos constituit, qui lugentes lætitias? Imitemur igitur ardenter dei amatorem glorioissimum Augustinum, & dicamus cum eo, sicut uiuimus, ut dignus cum eo dicamus: Diligam te domine uirtus mea, diligam te infidelis exultatio mea, & uiuere iam non mihi, sed tibi tota uita mea. Idcirco enim iussi sti mihi in lege tua, ut diligam te toto corde, tota anima, tota mente, & ex omnibus uiribus meis, atque ex omnibus medullis cordis mei, omnibus horis et momentis quibus fruor bonis & beneficijs tua pietatis. Sicut enim nulla hora aut punctus est in omni uita mea quo beneficij tuis non utor, sic nullum debet esse momentum quo te non habeam ante oculos meos, & in memoria mea, & te non diligam ex omni fortitudine mea. Omni enim momento ad te amandum me obligas, qui tua beneficia mihi incessabiliter praestas. Verum qui ista implere conatur, indiget omninem inordinatum amorem abscire, & quicquid dei dilectionem minuit propulsare.

Augustinus
Psal. 17.
Deu. 6.

Articulus

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

Articulus LX. De superessentiali & infinita sanctitate mentis diuinæ.

Sanctitatis dif
finitio.

Sanctitas insuper secundū Dionysium duodecimo ca. de diuinis noībus taliter diffinitur: Sanctitas est munditia ab omni immunditia libera & perfecta, & penitus immacula. Cui autē hoc tam plene & proprie competit, sicut deo. Deus enim altissimus, essentialiter lumen & puritas, & quicquid in eo est, infinita & immutabilis atq; semper ita. Sanctitas principium, finis atq; mensura. Deniq; sanctitas in actu intellectus & voluntatis consistit. Quādmodum ergo diuina sapientia nullius est numerus, & sicut diuini amoris nullus est terminus, ita diuina sanctitatis nullus est finis: nō deus gloriōsus & felix est, superincomprehensibilis & supersplendidissima infinitaq; sanctitatis diuina essentia sit lux impenetrata ac pura, intellectus, uitalis & omnis creaturæ munditiae origo fontana: & adeo sanctus & purus est deus aeternus, ut omnes nostra iustitia, per coparationem ad sanctitatem mentis diuinæ, apparent quasi pannus inestruata, quādmodum Esaïa sexagesimo quarti scriptum est. Vnde & alius quāvis eximie sanctus, imperfectum suum considerans, clamare cōpulsus est: Non intres in iudicium cum seruo tuo dñe, quia nō iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Porro, quod aliquis sanctior extat & iustior, eo iniustitiamq; dicitur, magis detectatur & odit: & si sibi incubuit ac potest, terribilis ulciscit & grauius punit. Cū ergo uti prehabitum est, deus sit tam ineffabiliter, incomparabiliter & interminabiliter sanctus & iustus, constat q; ipse immunditiam culpæ atq; iniquitatem peccati incomprehensibiliter abhorreat & spernat: & nisi peccator se corrigat, horribilissq; cogitari queat, uincit itemq; torquebit. Qm̄ itaq; magni dñi magnifice ministrare oportet, & tanto syncerius atq; fidelius, quo dñs fuerit iustior atq; præstantior, perpendamus sollicite, cum quanta sanctitate & exaltate, diligentia & munditiae, nos dño deo nostro tam sancto, iusto, puro ac superdignissimo, & in omni nobili dignitate summo, perfecto, immēlo, deseruire necesse est. Similitudo namq; est causa unionis & dilectionis: dissimilitudo aut̄, origo est separatio, nisi atq; rācoris. Si ergo tam sancto & iusto dño deo nostro uniti, placere & amabiles esse cōcupimus, omnino oportet, ut sancti ac iusti esse conemur: deo cui seruimus conformantes, prout possibile & fas est afas nostras. Ideo em̄ Deuteronomij decimo octavo habet: Perfectus & absque macula eris, cum dño deo tuo. Et Saluator Matthœi quinto: Perfecti inquit estote, sicut & pater uester ecclœstis perfectus est. Postremo, quanta est negligētia, impietas & ingratiitudo doctoꝝ uirorꝝ, omniumq; eorum præsertim Christianorum, & maxime clericorum, qui ista qua de dei perfectione, sanctitate atque iustitia dicta sunt, agnoscunt, nec tamen hoc modo conuersari apponunt: sed uitij carnis seu uanitatibus seculi uarijsq; implicati peccatis, deum labijs uenerant & corde contemnunt: imo plerunque corda, ore & opere, ipsum quem noncūt est altissimum, tanq; uilissimum aspernantur & deserunt. Quibus contenit illud Apostoli ad Romanos: Quia cum deum cognouissent, nō sicut deū glorificauerūt, sed euauerūt incogitationibus suis & obscuratū est insipiens cor eorū.

Articulus LXI. De incomparabili excellētia dei, eo q; de ipso & creaturis nihil dicatur uniuoce. In qua declaratur q; deus non est genus neque in genere, nec species neque in specie, neque in individuum uel suppositum sub aliquo genere prædicamentali contentum.

Amplius secundum Aristotelis & eius sequacium documenta, genus comparatur ad speciem, quādmodum imperfectum ad perfectum, & potentia ad actum. Sunt enim genus à generali & indeterminata perfectione rei, quae contrahi potest ac perfici, sicut ratio animalis à perfectione sensitiva, cui in homine adiungit rationalis perfectio. Cum ergo deus sit actus purus omnino perfectus, non determinabilis aut perfici potens uel contrahi, sed in sua natura omnimodo cōpletus, atq; secundū omnem ueram considerationem summe actualis, non potest in eo ratio generis fundari, nō ergo est genus. Porro species quis sit genere suo perfectior propter essentialē differentiam additam, tamen finitam ac limitatam perfectionem dicit, differētia contrahit naturam generis ad determinatam ac certam perfectionē in specie. Deus autem est ens non determinata & limitata, sed infinita & incircumscripta perfectionis, ergo est species, sed neq; in specie. Quod em̄ species est, ad speciale atq; specificā perfectionem contractum est: quod deo qui uniuersaliter & illimitate perfectus est, nō conuenit. Insuper species rerum se habent ut numeri secundum Philosopham: ordo quoq; uniuersi in speciebus consistit: numeri uero sibi propinqui sunt: & proximi numeri ita sibi uicini sunt, ut nullius alias numerus inter-

Prl. 142.

Similitudo est
causa unionis.

Rom. I.

eos

DE NATVRA AETERNI ET VERI DEI.

103

eos existere ualeat. Ea etiam quæ eiusdem sunt ordinis, sibi inuicem coordinata sunt, nec infinite distare possunt. Si ergo est deus species aut certe in specie, tunc prima species creata, ui delicit summa substantia separata, in tantu diuina nature uicina erit, ut inter deū & cū, alia species mediare non possit. Hoc aut̄ nec auctoritatē sanctior, nec uera ratione concordat. Sanctitatisq; cōsona uoce fatetur, qđ deus posset plures regi species ascendendo creare, scilicet inter se & primā mētē creatā. Sed & ratio cōtestat: Nā deus infinita uirtutis est, & inter ipsum atq; quācūq; nobilissimā creatā hypostasiū infinita extat distantia. Rursus, si deus sub ordine entū continet, quod opinari nefariū reor, tunc erit entibus coordinatus, nec infinite distabit ab eis. Adhuc aut̄, qđ in prædicamento locat ut species, genus differētiamq; sortit, & si quādiuū collocet in illo, tunc mediate seu reductiū genus ac differētia habet. Individua nāq; reducunt ad speciē. Quod uero genus & differētia habet, sub demonstratione diffinitione qđ caditū ergo incomprehensibile est, sed neq; infinitū. Nā diffinitio secundū Philosophū terminus appellat, eo q; partes eius uidelicet genus & differentia, totū esse diffiniti cōprehendit, & quasi sub certis limitibus ponit ac finiunt. Cū ergo sit deus in demōstrabilis & indiffimilis, infinitus & incomprehensibilis, liquet qđ ratio gnis & differētia & omnis prædicantē, sibi directe repugnat, qđ etiā Auicēna & Algazel dicūt, primū principiū ēsse extra & supra omne genus & ordinē. Et Dionysius pene semper deū supersubstantialē & essentialē appellat. Postremo de deo atq; creatiū nihil uniuoce dicit, quæ em̄ deo & creaturis prædicant ita se habent, quādmodū ea quæ de causa & suo effectu dicitur. Nil uero de causa & effectu prædicatur uniuoce, nisi effectus adaequat uirtutē suæ causæ, id est uirtutē eius causali perfecte correspōdeat, sicut dū homo generat hoīem, & calor calorē. Nulla aut̄ creaturæ uirtutē causalē creatoris adequatūt in infinitū ab eo occūbit ac deficit. Nō ergo de creatore & creaturis aliquid uniuoce dicit, præteritū cū nec genere nec specie cōueniat, sed infinite penitus differt. Vnde dum dicimus deū sapientē & iustū, & dū hoīem quoq; sapientē & iustū asserimus, non est uniuoca ratio. Hoīem em̄ sapientē uocamus, tanq; qui sapientia aliunde adeptus est, neq; essentialiter sapiens est. Deū aut̄ sapientē nominamus, quasi substātialiter sapiētū. Veruntamē secundū Thomam, ista quæ deo & creaturis dicunt, non penitus aequiuoce sed analogice prædicant de eis. Primo em̄ atq; perfecte deo conueniunt prædicata perfectionalia, & secundario rebus creatis. Itēz, noīa de deo dicta quāuis realiter idem significant, nō tamē sunt & stimāda fore synonyma, qm̄ secundū distinctas rationes ac proprietates, diuīnt esse designāt.

Articulus LXII. De uariis nominibus dei, quæ diuīnō mode sibi cōueniunt.

Deniq; constat ex dictis, quod quādam nomina deo proprio competunt, scilicet quæ perfectionē simpliciter dicitā importat, ut sapiens, iustus, sanctus. Quādā uero transumpti deo cōueniunt, ut uidelicet quæ aliquid materialiter, & cum modo imperfectionis important, ut lapis, uitis, agnus. Itera, quādā noīa deo conueniunt sine respectu ad creaturā, ut quæ diuīna essentialia significant, non cōnotando habitu dñi ad effectū, quādmodū, bonū, ens, uita, intellectus. Quæ dñm uero diuīna essentialia principaliter designant, tamē cōnotant effectū in creatura, uel in actu, sicut creator, justificator, dominus: & ista ex tempore deo cōueniunt. Vel in habitu, ut iustus, & misericors. Vel in potētia sicut op̄otēs. Et ista, ganō p̄supponit effectū in actu, eternaliter deo cōueniūt. Infup noīa qđ deo cōueniūt p̄ respectū ad creaturas, & cōsequitū actionē intellectus seu uolūtatis dei nō trāeuntē fed inmanēt, sicut est scire, amare, ab æterno cōueniūt deo, sicut p̄destinatō, p̄cognitor, puidētia, idea. Quādā etiā noīm hōz principaliter relationē, & secundario seu directe designat substātia, ut dñs, rex. Quādā principaliter atq; directe importat substātia, respectū uero ad creaturā indirecēt, quādmodum creator, saluator. Relatio aut̄ dei ad creaturā nūq; in deo realis est, sicut præhabitū est. Ecce charissime, de natura eterni & ueri dei ad eius honorē & gloriā, pro uiribus utcunq; tractatū est, secundū naturalis rationis indaginē atq; processum: quāuis de tam præclaro & summo obiecto, nemo digne queat effari: Quantomū nūs ego pauper & modicus. Tamē quicq; bene & uere inductū est, in ipfius laudē sit dictū ipsiū placeat, à quo descēdit omne bonū, qui nil boni impremitū relinquit. Porro, quicquid incōuenienter & insufficienter allatū est, id inq; imperfectioni attribuo. A' bonitate diuīna ignosci concupio, & à doctoꝝ emendari ac perfici opto. Ad uenerationem atq; p̄econiū eius, qui est super omnia deus sublimis & benedictus, Amen, Deo gratias.

De natura eterni & ueri dei, finis.

REVEREN. IN CHRISTO PATRI ET DOMINO GERARDO DE LOEN, COENO
bij Auerbordensis Abbatij, uero & religioso & optimo, frater Theodoricus Loer à Sratis, domus
Cartu sienensis in Colonia humilis monachus & uicarius, S. P. D.



Ametsi mihi facie ignotus sis mi Gerarde abba pientissime, literæ tamen amicorum quas indies non paucas de magnificis tuis laudibus recipio, me porius in stuporem uerunt, q̄ ut ingentes tuas uirtutes ammirari possum. Porro si earundē laudes deberē expōne, profecto nescirem prorsus, unde mihi exordiū foret, quādcoquidē tot & tāte sint, ut nō modo meas (qui leuiori dictione uer) uires superent, sed & consummati elegantissimisq̄ etiā oratoris, licet Demosthenis, licet Romani eloquij parentis Tullij, aut Lactantij Firmiani candomē, differēti exibendisq̄ facultatē incōparabiliter uiincerent, quād carminibus simul atq̄ solitis orationibus in tui preconij, tam de priuata q̄ de publica uita perscribū. Et ut multo certissima omittā testimonia, de irrefragabili bus in presentiā distinxat loquor restibus, duo quippe sunt uiri celebrēti, in quoq̄ ore hād immērito stabit omnē uerbū, qui & ob infignes tuas uirtutes abs me aliquot D. nostri Diony si Rickel opere (qui bus in publicū edendisā superioribus ordinis nōlī praeceditus sum) dedicandū telenī, quo & gloriōsus nōmē tuum cū perpetua laude ad posteritā, eīm deducatur, & libri ipsi tūtū lucem accipiant, sub tanti uiri patrocinio. Et ne longius morer, primus horū est egregius illi Theologus Theodoricus Hezzius, cognatus meus & tamātissimus patronus, Ecclesie S. Lamberti Leo dñi, canonicus quidē statu secularis, ac qui uir omnī atteſtatione tām doctus q̄ optimus: qui cū cupet ante annos aliquot germanū metū dñm Giulielmū inter domesticos tuos familiares cōnumerāndū, miris modis dominationē tuā illi cōmandabat, ita de te scribens: Obtuleram (inquam) te ei potius q̄ alteri, qm̄ eum p̄fstantissimū & prudentissimū dignissimūq̄ inter pr̄glatos istātē partium noui, apud quem posles multū proficere, & in rectū experientia & in facultatibus: hāc & id genus alia, ad longū usq̄ multis uerbis prosequitur. Quid aut̄ cumulatiū dicere potuisset ad tui honoris cumulū, q̄ tribus his & quidē breuiū inīmis uerbis, laudem tuam omnī tam obitū perfringere, in priuata & ad amiculum priuati epistola. At quā charta interim capiet qualia quantā uenerabilis ille pater Ioannes Zulre dominus nostrus Cartusianus, in Zeclē pro p̄f Dief Prior, mihi p̄r eximiam cruditionem citra ambiguitā deo dignus, omnibusq̄ p̄fis p̄pērta ueneratione colēdus, de tecu plenis ut aīt buccis de promis: Qui & ipse ut facilius in eam me pelliciat sentētiā, quatenus lucubrationes D. Diony si tibi nūc uenit, ita ad me scribit: De Reueren. p. domino abbate Auerbodiens, id quod pro rēpōrē occurrerat collegi & scripsi. Pauca sunt de mulieris, & uero longe minorā, hac ille. Ecce uiri illius modestiam, qui clancularius quidē perficiat, tātē opere & cōmandandum uoluit. Quia aut̄ de religione tua p̄cipua, sobrietate, modestia, prudētia, pudicitia, hospitalitate & moderamine domus tuae soleritissimo diserit, bone deus q̄ multa sunt & p̄clarā: Quā si de multis pauca sunt (quod ipse scribit) & uero longe minorā, quis tum ergo unq̄ uerbis uel scriptis innumerās & immensas tuas uirtutes satis exprimere posse? Quare in p̄sentiārum ego ingenuē fatebor me nō in ueris inenarrabilibus operam nātare laudibus expōnendis, ne epistole modum nūcē excedat: satq̄ mihi ratus esse tantorum uitorum cōmandationem, qua tantopere egregia tua facinora in celum usq̄ extollerē molisint. Porro uel illi mihi omni ueneratione colēdi sunt tanq̄ p̄cipui singulare sp̄cū, impēnē libris Diony si nostri euangelis fauentes, & adeo quidē fauentes ut grauiores pluresq̄ ferant sup̄petias q̄ unq̄ sperare potuissent, aut ob alio quopiam haētēn expertus sim: tanta hād immērito apud me fuit authoritatis, ut non debeam non acquiescere eorum cōsilio & iussi, quibus uolente illis ipso libros sibi consercati. Morem illis itaq̄ gesturus apud me ipsum deliberare coepi, quotham huius deuotissimi iuxta & doctissimi patris libtos tuā ampliūdine nūcupare possem accommodare, q̄ uel utilitatem uel saltem aliquando uoluptatem afferent. Dum hāc autē meditarer, menti mea incidit tē poris rationē in omnibus habendam esse & personā. Quid igitur tibi uiro grandēo & in ultima feneſtē pro meritis gloriam coelestem (quo animus tuus multo desiderio aspirat) expectanti abs me dignius nūcupandi erat, q̄ Diony si opus de Sepe spiritus sancti donis: quā tāfā animā multiplici gratia locupletauerit, ut tu omnibus uirtutibus exercitatissimus, post se p̄tuage simū iamannū talentū tibi cōmīsum cū multo fēcere oīm̄ relaturū sis. Cui addo libellum de Laudibus superlaudabilis dei: quē & statu thor rhythmo scribere uoluit, adeo tamē spiritū attendisse uideatur, ut grāmaticorum leges p̄forsus neglexerit, atq̄ proinde fibi p̄si scripsisse: nisi forsū cum ceteris quibūdām alijs id genus opellis, plūm̄ mereat lectorē, quem potius alta diuinī spiritus sena oblectent, q̄ lenocinia uerborum. Addo p̄terea, q̄ & tibi oportui fini libello de horis sanctissimā trinitatis & de passione dominica. Hi omnes nulli profecto, mea sententia, potius offerri poterunt q̄ tibi uenerabilis seni, nostri Diony si fermē contemporaneoq; nec tibi displiceat cōmuniis illius temporis eloquij (quo uituit) phrasis: nec magni facias huius nostri aquī auarīū delicias, ut p̄pēr, uerborum phaleras, iuncturas numerosq̄ obſeruari curiosus expetas, modo nō desit lectio etiam barbarorum, unde mens in contemplationis adytum recepta intus alatur. Qyamobrem uelim tua Renerenda paternitas ab me (uel potius à meo Hezzi & uenerabili patre Ioanne Zulre, quoq; decreto offertur) serena frōte accipiat hoc chartaceum munus, oīm̄ maiora (si hāc non displiceant) acceptura. Vale ex nostra Agrippineā-Carthusia, ipsi Diui Georgij uictoriosissimi militis & martyris Christi serja. Anno M. D. XXXI.

D· DIONYSII CARTHV-

SIANI IN TRACTATVM I. DE DONIS SPIRITVS SANCTI.

P R A E F A T I O.



VIS HOMINVM POTERIT SCIRE CONſilium dei, aut quis poterit cogitare quid uelit deus, nisi tu dederis sapientiam, & miseri spiritu tuū de ecclis. In hoc omnis creaſta essentia ab increato atq̄ diuina essentia distat: quod ipſa summa dei eterna essentia omniē in se perfectiōne ac nobilitatē, absq; propriā simplicitatis minoratione, absq; propriā puritatis cōmixtione, & sine omni cōpositiōni additamento includit: cū ipſa sit simplex & incōmuta biliſ unitas prima atq̄ perfecta. Omnis eternā multitudine ab unitate procedit: nec est in ſeipſo ſumma perfectiōni, in quo diuerſitas inueniatur. Porro omnis creaſta essentia in ſeipſo imperfecta est: neq; perfecta effici ualeat, niſi plura addant

essentia. Vnde secundum Dionysii undēcimo angelicā hierarchiā capitulo, ipſi quoq; an gelici ſpiritus diuinduntur in trias: quoniam in quolibet angelo diuersificantur essentia, virtus & actiones eſſe, poſte & operari. Et quanto intellectus creatus ab increato ſimpliſtimo intellectu longius diſtat fūe inferior fuerit, eō compoſitor eſt, nō in essentia ſed, in potētialitate & operatione, ſpeciebus atq; habitibus, ac pluribus indigēs ad hoc q̄ ultimo fini queat coniungi. Cum ergo anima rationalis omnium intellectualiū naturarū sit in ſimilitudine, pluribus egēt auxilijs, & pene innumerabilibus additamentis, anteq; altissimo illi enti, ultimo fini, deo ſublimi immediate poſſit uniri: p̄fertū cū finis huīul modi ſupernaturalis coniūſat. Hinc nempe cōtingit q̄ tāta extat in nobis uirtutū diſtinctio, dono, diuersitas, gratia, ſcientia, beatitudini, fructum, ſimiliumq̄ formaz, uarietates: quē omnia in dicant quanta sit humanæ naturæ defectio, quanta indigētā, quāta decliuatā: ex quo euidentiſtis innotescit, q̄ proprieſtis uiribus nemo confidere debet, nec de ſemetipſo p̄ſumere. Quid enim habet quod non accepit timō quid habet quod non incessabiliter à deo conſeruari indigēat? Humiliatur igitur ſub potentia manu dei: & omne bonum ac meritum deo glorioſo & sancto plenissime aſcribamus, ut cum Apoſtolo cum humili ſemper gratiarum actione dicamus: Gratia dei ſum id quod ſum. Quoniam autē inter perfectiones diuinitutis nobis collatas, dona ſancti ſpiritus excēlsum obtinent locum, idcirco de his donis tractare, huius editionis intentio fit. Quod ut digne exequi ualeam, illuminationem ſpiritus ſancti tam affectuose imploro, queraciter eam mihi necessariam eſſe cognoscere p̄cipue in opere tanto, quod uires meas prorsus tranſcendit: quod nec aliter inchoo, niſi in eius liberaliſtima bonitate confidēs.

Articulus I. De numero & ordine donorum ſpiritus sancti.

SEmpētū ſunt dona ſpiritus ſancti, omnium extat ſentētia. Quā illūtrissimē prophetā Eſaiā enumerās, Egredietur inquit uirga de radice Ieffe, & flos de radice eius ascendet: & requiescit ſuper eum ſpiritus dñi, ſpiritus sapientiae & intellectus, ſpiritus cōſiliij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiae & pietatis: & replebit eum ſpiritus timoris dñi. In hoc autē sermonē prophetico nō ſolū oſtentāt numerus, ſed etiā ordo donoꝝ. Sed aduer tendū quod duplex eſt ordo, uidelicet perfectionis & gñationis. Secundū ordine perfectionis illa reputant priora, quā excellētiora cōſentūt, ut p̄ſlati ac principes. Sic quoq; deus be nedictus & ſuper celeſtes ſentētia, prima in entibus appellantur. Vnde ſaluator Iudeiſ ſciētibus, tu quis es, respōdit: Principiū qui & loquor uobis. & in Eſaiā de deo ſic legimus: Primus. i. deus ad Sion dicit. Sed ſecondū ordine generationis ea uocātur priora, quā ignobiliora coniūſunt: illa uidelicet quā ad perfectionē p̄r̄ exigunt: ſic pueritā uirilem aetatē p̄cedit, & uia purgatiā illuminatiā & de hoc ordine ait Ap̄lus ad Corīnt. Nō prius qđ ſpiritale ſed qđ animale, deinde quod ſpiritale. Auguſtinus igit̄ & Anſelmus, ac reliqui ſancti doctores concorditer aſſerunt in p̄dicitā enumeratione donoꝝ obſeruatū eſſe ordinē perfectionis, dēſcendendo à ſummo ad inūm per media coordinata: ita quod donū ſapien‐tiae fit omniū donoꝝ dignissimū, donū uero timoris fit in ſimum: & quā dono ſapien‐tiae uiuinis cōnumerātur, perfectiora existunt: qm̄ aut nostri incrementi proceſſus tam in ſpiritu‐tibus, q̄ in corporalibus ab imperfēcto exordiū ſumit, atq; per media ordinata ad perfe‐

Sapientia 9.
Esa. 40.
Rom. 11.
Hier. 23.

2. Pet. 14.
Heb. 14.
Iob. 6.
Oſea. 17.

Hier. 7.
Mich. 7.
1. Corin. 4.
1. Pet. 5.
1. Cor. 5.

Esa. 41. 4.4.
Joan. 8.
Prouer. 8.
Apoſt. 22.
Apoca. 2.
1. Corin. 5.

Esa. 41. 4.4.
Joan. 8.
Prouer. 8.
Apoſt. 22.
Apoca. 2.
1. Corin. 5.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

ctionem paulatim pertinet; quia Dionysio attestante, natura non transit a distanti in distans nisi per medias. Propterea nobis si ad donum sapientiae peruenire satagimus, a dono timoris est inchoandū, ascendēdo a timore ad pietatem, a pietate ad alia, quae dono sapientiae sunt propinquiora. Veruntamen de huius processus manere, de comparatione donorum ad inuicem dignitate, in sequentibus diligentius erit indago.

Articulus II. De triplici genere studiosorum.

DVibus demum poteris cum immortalibus atque diuinis substatijs, immo cum deo altissimo communione habemus; quae sunt intellectus & uoluntas; in ceteris uero animæ uiribus cum inferioribus ac sensibilibus communicamus naturis. Deniq; sicut actio uoluntatis procedit ex preputia actione intellectus, nūl enim iuolumus neq; appetitus nisi precognitū secundū Augustini; cū obiectū uoluntatis sit bonū per rationē apprehensum secundū Philosophum) sic oīs actio intellectus sine adiunctione actionis uoluntatis imperfecta est atque inutilis. Nā & fides quae intellectū cōcernit sine charitate que in uoluntate cōsistit, informis est. Sed & sc̄ientia sine bona & recta uoluntate nō foli nō p̄dest, sed insuper obest & inflat. Huius autē ratio assignari potest. Cōuenientiam suam est nāq; hue inanē qd ad congruentē ac debitū finē habēti nō proficit. Nociū uero quod ad ea quae debi fini contrariantur inducit. Omnis porro creata essentia ab omnipotēti sapientiā deo ad certum ac congruum finē ordinata est atque creata. Hinc nāq; sanctus Iob, Vniuersorū inquit finē ipse considerat, & omnia que sub celo sunt respicit. Ad huiuscmodi autē finē res creata pringere negat, nisi per propriā cōuenientiā opationē. Cū ergo finis sit appetitus obiectū, beatitudo uero que est intellectualē creaturæ, finis obiectū sit uoluntatis, eluceat quod nūl la operatio intellectualē naturā operantem ad propriā finis a deptionē perducere ualeat, nisi actio uoluntatis uel illa quaē actioni uoluntatis cōmittitur. Nec sufficit quae libet actio hue affectio uoluntatis, sed recta rationiē confona, quae operationē seu cognitionē intellectus informet atque perficiat. Liqueat ergo q̄ uanū sit studium hoc, qui in sc̄ientijs die ac nocte proficere cupiunt, disputando, legendo, dictando, aut simili modo sed in reformatione appetitus, in uoluntatis ornatu, in adiectione uirtutū religiosęq; uitę, uel minus uel p̄ge uel nihil proficere student. Nil itaq; prodest in scientijs crescere sine incremento charitatis diuinae; nec cōfert ueritatis cognitio, nisi assit conuersatio digna interiorisq; appetitus affectio charitatiua ac Iympidatim omnino plurimum obest. Melius em̄ est ueritatē nescire, quā scire & spernere. Quoē equidē homo quid agendū similius nosc̄it, eo graviori damnationis se obligat, nisi siuxta scientiā exigentiam in sanctitate atque iustitia proportionabiliter uiuat. Pr̄terea tri formē est genus studentium tam in claustris, quam in scholis. Quidam enim student solū ut sc̄iant, quidam ut uirtuosi fiant, quidam ut in utroque simili proficiant. Hi ergo qui ob hoc pr̄cipue, studio, lectioni disputationi que uacant ut sc̄iat, inanes & stulti sunt. Nam circa subtilitates ac difficultates ingenia conterunt, nec uanam gloriā ueraciter odunt; immo in uitis perseverant, frigidum habēt affectum a diuini amoris calore, opusq; dei negligenter persolvunt manentes in suis suis inordinato amore. Qui uero studiu suum ad profectum uirtutum totaliter ordinant, illis duntaxat libros legere gaudent, qui interiorē affectum fortius excitant, in quibus proprios defectus clarissimū discunt cognoscere; & qualiter proficiendum sit, compendiosius queunt addiscere; hos profecto sapientissimos arbitror & omni laude dignissimos. Melior quippe est parua scientia, cum uirtuosa uita, quam uita indigna cum copiosa scientia, iuxta illud Ecclesiastici: Mellor est homo qui minuitur sapientia & ambulat in timore dei, quām qui abundat sensu & transgreditur legem altissimam. Qui autem idcirco studio uacant, ut in scientiā atque uirtutibus pariter crescant, ut siiores sunt alijs; & si ampliorem conatum impendunt uirtutibus adipiscendis, quām ueritatis cognoscendis, laudabiliores uidentur pr̄dictis ac magis diuini. Vnde illi uiri qui tam in scientiarum splendorē, quam in diuini amoris seruore excellentius pr̄fuerunt, pr̄sertim appellantur diuini; quemadmodum Moyses, David, Paulus, Iohannes, Dionysius. Nunc autem studium doctoribus atque pastoribus seu pr̄latis, & his qui in ordinibus mendicantibus sunt potissime congruit. Studium uero quod ad uirtutes totaliter ordinatur, illis maxime competit, qui alijs pr̄esse non habent, ut monachi. Hoc tamen in genere dico: nam in speciali, regula dari non potest. Itaque qui ea duntaxat legere delectantur, que cordis custodiā prolunt ac deuotioni proficiunt, parum curant cognoscere quid sint ipsae ueritates, & dona quomodo diffiniantur ac distinguantur, ceteras que difficultates subtiles & naturalis philosophia admixtiones;

sed

DE DONIS SPIRITVS SANCTI TRACTATVS I. 105

Sed qualiter acquirantur & conseruentur atque in habente perficiantur. Qui aut idcirco potissime student ut sc̄iant, ut pr̄dictis subtilitatibus abundantius gloriantur; quis & ipsi uicissim ea quae deuotionē concernunt, scire conentur, non tam ut deuoti reddantur, q̄ ut nil ignorare putentur, aut certe deuoti existimētur, tales prorsus miserrimos reor atque uanissimos; qui uero tam in ueritatis conspicendi atque gratiis obtinendis aude inardecunt, quo utiq; intellectus illustris est, affectusq; sanctus, eos libros pr̄sertim affectant, in quibus nūl deuotio exciterit, sed intellectus omni notitia deformiter adornetur. Hoc igit modo in presenti tractatu de donis spiritus sancti differere nitat, quanti conferre dignabit spiritus sanctus, qui est super omnia deus sublimis & benedictus. Sic quippe antiqui doctores catholicī cōscripti etiā ipse gloriosissimus Dionysius Arcopagites ait nāq; Hieronymus, q̄ antiqui doctores libros suos dicitis philosophoꝝ catenū referunt, ut ignoret qd primū debeas admirari, scientiam seculi uel eruditōnē sacrae scripturāe; & hunc modum moderni doctores, Thomas, Albertus, Aegidius ac alijs renouant.

Articulus III. An dona à uirtutibus realiter distinguuntur.

DEniq; hanc quæstionem de distinctione uirtutum a donis, Magister tertio lib. inducit, ostendens ex uerbis Ambroſij, q̄ dona spiritus sancti non sint nisi quædam uirtutes. Thomas uero in prima secunde tenet oppositum; & ad authoritatem Ambroſij responderet, q̄ nomē uirtutis ab eo cōmūter sumit, utputa pro qualibet habituali perfectiōe. Itaq; Thomas affirmit dona nō esse nec dici uirtutes. Nā si dona essent uirtutes, nō esset ratio cur quedā uirtutes & non omnes dona vocentur; multas quoq; subtilissimas distinctiones inter uirtutes & dona tangit super 3. Sententia in pri. 2. & item in secūda 2. que oportuni locis tangentur. Albertus q̄, Bonaventura, & celebriores doctores scholastici afferunt dona à uirtutibus esse distincta. Hanc autē quæstionē hic solū uero nolo; est nempe nī fallor multum difficultē saltē quātū ad aliqua dona, quantū uero ad aliqua dona, non mihi uidet multū difficultis. Est em̄ difficile cerner, quō pietas & fortitudo prout nominant uirtutes morales, & inquantū sunt dona, realiter atque specificē distinguuntur. Sed quoniam quæstionē huius solutio exigit scire quid sint singula dona, quid etiā ad rationē doni pertineat, & quot modis accipiuntur in scripturis sapientia, intellectus, consilium, fortitudo, & reliqua quaē dona dicuntur, propterea quæstio hæc nūc differenda est, debitis locis diligenter perscrutanda.

Articulus III. Cur dona hæc dicuntur potius dona spiritus sancti q̄ patris uel filii cum tamen opera trinitatis sint indiuisa.

Est autem natura operādi principiū. Dicitur em̄ natura, quia ex ea actio nascitur; quæadmodū igitur trūm personæ diuinæ est una essentia seu natura, ita & actio seu opatio ipso ad extra eft una & indiuisa. Vnde unigenitus filius: Quæcūq; inquit facit pater, hæc & filius similiter facit. Et de sp̄u sc̄tō ait Ap̄lusi: Hec oīa operat unus atque idem spiritus diuīdēs singulis prout vult. Et in lib. Iob legitur: Sp̄u dñi fecit, & spiraculū omnipotentis uiuificauit me. Quicquid igit̄ facit una diuina persona, hoc omnes & singulæ faciunt. Sunt em̄ unus deus, unus dñs, unus creator, unaq; omniū causa. Cur ergo hæc septem diuinæ inuincitiae dona, appellata sunt dona sp̄i sancti potius q̄ patris uel filij; nisi qm̄ spiritus sancto appropriat̄ bonitas, benignitas, hilarietas, cōmunito, amor, quæ omnia cōstant esse dationis principia rationesq; se cōmunicandi seū munera largiendi. Deniq; spiritus sanctus proprio donū nominatur ratione sue originis. Habet em̄ rationē primi doni, qm̄ procedit a patre ac filio per modum amoris, cum sit emanatio uoluntatis; quæ admodum uerbū emanatio est intellectus. Amor uero est causa ac ratio omnis gratuitæ donationis; estq; primum quod amans amanti impendit. Cum ergo spiritus sanctus proprium donum sit patris ac filij, in quo omnia dona donātur, & quod rationē primi doni fortitudo, congruit hæc septem diuinæ liberalitatēs præclarissima munera, dona spiritus sancti appeleri; nec tamen sic in sacra scriptura ascribuntur spiritus sancto, ut non attribuantur patrī & filio; cum de patre in Canonica Iacobi scriptum sit: Omne datum optimum, & omne donū perfectum defusum est a patre luminum; quamvis pater luminum tota trinitas intelligi possit; cui quotidie tanq; uni uero, summōq; deo acclamans: pater noster qui es in celis. De filio quoq; Apostolus ait: Ascendens Christus in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Rursum dona hæc dona dicuntur spiritus sancti, quoniam reddunt mentem humanam bene atque faciliter mobilem a spiritu sancto, ita ut per ea audiat homo quid loquatur in ea dominus deus, id est spiritus sancti instinctus ac per hoc omni diuinæ

Ioh. 5.
I. Cor. 12.
Iob. 33.

Deut. 6.
Eccles. 1.
Mat. 22.
Ioh. 8.
Gala. 3.
I. Timo. 2.

Iacob. 1.
Mat. 6.
Luc. 11.
Eph. 4.
Psal. 67.
Psal. 64.

t 3 inspira

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

inspirationi prompte obediatur juxta illud Apostoli: Quicunq; spiritu dei agitur; id est mouentur, hi filii sunt dei.

Articulus v. Cur potius haec sepe dicuntur spiritus sancti, q; alia bona diuinis data.

Mnia insuper bona nostra, in d^omerita, nōne dei sunt dona? Quid enim habes qd non accepisti? Cur ergo haec sepe potius dicta sunt dona dei q; virtutes & gra-

titiae reliquie, ut pote iustitia de qua ait Philosophus, q; ipsa sit preclarissima virtus?

et neq; est Lucifer neq; Helperius ita mirabilis: uel temperantia, in qua Tullio teste

splendor est maximus: Quidam ergo respondentes afferunt haec sepe potius alijs dici dona

spiritus sancti, quia sunt priuilegiata dona prae ceteris: sed hoc stare posse non arbitror: vir-

tutes em̄ theologicae digniores sunt donis, nec tamen inter dona cōnumerantur. Quidam i-

gitur dicunt, non ideo solum haec dici dona spiritus sancti, quia ab ipso nobis donantur, sed

quoniam reddunt hominem bene mobilem ad illa ad quae inspirationis diuinæ inclinat fine ul-

teriori inquisitione consiliis rationis humanae: sed hoc charitati quoq; conuenire ostenditur

didente Apostolo: Charitas nō querit quæ sua sunt, omnia suffert, omnia credit. Charitati

quippe nihil difficile est: nec aliqua forma tam proprie operatur ut charitas. Nam ex propria

ratione habet inclinare ad actum. Si itaq; ista res pofit sufficere, esset charitas donis commune

randa. Cur ergo haec potius q; alia dona vocata sunt? Hac ut fertur ex causa: quoniam intel-

lectualem creaturam perficiunt, non immediate neq; directe ad execēdam operationem

potentia, sed ad prompte exequendam operationem virtutum. Contemplandum est namq;

q; sicut gratia gratum faciens immediate perficit ipsam essentiam intellectus substantis,

ponens eam in esse spirituali atq; diuina, sed denserq; eam gratam & placitam deo, etiam ante

omnem actum ut in pueris baptizatis: virtutes autem directe perficiunt potentias eius in-

tellectualis substantis, ut fides intellectus, charitas voluntatem, temperantia concupisci-

bilem. Sic donis quamvis subiectentur in viribus in quibus subiectatur virtutes, non tamē

directe concernunt potentias, nec immediate perficiunt eas sed ordinantur directe ad per-

ficiendas expedientiasq; ipsas virtutes. Ipse quippe virtutes tales adiutorio donorum spiri-

tus sancti sunt indigentes, quatenus sine omnī obſtaculo facilime procedant in actu: Pri-

mo propter imperfectionem virtutum in nobis: secundo propter impedimenta virtutum

tollendae tertio specialiter propter perfectionem virtutum theologicas, augēdā in nobis, sicut

patebit. Vnde secundum Albertum virtutes directe primo & immediate perficiunt poten-

tias animæ dona uero immediate & secundario: Nam immediate perficiunt ipsas virtutes.

Huc autem responsione consonat verbum Gregorij: qui ait, q; dona præstantur in adiuto-

rium virtutum: quamvis enim uerbi gratia mansuetudo directe contrariatur ira, eamq; re-

pellat, non tamen mansuetudo eatenus fortis est quin dono scientiae indigeat, per quam ho-

mo cognoscit q; irrationalib; extat uitium ira, quæ nihil aliud est prorsus nisi quædam infi-

nia: ad cuius mitigationem ratio egredit dono scientie, uitium tale detectantis ac reprobantis.

Conformiter, quamvis charitas quæ est theologica virtus uoluntatem perficiens directe, ad

dei unionem ac gustum conducat, non tamen in nobis in tantum perfecta confitit, quin ho-

mo dono sapientie egens sit, per quam de ipsis diuinis rectum saporosumq; sortiatur iudi-

cium: atq; per hoc alienas delicias uitandas discernat. Sic quoque in singulis donis plenius

innovescit, si spiritus ueritatis qui uerus est deus, infuderit.

Articulus vi. Quod inter virtutes theologicas atq; morales, do-

na in dignitate medio modo se habeant.

Porr̄o virtutum alia theologica seu diuinæ ac supernaturales dicuntur: alia autē

moralis quæ circa passiones uersantur, easq; modificant alia uero intellectuales,

ut prudentia, ars. Virtutes itaq; theologicae non tam duntaxat ceteris cunctis vir-

tutibus, sed & donis præstatoriis putandæ sunt: qm̄ deū pro immideato ac pro-

proprio habet obiecto. Fidei em̄ obiectum est ueritas prima, spei uero beatitudo æternæ: charita-

tis aut̄ bonitas in creatura: & ideo iste virtutes dicuntur diuinæ. Vocat insuper supernaturales, qm̄

ad supernaturalem finē q; est uisus dei bñdicti p specie, ordinat hōlem: & per creationē supnatu-

raliter infundit: nec naturalibus virib; possunt acquiri. Deniq; virtutes morales ac intellectua-

les, put de eis loquuntur philosophi, nō ordinari neq; perficiunt hōlem, nisi ad beatitudinem naturalē:

sed charitate adiuncta & fide, sine qbus nec uerē nec propriè appellari possunt virtutes, dñ-

ponit ac ordinat hōlem ad beatitudinem felicitatē seu finē: sed in quā sunt virtutes insu-

ta, non acquisite, perfectius faciunt hoc. His autem virtutibus digniora sunt dona: Primo

quoniam sine gratia gratum faciente haberet non ualent, quemadmodum demum liquebit

secundo

Rom. 9.

1. Corin. 4.

1. Corin. 12.

Videntur leges
dū sit, concipi
tib; hancemis
dona &c.

Gregorius.

DE DONIS SPIRITVS SANCTI, TRACTAT. I.

106

secundo quia directe ad ornandum virtutes theologicas ordinantur: tertio quia efficiunt hominē promptissime mobilem atq; spiritu sancto, cuius motio atq; instinctus, sublimior est motione rationis: ad cuius sequela seu directione ordinantur virtutes morales atq; prudenteria: quæ finis est facere hominē à ratione prompte mobilē sic regibile. Ideo nōne passiones reformantur earum excessus actum rationis præpediat: quarto quoniam dona ex propria uo ordinant hominē ad supernaturalem felicitatem. Ideo nāq; praestantur atq; spiritu sancto, quatenus virtutes theologicas perficiunt, rationale creature ad æternā beatitudinem ex cellētū faciliusq; pdūcunt. Sed hōq; plena intelligētia nequit haberi nisi ex introducendis.

Articulus vii. De duplice rectore ac regula actū humanorum.

S I insuper homo non nisi ad naturalem beatitudinem conditus esset, quemadmodum opinabantur philosophi, non utiq; indigeret lege diuina nec gratia nec utrisq; sed sufficeret ei lex naturalis ac naturalis potentia. Ad naturalem enim felicitatem ac finem, naturalia media sufficiunt. Nunc uero quoniam ad supernaturalem beatitudinem quæ etiam angelorum naturalem felicitatem transcedit, conditi sumus, certū est nos supernaturali indigere lege atq; gratuita gratia. Quoniam itaq; duplex est beatitudo siue perfectio hominis, utpote naturalis de qua loquuntur philosophi, & supernaturalis quam docet scriptura diuina, duplex quoq; distinguitur rex orator ac regula a clivu humanorum, uidelicet ratio naturalis et spiritus sanctus, seu lex naturalis lexq; diuina. In his quippe quæ naturalem ordinem non excedunt, moueri potest homo à propria ratione naturali, legem in ceteris uero indiget inspiratione diuina, & item diuinæ legis directiua informatione. Vnde de spiritu sancto Christus discipulis dixit: Paracletus autem spiritus sanctus, quæmittet pater in nomine meo, ille docebit uos omnia, & suggesteret uobis. Et diuinus Apostolus: Quid oremus sicut oportet, nescimus: sed diipse spiritus orat pro nobis, id est orat nos escit, & formam fiduciamq; orādi inspirat. Atq; Psalmographus: Spiritus tuus bonus deducit me in terram rectam. Et in libro quoq; Sapientiae legitim: Da mihi domine sedium tuarum afflustricem sapientiam, ut mecum sit & mecum labore et ut sciam quid acceptum fit coram te omni tempore. Nec enim sacram diuinæ legis scripturam sine speciali illuminatione spiritus sancti salubriter intelligere possumus, aut auribus illam audire: de quibus in Evangelio saluator horratur: Qui habet aures audiendi, audiat. Sed mouere quempiam potest, si huic modi motio spiritus sancti egemus, quomodo Dionysius afferit, quia optimum hominis est esse secundum rationem: Si enim non sufficit ratio homini, sed exigitur instinctus spiritus sancti, non uidetur optimum hominis esse secundum rationem, sed potius secundum diuinum instinctum. Et respondendum, q; ratio hominis considerari potest dupliciter: Primo ut formatur à naturalis legis dictamine: & sic optimum hominis non est simpliciter esse secundum rationem, neque non indigeret homo ad promētendum gratia dei, quemadmodum afferebat inimicus gratiae dei hærciarcha Pelagius. Secundo ut in formata illuminatione legis diuinæ ac gratia: sicq; optimum hominis est ratione inniti uel rationem sectari, quod est esse secundum rationem uel intellectum, quæ idem sunt. Ratio nāq; voluntati ostendit quid agere debeat: uoluntas autem omnibus animæ viribus inferioribus imperat: & ad operandum has mouet seu excitat, dicente scripturam: Doce me factiustificationes, id est mandatorum tuorum impletiones per quas iustificamur: sicq; ratio deo eam docente, docet seu dirigit voluntatem.

Articulus viii. Q; sicut virtutes efficiunt hominem bene dirigibilem seu mo-

bilē à ratione, sic dona à spiritu sancto.

Ratio demum regina ac domina ponitur omnium virium animæ. Sed ne homo à ratione censura per impetum passionum uiriorumq; abducatur in impulsu, necessariae sunt virtutes morales quæ passiones coercent, atq; sensibilem appetitum quin concupiscibilem irascibilemq; partitur, ratione subiectum: quatenus eius in omnibus sequitur iudicium. Quæadmodum igit̄ homo à ratione propte atq; faciliter nequit in ueri nisi virtutibus perficiat moralibus, sic spiritus sancti in inspiratione seu motu, bene ac plemente recipere imitariq; nequit, nisi donis adornetur paracleti, presentem cum dicat Apostolus: Nemo potest dicere dominum Iesum nisi in spiritu sancto. Deniq; ad suscipiendū influxū altioris motoris, sublimior exigitur dispositio mobilis. Quæadmodum ergo motio spiritus sancti dignior extat motio eōis, sic dona præstantiora ponuntur viribus moralibus. Hæc distinctione nō S. Tho. doctor inter modernos eximius tradidit: q; tū pīū intellecō regit. Cōstat enim, q; quelibet virtus reddit hominē hñ mobilē à spū sancto: cū tota nostra pfectio in hoc sita co-

Ioan. 14.

Rom. 8.

Phil. 1.4.

Sap. 9.

Mat. 11.15.

Act. 4.

Luc 8.14.

Apoc. 2.3.

Platoni.

1. Corin. 8.

4. fīstā.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHVSIANI,

sistat, ut spiritus sancti imitemur in instinctu: ad quam imitationem quilibet virtus nos preparat, ut patientia iuxta illud: In patientia uesta possidebitis animas uestras. Humilitas quoque iuxta illud: Super quem requietet spiritus meus, nisi super quietum & humilem? Simplicitas etiam iuxta illud: Spiritus sanctus discipline effugiet factum, id est hypocritum. Omnia nang virtutum generalis ac ultimus finis, est introducere hominem ad felicitatem celestem: quod sine secessione spiritus sancti cōpleri non ualeat. Postrem quemadmodum uirtutes theologicae dona excelsunt, sic ad diuinum instinctum sequela eminentius mente coaptant, potissimum charitas: quem mentem deo intime iungit. Qualiter ergo predicta distinctio inter uirtutes ac dona saluabatur: Et respondendum, quod ista distinctio subtilis ac optima est. Intelligenda est equidem de illa speciali motione spiritus sancti, ad quam uirtutes non sufficienter disponunt. Ostensum est enim cur ultra uirtutes dona requirantur. Virtutes etiam immediate concernunt potentias: dona uero perficiunt ipsas uirtutes. Uirtutes ergo faciunt mentem bene mobilē a spiritu sancto quodammodo mediate: dona autē immediate. Nam uirtutes donis iuuantur atque ornantur, ut hominem deo in cunctis perfecte subjiciant: nec mirandum est hoc. Nam fides & spes in propria ratione imperfectionem includunt: unde nec in prima manent. Charitas quoque praesentis uite imperfecta existit, cum de Ioanne Baptista Christus testatus sit: Qui minor est in regno celorum, id est in summis beatior, maior est illo. De quo paulo ante predixerat: Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Si ergo uirtutes theologice indigent donis, quanto magis aliae? His autem concordat uerbum Philosophi tractatu de bona fortuna dicentis: In his quae per diuinum instrumentum mouentur consiliari non expedit secundum rationem humanam, sed ut sequantur interiorē instinctum mouentur enim a meliori principio quam humana sit ratio. Vnde Thomas ait, quod dona perficiunt hominem ad altiores actus quam sunt actus uirtutum excedunt namque communē perfectionē uirtutum: non tamē quantitate ad genus operis sicut consilia, sed quoad modum agendi: quoniam nulla uirtus sic perficit hominem quam ad ultimum finem, quin semper moueri indigat superiori instinctu spiritus sancti.

Articulus IX. An dona spiritus sancti sint aliquid fixum ac radicatum in rationali creatura: uidelicet an sint habitus quidam.

Tripliciter denique dicitur aliquid esse in homine. Primo potest aliter, quod ad modum de infantulo egregiae in dolis dicimus quod sit beatus puer, quamuis nec actum nec habitus beatitudinis sit fortis, sed dispositionē perualidam. Secundo habitualiter, ut de eruditō nō considerante sed dormiente, dicimus quod sit sciens seu contemplator, eo quod habitus scientiae ei insit, quamvis actualiter nihil cognoscat. Tertio actualiter, sicut de iusto scriptū est: Iustus autem miseretur & tribuens ut pote quoniam actum iustitia facit, quamvis propter solum habitu iustus quis appelletur. Itaque inter potentiam quam aliud non est nisi naturalis dispositio vel aptitudo, & actum qui est ipsa operatio uisus pree, habitus mediatus. Est neque habitus dispositio seu qualitas fixe in haerens subiecto, per quam faciliter agere potest. Quemadmodum autem homo ad sequendū in cunctis diuinā aspirationis influxum seu spiritus sancti in instinctu, indiget quibusdam habitibus qui dona uocantur. Dona ergo spiritus sancti sunt habituales perfections quiescentes in rationali creatura, sicut uirtutes qui bus habitibus redditum optime dirigibilis à diuino instinctu. Præterea spiritus sanctus per dona sua dicitur esse, itemque manere in nobis: sed de spiritu sancto loquens discipulus Christus, Apud uos inquit manebit, & in uobis erit: ergo & dona spiritus sancti sunt habitus manentes ac fixi in nobis.

Articulus X. De donis secundum doctrinam doctoris deuoti.

Oportet autem aduertere quid de ipsis donis sufficietiam donorum doctor ille dignissimus, uenerabilis dñs Bonauentura conscribat: cuius nō fallor doctrina in hac parte sicut in ceteris multis documentis sancti Thomae satis conformis est, non tamen in omnibus. Igitur secundum Bonauenturā deus non solum perficit hominem contra obliquitates uitiorum, per habitus uirtutum, sed insuper perficit eum ad expediendum se contra impedimenta uirtutum, atque syncōmata seu reliquias uitiorum, per habitus donorum. uidelicet ut expedite ac prōpte uirtutum impedimenta repellat atque suppeditet. Tot ergo dona esse oportet, quod ad talē expeditionē sufficiant. Indiget autem anima septiformiter expediti, si omnia uita expeditissime debeat euitare. Primo quidem contra superbiā, quod fit per donū timoris, de quo ait scriptura: Qui timet deū nihil negligit. Et rursus: Timor dñi expellit peccatum. Cū enim omniū uitiorum coercet matrē, id est superbiā, nihil negligit: atque omne peccatum

Luc 21.
Eph 6:6.
Sap 4.

Mat 11.
Eodem.

Psalm 36.

Ioan 14.

Eccles 7.
Eccles 10.

DE DONIS SPIRITVS SANCTI, TRACTAT. I.

107

catum expellit. Secundo contra inuidiam: quod fit per pietatem, quam constat esse proximis benevolā atque beneficā: quippe quae teste Apostolo ad omnia utilis est. Qui enim diligit proximū legē impluit. Pietas ergo inquantū est donū, charitatē fraternā munit, confortat ac fulcit: quatenus omne uirtutū inuidia expeditissime destruat, semperq; benignū ac dulcē affectū fratri impendat. Tertio contra irā quae est infanía animi: quod fit per donū scientię. Quarto contra avaritiam: quod fit per donū fortitudinis. Hac enim mentē ad diuinā robustā reddit ac agilem. Quinto contra auaritiam: quod fit per donū consilii, per quam homo spontaneam paupertatem amplectitur, sicq; affectū à terrenis expeditū fortitur. Sexto contra gula: quem mentis lucē obtenebrat, saluatore dicente: Videte ne grauentur corda uestra crapula uel ebrietate, quae sunt species gulæ: quod fit per donū intellectus, q; animū acuit, & ea quae rationē obnubilant, faciliter recessit. Septimo contra luxuriā, quae uisum mentalē prorsus execēcat: intantum ut in ipso actu Venereo non sit possibile ut aliquo actu partis intellectu: ita absorbet delectatio illa carnalis actū rationis secundū Augustinū. Vnde secundū Hieronymū, spiritus prophetaz in tali actu non tetigit. Hoc autem fit per sapientiā donum: cuius illuminatio tanta est, ut hanc mentis cætitatem expellere aut certe moderari præualeat. Porro aliam causam assignat hic doctor sufficiētia donorum spiritus sancti, propter expediendas naturales animaue uires. Vis enim seu appetitus irascibilis, indiget expeditiā bona in prosperis ne extollatur, quod efficit timor. In aduersis quoque ne decipiatur: sed utrobiquē regia via incedit, quod efficit fortitudo, quae in aduersis præseruit exigitur, de qua ait scriptura: Deus Israēl ipse dabit uirtutē & fortitudinē plebi sue. Vis insuper concupisibilis indiget expeditiā tam circa affectū proximi, quod efficit pietas, q; dei, qd efficit sapientia, qua gustū diuinorum includit. Vis autē rationalis indiget expeditiā in ueritatis speculatione, quod efficit intellectus, in meliore bonorum electione, quod facit consilium: atq; in boni executione, quod facit scientia, per quam laudabiliter conuerſamus in medio nationis pravae & peruersae. Quod autem doctor iste de uiris irascibili & concupisibili dicit, intelligentiū non arbitror de irascibili & concupisibili quae sunt species appetitus sensitui ac sensitivae partis potentie: certū est enim quod sapientia & timor ac pietas inquantū dona ponuntur, non utiq; in parte sensitiva subiacent, sed in intellectua. Loquitur ergo ut reor de concupisibili & irascibili, prout in appetitu intellectu consistunt: in quo tamen proprius sed metaphorice sunt, neque realiter differunt, sed ratioē dūtaxat. Insuper alia ratione esse operat septem dona, uidelicet ad expedienda seu faciliter execuēda uirtutū officia. Timor enim expedit ad temperantiam, iuxta illud: Confige timore tuo carnes meas. Pietas ad iustitiam: q; per eam sic facimus proximo, quemadmodum nobis fieri cupimus, in quo nobis iustitia summa cōficitur. Scientia ad prudentiam: indiget enim uirtus prudentiae perfici donos scientię: fortitudo ad patientiam. Consilium ad spē. Intellectus ad fidem: penetrando quae fidei sunt sapientia uero ad charitatem. Per hoc enim quod gustū deitatis includit, ad dei amorē uehementer ac prompte mentē inflamat. Vnde quemadmodum charitas mater est & consummatio universalis uirtutū, sic sapientia mater ac finis est cunctorum donorum, secundū qd de ea per sapientem quendam scriptū cognoscimus: Venerunt militi omnia bona pariter cum illa: & innumerabilis honestas per manus illius. Amplius, septē ponuntur dona spiritus sancti ad expediendum, i.e. expeditiā perficiendā rationalē creaturā in agendo. Indiget enim homo expeditiā quantum declinet a malo, qd fit donū timoris: & ut perficiat in bono. Bonū autē est duplex, uidelicet necessitatis, ad qd spectat præcepta: & supererogatiōis, ad qd ordinant consilia. Circa bonū necessitatis expeditiū seu expeditiū in agendo efficiunt p; scientiā ut dirigeant, atque per pietatē ut exequantur. Circa bonū supererogatiōis expeditiū p; donū consilij dirigeant & per donū fortitudinis exequantur. Necesse quoque habemus quiescere in optimo tam cognoscendo quod fit per donū intellectus, qd degustando qd fit per donū sapientiā. Postremo septē necessitatis est esse dona spiritus sancti ad expediendum animū in contemplādo. Ad uitā enim contemplatiā atque hierarchicā, opportunū est animā purgari, illuminari ac perfici. Est autem purgāda à quatuor natura uulneribus propter originale peccatum inductis, uidelicet à concupiscentiā, qd facit timor: à malitia quod efficit pietas: ab ignorātiā quod agit scientia: & ab infirmitate qd efficit fortitudo. Illuminari quoque egem⁹ in opibus reparatiōis humanarū, qd fit per consilium: & in actibus conditionis primaria, quod fit p; intellectū. Perfici uero egem⁹ per accessum ad summū bonū ac ultimum finē, quod fit per sapientiā. Quazuor igit̄ dona, uidelicet sapientia, intellectus, consilium, scientia, intellectū perficiūtialia tria affectū. Suntq; plura ad intellectū spectatia: eo quod lumen cognitionis potissimum expedit ad recte agentiū.

Articulus

1.Tim.4.
Roma.17.

Luc 21.

Psalm 57.

Phil.1.

Psalm 116.

Sap 7.

Psalm 33.

Bonū duplex.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

Articulus XI. De numero & distinctione donorum inter se, secundum traditionem doctoris sancti.

Quoniam igitur dona efficiunt hominem optime mobilem ab influxu spiritus sancti, ita ut dicere queat cum uero sancto, Ut tum etum factus sum apud te, & ego serper tecum, idcirco dona inueniuntur potentissimae, quæ a spiritu sancto mobilis sunt: ut pote in intellectu & appetitu intellectivo seu voluntate. Intellectus autem seu ratio duplex est, scilicet speculativa & practica. In utraque etiam duplex exstaret cognitio: quæ una ad inventionem veritatis, alia ad iudicium pertinet veritatis. Primo equidem veritate inuenire seu scire oportet, & deinde rectum habere iudicium de veritate iam cognita. Quam ergo ad veritatis apprehensionem, perficitur ratio speculativa dono intellectus quod ueratur circa necessaria, de quibus est fides: ratio autem practica dono consilii, quod circa agibilitatem ueratur humana. Ad recte uero iudicandum perficitur ratio speculativa per sapientiam: practica per scientiam: sapientia enim circa diuina, scientia circa humana atque creata. Potentia quoque appetitiva indiger perfici: Primo quantu[m] ad se tam contra timorem periculorum, quod efficit fortitudo, q[uod] contra blandimenta concupiscentiarum, quod efficit timor. Secundo quantum ad alios, quod efficit pietas. Dona ergo extendunt se ad omnia ad quæ se uirtutes intellectuales ac morales extendunt. Hæc est determinatio Thomæ prima 2. q. 67. Veruntamen huic sententia repugnare uidentur, quæ idem p[ro]le in 2.2. q. 8. ac 9. inducit. Illic enim sic inter dona distinguit, q[uod] fortitudo, pietas atque timor in appetitu consistunt: alia quatuor in intellectu: & haec ad supernaturale fidei notitia ordinantur. Fides autem principaliter est de creatore, secundario uero de quibusdam creaturis, prout referuntur ac ordinantur ad deum. Et quoniam fides teste Apostolo per dilectionem operatur, idcirco rectius respicit fides actus humanae prout ad ultimum finem perducunt. Itaque fides dupliciter indiger perfici: Primo per hoc quod credenda lympido quodam mentis intuitu perspiciantur seu penetrantur atque subtiliter apprehendantur, ita q[uod] intellectu uero intell[ig]entia, n[on] operationabilius uideatur, q[uod] fidei Christianae assertio. Hanc autem perfectionem fortitur anima per donum intellectus. Secundo perficitur homo in fide per hoc quod de ipsis credendis rectius habet iudicium, discernens q[uod] eis sit firmus in inherendo, & ab eo[rum] contrariis fortissime recedendum: tale autem iudicium quantu[m] ad res divinas, ad donum sapientiae pertinet: quantu[m] uero ad res creatas sub fide cadentes, ad donum scientie: sed quantu[m] ad actus humanos, ad donum consilii. In hac itaque distinctione afferit Thomas quodam distinguere inter dona, sic q[uod] dona consilii atque scientiae practica cognitionem respiciunt intellectus uero speculativa. Hanc uero distinctionem hoc loco redarguit: & tamen in primis secundum sicut nunc claruit, ea uitetur eamque approbat. Malle fateor loco praesenti ab eruditore doceri, & bonâ resolutione huius contrarietatis addiscere, q[uod] tantu[m] doctorem irreuerenter negare: cuius tamen dicta in promptu concordare non ualeo. Porro quid rationabilius dictu[m] appareat introducam, dum de singulis donis seorsum tractabo.

Articulus XII. De connexione ac distinctione donorum secundum Anselmum.

Anselmus præterea de donis in libro de similitudinibus loquens, hoc inquit donorū primū est timor dñi tangentia fundamentū aliorū. Hunc enim spiritus sanctus in capo mentis superponit, atque alia dona in suis ordinibus uelut in ædificio superimponit. Primo namque spiritus sanctus metuere facit hominem, ne cum dæmonibus torquateur. Huic denique timori spiritus sanctus immediate superimponit pietatem, dum menti taliter formidanti, uipius ac proximorum compassionem aspirat, ac pie recolere facit q[uod] misera erit si se paretur a deo, torquaturq[ue] in inferno. Vnde in Ecclesiastico scribitur: Misericordia tua benefacens deo. Et rursus: Benefacit anima sue uir misericors. Rationalib[us] ergo a dono timoris ad donum pietatis ascendit. Dono quoque pietatis superimponit spiritus sanctus donum scientiae, dum mens sic sibi metuit atque compatitur, ut qualiter saluari queat scrutef[er]e, ei[us]que spiritus sanctus huius rei cognitionem largitur. Dono autem scientiae superimponit spiritus ueritatis in ædificio metis donum fortitudinis: quoniam cum mens pauida timet, & sibi mox cōdolet, quid etiam agendū sit recognoscit, neceſſe est, ut dono spiritus sancti redatur fortis ad operandū quæ dicitur, & quibus se posse saluari confidit. Scientia namque sine idonea atque laudabili uita nil prodest sed obest. Porro dono fortitudinis superimponit spiritus sanctus donum consilii: quia dum mens ad operandū facta est fortis, quæ pie timēdo nouit agendū suū experimentū, didicit ex spiritu sancto, q[uod] de omnibus istis consulere debet. Est enim consilium, habitualis perfectio mentis a spiritu sancto impressa: quo secundum diuinum consilium ad operandū in omnibus homo mouetur. Dono autem consilij superimponit spiritus sanctus donum

Pist. 72.

Ratio duplex.

Gals.

Eadi.

DE DONIS SPIRITVS SANCTI, TRACT. I.

108

donum intellectus: quatenus post prædictorum perfectionem donorum intelligat homo, cur hæc & alia fieri debeant: quodq[ue] solo deo remunerationem expectet & accipiat. Postremo prædictis donis accumulat spiritus sanctus donum sapientie: quatenus quod dono intellectus recte cognoscit, illud sibi dono sapientie sapidum atque dulcisimum fiat; ac per hoc solo & equitatis amore sequatur, quod intelligat seculadum. Non enim ut Hugo testatur, perfectum facit cognitio ueritatis, nisi comitetur notitia sapientia seu experimentalis: quoniam experientia intelligentia extat magistra. At quoque Anselmus hæc duo ultima dona, uidelicet intellectum & sapientiam, ad uitam pertinere contemplatiuam: alia uero quinq[ue] ad uitam actiuam: quod qualiter possit saluari, in sequentibus elucescet. Plura enim circa preinductam positionem Anselmi dubia tangi possent, quæ congruo si dominus de dedit, loco soluentur. Itaq[ue] in isto mētis ædificio ita composite spiritus sanctus residet, totamq[ue] interioris domus familiarium, id est uniuersos animos sensus atque affectus gubernat, & ad suum disponent obsequium ac debitum finem: Sicq[ue] anima dei templum effecta, uerbum Apostoli implet quod ait: Omnia honeste ac secundum ordinem stant in uobis. Nam in hoc omnium ciuitatum constat perfectio, ut unumquodque ordinem sibi præfixum obseruet, & secundum exigentiam finis sibi à deo præstitutum omnibus agat. Vnde secundum Dionysium, nec ipsæ angelicæ mentes aliquid aggredi uel agere audent, nisi sicut à deo eis præfixū cognoscunt.

1. Cor. 14.

1. Cor. 6.
Rom. 5.

Matt. 7.
Luc. 11.

Eph. 4.
1. Corint. 4.
Iacob. 1.

Persona autem diuina dupliciter dicitur esse alterius: Primo ratione originis, & sic filius est fui patris, quia generaliter ab eo, & spiritus sanctus est patris ac filii tangentia unitus spiritatoris, quoniam procedit ab ipso, non inquantu[m] sunt pater & filius distincti & personæ, sed secundum quod sunt uniti principiū, id est in patre & filio sit una uoluntas à qua spiritus sanctus immediate procedit, tangentia amor ac uinculum patris ac natu. Secundo diuina persona dicitur esse aliquius ratione fruitionis uel cōunionis: sicq[ue] deus & qualibet diuina persona est coquus per gratiam aut gloriam deo unitū sive fruunt. Quoniam ergo per dona spiritus sancti habitat deus in nobis nosque manemus in ipso, idcirco non solū dona spiritus sancti, sed & ipse spiritus sanctus nobis donat. Id nāq[ue] alii dona, q[uod] de novo incipit esse ipsi". Per hoc autem quod dona dei recipimus, deo cōiungimur, & eo quodammodo fruimur: sicq[ue] ipse est noster, in d[omi]n[u]m & unitu cū nobis. Qui enim adhuc deo, unusq[ue] spiritus est. Et denuo scriptū est: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Porro spiritus sanctus donum applicat & datutus est e[st] donu[m] t[em]p[or]is ei ab eterno quæ ad modum esse amor: quoniam fluit à parte ac filio tangentia donabilis: esse autem datu[m] cōpetit ei ex tempore, scilicet q[uod] charitate & gratia causat in nobis, quis ex hoc nulla oria mutatione in spiritu scit, sed in recipiente dona ipsius. Vnde in euangelio ait saluator: Si uos cū fitis mali, nostis bona data dare filiis uestris, quanto magis pater uester cœlestis dabit spiritu bonū p[ro]le tib[us] fe. O nobilis donu[m]: ut anima tale donu[m] talisq[ue] habitor: & suscipiunt, omnē adulterinā ac uanā societate excludantur: & q[uod] tanti presidetis conspicuū offendere ualeat, p[ro]le fortiter: repellat, ut sit munda & sancta, ac deo gratissimia.

Articulus XIII. An dona sint connexa sicut uirtutes.

Porro uirtutes esse connexas ostendit Magister tertio libro autoritate Hieronymi, quamvis hoc ipsum magnam difficultatem includat. Cōstat enim quod fides que est uirtus theologiae, in multis inueniatur qui charitatem non habent, alioquin oīs peccatoris essent incredulisti & Bonaventura affirmat fidem & spem, quatuor quoque uirtutes cardinales posse esse informes, id est sine charitate & gratia: rursumq[ue] formaristicus fine charitate inest in termodi, quandoq[ue] uero simul cū ea. Sed hoc difficultate relicta, de donis sentire oportet ea esse connexa. Omnes enim qui gratia gratificantem fortis sunt, omnia dona spiritus sancti habent secundum aliquem gradum. Hoc Thomas & alii concorditer dicunt. Dona namque faciunt hominem faciliter mobilem à spiritu sancto, quod fieri nequit, nisi omni mortali careat culpa, sicut uirtutes Morales adeptus sunt per infusionem, sive per exercitationem: qui autem huiusmodi est, omnissimū dono actus habet uel habitus, secundum aliquem gradum in e[st] ratio cur donis careret, cum factus sit capax corū. Præterea dona dantur in auditorium uirtutum: ergo dona præsupponunt se inesse illi cui aliquod competit donum. Qui autem uirtutibus fulget, septiformis influentia spiritus sancti est capax. Spiritus sanctus autem unicuique influit secundum propriam uirtutem, id est, secundum recipientium dignitatem & capacitatem. Qui igitur habet uirtutes, donis non caret. Insuper dona sunt necessaria ad salutem. Omnis autem qui gratiam gratum facientem ha-

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

tem habet, in statu salutis existit ergo & donis ornatur. Sed modus huiuscmodi conexio-
nis, & quomodo dona diuersis secundum uarios gradus conueniunt, posterius innoteſceret.

Articulus XV. Quomodo intelligenda est ramificatio gratiae in virtutes ac dona.

Scire quoque necesse est, que sicut per animam sortitur homo esse naturale atque specificum, ita per gratiam recipit esse spirituale atque diuinum. Et sicut ab una simplici es-
tentia animae fluunt non solum diuersae potentiae, sed etiam coordinate in dignitate & processione. (Dicitur enim anima causa unius potestiarum per aliam) sic ab una simplici gratia manant diuersae virtutes ad dona, sicut gratia ramificari prohibetur in ha-
bitus virtutum atque donorum. Amplius, sicut res primo indiget habere actualem exi-
stentiam seu esse naturae quam ualeat agere, sic intellectualis creatura primo indiget ponii
in esse spiritualiter, quod sit per gratiam eius existentiam immediate perficiens, quam posse
aliquid meritorie operari; quod sit per charitatem que perficit uoluntatem in qua est pri-
ma origo seu radix meriti atque demeriti. Constat autem omnes habitus infusos simul pro-
duci saltem quantum ad primam eorum in quocunque subiecto productionem, uel quan-
tum ad esse simpliciter, aut certe quantum ad esse eorum meritorium & formatum, cum
sint a deo creati dona uero sunt habitus infusi quemadmodum virtutes theologicae. Non
enim humana potestate aut naturali industria ualent acquireti, cum sint habitus supernatu-
rales ad supernaturalem finem directe & ex propria ratione ordinantes. Ramificatio igitur
gratiae in virtutes & dona, intelligenda non est quantum ad habitus ipsos quasi gratia cau-
set virtutes ac dona, quantum ad eorum existentiam, sed quantum ad operationem secundum
quod gratia naturali ordine praecedit virtutes donorum, sic quod intellectualis creatura in
actum virtutum atque donorum procedit gratia mediante, que est operationum bonarum
causa formalis, quarum deus est causa efficiens prima ac principalis. Creatura uero est cau-
sa eorum efficiens sed quasi instrumentalis, & secundum quod una virtus prior est alia fe-
cundum ordinem operandi, quamuis omnes simul esse dicantur quantum ad durationem
& habitum; secundum hoc dicitur gratia prius ramificari in quafdam virtutes. Primo enim
ramificatur in virtutes theologicas, deinde in intellectuales, postremo in morales. Et quoniam
dona presupponunt virtutes quia expediunt atque perficiunt eas, idcirco gratia prius
ramificatur in virtutes, deinceps in dona, postmodum in beatitudines que sunt operati-
ones virtutum donis perfectarum; ultimo autem in fructus qui sunt delectationes acti beatitudinum consummantes ac consequentes. Ramificatio ergo praetexta, intelligenda est se-
cundum dependentiam operationis virtutum ad gratiam donorum quoque ad gratiam &
virtutem quia utrumque dona praexiguntur.

Articulus XVI. Quae sit diffinitio doni.

Ex praeinductis satis lucere opinor, quod donum spiritus sancti prout de eo nunc
loquimur, aliud prorsus non sit, nisi habitualis ac supernaturalis perfectio mentis
creatae a diuina bonitate, immediate per creationem infusa, in adiutorium expeditio-
nem, que virtutum concessit, per quam redditur mens creata a supernaturali rectio-
re seu spiritu sancto faciliter mobilis. Dona quippe sunt habitus sicut ostium est, ideo di-
cuntur habituales perfectiones; & quoniam non solum reperiuntur in homine, sed in an-
gelis quoque, ut ex uerbis Ambrosii probat Magister tertio libro, idcirco adieci in diffinitio-
ne doni, mentis creatae, id est tam humanae quam angelicae; & quoniam dona supernatura-
les perfectiones existunt ac per creationem infusa, rite adiunctum est, a diuina bonitate
immediate infusa. Non enim sunt habitus acquisiti sed desuper dati. Denique dona ipsos vi-
tutum habitus ornant, atque eorum actus faciles reddunt: imo faciliores quam sine donis es-
se possent. Præterea addidi, quod sint in adiutorium expeditionem que virtutum cõcessit; &
sicut virtutes faciunt hominem sequi rationis censuram, sic dona efficiunt mentem a spiri-
tu sancto dirigibilem, docibilem, mobilem atque regibilem. Vnde patescit cur additum sit,
per quam redditur mens bene mobilis a spiritu sancto.

Articulus XVII. De subiecto donorum.

Quemadmodum insuper gratia dicitur esse in ipsa essentia animae tanquam in sub-
iecto, eo quod immediate concernat atque perficiat eam, sic virtutes ponuntur
in uiribus animae unaquaque in illa quam directe concernit ac perficit, ut amor
in appetitu scientia in intellectu. Et sicut duplex est appetitus, uidelicet sensitivus
in Genesi ait scriptura: Sub te, i. sub ratōis impio, erit appetitus eius i. peccati; & tu
domina.

DE DONIS SPIRITVS SANCTI, TRACTAT. II.

109

dominaberis illius. Est quoque in homine appetitus intellectuus siue uoluntas. Sic duplex
est amor in nobis: duplex quoque concupiscentia seu delectatio amor in concomitans, scilicet
sensibilis & intellectualis. De concupiscentia namque sensibili que mala ac feeda censetur,
ait scriptura: Si praetiteris animae tuae concupiscentias eius, facient te in gaudium inimicis
tuis. Nam teste Psalmographo, Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero. Et rursus: Ca-
ro concupiscit aduersus spiritum. De concupiscentia uero intellectuali que pura ac nobilis
est, scriptura est in Ecclesiastico: Autis bona cum omni concupiscentia audier sapientia. Atque
in psalmo: Concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Amor igitur sensibilis & delectatio
eum sequens in appetitu sensitivo existit: amor uero intellectualis & delectatio ei annexa,
in uoluntate ponendi sunt. Porro ut dictum est, dona ipsas virtutes recipiunt, expeditum
atque perficiunt. Virtutes ergo se habent propinquius ad animas uires, uno & ad existentiam
eius, que dona. Si ergo virtutes subiectantur in uiribus siue potentissimis animae, multomagis &
dona subiecta ergo donorum sunt potentiae animae. Palam est equidem sapientiam, intellectu-
m, scientiam atque consilium ad potentiam intellectuam seu rationem spectare, & in ipsa
utique subiectari. Pietas uero & timor in quantum est donum, in uoluntate consistunt. Pietas
nangjustitiam perficit, cuius subiectum extat uoluntas & timor uero qui donū uocat, non
est seruus sed filialis, qui ad charitatem conseruit, que in uoluntate subiectatur. Cum er-
go iustitia & charitas in uoluntate fulciantur ac subiectentur, claret que dona pietatis, itemque
timoris, in uoluntate existant. De fortitudine autem afferit Thomas in prima secundae,
quod appetitus subiectum ipsius est, sed quis appetitus, non explicat. Fortitudo nempe in
quatum est uirtus cardinalis, in appetitu sensitivo irascibili ponitur: sed prout est donum,
in uoluntate ni fallor ponenda est recipitur enim ac perfecti spem, que est uirtus theologica
in uoluntate consistens. Denique, sicut dona uirtutibus intellectuibus atque moralibus pre-
stantiora ponuntur, ita in nobiliore parte animae sunt ponenda: uidelicet in illis uiribus in
quibus superbeatissima trinitatis imago respicitur in anima. Omnia itaque dona spiritus san-
cti, sunt in intellectu aut in uoluntate. Postremo, quod admodum fortitudo que est uirtus mo-
ralis, uim irascibilem contra terribilia sensibilia roborat, sic fortitudo que est donū, uolun-
tatem confortat. Primo in se, ut diuina fortissime aggreditur, exequatur, & eorum contra
ris efficaciter reluctetur. Secundo in ordine ad appetitum sensitivum. Per donum enim for-
titudinis, subdit uoluntas inferiori appetitum suo imperio: sicut per fortitudinem
que uirtus est, fit uis irascibilem a ratione faciliter mobilis, sic ipsa uoluntas per donum for-
titudinis redditur a spiritu sancto promptissime mobilis: uoluntas ergo eius subiectū est.

Articulus XVIII. De obiecto donorum.

Praeterea, nullum inconveniens sequi uidetur, si idem ponatur obiectum uirtutum
atque donorum. Obiectum namque doni sapientiae deus est: qui etiam ponitur theolo-
gicum uirtutum obiectū. Obiectum quoque scientiae que est habitus intellectua-
lis uirtus, que acquisita ac naturalis, est res creata. Similiter obiectum scientiae que do-
nū est habitus intellectuā infusus ac supernaturalis, est res creata: & ita in reliquis. Sed
mouere quempiam ualeat, qualiter dici illud queat, præfertim cum habitus distinguatur, uel
saltēm distinguui noscantur per sua obiecta. Si ergo sunt eadem uirtutum itemque donorum
obiecta, non uidentur dona a uirtutibus esse diuersa: quod præinductis repugnat. Et respō-
endum, quoniam ad distinctionem habituum nequam exigitur realis distinctio obie-
ctorum, alioqui uirtutes theologicae non essent realiter distinctae, cum deus sit earum im-
mediatum proprium obiectum: sed sufficit formalis siue modalis obiectorum distinctio.
Hinc namque uirtutes theologicae differunt, quoniam deus secundum distinctas proprietates,
earum extat obiectum. Est namque deus obiectum fidei secundum quod prima ueritas
spei in quantum æternæ felicitas: charitatis prout summa est bonitas. Simili ergo inanerie,
alia atque alia ratione est deus obiectum uirtutis theologicae & doni sapientiae. Res quoque
creata sub alia proprietate obiectum est habitum acquisitorum siue uirtutum moralium
que donorum: præfertim cum dona circa idem obiectum altiore habeant actum que uirtutes
morales aut intellectuales, quemadmodum in introducendis plenius si praetiterit deus,
pandetur.

TRACTATUS PRIMI, FINIS.

ii D. Dionysius

Eccles.
Psalms.
Gals.
Eccles.
Psalms.

Thomas.

In archetypo
spacio erat
quasi aliquid
decesserat.

Obiectio.

Responso.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHVSIANI, IN TRACTA-
TVM II. DE DONIS SPIRITVS SANCTI,
PRAEFATIO.



Sap. 9.

ER SAPIENTIAM SANATI SVNT QVICVNque placuerunt tibi domine ab initio. Postquam in praecinctu tractu de donis in communis consideratio habita est, nunc de singulis determinatandum est singulatum suffragante spiritu sancto, qui est ardenter charitas, liberalissima bonitas, immensa suauitas, deus eternus & uerus, omnium dator donorum, omniumq; origo munierum gratuitorum. Est autem donorum cognitio, huiusq; editio-
nis scientia multum desiderabilis atq; dignissima. Primo enim in se nobilis est ratione obiecti, cum sit de domis spiritus sancti, que sunt
præclarissimi radii lucis diuinæ: luci distinxi riuuli fontis æterni: fluente deifica spiritus san-
cti. Secundo ista cognitio utilis est quatenus ipsi donis eorumq; necessitate, proprietate, dignitate & utilitate iam cognitis uehementius desiderentur, instantius postulerentur, diligenter conseruentur, & ad perfectionem per sanctam conuerterentur radiante spiritu sancto perducantur. Denique ista donorum scientiam cognitione utilis atq; optabilis est, ut sciamus quām excellentia munera nobis à deo concessa sunt: sicq; donorum iostorum liberalissimum largitorem ardētius diligamus, cīq; dignas pro uiribus gratias referamus: que agendo, horum proculdubio donorum insperatam inestimabilemq; perfectionem diuini-
tus fortificemur. Habent enim id est grato & dantem amanti, dabitur & abundabit.

Mat. 13.
Luc. 10.

Articulus primus. Quod sacra scriptura de triplici sapi-
entia loquitur.

EST autem quādam sapientia imperscrutabilis & supereffontialis ac increata, æter-
na atq; immensa: que licet de ipso deo totaq; trinitate, singulis quoque personis
uerissime prædictetur. Nam deus est ipsa sapientia, & tota trinitas est una sapientia sicut & una essentia: sed & pater sapientia est, & filius sapientia est, & spiritus san-
ctus sapientia est: nec tamen sunt tres sapientiae, sed una sapientia, que est ipsa diuina essen-
tia: in pater & filius & spiritu sanctus sunt unus intellectus, una uoluntas, unaq; uirtus,
quemadmodum theologorum regula ait: Quia quicquid absolute predicitur de deo, hoc
toti conuenit trinitati personisq; singulari: & sicut de unaquaq; persona seorsum, ita de omni-
bus simul singulariter dicitur. Hæc quoque regula à Dionysio in libro de diuinis charakte-
ribus sumpta est) Nihilominus sicut charitas appropriatur spiritui sancto, eo q; spiritus san-
ctus emanatio est uoluntatis cui charitas competit, profluit enim spiritus sanctus à uolunta-
te patris ac filii immediate, sic sapientia appropriata est filio, cum ipse sit emanatio intelle-
ctus. Est enim uerbum intellectus paterni, à mente paterna naturaliter, & eternaliter, ine-
gressibiliterq; procedens. Et hoc modo sancta scriptura de unigenito filio dei sub nomine
increata ac genitæ sapientie loquitur, iuxta illud Proverbiorum: Ab ætero ordinata
sum, & ex antiquis antequam terra fieret: nec dum erant abyssi & ego iam concepta eram:
ante colles ego parturiebar: quando præparabat ccelos aderam: & delicia meæ esse cum
filii hominum. Atque in libro Sapientiae legimus: Attigit autem sapientia à fine usq; ad
finem fortiter: candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula dei maiestatis, & ma-
go bonitatis illius. Sed & in Ecclesiastico scriptum est: Ego ex ore altissimi produxi primo
genita ante omnem creaturam. Sic quoque diuinus Apostolus C H R I S T U M appellat dei
uirtutem & dei sapientiam. Præterea alia ponitur sapientia supernaturalis sed creata que
theologia vocat. Non enim naturali ratione inuēta est, neq; naturali lumine scrutari cōprehen-
di uero potest, sed diuina reuelatione patefacta est. Primo sanctis patribus nostris prophetis
atq; apostolis, & nobis denū per ipsos. Hæc est sapientia legis diuinæ in ueteri testamēto ue-
lata ac inchoata: in nouo autē testamēto reuelata ac cōsummata: de qua ait diuinissimus Pau-
lus: Prædicatio mea non est in persuasibilibus humanae sapientiae uerbis, sed in sapientia spi-
ritus & ueritatis: de qua sapientia protinus addit: Sapientia autē loquitur inter perfectos:
sapientiam uero non huius mundi: sed loquitur dei sapientiæ in mysteriis: que abscondita
est. Insuper tercia ponitur sapientia naturalis ac philosophica: de qua summi philosophi

Prover. 8.

Sap. 8.
Sap. 7.
2. Cor. 4.
Ecccl. 4.
1. Cor. 1.
1. Pet. 1.

1. Cor. 1.
1. Cor. 2.

DE DONIS SPIRITVS SANCTI, TRACTAT. II.

110

pulchra ac mira Augustino testante indagati sunt. Nam & Aristoteles metaphysicam suā, theologiā appellat ac sapientiā, seu diuina scientiā. Liber quoq; Procli Platōni, Elementatio Theologica intitulatur. De hac sapientia loquens Apostolus, Inuisibilia inquit dei à creatu-
ram mundi, id est ab homine, per ea que facta sunt intellectu cōsiderantur: semper tamen quoq;
uirtus & diuinitas: ita ut sint inexcusabiles. Vnde in lib. Sapientie scriptū est: A magnitudine
enim speciei creaturæ, poterit horum creator cognoscibiliter intueri. Palam est autem, q;
nec sapientia increata, nec sapientia naturalis ac philosophica sit donum spiritus sancti: cū
nulla earum sit donum gratuitū atq; gratificum, à spiritu sancto immediate influxum. Sed
an sapientia secundo modo accepta sit donū unū de septem his donis spiritus sancti, diligē-
tius inuestigari oportet. Multi quidem affirmant quod sicut quorum positio minus exequita
videtur, atq; irrefoluta probabitur.

Articulus II. De triplici sapientia fallaci ac uana: quam reprobatur
diuina scriptura.

ADUERENDUM PRÆTEREA, q; ipsi uirtutibus non solū opponuntur uitia manifesta,
sed etiam palliata. Virtutes uero ac uitia, à fine nominata fortūtū. QUEMADMODU
IGITUR uera sapientia non inveniatur ipsa diuinorum notitia ad debitum finē relata,
sic abusus uicissim prudentia ac sapientia, dicitur cognitione rerum ad inordinatū
finem relata: & secundum diuerstatem finium inordinatorū, diuiditur sapientia talis. QUÉ-
DAM enim appellatur terrena, cuius finis est diuinitas mundi colligere: quædam animalis, cu-
ius finis est delicias carnis acquirere: quædam diabolica, cuius finis est excellentia, quæ co-
cupiuit diabolus. De hac triplici sapientia non uera sed falsa atq; culpabilis, in Canonica la-
cobi scriptum est: Si zelum amarum habetis & contentiones, nolite gloriari. Non est ista sa-
pientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Deniq; de tali sapientia atq;
prudentia uirilis, ubertatis Apostolus loquitur, ut est: Perdam sapientiam sapienti, & pru-
dentiam prudentiū reprobabo. Nonne stultum fecit deus sapientiam huius mundi? De hac
sapientia atq; prudentia loquens saluator, Confiteor inquit tibi pater dñe cœli & terræ, q; a
absconditi hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelati ea parvulis. Et Elias: Sapientia
ait & scientia tua deceperunt te. Quamvis horum utruncq; altius possit exponi: uidelicet
de sapientia, prudentia atq; scientia philosophica, acquisita ac naturali: que licet in se bonæ
sint, imò de numero bonorum honorabilium, id est per se desiderabilium secundum Philo-
sophum, tamen occasionaliter habentem decipiunt & excæcant: quoniam sine charitate sunt
informes & inlustri, ac spiritus sancti illuminationem impeditūt. Simili modo de ueteri lege
que in se bona fuit ait Apostolus: Lex subintravit ut abundaret delictum.

Articulus III. De uaria distinctione supernaturalis sapientie.

VEMADMODUM IGITUR sapientia naturalis nominatur, que per naturalem rationem
ex ordine rerum inuenta est, que secundum Philosophum, est una quinq; habituū
intellectualium, est enim diuinorum cognitione, prout inuisibilia ex uisibilibus que-
unt cognoscendi in dagine naturalis rationis, & talis sapientia secundum philosphos
principaliter est de ipso altissimo ente, deo sublimi & benedicto: secundario quoq; de sub-
stantiis separatis: de quibus Aristoteles in libro de Cœlo & mundo testatur: Extra cœlum
nihil est, nec uacuum, nec locus, nec tempus: sed sunt ibi quædam entia simplicia optimam
uitam ducentia, & de suis sufficientia. Sic supernaturalis sapientia seu theologicalis doctri-
na uocatur, que naturalem rationem transcendit, nec ex principijs per se notis eluescit:
sed per reuelationem diuinam primo innotuit. Veruntamen sapientia ista, quamvis origi-
naliter diuinitus inspirata est, postquam tamē misericordia patrum fuit impressa, atq; in libris
sacris digesta, ab alijs disci potuit, imò quotidie discitur fide studiendo fide audiendo. Quā-
tum ergo ad tales qui eam suo studio adipiscuntur, non est inmediate à deo infusa, nec sic
supernaturalis, quasi sine speciali gratia gratum faciente conqueriri non ualeat, cum multis u
perbissimi atq; uanissimi in ea abundant ac alias doceant: Sed supernaturalis uocatur, uel
quantum ad suam primam manifestationem, uel quia ex principijs naturaliter notis ac in-
ditis non patescit nec discitur, sed in principijs fidei fundatur, & illis suppositis, in mēte ad-
discit generat. Par manerie, scientia que in se naturalis est, supernaturalis dici potest
quantum ad modum, sicut dum deus alicui naturali rerum scientiam miraculose infun-
dit, quemadmodum in Salomone: & hoc modo innumerabilia in sacra scriptura tradūtur,
que naturali ratione sciri possunt, & à philosophis melioribus cognoscēbantur: ea que
ad diuinæ naturæ unitatem, & eternitatem, incommutabilitatemq; pertinent: que licet na-
turali

Rom. 1.

Sap. 1.

Mat. 4.

Inco. 5.

1. Cor. 1.

Esa. 10.

1. Cor. 1.

Mat. 11.

Luc. 10.

Esa. 47.

Roma. 5.

Aristoteles.

3. Reg. 4.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

turali lumine sciri queant, sanctis tamen prophetis atq; apostolis, ac aliis multis electis ex divina inspiratione patuerunt.

Articulus III. Qd sapientia supernaturalis ac theologica, ad intellectum duntaxat respiciens, non sit donum spiritus sancti.

Domini super spiritus sancti, si praeinducta rite fulcita sunt, supernaturales sunt habitus ab influxu spiritus sancti immediate impressi. Cum ergo sapientia illa supernaturalis, quae intellectum duntaxat concernit, quae & humano studio fine gratia gratificante adipisci potest, non sit semper immediate a spiritu sancto, quemadmodum in praecedenti articulo patuit, palam est, eam non esse donum spiritus sancti prout nunc de donis est sermo. Præterea sapientia illa seu habitus theologicalis, communis est bonis & malis: multi enim sacræ theologiae doctores propter dolor in peccatis mortibus uiuent, qui nihilominus hac sapientia fulgent. Sapientia autem quæ donum est spiritus sancti, bonis tantummodo competit: de canonicis uerissime scriptum est: In maleuola animam non introibit sapientia. Quod de illa sapientia, quæ intellectum solummodo perficit, sumi non potest. Patet ergo, qd qui sapientiam supernaturalem cretam, spiritus sancti donum appellant, non satis profundè rationem donorum considerant. At uero, quicunq; dona spiritus sancti habet, habet & spiculum: ergo & charitatem & gratiam habet. Prædicta autem sapientia sine charitate & gratia haberet potest: non ergo est donum spiritus sancti. Amplius, dona efficiunt intellectum creaturam a spiritu sancto faciliter mobiliter, multo autem prædictam sapientiam sortiti, surdi sunt ad omnem interiorem spiritus sancti alicationem. Non enim audiunt quid loquuntur in eis dominus deus: immo quod alios docent, ipsi non implent. Sapientia ergo quæ talibus inest, donum spiritus sancti non extat. Verum tamen instare quis potest ac dicere, qd sic fides informis & fides formata sunt realiter idem, quamvis fides formata sine charitate haberet non queat, nec malis conueniat ut fides informis, sic sapientia quæ intellectum concernit, de qua dictum est, quamvis informis consistere ac malis competere ualeat, realiter tamen idem est cum sapientia illa saporosa atq; dulcisissima: cuius conuersatio amarusit dinem ne scit, nec te diuim habet conuictus ipsius, ut Sapiens ait, quæ & donum spiritus sancti existit. Et respondendum, quamvis Thomas in secundâ cunctâ responderet, quia si formitas fuit informitas est et ratione fidei, non posset esse eadem fides informis atq; formata: nunc autem utrumq; accedit fidei: sed de propria ratione sapientiae quæ donum est, id exigit qd fit saporosa ac dulcis, & velut experimentalis dei notitia, sicut iam patuit pleniusq; patebit. Non ergo est idem cum sapientia quæ informis esse potest: immo si sapientia illa fuit formata per charitatis infusionem, nec sic erit idem cum sapientia illa quæ donum est: cum donum sapientiae nunquam possit esse informe. Denique ista in instantia primam aliasq; rationes non ditimit. Nulla enim fides nec informis neq; formata haberi potest inmediate a deo: nec fides semper per charitati connexa est: nec omnis qui fidei adeptus, deum habet quæ omnia dono sapientiae competunt.

Articulus V. De sapientia quæ uere ac proprie est donum spiritus sancti.

Sapientia deniq; quæ iuxta præstensa intellectum duntaxat concernit, quæ & per studium adipisci potest, quamvis supernaturalis sit habitus ac fidei theoria, in articulis fidei tanquam in principijs radicata, quamvis sit uirtus & habitus intellectuallis inuisibilium consideratiuus atq; de inferioribus scientiarum habitibus iudicatiuus, non tamen est donum spiritus sancti. Quæ ergo sapientia donum spiritus sancti appellatur? Illa utiq; per quam intellectus creatus de diuinis sub fide cadetibus rectum sortitur iudicium, non solum per rationis clarum intuitum, sed per connaturalitatem seu conformitatem interni affectus ad deum: quod sit per sapidum gustum. Omnis quippe scientia aliquam causam considerat, per quam de his quæ ad deum pertinent iudicatur: scire enim, est rem per causam cognoscere. Illa uero scientia quæ causam simpliciter primam, itemq; altissimam contemplatur, maxime atque simpliciter sapientiam appellatur. Vnde Philosophus solam metaphysicam ait sapientiam simpliciter nominandum, cum sit de primo uniuersorum principio & ac separatis diuinis substantijs. Talis autem sapientia primum ueraciter discernit ac iudicat de contentis in ipsa. Scit enim quid de talibus sentire oporteat, quomodo ab aliis differatur, quid ipsi sit proprium: secundario quoque de inferioribus scientiis iudicat per sua principia, cum illa sint communis.

* Formatis in-
ferendū, intel-
ligentia &

DE DONIS SPIRITVS SANCTI TRACTATVS II.

sima & causalissima: ex quibus inferioris scientiarum principia deducuntur, & in qua finaliter resoluuntur: per quæ & stabilitur atq; probantur. Hæc uero quæ Aristoteles de metaphysica afruit uera sunt, loquendo de naturalibus rebus notitiis sed theologia quæ est supernaturalis scientia, primâ omnium entitatum causam & ultimâ finē multo sublimius qd quæ cumq; naturalis theoria contèplans, de his que theologiam facultatem respicit, rectum in primis fortitur iudicium: deinde de inferioribus cunctis scientiis infinitis qd naturalibus iudicare atq; discernere habet per sua principia, id est per sacratissimam fidei Christianæ articulos: per quos tanq; per leges ac regulas, noscit quid de alijs rebus scientiis acceptandum sit aut certe pernendum. Cū enim iudicium de re proferendū sit per causam ipsius, illa scientia quæ causam simpliciter primā cōsiderat, de omnibus aliis reliquis in dicere optimè potest & meritito debet. Quoniam itaq; tale iudicium percipit homo a spiritu sancto, iuxta illud beati Apostoli, Spiritualis homo omnia iudicat, & ipse a nemine iudicatur, idcirco sapientia per quam datur facultas taliter iudicandi de omnibus per rationes ac leges seu regulas diuinas, donum uocatur spiritus sancti.

1. Cor. 2.

Articulus VI. De bipartito iudicio.

Quoniam dona cum uirtutibus in multis conueniunt, ideo proorsus difficile est inter ea distinguere. Vnde & multi non distinxerunt ea realiter. Supernaturalis autem sapientia, que iuxta præhabita esse potest informis, & habitus intellectuallis per studium acquisitus, cum dono sapientiae in multis comunicari: utriusq; enim est deu cognoscere, diuina discernere, atq; per ea de ceteris iudicare, sed diffiniter ualde. Aduerendū est equidē, quia dupliciter ferri potest de rebus iudicari. Alter autem de morbo iudicat ipse regrotus, & aliter medicus. Alter quoq; de sobrietate & castitate iudicat, qui ipsas uirtutes morales adepg; est: & aliter qui soli moralē scientiā habet. Vno ergo modo iudicat de re per plenū usum rationis, seu claz̄ intuitū intellectus ipsam ueritatem certētis; sicq; de diuinis ac alijs iudicat sapientia naturalis quantū ad ea quæ naturaliter cognoscunt, & sapientia supernaturalis, que secundū præacta donū est, quantū ad ea quæ in sacra scriptura traduntur. Alio autem modo iudicium fert de rebus per cōnaturalitatē seu cōformitatē iudicantis ad ipsius: quæ utiq; conformitas in dispositione affectus consistit: quē ad modū castitus de castitate optime iudicat: sic quoq; per donū sapientiae iudicat de diuinis quæ fidē respiciunt, & deinceps de alijs omnibus secundū rationes regulasq; diuinias. Hæc uero cōformitas mentis ad diuinam credēdā, efficitur per sapidū gustū, seu sapientiale diuinorū sapore, dum ipsi credenti ueritates diuinæ sub fide cadentes, non soli clarissime innotescunt per donū intellectus, sed in super dulciter sapiuntur: sicq; uerissimē esse discernuntur, & aliae ueritates secundū eam regulantur & ordinantur: falsitates uero atq; perfidie refutantur: quæ omnia fiunt per sapientiæ donum, quemadmodum secundo capitulo de diuinis nominibus princeps theologorum beatissimus Dionysius de sancto Hierotheo testatur, qui exitit in diuinis perfectus, non solum discens, sed demum ut patiens, id est gustans, sepg; diuinis per affectum conformans.

Dupliciter fer-
tur de rebus in
iudicium.

Articulus VII. Quomodo donum sapientia à ceteris donis distinguatur.

Quam uirtutem theologiam sapientiæ donum perficiat.
Mplius contemplandū, qd licet dona spiritus sancti omnium uitiorum sint promi-
ptissime expulsiua, uniuersarumq; uirtutum expeditiua ac perfectiua, nihilominus tamen, cum ipsa dona supernaturales sint habitus ad supernaturalem gubernationem, in cunctis obediunt, sicq; rationaliē creaturam ad supernaturalem beatitudinem ordinantes, idcirco ad expedendum atq; ornandum uirtutes theologicas, quae & ipsa supernaturales sunt infusi qd habitus ad supernaturalem felicitatem perducentes, dona præcipue infunduntur ac ordinantur: sapientia uero quæ donum est duo includit, uidelicet cognitionem & gustum sive saporem, cuius causa est charitas in uoluntate existens. Quantum ergo ad ipsam doni sapientiae sapientiale hotitiam, sapientia perficit fidem conferendo menti rectū iudicium circa diuinam sub fide cadentiam quantum uero ad saporis ueniens gustum, sic concernit ac perficit charitatem. Per hoc enim qd intelligit non solum innotescunt, sed insuper dulciter sapiunt inuisibilia dei, accendit excitaturq; charitas ad ferventius indefinientiusq; amandum. Obiectum namq; uoluntatis est bonum per intellectum præcognitionem. Non ergo fertur uoluntas per charitatem in rem dilectam, nisi intellectus ei ostendat bonum quod tendere debeat: sed ipsa boni cognitione ad diligendum uoluntate sufficiet.

Dionysius de
Hierotheo.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

cienter non excitat, nisi intelligenti bonum apprehensum dulcescat seu sapiat; sed nec sensus gustus appetitum concupisibilem ad cibum appetendum plenarie excitat, nisi & ipe-
cibus gustu fua uiter sapiat. Propterea spiritus sanctus dono sapientiae informat: ut eius in-
spirationi obediendo, diuina saporose intendat, atq; per hoc ad eorum sanctum feruidumq;
amorem faciliter, iudeo & frequenter assurgat. Donum ergo sapientiae charitatem perficit,
ac agilem, stabilem quietamq; reddit, quemadmodum in Canonica Iacobis scriptum est: Que
autem desursum est sapientia, primo quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suauifi-
lis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis.

Articulus VII. De necessitate doni sapientiae.

Quoniam teste Apostolo, Animalis homonon percipit ea quae sunt spiritus dei, non sufficit homini ad salutem sola fides, nisi sapientia condiatur sapore: sicut spiritualia ac diuina percipiunt, gustet, discernat. Fidei quippe proprius actus, no-
est nisi assensum credendis præbere. Hic autem assensus inefficax est, nisi adda-
tur rectum iudicium de credendis, quod fit per sapientiae donum quæ pretiosum à uili, fal-
sum à uero discernit atq; segregat. Ideo in libro Sapientiae scriptum est: Neminem diligit
deus, nisi qui cum sapientia inhabitat. Errorsus: Concupiscentia sapientiae dederit ad re-
gnum perpetuum. Porro charitas uia omnino imperfecta existit, & multipliciter in actu
suo tam interiori quam exteriori interrumpi potest ac impediri. Vnde de Iohanne Baptista
Christus dixit: Quis minor est in regno celorum, id est insimus deo frumentum, maior
est illo. Charitas ergo uite, ob suam imperfectionem, & depellenda eius obstacula, dono sa-
pientiae perfici, munit, excitar, indiger. Denique ratio naturalis non sufficit ad excitandam
dirigendamq; charitatem affectus per fidem intellectus: idcirco indiget dono sapientiae,
quo à spiritu sancto iuuetur & moveatur, tam in actibus fidei q; charitatis, atq; in uitandis
sanctorum operationi obstaculis propter quod ad Ephesios apud apostolum: Pater glorie
der nobis spiritu in agnitione eius, ut sciat quis sit spes uocacionis uestra. Et ad Colos. Po-
stulamq; inquit, ut impleamini agnitione eius, uoluntatis dei in omni sapientia, ut ambuletis digne deo.

Articulus IX. De effectibus doni sapientiae.

Virtus demum teste Philosopho, est quæ habetem perficit, & opus eius bonum
redit. Cum ergo sapientiae donu sit habitualis perfectio rationis, primo ipsam
mentem in seipso perornat, deinceps opus ipsius laudabile efficit. Porro si pre-
ductare ete pensentur, sapientia quæ donum est spiritus sancti, triformem ha-
bet effectum seu triplicem actum in intimis creatæ rationali, mentis. Nam ab ipso sapien-
tiae habitu procedit diuinarum cognitionis, judicialis discretionis, ac dulcis affectio seu saporosa
gustatio. Primus igitur sapientiae interior actus, est clarificatio intellectus: secundus con-
naturalis discretionis rationis. Per sapientiam enim iudicat homo spiritualis de diuinis ac ca-
teris, per rationes seu considerationes ac leges diuinæ, secundum experimentalem ac sapi-
dam certitudinem fidei de diuinis. Tertius sapientiae actus interior, est gustus seu oblecta-
tio mentis. Ex his autem actibus alii multi effectus emanant: Quoniam enim prædicti es-
fectus nos deo conformant, qui est omnis illuminationis fontana origo, omnissimæ iudicij
primus distributor, & de propriis suis semper tñnis diuitiis & eternaliter gaudens, idcirco sa-
pientiae donu nos deo reddit amabiles similitudo nanc est causa amoris. Vnde in libro Sa-
pientiae scriptum est: Neminem diligit deus nisi qui cum sapientia inhabitat. Et Aristoteles
in Ethicis contestatur, q; uir contemplatiuus atq; theoricus, sit amatus simius deo. Sapientia
quog; ordinationem optimam interius causat: sapientia enim est ordinare. Per ordinem uero
permanet homo inconcussus ac fixus in rationis & quo iudicior: ideo aliis sapientiae actus
est animum cōfortare in bonis, quemadmodum scriptum est: Certamen forte dedit illi, ut
uinceret & sciret quoniam omnium potentia est sapientia. Et quia sapientiae donum obsta-
cula charitatis repellit, propterea à ruina peccati & penitentia repellit, iuxta illud: Sapientia eos
qui se obseruat, à doloribus liberat. Quoniam ergo sapientia mente à uitiis eripit, incorru-
ptam eam ac integrâ efficit. Incorruptio autem facit esse proximum deo. Ideo in libro Sapientiae
concluditur: Concupiscentia sapientiae de ducit ad regnum perpetuum. Porro tristitia ac tedium
ex euetu malo causant. Cū ergo sapientia in mete deliciosa contemplatione producat, palā
ē, q; ipsa tristitia, amaritudine, tedium expellat, & inter aduersa atq; secunda animu regia uia
incedere faciat. Hinc enim in libro Sapientiae conscriptum est: Scio quoniam sapientia mecum
communicabit de bonis, & erit allocutio cogitationis & tædii mei. Intras in domum meam, co-
gesca cū illamq; enī habet amaritudinem cōuersatio illius, nec tedium conuictus ipsius: sed gau-
diu

DE DONIS SPIRITVS SANCTI, TRACTAT. II.

112

dium atq; iætitiam. Praeterea, quoniam sapientiae donum contra gulam conferit, idcirco apo-
stolus Iacobus hanc supernam sapientiam pudicam appellat: cauaf enim pudore & continé-
tiam. Qui em̄ spiritualis delicias sapit, carnales delectationes facile uilipendit: quoniam gu-
stato spiritu, desipit omnis caro, quemadmodum spiritualissimus ac diuinus ille Gregorius
asserit. Secundo nominat eam pacificam: sapientia enim cum sit ordinatio causa, concor-
diam facit homini, primo in seipso, deinde quatum ad alios. Pax autem, est quædam con-
cordia atq; tranquillitas, seu dulcis stabilitas ordinis. Tertio nominat eam modestam: cum
em̄ sit mater discretionis ac ordinis, modestum facit habentem. Vocat quoq; eam suavisbi-
lem ac bonis conscientie, efficit namq; mentem à spiritu sancto optime mobilem, nilq; in
semelipsa fidentem, nec proprio sensu innitentem. Appellat etiam Iacobus sapientiam mi-
sericordia plenam: assimilat enim hominem deo, qui dat omnibus affluenter, & nulli impro-
perat. Ultimo nunc upat eam fructibus bonis plenam, & sanctis delectationibus atq; ope-
ribus. Cum ergo sint tot & tales effectus seu actus doni sapientiae, patet quām diues atque
redundans sit ipsa in se, ita ut de ipsa uerissime asseueret: Venerunt mihi omnia bona simul
cum illa. Et rursus: Quid inquit locupletius sapientia? plane melior est sapientia quām uires,
& uir prudēs q; fortis. Et in Ecclesiastico legimus: Vinum, musica & mulieres laetificant cor:
& supra utraq; dilectio sapientiae. Vnde Aristoteles in Ethicis faslus est, q; homo contépla-
tiuus extra se delectari nō quacrit, cum intra se iocūdus theorematibus plenus sit. Et deniq;
Philosophia ait mirabiles habet delectationes adiutias. De hac Plato in Phædone pulcherrime
loquitur: sed talis utq; delectatio longe, & quasi inferior est, minusq; sapida delectati-
one supernaturalis sapientiae quæ donu est spiritus sancti, cuius gustus oleo gratiae est per-
fusus & charitatis suauitate aspersus: estq; delectatio talis omni naturali philosopho peni-
tus in experientia ignota: est em̄ futura delectatio participatio nobilis, ac prælibatio fu-
ture felicitatis, in qua replebitur in bonis desiderium nostrum. Idcirco delectatio talis est
Christianæ fidei certissimum argumentum. Non em̄ haberit potest nisi immediate à deo, p̄-
fertim secundum illā exuberatiā quā multi electissimi Iesu Christi eam uertitatem exper-
ti sunt. Deniq; de prædictis sapientiae actibus Bernardus sic loquitur: Inuenisti fane sapien-
tiam, si priori suit peccata deplangis, si seculi huius concupiscentias parupendis, si eternā
uitam toto desiderio concupisces, si horum singula tibi sapiūt sicut sunt, ut hec quidem tanq;
amara & omnino fugienda, illa quoq; uelut caduca & transitoria contineāt, ita uero sicut
perfecta bona totis desiderijs appetenda intimo quodam sapore dijudices & discernas. Ve-
runtamen aduentusq; omnia hæc non sunt directe ac eliciti effectus seu actus doni sa-
pientiae, immo quædam eorum ad aliqua pertinet donatio omnia hæc sunt actus doni sa-
pientiae, uel eliciti uel imperatiue. Quemadmodum enim charitas, cum sit uniuersatum uit-
tum regina mater ac finis, cunctis uitutibus imperat, ac per hoc omnium uitutum ope-
rationes ci imperialiter ascribuntur non elicitiue, nisi actus qui immediate uoluntatem con-
cernunt, ut uelle amare, appetere, sic donum sapientiae cum sit omnium donorum altissi-
mum, actus eorum imperatiue producit: sed actus eliciti, doni sapientiae sunt, de quibus
præhabitum est.

Articulus X. An sapientia quæ est donum sit speculativa
uel practica.

Speculatiuum deniq; appellatur illud, cuius, proprius ac proximus principaliq; fi-
nis est speculatio seu ipsa ueritatis cognitionis, practicum autem, cuius finis proprius
est praxis seu opus. Ille igitur habitus, illa scientia, illa uirtus, illud donum specula-
tiuum vocatur cuius finis est speculatio: practicu uero, cuius finis est actus exterior.
Porro Augustinus 12. de trinitate rationem distinguat in superiore, quā sapientia circa di-
uina existens concernit ac perficit: & inferiorem, ad quā scientia quæ est terum creaturarum
notitia, pertinet. Sapientia em̄ iudicat per rationes diuinæ: scientia per rationes humanas,
ut afferit Thomas. Ratio uero superior, intedit in rationibus diuinis atq; supernis conspicu-
endis ac cōsulendis: iudicat em̄ de rebus secundum cōsiderationes ac iura legis diuinæ. Inte-
dit ergo superior ratio rationibus diuinis cōsideri, cōsiderando diuina in sercōs uel edis
q; inquitū iudicat de reb⁹ actibusq; humanis secundū leges diuinæ, dirigendo, regulando
eas per regulas diuinæ. Cū ergo sapientia principaliter circa diuina ueritatem, sicut eius preci-
pius actus supernis rationibus contemplatiue intendere, ideo ipsa primo atque potissimum
speculativa censetur: secundario autem practica est, inquantum dirigit actus humanos ad
debitū finē secundum diuinæ legistorenem. Hæc est respōsio Thomæ: quæ quis reproban-

u

4

da

Iacob. 5.

1. Cor. 2.

Sap. 7.
Sap. 6.

Mac. 11.
Luc. 7.

Ephes. 1.
Col. 1.

1. Cor. 2.

Sap. 7.

Sap. 10.

Eodem.

Sap. 6.

Sap. 8.

Iacob. 5.
Eodem.

Iacob. 5.
Iacob. 5.
Sap. 8.
Eodem.

Psal. 64.
Bernardus

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

da non sit, efficacius tamen, & item absolutius responderi potest, qd simpliciter loquendo sapientia sit speculativa; proprius enim eius principalis ac proximus finis est ipsa contemplatio diuinorum; nec directio actuum humano^{rum} est proprius aut principalis, immo nec proximus eius finis, quia sapientia sicut & fides, se extendat usq; ad actus humanos. Ita quo^{rum} tamen distinctione sapientia non quiescit tanq; in fine intento, sed referit eos ad contemplationem diuinam. Idcirco enim contemplatur actus humanos, ut eos dirigendo disponat hominem atque habilitet ad uitam speculatoriam. A fine autem principalis ac proprio finaliter ac directe intento, nomine imponeatur. Vnde & Henricus de Gandavo sapientiam speculativam absolute appellat. Negan dum tamen non reor, quin sapientia aliquo modo ordinetur ad opus ex parte nostrana & intellectus speculativus extensio sit fit practicus. Sed & apostolus Iacobus ait: *Quis sapientia & disciplinatus inter nos ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiae.* Sapientia quippe, qui mentem ordinat, perturbationem excludit. Ita uero cu^m sit tielut infanta animi, maxima causa est perturbationis. Cum ergo mansuetudo sit uirtus moralis iram refrenans, mansuetudo sapientiae deputatur, quia ex ea causatur. Hinc enim in Iob habetur: *Vixum stultum interficit iracundia & parvuli occidit inuidia.*

Articulus XI. Quod sapientia donu omnibus gratiam gratificantem

Elucescit præterea ex preinductis, qd sapientia quæ donu est, non sit informis diuino^{rum} notitia, sed saporosa & dulcis. Rursus ossum est, qd sapientia ista indicat de diuini non solum per rationis ueracem intuitum, sed per cōnaturalitatem seu conformitatem ipsius ad diuinam, inquitum diuino^{rum} ueritatem experit quodammodo & gustat ac percipit per inspirationem spiritus sancti, iuxta illud beati Apostoli: *Dedit nobis pignus spiritus.* Et iterum: *Misit deus spiritum filii sui in corda nostra clamantem, id est clamare nos facientes ex charitate diuina, abba pater.* Declaratum est quoq; frequenter, qd dona spiritus sancti faciunt mentem creatam prompte mobilem à spiritu sancto, quod sine charitate & gratia effici nequit. Cum ergo prædicta nulli competere possint nisi charitatem habent, constat qd nullus donum sapientiae habeat, nisi qui gratiam atque charitatem sortitus est. At uero, unicuiq; ad salutem necesse est, ut de ipsis diuinis quæ ad articulos fidei pertinent, rectum iudicium habeat, ut saltem discernat eis firmiter adhærendum, nec quidq; sacræ fidei contrarium recipiendum. Tale autem iudicium, actus est doni sapientiae. Ideo sapientia donum universi gratiam facientem habetibus conuenit secundum aliquem gradum, quemadmodum Ioannes testatur: *Vos inquit unctio nomen habetis à spiritu sancto;* & unctio docet uos de omnibus ad salutem requisitis sive de recto iudicio diuinorum, sive de ordinatione regis ac actuum humano^{rum}. Si enī teste Philosopho, natura non deficit in necessariis, multo magis & gratia. Sunt itaq; varij gradus doni sapientiae. Nam quibusdam confertur donu hoc non tantum quatum ad salutem propriam necessarium est, sed ut insuper alios regulari atque instruere possint, ac diuina mysteria profundius penetrare atque discernere. Hoc uero ad gratias gratis data, per quas unus ordinatur ad alium cooperando eius saluti, spectare partim uidetur, quædammodo autem Apostolus: *Alii per spiritum datur sermo sapientiae.* De qua etiam dicit: *Sapientia loqui m^{ur} inter perfectos. Sed hoc infra clarius exponet.*

Articulus XII. Quomodo sapientia appellatur timor uel charitas.

Batus Iob dum sapientiam commendasset: *Ecce inquit timor domini, ipsa est sapientia;* & crecedere à malo, intelligētia. Translatio autem LXX, interpretū qua utitur Augustinus, sic continet: *Ecce pietas ipsa est sapientia.* Deniq; Augustinus in libro de gratia noui testamenti ait, qd sapientia fit charitas dei cui concordat Gregorius, Amor inquietus ipse notitia est. Haec autem intelligenda non sunt, quasi sapientia sit essentialemente aliquid horum, sed dicitur timor & pietas: quia per pietatem ac timorem potissimum declaratur. Dicitur quoq; ipse amor notitia causaliter: quia notitia est causa amoris: quatum ad actum ipsius uel dicitur sapientia amor & charitas, propter magnam conuenientiam & connexionem cum ipsis. Quicunq; charitate habet uerā, utiq; sapientiam habet, & viceversa: nec est unum istoq; sine alterius possessione perfectum: realiter tamen distincta sunt. Nam sapientia in intellectu, charitas uero in voluntate locatur.

Articulus XIII. Confirmatione omniū prædictorum ex dictis doctoris diuinis:

Ir autem mirabilis dñs Ioannes Ruysbroech, quæ qualiter digne appelle ignorans, nisi ut quædammodo uenerabilis ille Hugo de sancto Victore propter eminentem suam scientiam uocatus est alter Augustinus, sic Ioannes iste mirabilis propter excellen-

DE DONIS SPIRITVS SANCTI TRACTATVS II.

128

excellentissimam suam sapientiam nominetur alter Dionysius. Puto enim quia si libri eius in talibus essent stylo translati, ut libri magni Dionysii, non essent faciliores studiū qd libri Dionysii. Quoniamigitur uic hic tantæ sapientie fuit, merito cum appello doctorem diuinum: quia instructorem non habuit nisi spiritum sanctum erat enim aliis illiteratus ac idiota, eo utique modo quo Petrus & Iohannes Archiapistoli, à Luca in Actibus apostolorum illiterati fuist narratur. Vnde & libros suos in vulgari cōseriſpit: quoq; tamen profunditatē atque sententia, nemo ad plenum iritari iam ualeat. Quoniam itaque certus sum uix istū à spiritu sancto instruū, propterea magna est eius authoritas apud me: & quæ de donis spiritus sancti scripta in libro qui intitulat Tabernaculum Moysi, studiose aspexi. Qui uero librū trāslatū non uidi, ego uerba eius ut quiu trāslata hic introduxi. Itaque ait, exponens septem lāpades aureas cāde labri à deo fieri iusti: Amici charissimi, aspicere de beatis aeternū dei amore effluētem uel se cōmunicantē, atque uiuū fontē cū septē riuis, & tanq; splendidum solē cum septem radijs, & tanq; consumētem ignem in opere. Hic amor, diuinus est spiritus dei cū donis suis, qd nobis designat septē aureq; lāpades. Per superiorē lampadem intelligimus spiritū sanctū ac sapientię donū. Nam ubicumq; est spiritus dei, ibi est sapientia: & ubicumq; est uera sapientia, ibi est spūs dei: qm ipse est fons uiuū omnis donis summus riuis ex uiuo fonte diuini amoris emanans, est spiritus sapientie: quā a pellamus sapientiam sapidam. Hoc sapientia ruo erat humana, qd nostri omnino perfusa: & ex plenitudine eius oēs nos repleri ualemus. Itē superius riuus exigit spiritū nostrū esse simplicē, otiosum, indepictū, inflexibilē, libere, ac sine solicitudine, semperq; fibi ipsi mori ac uiuere in deo. Sic qd operat uirtutē summi iustitiae: quā exercendo adipiscimur spiritū sapientię: quia in eo qd nos ipsos ac alia cuncta trāscendimus siue relinquisimus, spiritū sapientię inuenimus. Et in hac derelictione sive supergressione, affectus oleum nostrū ipsius iustitiae in superiori lāpade nostrae liberæ uoluntatis. Hoc oleum semper accentum est diuina sapientia, dūmodo habeamus in ipso rectū lumen simplicis intentionis: qm in nostra simplex intentione est clarus aspectus nrae simplicis intentionis, in qua semper sapientia diuina illucet. Hec quoq; sapientia perfuit sive perfundit simul spiritum atque naturā claritate ac diuino sapore. Hec uero plene expонere longum esest: sed que in ipsis obscuriora uidentur, breuiter explanabo. Ait equidem doctor iste diuinus, qd sapientię donū requirit spiritum nostrum existere simplicem, otiosum, indepictū, &c. quorum omnium una est ratio. Cognitio nanci secundum Philosphum per assimilationem efficitur cognoscens ad cognita: & quanto ipsa cōtemplatio diuinior atque sublimior fuerit, eo necesse est mentem humanam amplius deificari & sublimari transcedendo terrena, relinquendo corpora, omnē inordinatū affectū & curā atque cogitationes inanis abiiciendo, spernendo, immo nec sentiendo: sed in diuina syncere suspendēdo, figendo atque soucendo. Cū ergo actus sapientie sit altissima ac deformis & sapida diuinorum speculatorio, ideo sapientia donum factum perfectum ac stabilem sortietur, exigit ut ipsa intellectus sit simplex non tendendo in diuersa, neq; in plurimis se diffundendo. Nam pluribus intentus minor est ad singula sensus. Exit quoq; potius, id est ab exterioribus uacans, quemadmodum Tito scribens Dionysius. *Verte te inquit ad radū, i. ad interiorē diuina lucis claritatem.* Erit & indepictus, i. à corporaliorē regi phantasmatibus atque memoriis depuratus, ne obtenebretur interior diuina ueritatis intuitus. Exit etiā inflexibilitate, in concussum ac fixus in bonis, ut nō sit sicut arundo uento agitata. Necesse est etiā contēplatiā passionū impulsibus dominari, ne uel prosperis resoluat, ne asperis deprimat. Exit insuper liber ne seruat uitios, neq; inordinato amori subiectus possideat potius ac habeat à rebus qd eas ipse habeat atque possideat. Erit etiā sine solici rudine, quatenus nil curet aut timeat nisi quod ipsum à deo abstrahere & auertere potest. Debetq; mēs rationalis fibi ipsi semper mori deo quinuere, nō querēdo que sua sunt, nō honorē aut aliquid seculi huius, ne sit ad seipsam reflexa, sed tota ad deū cōuertha. Vita enim omnis intellectus est actio eius. Dum ergo mēs creata in nullo propriā voluntatē aut sensum fecit, sed quicquid agit, secundū diuinæ legis iustitiae regulat, immo & se & omnia sua, & uniuersa quæ agit ad dei honorē & gloriam referit, nec aliquid querit nisi ipsum creatorē benedictum, tunc procul dubio fibi ipsi continuo moritur deo qd uiuit: ita ut cum Apostolo dicere queat: *Vivō autem non ego, uiuit uero in me Christus.* Quod autem nunc uiuit in carne, in fine uiuo filii dei, qui dilexit me & tradidit semetipsum pro me. Et quia deo debemus quicquid sumus sive habemus, idcirco hoc modo uiuendo sumimam iustitiam exerceamus: quam exercendo, sapientiam, id est sapientię incrementum inuenimus, uel certe sentimus atque gustamus.

Articulus

Iacob. 3.

Iob. 5.

2. Corin. 1.5.
Gal. 4.

1. Ioann. 2.

1. Corin. 12.
1. Cor. 2.

Iob. 18.

Aet. 4.

Num. 10,
Plat. 41.

Iob. 3.

Mart. 11,
Lu. 7.

Gal. 2.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

Articulus XIII. Qualiter sapientia ista dignissima acquiritur a domino; quomodo etiam augeatur ac perficiatur.

Gregorius.

Rom. 13.

Sapien. 6.

Apoc. 3.

Iacob. 1.

Sapien. 6.

Exemplar habebat cōtinctio.

1. Corin. 3.

1. Corin. 4.

Iob. 16.

Quod sit in ordinatu studiū.

Iob. 18.

1. Corin. 2.
Col. 3.

Quantò deinceps perfectio altior est atq; diuinior, tād uideatur difficilius posse attingi. Ars enī & virtus sunt circa difficultia. Vnde Gregorius: Nemo ait repente perfectus efficitur. Et Bernardus: Nolo inquit subito fieri summus, paulatim uo lo. Nempe ut Dionysius afferit, A' distanti in distans non itur nisi per media ordinata; sed & quae a deo sunt, ordinata sunt. Cum ergo sapientiae donū, sit ceterorum donorum finale ac pfectissimum & summe diuinum, mihi uideat q; sacra scriptura perhibet sapientiā tam facile ac prompte posse inueniri & adipisci a dño. Scriptū est enī in libro Sapientiae: Clara est & quae nunq; marcessit sapientia; & facile inuenitur ab his qui diligunt il Iam: & inueni ab his qui querunt illam; præoccupat eos qui se concupiscit. Sed hæc facilitas inuenienti sapientiae donū, intelligi optime potest ex parte dantis non recipientis, nisi secundum aliquem gradum: deus enim qui sapientiae dux est, quantum in se est, paratissimus est omni mēti creatæ lucifluos supernæ sapientiae radios communicare: que in admodum in creata patris sapientia Christus unigenitus dei in Apocalypsi testat: Ego sto ad ostium & pulso, si quis aperuerit mihi ianuā, & audierit uocem meā, introibo ad ipsum, & cenabo cum illo, & ipse mecum. Et Iacobus ait: Si quis indiget sapientia, postulet a deo, qui dat om̄ibus affluerit & dabitur ei. Adiuertendum est aut, q; cum dona spiritus sancti sint charitati ac gratia inseparabiliter cōnexa, idcirco ipsa sapientia quātum ad suam primā ac simplicē perfectionē, seu quātum ad habitū, non est nisi per creationē & inspirationē diuinā, sicut & charitas a gratia – deo coniunctus est dicitur sapientiam mereri, inuenire, recipere, quantum ad actum atq; augmentum ipsius. Sic enī dicit sapientiam inueniri ab his qui diligunt illam, cū tamen nemo diligit eam nisi qui habet, loquendo de dilectione cōpleta & meritaria: & præfertim cū sapientiā diligere, actus sit sapientia. Porro quā ad modum charitas, ita & sapientia mereb̄ augeri, quatenus aucta mereat & perfici. Deniq; sicut cupiditatis seu priuatū amoris diminutio augmentum est charitatis, mera uero seu integrā atq; perfecta inordinati seu priuatū amoris & extinc̄tio, charitatis extat pfectio, sic utiq; mundanę ac carnalis sapientiā, seu curiosit̄ & uanae scientiā diminutio, doni sapientiae perhibit augmentum: perfecta uero & integrā talis uito sapientiā atq; scientiā expulso, uerū sapientiae perfectio rite censetur. Hinc quippe Apostolus ait: Si quis uideat inter uos sapiens esse uidelicet in oculis propriis, seu aggrediā bonis terrenis, uel adipisc̄dis honorib; stultus fiat: id est talem sapientiam derelinquat, & ab hominibus uilipendi desideret, ut sit sapiens, id est, ut uera sapientiam capere & sapere queat. Vnde & rursus testat: Quæ stulta sunt mundi, id est eos quos mundus factos reputat, elegit deus, ut confundat sapientes. De talibus sapientibus qui diuina iudicio stulti existunt, Iob fateat: Simulatores & callidi pronoc̄at irā dei. Adhuc aut, quā ad modum inordinata mentis affectio circa temporalia & caduca syncerissimā diuinā charitatis puritatem obfuscat, ipsamq; charitatem ledit atq; debilitat quātum ad eius feruorem, sic inordinatum studium quarūlibet scientiā & sue librorū, à perceptione incrementi uerū sapientiae animū impedit. Inordinatum uero studiū in uncupo, dum legunt aut audiuntur, non quae magis expedit ad innocentia uitā, ad cordis munditiā, ad appetitū uirtutū, sed quae magis oblectant, uel dum studium non ordinatur ad debitum finē: & quāuis naturalis philosophicū studium in se malum non sit, tamen si non ordinet ad uerā spiritus sancti sapientiā, uanū efficitur. Maledictum quoq; est studiū, quae diuinorum librorū, cū quo negligit aut certe irreuerenter perfoluitur diuinum officium. Insuper quoq; professo naturalis studio philosophicū non egit, ualde inaniter occupantur, dum in philosophicis libris ingenia sua fatigantropus enī quod in se bonum constitit, per accidens reddit uitiosum, dum a meliori seu obligationi actu est impedimentum. Igit qui uera sapientiae gustū experiri desiderat, & in dono sapientiae crescere, inordinatorū studiorū & delationes contemnat, neq; in propriū intellectus sententiā gloriā, sed in uera humilitate se fundet, in diuina charitate radicem mentis defigat, occupationes cogitationū uanarū abiciat, siq; pie ac sancte uiuendo, hanc sapientiā non propriū uiribus, sed à liberalissima largitate spiritus sancti sortiri conēt, qm uerū de ea sanctus Iob ait: Trahitur aut sapientia de occultis, nec inuenit in terra suauiter uiuentium, id est in cordibus carnalem uitam ducentium. Animalis namq; homo, nō percipit quae sunt spiritus dei. Hinc etenim monet diuinus Apostolus: Si consurrexisti cum Christo, quae sursum sunt sapientia, non quae super terram. Non ergo superna sapere ualeat, quem mundus iste uel caro delectat.

Articulus

DE DONIS SPIRITVS SANCTI TRACTATVS IE.

124

Articulus XIII. Quid donum, sapientia & uirtus charitatis diuinæ, propria-

nabiliter crescent simul atq; decrescent.

Haber præterea difficultatem, an soli gratiam gratificante habentes, donum habeant intellectus: in quo enim inueniuntur actus aliquius habitus, in illo uidetur esse & habitus. Actus autem doni intellectus, est fidei ueritates perfidere, ratio estq; articulorum fidei subtiliter uel certitudinaliter cernere: ita ut nulla rationis instantia, aut sensu apparentia queat animæ contrariū fidei persuadere. Itud autem uidetur multis viris eruditis quamvis superbris ac impensis eminentius cōuenire, q; multis simplicioribus uale deuotissimo nonnulli eruditii quamvis maligni, fidei sciunt defendere, persuadere, elucidare: quod multis optimis Christianis impossibile extat. Et respondendum, quod donum intellectus perfectiorationē humana non qualiter cūq; sed in quantum bene mobilis ac dirigibilis a spiritu sancto circa notitiam ultimi finis, aut certe ueritatum aliaz in ordine ad ultimum finem. Haec autem directio mentis in cognoscendo data a spiritu sancto, confitit in uera æstimatione de ultimo fine. Porro uera æstimatione errorē excludit: qui uero ultimo fini seu deo gloriose & sancto non adhæret tanquam summo ac optimo bono, circa ipsum errat: unde nec uera de ipso æstimatione accepit. Hinc nanq; Apostolus dicit: Dicunt se nosse deū, fatis autem negant. Talis igitur æstimatione recta & non erronea de ultimo fine, est actus doni intellectus. Cum ergo æstimatione talis fine charitate & gratia esse non ualeat, nec queat fine spiritus sancti instinctu haberet, palam, quod nemo habeat fine gratia donum intellectus. Haec est responsio Thomæ in secunda secundæ, q. 8. cui doctor diuinus omnino concordat. Nempe ut

1. Joh. 5.

Deu. 4.

I Pet. 2.
Ibidem.

Mat. 5.

Titum 2.

DE DONIS SPIRITVS SANCTI TRACTATVS II.

119

ut patuit ipse ait, quod licet quilibet possit deum ac diuinos effectus & deum per eos cognoscere, nemo tamen ualeat haec ipsa sensitum uel secundum sensitum internum, seu secundum modum fundi eorum intelligere, nisi per donum spiritus sancti: & hæc responsio stabilitur uerbo discipuli, quem diligebat Iesus, dicentis: Qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.

Articulus XXXI. De distinctione & conuenientia inter dona sapientiae & intellectus.

Constat itaque ex praedictis, quod sapientia & intellectus prout dona dicuntur, in multis conuenient. Vt tringue enim principaliter circa diuina uersatur, id est circa ueritates quæ fides catholica proponit de deo: utrumq; quoq; dono: istoq; est speculativum, ac cateris donis praestantius. Veruntamen in multis inuenit differre. Primo, quia sapientia est per saporem seu gustum de ipsa diuino ueritate certissime indicare intellectus uero est, ipsam ueritate clare cognoscere. Secundo, quoniam sapientia est finis ac fructus doni intellectus: Intellectus enim præcedit sapientiam & introducit ad eam, quemadmodum cognitio præcedit iudicium, & speculatio saporem uel gustum. Hoc est quod doctor diuinus in libro de tabernaculo Moysi ait: Magna est inquit distinctione inter sapientiam & intellectum: quoniam sapientia inducit nos uniti deo: intellectus autem adducit nos, atque accessum nostrum ad deum clarificat. Tertio differunt, quoniam sapientia est circa diuina atque eterna secundum se, contemplando uidelicet a fine coparatione seu ordine ad creaturam: intellectus uero est circa diuina & eterna per coparationem seu relationem ad res creatas. Ait neque doctor diuinus, quod donum sapientiae docentes clares & absq; labore contemplare diuinitas dei seu perfectiones diuinus: & quomodo deus est effluens seipso atque cū donis suis: qualiter etiam nos ei adiungi debemus per nosipsum, ac cum suis uirtutibus quas adipisci ualeamus. Donum autem sapientiae rapit ac erigit hominem supra seipsum, faciens eum diuinis simpliciter intendere, liquefacti, amificari: si bisi pli mori in amore atque uincere cū deo. Itaque donum intellectus est supernaturale lumen, docens nos deū apicere cūq; considerare secundum multiplices suas diuinitas & bonitas, prout per eas aliquo modo se habet ad creaturas. Nam per donum intellectus consideramus sapientiam creatoris, inquit ipsa est omnium gubernativa ac prouisua iustitia, in quantu est omnium iudicativa ac retributiva: bonitatē, inquit ipsa est omnium liberaliter causativa & cōseruativa: potest in quantu est omnium creativa. Porro per sapientiam donum contemplatur hæc ipsa ac alias proprietates diuinas secundum se & sine habitudine ad creaturam. Quartā præterea distinctionē inter haec dona ponit Magister Sententiæ lib. 3. Sapientia autem proprie est de aeternis, quæ ueritatem eternam contemplans in teatrum intellectus uero est non solum de aeternis, sed etiam de inuisibilibus & spiritualibus temporaliter factis: id est de angelis & animalibus humanis. Itaque per sapientiam creator tantum conspicitur: per intellectum uero creator & creature quædam, uidelicet intellectuales aspiciuntur. Sic ergo donum intellectus se extendit ad plura q; sapientiae donum, & ad hoc reduci potest quod Thomas affirmat: Apter natu, q; per donum intellectus accipimus subtilem quandam ac intimam cognitionem eorum, quoq; est fides. Fides autem non solum est de deo, sed de creaturis quoque nonnullis, præsertim intellectualibus. Per sapientiam uero donum accipimus rectum sapientiū iudicium eorum quoq; est fides quantu ad ipsa diuina atque eternam: sicq; sapientia pauciora concernit q; intellectus: immo sapientia subtiliori simpliciori modo uerifatur circa diuina q; intellectus: non solum in contemplando sed insuper in degustando: quædam & donum intellectus in actu suo delectationē habeat admixtā: tamen adeo puram, ucheinementē ac deformem, ut sapientia donum, quia non unit nos deo tam immediate ac intime quemadmodum sapientia. Quæ enim donum intellectus in suo actu delectationē ac gustu quædam sortit, hinc liquet, q; doctor diuinus ait: Moriendo nobis in etiis suis suscipimus donum intellectus, illudq; sortit de nobis in etiis suis mox moritur, & inde in nobis exortus spiritualis & expäsiua seu apertiva delectatio ad deū, quæ interiorē hominē nostrū semper peruiuacem facit ac uigilem.

Articulus XXXII. De tribus in distinctione donorum obseruandis.

Ovoniam sacra scriptura dona enumerans explicat ea non ut in nomine doni sed spiritus, sic q; ppe propheta effat: Reges cet surg eū spiritus dñi, spū sapientiae & intellectus, spū cōsilii & fortitudinis, &c. idcirco distinguendo dona a uirtutibus, debemus ut ait Thomas seq; scripturā. Spū aut impulsione seu motione quandam designat: & ergo dona p; hoc a uirtutib; differunt, q; faciūt mēte creatā bñ capacē inspiratio nis diuina, prōpterea mobilē a spū scđō, & eius impulsum delectabilē aſſequentē: quæadmodum uirtutes faciūt virtuosum bñ sectari rōis iudicū: & istud frequenter præactū recordor, secunda

Ioannes Ruffi
broch.

Idem.

Magister Se
centiarum.

Thomas.

Ioannes Ruffi
broch.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHVSIANI,

Secundo in distinctione donorū obseruare & sequi debemus coniunctionē ac combinatio nem, quam obseruat propheta: Nam sex prima per tria paria sibi combinata ultimum uero per se ponit. Duo ergo combinata adiuicē, specialē conuenientiam habent inter se, distinctionē ab aliis: & hoc nunc de sapientia & intellectu innotuit. In sequentibus quoq; de aliis innotescet. Tertio diligenter considerare debemus in distinctione donorū proprietatem & uim nominum, quibus scriptura exprimit dona: quemadmodū Dionysius in descriptione ordinū angelicōꝝ, præfertim attendit uim terminoꝝ seu nominū quibus scriptura angelos nominat: In combinatione autē donorū illud propheta obseruat, q; unū illoꝝ pertinet ad rationē, aliud ad uoluntatem: quoniā ratio uoluntatē dirigere habet. Vnde confilium fortitudini copulat, & scientiā pietati: confilium enim in ratione est sicut scientia, dirigitq; confilium fortitudinem in suo actu quemadmodū scientia pierat. Quamuis autē sapientia & intellectus quae mutuo combinantur, in ratione fundentur & subiectentur, intellectus tamen sapientiam introducit: & sapientia affectū magis concernit q; intellectus: propter quod dictum est, q; sapientia perficit charitatē, intellectus q; fidem. Clavis est autem q; nomen sapientiae à sapore imponitur. Nomen uero intellectus ab intima quadam perspectione impositum est. Ideo hæc duo dona per hoc descripta sunt atq; distincta, q; sapientia est per gustum lapidum sapientialiter iudicare: intellectus uero per clarum intrinsecumq; intuitum ueritatem cognoscere. Similis ergo processus in aliis donis seruabitur.

Articulus XXXIII. Qualiter donū intellectus obtineatur, conferuetur ac perficiat.

DEniq; anima uirtutum caligine nebulosa, capere nequit illustrationē splendidiſſimi radii spiritus sancti. Quamuis autē secundū p̄a inducta, omnis qui charitatem & gratiam habet, donum quoq; intellectus fortis sit, sufficiatq; ad huius doni suscepitionē & conseruationem quæ ad recipiēdū conseruandamq; charitatem ac gratiam facienteſſe sufficiunt, tamen quād hoc donum spiritus sancti sublimius atq; diuinius est, & dono sapientiae magis propinquu, tanto requirit mentē magis sinceram ac stablem, deiformiorē ac perfectiore. Prefertim autem oportet eum qui in hoc dono proficere cupit, omnem carnalem dulcedinem, omnem uile consolationē, omnem corporalem quietē contemnere: esseq; timoratum atq; sollicitū, ne inquinatu quidq; incurrat, quo spiritualis oculus obtenebrari uel infirmari mereatur in radio intellectus, in consideratione mirabilium legis diuinæ, in illustratione spiritus sancti. Porro ante omnia opus est, ut rationē perfecte ac plane subſiccat fidei Christianæ, seq̄ fidei cōſentire & obediērē dēmō ſtret per condignā & sanctā atq; laudabile uitā. Perfectionē quoq; doni intellectus à spiritu sancto adipisci conetur, non propriis uiribus, sed fideliſſimis & incessabilibus preciis, ſuperuacua, inſtruſua ſtudi detestādo, & ad profectū in lege & sapientia Christi omnia ordinādo. Hinc quippe in Eſaiā ſcriptum eſt: Quem docebit diſciplina, & quem intellicere faciet auditum: Abſtaſt a laſte, auſſoſ ab ubere, id eſt separatos à carnali mollitie & mundana consolatione, delicatisq; exquisitis potu & eſca. Omnis eſt qui lacit̄ eſt particeps, expers eſt sermonis iuſtitiae, paruulus eſt perfector, autē eſt solidus cibus: eoz qui pro conſuetudine exercitatoſ habent ſenſuſ ad diſcretionem boni ac malī. Vnde & doctor diuinus teſtatur: Donum inquit intellectus, eſt ſupernaturale lumen ſuo ſplendore rationem noſtrā uolens clarificare in ſua ſublimitate, dummodo uelut uolens noſtros intuſ eſtigere. huicq; lumini obedire: quoniā lumen iſtud ab interiori noſtro homine exigit ſupergressionem atq; excessum, ſeu derelictionē ſenſuum, omniumq; ſenſibiliū regi, atq; imaginum, moriendo naturæ & cuiuēdo in ſpiritū. Qui enim diuina contēplari cupit, fidei q; profunda deo radiante cognoscere, indiget inferiora relinquere, animumq; ſimplificare, ac ēmentis deo affigere, omnesq; cordis ſuſ diſperſioneſ abſiſere.

Articulus XXXIV. De gradibus doni intellectus.

Aduertere denūnecessē eſt ad prædictā lucidius intelligenda, q; quamvis uniuersi gratiam gratum facientem habentes, donū intellectus orniuentur in aliquo gradu, non tamē aequē perfecte. Primus igitur gradus donū intellectus, eſt, q; per eum cognoscit homo fidei ueritatiſ adhærendū quantum ad ſalutē neceſſarium eſt, conſiderando aliquam rationem fidei Christianæ, propter quam credere congruit. Nam ſpiritus sanctus omni gratiam habenti ostendit ad minus aliquam fidei rationē per claritatem doni intellectus, ob quam fidei adhærendum cognoscit. Aliqui enim ad cēdendum mouentur propter testimonia prophetarū de Christo nouāq; lege. Aliqui ex conſideratione ſanctitatis & fidei præcedentium patrum. Aliqui ex conſideratione multitudi-

Dionyſius.

Eſaiā. 28.
Hebr. 5.

DE DONIS SPIRITVS SANCTI TRACTATVS II.

120

nis credentium. Nam & Bernardus fatetur ſibi fidem Christi factam eredibilem, propter credentium multitudinem. Aliqui ex conſideratione miraculorum. Aliqui ex conſideratione religioſorum & sanctorum uirorum quos quotidie uident & audiunt. Aliqui ex conſideratione mirabilium quæ deus indeſinenter operatur in rerum natura. Aliqui ex ſpeciali inspiratione uel diuina uifitatione aut ſimili aliquo, quod in ſe experientur uel iſpſis continet. Porro ſecundus gradus doni intellectus eſt omnes uel certe præcipuas fidei rationes ſubtiliter ſpeculari: ſicq; tanto robustius in fidei ueritatiſ ſolidari, quanto diſtinguit ſidei fundamenta perpendit, intantum, ut ubertum miretur, q; deus tam copioſiſime & euidentiſſime dignatus eſt fidem catholicam approbare. Itaq; ad hū gradū doni intellectus pertinet clare ac propte aduertere originē fidei, qualiter Christus uisus ad paſſionē & mortē paucos habebat credentes, quod oēs diſcipuli propter ignominia paſſionis eius à fide ceciderunt: & clausi propter metu ſudorū & federū, quod Christus L. die ſpiritu ſanctū eis trāmisſit, ſicur ante paſſionē promiſit: omniūq; linguaꝝ ac ſcripturaꝝ excellētissimā notitū tradidit. In ſuperabili ſoritudoſi mēti diſcipulorū infudit. Quod diſcipuli ex illo cōclauſi erū perut nemine formidat, ac cēſi igne ſpiritu ſancti, allegates prophetas, perpetrātes miracula, conuerteret eos ad Christi adorationē ac fidē, qui paulo ante ora & manus laxabat ad Christi blaſphemī atq; acerbissimū occiſionē: qd certū eſt sine miraculis maximis fieri nō potuisse. Quod in ſuper deus per paucos apóstolos uiros ſimplices, pauperes, illiteratos, abieciſtos & impotētes, uniuerſum mēdiū ſibi ſubiecit, i dololatria extirpauit, atq; innumerabiles homines ad moriendū pro fide inflammati, quod fides inter tyrrannoꝝ perſecutionē & martyre horreda torneta ſemp inualuit propter gloriola & ſumma miracula, quæ deus circa fidei ſuos athletas ostēdit: quod apóstoli & ſuccēſſores eosq; mortuos uocabat, & grotos curabat, in ignē illis manserunt. Haec atq; ſimilia infinita ſyncere cognoscere, ad ſecundū gradū doni intellectus ſpectare opinor. Postremo ad tertium gradū eius id attinet, ut ſingulare fidei articuloꝝ proprias rationes ac fundamēta quis purgatiſſima acie ualeat conſiderare, ſicq; ſingulare fidei ueritatis ſoritum ſubtiliſſimo atq; cerutissimo mentis oculo queat delectabiliter ſpeculari, cōtemplādo uidelicet, q; rationabilis ſit fides ſuperbenedictissime trinitatis: tum propter testimoniorum ſcripturarum ueteris legi ſuum propter euangelica testi monia & apóstolica documiēta: tum propter pulcherrimas perſuasiones ex naturis rerum acceptas. In ſuper contudo rationes fidei de incarnatione filii dei, oracula prophetarum, testimonia apóstolorum, conſiderationes rationabilis quibus probatur hoc decuifſer: ſicq; de ſingulis fidei articulis ſue particulis conſiderando propria fundamēta, & quomodo penē nihil de Christo afferunt, quin id à uatibus sanctis comprobetur prædictū: quomo do etiam uetus lex cum omni gloria ſua post euangeliū diuulgationem eſſauit.

Articulus XXXV. Quæ beatitudō correponeat dono intellectus: quomo-

do etiam fides dicatur fructus doni intellectus.

Amplius, quoniam intellectus qui donum eſt mentem purificat atq; illuſtrat, diuini gradū capacem conſtituit, ideo ſexta beatitudō, uidelicet. Beati mundo corde, qm̄ ipſi dei uidebunt, dono intellectus reſpōdet. In hac em̄ beatitudine ſicut in ceteris, unum per ſpectans ad meritum, ſcilicet cordis munditiam dū dicitur: Beati mundo corde: aliuſ autē ad præmiū, utpote uifio dei, dū addit: qm̄ ipſi dei uidebūt. Eſt autē duplex munditia ſicut Thomas teſtatur: quæ una eſt dispositiua & quaſi præabula ad uifio nē diuinā: & haec eſt emulatio appetitus ab inordinatīs affectibus atq; peccatis fitq; per uitutes ac dona uim appetitiū ornatiā. Alia uero eſt cor dū ſuā munditiam, quæ eſt quaſi cōpleriuſ ſuſtenti uifio diuinā: eſtq; puritas intellectuā potētia & phatatiſatibus atq; erroribus depurata: qm̄ uidelicet anima contēplari ualeat diuina, acie clara, ſancta & ac fixa. Hanc autē munditiam ſortitur homo à ſpiritu ſanctō, partim per donū intellectus. Praeterea uifio dei eſt duplex: uidelicet impfecta, que eſt p; fidei & perfecta, que eſt per ſpeciē. Prima eſt per ſpeciū in ēnigmate: ſeu dū inuifibilis dei p; ea que facta ſunt cōſpicuū: cū ſciliſet in creaſta dei cōſtentia p; creaſtas imagines cernit: & hec p̄tinet ad donū intellectus, prout in uia haberit poſteſt. Perfecta uero uifio dei eſt, qua deus cognoscit in ſe ſicuti eſt in immediate ac clare, nō p; ſpeciē facta aut formā creatā, ſed p; ſeipſum, ſeu p; unionē mētiſ creatē cū diuina luce atq; elſentia, quæ beatis in patria copulaſ loco intelligibilis formā. Hec itaq; uifio dei pertinet ad donū intellectus, prout habet in patria. Porro fructū uocat operatio quēdā delectabilis, uel delectatio ipſa. Fides igiſ prout fructus dicif doni intellectus, nō ſumit p; habitu q; ē theologia uirtus, ſed pro certitudine fidei, uel certificatiōe quā intellectua potētia ex dono in intellectus conquirit.

Bernardus

Secundus gra-
duis.

Tertius gra-
duis.

Munditia de-
dix.

Vifio dei de-
dix.

Rome. 14.

D. Diō-

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI, IN TRACTA.
TVM III. DE DONIS SPIRITVS SANCTI,
PRAEFATIO.

Prouer. 8.



GO SAPIENTIA HABITO IN CONSILIO, ET
eruditis intersum cogitationibus. Postquam de præstantissimis duo
bus spiritus sancti donis, uidelicet sapientia & intellectus sermo comple
tus est, modo de tertio dono puta consilio, per quod increata sapien
tia se corda nostra inhabitare affirmat, tractare incumbit. Hoc quippe
donum consilii in scripturis nobis multiplicitate commendatur:
estq; necessarium ualde præsentim in arduis rebus & cauendis per
culis, in quorum medio positum sumus.

Articulus I. Quod donum consilii non sit idem quod uirtus prudentiae: nec
sit ipsa euangelio, uel prophetice, uel prophetice.

Illustrationis
triplex.

euangelio.

scriptura.

prophetice.

Aristoteles.

Vide num
redimenter.

Luke 24.

Mat. 5.

Prudentia Augustino testante est cognitione rerum appetenda & fugienda. Secundum Philosophum uero, est recta ratio agibilium. Per prudentiam enim dirigitur intellectus omnes uirtutes morales in actibus suis; Ipsa enim inuenit & constituit medium in uirtutibus moralibus: Actus uero prudentiae est præcipere; nam consilia ac iudicata applicat operi. Triplices quippe estactus rationis. Primus est consiliarius ad quod pertinet ueritatis inuentio in agendis. Hic uero actus ad uirtutem moralē quae appellatur eubulia pertinet, atque ex ea procedit. Est namq; eubulia uirtus, per quam ratio est bene consiliativa in his quae uita activa concernunt: & dicitur eubulia ab eo quod est bonum, & ab eo consilium, tanq; bene consiliatiua: estq; uirtus ista à prudentia distincta, quemadmodum consiliarii alius actus est q; præcipere. Secundus actus rationis est de inuentis & consiliatis bene iudicare: quod est operatio uirtutis moralis quae synesis nuncupatur: per quam efficitur homo in agendis bene iudicari: estq; uirtus hæc dignior q; uirtus eubulie, eo q; iudicare, sit actus dignior q; consiliarii uel inuenire. Præterea prophetice secundū Philosophum est uirtus bene iudicativa de his, in quibus uicissim oportet à communione præcepto recedere, magisq; respicere legislatoris intentione q; uerbatur q; furiosis non est redditus proprius gladius: nec impugnatori communis restituendus depositus. Differt autem gnome à synesi sicut: sapientia à scientia: Nam gnome altiora principia attendit q; synesi: quæ enim præter communem legem ac solitum cursu fluit, in altiores oportet causas reducere. Vnde & gno
me est dignior synesi. Nulla autem uirtutum est idem quod donum consilii seu ipsum consilium, quod donum perhibetur. Frequenter enim ostensum est dona esse à uirtutibus distincta. Rursus probatum est, q; dona sunt non tam dūtaxat uirtutibus moralibus, sed in
tellectualibus quoq; perfectiora. Cum ergo consilium donum sit spiritus sancti, prædictis uirtutibus moralibus extat præstantius, & diuersis ab eis diuersum. Insuper dona spiritus sancti sunt habitus supernaturales, nec adipisci possunt nisi à spiritu sancto ea creante: uirtutes uero prædictæ morales sicut & ceteræ, esse possunt habitus naturales & acquisiti: non ergo donum est idem cum aliqua prædictarum uirtutum moralium. Veruntamen magna est propinquitas inter prudentiam atq; consilii donum: Nam teste Philosopho prudētia haberi nō ualeat sine uirtutibus moralibus aliis eius enim est applicare actum rationis ad opus, non qualitercumq; sed cū rectitudine appetitus: quod esse non potest nisi per uirtutes morales passionum moderatrices. Hæc quoq; perfectio uirtutum moralium ad consilium donum obtinendum exigitur. Vnde nonnulli opinati sunt realiter idem existere donum consilii & uirtutem prudentiae: differre q; solum in modo agendi: dicentes q; prudentia non minatur inquantum procedit ex principiis iuris naturalis: consilium uero prout ex fidei procedit principiis. Huius autem opinionis error, clarius in sequentibus innotebet.

Articulus II. De triplice acceptione consilii.

Consilium deniq; primo accipitur pro deliberatione ad finem intentum utili atq; ualenti: sicq; consilium pertinet ad prudētiam. Secundo uocatur consilium ipsa persuasio consulētis de rebus excellentibus ad quas-(ducent) nō obligamus: & ita dicitur Christus præceptis decalogi addidisse consilia, quæ sunt de operibus perfectionis & supererogationis, ut illud: Qui non renuntiaverit omnibus quæ possidet, nō poteſt meus esse discipulus. Eti; Si quis te percusserit in unam maxillam, præbe ei & alterā. Tertio autem dicitur consilium prouidentia uehementer exercitatua inter contemplativa

atq;

DE DONIS SPIRITVS SANCTI, TRACTATVS III. 121

atq; actua dona, existē media & deliberativa de opibus arduis siue sint determinata siue indeterminata: sicq; consilii dicitur donum. Vnde consilium ueratur circa ardua, & per ipsum efficitur homo optime mobilis à spiritu sancto circa difficultia quæq; seu ardua. Consilium igitur primo modo acceptum, est actus uirtutis moralis: sed tertio modo sumptū est donum spiritus sancti, & habitus seu habitualis perfectio rationis.

Articulus III. De necessitate doni consilii: & quomodo consilium appellatur donum spiritus sancti.

Dionysio edocente cognoscimus, quoniam prouidentia dei non tollit à rebus naturalibus eorum proprietates, sed causat, cōseruat ac perficit eas. Uenit igitur unicuiq; influit, & singula mouet secundum dispositionem capacitatemq; naturæ ipsorum. Vnde in euangelio legitur dominus unicuiq; de dilectione secundum propriam uirtutem. Cum ergo sit homo naturaliter discursu seu inquisitor & ammiratus cum sit rationalis, naturale est ei moueri ac instrui per modum consilii à superiori sapientiori causa. Idcirco spiritus sanctus qui est omnium ueritatum examen & cognitor, mentem rationalem mouet seu dirigit, inspirando per modum consilii quæ uera sunt atq; accommoda. Sed quoniam actus actiorum sunt in paciente disposito, estq; ne cesset recipiens proportionari influenti, ideo ad hoc quod anima sit realiter bene mobilis, spiritus sancti influxus & inspirationem faciliter aduertendo, recipiendo & adimplendo, indiget perfectione congruenti, per quam ita moueat à spiritu sancto: & hæc nominatur consilium. Deniq; tale consilium necessarium extat homini. Primo ut capax sit directionis spiritus sancti in omnibus, eiusq; consilium requirat & impletat. Rursus, quoniam prudentia & eubulia prout sunt uirtutes morales, hominem ornant ut sit prompte mobilis à ratione, in his quae humana in industria ualeat attendere & prouidere. Sed quoniam teste scriptura in libro Sapientie, Quæ in prospectu sunt difficile reperimus, & quæ cogitationes mortalium sunt timidae, & prouidentia nostra incerta propter innumerabilia contingentia & singulares eventus quæ quotidie possunt occurtere, ideo indiget homo eius consilio tanquam consilio à deo recepto: quemadmodum minus perfecti à magis perfectis querunt consilii. Dono ergo consilij in cunctis diriguntur, quæ ad finem ultimum seu uitam æternam ordinantur: siue finit de necessitate salutis sicut præcepta: siue non ut Christi consilia. Liquet quoq; ex his, q; donum consilii prudentiam respicit, perficit, dirigit: ordinando actus ipsius ad supernaturem felicitatem, atq; in his homini prouidendo, in quibus non sufficit uirtus prudentiae.

Sap. 51
Articulus III. Quid sit ipsum consilium quod est donum: & de triplice actu ipsius.

Hoc insuper aduertendum, q; donum consilij sicut præstantius est illo consilio de quo loquuntur philosophi, quod est actus prudentiae uel magis eubulie, sic stabilius eo existit. Illud enim consilium cum sit actus uirtutis, non habet stabile esse in anima. Istud uero cum sit habitualis perfectio mentis creatæ, quemadmodum re liqua dona, fixum & firmum esse sortitur in anima. Vnde consilium prout donum uocatur, est habitus supernaturalis à spiritu sancto infusus, quo in operationibus humanis mouetur secundum consilium spiritus sancti: id est secundum directionem eius, quæ nostra consilia dirigit, uel certe uicissim præueniendo inspirat. Deus nempe cum sit summe bonus ac sapiens, omnibus consulētibus eum, clare responderet: scilicet cunctis affabiliem atq; amicum uenit ostenditique madmodum primo confessione Augustinus testatur: Domine inquit omnibus te consulētibus eam simili respondes: & diuersa consulētibus tali quide respondes: sed non omnes te liquide audiunt. Omnes enim unde uolunt te consulēti, sed non semper quod uolunt audiunt. Optimus minister tuus est, qui non potius nescit id à te audire quod ipse uult, sed magis id uelle quod à te audierit. Itaq; ut possit rationalis creatura talium consiliorum dei esse efficaciter inquisitoria, perceptiva & executiva, indiget quadam supernaturali ac habituali dispositione, qua taliter mobilis fiat ad deum, à deo, secundum deum. Hæc autem dispositio appellatur donum consilii. Habet itaq; triplicem actum: Primo nanq; eruclatur per ipsum ad discernendum quod uerum est. Secundo eleuatur per ipsum ad eligendum quod melius est. Tertio expeditur per ipsum ad exequendum quod expedit. Primo enim inquirimus per rationem quid sit agendum: deinde per voluntatem eligimus: & demum ad operationem procedimus. Consilium nanque atq; elecio non sunt de ipso fine ultimo, sed de his quae ordinantur ad finem. Vnde secundum Damascenum, consilium

Augustinus

Damascenus,

y est

D. DIONYSII AV RICKEL CARTHUSIANI,

Es appetitus inquisitius, ratione directius, de his quæ sunt agenda aut omittenda. Ex quo innoteſit, q̄ consilium propriæ deon non competit: quippe quia nihil inquirere eger, & cui omnia aeternaliter, iñm & præſentialiter atq̄ inſabiliter clara ac nota sunt. Hinc enim Damascenus affirmit, q̄ consiliati non conuenit niſi ignoranti nature. Dicit enim Philosophus, q̄ oportet tarde quidem consiliari: uelociter autem consiliata profequi. Prædicti uero res actus consilii, etiam prudentiae sive eubulia competunt, sed non adeo excellenter, ut dono consilii neq; ad tam excellentem finem, niſi fortassis per donum consilii ordinentur actus prudentiae ad beatitudinem supernaturalem.

Articulus v. De dono consilii secundum doctorem diuinum.

FRequeritur in libris tractat doctor diuinus de donis spiritus sancti. Denig in libro de tabernaculo Moysi, de dono consilii loquens, Consilium inquit est quidam internum intractus seu tactus spiritus sancti nostram amorosam uitutem interius tangens, & exigens quatecum omnem mundi occupationem, omnesq; homines ad extra trahentes, cunctam quoq; interiori multiplicitate fugiamus atq; uitium, & spiritus unionem amemus. Hoc quippe Christus consiluit nobis dum ait: Si uis perfectus esse, uade & uende omnia qua habes si exteriora relinque, & in teipsum convertere, & sequere me in interna pace, in unione, in quiete. Ecce si istud consilium imitamur, tunc omni multiplicati protinus morimur, adipiscimurq; amorosam inclinatiōem ad unionē, omnū multiplicatum obliuiscientes. Hoc est quod propheta ad nostram amorosam uitutē profatur: Audi filia, scilicet consilium domini, & uide unionem, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum & dominum patris tui, id est obliuiscere omnē occupationē omniē creaturā, & tunc concupisces rex decorum tuum: quia tunc dominus est deus tuus, & adorabit eum omnes uires tuae: sicq; perpetuo offeremus ei: quia potentia nostra amatua semper inclinabit in spiritualem unionem. Hæc autem inclinatio amorosa est oleū pacis nostre internæ, qua omnes aduersarios nostros effugamus, perpetuamq; in deo quietem acquirimus, dūmodo habeamus in ea unionem spiritus sibi ipsi in amore demersam in unione derīscitq; interiorē simplicitatē fortis, in qua nostrā clarificatā spiritualē conuersationē corā deo fundare debemus: sic quoq; introueris manebim⁹: & deus iugiter habitabit in nobis, nosq; in ipso. At uero istis concordant & consonant, quæ idē doctor in libro spirituālē desponsationis adducit: Dono inquit cōfiliū deus pater hominē interius trahit, atq; inter electos suos ad dexterā suā eum constituit in unionē: sed & filius spirituāliter dicit sequere, quoniā unū est necessariū spiritus sanctus etiā cor eius patulū facit, atq; diuinam amorem accedit: ex quo furiosa quæ dā uita causat importunitas, q̄b; in traquoniam qui consilii audit, in amore tempestuofus fit, nec quippiā nisi deus ei tunc sufficit. Ideo seipsum & cuncta relinquit, quatenus ēū in quo ipse uiuit & in quo omnia unū sunt, inueniat. In his autē diebus unuquisque deū pure intendere, seiq; per rationē artare ac propriā uoluntati renuntiare debet propter unionē cū deo optat. Debet quoq; ē libere & fiduciāliter expectare, quoq; deus ēā p̄ḡ stare dignetur: quod si egerit, tunc spiritus consilii duplicatur in eo. Magnus est enim qui ordinationes atq; consilia dei expectat & sequit ipsum, omnia derelinquens: ac sine contemplatione in rebus præsentibus cum ardentī & itē furioso amore proclamās, adueniat regnū dei. Veruntamen maior est, meliusq; consilia sequitur, qui propriā uoluntatē in amore uiuit & abnegat, deo p̄obedientē ac subiectā dignificationē seu uenerationē in omnibus rebus exhibet dicens: Fiat uoluntas tua non mea. Nam Christus passionē propinquus, hoc uerbū ad patrem in humillima sui ipsius annualatione dixit: et ratq; uerbū hoc Christo iocūdū atq; honestius, deo patri amabilius, nobis utilius, dæmoni confusibilius, q̄ aliud aliquid uerbū quod unq; locutus est: quoniā in abnegatione propriā uoluntatis Christi secundū natūram humanā, omnes redempti salutis sumus. Deniq; hoc modo fit diuinā uoluntas amari ac humili homini maior sua latititia, uehementiorq; delectatio secundū sensationē seu gustū spiritualē, dato per impossibile, q̄ deus uellet ēū in infernū descendere aeternaliterq; perseire. Hic natura uisq; ad insimum est depresso: deus uero hic est ad supremū elatuatus & exaltatus. Homo etenim talis, est humili, omniumq; diuinorum susceptiuus donorum: quoniā seipsum abnegauit, propriā uoluntati renuntiavit, & totum pro toto largitus est, nilq; pro illis requirit uel cupid nec uult nisi quod deus conferre uoluerit: eo quid uoluntas diuina facta sit sua maior lœtitia. Qui autem seipsum in amore resignat, liberior extat quam aliquis uiuens: sed & sine cura uiuit, quoniā deus quod suum est, perdere nequit. Hinc nempedeus, quamuis omnia ei nota consistant, quodam tamē tentat ac probat, si uere

Damascenus.
Augustinus.

Iohannes Ruyf-
broch.

Matth. 19.

Plat. 5.

DE DONIS SPIRITVS SANCTI, TRACTAT. III.

112

uere abnegauerunt seipso, ita ut clarificari & deo honeste fibi utiliter uiuere possint. Vnde uicissim tales à dextero latere ad sinistrū latus transponit uidelicet ab ingenti animi uoluntate ad magnū exiliū uidetur q̄ talis quasi à deo omniē creature contēptus atq; relēctus: sed si ante in amore ac spirituali latititia seipsum ac propriā uoluntatē abnegauit, tunc q̄ nihil quod suum est, queſtuſ, sed beneplacitam dei uoluntatem in omnibus, in peccato quoq; atq; exilio seipsum totaliter abnegabit nil suum requirens: sed dei honorem in omnibus. Nam qui uoluntarius est ad magna operanda, est etiā promptus atq; sp̄otaneus ad magna & quani miter toleranda.

Articulus vi. De aliquā eluciādōne prædicto.

Liquet ni fallor ex dictis, q̄ donū consilii sit dispositio radicata seu habitualis in anima, per quam in dubiis, in arduis, in faciendo uel omnitudinis de quibus intra se cōfiliatur, prompte efficitur mobilis, docilis ac inspirabilis à spiritu increato, qui uostre rationis consilia dirigit, nostramq; infirmitatem in omni inquisitiōe corroborare ac regere ualeat. Debemus quippe in consiliando semper in deo confidere: cuius quoq; opem semper optare quemadmodum Tobias ait: Pete à deo ut uias tuas dirigant: & omnia cōfilia tua in ipso permaneāt. Nam salvatore testāt, Spiritus sanctus suggester uobis omnia. Vnde in psalmo cantamus: Tribuat tibi dominus secundum cor tuum: & omne consilium tuum confmet. Per donum enim consilii, deus omnia nostra confirmat consiliativa scrutinia. Versatur autem donū consilii circa actus humanos, inquantū cadunt sub fide & referruntur ad finem felicitatis aeternæ, nec solum concernit actus quibus euangelica Christi consilia adimplere conamur, sed etiam operationes quibus mandata seruamus: immo consilium istud directuum est rationis in omni operatione humana, faciens rationem spiritus sancti instinctum sectari, atq; in agendo & sustinendo regulas legis diuinæ: intueri ac assecurari. Præcipitaliter tamen uersatur circa operationes difficiles de quibus dant consilia, quae ad perfectionē supererogationēq; pertinent. Consilii itaq; ordinatur ad opus: estq; qua litas rationi impressa, ad sequenda consilia dei inclinans. Idcirco doctor diuinus ait: ipsum consilium donum, esse internū in tractu sive tactu spiritus sancti, nostram amorosam uitutem, id est uoluntatem charitate ornatam, seu ipsam charitatem tangens. Ratio enim uoluntatem ad actum mouet & excitat exigens ut omnem mundi concupiscentiam, omnesq; homines ad exteriora trahentes, cunctam insuper interiori multiplicatatem, id est uarias cordis disperſiones & curas uitium. Hoc palam est dici de dono cōfiliū, prout uersatur circa opera perfectionis ac supererogationis. Sic enim dono consilii informamur, ut illud qđ solum necessarium extat, tota intentione quaeramus per contemplationem synceram, per dilectionem ardētē, per conuerstationem perfectā: in solo deo pacē quaerentes, quietem optantes, unitētes ei semper pro uiribus nostris fragilitatis spiritū nostrū, ut finis unitus cum deo. Nam qui ei adhæret unus spiritus est, non per essentiā, sed per affectū. Vnde ita sequentibus uerbis secundū doctorem istum adiicitur, qđ ex dono consilij & actione ipsius, furiosa quædā uita causatur & importunitas ad intra. Qui enim consilii huius directionē recipit, uehementer acceditur ad imitanda consilia Christi, in quibus docemur cuncta relinquare, totumq; affectū deo immergere: nil quoq; quod à deo elongat admittere: sed debet homo iste le per rationē artare, & non spiritus aetuantis seruorem sectari quantum ad exterioris hominis exercitationem: quatenus ratioabile sit suum obsequium: nec plus facere uelit q̄ ualeat. Longum autem & ualde prolixum foret uniuersa uerba prædicta exponere: sed istis intellectis, cetera arbitror posse facilius capi. Præterea cōstat ex his, qđ ad donum consilii pertinet ueritatis apprehensio, sicut in prima secunda: Thomam asserere fas illud est. An uero uel qualiter spectat ad donum consilii iudicium de ueritate iam cognita, quod Thomas in secunda secūdū ei scribit, non planū est sed plenius inquiratur.

Articulus vii. De gradibus doni consilii: & qđ donum istud omnibus gratiā gradiuntur facientem habentibus inſit secundum aliquem gradum.

Quoniam itaq; cogitationes mortalium sunt timidae, atq; incerta prouidentiae nostræ, nec ualeat quispiam fine consilio diuini instinctus nostra consilia dirigentis ad terram uiuentium peruenire, juxta illud Psalmographi, Spiritus tuus bonus deducit me in terram uiuentium, propterea primus gradus doni consilii est, per quem susceptiuus est homo cōfiliū: spiritus sancti quantum ad ea quæ necessaria sunt salutis, uidelicet ad obſeruanda præcepta: immo qui isto consilii gradu non decoratur, in statu condemnationis constiuit, quemadmodum in Esaiā scriptum est: Vx̄ filii desertores dicit dominus, ut facheretis consilium & non ex me, & ordirenti telam & nō per spiritum meū,

Tob. 4:
Tobian. 14:
Piat. 19.

Consilium,
Doctor diuinus.

Sep. 9.

Piat. 14:21

Esaiā 50:1

X 2 Et in

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

Prouer. 5.

Etin Prouerbij sapientia ait: *Quia uocauit & renuistis, despexitis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis, ego quoq[ue] in interitu uestro ridebo. Porro secundus gradus doni consilii est, per quem euangelicis Christi consiliis aurem mentis inclinamus, & illa quantum profilio exigit adimplimus, quanuid ad consilia immediate non obligemur. Vnde qui regularem atq[ue] monasticam uitam profitentur, ad ea tenentur quantum ipsa religiois statuta seu regula postulat: & sicut omnes mortaliter peccant qui praecepta non seruant, sic qui consilia ad professionem spectantia transgrediuntur, mortaliter praevaricatur: consilium enim post uotum uini precepti sortitur. Itaque per secundum doni consilii gradum ita a spiritu sancto in cauedis periculis faciendoq[ue] bonis dirigimur, q[uod] ipsa consilia quantum ad salutem requirunt custodimus. Postremo tertius gradus doni consilii est, ipsa Christi consilia perfecte implere quantum praesentis uite status permittit. Ad hanc perfectionem nulla religio, nulla professio, nulla circumstantia obligat: immo qui se ad eam auertendo uoto astringeret, inconfutabiliter ageret. Sed nunc horum distinctio profundius aduertenda est. Omnis qui regularem uitam profitetur, ad tria obligatur consilia: scilicet castitatis, paupertatis & obedientiae. Tenetur autem ad ista non quolibet modo. Tenetur enim ad castitatem sic, ne mulierem cognoscat a certe cognoscere ex rationis pleno consensu uelit: non autem tenetur motus concupiscentiae rationis imperio perfecte subiungere scilicet ut non insurgant, sed sic, ne ipsi preualeant. Sic quoq[ue] ad paupertatem tenetur, id est temporales ac exterioreas diuitias non habendas: non autem tenetur spirituales diuitias, id est diuinis consolationes diuinisq[ue] dona ac præmia non attendere, non desiderare, non contemplari. Simili modo ad obedientiam obligatur quantum ad ea quæ ordinis sui regulas statuta complectantur ac continent: non autem ad alia, sicut Bernardus & Thomas a niente testantur: nam & Thomas Bernardus allegat. Qui uero consilia C H R I S T I perfecte ac excellentissime implere conatur, omnem fatigat carnis concupiscentiae motu radicibus extirpare, omnemq[ue] sensualis uoluptatis inclinationem penitus abhorrire, contemnere: & quantum possibile extat uitæ præferti, prorsus nefire: quatenus non iam dunt taxat mundo corde, sed tranquillo quoq[ue] quietoq[ue] corpore Christo adhaereat. Hoc est q[uod] hortatur Apostolus: Mortificate iniquitas membra uestra quæ sunt super terram. Insuper homo talis non tantum corporales diuitias spernit, nec aspicit, nec in earum consideratione se occupat: sed & spirituales diuitias, & omnia munera dei, omnem retributionis mercede parupendit, non aspicit, non querit, nec in eorum contemplatione tempus expendit: sed omnem creatamentitatem transcendens ac uisipendens, nil aliud speculari, optare, orare dignatur, nisi ipsum deum benedictum & sanctum in se, illi soli uniri, adhaere, uacare concupiens: ne quaquam oculum mentis ad seipsum refleget; nec quod sibi bonum ac utile est pensans: sed prorsus in diuinæ nature diuitias absorbetur ac rapitur: ut ne seipsum qui uel proprium actum attendat uel sentiat. Præterea homo iste adhuc altius scandere satagit: non enim solum propriam uoluntatem quantum spopondit relinquit, nec ea tantum agere curat quæ bona atque meritaria extant, sed sic propriam uoluntatem relinquit, quasi omnino omnis uoluntatis ac libertatis sit expersus diuinæ uoluntati se fidelissime commendans ac credens, ut quicquid deus de eo fieri uelit, id sibi potissimum placeat: sicq[ue] diuina uoluntas efficitur summa sua iocunditas, intantum, q[uod] si deus ueller eum damnari, plus gauderet de diuino honore & item de diuinæ æQUITATIS tenore, quam tristaretur de propria damnatione. Primus gradus doni consilii ad fideles dei seruos: Secundus ad secretos dei amicos: Tertius ad occulos pertinet filios. Inter quos doctor diuinus præclarissimam distinctionem inducit in libro de perfectione filiorum dei mempe. Serui fideles dicuntur, quilibet nondum contemplati, atque interni effecti sint, tamen cum charitate & sancta intentione precepta obseruant, atq[ue] mortalia uitia fugiunt. Secreti uero amici, interna ac feruida deo adhaesione cohaerent, & ad spiritualem se saporem extendunt, ob cuius amorem ac gustum corporales delectationes cōtemnunt. Veruntamen nequid nudis & liberis facti sunt: quoniam nondum omnem proprietatem deseruerunt: nec sibi ipsi penitus mortui sunt: sed aliquiliter reflectuntur ad se: quoniam dona dei uidelicet consolationem mentalē, dulcemq[ue] deuotionis p[er]fectum amant ac appetunt. Ideo dum gratia talis eis subtrahitur, concutiuntur, contristantur, & domino conqueruntur se ab ipso reliatos. Itaq[ue] occulti filii his omnibus moriuntur: soli deo sincere intendunt: et dunt taxat dignipientur, amant ac cupiunt. Hincq[ue] catenæ in superlucentes & superessentiales diuinæ & inuisibilis lucis tenebras.*

Regularis vita
professi, quo
modo ad con-
silia obligant.

Coloff. 5.

Doctor diu-
nius.

DE DONIS SPIRITVS SANCTI, TRACTAT. III.

125

tenebras absorbentur, ut sibi meti ipsi penitus mori, atq[ue] in nihilum redigi videantur. Porro in deum transpositi deiformiter uiuunt, eiq[ue] tanquam prorsus ignoto uniti sunt. Ad hanc occultorum filiorum perfectionem sex requirentur, atq[ue] concurrunt, quæ sunt: pax uera, internum silentium, adhæsio amorosa, quies in dilecto, obdormitio, contumio quadam super splendentis caliginis. Hic est apex & uerex Christianæ religionis consiliorumq[ue] Christi finis quoq[ue] præsterior, ad quem tertio gradu doni consilii subleuamur.

Articulus VIII. De modo proficiendi in dono consilii.

TRIPLEX præterea reperitur consilium. PRIMUM est ratio[n]is naturalibus perfectiōibus adornata: & tale est actus prudētia: potestq[ue] sine gratia obtineri, eo utiq[ue] modo quo multi gentilium, prudentes ac uirtuosif[er]eatur suis. Vnde & quidam ex naturali dispositione sunt bene consiliati. SECUNDUM est consilium rationis uitiiis ac passionibus obtenebrata, de quo Bernardus: In corde inquit duplex est lepra, uidelicet propria uoluntas propriumq[ue] consilium: cu[m] us consilii lepra tanto est pernicio[n]is secretior: & quod magis abundat, eo sibi sapientior quifq[ue] esse uidetur. Hoc illorum est qui zelum dei habent, sed non secundum scientiam: obduratio in proprio sensu, nec sanis consilii acquiescentes. Hi sunt ueritatis derisores, inimici pacis, charitatis expertes, uanitatis tumentes, sibi placentes, magni in propriis oculis. TERTIUM autem consilium est de quo nunc sermo habet, quod est supernaturalis perfectio & donum spiritus sancti, quod similis est charitate & gratia datur, recipitur, perditur. Qui uero in isto salubri consilio cupit proficere, atq[ue] in omnibus à spiritu increato opem directionis sortiri, primo eget ut consilium istud secundum omnino abiiciat, quoniam scriptum est: Non sis sapiens apud temetipsum: & ne innitaris prudentia tua. Secundo exigitur ut in primo ac naturali consilio non confidat, nec illud sibi sufficiere putet, sed eo ac naturali industria bene utatur: quatenus supernaturalis perfectio naturalem perfectionem formet & compleat. Sed quoniam ista duo consilia sine profunda humilitate sic deprimi nequeunt, ideo ad proficiendum in dono consilii, præsertim requiritur cordialis humilitas: quoniam super humilem & quietem requiescat spiritus domini. Nemo equidem proprii sensu consilium uel abiiceret ualeat moderari, nisi qui uere est humilis. Nulla quoq[ue] uirtus eatenus in mentem creatam ad illuminationem, directionem ac defensionem spiritus sancti coapta, sicut uera atq[ue] profunda humilitas. Quod enim quis minus suo confidit in genio, quod minus presumit de semetipso, eo abundantius dirigi, doceri atq[ue] iuari meretur à spiritu sancto. Hinc quippe scriptura testatur: Testimonium domini fidei sapientiam præstans parvulis. Et ipse salvator patri celesti loquens, Abscondisti ait haec à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parvulis. Qui dam autem consilii donum in tanta plenitudine fortuntur, ut nedum seipso dirigere, sed alii insuper sancta atq[ue] salubria queant consilia præstare: sicut de Symone fratre Iudeo Mathebæ, pater eorum Matathias afferuit: Ecce iniquus Symon frater uester uir consilii est, ipsum audiit semper: & ipse erit uobis pater. Merito q[uod] uenerandus ille senior Matathias, Symonem prudentem potius statuit esse fratrum suorum patrem q[uod] Iudam fortissimum, quoniam teste scriptura, Melior est sapientia q[uod] uires: & uir prudens q[uod] fortis.

Articulus IX. An donum consilii perseveret in patria.

VIRTUTES præterea quæ in sua ratione imperfectionem nullam includunt, certū est permanere in patria, quemadmodum charitas, iustitia, fortitudo: quæ autem imperfectionem includunt, non manent in patria, ut fides, spes. Fides enim imperfectionem cognitionis includit: & spes boni optati absentiam: quorum nullum in patria extat, in qua conspicitur deus benedictus facie ad faciem & sicuti est: quo & beati immediate cum inexcogitabili suavitate fruuntur. Idem quoq[ue] iudicium est de donis spiritus sancti, quo ad illa quæ imperfectionem non continent, ut sunt dona sapientiae & intellectus, scientiae, fortitudinis: sed de donis consilii & pietatis: quæ uerfatur circa indigenes quæ in patria non sunt, de dono q[uod] timoris, non est adeo facile determinare, an & quomodo perseveret in patria. Nunc autem de dono consilii inquisitionem includit. Inquisitio autem ignorantium presupponit quæ in patria esse non ualeat. Rursus consilium ex dubitatio[n]e procedit quæ beatis non conuenit. Et respondendum, q[uod] sic secundum Augustinum virtutes cardinales manent in patria non penitus secundum eosdem actus, nec secundum modum agendi, non enim temperantia in beatis indiget motus. Venere eos refrenare, sed tenet appetitum concupiscentiale immobiliter sub ratione, sic donum consilii manet quidem

Triplex consi-
lium.

Bernardus.

Roma, 10.

Prouer. 2.

Efa. ultima.

Psal. 19.
Matio.

I. Mac. 22.

Sap. 6.

Obiectio.

Responsio.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

in patria, sed non secundum eundem modum agendi sicut habetur in via. Modus quippe agendi parificatur modo essendi rationalis creaturæ dum est in via: & aliter dum est in patria. Dum enim in via est, est quasi in motu: vero in patria fuerit, est quasi in termino motus. Alia est enim dispositio entis dum sunt in motu, atque alia dum existunt in termino motus. Sic donum consilii aliter operatur in viatoribus, aliter in beatis. Dicendum itaque, quod donum consilii manet in patria in quantum deus continuat atque conseruat ac perfectit in beatis cognitio nem consilii: deus enim est causa omnium perfectionum intellectualis creaturæ eo modo quo sol est causa claritatis in aere: utpote in fieri & permanere. Vnde non solum illuminat mentem dum primo ueritatis notitiam tradit, sed quandiu mens in ueritatis notitia perseveruerat. Denique Dionysio contestante, Angelii illuminantur de nouo tam a scienциam, quam a deo. Hæc autem illuminatio non est quantum ad beatificam dei uisitem, in qua nemo beatorum crescit uel proficit, sed quoad effectus quosdam ad diuinam prouidentiam pertinentes: quorum cognitio ad accidentale attinet premium: in quo usque ad diem iudicij omnes beati proficerent posunt. Vnde Dionysius sexto cœlestis Hierarchiae capitulo ponit in angelis simplificatione nescientiam, a qua inferiores a superioribus purgantur, supremi autem a deo. Nam & in libro de Causis scriptum est, quod intelligentia inferiores proficiunt uultus suos intellectuales in lumina intelligentiarum superiorum ut doceatur ab eis. Itaque quantum ad talem nescientiam atque purgationem, perseverat in beatis donum consilii, etiam quoad nouas directiones & instructiones in agendo & cognoscendo.

Articulus X. Quæ beatitudine correspontet dono consilii.

Augustinus autem dono consilii quintam beatitudinem cooptat ac tribuit, utpote, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiani consequeruntur: quoniam unicum consilium quo exipiatur de tantis malis atque periculis, est faciliter indulgere ac aliis communicare. Donum enim consilii non est de ipsis fine, sed mediis quibus peruenitur ad finem. Cum ergo misericordia maxime sit de his quibus ad finem seu uitam & eternam pertingitur, in eo per eam compendiosius finis iste acquiritur. (Pietas enim seu misericordia ad omnia utilis est) Ideo beatitudine quæ est de misericordia, correspontet dono consilii tanquam dirigenti actum misericordiae, non sicut elicienti ut Thomas affirmit. Videlicet tanquam donum consilii etiam actus misericordiae possit elicere, preferentium quantum ad actus spirituales: qui utique principaliores sunt ceteris misericordiae actibus. Declaratur est equidem, quod per donum consilii efficitur homo non sibi duntaxat, sed aliis quoque bene consiliarius. Dare autem consilium, ad eleemosynas spirituales spectat: estque misericordiae actus, seu operatio pietatis. Vnde dicendum, quod donum consilii quosdam actus misericordiae excellentius elicet: quod misericordiae virtus: quoniam dona perfectius agunt: virtutibus theologicis tamen exceptis uitribus, quae sole dona excedunt.

Articulus XI. De quinquipartita gratia circa consilium.

Considerandum quoque, quod quinq[ue] dicuntur commendabilia esse circa consilium. Primum est gratia requirendi consilium unde in Tobia habetur: Consilium semper a sapiente require. Et in Proverbiis Salomon ait: Astutus omnia agit consilios: qui autem est fatuus aperiet stultitiam. Hæc gratia utilissima est: quoniam Salomon testante, ubi non est gubernator, corruet populus: salus autem ubi multa consilia. Et iterum: ubi non est consilium, dissipantur cogitationes. Et in Ecclesiastico dicitur: Fili sine consilio nihil faciat: & post factum non penitebit. Hac gratia caret qui præcepis est & ad irascendum proclivis: qui enim festinus est pedibus, offendit. Secundum est gratia consiliorum eligendi, quemadmodum in Ecclesiastico scriptura hortatur: Multi pacifici sint tibi: & consiliarius sit tibi unus de mille. Ex iuris: Cor boni consilii statue tecum. Tertium est gratia dandi consilii, sicut de Symone fratre Iude Machabæi inductum est: Ecce Symo frater uester uir consilii est. Quartum est gratia examinandi consilii: quod prudentibus & uere discretis cōpetere Seneca afferit. Quintum est gratia acgreendi consilia iuxta illud Proverbiis. Via stulti recta in oculis eius: quod aut sapientis est, audit consilium. Et alibi: Qui oīa agūt consilio, regunt sapientia.

Articulus XII. De fortitudine prout est virtus.

Fortitudo denique secundum quod est virtus dupliciter sumitur. Primo pro quadam firmitate uigore: quod animi uitii resistentis atque passionibus dominatis. De fortibus talis fortitudine frequenter effatur scriptura, ut est illud Proverbiis: Mulier fortis quis inueniet? Sic autem fortitudo non est virtus specialis sed generalis: uel potius omnis virtutis communis conditio. De ratione enim cuiuslibet extat virtutis, ut rationem in bono

Dionysius.

Mat. 5.

1. Tim. 4.

Tob. 4.
Prover. 15.

Prover. 11.
Prover. 15.
Eccl. 32.

Eccl. 6.

1. Mac. 2:

Pro. 12.

Pro. 31.

DE DONIS SPIRITVS SANCTI, TRACTAT. III.

124

in bono corroboret, & ut firmiter ac immobilem agat. Secundo accipit fortitudo prout est moderativa timoris atque audacie in his in quibus difficultissimum est mediū rationis seruare. Omnia autem terribilium terribilissimum est mors. Idcirco fortitudo uersat circa pericula mortis præcipue, ne hominem nimis expaescat, & ne se eius periculis per audaciā inconsulte exposet. Sic autem fortitudo est uirtus cardinalis, cuius subiectum est appetitus irascibilis. Porro duplex est actus fortitudinis, utpote aduersa seu tristitia sustinere: & ea uiriliter aggredit: Sustinere enim fortitudini cōpetit, inquit timor mortis moderat ac reprimit. Aggredit uero cōuenit ei secundum quod audaciā ordinati: & sicut morte non timere: uel ob eius timorem à bono non cessare nec muli cōmittere, difficilis est quod ardua aggredit: sic principalior actus fortitudinis est sustinere quod aggredit: principaliusque ad fortitudinem pertinet timore mortis reprimere, quod audaciā coercere. Vnde Philosophus tertio Ethicorum, Tristitia inquit sustinentes maxime fortis uocantur. Quidam namque ante pericula sunt præuolantes, sed in ipsis deficiunt. Fortes uero ante pericula se bene deliberant, sed in ipsis robusti constiunt. Porro quod ait Gregorius, Fortitudo sanctorum est carnem uincere, delectationibus contraire, delicias uite præalentis extinguere, intelligendū est de fortitudine quæ generalis ponitur uirtus: Hæc enim partim ad temperantiam pertinent. Postremo secundum Macrobius quadruplicem ponitur fortitudo: politica, purgatoria, purgati animi, & exemplaris. Fortitudo politica est animi contra periculorum mortuum inunire, diligentiis turpia abhorrire, & dura uiriliter sustinere. Fortitudo purgatoria est propter recessum animi a corpore, atque ad superna ascensum non formidare, qualis erat qui dixit: Cupio dissolui & esse cum Christo. Et aliis: Sufficit mihi dominie, tolle animam meam. Fortitudo purgati animi, est passiones & passionum immoderantias non uincere sed nec sentire uel scire. Tales sunt, qui carnem suam crucifixurunt cum uitj & concupiscentijs. Fortitudo exemplaris est ipsa incommutabilis diuinæ mentis stabilitas.

Articulus XIII. De fortitudine secundum quod donum, quomodo distingua-

tur à fortitudine quæ est uirtus: & cur ultra eam requiriatur.

Sicut natura non deficit in necessariis neque abundant in superfluis secundum Philosophum, itanec gratia secundum theologos. Cum ergo sit tanta perfectio fortitudinis, quæ est uirtus moralis ac cardinalis sicut fam patrum, inuestigare oportet quid opus sit ultra eam ponit aliam fortitudinem sublimiore & efficaciem, quæ sit habitus supernaturalis ac donum spiritus sancti. Huius autem duplex est ratio. Prima, quoniam fortitudo quæ uirtus uocatur, reddit hominem bene mobilem à ratione, resistit p[ro]impedimentis uirtutum quantum naturaliter fieri potest: non autem resistere ualeat cunctis impedimentis sibi oppositis, atque pericula uniuersa euadere. Indiget igit homo fortitudinis dono quo efficitur prompte mobilis à spiritu sancto: sic quod ad finem laudabilem cuiuslibet operis inchoati perueniat, & ad supernaturalem beatitudinem rite pertingat, quod certum est omnem naturalem uirtutem exceedere: præsertim cum homo in ipsa morte à malis uinci & opprimi posset. Hinc quippe scriptum est: Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilat qui custodit eam. Secunda ratio est: nam homo eget quadam fiducia euadendi cuncta pericula, quæ & contrarium timorem expellat: quatenus homo fiducialiter ac strenue operetur ac uiuat. Hanc uero fiduciam dare non ualeat fortitudo quæ est uirtus, sed illa quæ ponitur donum: immo spiritus sanctus hanc nobis per fortitudinis donum inspirat. Qui hanc fortitudo fiduciam, fiducialiter dicere potest illud Apostoli: Certus sum quod neque mors, neque uita, neque creatura aliqua poterit nos separare à charitate dei quæ est in Christo Iesu. Illud quoque sancti Job: Donec deficiam non recedam ab innocentia mea: iustificationem quam ceperit tenere, non deseram.

Articulus XIV. Quod donum consilii fortitudinem dirigit: & de obiecto atque subiecto fortitudinis quæ donum exigit.

Consilium autem intellectus concernet, estque in ratione practica tamq[ue] in subiecto. Cū ergo intellectus voluntate dirigere habeat, siquid quod ratio dono consilii illustrata, fortitudinem regat ac dirigat in agendo. Hinc nempe Esaias haec duo connectit dona. Ad uniuersitatemque se extendit donum fortitudinis, ad quæ se extendit consilium donum. Quod enim per donum consilii agendum uel omitendum cognoscimus, id per donum fortitudinis exercemus uel fugimus. Ostium est quoque, quod donum consilii circa oīam p[re]cepta Christi consilia uersei: quis potissimum sit circa difficultia atque euangelica saluatoris consilia. Ideo fortitudinis donum oīam q[uod]q[ue] cōcernit: præcipue tamq[ue] ad ardua exequenda

Actus fortitudinis duplex.

Aristoteles.

Gregorius.

Macrobius.

Col. 3.

Aristoteles.

Plat. 110.

Rom. 8.

Iob. 27.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

uel certe uitanda aspectat. Vnde obiectum doni fortitudinis latius est atq; communius obiecto fortitudinis, quæ est uirtus moralis ac cardinalis; quoniam illa non est nisi circa mortis pericula. Aduertendum etiam q̄ fortitudo que est uirtus, in appetitu sensitivo irascibili subiecitatur: Fortitudo uero donum existens, in appetitu intellectivo seu uoluntate locatur: qm̄ non solum uersatur circa sensibilem materiam, sed ad spiritualem materiam se extendit; pertinet enim ad eam, non tantū periculis mortis nō cedere, sed operibus quoq; perfectionis perseueranter insistere, contemplando, amando, ac deiformiter conuerfando. In primo autem editionis libro monstratum est, omnia dona in parte intellectiva esse ponenda.

Heb. II.

Articulus XV. Per qua donum fortitudinis incrementum fortiatur ad perfectionem.

Quamvis uicissim fides dicatur fortitudinis causa iuxta illud Apostoli Pauli, Sancti per fidem uicerunt regna, illud quoq; Ioannis. Hac est uictoria nostra que uincit mundum fides nostra, uicissim uero dilectio: charitas enim omnia sufficit, omnia potest: nam & amanti nihil extat difficile, maxime tamen spes fortitudinis incrementum meretur. Esaias dicente: Qui sperant in domino mutantur fortitudinem, assūnēt pennas ut aquila, currēt & non deficit. Spes enim ei potissimum conuenit, cui proprium robur nō sufficit: hincq; ad alterius opem se trāfert. Vnde coipso quo aliquis in domino sperat, diuine pietatis subsidiū inuocat, sibiq; proprias uires nequaquam sufficere astrict. Quelibet autem uirtus illud præsertim à deo fortiatur, quod principaliiter atq; directe ab ipso obtinere molitur: ut fides illuminationem, charitas feruore. Spes ergo potissimum fortitudinis qua donum est, profectum adipisci: deinde humilitas. Spes enim atq; humilitas alteri innuitur: quo & protectionē & adiutoriorum adipisci conantur. Quanto autem quis amplius ac fiducialius atq; humilius deo inmititur, tanto copiosius adiuuatur, si delius defensatur, sublimius exaltatur. Humilitati demū contraria p̄rsumptio; p̄rsumptione quoq; correcet silentium. Itaq; preclarus ille Esaias propheta, insinuans fortitudinis donum obtineri præsertim per humilitatem & spem, In spe inquit & silentio erit fortitudo uestra. Et Psalmista: Qui confidit ait in dho, sicut mons Syon non cōmouebitur in æternū. Denique Augustinus testatur: Idcirco nō nulli in martyrio defecerūt, quia non plene in Christo confisi sunt: sed se aliisque esse & posse putantes, decepti ac uicti sunt. Quo contra Hieremias fatetur: Domine fortitudo mea, & refugium meum, & robur meum in die tribulationis. Nil ergo p̄rsumamus de nobis: sed prorsus in domino confidamus, si in dono fortitudinis perfici affectamus.

*Psal. 124.
Augustinus.*

Micr. 16.

Articulus XVI. De laude doni fortitudinis: & quam uirtutem perficiat.

Fortitudinis insuper donum rationale creaturam uehemēter dignificat, imo deificat: quoniam per ipsum omnia potest in eo qui ipsam confortat: efficacem à spiritu sancto supernaturaliter mobilem: ita ut in contumelij atq; tormentis pro deo ingēter exultet, quemadmodum apostoli hoc donum forti, ibat gaudentes à cōspectu cōciliij, qm̄ digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Et beatissimi martyres uirtute huius doni cū incredibili patientia, imo cum gaudio admirando, cum inconcuſa fiducia immanissima patiebantur supplicia. Denique sacra scriptura ad hāc nos fortitudinē ubertim hortatur. Vnde in Esaias scriptum est: Nolite timere opprobrium hominū & blasphemias eorum: qui stūtūtū timeas ab homine mortali, uel à filii hominis, qui quasi scēnum arefcit: Et ipse unigenitus dei: Nolite inquit timere eos qui corpus occidūt. Et in Iosue: Ecce præcipio tibi, cōfortare & esto robustus ualde, noli metuere, qm̄ tecū est dñs deus tuus in omnibus ad quæ cūq; perrexeris. In Psalmo quoq; Viriliter agite & confortetur cor uestrū omnes qui speratis in domino. Per fortitudinis igit̄ donū deo reuerentissime deseruimus, da monibus præualemus, mūndum calcamus, nos ipsos deuincimus, deo assimilamur. De quo in libro Iob habet: Deus potentes non abiicit cum sit ipse potens. Præsertim uero per fortitudinis donum imitamus immutabilitatē diuinæ naturæ, stabilitatemq; diuinæ sententiae: Deus enim per prophetam, Ego inquit sum deus & non mutor. Et in libro Threnoḡ ait scriptura: Porro triumphator in Israēl non parcat, nec peccitudine flectetur. Cum effectus seu actus doni fortitudinis sit animū stabilitate in deo, atq; ut fas est immobilitate in eo, dicente Gregorio: Quoniam sancti occidi possunt, sed flecti nequeunt, constat q̄ mentē deiformiter stabilē atq; incōculib; immreddat. Hoc sensit ut reor qui cecinit: Ego aut̄ dixi in abundantia mea, nō mouebor in æternū. Et denique: Mihi aut̄ adhærere deo bonū est. Et sanctus Iob: Etiam inquit si occiderit me, in ipso sperabo. Denique quæadmodum dona sapientiae, intellectus, scientia atq; cōfisi;

Esa. 51.

Iosue. I.

Iob. 36.

*Thren. 1.
Malac. 3.*

Gregorius.

*Psal. 29.
Psal. 72.
Iob. 13.*

DE DONIS SPIRITVS SANCTI, TRACTAT. III.

125

ad supernaturalem fidei notitiam ordinantur, ipsamq; fidem perficiunt secundumq; fides ad intellectum cognitionē pertinet, sic fortitudinis donum perficit fidem, inquantū per dilectionem operatur: nam fides sine operibus mortua perhibetur. Perficit etiam spem ne frangatur aduersis: præcipue autem perficit charitatem: charitas enim si est magna, exercet, nec potest otiosa confistere, necq; informis: imo si operari definit, charitas uera non est quemadmodum scriptum est: Non diligamus uerbo nec lingua, sed opere & ueritate. Nam iuxta præhabita fortitudo que donum uocatur, in codem exilis subiecto cū charitate, putata in uoluntate. Et sicut sapientia donum charitatem perficit, actum eius interiorē excitando, dirigendo & conseruando, sic fortitudinis donum charitatem concernit ac perficit, que ad opera eius exteriora, quāuis etiā interiora, actus charitatis per donū fortitudinis expediantur seu promptius fiunt. Rursus sapientia perficit charitatem tanq; dirigens eam: fortitudo autē tanq; efficaciam exequēdi adaugens. Veruntamen sicut monstratum est, q; donū consilii inter uirtutes morales præcipue respiciat perficiatq; prudentiam, sic donum fortitudinis quantum ad uirtutes morales, specialiter perficit atq; concernit fortitudinem, cardinalem existentem uirtutem. Fortitudo enim cardinalis, est uirtus acquisita ac naturalis, secundum dictamen naturalis rationis & iuris agens. Fortitudo uero donū consistēs, est habitus supernaturalis atq; infusus, secundum principia fidei diuinaq; legis agens ac patiens. Nilominus fortitudo cardinalis potest esse infusa, sicut & omnes uirtutes. Potest quoq; secundum diuinæ legis seu supernaturalis iuris centurā operari, inquantum ratio naturalis gratia confortatur ac fide instruitur. Porro omnes qui chatitatem & gratiam fortiuntur, donum fortitudinis habent secundum aliquem gradum: uidelicet ut per ipsum præcepta adimplant prout saluti necessarium iudicatur.

Articulus XVII. De dono fortitudinis secundum doctrinam doctoris diuinus.

Porro in libro de tabernaculo Moyis de fortitudinis dono loquens doctor diuinus, Donū inq; deiformis fortitudinis admītrā nos rāgit, semp̄ depositis seu exigit elevationē animi sup̄ uniuersa deo dissimilia & imparia. Docet qm̄ nos, ut nos ipsos nō repudiemus, nec propriis uirtibus confidamus: sed nos ipsos diuinæ potentiae sponte tradamus, & in ea totā nostrā uirtutem fundemus: sic in omni pugna existemus secūri. Si huic exactiōni acquiescere uolumus, tunc nostra libera uolūtas diuinæ potestati unita tuncq; poenitentiā ueram sentimus, omnem dubitationem, tremorem ac mutabilitatem nō tollentem, atq; in dono fortitudinis nos stabilētem. Hoc intelligendum est pie & sapienter, uidelicet ut certitudine spei accēdatur ex parte doni dei & doni eius, nō ex parte nostri qui fragilitate implemur. Et in hac fortitudine efficiunt certitudinaliter cōfidentes, qm̄ nunq; in mortale peccatum ruemus: atq; ex his honesta magnanimitas scaturit siue manat, per quam omnem rem culpabilem expedite contemnimus, cunctaq; transitoria uilia iudicamus, nil ea curantes, nilq; timentes nisi deum, in deum duntaxat sperantes. Nullū denique magnum arbitramur aut certe potenter, nisi solum deum. Animi nāq; honestas diuinæ uirtutū unita, ultra omnē creaturā nos erigit, posic̄t̄q; nos deo seruire, regnari, laudare ac adorare. Si deum laudamus libero animo, erecta uirtute, omniq; actu, tunc uiuaces & fortes atq; iniuncti efficiuntur: quantoq; magis tentamur, tanto fortiores consistimus: pugnamus enim cū diuinā uirtutē qua inuincibilis extat. Semper quoq; magnanimitas nostra ad deum cū laude reuerentiali conscedet: sic ergo unctū reges ac pugiles, dūmodo magnanimitas nostra id sentiat, qd̄ deus sine miseria est dignior atq; praefatior omni honore ac laude, quālibet creatura potest deo impēdere. Nos deum ad plenū laudare nō possimus: dū enim maiestatis sua magnitudo inuenitur, tā simplices ac interni efficiuntur, qm̄ omnem modum, omnēq; maneriem perdimus, ignorātes qualiter deū laudare poterimus: laudādo deficiem⁹ semper in laude ipius: deficiēdo aut̄ sentit spiritus noster gaudiū & salutē. Hinc insuper recenti uirtute accendimur animus quoq; noster munit: sicq; poterimus semp̄ oleū noue laudes cū Maria dicētes: Magnificat, id est magnifice laudat anima mea dñm. Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Et hēc est uita celestis. Porro in libro spiritualis despōtonis de fortitudinis dono orsus, effat: hoc in quā donum forti, terrenaq; reze dilectionē ac odiū, lucru ac dānu, spem ac solitudinē, & ceteras multiplicates uincēdo efficiunt liberi, tāq; à nulla creatura captiuit. Cū etemū nulla transformat imagine, sui ipsius fit potēs, & sine labore fit unus & intimus, sine omni impedimentoē se ad deum cū feruida deuotione, altoq; suū spiritu, gratiaq; actione ac laude, simplicit̄ intētione cōuertēs. Omnia quoq; opera sua & uita interior atq; exterior sapiunt ei: stat nāq; ante trinitatis sanctissimū thronū, & frequenter

*Ioannes Ruy.
brach.*

Lxxv.

à deo

à deo internam recipit consolationē atq; dulcedinē. Nam ad talē mensam cū gratiaꝝ actioꝝ, laude, ac intima dignificatione deseruēs, ubertim bibit de uino, sapit; q; de mīcīs atq; reliquoꝝ de mensā dominōꝝ cadentibꝫ. Præterea, homo talis semper intrinsecum possidet pacem per sua intētōnīs simplicitatē. Si aut̄ sic ante deum stando perseueret, tunc sp̄ritus fortitudinis duplicatur in eo: mox p̄ à seipso demergit & cadit, liqueficit, nō secūdūm corporalē affectionem uel conuersionē seu concupiscentiam, ad consolationē, dulcedinē, uel aliqua munera dei, ut sunt, quies cordis & pax, sed omnem consolationem ac dona pertransit ut dilectum inueniat. Sic homo est fortis qui occupationes cordis, resq; terrenas relinquit & uincit. Dupliciter quoq; fortis sit, qui omnem consolationē atq; uniuersa cœlestia dona pertinet & superat: si homo ultra omnem creaturā seipso exaltat & erigit, suiq; potens ac liber effectus, se possidet: nec aliqua eum creatura uincere, uel à deo retrahere ualeat.

Articulus XVIII. De gradibus atq; effectibus domi fortitudinis.

Quoniam declaratum iam extat, consilium & fortitudinē prout dona existunt, cū ea eandem uersari seu operari materialē, dono consilij dirigente, dono q; fortitudinis consiliata exequente, præterea, qui quid superioris de gradibus consilij dictū est, nūc quoq; de fortitudine induci poset: Sunt enim fortitudinis tres gradus sicut consilij: consilij primus gradus fortitudinis in prosequendo consiliata per primū consilij gradū, & ita de alijs. Breuiter aut̄ tangendo dicat, q; primus fortitudinis gradus est, per quem precepta dominica efficaciter adimplēmus secundū subſidiū, in fluxum ac motū spiritus sancti, quātum ad salutē requiritur. Secundus gradus in adimpletione consilij Christi cōsistit, in quantū professio exigit. Tertius uero est, per quē nos ipsos penitus superamus omnemq; creaturam transcedimus: omnia quoq; dona ac premia obliuiscēs, ad ipsum deum pure ac libere transuolamus, in ipso tanq; in domicilio cōmorantes, eiq; dicētes: Isto mihi in deū protectorē, & in locū munitionis, ut saluum me facias. Per hūc itaq; fortitudinis gradū immobilitamur in deum, & charitatē summe implemus, in cōcūsibiliter domino adhærentes; qm̄ fortitudo mea & refugium meū es tu, ueraciter concincentes. Et denuo fortitudinē meā ad te custodiā, quia deus susceptor meus. Rursumq; In deo salutare meū & gloria meā deus auxiliū mei, & spes meā deo est. Porro q; sūt effectus seu actus doni fortitudinis ex preinductis satis posselucere opinor. Evidētiam tamen loquendō id pensandum, q; cum fortitudo inquantum est donū spiritus sancti, sit fortitudine quaē est uirtus moralis ac cardinalis præstantior atq; agibilior, ideo operationes quaē fortitudini cardinali ac partib; eius, id est uirtutibus sibi adiūctis cōuenient, dono quoq; fortitudinis cōpetunt excellētius atq; perfectius, utpote supernaturaliter secundū spiritus sancti influxū ac opē. Fortitudo nempe quaē uirtus est, facit timorem mortis moderatum, mortis, q; pericula nō nimis formidari. Fortitudo aut̄ quaē donū est, facit pro deo ac fide atq; iustitia ueritatis patiō cūdissime mori, nec emē optari: sicut de multis gloriosissimis Christi martyribus legit, qui ad passionē uelut ad epulas properarunt, ipsosq; crudelissimos persecutores, infra immanis sima mortis supplicia deriserunt. Deniq; quatuor ponunt à Tullio fortitudinis partes: uidelicet, fiducia, magnificētia, patientia & perseverātia. Est aut̄ fiducia, certaspes animi rem inchoatam producendi ad finē. Magnificētia uero, est rex, ingentiū administratio preclarā ac splendida. Patientia quoq; est propter honestatē ac utilitatem, arduas atq; terribiliū regū voluntaria & diuturna perspicio. Perseverātia, est in ratione recte disposita stabilis & perpetua fixio. Hæ uirtutes dicuntur partes potestatiæ fortitudinis, quia cū ea partim cōueniunt, cū sūt circa obiectum arduum sive difficile: Nō aut̄ ad fortitudinis perfectionem pertingunt, cum ipsa sit circa difficillima, quæ sunt mortis pericula. Itaq; omniū hæc actus uirtutū, dono fortitudinis supernaturaliter ac deiformiter congruunt. Hoc enim donum, nō solum præstat fiduciā in rebus humanis ad naturalē finem producendis, sed omnē insuper dissidentiam tollit, animūq; securat de beata peruentione ad supernaturalis beatitudinis finem: & ista securitas mentē dulciter reficit, iuxta illud Proverbioꝝ: Secura mēs quasi iuge conuiuiū. Vnde Gregorius: Fortitudo inquit in die suo cōsūmū facit: quoniam dum aduersa non metuit, trepidantiū mēti cōfidentiū cibos apponit. At uero fortitudinis donum actum magnificētia sublimiter implet: quoniam homines facit seipso deo impēdere, omnia sua interiora ac exteriora diuinis robustissimā māciparet seiq; deo offerre, sacrificare, & ob eius honorem tota ac omni die mortificare. Regnum enim cœlorū uim patitur, & violenti rapiunt illud. Insuper, fortitudo donū existens, actū patientiæ potenter exerceat: facit enim propter aeternā felicitatis intuitum, non solū aduersa sufferre, sed ignorantiās atq; conuictiā cupere, in

Psal. 32.

Psal. 20.

Psal. 52.

Psal. 41.

Prover. 15.

Gregorius.

Psal. 49.

Mat. II.

in asperis gloriari, nullaq; aduersitate frangi aut concutit: sed omnia dura, uelut mutera dei amplecti, secundum illud Apostoli: Vobis datum est à Christo, nō solū ut credatis in eum, sed etiā ut patiamini pro eo. Postremo, fortitudinis donum perseverantia implet ac superat: quoniam regia uia hominē facit incedere, atq; ad aeternā lætitiam in offensio pede cum ingenti constantia peruenire. Liqueat ergo, q; fiducia, magnificētia, patientia & perseverantia, interdum fuit habitus ac uirtutes morales: uicissim uero sumuntur pro actibus doni fortitudinis. Simili modo opinor posse saluari ac cōcordari, quod in superioribus uerbis Thomae uidebatur sibi ipsi repugnās. Ait enim in prima secundæ, q; ad donum consilij perficit ueritatis apprehensio, ita q; donum consilij perficit practicam rationem in cognoscēdo uerum. In secunda secundæ affirmat, q; ad donum consilij specter fiducie de actibus humanis secundum quod fides respicit eos, sic q; donum consilij practicam rationem in iudicando perornat. Hęc ergo dubietas ita absolvitur: nam donum consilij prudentiam concernit ac perficit, estq; efficacius atq; præstantius ea. Idcirco actus prudentiae & partium eius, dono consilij eminentissime competit. Actus autem prudentiae & partium eius sunt, consilarij, judicare atq; præcipere. Omnes igitur actus hi dono consilij attribui possunt: sic q; perficit ad ueritatem actus predictus proprietate, atq; potissimum spectat ad donum consilij rationē in cognoscēdo perfici, sicut ex nomine consilij innoscit. Consilii quippe inquisitionē importat: Inquisitio uero, est uia ad perficiendum ueritatis notitiā.

Articulus XIX. Quomodo fortitudinis donum in patria perficetur: quod etiam inter beatitudines ei correspondet.

Fortitudo deniq; donum existens, manet in patria sicut & nūc & semper fuit in Christo à suę maternae conceptionis exordio, & sicut in angelis sanctis, consistit uidelicet quantum ad hoc q; in perfecta securitate à malis atq; laboribus frui: tnon autem manet in patria quātum ad idem obiectum. Non enim occupatur ibi circa aspera sive pericula: sed quia prædictum est, q; fortitudo ista ad præcepta atq; consilia Christi extendit, præceptum autem de charitate non nisi in patria perfecte impletur secundum Augustinum, idcirco fortitudinis donum manet in patria, etiam quātum ad idem obiectum, saltē in aliquo, non tamen in omnibus. Porro, quartam beatitudinem quaē est de elutie & fame iustitiae, attribuit Augustinus fortitudinis dono propter conuenientiū nutrītū: utrungs enim circa ardua seu difficultia occupatur. Verum tamen beatitudine qua dicit, beati qui persecutionem patiūtūt propter iustitiae magnā cum fortitudine assimilationem fortitudo uidetur, & ei in fallorū posse ascribi. Præterea adiutendū, q; inter fructus ponit Apóstolus duorum delictum patientiam & longanimitatem quaē fortitudini correspondent. Fructus enim uocantur uel operationes uel delectationes uirtutum sive donorum. Patientia autem quandoq; est uirtus moralis passionem tristitiae moderans, & sic non ponitur fructus. Interdum uero accipitur pro delectatione quaē in ipso uirtutis actu consitit, hominemq; præseruat, ne abundantiori absorbeat tristitia: & ita est fructus. Nihilominus patientia inquantum est actus fortitudinis flens, fructus doni fortitudinis appellatur. Similiter longanimitas quaē diuturnam præstolationem futurorum bonorum importat, fructus est doni fortitudinis, cum sit effectus quidam ab ipsa emanans. Longanimitas tamen ad spēm pertinere uidetur & ex ea oriri: sed non est perfecta, nisi fortitudine spēm perficiente.

Articulus XX. De tripli scientia.

EST autem soletter per seipsum, antequam de dono scientia sermo fiat, quod triplex extat scientia. Est nempe naturalis scientia, quam primo Posteriorum diffiniens Aristoteles. Scire inquit est rem percausam cognoscere: & quoniam illud est causa eius, & quia impossibile est illud aliter se habere. Talis scientia est habitus conclusionis per demonstrationem probatæ. Alia uero scientia, est donum gratiæ gratis data, que in faceta scriptura addicuntur & legitur, & sine gratia sepe habetur: de qua Augustinus testatur, q; quamvis multi possent fide, non tamen scientia. Hęc autem scientia naturalis non est, sed ex principijs fidei orthodoxæ procedit, & in ipsis fulcitur: est enim cognitio rerum creaturarum, secundum sacræ scripturæ doctrinam: eius principia appellantur articuli fidei. Aliter quippe fides, atque aliter ratio res creatas considerat. Tertia autem scientia, est donum sp̄ritus sancti que sine charitate, & gratia nequit haberi: pertinet enim ad munera gratiæ gratum facientis, nec humano ualeat studio adipisci: sed à sp̄itu sancto infunditur quemadmodum cetera dona. Hęc autem distinctio

Phil. 1.

Thomas.

In Archetypo
spāni etat qd
alqd decelle.

Mat. 25.

Aristoteles.

Augustinus.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

distinctio scientiae, pariformis est distinctioni sapientiae quae superius, dum de sapientia de non ageretur, fuit inducta.

Articulus XXI. An illa scientia qua fides saluberrima gignitur, nutritur, defenditur, roboratur, sit donum spiritus sancti.

Quemadmodum tertio libro ex verbis Augustini inducit Magister, philosophi sapientes distincties dixerunt: Sapientia est regia divina; humanae sunt scientiae. Sed quia Apostolus inter sapientiam atque scientiam differentiam esse insinuat, Alij inquiens dicit per spiritum sermo sapientiae; alijs sermo scientiae; ideo regia divina ruris notitia, proprie appellanda est sapientia. Notitia enim regia humanae scientiae est vocata nec quilibet taliter regia notitia dicenda est scientia qua datur per spiritum sanctum, sed illa ut afferit Augustinus, qua fides saluberrima que ad ueram beatitudinem dicit, gignit, nutritur, defendit & roborat. Ex his sequi uidetur, quod talis scientia sit unum de donis spiritus sancti & hoc Magister & multi alij de domis scribentes affirmant. Sed si praeinducta de natura ac proprietate donorum spiritus sancti rite munita sunt & sufficienter probata, tunc horum opinio stare non ualeat, nec Augustinus sic sensit. Vbemodo quippe ostendit recordor, quod dona spiritus sancti sunt sibi inuicem conexa, & a charitate & gratia gratificate inseparabili. Quicquid enim charitate & gratia talem sortitus est, donis non caret; & qui unum donum adeprusest, omnia dona habet. Prædicta autem scientia, sine charitate & gratia gratuè faciente haberi potest, imo à multis habetur; sed & multi ualde deuoti eam non habent. Sed Augustinus insinuat: Multi namque sunt ingeniosi ac literati, quo uita est reprobata; qui nihilominus fidem contra aduersarios subtilissime defendere scilicet, eamque persuaderet, & in aliis cordibus roboraret, quod utique multi deuoti & sancti non possunt. Vnde Augustinus: Hac autem scientia fideles perire non possunt, quamvis pollicant ipsa fide. Aliud enim inquit est tantummodo sciens quid homo credere debeat, aliud uero sciens quod hoc ipsum & prius opitule & contra impios defendat. Hinc quoque præhabitum est, illa sapientiam & scientiam de qua dicit Apostolus, Alij dicit per spiritum sermo sapientiae; alijs sermo scientiae; ad gratias datas pertinere, quemadmodum gratia sanitatis & operatio uirtutum prophetarum donum; & talia enim munera de fine charitate possunt haberet; nec inter dona prout de donis nunc sermo est, numerantur. Præterea, dona efficiunt hominem à spiritu sancto optime mobilem. Quod ergo perfectius pleniusque habent, eo habentem magis beatificant atque gratificant; imo & eterna uita dignum efficiunt. Sed Augustinus super Ioannem ait, quod si quis fidem ipsam nouit defendere, persuadere & explanare, tunc habebit ueritatem extat, etiamque ceteris eruditior non melioris ergo scientia non est donum spiritus sancti. Adhuc autem ista scientia naturali uirtute acquiritur, imo ab illo qui in mortalibus uirtutis fecerit addiscit. Dona autem spiritus sancti per creationem à spiritu sancto traduntur, quemadmodum charitas, fides & spes. Non itaque ista scientia gigni atque nutrita, non est intelligendum de habitu fidei, sed de actu ipsis. Quemadmodum ergo superiorius posita est duplex sapientia praeter philosophicam sapientiam, utpote informis atque formata, quae prima à malis potest addiscit ac sciens, secunda uero cum sit donum, in maleuola animam nusquam ingredit, ita scientia circa fidem est duplex, uidelicet informis de qua dictum est, quandoque tam in bonis per charitatem & gratiam formata, illisque per peccatum mortale amissis, ipsa nequaquam desperat sed reformatur: Ruscuscque charitate recuperata formatur. Est quoque alia scientia circa fidem quae semper formata est: donumque spiritus sancti consitit sicut patebit: & ista distinctione scientiae bipartita, consonat Thonias in secunda secula: qui ait, quod circa credibilia est duplex scientia: una quae ponit donum spiritus sancti; alia per quam scit homo ea quae fidei sunt manifestare, explanare, persuadere, defendere.

Articulus XXII. De scientia quae donum spiritus sancti appellatur.

Recordari demum oportet, quæadmodum in primo editionis huius libro assignata sit inter dona distinctio. Declaratur effe enim, quod maior sit perfectio in operibus gratiae quam naturæ. Cum ergo ratio naturalis circa naturaliter scita duplicitate perficiatur, primo ut ueritate recte inueniat uel agnoscat, secundo ut de ea recte iudicium habeat, simili modo ratio ipsa in his quae fidei sunt duplicitate perfici eget: primo ut fidei ueritates sane ac rite accipiat, secundo ut de ipsis efficaciter iudicet, & credenda à non credendis discernat: quod primù fit per donum intellectus: secundū autem per donum scientiae quædam ad res creatas atque humanas. Sicut enim per sapientiam donum de diuinis, sic dono scientiae bene iudicamus de rebus creatis sub fidei cadentibus. Denique sicut prudentia iudicat de rebus hu-

1.Corin.12.

Augustinus.

Sap. I.

Thomass.

manis

DE DONIS SPIRITVS SANCTI, TRACTAT. III.

126

manis secundum principia naturalis rationis ac iuris, & secundum naturalis exigentiam finis, ita scientie donum iudicat de eisdem secundum supernaturalia principia fidei christianaæ seu legis diuinitate. Vnde magna uidetur cōuenientia inter prudentiam atque scientiam donum: intitulatum quod aliqui astruunt non distinguunt ea naturaliter, sed solum modaliter: utputa, quod sicut prudentia est habitus, actus humanos dirigens secundum naturalis rationis dictamen, sic hic ipse habitus, prout actus humanos disponit & iudicat, secundum diuine legis cœsuram donum scientiae nominetur: sed eisdem rationibus quibus paulo ante ostensum est donum consilij à uirtute prudentiae distinguunt naturaliter, potest quodque probari nunc, nequaquam idem esse in re, donum scientiae atque uirtutem prudentiae preferunt cum ipsa prudentia sit habitus naturalis naturali uirtute adipiscibilis: donum uero scientiae, sit habitus supernaturalis à solo deo donabilis. Præterea, sicut se habet sapientia ad intellectum, ita se habet scientia ad confinium: Sapientia quippe est de ipsis diuinis ueraciter iudicare: quorum perspicax cognitio ad intellectus pertinet donum. Similiter donum scientiae iudicat de humanis iugis, inquisitio, inventio seu notitia, ad donum consilij spectat. Et sicut præhabitum est, quod sapientie dono competit uidicere de diuinis non qualitercunq; uel per solum ueritatis clarum in uitium (quemadmodum moralis scientia sine uita uirtutum de rebus iudicare potest humanis) sed per connaturalitatem ad diuinam, hoc est per affectus conformitatem & gustum, sic dono scientie conuenit de rebus creatis ferre iudicium, non per solum ueritatis notitiam, sed per animi rectitudinem circa creatam, credenda atque agendum non erranter seu inaniter ac culpabiliter talibus inherenter, sed bene ac uirtuose de ipsis sentientem: quod esse non ualeat nisi per gratiam infusionem, bonamque uitam. Præterea nullus dono scientie adornatur, nisi qui charitate & gratia decoratur: omnes quoque qui gratiam habent, dono scientie clarent quantum ad salutem exiguntur. Nam de rebus creatis intantum ad minus efficaciter iudicatur, quod eas ab increate ente discernunt, nec in ipsis finem esse statuendum existimant, sed esse ad deum ordinanda quemadmodum ab ipsis sunt condita. Quidam uero sublimiori splendet scientia, ita ut fidem defendere, explanare probare possint: sed hoc ad gratias datas dicuntur pertinere. Itaque donum scientie, est habitus supernaturalis practice rationis, à spiritu in create infusus; qui de rebus creatis ad fidem spectabilibus, connaturaliter atque idonee est iudicatiuus. Quemadmodum etiam donum consilij fortitudinem dirigit, sic donum scientie pietatem de qua mox tractabitur, dirigit.

Articulus XXIII. De dono scientie secundum sublimem diuinum doctoris doctrinam.

A Tuelo, sicut donum intellectus dexteræ nostræ seu internum nostrum ad deum accessum ornat atque illumina, intus nos erigens, & erudiens deum in seipso & in multiformis bonitatis sua munieribus contemplari, simili modo donum scientie nostram sinistram seu rationalem forinsecus exitum perficit, per hoc quod nos exterior dirigit, propriamque naturam considerare, & omnem maneriem operum uirtuosorum cum discretione attendere facit. Sic quoque ueritatem quandam operatur in nobis, quæ nos intus ad deum conuerit, & foris super nos ipsos nos dirigit. Ideo in supernaturali nostro ad deum accessu cum intelligibili specie sue imagine, appellatur lumen: istud donum intellectus, quoniam erigit nos nostram rationem ornat & eleuat ultra seipsum. Dum uero rationabiliter cum sensibili specie ad sacram scripturam, sanctorumque uitanegredimur, & ad uniuersa creatura speculantes hec omnia, cum interna plenitudine supernaturali nuncupatur lumen diuinum inspiratum, donum scientie, quoniam in fructu nos, qualiter laudabiliter conuersari debeamus: ad extra ipsa quoque sensibilia entia rationabiliter spiritualiterque cognoscere, quanto accessus ad deum sublimior est atque præstator quod egressus ad creaturas, tanto excellentius est donum intellectus dono scientie. Nihilominus utroque dono necessarie indigemus: nam sine externa uirtuosa uita, nequimus ad deum intus accedere. Si itaque donum scientie adipisci sat agimus, debemus postulationi eius assensum præbere, circumferendo semper in nobis internam diligentiam uitios morienti, uitutibusque uiuentibus: semper quoque amplius atque propinquius uirtutes intelligendi, & secundum eas uiuendi: quia ad haec impellit nos donum scientie. Porro pro his, nec sumptibus neque laboribus parcere debemus rationabilibus: quoniam uirtus omnibus digna est. Quædam proinde in interna diligentia atque operibus bonis proficiimus, tantum in scientia dei concrescimus: quilibet namque profectus, alterius extat causa profectus. Hinc ergo semper portemus in nostra libera uoluntate uiuidam diligentiam ad cunctas uirtutes: omnesque actus uirtutum diuino offeramus honori, ac

Sapientie officium.

Z. per

Doctor diuinus,
In Archetypo
spatiis erat
quasi aliud
decesser.

per hoc interius illustremur & accendamur: tuncq; foris uertemus nos in uniuersis operibus bonis: rediemus quoq; interius cum delectatione ad deum interna ac intima. Deniq;, intra in uerisonem & extroverisonem morabitur ratio nostra: eritq; utrobiq; sufficiens. Tunc insuper renouabitur semper in claritate interius atq; exterius: cumq; in istis perfecti fuerimus, tunc ratio nostra erecta est: estq; discretionem fortia cōpendiosioris modi proficiendi in cunctis uituitibus. Hæc itaq; discretio donum scientiæ consequens, interius atq; exterius nobis ostendit propinquorem in uniuersis uituitibus ueritatem. Hæc doctor diuinus de dono scientiæ, in libro de tabernaculo Moysi introducit: quibus per omnia consonant, quæ in libro spirituali desponsationis induxit, ubi sic oritur est: Si cum serio intentione q; simplici, & pugna contra peccata bene se homo exercitat, donum scientiæ & discretionis recipiet, itq; rationalis & sciæ quid facere, quid item dimittere debeat: quando etiam dare & accipere congruit: sicq; medianibus simplici intentione ad diuino amore, in deo supra se in uione quiescit: eipsum quoq; in pleniori deiformi similitudine possident: atq; singulos actus suos cum exuberanter delectatione exequitur. Est nemp; obediens et subditus patri cui appropriatur potest: rationalis discretusq; filio cui attribuitur sapientia: Iargus ac pius spiritui sancto cui præstatur clementia: sicq; sanctæ trinitatis defert imaginem, sed & mediante charitate ac propria intentionis simplicitate, in deo qui escit: & in his uita actua consistit. Taliter exercere se debet homo cum serio grandi, simplicemq; suam intentionem cum discretione sectari. Propterea quoq; oportet, ut uitius reluetetur, ad Christiq; pedes cum humilitate locetur: sicq; in uituitibus & similitudine crescit, sed semper actius manebit. Si enim plus occupat se in occupationibus & sollicitudinibus cordis uarijsq; exercitijs, q; in causis & propter quid operum, sednium plus remanet in sacramentis & signis, conuentu inibus quoq; externis, q; in causis & ueritate per ea figuratis, tunc semper perseverat quidem externus siue exterior homo. Igitur, qui deo uicinius propinquare, suaq; opera ac uitam altius cupit erigere, debet ab ipsis operibus ad causas ipsorum, & signis quoque ad ueritatem transire: tunc enim exteriorum suorum magister, & cognitor ueritatis efficit: sicq; ad internam uitam progreditur. Hæc diuinus doctoris eloqua, sicut in stilo facilima sunt, sic in profunditate sententiæ difficilima extant: & si bene intelligantur, tunc omnia que de dono scientiæ dicta sunt atq; dicenda, lypidius innoscunt.

Articulus XXXIII. De subiecto, obiecto & causa doni scientiæ.

Ratio porrò, in rationem superiorē & inferiorem paritur: non quasi in duas diuersas animæ uires, sed eadem ratio prout diuina contemplatur, superior appellatur: sicq; sapientiæ dono perficitur: sed in quantum circa creaturas uersatur, inferior dicitur: & ita scientiæ dono ornatur. Subiectum ergo huius scientiæ, est ratio inferior: obiectum uero ipsius, est res creata sub fide contenta. Non enim præcisæ est circa actus humanos quæ admodum donū cōsiliū, sed circa esse creatum bene atq; idonee illis uentis, rite de illis sentiens, rationabiliter de ipsis iudicans, atq; secundum fidem documenta de talibus mentem illuminans. Postremo ita scientia omnino supernaturalis est, quemadmodum uirtutes theologicæ, unde à solo deo benedicto & glorioso infundit, præstatur, creature: estq; ab eo fiducialiter, incessibliter & affectuosissime imploranda.

Articulus XXXV. De gradibus atq; effectibus & necessitate doni scientiæ.

Donum ergo scientiæ lumen est rationis ostendens atq; erudiens quid de rebus creatis sentire oportet secundum diuinam legi seu fidei documenta. Et iste est primus eius intimus effectus, rationem taliter informare, potissimum tamen docet hominem seipsum ueraciter considerare, preferens per operationem ad uitias ac uitia, an scilicet bonus an praus existat, an conscientia sibi bonum testimonium præbeat, an opus dei negligenter persoluat. Secundus doni huius effectus est, q; facit abstineri à malis, id est in medio nationis prauæ atq; pueræ laudibliter cōuerari, quæ admodum sanctus Iob contestatur: Ecce inquietus timor domini (uel pietas secundū aliam literam) ipsa est sapientia: & recedere à malis scientia. Pietas autem hoc loco pro cultu dei accipitur, qui græca θεολογία appellatur, in dei cognitione ac dilectione consitens. Tertius doni scientiæ effectus seu actus, est temporalium rerum administratio recta & efficax. Et hos duos effectus attribuit Augustinus, & post eum Magister dono scientiæ. Quartus eius effectus, est compendiosorem efficaciorem q; proficiendi uiam, & summam in cunctis agendis discretionem ostendere: quam scientiæ perfectione adipiscuntur, qui exercitatos habent sensus ad

ad discretionem boni ac mali: qui cum Apostolo de hoste antiquo dicere queunt: Nō ignoramus cogitationes eius. Hi quippe discretionem spiritutum uidetur sortiti. Deniq; donum scientiæ triformem obtinet gradum. Primus in eo cōsistit, ut homo uniuersa creata respectu diuinæ naturæ caduca & uana cognoscat, nec propter se diligenda, nec pro fine ultimo appetenda intelligat, eisq; minusq; deo inhæreat. & hic gradus doni scientiæ ad salutem exigit, atq; uniuersis charitatibus habentibus communis censetur. Vnde de eo qui hac scientiæ caret, ait Apostolus: Qui ignorat ignorabitur. Sed quoniam idem Apostolus moneret, Crescite in scientia dei, idcirco ad secundum scientiæ huius gradū proficiet debemus, ut scilicet de singulis rebus creatis, sigillatim atq; per proprias rationes sciamus, quoniam in ipsis non sit affectus figendus, nec quasi finalibus bonis sit ipsis alligatus: sed eis nec magis nec minus intendat uite utatur, q; ad interiorem salutem requiritur, iuxta illud Apostoli: Habentes uictum & quibus tegamur, his contenti sumus: Nam qui uolunt diuites fieri, incident in tentaciones & laqueum diaboli. Et Sapiens orat: Tātum uictui meo tribue necessaria. Tertius deniq; gradus doni scientiæ, est in his quæ uitam actiuam concernunt adeo est exercitatum, exper tuatque perfectum, ut in omni tentatione sciat consulere alios, in omni modo spiritualiter conuersandi sciat instruere alios, in omni quoque dubio eo uite perplexoq; casu sciat uerissime, promptissime ac salubriter iudicare, causas peccatorum elicere, rationes negligenter pigritissimæ uite differere, ad temporalium contemptum inducere, ad ferioliūm atq; infatigabilem spiritualium profectuum cōversationem attendere. Postremo pēfandum, quanta sit plurimorum, etiam famosorum doctorum miseria, cæcitas atq; ignavia, qui quāuis in diuina doctrina legant, abundant & alios doceant, hac tamen salutari scientiæ carent. Quāuis enim multipliciter astruant, probent & noscent non esse ponendum finem in rebus creatis, nec in ipsis affectum immoderatus occupandum, hoc ipsum tamen ipsis non sapit, nec recte hoc uel connaturaliter atq; idonee iudicant, sicut scientiæ donum exposcit, sed honorem & gloriam hominum, bonaq; seculi huius inordinate concipiunt. Multi uero simplicem hoc dono præfulgenti qui quātūcunq; alios prosperari & exaltari in mundo conspicunt, eos tamē non reputant, nec similē statū affectant: sed cōdolent eis, & ad nihilum deductus est in conspectu eorum malignissimenter autem dominum glorificant.

Articulus XXXVI. Quomodo doni scientiæ acquirat & perficiatur.

Sapientia deniq; & intellectus, consilium atq; scientia, cum sint supernatura dona spiritus sancti, humana industria nequeunt adipisci, nec uirtute naturali acquiri uel perfici. Qui ergo dono scientiæ spiritu sancto irradiari, ornari ac perfici cupit, totis conatus uitius reluetetur, pigritiam uehementer abhorreat, passiones exercitijs indefiniter expugnet, opusq; dei emper cum ampliori reverentia facere fatigat, & de imperfectione sua fideliter doleat, atq; iniuriam dei ulciscatur in se: & quanto in istis amplius crescit, tanto in dono scientiæ clarius emicabit.

Articulus XXXVII. An scientia sit speculativa uel practica.

Aduerendum præterea, q; donum scientiæ secundum Thomam & alios quod dicitur, principaliter quidem est speculatum, quia ad fideli certitudinem ordinatur: secundario uero est practicum, prout dono scientiæ in agendis dirigitur. Hæc autem positio præinductus non consonat: ostensum est equidem, quod donum scientiæ ad rectam temporalium rerum administrationem, laudabilemq; inter peruersos cōversationem pertinet, sicut Magister Augustinus id affirmantem inducit. Administratio igitur & conuersatio hæc, proprius finis est doni scientiæ. Cōstat autem, q; administratio atq; cōversatione tales, sint praxis seu opuscum illa scientia practica afferatur, cuius proprius intermediatusq; finis est praxis: sequitur q; donum scientiæ directe atq; precipue practicum sit: nec obstat q; scientia ista ad fideli certitudinem ordinatur, cum hoc non sit finis eius principialis ac proprius: immo donum intellectus sicut probatum est, ad fideli certitudinem maxime pertinet. Præterea Christus discipulis loquens, Si inquit hæc scitis, beati eritis si feceritis ea. Perfectio ergo & finis salutaris scientiæ quam Christus edocuit, est opus uitutis. Vnde Anselmus scientiam istam ad uitam pertinere auctiuanatet: sed sicut uita actua ad contemplatiuam refertur, ita scientiæ donum ad contemplationem finaliter ordinatur, tāq; ad finem communem & superiorem nec tamen est speculativa: alia omnis scientia speculatiua confiteret: quoniam omnis praxis labor & opus, ad contemplationem ordinatur. Porro doctor diuinus cuius authoritas magna est apud me, Donum ait scientiæ nostram finistram seu rationalem forinsecus exitum perficit, per hoc q; nos exterius dirigit, omnēq;

Iohann. 13.

Anselmus.

Johannes
Ruysbroek.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

manneriem operum virtuosorum cum discretione attendere facit: Quemadmodum erga moralis scientia speculativa non est sed practica, dicente Philosopho, Quid est virtus scrutatur, non ut sciamus, sed ut boni efficiamur, ita scientia donum existens, practica non speculativa existit, nisi secundario & indirecte.

Articulus XXVIII. Quæ beatitudine scientiæ dono sit correspondens.

Dicit Augustino attestante, tertia beatitudo, uidelicet, beati qui lugēt, dono scientiæ appropriatur. Hæc nangq scientia, quoniam docet nos de rebus creatis recte sentire, ostendit qp ipsi non debemus immoderanter neqz finaliter adhucere. Et hac uero cōsideratione aduentinus, quæ peccata ac damnæ incurrimus, dum cōsiderate inhaesimus: ex qua animaduersione beatus hic luctus causatur. Porro, in hac beatitudine duo ponuntur, uidelicet luctus qui ad meritū pertinet, & consolatio quæ ad meritū huius merces est premium. Dicit itaqz Thomas, qp luctus proprie responderet dono scientiæ: consolatio autem secundario, per hoc qp homo per donum scientiæ ordinatæ creaturas ad dei honorem: dicit enim quod & uerum opinor, qp bona creata spirituale non excitant gaudium nisi referatur ad deum. Veruntamen, si rite contemplor, tunc non solum luctus qui est meritum tertiæ beatitudinis, sed etiam consolatio quæ est premium eius, dono scientiæ primarie correspondet: docet enim hoc donum de rebus creatis ueraciter iudiicare, seipsum bene cognoscere, & in medio nationis peruersæ virtuose conuersari. Quemadmodum ergo in peccatore penitente donum scientiæ generali luctum, sic in uero iusto, illo præsertim qui cum Hieremia dicere potest, Diem hominis non concupiui, domine tu scis, Atqz cum Iob, Neque enim reprehēdit me cor meum in omni uita mea. Itemqz in illo qui corde perfecto atqz uerissime deo deseruit cum Iosue, qui deo gratias refert de hoc, qp eum uel à peccatis mortalibus præseruauit, uel dignam penitentiam agere præstituit, in his inqz, donum scientiæ consolationem producit, preferenti cum spiritualiter cōuersis sit per seipsum suave & in domino delectabile: uel certe in deo delectari secundum Bernardum: Oporteret inquit Iesu signum uirtutis accipere delectationem scientiæ in opere: hoc est delectatio operationem concomitans, signum est qp operans ex uirtute agit. Itaqz consolatio tam proprie correspondet scientiæ dono ut luctus: inde utrere, magis directe ac proprie: quia scies ista immmediatius ordinatur ad bene agendum quod in se est delectabile, qp ad mala deflēta. Nihilominus uerba Augustini uerissima sunt: Perficit autem scientia donum fidem, in quantum fides circa creaturas quædam existit. Perficit etiam charitatem, quæ sine operibus Christi formiqz cōversatione mortua fertur. Nā quise dicit in Christo manere, debet sc̄cut ille ambulauit & ipse ambulare: Non enim est seruus maior domino suo.

Articulus XXIX. De laude huius scientiæ ex testimonij sacrae scripturæ

Hec demum est illa salutaris scientia de qua ait scriptura in libro Sapientie: Iustus deduxit dominus per vias rectas & dedit illi scientiam sanctorum. Et ad Philipenses Apostolus: Oro ait ut charitas uestra magis ac magis abundet in scientia dei, & sit sinceri. Scientia autem hæc fraternalm dirigit charitatem, & ad mentis tendit ac ordinat sinceritatem. Porro ad Philippienses dicit Apostolus: Existimo omnia detrimentum propter eminentem scientiam domini nostri Iesu Christi. Et ad Colosenses: Ambulet inquit, per omnia cœrentes in scientia dei. De hac scientia Esaias profatetur: Diuitiae salutis, id est ornamenta interioris felicitatis seu perfectionis sapientia & scientiæ: timor domini ipse thesaurus, id est custos & conservator eius, utpote salutis. Timor quippe declinare facit a malo per quod salus conseruatur, quemadmodum idem testatur propheta: Hic est inquietus omnis fructus ut dealeatur peccatum. Rursus quoqz de scientiæ dono loquitur Esaias, quod ante inductum recordor: Quem docebit dominus scientiam, & quem intelligere faciet auditu: ab lactatiori à lacte, et uulso ab ubere: eos uidelicet qui carnales delicias atqz mundanas uanitates horrent ac fugiunt. Deniqz, de his qui ista scientia pollent, ac alios docendo illustrant, in Daniele scriptum est: Qui autem docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiant plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Sed & in Osee sic scriptum est: Non est ueritas, non est scientia dei in terra, id est in his qui terrenam uitam ducunt. Animalis nepe homo non sapit quæ sunt spiritus dei. Et denuo: Conticui populus meus, eo qp nō habuerit gratiæ dei. Et iterè: Quia tu scientiæ repulisti, ego te repellâne fungaris sacerdotio mihi. Hec enim scientia sacerdotibus, cunctisqz prælatis atqz rectoribz maxime necessaria extat ac utilis. Vñ de in doctis ter pli ministris proEzechiel ē dñs ait: Sacerdotes inter mundū & pollutū nō intellexerūt. Hinc etiā dñs Aarō sacerdoti precipit

Aristoteles.

Thomas.

Hec 17.

Bernardus.

I. Ioan. 2.
Ioan. 15.

Sapien. 10.
Philip. 1.

Philip. 3.

Col. 1.

Ephes. 33.

Ephes. 27.

Ibide*m*. 28.

Danie. 11.

Osee. 4.

1. Cor. 2.

Osee. 4.

Ezech. 22.

DE DONIS SPIRITVS SANCTI, TRACTATVS III.

128

in Leuitico: Vinum & omne quod inebriare potest, non bibes tu & filii tui, quando intrabis in tabernaculum testimoniij, ut habeatis scientiam diuinae inter sanctam & prophetam doceatis profiliis Israël omnia legitima mea. Vae ergo sacerdotibus nouæ legis, cunctisqz ministris Christi altaris, qp epotadis calicibus studet, tabernaculo visitantique deus uenter est. In talibus nuctiōnō perindebat spiritus domini in eternum, quoniam caro sunt. Veruntamen sicut Magister tertio libro ex uerbis Augustini declarat, Scientia dei quandoque communiter sumitur, extenditqz se ad sapientiam quæ & ipsa appellari potest scientia: ad quod probandum introducit Augustinus illud Apofolit. Nunc scio ex parte, loquitur enim de contemplatione dei quæ est sapientiæ actus. Noster tamen quo utimur textus sic continet: Nuc cognosco ex parte. Itaqz hoc modo quædam scripturæ testimonia allegata, etiæ de dono sapientiæ possunt intelligi. Amplius, quāuis iam ante modum stratum sit, scientiæ istam quæ donum est, à prudentiæ quæ est uirtus moralis, realiter diuersificari, nihilominus sacra scriptura uicifim scientiæ donum appellatione prudentiæ cōnominer sumptus designat, iuxta illud Proverbiorum: Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia. Alibi quoqz: Dic sapientiæ soror mea es, & prudentiam uoca amicam. Interdum uero prudentia aut scientia ista di stinguitur, Salomon dicens: Ne innatris prudentiæ tua.

Articulus XXX. Quomodo donum scientiæ spirituale diem facit in anima.

Liquet opinor ex dictis, qp donum scientiæ supernaturale, deiforme, plumeni mentis create, & sicut æterne diuinæ mentis scientia una ac simplex est, non discursiva, nō acquisita, sed absoluta: sic ista scientia discursiva nō extat. Non enim ex intellectus ratione dependet, nec secundum diuersitatem rerum scitatur, sed suam partitur: sed suo splendore rationem ad omnia creata discernere irradiat. Itaqz donum scientiæ ratione lymphidissimæ sue claritatis diem spiritualem in anima parat. Sed & secundum maiorem minorē illuminationem quam causat, mane & meridiem uesperamqz in mente di stingunt. Dum enim ad scientias naturales & acquistas seu philosophicas se extendit, illas perficiendo ac dirigendo, mane spiritualis facit diei. Naturales nangq scientiæ cum sint uelut lumina obumbrata, tenebrisqz permixta, quoniam ad ueram felicitatem perducere nequeunt, nec mentis caliginem seu uiria expellere ualent: idcirco auroræ qui est diei obscuræ initium comparantur. His ergo scientijs facit donum scientiæ bene uti, & ad fidem finem eas referre: circa eas conuenienter senire & recte iudicare, quemadmodum Hugo fatetur: Philosophus inquietus seu sapientibus huius mundi datum est philosophari, & aliquas ueritates inuenire propter nos quibus consummatio seruabatur. Inuenient quippe ueritatem illam, quam oportebat suscipere filios uitæ ad summę ueritatis obsequiunt: et enim labor appositus est, nobis uero referuatus est fructus. Infuper donum scientiæ meridiem spiritualem diei in anima efficit, dum lumen suum ad sacre scripture doctrinam lumen intelligendam, ac uere ab alijs discernendam experdit. Sacra enim diuinæ scripture doctrina lumen est cœliforme ac purum, ad instar meridianæ horæ diei animæ splendidius illuminans, ualidiusqz inflamans. Facit quoqz scientia ista quæ donum est uespera, dñs ad morales scientias, & ad operabilia se sua directione proterdit: sic enī uirtualiter cōuersari informat. Cōuersatio aut exterior uesperitæ assimilata est horæ, quoniam minor est claritas eius qp interioris exercitationis: & quoniam mentis contemplationem assequitur, sicut meridiem uespera concomitantur.

Articulus XXXI. De interno conuilio domi scientie.

Porr̄ donum scientiæ mentem spiritualibus ferculis deliciissimum atqz multiformiter reficit. Teste enim Gregorio, hoc est super omnipotentem delicijs affluere, ex diuino amore sacre scripture epulis satiar. In cuius nimis uerbis tot delicias inuenimus, quot ad nostrum profectum intelligentiæ diuersitatem accipimus: ut modo nos alat nuda historia: modo sub texu uelata nos pascat medullitus allegoria: modo ad sublimiora nos erigat cōtemplatio analogia in præsentis uitæ caligine, iun de lumine æternitatis resurgens. Triplex ergo est mensa sacrae scripture. Prima est mensa historiæ, in qua similes grossioribus aliementis fidem firmatibus reficiuntur: sicut dum legunt uel audiunt corporalia Christi miracula: ut qp cœcus natus uisum receperit: quatriduuanus defunctus resurrexit: qp Christus uensis & mari imperat, moxqz obediunt ei. Itaqz turba simpliciū pascitur, dñs fides exemplis & miraculis roboratur. Secunda est mensa allegoria, in qua subtiliores, & in lege periti profundioribus ac sapidioribus alimonij*s* nutritur, dum ipis panis qui de celo descendit promittit, ex cuius mandatione omnium diuinorum charismatum gratias obtainemus. Allegoria enim quid credendū sit docet. Ideo, dum ex sensu historico quid

Leuitico.

Magister Scien-
tentiarum.

1. Corin. 13.

Prover. 3.
Prover. 7.
Prover. 31.

Hugo.

Gregorius.

Mensa facta
scriptura tri-
plex.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

credi debeat consideramus, in mensa allegoriae reficiuntur. Tertia demum est mensa angelica, in qua contemplatiui perfectio uiri, dulcissimis atq; dignissimis ex contemplatione et lectione promissorum eternaliumq; bonorum serculis saginantur, deliciantur & dilaniari. Anagogia etenim est simplex eleuatio metis in contemplatione diuinorum sicut i^{ps} anagogia ratione eleuationis transcedit narrationem historicam: ratione autem contemplationis supergreditur allegoria uel amictus, fine sensibili ac materiali imagine diuina, scie mundi contemplans. Talis uero contemplativa affectio suauem ac magnam gignit dulcedinem. Vnde Gregorius super Ezechielem: C^{on}templatio inquit ualde amabilis est dulcedox quoniam animam super se recipit, celestia aperit, terrena esse spernenda ostendit, spiritus uia eccliesi interioribus patefacit, corporalia quoq; abscondit; ita ut anima talis dicere posse: ego dormio & cor meum uigilat. Vigilante etenim corde ipsa dormit, per hoc q^{uod} contemplatio interius proficit, & ab inquietis operibus foris quiescit. Deniq; preinductio uerba Hugois in libro de clauistro anime consonant: Quemadmodum ait homo exterior in materiali refectione cibo ac potu reficitur, sic homo interior in refectorio sancte meditationis exemplorum uariorum serculis impinguatur, c^{on}punctionisq; uino potatur. In hoc refectorio tres nesciuntur, id est tres intellectus diuinae scripturae. Prima ponitur simplicioribus: secunda eruditioribus: tertia uero utriscq;. In prima ponit cibus grossior: in secunda subtilius: in tertia dulcior. Prima continet saporem exemplorum: secunda dilectionem mysteriorum: tertia dulcedinem hominis. Verunquam, quoniam sacra scriptura quadrupliciter exponitur, aptius arbitror ponere quatuor metas in spirituali coniuicio, mentali refectione doni scientiae. Et quanto^m expositio fuerit altior, tanto erit meta suauior ex sua natura. Vnde prefatis scripturis metis addenda est meta tropologiae, dicit ex rebus consideratione gestae, aut moralium praceptorum, quid agere debeamus attedimus: & ex morali instructione reficiuntur.

Articulus XXXII. An donum scientiae maneat in beatis.

Difficultas pauca uel nulla esset de hoc, an sciencia ista in beatis permaneat, nisi Apostolus charitatem commendando assereret: Sive prophetias euacuabuntur, sive scientia destruatur, charitas uero nunquam excidit. Deniq; iuxta Apostolum, fides spes atq; scientia ideo euacuanda dicuntur, quia ex parte sunt & non charitatis cum tamen & ipsa ex parte sunt: ex parte enim diligimus, sicut ex parte scimus, ut ait Efesius super Leuiticum. Et respondentium Magistro Sententiarum tertio libro: quia & charitas in quantum ex parte est euacuabitur: tolletur namq; impreffectio eius, & addetur perfectio, remanebit: ipsa sic aucta: & actus eius & modus agendi, ut diligamus deum propter se extuto corde, tota mente, tota uirtute: proximum nostrum sicut nos ipsos. Fides autem & spes euacuabuntur omnino: Scientia uero secundum actum & modum quem nunc habet tolletur, non autem secundum essentiam destruetur: nam habitus remanebit, sed alium usum & modum habebit. Haec uero responfio de scientia quae est uirtus intellectus, de illa quoq; quae est donum spiritus sancti intelligentiae, saltem quantum ad aliquos actus. Nam donum scientiae in beatis, docet de rebus creatis bene sentire ac iudicare: non autem facit nos in meditationis praua laudabiliter conuersari, nec temporalia efficaciter administrare: quoniam duo hi actus non nisi uiatoribus copertuntur si forte quisidat angelos temporalia administrare, cui dicat Augustinus dei uisibilia omnia per inuisibiles creaturem, dispelare & regere atq; mouere. Hic tamen actus spiritibus defunctorum non competit.

Articulus XXXIII. De triplici acceptione pietatis.

Petas deniq; uicissim uocantur naturalis affectio ad alios quoslibet, sive consumiles, sive propinquos, sive afflictos: estq; pietas ista passio sensitui appetitus, quae & brutis communis est. Cernimus enim qualiter aues ac bestie fecutus suis enutriant, defendant, custodian. Hec pietas cum sit motus pure naturalis, nec uituperabilis est neq; flagitabilis, nisi in quantum ad uirtutes disponit. Est ergo alia pietas quae est uirtus moralis parsq; iustitiae. Et sicut latraria uirtus est quae diuina nature debitum cultum impendit, sic pietas ista uirtus uocatur, per quam parentibus & patria ciuibus honorem & cultu exhibemus: quam diffiniens Tullius. Pietas inquit est, per quam sanguine iunctis, patriaeq; beneuolis officiis diligens attribuitur cultus. Appellatione autem parentum, omnes consanguinei nomine uero patria, cum cõcius patriaeq; intelligunt amici. Verumtamen Augustino decimo de Civitate dei attestate, nomine pietatis more uulgi in misericordia opibus maxime frequenter: quae qm deus potissimum precipit, pius uocatur. De hac pietate Gregorius loquens, Sunt autem nonnulli qui pietatis suae uiscera ad incognitos extendere nesciunt: sed solum ad eos quos per affinitatem

Gregorius.

Can. 5.

Hugo.

1. Corin. 13.

Eodem.

Augustinus.

Cicer.

Augustinus.

Gregorius.

DE DONIS SPIRITVS SANCTI, TRACTAT. III.

119

duitatem notitiae didicerunt: apud quos familiaritas plus ualeat q^{uod} natura. Est insuper tertia pietas que donum uocatur spiritus sancti, de qua diligentius pleniusq; effari oportet. Nulla enim pietatum dictarum est donum spiritus sancti, prout de donis modo fit sermo. Haec itaq; pietati prima appellatur innata: secunda infusa: que etiam potest esse acquista, sicut & ceterae uirtutes morales iam per exercitationem uel per infusionem habent: tertia inspirata.

Articulus XXXIII. Quid sit pietas illa quae est donum spiritus sancti.

FRequerenter uero ad huius editionis exordio habitat recolo, q^{uod} dona spiritus sancti sunt supernaturales & habituales, diuinitusq; inpiratae perfectiones metis creantur: quibus efficaciter atq; promptissime redditur: mobilis secundum influxum ac directio nem spiritus sancti. Inter cetera uero ad quae diuinitus instigantur, hoc unum existit, ut ad deum filiale geramus affectum, iuxta illud Apostoli ad Romanos: Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamauimus abba pater. Habitum ergo seu donum quo capax est anima inspirationis diuinæ ad huiuscemo^m diactum, donum spiritus sancti appellatur: extenditq; donum hoc secundario se ad homines prout de deo aliquo modo se habent ac pertinent, sanctos honorando, miseris condolendo, indigentibus opere ferendo. Manet quoq; hoc donum in patria quoad actum suum praecepit, qui est filialis affectus ad deum. Haec de dono pietatis sanctus Thomas in secunda secundae adducitur: quae qualiter aliore sententijs consonant, diligenter aduertere expedit. Ait igitur Hugo: Pietas est benignitas dulcedo, grata omnibus auxiliatrix, infusa affectio, diuinæ cultus religiosa deuotio. Sed in his non accipiatur affectio atq; deuotio, prout respectus seu actus charitatis dicuntur aut latraria sed magis pro habitu per quod nos deo deuote liberaliter offerimus, & aliis nostra largisflue comunicamus. Itaque donum pietatis, est dulcis ac splendens radius a fonte immensa benignitatis, qui essentialiter plus est mentis infusus, quo ad deum colendum ut patre supernaturaliter habituatur: de qua pietate ait Bernardus: O clementissima pietas, que non inuenit meritum, sed cuius habet totum uidetur contrarium. Haec pietas teste Apostolo ad omnia utilis est: quia ut afferit Augustinus super psalmum Beati immaculati, Pietas grata est deo, dominum conciliat, necessitate alleviat, dei cultura est, merces parentum, filiorum, stipendiū, iustorum tribunal, egenorum portus, miseratione, refugium, indulgentia peccatorum. Ista quippe anteq; prece pulset, ignorare nouit.

Articulus XXXV. Qualiter pietas ista a pietate quae est uirtus moralis, distinguitur. Quomodo etiam differt a latria & misericordia.

Constat igitur quoniam pietas uirtus existens, circa cōpatriotas atq; propinquos uersatur: pietas uero quae donum est, circa deum praecepit occupatur: deinde per eam cōpatitur homo sibi ipsi & aliis. Habent ergo diuersa obiecta, quamvis utriusq; subiectu sit idem, puta uoluntas. Insuper, pietas uirtus agit secundum naturalē rationem, naturalisq; iuris dictamen. Est quoq; habitus naturalis & acquisitus. Pietas autem quae donum est, secundum principia fidei diuinæq; legis censurā operatur: etq; habitus supernaturalis atq; insensus. Præterea latraria deum honorat sicut & pietas: sed latraria deū honorat ut creatorē & deum ac dominum: pietas uero ut patrem. Idcirco pietas quae est uirtus inferior ponitur latraria: pietas uero quae donum existit, est dignior latraria: præsertim cum dictum sit, q^{uod} dona universas uirtutes excedant, theologicas demptis. Rursus latraria & uirtus misericordia, perficiunt hominem ut sit bene agens ac mobilis secundum rationis imperium: sed propter rationis omnisq; humanæ uirtutis imperfectionē, indiget homo a spiritu sancto specialiter dirigi atq; moueri, etiam quantum ad illos actus, quos per rationis imperium uirtutumq; subiectū operatur. Vnde quamvis latraria & misericordia quodam habeat actus eodem cum actibus pietatis, tamen hos ipsos actus donum pietatis perfectius excellentiusq; producit, q^{uod} uirtutes prædictæ immo pietas ista expedit, ornat ac perficit dictas uirtutes, quatenus promptius atq; frequentius in actu procedant: per hoc enim q^{uod} spiritus sanctus memori apirat filiale affectum ad deum, cuius inspirationis fit anima capax per donum pietatis secundum Thomam, per hoc inquam exequitur homo ardentius, promptius atq; frequentius actu latraria ac misericordia, deum colendo & proximi succurrendo. Postremo secundum Bonaventuram, aliter pietas uirtus, & aliter pietas donum uersantur & habent se circa proximum: quoniam pietas in quantum est uirtus moralis, auxiliatur atq; compatitur proximo ut conforti naturæ, seu propter convenientiam naturalē: pietas uero ut donum, impedit haec proximo in quantum est deī imago, seu propter convenientiam quam habet cum deo. Vnde de donum pietatis habemus dulcem affectionem ad proximos nostros propter deū, in quantum sunt diuina imagine insigniti,

Roma. 8.

Thomas.
Hugo.

Bernardus.
Augustinus.
1. Tim. 4.

Bonaventura.

54 Art.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

Articulus XXXVI. De dono pietatis secundum sententias diuinis doctoris.

Oportet præterea, ut per donum pietatis ad extra uertamus nos: quemadmodum enim deus ad seipsum semper conueritus est per propriam unitatem, sic semper ad omnes creaturest extroueritus est per pietatem ac gratiam cumque pietatem istam accipimus intra nos eamque sentimus, ei nos obedire oportet. Deus siquidem nobis infundit donum consilii propter introuerisionem: donum uero pietatis propter extrouerisionem. Habitare enim debemus intra charitate diuinam atque fraternam sicut poterimus nos amoroſe intus ac foris conuertere iuxta inclinationem amoris. Denique per donum pietatis, amoroſamque uerſionem ad extremitatem, oritur in nobis uirtus preclarus misericordia appellatur, nos intus mollificans, atque in omni necessitate compatiens efficiens. Haec uirtus est oleum omnia uulnera ualens sanare. Idecirco debemus eam in nostro libero appetitu semper portare debemusque propter dei honorum omnium necessitudini condolere. Tunc demum debemus in nostra necessitate affluentem dei liberalitatem amoroſe conspicere: atque in ea nos affectuose comunicare: & per haec semper crescere in nouitate uirtutum, itemque donorum. Dum enim benignitatem dei in nobis sentimus, largitas nobis innascitur: ob cuius nosipos continere ne quimus, quin semper per unionem flamus ad intra, ac per misericordiam effluamus ad extera. Huius autem exempli singulariter lucet in Christo: ipse enim dedit semetipsum plene ac integre deo patri in interna ac simplici unioni: & per eam ad intra processit acuta spiritus sancti consilia sequens in charitate: dedit quoque seipsum nobis plene ac integre uiuum ac mortuum & in sacramento contentum: sicut largissime exit sua gratia ac pietate, uolens noſ biscum iugiter perseverare, dummodo nosipsum inter exitum atque introitum, seu introuerisionem ac extrouerisionem cum amoroſa uirtute morari uelimus. Porro dum homo in dono timoris se bene exercet, largitur ei deus donum pietatis quae est largitas ipsa. Tunc enim cordialiter largus, mansuetus ac pius efficitur: sicut uicinior deo quam similiors: & in eo quietiore se sentit quam antea fuerat. Similitudo enim & quies, tam ei suauius sapiunt, quam ipse deo similiors factus est.

In archetypo
sparsam erat
quaſt aliquid
deſſet.

Thomas.

Articulus XXXVII. Quid de dono pietatis finaliter sentire oporteat.
Vet recor ex his, quia ut Thomas fatetur, donum pietatis directe uel præcipue circa deum uersatur, faciens nos filiale habere affectum ad ipsum: inde ex consequentiā proximis operatur: quia qui sancte in deo afficitur, mox ad auxiliandum ac benefaciendū cunctis hominibus inflammatur: sed uti ex prædicto constat articulo, doctor diuinus affimat, quod pietas ista nobis directe infunditur propter extrouerisionem sive exitum, utpote faciens nos hominibus auxiliatiuos, compassiuos, beneficos. Quæad modum enim dono consilij mouemur atque dirigimur ad perfections internas quæ in operationibus circa seipsum consistunt, sic dono pietatis a spiritu in creato dirigimur ad perfections quæ per operationes circa caelos existentes ad ipsiū sunt actus misericordia tam spirituales quam corporales: sicutq; infunditur pietas ista, ut per eam bene habeamus nos circa homines uniueros: & istud omnino rationabiliter opinor, dum quemadmodum sapientiae donum perficit charitatem prout per eam ad dei dilectionem accendimur, sic pietatis donum eandem perficit charitatem, in quantum per eam ad fratrem excitamur amorē. Eadem quippe est charitas, qua deus proximumq; diligimus sed eam pluribus perfici donis absurdum non extat, secundumq; circa diuera uersatur: quæ tamen omnia una ratione, id est propter deum amantur. Denique omnes pene testatur, quod pietas ista uitia actiua proprie recipit, ornat ac perficit. Hoc autem non esset, si directe præsertimq; ordinaretur ad filialiter affici circa deo secundario autem occuparetur circa proximiū: affici enim in deo, uitia contemplatiuam concernit, gredi uero ad proximos, ad uitia spectat actiua. Præterea dictū est, quod sicut consilij donū fortitudine dirigit, sic donū scientiæ donū dirigit pietatē. Cum ergo scientia dominum nisi circa creaturest directe ueretur, apparet quod pietas hæc directe, immediate ac proprie circa proximos operet: inquit si primus ac proprius eius actus sit filialiter affici deo, tunc potius sapientia quam scientia dirigit eam: quoniam sapientia diuinorum fertur cognitio. Ad huc sancti cōmunitate dicunt, quod sapientia sit omnium donorum dignissimum, timor uero nouissimum: & quod timore ad sapientiam peruenitur per intermedia donaque tanto sunt digniora, quanto sapientia propinquiora: pietas uero timore proxime sequitur ascendendo ab inferiori sed præcedendo illud descendendo à dono sapientie: ceteris ergo donis uidetur inferior. Hoc autem non esset, si proprius eius actus sit in deo filialiter affici. Hoc enim diuinissimum perfectissimumq; asteritur, & multo præclarius quam sint actus scientiæ. Quid ergo ad Thomam dicere possum non video, nisi dicatur quod donum pietatis maxime ordinatur ad habendum filiale.

DE DONIS SPIRITVS SANCTI, TRACTATVS III.

130

filiale affectum in deo secundario uero circa proximos operetur: quia hoc ipsum quod per pietatem proximis subuenimus, ex filiali ad deum affectu decet procedere: atque ad ipsum filialiter ordinari ac tendere.

Articulus XXXVIII. Quod per donum pietatis deo singulare ter conformamur.

Ratione boni in suis suis cōmunicatione seu diffusione confistere, princeps theologus benedictus domini beatissimus Dionysius, princeps quoque philosophorum Aristoteles contestantur. Cum ergo actus doni pietatis ordinetur ad hoc, quod intellectuali creatura bene, clementer & liberaliter circa suæ naturæ confortes se habeat, facile cōmunicando, pronissime indulgendo, celeriter auxiliando, benignissime condolendo, elucescit quod pietas ad rationem boni potissimum spectat. Unde & pī singulariter boni dicuntur. Cum ergo deus sublimis sit substantialiter atque totaliter, omniformiter atque quomodo libet bonus, pius ac dulcis, Nemo siquidem bonus nisi deus, quemadmodum dei cōtestatus est filius, sed & deo propriū est misericordia semper & parcere, Psalmita quoque ad deum eloquia sua ponens, Laudate inquit nomen eius quoniam suavis est dominus, & quoniam tu domine suavis & mitis, Rursusq; Gustate ait & uidete quoniam suavis est dominus, Cū itaq; ita sit, innotescit quia quod in dono pietatis copiosus abundamus atque proficimus, ed ucheinuentis deiformes, suaves ac mites efficiunt, inno & amantissimi sic re ddimur: cum similitudo sit causa amoris. Denique, quanta sit pietas dei hinc siquet, quod omnia propter pī propriam bonitatē plasimauit, conservat, dispensat: & in quoque momento peccator ingemuerit, ipse protinus miseretur atque ignoscit, quod mirabiliter est, gratia & charitatē creando infundit, malignū iustificat, perditū recipit, fugitiū amplectitur, ingratiū adoptat, uirtutibus impletum qui uitiosum ordinet, degenerē quoque in hac deē ac filii tibi assūnit. Quis tantæ pietatis uiscera satis miretur? Hanc ergo perfectionem diuinam sectari tenemur in dono pietatis crescendo, ac omnibus bene agendo, quemadmodum hortatur salvatori. Estote inquit perfecti, sicut & pater uester coelestis perfectus est. Et per Moysen dñs ait: Sancti estote quoniam ego sanctus sum dominus deus uester.

Articulus XXXIX. Quid in beatitudinibus & fructibus dono pietatis correspontet.

Bene præterea atque solite aduentendū, quod sanctus Thomas in secunda seculi dñe inducit: Afferit namq; in coaptatione beatitudinē atque donoq; adiuuicē, duplē posse conuenientiā considerari: unā secundū rationē ordinis seu ordinē enumerationis talia aut̄ secundū propriārationē beatitudinē ac donoq; uidelicet secundū actus itemque obiecta. Primā conuenientiā astruit Thomas Augustinū in libro de sermone domini in monte esse secutū. Nam primā beatitudinē scilicet, Beati pauperes spiritu, attribuit ultimo dono quod timor est dominis: secundū uero beatitudinē utpote, Beati mites, ascribit penultimo dono uidelicet pietatisq; deinceps. Verum secundum aliam conuenientiam, dono pietatis potius correspontet quarta beatitudine quae est, Beati qui effurunt & sitiunt iustitiam: pietas enim haec ad iustitiam pertinet, eanque concernit ac perficit secundū Thomam. Arbitror tamen, quod pietas ista potius charitatem q̄ iustitiam respicit, ornat & expedit, secundum quod ostensum est. Unde & doctor diuinus eam ad misericordiam pertinere fatetur. Misericordia autem est uitius charitati conexa seu coniuncta trahit omnes uerum esse potest quod Thomas differuit: cum non sit inconveniens idem donum ad diuersas pertinere uitutes: non tamen æque principaliter & immediate. Idecirco uerissimum est quod Thomas testatur, quintam quoque beatitudinem dono pietatis posse correspondere seu appropriari. Opera quippe misericordiæ pietati attribuuntur. Quidam uero affirmant, quod ad pietatem proprie spectant spiritualia misericordiæ opera: quibus fauere uidetur quod ait. Apostolus: Exerce teipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est: qui etiam uidetur pietatem ab exteriori exercitio separare: sicq; apparet, quod pietas non perficiat immediate nostram extrouerisionem seu exitum ad confrates, sed potius ordinetur directe ad filiale affectum ad deum. Et respondendum, quod sanctus Apostolus hoc hortatur, ut perfectionem nostram in corporalibus exercitiis non constituantur: sed interiorē perfectionem, pietatem, mansuetudinem, largitatem, apprehendere enitamus: atque ex tali interna mentis dispositione ac pietate, ipsa nostra exercitia corporalia producamus & operemur. Sicne pī exercitia exteriora exhibita

Mat. 19.
Mar. 10.
Luc. 13.
Iudic. 7.
Psal. 90.
Psal. 51.
Psal. 54.

Mat. 5:
Leuit. 11.

Mat. 5:
Eodem.
Luc. 6.
Mat. 5.

Ioannes Ruy.
bruci.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

Habita plurimi extant utilia, quamvis ex se parum dicantur proficiuntur quod interior plena, reformatio atque perfectio fuerit amplior, eo corporaliter exercitatio deo efficitur gratios magis quam meritoria & perfecta; quamvis sit minus penalis seu laboriosa. Vnde uiri perfecti minus laborando in diuino obsequio, multo amplius promerentur quam imperfecti, qui in eodem opere uehementer laborant, fatigantur, & quasi luctantur: immo signum uirtutis ac perfectionis est delectabiliter operari, & magna & ardua prompte atque iocu[m] de perficere. Quo autem interior uirtus est maior, eo opus externu[m] est amplius meritoriu[m], magis quam deo acceptu. Postremo, ut Thomas declarat, secunda beatitudine quae est, Beati mites, conuenientia quādam cum pietatis dono sortitur, inquantu[m] mititas impedimenta actus pietatis tollit: mititas enim ira refrenat: ita enim opera pietatis plurimū impedit. Quidā uero pietate istam in tribus cōsistere aëstimant: in cultu dei, in ueneratione scripturæ, in proximo, honore ac subuentione.

Articulus XL. De gradibus pietatis.

Dona cum sint cōnexa, omni charitatē sortito insunt. Primus igitur doni pietatis gradus est, per quē circa alios tam clementer, liberaliter seu cōmunicabiliter nos habemus, sicut ad salutē exigitur. Tenetur enim proximis nostris spiritualia atque corporalia bona nostra pro causa loco & tempore cōmunicare. Dum igitur ex eo quod nobis abundat aliis datus, nec intantū cōmunicare uolumus, quod ipsi penuriam aliquā lustineamus, tunc primū pietatis gradus adepti sumus. Secundus uero gradus ipsius, est etiā ex necessarijs nostris cōmunicare confratribus. Tertius autem gradus est, dum homo scipsum aliquando impedit, quemadmodū ait Apostolus: Libenter impendit & superimpendar ipse pro animabus uestris. Iterum primus gradus doni pietatis est uenī dare precanti. Secundus est ante ostensam precē eidē ignoscere. Tertius in iūtiā bene agere: pro ipso orare. Praetertim quoque pietas ista conficit in hoc, quod quislibet alii ab errore retrahere, in bonis instruere ac pacificare conetur: ut sit omnibus & discipulis: nulli molestus quantu[m] sibi possibile extat.

Articulus XL I. De essentia, obiecto atque origine timoris.

Timor secundū Augustinum.

Timor proinde quēadmodū asserit Augustinus, est fuga malū futuri. Dum enim apprehendimus aliquid, tanquam nocuū ac futurū timemus. Obiectū ergo timoris, est malū futurū, ad uitandum difficile. Denique omnis timor ex aliquo causatur amore, nūl enim timemus, nisi contrariū eius amemus. Illud ergo malū timetur, cuiuscōm trarium bonū diligitur. Vnde uituperationes non timet, nisi qui laudari desideratneque abhorret penuria, nisi qui sufficientia uel abundantia cupit. Sed tunc quaestio oritur. Quomodo deus qui est ipsa bonitatis essentia timeatur, si nūl nisi malū timetur. Et respondendū, quod primū atque formale obiectū timoris, est malū: secundū uero eius obiectū, ad quod timor ex consequenti se habet ac respicit, est bonū illud, quod potest esse causa malū: à quo recede remalū est, impūlū aut nocuū. Deus autem malū penale pro culpa infligit. Rursus: Si nos à deo recessimus, uel ipse à nobis malū culpæ illabimur: sic deus dupliciter timendum uidetur. Primo quia uitiorum est ultor: Secundo quoniam qui se ab ipso elongant peribunt: nam gratiam perdunt gloriamque amittent.

Articulus XL II. De speciebus timoris.

Denique Magister tertio libro quatuor species timoris assignat. Est enim timor mundanus, quo temporalia inordinate timentur amitti, ita quod homo malit peccare, & illogi, detrimentū incurrit, et quod timor hic semper malus: sed tunc est mortale peccatum, dum quis mundo tanquam finihet sine innititur: malens uidelicet peccatum mortale incidere, quod bona caduca seu uitia corporalē relinqueret. Secundus est timor seruili, quod timet mala peragere formidine poenæ. Hic timor inquantu[m] seruili, est malus. Nam quantu[m] in se est, preponit malū honoris, et quod non esse illicitū præuaricatio & diuinā iustitiam uelle, non est si foret possiblitas secundū substantiā bonus ab aliquibus dicitur, quia à malo facit, recedere, & ad bonū incipit præparare. Tertius est timor iniātialis: qui quamvis à peccato propter poenam declinet, tamen principaliter propter deum operatur. Quartus uero est timor filialis & castus, sanctus & amicabilis, qui deum reueretur, qui ideo facit à culpa cessare, ne deus in honore tur uel offendatur. Aliqui quoque affirmant sex esse species timoris, addentes prædictis species bus timorē naturalē, quo quilibet natura liter fugit corporis ac natura lœserat, & timorē humanū, quo timet quis nimis propriæ pelli seu corporeæ uitæ. Sed timor iste ad mundanū timorē reducitur, qui circa ista temporalia uersatur: inter quae temporalis uita continetur. Timor demū naturalis à Magistro non tangitur.

P. 1. 72.

DE DONIS SPIRITVS SANCTI, TRACTATVS III.

152

Damascenus,

tangitur; quia nec bonus nec in illo est secundum bonitatem moralē. Advertendū etiam quod timor in quantum est passio naturalis, sex species habet secundum Damascenum libro secundo: uideat et segnitiam qui est timor futuræ operationis: erubescientiam quae est timor in expectatione cōstituit: uercundiam quae est timor in turpi factō: admirationem quae est timor ex magna imaginatione: stuporem quae est timor ex imaginatione insolita: agoniam quae est timor per casum uel infortunium. Haec autem diuisio est ualde magistralis: sumitur nam secundum propriam diuisiōnem obiecti timoris. Addit quoque Damascenus, quod erubescientia & uercundia sint passiones laudabiles. Vnde Bernardus: Quid inquit amabilis, quid speciosius uerescendo adolescentē pulcherrima in uultu adolescentis margarita, est uerescundia.

Articulus XLIII. Quis horum timorum sit donum spiritus sancti.

Elucescit itaque, quod nullus timor meritorius sit nisi initialis ac filialis: & hi duo timores non distinguuntur realiter, sed secundum statum uel gradum: quemadmodū charitas imperfecta atque perfecta. Idem quippe timor qui primo est initialis, charitate crescente fit filialis. Timor ergo qui est unum septem donorum, est timor filialis secundum rationem perfectam: sed secundum completū esse huius doni, sic timor initialis uocatur. Quanto autem charitas amplius crescit, tanto timor filialis uehementius augetur & conualescit. Timor quoque initialis, quantum ad quod cum timore seruili commune fortuit, charitate crescente decessit, eaque perfecta nam retinet de proprietate timoris seruili: sed est omnino unum ac idem cum filiali timore. Porro timor seruili quantum ad esse seruile, charitate adueniente, omnino auferitur: sed secundum eos qui dicunt cum substantialiter malum, malum non esse manet quod secundum substantialiam: quantum uero ad actum charitatis crescente minuitur. Nam quanto quis deum intentius amat, eodem premeo magis confidit, minusque propriū bonum cui malum perna contrariatur attendit.

Articulus XL IV. An timor filialis de quo communiter loquentes loquuntur, qui est charitas effectus seu actus, sit donum spiritus sancti.

Oportet denuo commemorari, quoniam dona spiritus sancti sunt habituales mentis creatae dispositiones, quae semper in eo perdurant, donec peccato mortaliter grauita amittatur & charitas. Iterū quoque reminisci oportet, quod omnis timor ex aliquo amore nascatur, & secundum diuerstatem ac multiplicitatē amoris diuerfitur multiplicaturque timor. Timor ergo non habitum sed actum importat: est enim fuga seu motus appetitus: potentia: dona uero non actum sed habitum exprimitur. Cum ergo inter actum & habitu[m] sit realis distinctio, constat quod timor qui est charitatis effectus, fugacij appetitus & motus & actus, non sit donum spiritus sancti, prout nunc de donis tractatur, sed timor ille qui donum est, à tali timore realiter differt: cum sit habitus seu radicata perfeccio creatae mentis. Præterea iuxta præinducta, dona spiritus sancti non nisi per creationē à deo habentur, quemadmodum uirtutes theologicales: timor autem qui est fuga & actus seu charitatis effectus, non est inmediatus per creationē à deo, sed est actus à mente creata productus atque elicitus, à charitate emanans. Non ergo est idem cum timore qui donū uocatur. Adhuc autem, timor qui est donum spiritus sancti, cessante omni anima actu, perferuerat in ea cū sit habitus. Timor uero qui est actus charitatis, non manet in anima actu eius cessante: sed actum charitatis concomitantur & inde exoritur, sicut de gaudio & pace. Thomas in secunda secundæ affirmit: quorum nullum est uirtus aut habitus secundum eum, sed charitatis effectus. Nam secundū propriū suā rationē ordine concedendī ex charitate causatur. Porro si timor uel Pax in anima nisi actualiter peragente remanere dicatur, erit hoc intelligendū, non quantū ad eoz essentiam, sed quantum ad causam, uidelicet charitatem quae est eorum causalis origo: quia manente manent prædicta secundum propinquam potentiam: cuius simile arbitror de conscientia. Conscientia enim secundū Thomā & alios multos, non est habitus mentis sed actus ipsius uidelicer applicatio quædā rationis, qua sc̄ientia cū iudicio alicui rei determinate applicat. Nihilominus dicit alius cōscientiosus dū dormit uel actu nihil facit, quoniam propinqua causa conscientiae in anima manet. Subiectū autem doni timoris, est ipsa uoluntas: causa uero effectus est spiritus sanctus. At uero timor qui est charitatis effectus, non est nisi causa formalis uitandi peccati: uel potius ipsa uitatio seu fuga peccati secundū rationis uitutē charitatis adiutæ dicitur: sed timor qui est donū spiritus sancti, est habitus uoluntatis per quē efficit homo optime mobilis à supernaturali inspiratiōe paracleti.

Thomā,

Conscientia qd̄ sit,

paracleti, ad uitandum omne malignum secundum directionem seu opere spiritus sancti supernaturaliter in homine operantis. Cuius operationis efficaciter capax per donum timoris, quemadmodum capax est directionis atque imperii rationis per uitutes morales. Deus quippe non solum est causa potentiae atque habitus animae, sed etiam testante scriptura, Operario nostra ipsa operatur in nobis: quod de supernaturalibus nostris operibus maxime uectus est. Itaque donum timoris est habitus supernaturalis diuinus inspiratus: quo redditur homo deo reuerenter subiectus, non piger, neque rebellis. Vnde Gregorius auctoritatem hoc donum contra superbiam dari superbia enim deo subdi contemnit. Initium nempe superbie, apostatare a deo, id est a deo recedere, nec ei parere.

Esa. 26.

Gregorius.

Doctor dini-

Articulus XLV. De dono timoris secundum doctorem diuinum.

FAtente enim iuxta diuinum doctorem, per donum pietatis inchoamus, imploremus ac iuxta possidemus omnem ornatum uitium: quoniam filialis timor cum reuerentia manet in seculum seculi: huncque timorem deo debemus. Hic timor propria voluntate nos priuat, sentireque facit quod dei proprius simus, non nostris: omne peccatum expellit: ab omni quoque peccato praeseruit: ad omnem uitutem atque laudabile opus inclinat, & omnis peccata ei fit leuis, quoniam deus unus eius sustentat. Idcirco ipsa nulla necessitate grauari uel opprimi ualeat. Insuper quod timoris est expers, omni uitute a gratia caret. Præterea, nullum necesse est considerare, qualiter hunc timorem adipisci possumus. Principium huius diuinum timoris, est quidam horror internus a deo infusus, per hoc quod nostra peccata nobis offerebant: quorum ostensione interius nos ipsos reuerberat atque per terret id quod demonstrat, quod paucum ac uiles sumus ante maiestate eius ipsius: coram qua angelii contremiscunt, & cui nulla creatura obstinet ualeat. Hæc diuinæ maiestatis magnitudo cominatur nos in æternum perire, nisi ei humiliiter obediamus per ueram uiuens, & defectum nostre pœnitentie sapientia dei propter crimina nostra redarguit nos, interioraque nostra perspectat: ipsa quoque iustitia iudicabit nos & exhaereditabit a regno æterni, nisi ac quieuerimus ei, considerando quid ipsa docuerit, atque secundum eius doctrinam uiuendo. Denique bonitas dei de nostrâ infidelitate conqueritur, suam perpetuam nobis fidelitatem demonstrans: in qua æternaliter nos dilexit, & in hac ualle misericordie requiescit. Hæc dei bonitas communatur se imperpetuum nobis, uel alienam futuram, nisi conuersi fuerimus eius concordemus, & uitutibus nos ornemus. Si in istis deo resistimus, ac dona eius contemnimus, uehementius deterior amur, imparatio res ipsa ad dei dona sortienda efficiuntur. Amplius, si ex nostris prorsus priuato timore, non autem ex diuino amore opera bona atripimur, amorem noster seruimus est: nec qui pietatis promeremur, donec opera nostra in charitate ordinemus. Idcirco nos ipsos abnegare in amore oportet, atque cum humili reuerentia diuinæ incrationi ac disciplina parere: sicque accipimus donum amabile casti timoris domini, qui iugiter perferuerabit, & in uita presenti, futuroque securo. Hoc modo diuinæ maiestati efficaciter sponte obedientes, diuinæ sapientiae acquirentes, diuinæ quoque bonitati uniti atque concordes: ac per hoc deo reddimur timorati, & dono diuinum replete. Si demum animositatis audacia extirpamus, humilitatemque cum paucitate affectuosa ad deum reuerentia obtinemus. Et in isto tota uitia nostram fundare debe mus: quoniam timorata humilitas cum timore, obedientes & patientes nos efficit, & nos ipsos paruipendentes, nihilque de nobis curantes: sed proprios defectus iugiter recognoscentes, ac omni honore & bono nos esse indignos putantes. Proinde timorata humilitas, dei atque ecclesiæ præcepta obseruare nos facit: docetque nos paululum loqui nisi occurrat fructuosa utilitas: sensus nostros restringere: corde ac moribus humiles esse: habitu etiæ, & in omni conuersatione humilitatem seruare. In his autem rectâ habere intentionem debemus: ut nos ipsos propter dei honoris annihilationem intendamus: cumque nos ipsos taliter annihilaueamus, sentiemus humilitatem omni modo carentem, quia nemo ualeat scrutari: quoniam ipsa est nostra in fundo quies: ac omni uitute profundior. Dum uero humilitatem istam senferimus, deum satis exaltare nequimus: neque nos ipsos sufficienter deprimere secundum desiderium nostrum, ac nostræ dilectionis efflagitationem: sed in cunctis deficitibus, ac in ipso defectu quietem salutemque reperimus: & inde nouo filiali ac amabilis timore accedit: non omnium quoque uitutem & humilitatis præfertim recentibus actibus adornamus: & qualibet hora in bonis operibus clarificamur & renouamur. In his uero descendere in æterna humilitatem per donum timoris debemus. Ascendere quoque debemus ad deum cum laude perenni per fortitudinis donum, & inter ascensum ad deum in laude, descensumque in humilitate charitas exercetur in nobis. Donum quippe fortitudinis dei construit ignem amoris in corde: & erigit nos

nos quatenus omnes creaturem deseramus: sicque ad dei altitudinem cum laudibus descendamus. Donum quoque timoris dei cum de amoris igne in nostris conseruit mentibus: exigens ut nos ipsos cum omni creatura coram deo cum reuerentia atque obsequio humili inclinemus. Porro hoc modo Christus qui omnium nostrum exemplar est, secundum humanitatem conuersatus est: quem inimitari non possumus, nisi spiritum eius septiformem cum dono leprempti suscipiamus.

Articulus XLVI. De effectibus doni timoris.

Habet insuper timor hic multos præclaros effectus. Nam peccata expellit, iuxta illud Ecclesiastici: Timor domini expellit peccatum. Negligentia fugat, iuxta illud: Qui timet deum nihil negligit. Ad sapientiam præparat, iuxta illud: Initium sapientie timor domini. Sapientia parit, iuxta illud: Radix sapientie timore deum. Animum stabilit, & cordis salutem custodit, secundum illud Ecclesiastici: Nisi te in timore domini constanter seruaueris, cito subvertetur dominus tua. Et breuiter, timor iste omnium honorum est fomes, & custos ac monumentum. Cum enim nolam nos a deo diuidat nisi peccatum, eo ipso quo timor iste peccatum expellit, ad omnem nos gratiam aptat: estque omnium fundamentum donorum, reddens nos deo præcipue subiectos, in diuinis sollicitos, in omnibus timoratos ac agiles: omnemque superbiam totaliter execrantes.

Articulus XLVII. An donum timoris sit infimum inter dona: & de operatione donorum in dignitate.

Omnes præterea sicut prædictum est, astruunt donum timoris esse primum in ascendendo & ultimum in descendendo. Nam ab eo inchoare oportet eum qui cupit proficere, atque alioquin perfectiores donos acquirere. Sic timor iste qui donum uocatur, inter dona nouissimum locum habere uidetur. Veritatem hoc difficultatem magnam fortitur propter evidentes authoritates scripturarum: que oppositum uidetur afferere: In Ecclesiastico enim sic legitur: Timor domini super omnia superponit. Et iterum: Nihil melius quam timore deum. In Proverbij quoque Timor domini fons uita. Et in psalmot Timete dominum omnes sancti eius, quoniam nihil deest timetibus eum. Et in Ecclesiastico: Plenitudo scientie timore deum. Vnde Bernardus: In ueritate inquit didici, nihil adeo efficax esse ad gratiam promerendam, recuperandam, retinendam, quam si omni tempore coram deo inueniaris non altius sapere, sed timere. Et respondendum, quod multi inter quos est sanctus Thomas, affirmant dona ad intellectum pertinencia, nobiliora esse donis appetitiis seu uoluntate ornantibus. Itaque sapientia, intellectus, consilium & scientia, quae ratione perficiunt, alia tria dona, uidelicet fortitudinem, pietatem atque timorem, in dignitate excedunt: scientia quoque excedit consilium, & fortitudinem pietatis: timor vero omnium extat dono: in aliis in infimum. Nihilominus fortitudo & consilium quæ circa ardua uersantur, scientia & pietate quæ circa cœmuniu occupantur, secundum in dignitate præcedunt. Hæc autem positio merita includit, quæ nec uera neque satis probata uidetur. Cœmuniter enim dicitur, & Augustinus atque Anselmus manifeste hoc assertum, quod Esaias propheta à summo usque ad infimum descendit in enumeratione donorum. Cum ergo propheta fortitudinem & consilium ante scientiam & pietatem enumaret, apparet quod fortitudo atque consilium scientie atque pietati preponantur. Sed fateor hanc obiectionem non esse idoneam: quia & Thomas eam factum absoluere, dicens quod dona quæ timori propinquius conuenerint, sunt ceteris inferiora, uel simpliciter, uel certe secundum quid. Porro quod in hac opinione non placet, est, quod assertum donum timoris esse simpliciter infimum inter dona, ad quod authoritates scripturæ nunc tactæ sufficere possunt, sed ratio adiicienda est. Quemadmodum enim habitus per actum cognoscitur, ita nobilitas habitus ex nobilitate actus pensatur atque probatur, sed actus doni timoris non est in finis actuum ceterorum donorum, actus enim huius timoris, est men tem facere deo humiliiter subditus, non præsed agilius peccata quoque uitare, ex reuerentia maiestatis diuinæ, seu causa uitandi offendam pietatis paternæ. Hi autem actus ualde præclarissimunt, nobilioresque actibus scientie. Actus enim scientie quæ donum est, extat de rebus creatis ueraciter iudicare ac sentire. Hi autem actus dignitatem prædictorum actuum doni timoris non attingunt. Nam & multi hos actus fortitudinis sunt, qui nondum actus præfatos doni timoris adipisci potuerunt. Non enim haberi ualentia actus, nisi ab eo qui in diuina charitate persecutus existit: qui & ad instar optimi filii, deo ut patri afficitur. Denique, quod Thomas scientiam præfert consilio, & pietate fortitudinem, non appareat stabiliter dictum: donum enim consilii ad nobiliores actus ordinatur, & circa difficiliora ac diuiniora uersatur, quam donum scientie, quod clarissime innotescit legenti ea quæ supra de dono consilii & gradibus eius præhabita sunt.

A. Et

Eccles. 1.
Eccles. 7.
Plat. 10.
Eccles. 1.
Eccles. 27.Eccles. 25.
Proverbi. 14.
Plat. 53.
Eccles. 1.
Bernardus.
Rom. 11.
Thomas.

Esa. 26.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

Et quoniam donum fortitudinis consilio dirigitur atque consiliata prosequitur, liquet quod etiam fortitudo ista praecedit scientiam; immo & pietatem quam scientia dirigit. Actus quoque fortitudinis eminentiores sunt actibus scientiae ac pietatis, sicut ex dictis patere opinor est. In actualium inducta resumere. At uero iuxta praeostensam, secundum doctores quosdam, dona consilii & fortitudinis ad uitam nostram internam atque ad dexteram pertinent: dona vero pietatis atque scientiae ad uitam externam seu nostram laudabilem extrouersione spectant. Quemadmodum igitur uitainterna seu introuersio & dextera, uitam externam atque sinistram exceedunt, sic dona consilii & fortitudinis donis pietatis & item scientiae preclariora ac diuiniora consistunt. Authoritates ergo dicentium, quod donum timoris finis in infinitum, intelligentes sunt de timore ratione sui generis quod est fuga malitiorum autem ratione sui speciei, uidelicet prout est filialis, amicabilis & castus. Nam ratio sui generis facit a malo recedere; sicut ab ipso inchoatur perfectio, sed ratione sui speciei facit deo reverenter ac prompte subiectum: quod omne malum declinat, ne deum omnibus predilectum offendat. Sic uero non semper exigifante alia dona, immo alia dona supponit: quod ipsa perfectio pro magna parte in timoris dono consistit. Non tamen timor hic simpliciter omnia dona excellit, sed dicitur se super omnia supponere: dicitur quoque nihil melius eo esse: quia ad omnia bona disponit: omnes uirtutes a lesione custodit, & in omni bono crescere facit.

Articulus XLVIII. Quomodo donum timoris manet in patria, ac quae beatitudine ei correspondet.

Fit denique certum ex praedictis, quia obiectum timoris est malum futurum, arduum atque impossibile testumque timor fugi huiusmodi mali. Cum ergo beati scient se certissime in beatitudine confirmatos, prorsus a deo inquietubiles factos, non uidetur quod timor aliquis eis coeniat. Thomas igitur ait, quod quanvis nullum malum sit beatissimae possibile per comparationem ad fruitionem & gratiam, tamen considerando ipsorum naturam in fe, & libertatem eorum absolute, sic malum est eis possibile, scilicet timor manet in eis non primo modo. Timor itaque, prout manet in patria, naturale defectum designat creaturam a creatore in infinitum deficientis. Haec autem responsio non uidetur sufficiens. Habet enim ordinatur ad actum sicut ad finem: ergo nonquam actum producere potest, in annis est & frustra habetur timor uero qui donum vocatur, est habitus: sed habitus iste nonquam in beatibus habere potest praedictum actum seu fugam mali natura creatrix possibilis: statutum enim esset timere, quod certissime scitur nonquam posse accidere secundum ipsam existentiam rerum, quanvis secundum aliquam considerationem contingere possit. Cum ergo nullum malum beatis secundum ipsam eorum existentiam consummatam accidere ualeat, ipsi quoque hoc certitu dinanter noscant sancti, quod nonquam actualiter malum huiusmodi timet. Si itaque donum timoris secundum praedictam maneriem in beatibus perseveraret, inaniter eis inesset. Oportet ergo aliud actum dono timoris in patria conuenire. Dicitur est equidem, quod donum timoris facit nos deo reuerenter subiectos, non repugnantes nec segenes. Idcirco, in quantum actus ipsius est deum reuereri, & ei reuerentialiter subiecti, manet in patria: sic quoque perfectissime fuit in Christo. Non autem erat in eo nec in beatibus unquam, prout actus eius est timere, separari a deo, uel eius fruitione carere. Haec quoque responsio consonat uerbis Magistri per omnia libro tertio. Postremo secundum quod prima beatitudine uidelicet, Beati pauperes spiritu, dono timoris correspondet, appropriatur atque tribuitur. Timor enim quoniam deos efficit reuerenter subiectos, facit nos omnia uana contemnere, famam, honores, diuitias: & in solo deo uelle sublimari. Hoc autem ad spiritus pertinet paupertatem. Primam quippe beatitudinem Augustinus de humiliatio inflati cordis exponit: quae utique humiliatio ex praedicta timoris subiectione procedit. Hieronymus uero atque Ambrosius, primam beatitudinem exponunt de temporalium rerum contemptu spiritualiter ac prompte exhibito: talis uero contemptus ex timore causatur. In beatitudine quoque praedicta duo ponuntur: unum per modum meriti, scilicet paupertas spiritus: aliud per modum praeiustitiae, scilicet, quoniam ipsorum est regnum celorum. Et hoc praeimum timori, congruentem promittitur, ne timor desperationem inducat: sed potius mentem in uitia retributionis delectet. Vnde Ecclesiastici ait scriptura: Timor domini delectabit cor: & dabit gaudium atque latitiam in longitudine dieorum. Vere enim tunc timebunt qui modo non timent: tunc denuo erunt securi qui modos sunt timorati. Nempe beatus homo qui semper est pauidus. Ideo deum time, & mandata eius obserua: hoc est enim omnis homo.

Articulus

DE DONIS SPIRITVS SANCTI, TRACTAT. III.

134

Articulus XLIX. Quomodo quædam dona dicantur locanda ad dexteram, quædam ad sinistram, & quomodo ex septem donis nascantur septem præclaræ uirtutes.

Quemadmodum autem in materiali cædelabro tabernaculi Moysi erant septem aureæ lampades, in quolibet latere tres, & una in summo, sic in cædelabro animæ nostræ esse oportet lampades aureas septem, id est septem dona spiritus sancti: quorum prima scilicet sapientia, in summo tanquam in fine cæterorum donorum locandum est. Cæterorum sex donorum tria digniora, scilicet intellectus, consilium, fortitudo, in dextera animæ sunt ponenda: quæ nostram uitam internam ornare atque perficere debent: & ter uero tria, utpote scientia, pietas, timor, in sinistra ponuntur: quoniam uitam nostram externam adornant. Actus quippe donorum quæ in dextera situantur, circa nosipos uersantur: cōuertimurque per eos ad interiora atque ad deum, sed alioque trium actus donorum, perficiunt nos in actibus quos circa alios exercemus, quemadmodum ex dictis lucide constat. Denique per dona prædicta, septem capitales uirtutes recipimus: oportet namque istas uirtutes, immo & omnes uirtutes in donis uiuere, si uirtutes debent esse. Itaque ex dono sapientie, uirtus summa iustitia nascitur, immo actum sapientie exercendo, hanc summam operamur iustitiam. Prima summaque uirtus est ista iustitia. Primus modus seu prima maneris, in qua omnem uirtutem ordinamus, est innocentia. Ultima quoque maneris, in qua omnes uirtutes complemus, est innocentia charitate opera. Explanatum est equidem, quia sapientie dono à cunctis sensibiliibus atque creatis, præfertim ac summe abstrahimur, & deo benedictio ac sancto uehementissime copulamur ac immergimur. In hoc autem iustitia summa cōsistit: deo enim debemus omnem quod sumus, habemus ac possumus. Idcirco iustitia ista ex dono sapientie profuit, actumque sapientie exercendo, summam operamur iustitiam. Porro ex dono secundo uidelicet intellectu, emanat oriturque in nobis ex deo secunda specialis preclaræ uirtus, utpote spiritualis delectatio ascendens ad deum in interiorem nostrum hominem semper uiuacem ac uigilem reddens. Hæc delectatio uiua, facit nos deum iugiter cum oblatione recenti aspicere. Actus enim doni intellectus, est rationes fidei contemplari, ac credendorum ueritatis subtiliter speculari. Hoc autem ingentem habet delectationem adiunctam. Præterea, ex dono intellectus delectatio ista diffunditur. Insuper, ex tertio dono puta consilio, oritur tercia uirtus capitalis, quæ est amorosa inclinatio in unionem. Hoc enim donum facit nos perfectionis apprehendere semitas, consistentes in hoc, ut separarimur à multis: & unum illud quod necessarium est adipisci conemur. Ex quarto autem dono quod fortitudo uocatur, quarta præcipua uirtus, scilicet magnanimitas oritur: per quam omnia temporalia atque imminutasperruntur, quemadmodum plenus præhabitum est. At uero ex quinto dono quo d'scientia appellatur, quinta uirtus, quæ est discretio nascitur: donum enim scientie in struit nos inter peruetos honorabiliter conuerari, omnemque manerem cōpendiosius proficiendi: quod faciendo, ueram discretionem experimur atque sortimur. Ex dono autem pietatis sicut prædictum est, sexta uirtus sublimis scilicet misericordia, scaturit. Ex ultimo quoque dono quod timor nominatur, septima uirtus capitalis diffundit, quæ humilitas nominatur sicut præhabitum recolo. Hæc secundum doctorem diuinum inducta sunt circa quæ quæstiones plurimè occurre possunt, quas non oportet hic pleharie determinare, sed quantum horum intelligentia postulat, dicendum opinor, quod iustitiam accipit prout est uirtus communis: aliter ipsa nec prima nec summa uirtus existit. Denique nomen uirtutis communiter accipit pro perfectione quacunque: si enim uirtus proprie cōsideretur, delectatio uirtutis non est sed fructus ita se habens ad actum uirtutis, quemadmodum in rebus naturalibus quiescebat ad motum præcedentem, ut assit Thomas. Similiter dicendum uidetur de inclinatio amoroſa ad unionem. Magnanimitas uero ex dono fortitudinis prodicens, misericordia quoque ex pietate procedens, atque humilitas ex timore emanans, proprie nominantur uirtutes. Discretio autem ex dono scientie fluens, uidetur potius generalis conditione omnis uirtutis quam uirtus specialis, nisi strictius limitetur, uel certe pro ipsa prudentia summi dicitur. Postremo, qualitercumque haec septem per se cōsiderentur, uirtutes, non tamē dicēdæ sunt uirtutes capitales seu principales simpliciter, sed solū secundum aliquem modum, excepta fortassis iustitiae quæ proprie ac specialiter sumpta, uirtus est cardinalis. Septem quippe ponuntur uirtutes simpliciter capitales: uidelicet tres theologicae: fides, spes, charitas: quatuor autem cardinales morales quæ sunt: prudentia, iustitia, fortitudo, tempestantia. Dicitur ergo septem uirtutes dictæ sunt capitales secundum quid: quia uirtutibus multis

Luce 10.

Septem uirtutes,

Mat. 5.

Ecc. 1.

Prov. 26.

Eccles. 12.

A. 2. tis

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

tis præfulgent, & generalem ac magnam utilitatem sortiuntur ac conferunt.

Articulus I. Per quem modum dona fuerunt in Christo.

Esa. II.
Zach. 2.
Phil. 2.
Zach. 5.
Act. 4.
1. Pet. 2.

Esa. II.
Ioan. 1.
Eodem.

Mat. 4.
Luc. 7.

Esa. 52.

Roma. 8.
Eodus.

Dona demum in domino nostro Iesu Christo fuisse Esaias in uerbis præallegatis testatur: Requiescerit in quietis super eum spiritus domini, spiritus sapientie & intellectus. Cui concordat quod dominus per Zachariam prophetam ait: Ecce ego adducam seruum meum orientem, id est Christum regem Messiam, qui formam serui dignanter accepit. Et post pauca: Super lapidem inquit unum, id est Christum, qui est lapis angularis utraq; facies unum, oculi septem sunt, id est septem dona spiritus sancti. Sed circa hoc dubia multa occurunt. Dictum est enim, quod omnis qui gratiam gratum facientem sortitur, septem donis spiritus sancti ornatur. Quid ergo de Christo uaticinatur prophetæ, quod in Christo sunt dona spiritus sancti, qualis hoc sit magnum aliquid ac singulare atque præcipuum? Et respondendum, quod donista in Christo tanquam in capite, excellentissime, inde sinenter, atque a primo sua conceptionis in uirgine momento fuerunt. Idcirco prophetæ notabiliter ait: requiescerit super eum spiritus domini. Vnde & Ioannes Baptista contestans, uidet spiritum descendente & manente super eum, de cuius plenitudine nos omnes accepimus. Rursus dubitatio oritur. Dicitur est equidem, quod sapientia, intellectus, scientia atque consilium, fidem perficiunt, & ad eius certitudinem ordinantur: timor uero spem respicit. Christus autem, nec fidem unquam habuit, nec spem: sed plenissimam diuinitatis frumentationem. Et respondendum, quod dona ista non erant omnino in Christo sicut in uiatoribus ceteris: nec erant in eo contaxata sicut in comprehensoribus atque beatis: sed mirabiliter nimis & quasi mixto ac medio modo. Sapientia nempe & intellectus erant in eo: sicut & modo in eo sunt, & in angelis cunctisque beatis. Fortitudo uero & pietas, erant in eo aliter quam nunc erant: enī in eo donum fortitudinis, aggrediendo tolerandoq; gardua ac perfecta pietas uero, quia pertransiuit benefaciens ac sanas omnem languorem, ne dum corporum, sed etiam animarum. Sic quoque consilium & scientia in eo aliter erant quam nunc. Nam consilium fortitudinem dirigit, & scientia pietatem: sicut utrumque erat in eo per comparationem ad actus praedictos, & circa propria obiecta. Sed nunc quatuor ista dona in Christo confidunt secundum exigentiam status in patria. Postremo de dono timoris occurrit ambiguitas specialis. Cum enim timor sit fugam malorum futuri possibilis, minime competit Christo: quippe qui secundum naturam humanam non solum fructuue, sed insuper hypostaticce uerbo erat unitus. Vnde nequaquam malum culpæ ei accidere ualuit. Cum ergo hic timor tam paucum competat Christo etiam minus quam cetera dona, cur de ipso specialiter ait prophetæ: Replebit eum spiritus timoris domini. Et respondendum, quod donum timoris solum erat in Christo sicut & nunc: quæ ad modum de donis sapientie atque intellectus iam patuit. Erat namque in eo donum timoris non quantum ad malum possibilis fugam, sed quantum ad reverendissimam subiectiōnē, & inseparabilem in subiectiōne stabilitatem: sicutq; perfectius erat & est in Christo, quam in aliquo unquam electorum. Ipse per omnia incomparabiliter & eminentissime subditus erat patri, intus ac foris, quemadmodum ipsi testatur: Ego inquit honorifico patrem meum. Et denuo: quia quæ placita sunt ei, facio semper. Christus enim erat ut homo, semper sine omni interruptione actualiter meruit: sanctissime interius uixit, nec unquam ab actuali reuerentia dei patris cessauit. Vnde natura eius assumpta comparatur ad uerbum, sicut instrumentum ad artificem: & non ut qualecumque instrumentum tanquam instrumentum coniunctum ac proprium in omnibus obediens, ac animatum: sicut & corpus animæ instrumentum vocatur, præsertim secundum innocentia statum: potissimum uero secundum statum futurum: in quo in omnibus sine omni rebellione ac diffultate obedit animæ. Ad cuius status laetiam nos unitus dei dominus noster IESVS CHRISTVS perducat, qui est cum patre æternō ac spiritu sancto creator universorum omnipotens super omnia deus sublimis & benedictus. AMEN.

D.DIO.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI, IN TRACTATVM III. DE DONIS SPIRITVS SANCTI,

PRAEFATIO.

xx

MVlti iam anni, & utreor, circiter sedecim transferunt post præinductam de donis compilationem: sed quoniam interim de eisdem scholasticorum scriptis doctorum plurima legi, quædam nunc addere placuit.

Additio I.

Iaq; sup tertii Sententiarum distinctione 34. Albertus Magnus de hac scribēs materia, primo querit, An uirtutes & dona realiter distinguuntur: Respondendoq; ait, de hoc quinq; inueniuntur opiniones doctorum. Primitū dicentur, quod non differant nisi secundū rationem, nisi uirtutes dicuntur inquantu sunt principaliter ad agendum: dona uero, in quantum sunt ad resistendū temptationibus uitā uirtutē impugnabitur. Sed istud inconvenienter est dictū, cū fortitudinis sit difficultibus ac temptationibus repugnare. Princeps quoque apostolorum docet per fidē esse resistendū diabolo. Et Paulus: In omnibus inquietum fident scūtū fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extingui. Ioannes quoque apostolus: Hæc est tua uictoria quæ uincit mundū fides nostra. Alij ergo dixerūt ea ita distinguiri, quia uirtutes sunt principaliter in uoluntate, & secundario in ratione: dona uero econtrario sunt principaliter in ratione, secundaria autē in uoluntate: sed istud non stat, cum fides & prudētia sunt in ratione. Aliqua quoque dona, uidelicet fortitudo, pietas & timor, sunt in uiuente etiā seu uoluntate. Præterea ad reprobandum opinionē hanc addit Albertus: Falsa est ista opinio, quoniam uirtutē cardinaliū duæ sunt in ratione, uidelicet prudentia atque iustitia: & de iustitia probat hoc sic: quia iustitia consistit in ordinatione ad alterum: & cum omnis ordo rationis sit, erit iustitia necessarie in ratione. Veruntamen istud est contra communem doctrinam doctorum, qui iustitiam in uoluntate constituant: nec argumentum istud concludit quoniam simili ratione spes & caritas essent in ratione: & quia consistunt in recta ac debita ordinatione uiatorum ad deum, qui est illarum uirtutum inmediatum proprium probandum. Dicendum ergo, quod argumentum hoc obtinet, quod iustitia est in ratione: sicut in dirigente, non sicut in subiecto actu iustitiae elicente. Tertia deum fuit opinio, quod dona dicuntur per comparationem ad deum ea donantem: ideo sunt in superiori animæ parte, uirtutes uero dicuntur per respectum ad specialia opera: suntq; in parte animæ inferiori. Sed istud non ualeat: cum uirtutes theologicæ sint donis eminentiores, & in suprema parte animæ. Quarti ergo dixerunt, quod uirtutes insunt ad recte agendum secundum uitam que unicuique sufficit secundum se ad sustinendum passiones sine innatas sine illatas: dona autē sunt in adiutorium potentiarum animæ, ut patiamur conformiter Christo: & hoc sat rationaliter probant sic: Ad hoc quod Christus pateretur, tria exigeabantur: uidelicet, timor reverentialis ad patrem ipsum mittentem ac tradentem pro omnibus nobis: & hinc repleuit eum spiritus timoris domini. Secundum fuit, ut Christus pateretur ex amore ad homines: sicut exigitur in eo et pietas. Tertium fuit, ut uirtutiter atque in trepiditate se passioni offerret: & sic in eo requirebatur & fortitudo, loquendo de his tribus in quantum sunt dona. Porro alia quatuor dona concomitantur tanq; regentia ea: sicut donum scientiæ pietatem: consilium fortitudinem: intellectus autem & sapientia intentionem patientis ad deum. Hæc opinio teste Alberto multis ualdeq; celebribus habuit defensores: sed hoc obviavit ei, quia etiā Christo non incarnato aut passo, uidelicet si homo non peccasset, adhuc dona ista fuissent hominibus praefixa. Præterea secundum Ambrosum & Magistrum Sententiarum aliosq; cōmuniter, dona in angelis sunt: non tamen ad patientium conformiter Christo. Hinc alij dicunt, quod uirtutes dantur ad agendum simpliciter: dona autem sunt expeditiones uirtutum: & dantur ad operandum expeditive. Huic positioni assentit Albertus: quia ut ait, fundatur in uerbi Gregorii, qui plus scripsit de donis q; alius sanctus: manifesteq; afferit super Iob, quod dona donantur in expeditionem adiutoriumq; uirtutum. Et est positio ista bona: quoniam à qui busdam reprobantibus eam, non sit bene explanata. Itaque aduentendum, quod duplex est impedimentum uirtutis ad proprium actum. Primum est ex indispositione potentia: seu subiectit: & hoc uirtus conualescendo excludit per se: de quo ait Bernardus: Quod nihil est adeo difficile, quod confuetudo non reddit facile: & quod in uirtutibus confuetudinibus seu acquisitis præcipue uerum est: de quibus dicit Philosophus, quod nati sumus eas suscipere: sed perficere ab consuetudine est. Aliud impedimentum ad actum uirtutis, est ex imperfectione ipsius habitus seu uirtutis, quemadmodum potentia nostra intellectiva est.

Gregorius

Bernardus

A 3 ad

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

ad uerum: & ad hoc perficit eam fides imperfecte, uidelicet in speculo atq^e enigmate. Ideo indiget potentia illa alio habitu eam altius perficiere: quæ est quasi secunda perfectio eius, & altius eam perficiens, & ista uocatur donum: sic sapientia ei infunditur & præstatur. Ex his constat uirtutes à donis realiter esse distinctas: & hoc tenet Albertus. Sed obijci potest: Diffinitiones autem uirtutum conuenient donis: Virtus quippe sic diffinitur: Virtus est, quæ habentem perficit, & opus eius bonum reddit. Item: Virtus est dispositio perfecti ad optimum. Item: Virtus est in difficultibus optimorum operatiua. Et iterum: Virtus est ultimum de potentia in re cuius est. Et rursus secundum Augustinum: Virtus est bona qualitas mentis qua bene uiuitur: qua nullus male utitur: quam deus operatur in nobis sine nobis. Omnia ista conuenient donis. Præterea Gregorius super illud Iob primo, Natu sunt ei filii septem, testatur quod per septem filios, septem uirtutes intelliguntur: uidelicet sapientia, intellectus, consilium, fortitudo & cætera dona: & sic dona appellat uirtutes. Et rursus: Contra septem inquit mala, spiritu sanc^tus mentem septem uirtutibus imbuit: scilicet contra stultitiam sapientia: contra hebetudinem intellectu. &c. Ambrosius quoque dona vocat uirtutes. Ad omnia ista respondet Albertus: Virtus dupliciter dicitur: utpote large & stricte. Stricte autem uirtus est prima perfectio uitium animæ ad actus uitæ in finem ordinatum: uel in id quod est ad finem sicut uirtus theologica est in finem: uirtus autem politica est id quod habemus in usu, quod est ad finem, & hoc modo donum cum sit secunda perfectio, ad altiorum actuum quarundam uirtutum non est uirtus, sed discretus habitus a uirtute. Large autem accipitur uirtus pro habitu perficiente ad actum secundum rationem boni: & sic dona possunt dici uirtutes: sic loquuntur sancti.

Virtus distinctiones.

Additio II.

Albertus.

Loco præallegato ponit Albertus triplicem diuisionem seu distinctionem suffici-entiamq^e donorum. Prima est penes obiecta: nam donu uel ordinat per recessum à malo, & sic est timor qui est fuga & resiliatio à peccato secundum unum modum loquèdi, uel ordinat ad bonum, & hoc uel in bonum quod est finis, aut in bonum quod est ad finem. Si primmodo, aut ordinat in bonum sumptum sub ratione ueri, & sic est donum intellectus: aut sub ratione boni, & sic est donum sapientiae quæ dicitur à sapore. Si uero est ad ea quæ sunt in fine, aut hoc est per modum exequentis, aut per modum dirigentis. Et utrumque contingit dupliciter. Primo in his ad quæ omnino tenentur: sicq^e donum dirigens est scientia, & donum exequens est pietas. Secundo in his ad quæ non omnino tenentur, ut sunt opera nostra supererogationis, & sic donum dirigens, est consilium: exequens autem, est fortitudo. Porro secunda distinctio hæc: donum nanque est altior perfectio quā uirtus cōmuniter uel ergo altius illud accipitur ex parte intellectus, aut ex parte affectus. Si ex parte intellectus, aut ergo secundum quod intellectus se habet circulum finem, aut secundum quod se habet circa media. Si primum, hoc est dupliciter: uel prout se habet ad motum ad finem, uel prout quodammodo quiescit in fine: si primo modo, sic est donum intellectus, quod est inuisibilium creaturarum, per quas intellectus ascendit ad deum, ut infra dicetur: si secundo modo, tunc est donum sapientiae, quæ teste Augustino per gustum diuinis inhaeret. Porro si altius illud ex parte intellectus accipiatur, quæ circa ea quæ sunt in fine: aut altius illud sumitur ex parte eius in quod dirigit donum, aut ex parte rationis dirigens: si primo modo, tunc est consilium quod dirigit in altiora quā prudentia: scilicet in opera supererogationis: si secundo modo, tunc est donum scientiae quæ dirigit per rationes diuinas in cōmuniter operabilib^s: utpote, quia deus præcipit, uel deo sic placet, aut ad salutem expediens est, uel quia scriptura sic tradidit, cum prudentia dirigit per rationes ciuiles atque humanas. Si autem ex parte affectus est illud altius perficiens, tunc uel est ex parte finis, uel eius quod est ad finem. Si ex parte finis, tunc non potest esse ex parte bonitatis, quia in illam nil altius ordinat quām charitas, nec ex parte ueritatis, quia ibi perficiunt dona intellectus, ergo erit ex parte potestatis seu maiestatis & excellentiae, sicq^e erit donum timoris casti filialis. Si uero altius illud est secundum ea quæ sunt in fine, aut hoc est quoad se, aut in respectu quoad proximū: si primum, hoc non potest esse respectu dilectionis innatae seu naturalis, cum illa non sit tantæ difficultatis, quin ad eam sufficiat uirtus. Est ergo respectu passionis illata secundum statum ordinantem

ad

DE DONIS SPIRITVS SANCTI, TRACTAT. III.

136

ad sustinendum martyrium: & est donum fortitudinis. Si autem est respectu boni quod est commune atq^e ad alium, tunc non potest esse per modum debiti: quia hoc satis ordinabile est perfectione quæ est uirtus iustitiae. Nec potest esse respectu boni sicut charitas diligit proximum: quando nihil perfectius est charitate: ergo erit eis benevolentia ad imaginem dei seu ad honorem, ut in eo est dei imago: & sic est donum pietatis. Tertia distinctio secundum Albertum est communiter antiquorum doctorum, & est ualde bona ut ait, quia in ea accipitur numerus donorum secundum duplices uitæ perfectionem. Vita namq^e contemplativa perficitur uisu & gustu: Visus autem ostendit quid sit gustandum. Itaq^e quoad uisum, est donum intellectus: quoad gustum, est donum sapientiae saporatis. Nam ut ait Philosophus, Sapor est sequela complexionis: ideo neceſſe est penetrare naturam rei per gustum. Perfectio uero uitæ actus est uel secundum rectificationem rationis dirigentis, aut affectus exequentis. Et primum uel est in his ad quæ non omnes tenentur, & sic est consilium: aut in his ad quæ omnes tenentur, & sic est scientia. Si autem est in affectu exequente, uel ergo per recessum à malo, & sic est timor: aut per accessionem ad bonū, & hoc uel ad quod non omnes tenentur, sicq^e est donum fortitudinis: uel ad quod omnes tenentur, & sic est donum pietatis. Hæc autem distinctio Alberti quantum ad aliquam, à quibusdam doctoribus dissonare uidetur: quemadmodum patere potest consideranti quid de donis secundum alios quodam maginos doctores in præcedenti compilatione inductum est. Insuper querit Albertus, Cur donum timoris non habet aliquid donum dirigens ipsum, & cui combinetur: sicut fortitudo & pietas habent. Respondet, quoniam timor dicit refutationem uel fugam: & ad hanc non indiget homo regitio propriæ sed communis quemadmodum etiam motus fugæ non est ut in fuga persistat, sed potius ut in bonum aliquod conuertatur. Ideo regens motum in bonum, erit regitium in fuga. Hinc timor accipit regimen à regitio aliorum: siue sit timor castus siue initialis. Sed castus accipit regimen ab intellectu & sapientia initialis autem à scientia atq^e consilio. Postremo inquit hic doctor: Cur de dono timoris specialiter dictum est, Replebit eum scilicet Christum ipsius timoris domini? Respondet, quoniam Christus formam serui accipiens reueritus est patrem, nobis id ad nostram informationem in dans exemplum, ut se quoniam uestigia eius, potius in timore hoc filiali, quod in scientia aut sapientia seu cæteris donis: quoniam reuerentia facit bona omnia fieri & mala caueri. Vnde in Ecclesiastico scriptum est: Qui sine timore est, non potest iustificari.

Aristoteles

Efraim Philo

neclisa

Gregorius

ADDITIO III.

Quemadmodum præallegata distinctione ait Albertus, Sapientia donum non est idem quod fides, quoniam sit de eodem est autem aliud lumen. Nam sicut fides est quoddam lumen spirale infusum, in quo uidentur articuli fidei, id est ueri esse noscuntur, ita quod intellectus per lumen istud ueritatibus articulorum consentit, ita sapientia donum, est quoddam infusum lumen diuinorum, sub quo uidentur & gauitantur diuina per experimentum: etque sapientia ista proprie gustus dei in donis suis, sicut uidetur dicere Dionysius de hierarchia, quod patiente & experiendo atque gustando diuina ac deum, addidicit eam. Lumen igitur lucens, & calefaciens ad huiusmodi scientiam diuinorum per gustum dei in donis suis sine quibus ipse non est, dicitur meo iudicio sapientia donum. Nam & Gregorius ait: Sapientia est donum sp*iritu* & certitudine æternorum mente in reficiens: & hoc non est fides: quia in fide non gustatur deus in donis sine quibus ipse non est. Denique, quoniam sapientia sicut & fides, sit cognitio dei, per medium tamen, medium istud clarissimum est medio fidei, quæ est per speculum & enigma. Medium enim fidei sumitur solum sub ratione ueris: sed medium sapientia sub ratione ueri & boni: quoniam sapientia illuminat & accedit. Vnde fides tantum assentit & accipit donum seu bonum creatum per quod uidet inquitum est speculum: & non prout est emanatio bonitatis diuinæ continens dulcedinem dei, puta cognitio dei, quam habent multi in peccatis existentes: modo tali est cognitio speculativa & habitus acquisitus per studium & doctrinam, & non lumen faciens experimentum dulcedinis dei in suis donis, quibus sanctificat animam. Refectio quoque sapientiae in hac uita, est refectio quasi per saporem & odorem, & non per tactum substantie: quæ refectio per tactum substantie, est quies appetitus & proprie fructus. Hinc refectio sapientiae incitat ad altiorē profectū: unde sapientia proficit

A 4 proficit

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHVSIANI,

proficit in cognitione, sed fruens quiescit in cognito. Insuper sapientia donum nō est nisi de aeternis atq; diuinis: quia nullorum gustus cōfert perfectam dulcedinem, nisi diuinorum donum taxat. Præterea, donum intellectus est simplex lumen, sub quo deus uidetur in his qui beatū sunt, & in specialibus officijs actibus q; eorum. Dicit autem in sermone quodā Augustinus: Intellectus uocatur, quo a omni uoluptate carnali corda mundūt, ut pura int̄itio dirigatur in deum. Estq; descriptio ista data per effectum: quoniam intellectus corda mundūt, etiam quodammodo in speculo & ænigmatere uideat in lumine percepto, in eo quo refuget ueritas, secundum maiore claritatē q; speculi ænigmatis. Fides autē nō emundat nisi à falsitatis bus errorum perfidiae. Alter quoq; dirigit fides in finem, & aliter intellectus. Fides nāq; dirigit opus per hocq; ostendit mercedem in eum, qui simpliciter finis est omnis boni scilicet deum: sed intellectus dirigit in finem, partim uidēdo finem uel in se uel in bonis in quibus refuget: & non dirigit opus directe. Si autem queratur, An donum intellectus sit per modum complexionis, dicendum q; nō est, cum sit simplex lumen gratum faciens quod à deo infunditur cum ceteris gratijs gratum faciéti bus. Vnde cōplexio quae est in auditis & intellectis, sub dono est, non in eo. Intellectus quoq; scriptura iuuat donum intellectus ut eleuat, sed nō generat lumen istud sub quo uidetur spiritualia. Insuper donum intellectus principaliter est deo, & de his in quibus relucet ueritas diuina: & accipit deum sub ratione ueritatis: & utitur imagine seu perfectione creature, ut instrumento & lumine sibi in suo, ut prius illuminat. Patet ergo quomodo donum intellectus à sapientia datur: quoniam intellectus nō est nisi per gustum sed lumen datur à deo ad cognitionem dei & creature illius: in qua resultat deus per gratiam uel gloriam. Ideo per lumen istud cognoscimus gratuitas distinctiones celestium: & tendimus in deum ut taliter disponemus. Itaq; intellectus non est de creatore per gustum, sed per modū uisus tendēs in ueritatem, per lumen eleuās ad ea, in quibus altius resultat seu lucet, q; in uestigio atq; imagine sic ut est dispositio præmiiorum in beatitudine spiritualium substatiarum. Porro scientia inquantū est donum, est simplex lumen acceptum, sive infusum à deo simpliciter; in quo uidetur rationes operabilium pertinetū ad uitam humanam. Quēadmodum enim fides est lumen ad credibilitā quod est simplex similitudo ueritatis diuina, sic scientia ista est simplex quae dā similitudo diuina iustitiae, in quo mēte uidetur diuinae rationes operabilium per nos, pertinētiā ad lumen meritioris ac sancte iustitiae, prout ait Apostolus: Sobrie, iuste & pie uiuamus in hoc seculo. Donum ideo sciētie se habet ad prudētiā, sicut melior atq; perfectior habitus operabilium. Alter quippe atq; ad aliud quoad proximū finē uitam humanam regit ac dirigit uirtus prudētiae, alterq; donū scientiae: quia prudētiae procedit per rationes iuris humani, & tendit ad finē honestum secūdum statuta ciuitatum & plebis citat fedē scientia per rationes diuinās, & ad sanctam conuersationē commēdantem se ad omnem hominum conscientiam: sicq; int̄edit sanctū potius q; honestū. Vnde proprius, solus, substatialis q; actus donū scientiae, est regere in operibus sanctitatis in medio nationis prauae atq; peruersae. Cæteri uero actus eius, attribuuntur ei per quandam appropriationem. Deinde queritur, quid sit donum cōsiliij, & an sit in Christo? Et uidetur q; nō: quia fecidū Damascenum, consilium est ignoratiis atq; de dubijs: Christus autē nullius rei fuit ignarus aut dubius. Item secūdum Gregorium, donum consilij datur cōtra precipitationem que in Christo nō habuit locum. ergo neq; cōsiliij donū. Respōdē dū, q; consiliū dupliciter dicitur: scilicet à dante consilii, in quo significat plenitudinem lumen dirigit in ignorantia ac dubijs: & sic fuit in Christo, estq; in deo: & secūdum hāc proprietatem dicitur donum. Dicitur quoq; à querēte consilii: & ita est ignoratiis ac dubitatis: nec cōuenit deo nec Christo. Quid autem dicitur dari contra precipitationē, est dono huic accidētalet & cōuenit ei ratione status seu corruptiōis sui subiecti, scilicet hominis infecti & infructuosus uero nō inest beatis & Christo. Est ergo donum consilij seu cōsiliū, ut est donum, lumen supernaturale infusum, dirigens in magnis seu arduis, in quibus non sufficit homo sine speciali auxilio, ut uendere omnia, & dare pauperibus & huīmodi quae in scriptura sacra uocantur consilia. Tullius denique in sua Rhetorica diffinitio consilium, quod sit excogitata ratio aliquid faciendi. Sed ista est diffinitio consilij generaliter sumpti: quae tamē potest adaptari dono cōsiliij, ut dicatur excogitata ratio rei earum, in quibus homo indiget speciali adiutorio spiritus sancti propter arditatem eas. Vnde cōsiliū istud nō est de dubio, sed magis de arduo: ad quod propter difficultatē nō omnes tenētur nisi in cau. Ideo dixit Gregorius, q; consilium datur propter præcipitationem: quia in arduo difficulti præcipitatio magis insidiatur. Ideo necessaria ibi est specialis directio spiritus sancti, Vnde consilium istud

Intellectus de
scriptio per Au
gustinum.

Titum.z.

Initio cōsiliū
per Ciceronē.

non

DE DONIS SPIRITVS SANCTI, TRACTAT. III. 137

non est circa omnia, sed circa ea in quibus indigemus speciali diuino lumine dirigente. Ex præhabitū patet, quis sit actus consilij, quomodo differt donum consilij à dono scientiae. Præterea donum fortitudinis potissimum respicit arduum, circa quod secūdum prædicta ueratur consilium quod est fortitudinis directuum: sicutq; dona hec circa eandem materiam consilium ut dirigenz: fortitudo ut exequens. Differt quoq; fortitudo ut donum, à fortitudine quae est uirtus: quoniam fortitudo donum est circa arduum seu difficile, abstrahens à communī conuersatione humana, & eleuans super illam: cum sit circa opera supererogatiq; . Fortitudo autem quae est uirtus, non tantum est circa illa. Iterum, fortitudo donum in operando procedit ex alijs & altioribus medijs, scilicet rationibus ex diuino luce acceptis iuxta directionem doni consilij. Fortitudo autem quae est uirtus, procedit ex rationibus iuriis humani: ut quia expedit rei publice uel paci temporis huius: aut saltē, pcedit ex rationib; pertinentibus ad necessitatem salutis, ut hoc fiat uel toleretur: quia aliter mortaliter peccaret, & perire contingeret. Actus quoq; doni fortitudinis in patria, erit summum firmissime adhærere: quod finis est omnis pugna. Vnde quemadmodum militi qui fortissime dimicavit ad imperatorem redeunt, arma non auferuntur non ut ibi pugnet, sed ut sint militi in decorum & testimonium prælii præcedentis: sic donum istud permanet in beatis. Si præterea obiciatur, quod secūdum Macrobiū uirtutes purgati animi faciunt animam ab omnibus passionum immoderantib; mundū, atque in beatis firmissimam, ergo dona ista non requiruntur. Dicendum quod uirtutes istae non faciunt hoc ita perfecte & prompte, ut dona, nec etiam tam altis ac diuiniis rationibus operantur ut ex præhabitū constat. Insuper, pietas dicitur multis modis, per prius & posterius: unde oportet unum modum quo dicitur per se: & alijs modis erunt in comparatione ad illud. Potest igitur dici, q; pietas proprie est benevolentia in imagine dei, prout est imago illius: & hoc multipliciter fieri potest. Aut enim benevolentia ista inclinat affectum ex parte exemplaris uidelicit dei ex quo emanat imago: & pietas magis fertur in exemplar, & pertinet ad genus latritia quae deo cultum ceremoniam impendit. Et secundum Augustinum, pietas dicitur hoc modo præcipue, quia exemplar est, ratio benevolentie in omnibus alijs modis, quibus ad imaginem inclinatur affectus: aut etiam inclinat benevolentia ista in imaginem descendenter ab exemplari diuino: & hoc tripliciter, quia uel inclinat cum naturali origine seu communione, & sic est benevolentia in parentes: & rursus est uirtus ac species iustitiae naturalis: Aut generalius fertur in imaginem inquantum imago est, & sic proprie dicitur donum: est que benevolentia in imaginem dei, in natura rationali: & docet benevolenter se habere ad illam. Aut fertur in imaginem coniunctam naturae inferiori corporali à qua circundatur miseria, & sic uelut pietas circa opera misericordie, & differt à misericordia: quoniam misericordia respicit opera miseriam alleuantia: pietas autem imaginem cum coniunctione ad miseriam, quae circumstat eam in natura miserabilis. Vnde pietas donum, ratione benevolentia habet conuenientiam cum mansuetudine: quia non exasperatur ab aliquo periculum, rancorem seu indignationē: sed ratione subuentiois qua alteri bonum impendit, cū misericordia subuenit. Præterea sicut ait Gregorius, Scientia docet, & pietas donum exequitur. Vnde sicut scientia donum, habet unum actum principalem qui est scire, bene uti temporibus ad recte cōuersandum in medio prauae peruersaeq; nationis, ita & pietas habet unum actum principalem, qui est benevolenter & sine querela bene optare ac facere omnibus dei imaginis infingitis. Itaq; pietas respicit naturam ut imaginem dei habentem: misericordia autem miseriam. Vel magis proprie, pietas respicit naturam imaginis in miseria: misericordia uero miseriam in imagine. Ideo duplēcē habet promissionem, uidelicit uite qua nunc est propter subleuationem miseriae proximorum, & futurā, propter reuerentiam imaginis dei. Alij quoq; actus nonnulli attribuuntur dono pietatis, qui conueniunt ei per accidētalet, uel per reductionem, aut propter propinquitatei eius cum aliis quibusdam uirtutibus: quarum actibus permiscetur. Deniq; actus huius pietatis in patria, est gaudere in bonis imaginis dei inquantum est dei imago. Postremo, timor donum multipliciter dicitur. Primo secundum q; proprie donum est: & tunc consideratur secūdum suū perfectissimū & optimū statū: & sic fuit & est in Christo atq; in angelis: & actus ipsius est reuereri. Interdu uero dicit timor secūdum q; causā ab aliquo, qd est supra naturā uel uiress & si habet actum fugae mali, cuius mali causa inest uel potest inesse: & talis est timor initia lis, proprie

Obiectio.

Responsio.

Pietas dicitur
multis modis

2. Timo. 4.

Timor donū
multipliciter
dicitur

lis: proprie autem timor filialis & castus dicitur donum. Vnde quod dona dicuntur altioris actus, intelligitur de eisdem secundum perfectum statum eorum. Hac ex dictis Alberti de donis sunt breviter dicta: quae in quibus consonant preinductis secundum Thomam uel dissonent ab eisdem, perpendere potest qui legit & confert ea adiuucent.

AD D I T I O III.

Quamvis de donis secundum Bonaventuram quaedam sint dicta, nunc tamen aliqua sunt addenda. Itaque doctor iste super tertium Sententiam sic ait: Sapientia quadrupliciter sumitur, tamen a philosophis quod a theologis. Primo communiter: secundo minus communiter: tertio proprio: quarto magis proprio. Communiter diciter: rerum cognitione generaliter, secundum quod eam diffiniunt Augustinus atque Philosophus dicendo: Sapientia est regia diuinorum & humanae cognitionis. Et in prima philosophia Aristoteles ait: Sapiens est qui omnia nouit secundum quod cōuenit. Secundo sapientia dicitur cognitionis non quae cuncta sed sublimis, scilicet aeternorum: et sic sumit et Apostolus ad Corinthios dicens: Alij per spiritum datur sermo sapientiae; alijs sermo scientiae; sicutque dicit Philosopher, quod sapientia est cognitionis altissimorum causarum. Tertio dicitur proprio cognitionis dei secundum pietatem, quae cognitionis attreditur in cultu latriae quam deo exhibemus per fidem, spem & charitatem: & sic accipit eam Augustinus 13. de Canticis dei, exponens illud in Iob: Ecce pietas, ipsa est sapientia. Dicit enim ibidem, quod sapientia & pietas idem sunt. Quarto dicitur magis proprio dei cognitionis experientialis per gustum internum: & ita est donum spiritus sancti, cuius actus consistit in degustando diuinam suavitatem. Et quoniam ad gustum interiorem in quo est delectatio, requiritur affectionis actus ad coniungendum, & actus cognitionis ad apprehendendum, quod admodum ait Philosopher, quod delectatio est coiuscum cōuenientis cum cōuenienti cum sensu eiusdem, hinc actus doni sapientiae partim est cognitionis & partim affectus: ita quod in cognitione inchoat, & in affectione consummatur: cum sit experientialis cognitionis boni ac dulcis. Idcirco actus praecipuus doni sapientiae est ex parte affectus: propter quod in Ecclesiastico legitur: Sapientia secundum nomen eius. Et secundum Gregorium eius actus est reficere. Dionysius quoque ait, quod sapientia est esse amans: propter quod melius afficiuntur circa deum prima cognitione, quae est prima per ablationem & negationem, quod per affirmationem, ut in libro mysticæ theologie testatur. Hinc ait Bernardus, charitat in sapientiam proficer. Idcirco etiam sapientia non potest nimis ester: quia excessus in experientia diuinæ suavitatis, potius est laudabilis quam uituperabilis: ut patet in uiris sanctis, qui prænimia dulcedine modo eleuantur in extasim, modo subleuantur usque ad raptum, scilicet hoc contingat paucis annis. Itaque in amore dei, ipsa gustu cōiuncta est cognitionis. Optimus enim modus cognoscendi deus est per experimentum dulcedinis. Vnde cognoscere, non est actus sapientiae praecipuus, sed cōcurrunt ad actum eius praecipuum. Sapientia namque includit in se actum utrumque: quod unus peracta cognoscere, est actus eius primus: & alter scilicet amare, est actus eius praecipuus: primus sicut disponens: secundus sicut complens. In actu quoque doni sapientiae ratus falli contingit: quoniam actus ille certior est. Præterea circa donum intellectus aduentendum, quod cognitionis potest haber de eo secundum triplicem modum. Primo per simplicem assentim: secundo per adjunctum: tertio per cōtuitum simplicem. Primum est fidei, cuius est assentire: secundum est doni intellectus, cuius est credita per rationem intelligentieretur: tertium est munditus cordis, cuius est deum uidere. Quoniam ergo rationes quibusiuuamur ad creditam intelligentiam, accipiuntur non solum a conditionibus cōditoris, sed etiam specialis quod deo similius atque propinquior, hinc donum intellectus, cuius actus est in contemplatione summi ueri eleuari, per lumen quod non solum facit assentire, sed etiam per rationes congruas creditam intelligere, non solum attreditur in contemplatione creatricis essentie. Vnde obiectum doni intellectus, est utrumque eternum, in quantum non solum secundum proprias conditions, sed etiam secundum proprietates creaturarum attreditur. Actus autem ipsius est, ut ipsum uero creditum deuotius atque ardenter diligatur. Actus uero ipsius consistit in rationali contemplatione creatoris spiritualis creature. Hinc Bernardus appropriat donum intellectus fidei, & donum sapientiae charitati. Si autem obiectatur, quod contingit in sensibilibus deum cognoscere, Respondendum, quod quia ad donum intellectus pertinet contemplatio clarior & excellentior, quam fit cognitionis fidei, hinc ad donum istud pertinet deum contemplari, non in qualicunque creature, sed in ea in qua imago & similitudo dei clarius relucet. In uestigio autem deus obscurius cognoscitur. Porro si rursus obiectas, quod intellectus cognoscitur per speculum aenigmatis, Respondendum, quod in illa cognitione diuersi sunt gradus: ita quod comparatione aenigmatis, si dei donum intellectus, quasi

Scientiam multa
plex,

quasi fine aenigmatis intuetur. At uero circa donum scientiae aduentendum, quod scientiae quadruplex est differentia. Quaedam enim consistit in intellectu pure speculativo: est quod fundata super principia rationis: & dicitur scientia acquisita de quacunque creature: ut scienza philosophiae humanæ. Alia est scientia que consistit in intellectu inclinato ab affectu, & fundata super principia fidei, quae sunt articuli fidei: est nihilominus acquisita: & haec est scientia scripturae quam nemo potest habere nisi habeat fidem informem. Tertia est scientia, que consistit in intellectu seu ratione, in quantum inclinatus affectum ad operationem: & haec fundata est super principia iuris naturalis, quae ordinantur ad honestatem & rectitudinem uitæ: & haec scientia est prudentia uirtus. Quædam autem est scientia, quae consistit in intellectu secundum quod est inclinatus atque inclinans: inclinatus tanquam a fidei & inclinans ad bonam operationem: & haec fundatur super principia fidei, habetque ortum a dono gratiae, & haec scientia est donum spiritus sancti, cuius actus est dirigere ad agenda secundum exigentiam regulæ fidei: cuius est dirigere ad operanis cordia: ut non tantum bona pro bonis reddat ut dictat lex naturæ, sed etiam bona pro malis, ut dictat lex gratiae ad exemplar Christi. Idcirco ad donum scientie pertinent non solum dirigere in agendis, sed etiam ex consequentiis ea quæ fidei sunt, tanquam directionis fundamenta: itemque Christi humanitatem tanquam exemplarum sui regiminis: sicutque triplex actus conuenit huic dono secundum triplicem eius respectum: Vnus uidelicet respectu obiecti sui motu: Secundus respectu sui fundamenti: Terminus respectu sui exemplaris excitatiui. Et quod principalis actus accipitur respectu obiecti, hinc precipiuus eius actus est dirigere circa actionem, ut afferit Augustinus: quod docet bene conuersari in medio nationis prauae atque peruersæ. Itaque prudentia dirigit secundum principia iuris naturalis ad ea quae sunt honesta, sed donum scientie dirigit per principia fidei ac iuris diuinum ad ea quae sancta sunt, ideo altior est actus huius scientie actu prudenter: suntque distincti habitus isti. Amplius, circa donum consilii intuendum, quod sicut intellectus interduci accipitur pro actu intelligendi, quandoque pro intellectu seu intelligibili, quodque pro habitu dirigente intellectum ad iudicandum de ueris & falsis, ita consilium tripliciter sumitur. Primo pro actu consilandi: secundo pro eo ad quod terminatur huiusmodi actus, quemadmodum dicimus, hoc est consilium meum: tertio pro habitu qui expedit & dirigit animum ad eliciendum prosequenda, & fugiendum uitia: Hic autem habitus duplex est, secundum diueritatem eligibilium & secundum diueritatem mordorum ac rationum eligendi. Nam eligibilium quedam sunt necessitatis, quedam arduitatis, & in primis dirigit prudentia, & in secundis donum consilii propter maiorem & excellentiorem difficultatem, quod reperit in arduis. Vnde in electione dirigit potest homo dupliciter, scilicet secundum regulam iuris naturalis: & hoc ad prudentiam pertinet: Itemque secundum regulam iuris diuinum: idque ad donum speciat consilii. Vnde actus doni consilii, est dirigere in electione agendorum, prosequendorum aut fugiendorum: que sunt specialis arduitatis: & hoc secundum regulam iuris diuinum. Porro quod Damascenus affirmat consilium esse ignorantis naturæ, intelligendum est prout consiliari idem est quod consilium inquirere, non autem prout consiliari idem est quod in arduis eligendis dirigere, & hoc modo consiliari est actus doni consilii, & cōfuit in Christo, sic quoque dispositio in his quæ secreta sunt dicitur consilium. Preterea circa donum fortitudinis considerandum, quod fortitudo quatum est de ratione sua primaria, attendit respectu ardui: Arduum autem est aliud dupliciter. Primo, quia laboriosum & difficile, quodammodo excedens & aggrauans facultatem potentie. Secundo quia est ultra necesse, & excedit statum communem. Itaque respectu primi ardui, est fortitudo uirtus secundum in necessitatem precepti, respectu secundi ardui est fortitudo donum secundum libertatem consilii. Et quia arduitas preferunt penitentia circa excellentiam passionis, hinc utriusque fortitudinis est habilitate ad sufferentiam talium passionum, sed diuersum mode, quod fortitudo uirtus aggreditur & sustinet passiones propter conseruationem honestatis atque iustitiae, secundum dictam iuris naturalis & honestatis moralis: sed fortitudo donum facit hoc propter perfectam Christi imitationem, iuxta consilium dei & ius diuinum. Et quia imitatio Christi attendit in suis passione, quemadmodum ipse ait, Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat cruce suam quotidie & sequat me, hinc actus doni fortitudinis attendit circa promptam & expeditam passionem sufferentiam, in qua exhibemus nosmodum crucifixos & munus nobis, sicut ait Apostolus: Mundus mihi crucifixus est, & ego mundo. Hinc libro de doctrina Christiana loquitur Augustinus: Deinceps animus assurgat ad fortitudinem, ut mundus ei crucifigatur & ipse mundo. Vnde fortitudo uirtus, & fortitudo donum, realiter distinguunt: quāuis eodē nomine

Mater.

Constitutum est
placenter sumit.

Arduum duplice

Luce. 9.
Gal. 6.
Augustinus

*Natas multi-
tincte dicuntur*

nomine exprimantur propter conuenientiam in obiecto & arduitate. At uero circa donum pietatis sciendum, qd secundum Augustinum decimo de Ciuitate, pietas multipliciter dicitur. Primo dicitur cultus dei: & sic non est donum, sed idem quod latraria. Secundo dicitur circa parentes: & sic nō est donum, sed species iustitiae. Tertio attēditur circa proximos: & ita est donum. Alter tamē est circa proximos, qm iusserit cordia uir tui quoniam misericordia respicit conformitatem in natura, & necessitatē in indigentia seu miseria: sed pietas donum, attēdit in proximo imaginem deitatis per donum pietatis etiam homo benevolus cuiusq homini habenti in se imaginem dei sita qd pietas procedit in actum secundum exigentiam loci ac temporis. Et quoniam pietas hæc dirigi habet dono scientiae, quod fundat super principia fidei, & dirigit in cōuersationem secundum Christi exemplar, hinc actus pietatis quāuis principaliter exigit circa proximum, nihilominus consistit & circa sacram scripturam, ut ea cum benevolentia audiatur: & circa Christum, ut eum cū benevolentia ad memoriam reducat: sic qd usus doni pietatis attēditur in his tribus in exeundo: secundū qd usus domi scientiae directiū ipsius in exequēdo, & cognoscēdo. Vnde pietas ista est contra duritiam, qua quis nō habet affectionem uel benevolentiam ad eos qui gerunt in se diuinam imaginis insignem: seu diuina sunt imagine insigniti. De dono autē timoris, suprasatis secundū doctorem istū inductum est. Si quis uero ista diligenter inspiciat, uidebit doctrinam Bonaventuræ, cum præhabitus documētis Alberti concordare.

ADDITIO V.

Poffem hoc loco multa de donis secundum Petrum de Tharanasia super tertium Sententiaz̄ inserere sed quia sententia litera sunt, superfluum est: siquidē eius doctrina in ista materia cum preinductis Alberti ac Bonaventuræ documentis, multū cōcordat. Itaq; in primis affirmit & probat, qd dona à uirtutibus realiter distinguuntur, eo qd quædam sunt dona qd nullo modo uirtutes sunt, ut timor atq; consilium. Porro ut ait, differentiā inter uirtutes & dona diversimodo assignant, qui ea realiter abinuicem differrentur. Nam quidam eoz testantur, qd per hoc distinguuntur quia uirtutes purgant à uitij: dona à sequelis seu reliquijs uitioribz. Secundū hoc improbat, quia uirtutes iniquātum sunt habitus uirtuosus purgant à uitij: per actus quoq; suos purgant à uitioribz sequelis, & hoc non subito sed successiue. Alij ergo dixerūt, qd uirtutes sunt ad bene operandū pro Christo: dona autē ad patiēdum exemplo Christi, quod etiā improbat: quoniam sapientia, intellectus, Scientia, cōsilium, pietas, nō sunt ad patientiū sed ad agēdū. Hinc addit: Dicendū est ergo cū alijs, qd uirtutes & dona differunt penes actus magis & minus excellētes ad quos dantur: quia cū sit triplex status iustitiae, inchoatae & proficientis ac perfectae, uirtutes per se faciunt statum primū: adiutorio autē uirtutū faciūt statū medium: cū adiutorio beatitudinū faciūt tertium: cui adiūgit iocunditas & delectatio fructuū. Uirtutes sunt ad actus primos necessarios: dona ad actus medios: beatitudines ad actus pfectos, qd cōsequuntur delectationes fructuū. Vnde uirtutibus operamur bene: donis faciliter & expedite, expeditione quæ uenit non solū ex sanatione potētia, sed potius ex perfectione habitu: beatitudinibus operamur pfecte: fructibus uero iocude. Recitatue haec scribo non assertive: quia fortiter atq; faciliter possent utiq; impugnari. Certū est enim, qd ipsaz quoq; uirtutū tres sunt gradus: & secundū hos gradus conuenient uirtutibus actus magis & minus excellētes, qui non sunt specie differētes: quia in talibus magis & minus non uariant speciem, ut omnes fatētur: atq; secundum hos gradus triformes, assignatur triplex gradus iustitiae: sic qd per uirtutes quantū ad gradus proficientiū, opamur faciliter: & per easdem quoad statū perfectiora, opamur pfecte: nec solū in tertio gradu admisceret uirtutibus delectatio: imd etiā in secundo. Deniq; Petrus iste tenet, qd beatitudines sunt habitus: & in hoc sequitur Albertum: sed probabilius arbitror quod afferit Thomas, beatitudines esse operationes uirtutū non habitus: præsentim etiam, cū iuxta Philosophū, beatitudo in operatione constat non in habitu: et qd non habitus sed operatio optima uirtus dignissime. Beatitudo namq; est ultima rei perfectio & finis ipsius. Hoc autē nō habitu sed actui competit: cum habitus ordinet ad actū. Sed contra hæc obiectit Petrus dicens: Si beatitudines actus non habitus sunt, quomodo in dormientibus sunt? Iteraz quædam sunt beatitudines utpote paupertas & pax, quæ non uidentur dicere actum sed habitū. Sed ad hēc respōdere non extat difficile. Vnde ad primū dicendū, qd beatitudines in dormientibus manet & sunt tanq; in radice fecunda & dispositione propinquā: imd & proxima. Ad aliud dico cum Thoma, qd pax non dicit habitū, nec est uirtus sed actus seu effectus ipsius: imd cōmuniter dicit, qd pax non est nisi gaudiū imperturbatū:

gaudium

*Triplex status
iustitiae.*

*In Archerypo
spacium erat
quasi aliquid
decesser.*

gaudium autem nō est habitus sed eius effectus. Sic & paupertas spiritus, uerius dicit uirtus seu doni effectus qd habitus. Verum his immorali hoc loco, non est intentio. Insuper ergo dicit hic doctor: Diuīsio donorū uno modo accipit penes uirtutes, in quarum adiutoriū dantur. Nam quædam dantur in adiutoriū theologicū uirtutum, ut sapientia in adiutoriū charitatis; intellectus in adiutoriū fidei; timor in adiutoriū spei, ne pietatē mat. Alia quatuor dantur in adiutoriū uirtutum cardinalium: ut pietas in adiutoriū iustitiae: scientia in adiutoriū temperantiae: consilium in adiutoriū prudentiae: fortitudo donum in adiutoriū fortitudinis uirtutis. Itaq; secundū doctorem istū, unum donum scilicet sapientia, datur in adiutoriū charitatis. Et idem Bonaventura affirmit. Sed Albertus ut patuit, tenet oppositum, eo qd charitas sit omni dono perfectior. Veruntamen doctribz istis in hoc magis consentio. Certum est enim, qd ex sapientia, dulci & experimentalis dei contemplatione, quæ est actus doni sapientie, charitas adiunetur, roboretur & perficiatur. Ratio quoq; Alberti non obtinet, quoniam enim absolute loquendo, charitas sit sapientiae dono perfectior: id tamen non prohibet sapientiam quoad aliqua, iuuare, souere atque perficere charitatem: præsentim propter debilitatem & defectuositatem subiecti charitatis utpote uoluntatis humanae: imo charitas in hac uita indiget fide seu fidei directione. Virtutes quoq; se in uicem iuuant & roborent, quia coöordinatae sunt quemadmodū in exercitu milites faciūt. Item, etiam in exterioribus cernimus fortiorē per minus fortē posse iuuari. At uero de dono sapientie tractans Petrus, Sapientia inquit proprio nominat quādam certam & perfectam notitiam de rebus magnis & arduis. Vnde secundum Philosphum libro Ethicorum, Sapientia est cognitione altissimarum causarum. Res autem dicuntur magnæ & arduæ sive altissimæ dupliciter. Primo in certo genere: & sic sapientia primo cōmuniter sumitur pro cognitione rerum altissimarum in certo genere. Secundū simpliciter: sic sapientia dicitur cognitione propriæ diuinorum & aeternorum. Sed ista cognitione potest haberi dupliciter. Primo per naturalem rationem & studium ac labore in cum uirtute ingenij. Secundo per infusionem & coniunctionem mentis cum deo, secundum qd homo per internam puritatem diuino lunum unitus & affectus efficitur. Prima cognitione assimilatur cognitione quæ est per lumen lunæ nocturnum: quæ est sine feruore. Secunda, cognitione quæ est per lumen solis diuurnum cum feruore. Prima est cognitione quasi per uisum: secunda quasi per gustum. Et prima à philosophis ponitur sapientia, quæ est uirtus intellectua lis: secunda à sanctis, quæ est unum de septem donis. Istud theologi concorditer dicunt. Sed obiecti potest, quia secundum Aristotelem, philosophia habet admirabiles delectationes sibi admixtas: quod secundum eum potissimum competit ei parti philosophie quæ meta physica seu prima philosophia aut sapientia dicitur: ergo secundum Philosphum, sapientia illa acquisita & intellectualis, est per experimentum & gustum seu admirabilem, id est ual demagnam delectationem. Præterea, in actu sapientiae huius uidelicet in speculacione optimis speculabilis, ponit sumum amhominis felicitatem, cui ut ait, pura atq; præcipua delectatio est annexa. Iterum protestatur Philosphus, qd uita intellectus nostri inter dum admodum talis est, qualis aeternaliter est uita primi ac honoratissimi intellectus, uidelicet deit quod dicit propter uitam contemplatiū, in qua inter dum actualiter atque sublimiter sumus. Cum ergo contemplatio dei in seipso sit summe amoroſa & dulcis, etiam cōtemplatio quamnaturaliter habemus de deo aliquando talis est. Insuper Augustinus libro de Ciuitate dei allegat Platonem dicentem, qd uerū philosophi est deum diligere: & qd cognitione deire ferenda est ad eius delectationem. Ergo sapientia Philosophica est affectiva, amoroſa & dulcis, seu experimentalis, seu sapientia. Sed ad hæc alibi responsū est diligenter, præsentim in opusculo de contemplatione: idcirco per transactio. Modice tamen tangendo non est negandum, quin naturalis philosophica illa sapientia, habeat quandam dilectionem ac delectationem naturales adiunctas, quæ à supernaturali & gratuita dilectione & delectatione doni sapientiae tantum distant, quantum umbra à ueritate, atq; aurora à meridiano fulgore. Præterea Petrus afferit uerbum illud commune: Cognitione diuinorum in præsenti non habetur nisi per speculum in ænigmate, locum habere in simplici cognitione quæ est per uisum sine auditu: non in cognitione experimentalis quæ est per gustum, de qua ait Ioannes apostolus: Vnūc dei doceat nos de omnibus. Et dicit: Dionysius de sancto Hierotheo, qd partiendo diuina, didicit ea. Et, quoniam sapientia donum, est cognitione experimentalis diuinorum: ideo essentialiter dicit cognitionem: amore uero tanq; causam proximam disponentem. Vnde sapientia donū denominatur à sapore, non solū propter actū suum essentialē, sed propter

*Res dicuntur
altissimæ du-
pliciter.*

Obiectio.

Augustinus.

Ioan. 24.

B actum

D. DIONYSII A^V RICKEL CARTHUSIANI,

Obiectio cum
reipōfione.

Aetūm dilectionis antecedentis uel potius propter passionem delectationis consequentis. Et si dicatur, sapor pertinet ad affectū, ergo sapientia ista essentialiter ad affectū uim pertinet. Dicendum, q[uod] in sapore sunt duo: uidelicet iudicium & delectatio, primū pertinet ad cognitionē; secundū ad affectionem. Deniq[ue] circa donū intellectus pensandū, q[uod] intellectus ut est potentia & ratio differunt: quoniam ratio apprehendit inquirendo: intellectus sim pliciter intuendo. Vnde intellectus est quasi terminus rationis. Hinc quae statim occurruunt & innotescunt sine inquisitione ut prima principia, dicuntur intelligi: sed quae per modum inquisitionis, ut conclusiones dicuntur sciri. Intellectus enim dicitur habitus prouerbiorum; scientia autem habitus conclusionis. Ad hanc similitudinem sicut prouerbiorum disciplinabiliū, prompta conclusio dicitur intellectus, qui est intellectualis uirtus; sic primū principij quod est deus, prompta cognitio intellectus vocatur. Et quia hoc melius sit per creaturas eius spirituales & corporales, ideo cognitio dei in creaturis spiritualibus dicitur intellectus. Porro ad hanc cognoscendi promptitudinem dupliciter peruenit: uidelicet perfectio[n]e habitus acquisiti, quo quis habet in promptu spiritualia facile intelligere, & deum in eis: item perfectione habitus infusi, quo datur anima per lumen supernum faciliter intelligere spiritualia; & iste intellectus est donum. Itaq[ue] donum istud est deo per operationē ad creaturas prout reluet in eis. Et quia in spiritualibus magis reluet, hinc donum intellectus dicit esse deo & spiritualibus creaturis, prout in eis & ex eis cognoscitur deus. Vnde quamvis deo & creaturis non sit aliquid uniuocum in ordine essendi, potest tamen esse in ordine intelligendi. Vel dicendum, q[uod] quamvis sit eis uniuocum, est tamen analogum, in quantum quod in deo est per essentiam, resp[on]det in creatura per participationem. Ideo potest esse cognitio una deo & creaturis: nō de deo absolute, sed de deo in creaturis: sicut creator & creatura sunt quasi unum obiectum in ordine intelligenti, dum unum intelligitur in altero: quemadmodum color uidetur in luce, & econuerso. Amplius, iuxta Philosophum tertio Ethicorum, Consilium est questione de operabilibus per nos, nō tamen de omnibus: sed de his qua indeterminata sunt, quae Damascenus contingentia nuncupat. Hinc donum consilii appellatur, quod regitum est in his ad quae nō tenemur. Nam de his ad quae tenemur, nō est consilium, an ea faciamus an nō. Istud aut consilium, est uel per rationes humanas, uel per illuminationem diuinam. Certitudo nāq[ue], quae est per rationes humanas, nō potest de indeterminatis esse sufficiens: idcirco requiritur donum consilii à deo infusum super his. Vnde sicut prudētia est inter bonū & malū, sic donum consilii est inter bonū & melius. Deinde scribit hic doctor de dono fortitudinis, sed dimittit, quia omnino cōcordat cū dictis de dono hoc secundū Albertū & Bonaventuram. Iustus ait: Vita activa in duobus cōsistit: scilicet in fide tanq[ue] in fundamento, & in bonis morib[us] tanq[ue] in exercitio. Quædā ergo dona pertinet ad fidei perfectionē, ut scientia & pietas: quædā ad perfectionē moris, ut cōsilia & fortitudo. Donū ergo sc̄ientiae pertinet ad fidei perfectionē, tam in se q[uod] in altero secundū Augustinum: promotio quoq[ue] fidei, tam in se q[uod] in alio fit, uel uerbo, dum quod similitudine deo creditur, rationibus orthodogmaticis à creatura sumptis cōfirmatur. Hinc secundū Augustinum, sc̄ientia est de his quibus fides celeberrima gignitur, uel exēpli, dum quod corde creditur, opere confirmatur: quod duplicitur fit: scilicet perfecta & declinatione mali: sicut attribuitur sc̄ientiae, bene cōuersari in medio nationis peruerſa, atq[ue] perfecta operatione bonitatis & sic attribuitur ei temporalibus bene uti, uidelicet secundū quod expedita salutē: Vnde ad sc̄ientiam pertinet industria fidē docendi, & bene conuersandi secundū duplicitē modū doctrinā: uidelicet uerbi atq[ue] exēpli. Hac uero industria dupliciter potest negotiari. Primo secundū principia rationis naturalis: & ita est uirtus, puta prudētia: aut secundū principia fidei a scripturā: & ita est donum. Postremo, pietas est quædam animi deuota affectio. Vnde secundū Gregorii, Spiritus sanctus instruit mentem pietate contra duritiam. Hac aut deuota affectio ad deū uel proximū, aut generatur in nobis secundū dictamen principiō: iuris: & sic est pietas uirtus: aut secundū dictamen principiō: fidei: & sic est pietas donū: & est de his qua exhibentur deo uel homini ad promotionē fidei in se uel in altero: sicut & sc̄ientia qua ei cōbinatur & dirigit ipsam. Vnde generalis differētia inter uirtutes & dona est, q[uod] uirtutes agunt modo humano cū uirtus secundū Tullium, sit habitus in modum naturae rationi consentaneus: dona aut agunt modo altiori atq[ue] diuinis: q[uod] uirtutes habent aliquā rationē humānā pro regula: sed dona aliquam rationem diuinam. Nam pietas uirtus subuenit proximo, in quantum respicit in eo conformitatem naturae uel aliquid humānum: sed pietas donū, in quantum huiusmodi opera facere, est opus deo conforme hue diuinum.

Aristoteles.
Vita activa in
duobus cōsistit.

Virtutis fini-
tio.

DE DONIS SPIRITVS SANCTI, TRACTATVS III. 148

diuinum. Itaq[ue] de cōfide[m] est pietas donum de quibus & donum scientiae: puta de rebus humānis, quae in usus assumuntur humanos: non tamen de omnibus illis nec sub ratione eadē: sed de his quibus fides promouetur: & sub hac ratione in quantū promouetur per eas. Itaq[ue] pietatis huīus cōstāt actus circa propriam materiam, scilicet fidē promouere per opera pietatis secundū principia fidei: & quidam circa finem, uidelicet cultui inhaerere diuinū: & iste manebit in patria. Primus autem materialiter continet multos actus: & quantum ad eos qui perfectionis sunt: ut proximis congaudere in bonis, manebit in patria: quantum ad illos qui imperfectionis sunt, non manebit, ut compati malis.

ADDITIO VI.

Divrandus super tertium Sententiarum questione qua querit, an dona sint eadē cum uirtutibus, ait: Circa hanc questionem sunt quatuor modi dicēdi: quorum duo primi p[ro]p[ter]e[nt] habēt de probabilitate talis duo sunt probabiliores. Primus modulus est, q[uod] uirtutes & dona ideo realiter distinguantur, quoniam uirtutes dantur ad bene operandū: dona autem ad resistendum tentationibus. Sed hoc reprobatur communiter: quia per idem datur homini facultas bene agendi & resistendi malo contrario. Sicut enim per temperantiam habet quis uiuere temperate, ita & in sperantie repugna re. Alius ergo modulus est q[uod] differunt: quia per uirtutes uitant peccata: per dona purgant peccatorum sequelæ. Sed istud nō ualeat, quia utrūq[ue] per uirtutes auferitur. Hinc tertius modulus est, q[uod] uirtutes & dona sunt ueluti conuertibilis: & solo nomine differunt, uel sunt idem sicut inferius & superioris: & ita omnis uirtus est donū, sed non e[st] contra: quia timor nō est uirtus, & consilium accipiunt pro prudētia. Itaq[ue] dicunt, q[uod] unum & idem dicitur uirtus & donum ratione diuersa: quoniam dicitur uirtus secundū quod perficit ad bene agendū: & donum in quantum à deo per infusionem confertur. Etsi his obiectatur, q[uod] tunc erūt tota dona quod uirtutes, concedūt hoc, loquēdo de uirtutibus infusis. Etsi itaq[ue] obiectatur, quod Esaias non enumerat nisi septem dona, negat hoc, si attendatur non solum principiū illius capituli, sed & processus: nam subditur ibi, erit in suis cingulū lumborum eius: & fides cinctorium renū eius. Communem autem modum loquendi quo ponit septem dona, dicit ortum ab his qui considerauerūt principiū illius capituli, non processum. Porro quartus modulus loquendi est, q[uod] uirtutes & dona realiter differunt: quia dona perficiunt ad operandū altiori modo q[uod] uirtutes. Quocirca sciendū, q[uod] dona non requiriunt ad elicēdūm substantiam operationis, sed propter modum operandi. Modus autem operandi est duplex: puta humanus & superhumanus: & primum experimur in nobis: de secundo autem uidetur loqui Philosophus septimo Ethicorum, diuinis uirtutem absolute & simpliciter sumptam cōtra uirtutem heroicam, quam uocat diuinam: quia per eam quasi modo operanur diuinio. Item, cum homo sit mediū quoddam inter angelos & bruta, sicut in uirtutis hominū, quædam inueniuntur infrahumana sive brutalia, ut sunt peccata contra naturam, qua excedunt modum humanae malitiae: sic in eis inueniuntur modūlū humānū, ad quem uirtutes perficiunt: & modūlū suprahumanū, ad quem perficiunt dona. Ideo de istis duobus modis dicendi quis uerior sit, putat Durandus iste nulli certitudinaliter esse notū. Veritamen, quis tertius iste modus loquendi videatur Durando: multū probabilis, tamen quantū perpedere quo, modus iste loquendi est penitus presumptuosus & falsus: nempe quod dicit, modūlū communem loquendi quo ponit septem esse dona spiritus sancti, esse ortū ab his qui considerauerūt principiū illius capituli undecimi Esaiæ quo legitur, E[st] gredietur uirga de radice iste &c. & non processum eiusdem. Quis rite considerans, aequanimitate ferat, legat uel audiatur. Ille nanq[ue] modus loquendi, à sanctissimis patribus, ac summis ecclesiis doctoribus, Hieronymo, Augustino, Ambrosio, Gregorio ortus, uel potius approbatus, continuatus ac diuulgatus est: siquidem ante eos multi sancti atq[ue] doctissimi uiri ita locuti sunt & scripserūt: specialissime autem Augustinus & Gregorius in diuersis locis iuxta h[ic] modūlū locuti sunt. Et nonne sacrilegiū est uel putare, ne dicam affirmare, q[uod] isti doctores non considerauerūt processum prefati capituli Esaiæ, cum certū sit Hieronymū atq[ue] Ambrosium super totum Esaiæ volumen scripsisse? Deniq[ue], qui in processu illius capituli quo habetur, Er[it] fides cinctoriū renū eius, per fidem intelligunt eam fidem quae est theologia uirtus, inspiriter hoc agit: illa enim non fuit in Christo, de quo ibi ad literā loquitur Esaias. Vnde ibi fides accipit potius pro fidelitate uel fidei certitudine. Rursus, ex modo loquendi beatissimi Esaiæ post, pater falsitas huius opinionis. Cur enim septem illa sub uno contextu enumerat, & cum præmissione & expressione spiritus, dicendo, spiritus sapientiae & intel-

Obiectio[n]es
duo cū reipō-
fionibus.

Esa. II.

Virtutis diuinis
suo.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

Alio specialiter

lectus, spiritus consilij & fortitudinis &c, nisi ad insinuandum, qd hæc septem specialiter & præcise dicunt & sunt dona spiritus sancti: fidem autem & iustitiam ita non exprimit. Hinc Thomas & substantialiter dicit, qd loquendo de donis, debemus nos conformare modo loquè dicta & scripturæ, in qua exprimuntur sub nomine spiritus: ad innuendum, qd septem ista sunt specialiter dona spiritus sancti: & per ea portissime capaces efficiuntur inspirationis seu motionis ac directionis spiritus sancti. Deniq; maximus ille theologus Alexander de Halis sanctus Thomas & Albertus expoluerunt plenaria Esaiam prophetam: & tamen non posuerunt nisi hæc septem esse proprie dona spiritus sancti. Adhuc autem opinio ista erronea, nō pōt saluare uerba sancti Gregorij, qui sup Iob primo, ait per tres filias Iob intelligi tres uirtutes theologicas: per quatuor angulos domi, quatuor uirtutes cardinales: per lepītē filios septē dona spiritus sancti: & deinceps affirmat, qd dona ista dantur in adiutoriū uirtutum illarum, nō utiq; cardinalium tantum: sìmo ut doceat, donum intellectus datur in adiutoriū fidei. Vnde qd opinio ista exponit uerba beati Gregorij, ut ideo dona dicantur dati in adiutoriū uirtutum, quoniam dantur in adiutoriū uirtutum acquisitarum, nō est nisi impenitorum deceptio: quoniam fides de qua Gregorius loquitur, nullo modo est uirtus acquisita. Amplius, opinio ista est contra communem doctrinam & assertionem ecclesiæ, ponentis substantialiter esse septem dona spiritus sancti: quoniam cantat it: hymno de spiritu sancto: Tu septem donis munere. Et ad reprobationem: innotans tam imperitae, poscent induci omnia quæ supra inducta sunt, ac probandum qd dona à uirtutibus realiter sint distincta. Et quoniam doctores scholastici, ceteris magis sancti & illuminati ac deuotissimi, scilicet sanctus Thomas, Alexander de Halis, Bonaventura, Albertus cum sequacibus suis, post diligenter considerationes, disputaciones & collationes, concorditer ita scriperunt, firmiter tenendum uere sic esse: nec curandi sunt qui intructuosis curiositatibus ac nouitatibus gaudent: sed sanctis solidissimisq; doctoribus sapientia plenis debemus inhærente: quos in hac materia sicut in ceteris, pie credendum est esse desuper illustratos: præsertim in his quæ concorditer dicunt. Legi que scripta Alexandri de Halis, et Guliermi Antistodoreffis de donis: sed breuitate studens, dimitto. Deo gratias.

Tractatus quarti de donis spiritus sancti
F I N I S.

A D L E C T O R E M.

141

Quanquam iam ante in sequens opusculū facit praefatum sit Lector candide, paucis tamē de illius instito cōmonefaciendū te putauimus: quod quid de Superlaudabilis dei laudibus à p̄ficiōm patre nostro Dionysio a Rickel inscriptū sit, ipsa mox inscriptione institutū suum edocet, nimirum, deum Opt. Max. quantum humanis fieri potest uerbis, tunq; intermoritur uerba laudibus, id quod principio per uaria cum substantialium diuinæ naturæ attributis, cum prædicatore & perfectio- naliū & notionalium, ut uocant, capita aggreditur: tandem autem miro artificio uniuersam Novæ legis paginam vñiquas innotescit, hoc est laudatoris modo recentram huc congerit, id huius scribendi genere, puta rhythmo, id quod affectus in deum excitandis gratia ab illo factum putamus. Adeo autem in deū illius exarctus animus, confarctandis diuinis laudibus unicē intentus, ut non multam interim grammatices, ne dum rhythmicæ legi, quas illi excusit piecas, habuerit rationem. Vale.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI, DE LAVDIBVS SVPERLAUDABI-

lis dei, Opusculum.

Laus dei ut bonus.



Deus præstantissime, tu bonus naturaliter, dominator at

Luc. 10

tissime, bonus substantialiter: tua demum est natura, bo-

nitas omnino pura.

Tu solus per essentiam, bonus rite commendaris, qui non

per dependentiam, bonus bonitasq; faris: tu bonus quo-

modolibet, omniformiter qualibet.

Tata tua est bonitas, præter te ut bonus nemo, eius qui p-

rope sublimitas, est inmensa, nullum demo.

A te pendet ac profluxit, omne bonum uniuersi, mēti no-

stræ id illuxit, te doctore cordis terſi.

Tua deus sempiterne, deus sancte & interne, bonitas est

Iacob.

in infinita, omne bonum uincit ita, cunctis uere insignior,

infinite ac dignior.

Bonitas tu exemplaris, separata idealis, summa plena & fontalis, in te subsistens, ens causa extra genus, deus simplex præamensus.

Bonum uiuum & perfectum, intellectuale rectum, lux uita sapientia, tu es primum uerū bo-

Iacob.

nūm, à quo manat omne donum, te cuncta gliscunt entia.

Te plane, cuncta appetunt, sine quo esse nequeunt, per motuementum quæ creasti, distinxisti & ornasti.

Tuam large bonitatem fundis ex dilectione, nec per orbis uastitatem, eius tu communio-

ne, quicquam expers reliquisti, gratis cuncta qui dedisti.

Bonitatis cōmuniū tua, si subtraheretur rebus, omnis mox unio, decor, uigor laberetur.

Vt soli lucē fundere, fontiq; riuos fluere, naturale asseritur: ita tibi beneficos radiosq; deifi-

cos dare, proprium legitur.

Bonitas ò increate, superfelix, supergrata, tota superamabilis, ab omni mente macula pur-

ga, tollens piacula, sola incomparabilis.

Vt incomparabiliter bonus es ò summe deus, impropotionaliter es amandus plastes me-

us, cunctis appetibiliis immensus ac sublimior.

Bonitatis in affectu transmuta mentis uicera, boniformē intellectu da, cordaq; fructifera.

Exo. 3

Gloriosa, benedicta bonitas in circu scripta, tua deus sit iugiter uiuens, regnans salubriter.

Laus dei ut ens.

Ons primum increatum, ens fontanum incausatū, tu es ipsum esse uerū, plenū pror-

fusq; syncerum, infinitum formaliter, perfectumq; totaliter.

Tam uere, plene, proprie, esse tibi ascribitur, qd scilicet sobrie, nomen tuum ut dicitur,

EGO SVM QY I SV M, Moysi respondisti in Sinai.

Tanquam pelagus inmensum, fluens in se non condensum, omne in esse dignitatem, ac es-

senti claritatem, esse tuum comprehendit, & se entibus impendit.

Nihil tibi de nō esse, nil de imperfecto esse, ens fontale admisceretur, in te puritas censetur,

summa quoq; simplicitas, immensaq; sublimitas.

Tu esse, tu essentia, nec horum differentia ultra in te est consistens, qui es esse persubsistens,

separatum, ideale, primum, unum & causale.

B 3 Tanta

DIONYSII A^V RICKEL CARTHVSIANI,

Tata est excellentia tui esse, reor satie, ut creata essentia tanq; nil sit & inane: hinc measub
sistens comparatur umbræ uana.
A te esse deriuatur cunctis atq; conseruatur decoro quodam ordine, à summo rerum cat
dine, ut dictat sapientia tua, uiuens essentia.
Esi naturæ perfice, deiforme q; effice gratiarū muneribus, ac uirtutum operibus.
Imperfectionum tu naturæ omne comple deus pure, & non esse ab anima tollēs, reforma in
tinua: non esse profor uita mala culpæ immittia.
Te res cunctæ uenerentur, mentes nostræ amplexentur, à quo quod sunt fortiuntur tibi
sancti obsequuntur. Tibi hymnus, laus & honor: te laudare impos conor.

Ioan. 6.

TV ò deus æternalis, uiuens uita, lux uitalis tu origo es causalis omnis uitæ secundalis,
Tua uita est uiuere, cum sit actualissima: & ipsa intelligere, cum sit simplicissima: ipsa
tuum subsistere, nam substancialissima.
Tua uita est amare, generare & spirare, actione immanente: recreare & creare, totū mun
dum gubernare, dare digna omni enti.
Tota uitæ perfectio, tibi summa directio competit cum infinita plenitate, nulli scita.
Summa deus sagacitas, pura, sancta uiuacitas: haec tua nobilissima uita, gaudiosissima.
Tua summa ueritatis ueritas & inspeccio, tua puræ bonitatis superseruēs dilectio, pro
pria felicitate stui in æternitate.
Pax, uoluptas & dulcedo, tua uitæ est immensa: id q; scio, nedum credo, mente gaudens
hinc incensu tibi o beatissime congaudens deus optime.
Solus essentialiter prime, pure, totaliter uiuens deus gloriose, uiuens tam deliciose, ut necca
pi nec effari queat, neq; exarari.
A te uita est naturæ, gratia atq; gloriae, uitam omnis creaturæ tu prefas amatorie.
Bruta, pisces, aues, plantæ uitam habent te præstante, quoru uitæ defectio, tua uitæ per
fectio sunt participationes, fusca ut reflectiones.
Mentem nostram uiuifica, eam semper plenifica actibus uitæ gratia, ut tibi sit gratissima,
deitas uiuentissima, nos rege omnistarie.
Psalm. 37.
A te mentes angelicæ sumit uitæ deiforme, qua uiuunt tecu ecclice per te uitæ uniforme.
Fons uitæ splendidissimæ, uitam nostram naturalem ornatissime, uitam præstans
gratiam.

Laus dei ut sapiens.

TVa deus essentia est tua sapientia: tibi soli idem esse atq; sapientem esse: nam tibi intel
ligere, subsistere & uiuere.
Substantia, non accidens tibi o deus prouidens uidere, scire, noscere, qui tam clare intue
ris, & distincte nosse reris cuncta, fac nos te poscere.
Mens deus simplicissima, prima summa, idealis, mēs deliciosissima, æternalis, exemplaris.
Intellectus adorande, deus sancte præmainde, oculus lucidissimus, anitius simplicissimus
Omens deus separata, in te constans immutata, uniuersaq; ordinans, ordini rerum domi
nans, inordinata uitia ordinans per supplicia.
Intellectus intelligens, actuq; intelligendi forma, qua es inspiciens & obiectum cognosc
endi, in te prorsus extant idem, nūl diuersus est ibidem.
Per propriam essentiam, omnium continentiam, ut per cognituam formam, omnis entis
primum normam, temetipsum & creata, intueris mes beata.
Osumma sapientia, à quo omnis scientia, non finis neq; numerus, est tibi deus superus.
Fontalis sapientia, casta erubescencia, coram te est conuersandum: nam ubiq; semper præ
fens, cuncta cerhens nunq; recens, à qua iuste iudicandum.
Infinita summa noscens, cum hac operari possis, ipso nunc æternitatis, cuncta tanq; præsent
ia uides, o sapientia supersancere deitatis.
Quæ non sunt, quæ nec fuerunt, infinita quæ non erunt, uisionis tu simplicis intelligentia
inspicis.
Omnis intellectualis à te est décoratio: quicquid sapientialis splendoris habet ratio, à te
fluxit, immortalis lux mentis fulge radio.
Osumma sapientia attingens cuncta entia, disponit hęc suauiter: tu immensa munditia
quam nos uitit malitia, mundum regens tranquilliter.
Tu ignota abyssalis, tibi soli nota qualis sis, nobis irrimabilis es & impetrscrutabilis.

Prover. 8

Ars prima,

DE LAUDIBVS SVPERLAVDABILIS DEI.

142

Ars prima, causalissima, tu plena rationibus, ideis fulgidissimia mēs, præclaras splendoribus.
En tua sapientia, appellatur scientia, per respectum ad creatu: porro quo ad gubernata,
uocatur prouidentia, qua ordinantur entia:
Sed & prædefinatio ferit, quantu ad saluandos: præscientia aio, ferit uulgo ad damnandos.
Terrena, temporalia, cuncta materialia, noscis immutabiliter, eterne ac simpliciter, o sum
ma sapientia, quam decet fæterentia.
Omnes mentes angelicas, radios pulchriticas, splendore sapientiæ, corda deniq; humana
in se cœca, uaga, uana, doceas luce scientie.
Cecus, flultus omnis homo ad tuam sapientiæ, uere prorsus id depromo, paruum habens
scientiæ immense sapientior cunctis, es ac fulgentior.

Corda nostra illuminata, & tua sancta numina in his creator perfice: tentantis retiacula, ui
tiorum obstacula, à nobis procul effice.

Nos septē donis spiritus imple pie diuinitus, cui honor & gloria, tibi cuncta sunt propria.
Virtus, magnificencia, immensa excellencia, deo soli sapientiæ, trinitati uni enti.

Laus dei ut ueritas & ueritas.

Tu es solus uerus deus o creator factor meus, deitatisq; natura, deitas seu uera pura, ti
bi dūtaxat cōpetit, & ratio id expedit.

Tu uerus prima ueritas, summe uerus synceritas; tuq; nempe essentie adæquatio pro
priæ est ad tuū intellectū: mihi dona cor perfectū.

Tu es causa exemplaris, effectuæ & similitudinis uniuersæ ueritatis: norma sapientialis atq; regu
la fontalis, omnis uere puritas.

Tanta denum est firmitas, plenitudo, stabilitas tua, o prima ueritas, ut creata conditio
uocetur ab initio uanitas, ad te sitio: mendax quoq; hominatio: uanum uile me nuntio.

Sicut ab una facie imagines tā uarie, in diversis mox speculis splendet ac lucet oculis:
Sic ab una increata ueritate, multiformes fluunt, splendet in plasmata ueritates, re cōformes.

Et ut in uno speculo formæ reludent oculo plurimarum faciunt: sic cunctarū prorsus verū
ueritates, splendifluuia tua fulgent conspicuā ueritate fontaliter, eterne, idealiter.

A te triformis ueritas profluxit uera deitatis ueritatē nūq; uitæ, doctrinæ & iustitiae indidi
sti rebus rite, tu amator munditiae.

Veritas nū fallor rei & enunciationis sunt effectus uerti dei, qui donator est sermonis.

Sermo tuus est ueritas principiū, uerborū tuorū sancta deitas, ueritas est animorum.

Omne falsum detestaris, & mendaces auersaris, simulantes & callidi, iram tuā hi prouocat,
bilingues (uera stolidi) et duplices te concitant.

Corda simila & syncera, ueritatis zelo inera, uerax deus amplexaris, intime his copularis

Tua quippe essentia, per se subsistens ueritas: hinc uerba mētiæta sunt uitanda, synceritas.

Toto nū te honoret, reuerenter te adoret omnis homo deus pure, quæ condigne uene
rari nemo ualeat, nec effari, institutor fons naturæ.

Veritatis cor splendore tu profunde deus uerax, omni mente à squaloce purga, uirtus
rerum ferax.

Veritate tripartita iam prefata orna ita nos creator benedicte tibi mente, ut fulcita place
amus tota uitæ, deus rex in circu scripte.

Laus, grates, benedictio, in quibus nulla fictio, tibi primæ exemplari ueritati, quā amari de
cer plus quā uniuersa, in te mea mens sit merita.

Laus dei ut unus & unitas.

VNUS deus es, non multi: solus tu es adorandus plures deos putant stulti, non his ho
nor tuus dandus.

Tu à cunctis es diuisus, summe à te indiuisus, infinite præeminent, simplex, inuaria
bilis, à te inseparabilis, & cum nullo conueniens.

Unitas simplicissima, prima, summa, purissima, qui es supra omne genus: te éntium omnel
tas participas & deita ordinante, rex serenus.

Sicut à te oriuntur cuncta, ad te reuertuntur: ad te redit pluralitas, in te stat uniuersitas.

Solus princeps cunctorum: sonat nā quid uitiorum, principiantum pluralitas: ideoq; or
do rerum & catena specierū, uult ut sit regis unitas.

Simplex primus & perfectus cum sis, infert intellectus, quod sis unus ac unitas, in quo
nulla diuersitas.

Quicquid post te appellatur deus, non medose, uane, id à te participatus: deiformes fac
nos sane,

Deu. 6

Ioan. 17

Iob 38

B 4 Omnes.

Psal. 91

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI

Phil. 95 Omnes dii paganorum, fortis sunt dæmoniorum, pereunt corda gentium illos stulte colentium. Participanter dilecti tibi profrus sunt subiecti, & à tua maiestate distant cum impenitentia.

Luc. 10 Tu unum necessarium appetendum finaliter creature ut medium ad te, ametur taliter, ne amore mimpedit tuum deus, ut delectat.

Mentem nostram iuifica ne per multa distractatur, tu sp̄ hæc fortifica, ut à te nō auertatur, Vnum tecum sit spiritus, tibi intendat penitus, affectus in te habeat fixos, peccatis caret, Tibi soli sit latria, gloria multifaria tibi ò simplex unitas, lux, uita, deus trinitas.

Laus dei ut omnipotens.

Hallerij

Sicut tuæ essentia, ita tua potentia, non est finis nec mensura, deus simplex in natura; cui id est posse, id est decet mente noſte.

Ergo te omni potente sanc̄tē deus predicamus, in dō infinito potente, te cōdigne collaudamus, Hinc neq̄ impossibile, nec quicquam est difficile tuæ deus potestati: uerum & que facilia sunt cuncta dicibilia ei, cui sumus grati.

Nō tot potes neq̄ tāta, qn̄ queas infinites plura ac maiora, sancta uirtus, quenq̄ deficies, Quicquid contradictionē non inclidit, deus uales absolutū per sermonem cūcta potes, quia tales qui effectus auctiūtare, quibus entis repugnare rationē non cōtingit, uirtus tua cuncta cingit.

Tu propria potentia uniuersis dominaris, à qua omnis ualētia, omnis uirtus salutaris, in dō omne posse rerū, singularum specierum.

Tu immeñs uirtutis, eluceſcit ut imbutis, sic ut facta potentia ad te sit imponentia.

Natu tibi cuncta parent, & quæ ratione parent, qui uirtute absoluta, omni else deſtituta, cuncta potes efficere, mundū in redigere.

Tibi dunata competit miraculoſe agere, tibi nempe mox suppetit, & ſupra legem facere, naturam, curſum, ordinem, rerum mutare ſeriem.

Creare, iuſtificare legem, ordinem formare rerum, cuncta ordinare, & naturas procreare, tuæ actus infinites ſunt uirtutis, ò fons uirtutis.

Tuā omni potentiā monſtras per evidentiā clariorē, ignoscendo, misericordia ac parcēdo.

Non tibi difficiilius, quo nō appetibilius, creare & extendere cœlum, quam plantę folium, hinc malum te offendere, tuū ad ducamur ſolium.

Tuā mōſtra potentiā in nobis p̄ clementiā, nos ſaluādo gratioſe nō condēnans rigorōſe.

Carnē, mundū, diabolū fac nos deus ſupare, omne quoq̄ obſtaculū da ſalutis ſupplātare, Dño omni potentiī inclite præcipienti, gloria ſit ſemper uirtutis & terrefrēſis & ſuperbia.

Laus dei ut pulcher.

Totius pulchritudinis primū fontem, te laudamus omnis claritudinis causam ſum-
mam commendamus.

Tu pulcher & pulcherrimus in te ipso es cōfiftē ò deus celeberrimus, decor in ſe pſubſi-
Pulchritudo separata, infinita, incauata, idealis & fontalis, ſimplex ac ſubſtantialis eſt, & deus radiō, & p̄ cunctis gratioſe.

Porro tua eſt natura pulchritudo, neſtituta fine ſue claritatis, lucis ſancte puritatis.

Pulchrū illud appellatur, in quo uifus delectat, & pulchrū ſpiritaliter, qd̄ agit ordinaliter, Hinc tu ſpeciosissimus, nam delicioſiſſimus extas uifui inētali, actu quoq̄ aeternali tibi congruentiſimo agis ſemper digniſimo.

Lucis ac pulchritudinis, ſplendoris, ſanctitudinis tuæ deus nullus finis, hinc exulto quā-
tus cimetiū immensa in te uernas claritatē non me ſpernas.

Luce ac ſapientia, ueritate, iuſtitia, ſanctitate, charitate, nūl in uniuersitate uenustius, ſplen-
didius, p̄aclarius, candidius.

Cum ergo per ſentiam tu ſis uniuinq̄odq̄ horum, patet reſplendefcentia in tuā deus
criminorum eē penitus expētem & negantem haec inerter.

Ioan. 14 Tu enim ſapientia, ueritas & iuſtitia, lux, ſanctitas & charitas, cuius decoris claritas eſt o-
mnino infinita, corde lætor esse ita.

Nullæ in te ſunt tenebræ, nulla defectibilitas, lux tuū precelebre pura defectabilitas.

Stellæ, angeli, ſol, luna, uniuersa mēſ ſenſata, pulchritudo te o una ſupet, uere lux beata.

Tuā ſpeciositatem eleſti per pietatem ſumme optant propiceſt; nam hanc clare inſpi-
cere plenam beatitudinem, ſciant per certitudinem.

Te uidendo ſumme gaudent, nec te intueri audent, abſ timore reuerēt, teq̄ ſine fastidio,
in uitæ ſtillicidio cernunt plene lata mente.

In

DE LAUDIBVS SVPERLAUDABILIS DEI.

143

In tua pulchritudine contentāter delectant: hanc cū affectitudine incessanter contēplant,

Venustate corporali decorasti tam magnali cœlos, astra, elementa, qua interna ornamen-

ta p̄aſtificisti creature ſpiritali, gratias pure.

Non dunatax naturali, ſed & ſupernaturali miranda pulchritudine mentes ornas angelō-

rum, cordiumq̄ humanorum, deſificanti lumine.

Intueri te glificamus cū ſummo defiderio, propter te & contēnamus terrena, bono tædio,

Carnis decor non delectat, pulchritudo quem delectat tua, deus ſpecioſe, p̄ter iſtā nil af-

fectent mentes noſtre, que nunc ſpectent te per fidē radioſe.

Decoris cōmuniōne tui expers nillinquitur: qua participatione ſubtracta, mox collabitur

omnis decor huius mundi, tua luce nunc abundat.

Omnē culpe prauitacē, paſſionum pceditatem procul pelle deus ſancte, uirtutum pulchri-

tudine, donorum claritudine, nos adorina, deduc ante.

Honor, uirtus, laus, latria, gloria, in uia & in patria oſerāt, p̄ſyncero tibi deo, ſummo, uero,

Laus dei ut perfectus.

E Ns perfectum absolute es tu ſolus noſter deus, mens cōtemplans te acute, id agnoscit **Dante ſe**

Extra genus & ordinē, ſup oēm indaginē te pſectū cōſitemur, teq̄ plenū reueremur,

Quicquid tibi aſcribitur, & quicquid es aut diceris, cū immensa id dicitur plenitudine, mi-

a. Cor. 6.

ſeris miserere diuifime tu deus perfectissime.

Ob id omnis nobilitas, omnisq̄ excellentia eſt in te ò diuinitas, cum ſumma opulentia ſine

limitatione, abſq̄ imperfectione.

Quod inefſi q̄ deſte melius ſimpliſter, id te eſſe, & inefſi tibi, famur humiliter, perfecte,

Eph. 4.

omniſarie, te amemus plenarie.

Tu à nullo es ſortitus quippiā perfectionis, ſed es tu ſis redimitus, expersq̄ defectionis.

Nihil enim imperfectu, niſi ut à fonte ſectu, ſua eſt perfectioniſt ſed tu fons in cūctis bonis,

Diues omni potentiā, non nūni poſidentia: tuq̄ quippe diuinit̄ lux, uita & delicia.

Ephe. 4.

Plena ſufficientia, immensa ſapientia, omnis boni habitio: felix tui ſruitio.

Tuam nos perfectionem, iubes deus imitaris per uirtutū actionē uis noſtobi conformari, ut

ſumus ope gratiae, quod es natura facie.

Impfectū noſtri deo apſice clementiſſime, nō nos ſpernas p̄ rector reos, creator p̄feſtatiſſime.

In te ſolo gaudeamus, & perfectū aſcribam ſummo tibi, fons bonoꝝ, ò p̄fector p̄feſtoꝝ.

Honor, uirtus, felicitas, laus, hymnus inceſtabilis ſit tibi diues trinitas, rector imperturbabilis.

Laus dei ut ſimplex.

CVM te cōpoſitio, ſit ſignū indigentia tibi primo principio, non inefſt fons eſſentia.

Purae hinc ac infinita deus eſt ſimpliſitatis, nūc confuſi mox abite, qui materialitatē

quid putatis in hoc ente, ſummo deo non egente.

Quicquid in te, id tu ipſe, quicquid habes, es id ipſe, p̄ter id quod relatiue fertur de te po-

ſitue, relatione reali, & ad intra aeternali.

Tuū eē puriſſimū, in ſe uere cōpleteſt, orī eſte digniſſimū: nec mixturā cōpatitur: ipsum

quippe omne bonum, fac cor meum tibi thronum.

In te excellentiſſime, perfecte, ſimpliſſime, cōprehendis dignitatē omnē ac nobilitatē, ha-

bens non additamentum, in quo omne complementum.

Cum ſis primus absolute, primum rerum principium, ſumme ſimplex tu imbute faris, nūc **Eſa. 44.**

tolle uitium.

En limitatis materia, contrahens differentia, artans potentialitas nulla in te, & deitas.

Ideo incorporalis, illo calis, intemporalis & incircucriptibilis es, atq̄ inſenſibilis.

Denic̄ tu aetus purus deus cūcta diuerturus, nec diuertitas modoḡ illa in te, dux bonoꝝ.

Tuā ad ſimpliſitatem aliquā materialitatē fert natura angeloꝝ, ſortis eſt compoſitor.

Quād̄ tibi mēſ propinquat, tāt̄ ſit ſimpliſormior: hinc da ei ne deliquat, ut ſit deſormior.

Tanta extat ſimpliſitas forme ac perfectionis, exclusi ſo diuinitas omnis incompletionis.

Superefſentialiter, incommixtionaliter eſt ſubſtens, in te ipſo, qui à cunctis bonitate pro-

priac̄ puritate eſt diſtrictus eo ipſo.

Mētes noſtras ſimpliſca, ne mūdanis ſint intentare: eſt tibi gratifica, cordis auge ornamēta.

Omnis noſtra intentio, in te ſemper ordineta: aetus noſtri ſimprefio, in te pure inoderetur.

Tibi o beate deus hymnus, decus & gloria, ſalus, uirtus plafteſmeus, te laudē mēte ſobria.

Laus dei ut infinitus,

Infinitū

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

INfinitum te temerum, infinitatem docemur, tibi primam intrinsecam, naturaliter infinitam proprietatem propriam, formalem, perfectioriam.
Extensua, corporalis, non est ista infinitas: intensua, spiritualis, censetur de diuinitate.
Tuam namque diuina sequitur mox essentia forma simplex, quae dicitur, non habens extetim, stans in se & non recepta, terminatum non adepta.
Infinitus dignitate, uoluptate, sanctitate, uirtute, sapientia, luce ac felicitate, pace & sedulitate, omnique opulentia.
Porro ut ad omne dicam, & de manna frangam micā, haec beatam infinitam tua, summa diuinitas, immensa est perfectio, quae nostra sit electio.
Dum uis homo contemplari dei hanc infinitatem, uites tunc imaginari ruditer per quantitatem, pura cum abstractione cerne deum ratione.
Omni in nobilitate, gaudio, suauitate, splendore, pulchritudine, deus ac celstitudine, immensus es totaliter, hinc laetor cordialiter.
Tuo deo cōparatus totus mundus est arena, qui immenso dominatu cuncta uincis, uita uena.
Vniuersis praeclarior, & in cunctis suauior es incomparabiliter, dulcior, amabilior, maior, ho norabilior es interminabiliter.
Omnes uirtutes finitae sunt pendentes de fons uitae per te primum infinitum, aliunde nil sortitum: uirtus namque es uitutum: presta nobis cor imbutum.
In mensura et pondere, ac numero effundere uniuersa dignitates, cuncta tibi conformasti sic, quod tu perseverasti altior his, usq[ue] fatus es.
Ante mundum tu non solus, & post mundum non praevetus, te adorat celus polus, omnis colat te iuuentus.
Supra mundum non elatus, infra mundum non calcatus, tu in mundo non inclusus, extra mundum non exclusus.
Tua deus infinitas, extat in infinitatis tua praeexcellencia, immensa opulenta, cui uigilatio, summa regalatio.

Laus dei ut felix.

SVmma, plena & immensa tua deus felicitas, independens, tamen intesa, ut tua est diuinitas, tua beatitudo, tua extat essentia in qua summa plenitudo, omnis boni presentia.
In te felix possessio est cunctorum optandorum: quid tibi desit nescio, seu bonorum, aut pulchrorum.
Esse, & felicem esse, in te id est omnino neque tibi hinc decesse, quid felicitatis simo.
Ob id tua felicitas substantia non accidens est, quae tibi diuinitas, idem nequaquam decidens.
Tui immensa laetitia, immensa delectatio, cuncta corda felicia, te habent summa ratio pro objecto & mercede deinde quid agamus foede.
Tu superbeatissime de propriis diuitiis gaudes naturalissime, cunctis plenus deliciis.
Tu te ipsum contemplando, cernis plene te perfectum ergo in te gloriando, uoluptate per directum intensu es immensus plenus, & incomprehensa.
Solus plene creator comprehendis, cernis, annas, uides in te dominator omne bonum, qui proclaims in scripturis, te beatus, omni pulchro consummatum.
Nam omne excellentia, decor, opulenta, gaudio cum semper, te uides per essentiam possidere, scientiam funde nobis de superno.
Te cernendo gustu gaudes infinitae dulcedinem: te felicem decent laudes, interne fons pinguendinis.
Amplius tibi proprium est, licenter gloriaris in te, origo omnium, lux qua precor illustrari.
Sonus in te omnem habes rationem glorandi, in quo prorsus nulla labes causa ue no exultabis.
Nihil quippe aliunde es sortitus, rex abundet & subiecta tibi cernis, quicquid non es ad fidem uernis tuis, summe dominator super felix imperator.
Quicquid melius habere que non, scis te possidere immensa plenitudinem te tibi scis sufficere, per te nec te suscipere quecumque studine.
O quam sancta, purissima, quam voluptuosissima, eterna, nobilissima ac immutabilissima tua est beatitudo, deus prima rectitudine.
Qui habes pro diuitiis omnem sufficientiam, itemque pro deliciis simili plena gaudientiam de te atque creaturis, tuis gaudens in facturis.
Insuper pro potestate habes omnipotentiam famam pro celebritate, laude: obstupescientiam omnis mentis te laudantis, admirantis, contemplantis.

Nec

DE LAUDIEBUS SVPERLAUDABILIS DEI.

44

Nec aeternitas deest tibi, diuinitas: pro qua gubernatione possides totius mundi, per aeternam radicem eius rex post te profundi.
Quicquid bone uoluptatis, ueracitatis, suauitatis, solatij & gloriae, felicitatis propriae compertum statuerit, fluxit a te, parce satis.
Dolce beatitudinis das futurae prælibamen, uicissim rore luminis nobis factus relevamen.
Ab omni nos miseria, clade & calamitate salua, concessa uenia, ad fruendum uoluptate: concupita in patria pia nunc fer solatia.
Infinita laetitia, pro qua spernenda uitia, tibi deo dignissimo, domino felicissimo cum summa reverentia, ac iugis diligenter.

Laus dei ut incommutabilis.

DEUS sancte non mutaris, finis noster salutaris, perfici aut minorari, nusquam queunt de te fari.

Solis immortalitatem habes plenam rex aeternae, nam immutabilitatem puram habes dux superne.

Nouisti inchoatio, ueritas & cessatio nulla in te reperitur, ad te mente pura situr.
Manens inuariabilis, mutabilia plasimasti: permanens immutabilis haec moueri condonasti.

Optima aeternaliter stas in dispositione super plenus ueraciter omni delectatione.

Tua immobilitate manet in stabilitate totus mundus sensibilis, res omnis defectibilis.
Prefixisti periodum uniuersis mortalibus, ad te fertur uariodium quicquid factum in entibus: ipse quoque angelicæ mentes create cœlicæ.

Quicquid immortalitatis, potestatis, firmitatis habet omnis creatura, a te fluxit o mens pura.

Tolle cordis euagationem, confer ei fixionem, in te semper nobiliter gratiarum actionem, iugemque laudationem in immolamus humiliter.

Laus dei ut uolens & liber.

IMmota cōplacentia est uoluntas in te deus, egentis appetitiae non est tibi, deus meus.
Suma, prima, liberrima, præpotens, celeberrima uoluntas tua domina, iniusta aut insipiens haec ipsa esse nequians, colenda est ab homine.

Est enim sapientia, ueritas tua & æquitas, ut idem in essentia & perfecta synceritas, regulatque certissima æquitatis uerissima.

Obiectum primum, proprium, tuus deus uoluntatis, bonitas tua: sobrium da cor, de fons libertatis.

Idcirco necessarie amas & uis te creare: cetera que sunt uarie libere uis o dominator.

Voluntate præcedente, uniuerosis saluatoris uoluntate consequente, tu electos uis beatificare.

In hoc tua uoluntatis claret omnipotentia, quod in uniuersitatibus gyro, cuncta placentia ut uis sponte tu producis, nos splendore imple lucis.

Tuo uelle nil resistit, ei pareat quod existit in omni rerum ordine: iuxta eius propositum, euia agis ad libitum, sapientia dictamine.

Bonitas tua, ratio est tibi, mea salutatio, diligendi & uolendi, quae creasti fons effendi.

Tibi deus uelle, esse & uoluntas, essentia, tibi clarum est subesse, cum uis posse per existentia.

Omnis uirtus affectua & libertas uoluntua, est a tua uoluntate, que ad nihil est dependens, & ab ea est descendens quicquid est, o rex beatus.

Cum sis deus causa tui, neque obligeris cui, operaris liberrime, mundum regens pulcherrime.

Omne honestum, uoluntas tua approbat: detestatur ut molestem, culpam omnem ac reprobatur.

Quicquid contra uoluntatem tuam fit aut queritur, id censemus prauitatem: & haec uoluntas legitur propria, inordinata & rebellis, ac priuata.

Idem extat rem creare te uolente & agente: quicquid demum operari es dignatus plamere.

In tempore tunc fecisti, & sic prout decreuisti, ipse in aeternitate, fixus in stabilitate.

Tuam semper impleamus uoluntatem & colamus, hanc laudemus, adoremus, & in cunctis honoremus.

Vt angelum in patria, sic in terra fint, gratia succurrente, uiatores deus, tuus obeditores.

Laus & magnificentia, grates cum reverentia, tibi deus bona uolens, sancte iussor, mala nolens.

Laus dei ut sanctus.

Tu

Allias, omnia.

I. Tim. 2.

Sep. II.

Roma. 9.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI.

Luit.19.
Esa.6.

TV solus per esentiam sanctus, q excellentia tam habes sanctitatis, uniuersis praetextis, quantam & sapientiae, bonitatis, potentiae,
Cunctis ergo es sanctior immens & praestantior, nihil quoq ad te sanctum, qui præfulges cunctis tantum, ut id nec mens concipere, nec lingua posit exprimere.
Tul separata sanctitas, in se subsistens puritas, omnem uitute continens, omnem decori emines. Qui habes simplicissime, per naturam plenissime, quicq est perfectiois, fons sanctificatiois. Oidea sanctitatis & exemplar puritatis, in te pura affectio, superferuens dilectio, sincera contemplatio, præclararia operatio.
Rite sanctus appellaris, cum totius agnoscari boni exemplar honesti, tibi nihil admisetur, nec inesse quid censemur de impuro mente ueisti.
Sancta es mens, summe recta, cui omnis mens subiecta: nam tua contéplatio, uita & operatio est perfecta unde quaq te honor ē usq; quaq.
Immensa tua sanctitas cum sit tua esentia: nulla quippe o deitas, te ornent accidentia.
Nullū, culpæ obprobriū in te est, cui propriū nec peccare, nec errare posse: ad quem ordinare debet homo se & sua sciens, cuncta esse tua.
Cum sis rex, summus finis, quando mentē sibi finis peccat, à te recidendo, cum ad nullū ordineris, finis tibi: sed uoceris nusquam peccas in agendo.
Quid nam labi & peccare, nisi à te deuiare rerū ultimato fine: hinc nos in te roborare deus semper tu dignare, haec intrare ad te sine.
Omnes nostra iustitia ad te fontem munditiae, sunt ut pannus menstruatae, uniuersi hanc pensate.
Sanctus in omni opere adesto nobis propere, te nequit quis arguere: fac mentē te induere, que in angelis peccati repperisti ens beatum.
Tu cordis sanctimonii ubes, amas, remuneris: munditiae idoneā exquirentes connumerans, sanctis quibus spopondisti te uidere, ut dixisti.
Vniuersae sanctitatis origo es & ratiō lucē tuae puritatis mea petit precatio.
Sonus mundas iniquitatū, solus soluens es peccatum: omni ab iniuitate munda nos inuincit.
Iuste, sanctitate incessanter, nos perorna miseranter.
Nobis purum da affectum, illustrati intellectū, in te mundam memoriū, fixā ac dilectoriā.
Tuae deus sanctitati honor dignus impendatur: tuae sanctae maiestati reuerenter seruatur laus, honor, uirtus & gloria, tibi imperatoria.

Esa.64.

Dan.9.

Dan.3.

Esa.42.

Hiere.12.

Ecclesi.

Roma.11.

Sap.12.

Iustus es tu altissime, cunctis reddens & quisiū quod est iustū ac merētur, in omni tuo opere & equum, piūm, componere ita uis, q communiscentur.
Pietas nam & æquitas in omni actu, deitas tuo simul sunt permixtae semper queramō felix te.
Dum iustis misereris, iuste illud perhiberis ex parte tua agere: nam tanta tua bonitas, ut iustū sit te deitas indignis benefacere.
Iustus tu es, ad te ipsum qui impendi uis id ipsum, tibi q debetur deo, obedire tibi eo q sis summus dominator, uniuersi q creator.
Alteri tua gloriā non das, neq sculptilibus das laudē tibi propriā: nos orna laudabilibus.
Sed honore & gloriā requiriā laudatoria, dari tibi finaliter: sperniā te discendentēs, æquitatem relinquentes, cum sis iustus ueraciter.
At iustus es ad alios, qui iubes inter famulos tuos seruari & exigitate, qui nec malū impunitū, neq bonum non sortitum digna, linquis per ætates.
Iustum facis iudiciū angelis & hominibus, gaudiū aut suppliciū cunctis confers spiritibus.
Vbi cuncti cederit lignū, nonne erit ibi: sic quo statu obierit homo, adducetur tibi, hacq in affectione manet sine uerione.
Immensa tua æquitas est adoranda deitas: ob id nil inordinatum derelinquis, sed peccatum ordinans per iustum penam, iustis præbēns te amoēnam.
Qui peccando, voluntati suæ nimis contra tuā hasti, fauens prauitati, iuste penam contra suam voluntatem latit reus, iuxta tuū uelle deus.
Quām incōprehensibilis in multis est iustitia tua deus horribilis, cuius extant iudicia tanq pelagus immensus, nam transcendunt omnem sensum.
Nil permittis, nec quid facis fine iusta ratione: nullū premis deus pacis ui, sine acceptione personarum tu iudicas absq rancore uindicas.

Perpetuis

DE LAVDIBVS SVPERLAUDABILIS DEI.

145

Perpetuis ignominiam, iustum facis iudicium: nullamq iniustiam ualeat quisquam aut uitium in te deus pto restari, neq te calumniari.
Tua uirtus, initium est tortius & equitatis, mensura & principium omnis legis ueritatis.
Creatis intellectibus impressi, synderelin: quos doces in affectibus, ut odiānt hypocrisi.
Tibi iuste famulemur, & quo zelo inflammemur, operantes & discrete, omnem culpam de- testemur, tuæ menti conformemur, obsequentes tibi late.
Tibi superiusto deo, pleno, summo bone meo, perennis reuerentia, hymnus, magnificientia incessanter immoletur, & mens in te inflametur.

Laus dei ut misericors.

O Deus suauissime, tu pius naturaliter, o princeps clementissime, benignus es totaliter. Iohel.2.
Tam paratus indulgere, ut quocunq in momento ingeni scit homo uere, mox purgen fcedamento.

Proprium ac naturale tibi deus ens magne misereri & parcere: sed uicisci ac perdere, ex nostro tibi competit, ut peregrinum suppetit.

Alienum, peregrinū opus hoc, o ens diuinum tibi deus sempiterne, bone, pie, nos cōcerne. Ex te sumis, unde nobis præbeas te gratiosum: sed ex nostro, nostris dolis ut te monstres rigorosum.

Misericors, longanimes, mitis quoq & patiens faris à pījs animis, quibus es benefaciens. Psal.102.
Passiones per affectum non haec tibi ascribuntur, uerum parem per effectum in te esse diffi- runtur; cuius mens immutabilis non est passionabilis.

Iubes misericordiam, ei promittis gloriā, misereri clementibus te pronū spondes mētibus. Matth.5.

Cuius miserationes super operationes tuas sunt omnes: eteras: te laudantes non deseris. Inmensa, ineffabilius tua deus clementia: aliter nostra fragilis qualiter subsistens ferret te, & salveretur, & non magis damnaretur.

Sed desperare non possumus, qui te tam pium noscimus: hinc grandi confidentia spero in tua clementia.

Sed ne nobis desit timor, tuus rigor sicut rumor, tua pietate minor nō est, hinc uereri simon. Mille modis quotidie parcis nobis eximie: iudas, sanas & ignoscis, nos cōuerti ad te poscis. Heb.12.

Inbreui cœli, solis lumen, bonis, malis das o numeri semper reconciliati promptus atq; sus- fragari: dona infuper naturae nulli negas creature.

Reos nos & transgressores tu offensas ad te vocas: tam ingratos offensores pœnitentes in te locas, ut tui siant filij, inuitas fons auxiliij.

Tam inimicam pietatē quis miretur sati digne: tua deus bonitatē adoramus rex benigne. Sap.11.

Mentem da misericordem, dulcem, piām & concordem, clementem omni proximo, omniē aufer cordis fordem, intellectūque cordem tibi iungamur optimo.

Ofonis omnis pietatis, tibi semper à creatis laus & honor impendatur: rex tibi clementissime, deus amabilissime, omnis homo obsequatur.

Laus dei ut amans.

Cquis, amor appellaris, qui à pījs p̄e amaris: tu amor per esentiam, amoris uehementia, in affectu succendi, statim flammam hanc impendis.

Vitioq; rubiginē, carnis quoq; pruriginē tu consumis isto igne, nobis cōfer cor insigne. Ignis ardens noui nocenter in me arde uehementer: te amor sine germe non reliquit pulchritudinem, nam amore cuncta gratis es molitus pulchre satis.

Nil seruas tibi propriū, torum te communicando non tibi hoc in glorium, dona nam mul- tiplicando per omniē gyrum entium, misereris egentium.

Nil odisti quod fecisti, quo adid quod tribuisti, ð amator animarum, manens tuo in amore unita gratia: splendore reuelator scripturarum.

Anians tunc, in te manet: habitas in te amante: amor nostra corda saner, tuus sim corde æstuante.

Vt uoluntas, ita amor inest tibi, quem non clamor est oblectans sancte deus, sed deuotionis seruor: mentis uiribus eneruor, dum te pēsco frigens reus.

Cuncta te amare scimus, conformata nam sentimus ea tuę bonitati, cui sumus semper grati. Tu es ardor roborans: te mens nostra sit implorans qui te amas infinita charitate per- ignita, cum gustu p̄e dulcissimo, æterno, iocundissimo.

Onnis nostri boni causa tuus amor est, repausa in cordis nostri thalamo, scribe menti cum calamo.

C Tuæ

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHVSIANI,

Tuæ deus charitati grates semper referamus; præsta ut immaculati te colendo maiestatis.
Charitate nos accende tam diuina quam fraternalia; ad te ipsum cor suspicere, contemplum superna.
Tibi honor, laus & decus, menti fulge cum sim cæcus, deus à quo purus amor te honorans felix famor.

Laus dei ut æternus.

TE æternum reueremur, à te cuncta confitemur emanare, dependere, præter te nil æternale, nil independentia cuncta constat re egeri.

Vita interminabilis consumata perfectio, tota simul nō labilis in te summa dilectio. Itur non in infinitum: ergo est ens nō fortitum, increatuum, incausatum deus rite nominatur idq; deus tu deorum, pater & rex seculorum.

Scimus hanc æternitatem tuam esse deitatem, quæ omnes differentias temporis extendentias simplicia in se comprehendit, super cuncta se extendit.

Omni horæ coassit in extenfaq; constitutæ anni innumerabiles ad te, ut punctū, labiles. Illo nūc simplicissimo quo ante cuncta secula fuisti stabilissimo es nunc temporum regularis nequam factus senior sed neq; in auctorior.

In æternis præsentia es à summa essentia: cui fore & fuisse ascribuntur, sed demisse.

Nam tu deus ipse idem, in quo nec cras neq; pridem, sed inextremum hodie, me tuæ do custodiæ.

Nullum tempus te metitur, tuum esse non finitur, tuum nunc æternitatis est natura deitatis, fixa manens, nunquam fluens, nunquam mota, tuos tuens.

Tempus ab ævo iussisti, ævum quoq; ab æterno ire rebus qui dedisti in instituto cum super no durationis mensuras, dum plasmati has facturas.

Tuæ ad æternitatis nos deduc participium: mentem uanis à creatis reduc ad te eximium.

Ad æterna contemplanda mentem semper clarifica; ad diuina amplexanda Christianos dignifica.

Claritas, benedictio, omnis laudis conscriptio, tibi summe deitati, adoranda maiestati.

Laus dei ut incomprehensibilis & ineffabilis.

Mentis tu capacitatem et transcendentiam infinite: cuius actualitatem infinitam scimus rite: hinc comprehensio nosce te, fatemur nullum posse.

Ob cognoscibilitatis tuae preeminentiam superas capacitatibus nostræ intelligentia omne mentis hinc acumen vincis, adorandum lumen.

Nemo uita in præsenti utens sensu ne dum mente, conspexit te per speciem: nempe per hanc manerientem te uidere, felicitas patriæ est dæ trinitas.

Porto q; perfectionis, lucis ac stabilitatis sis immensa, rationis probat uigor ex creatis.

Ob id te comprehendere, te complete intendere nequit mens, cuius uigor sit immensus, sub quo ligor: & hæc nulla nisi deus ipse tu, rex deus meus.

Quia causam nullam habes, palam q; non sciri uales: cum scire sit cognoscere rem per causam: hinc noscere te plene, tibi proprium, o primum directorium.

Tua quoq; simplicitas, te beata diuinitas dat incomprehensibilem nobis, & in dicibilem.

Quis enim queat capere esse, posse & agere, quo sint modo in te idem, cum noscamus per te fidem.

Esse liberum agendo, necessarium essendo, liberum operarium, cum ens sis necessarium.

Tu tenebras, latibulum, ponis tuū ut uestibulum: lumen inaccessibile, habitat inuisibile.

Immensa tua claritas, quam non ualeat capacitas nostra clare conspicere, hæc diuina est caligo, intueri quam supina mens non ualeat splendifere.

Te per abnegationem melius intelligimus, q; per affirmationem, quem altiorem dicimus cunctis proflus infinite, mihi semper da cor mite.

Hoc te uere cognoscere ut constat, te depositare, te supersubstantiale, superaltum, abyssalem substantialiter, laudare deuotalter.

Tibi enim & creatis uniuoce nil competit: à te fonte maiestatis uniuersum ut experit, mens occumbit in immensum: fleo te à me offensum.

Quid non sis deus quam quid sis, melius nunc concipimus; immo ignorantes quid sis, quid tu non sis, apicimus.

Tuam sanctam essentiam nemo ualeat enarrare: iuxta nostram potentiam, non cessamus hanc laudare.

Hinc

DE LAUDIBVS SVPERLAUDABILIS DEI.

146

Prover. 2, 5.

Hinc scrutator maiestatis opptimetur à gloria, causam uniuersitatis te mens summa re ecto-
ria penetrare qui nititur præsumptuosus dicitur.
Ex lege, actu, ordine, cursu naturali rerum, te speculamur domine in stitor specierum.
Ex fide & miraculis, scripturis & oraculis altius te contemplanus ampliusq; admiramur.
Vt effectus effectorem modo quodam repræsentat, sic te summum cōditorem uniuersum
hoc ostentat.
Nam creatura radius creatoris perhibetur cursus ordinarius, lux, naturaq; cōsetur, scala ad cognitionem tuiner per rationem.

Leu nos ad gratiosam tui contemplationem, præsta fidem radiosam ac beatam uisionem.

Honor, uirtus, latitudo cum ingenti latitudo offerantur altissimo, tibi deo dignissimo, cuius ex-

tant iudicia incomprehensibilia tanq; abyssus nimia.

Laus dei ut excellens.

VNiuersis sublimior, perfectior, felicior es tu solus infinite, deus sancte, lumen uita:

Ela. 5, 1.

Totus mundus quantitate non sic excedit puluerem, quantum tu in dignitate cun-
cta, mentem non uulnerem.

Nec parem nec contrarium habes creator matrem, sed rebellum conuersatuò summū dili-
gibile, nil tibi fertur simile, ni distanti imitatu.

Ecc. 4, 1.

Maior omni preconio, uoto, cultu idoneo, immensa uenerentia dignus, quem tremunt entia.
Tam profunde, humiliiter, decenter ac seruiliter: nulla ualeat creatura tibi o maiestas pura,
se subdere, ac spernere, inclinare, prosternere ut est dignum per respectum ad te primum
intellectum.

Omnis iam sublimitas angelorum stationis distat à te diuinitas graduum perfectionis insi-
nitis distantis, nos purga ignorantis.

Da sincere contemplari, aniorose amplexari, tuam præ excellentiam: hanc solerter uenera-
ri, sapienter admirari, per tuam influentiam.

Tibi regi altissimo, inclito, potentissimo, sit summa ueneratio, æterna adoratio.

Laus dei ut idea & exemplar.

TVa deus essentia, est idea omnis entis, ut est à sapientia, tuæ sempiterna mentis conce-
pta, imitabilis, rebus participabilis.

Omnes sapientissima, cuncta agès intellectu, ratioe certissima, te spectemus cū affectu,
Casu siue fortuito nihil prorsus operaris, in instanti gratuïto facis id quo delectaris.

Hinc formā tui operis in te uidere ponoris, qui distincte cuncta noscis, actuq; causas poscis.

Nec tu primus actor rerum, æternis, immutabilis, aliunde sumis uerum, aut cuiusquam crea-
bilis rationem exemplarem, speciemq; idealē.

Vniuersa in te splendent, ut o deus à te pendens, hæc distincte contemplaris, propriisq; ope-
ratis formis cum idealibus, æternis, exemplaribus.

Idearum pluralitas in te est, quo ad creatuam cui singularitas non obstitit, lux beata neq;
summa simplicitas, superpura diuinitas.

Hæ ideæ in te deus, lux, uita sunt & ueritas: suntq; creator meus, in quo plena amicitas,
cognoscendi principium agendiq; initium.

Hæ sunt formæ principales, summae, fixæ, eternales, iuxta quas à te formatur quicquid agis
aut creaturæ: hi fontes splendidiissimi, uberrimi, plenissimi.

Tanta inest uis ideis, sapientis ut sine eis nullus queat consistere: nullus absq; his saluat, nil
seruatur, gubernatur: has deus opto disceere.

Hæ sunt mundi archetypus, arsq; tuæ summae mentis ab his rerum ordinibus, formæ sunt
pro ornamenti, cordis anachoretico contemplatur has splendentis.

Per exemplar formaliter, ratione finaliter, clarum est te operari efficientialiter per ideam,
nec aliter debet quisquam operari.

Tunam cunctorum ratio es, exemplar & idea neq; horum distinctio realis, salus mea.

His ideis concupimus illustrari, quamvis limus per has fac nos sapientes, ad te semper intè
dentes: cui honor, laus, potestas, adorandaq; maiestas.

Laus dei ut prouidentiam habens.

Tibi summo opifici competit prouidentia, uniuersi pulchritudini, cunctorumq; regentia.

Nempe quem constituiti alium super fabricam mundi, quem tu condidisti, mente

præsta almaticam.

Porto decoro ordine mundum gubernas domine, per naturas spiritales, res regendo cor-

C z porales

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

porales, hierarchiam per coelestem, nostram regens hanc terrestrem.
Regendi executio in est quibus commisisti, fontana institutio in te qui & decreuisti summa
per te gubernare, uoluntates immutare.
At te regem principalem & rectorem exemplarem, gubernantes subsequentes sunt mini-
strieruentes, tanquam tua instrumenta mente tremant te intenta.
Solus tua potentia, proprias sapientia, aut authoritate propria, prouides praceptorum.
A te omnis nam potestas, plebis culpa domineas regnare das hypocritas, reges iustos da
bonitas.
Iuxta hominum merita, quae uides ab his edita, saepe confers praesidentes, fructuosos dare
gentes: dabo inquis tu per legem, in furore meo regem.
Quædam regis sic, ne errent a te fine, sed enarrent tuam semper clementiam: quedam ita
quæ falluntur, certis horis & labuntur, per insufficientiam.
Iuxta suas nam naturas cunctas regis creaturas, rectis nec necessitatibus imponis per potestatem.
Hinc a fine usque ad finem attinges deus fortiter, & a summo usque crinem, cuncta disposita suauiter.
Sic regis immortalia, ut irrationalia non resuimus usquequam, bruta pascens, flores ornans,
prouisit cuncta tornans, nos gubernans, liquaque.
Hominum actus amplius, uerba, gressus, cogitatus atredis uigilatius, uero hæc, meditatus.
Magna nobis est indicia iusta, ut nec necessitas: namque coram te inuicta maiestas, qua nos so-
nas subiecti semper uiuimus, a te uicem suscipimus.
Te esse prouidissimum, uniforme ac stabile, mundi pandit certissimum regimen ammirabi-
le, cui hymnus, honor, grates, iudex iuste, qui non lateat.

Laus dei ut praedestinator & reprobator.

VTres intellectuales primum gradum fortuntur in creatis, ita tales eminentius regi-
tur a te ac singulariter, curantur paternaliter.
Nam ad supernaturalem finem deus has fecisti: euidem ad faciem tuum aspergili
has egisti.
Tibi liberalissimo, super bono, sanctissimo, non sufficit naturalem, propter finem, mentem
talem procreare nec naturæ, ornas eam donis puto.
Nam supernaturaliter hanc perficiis totaliter.
Ad hunc supernaturalem nequit finem eleuari, ni per opem gratialem condigneris suffi-
gari, gratias per consummatas, iuuans mentes has creatas.
Ergo hos praedestinasse ab æterno per hiberis, quos ad finem ordinasse hunc beatum tu ce-
seris, quibus parasit media ad finem hunc egregia.
Quid nam praedestinatio est, nisi præparatio gratiae, nunc in præsenti, gloria & p[ro]pinsequentia.
Non sic omnes inueniunt deus tu praedestinasti: in quibusdam reuerende & quitatem co-
gitati tuam iuste declarare, quos te scimus reprobare.
Ad salutem ordinatis sunt electi appellati, ad infernumque præsciti reprobi sunt diffiniti.
Cuncta ob te operatus es, deus inscrutabilis: a te mundus est creatus, ut tua ineffabilis per-
fecatio in entibus luceret nostris mentibus.
Cum pietas & æquitas, perfectionis deitas tuæ extet dignissime, uoluntati rectissime in qui-
busdam pietatem, in nonnullis æquitate tuæ plene decorare te oportet formidare.
Sic fecisti uafa iræ, uafa item clementia tua in manu sumus mire, deus fons sapientie, ut lu-
rum manu sigillisti subdamus singulis.
Hoc secretum iudicium, uenerandum, non rimandum, misericordia initium cuius uis, ad salu-
dum: quemuis in duratum linquis, tibi uæ, qui contra, inquis.
Quamvis tua iudicia incomprehensibilia sint, non tamen sunt iniusta, sed tam æqua que uenu-
sta: nam idem in te æquitas, uoluntas, sagax ueritas.
Eo ipso hinc quo quid uis, sapienter iuste id uis: tua irrationalia non sunt iudicialia.
Nemo uenit ad te deum, nisi clemens trahas eum: quem uis trahis gratiole, quem uis linquis
rigorose.
Tua praedestinatio, liber uitæ appellatur: electorum signatio in diuina mente fatur.
Quam beatissimi sunt electi, quicquid modo patiantur: heu que miseri delecti reprobi sunt, proue-
hantur quantumcumque diuitijs, honore ac delicijs:
Imo quo plus prosperantur, magis miseri probantur.
Electorum collegio nos salvator connumerata in horum nobis medio gloria confer munie-
ra, cui honor, laus perennis, nos uirtutum orna pennis.

Laus dei ut terribilis,

Amor

DE LAVDIBVS SVPERLAVDABILIS DEI.

147

AMOR, dulcor, clementia, te præbent præamabilem: & quitas, ulciscientia, te monstrant
formidabilem.
Tremendus in consilio super filios hominum, sicut & in iudicio, angelorum te domi-
num in primis offendentium, ob idq[ue] mox ruentem.
O deus præteribilis, procul momentanea condemnas inflexibilis, uindicta subitanæ.
Angelorum pulcherrimum, effectum numc teterimum, cum cunctis adhaerentibus, secum
uane tumentibus.
Quam paudens es infligens, tempore ob delictum, pœnam sempiternam figens, reum
in gehenna uictum, eternali supplicio, uexans pro quo uis uitio.

Ira tuæ obuiare, quem contemnis, emendare rem testor impossibile: te seruili cum pauore
prauitatem abs amore, & cultorem horribile.

Sed timore filiali tanquam pater es timendus, cum affectu cordiali incessanter reuerendus: cu[m]
peccare prouissimum, a te linqui certissimum.

Reuerenti cum pauore tibi mentes angelicæ astant, atq[ue] hoc timore plenus extat n[ost]ræ cœ-
lice Christus homo, atq[ue] mentes uniuersæ, te fruentes.

Aliis, intrinse-
ce.

Penitus hic habet timor reuerentes attonitosite fruetes dat ut timor, nos bonis fac inolitos.
Tuæ deus maiestatis ex aspectu claritatis castæ, sancte, reuerenter timens sit indefinenter
tota nostra te natura, ò maiestas simplicia, pura.

Timorate, solcite operemur nunc salutem nostram clementer solite, tantam deus da uit-
tutem.

Tuo nanq[ue] tribunal i oportet presentari, & a te ultore malum tam districte iudicari. Tibi
honor, laus æterna in hac luce & superna.

Laus dei ut dulcis.

VEre dulcis es creator, dulcis in te p[ro]fator, uniuersæ dulcedinis causa, omnis clare-
dimis.

Omniem conuenientiam, odorum redolentiam, cunctamque suauitatem, proportiona
litatem, Harmoniam, melodiam, pacem atq[ue] cantoram contulisti fontaliter, cunctis exemplariter,
Ratio iocundissima, origo amoenissima, omnis es iocunditatis, bone cunctis in creatis.
Dulce sensum quod delectat, fertur in re corporalium rem quoq[ue] quod oblectat, dulce est
in spirituali.

Hinc tu deus dulcissimus, proportionatissimus es nam prorsus tuæ menti ac conuenienti-
simus, itemque sapidissimus tibi ipsi es uolenti.

Tu dulce in infinita, pura, separata, ita plena ut in se subsistat, ò dulce idealis, sancta, intel-
lectualis, nonquam cor a te desistat.

Tua deus est natura, pax suauitasque pura, immensa delectatio, in qua completa ratio omnium
deliciarum, abs mensura est earum.

Summa tua suauitate, cum iocunda plenitate sunt beati perfruentes, pleno ore combiben-
tes de torrente uoluptatis, qua potemur cum beatis.

Et deuoti uiatores, tui puri zelatores uicissim breui morula, ut contemplandi horula gustant
q[ue] sis dulcis uere, delectati te sincere.

Omnimenti pura clare tu sapis suauissime, que exorta te amare fastidit nobilissime uiles
carnis delicias tanquam foedas spurcias.

Cum his inferioribus, balsamo, inelle, floribus, tanta insuauitas, quanta summa ueracitas,
dulcedo tua in creatu, nullo fine terminata.

Ab hac immense deficit, omne q[ue] gustum reficit, odoratumque oblectat, dulcior es infinite,
cunctis simul ò fons uitæ: me præfertim id delectat.

Quam magna suauitas tuæ deus multitudo, quæ celas timiditatis cordibus, ò plenitudo,
Hanc à uanis elongasti, te amanti hanc nitorstrasti, renuentes consolati in caducis carnali-
bus, hac merentur recreari, saporibus suauibus.

Da gustare & uidere, que suauis es domine in tota mente abhorrete, omne q[ue] absq[ue] ordine nos
delectat in creatis, ne æquemur insensatis.

Corporalem mollescit, incessanter respuanus: mentalem superficie, in te fixam teneamus;

Laus tibi, salus, gloria, omnes consolatoria.

Laus dei patris,

G 5 Bonum

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,



Onus sui diffusum est & communicatum, communicabilitatis tuae.
Hinc ut bonitatis non est finis sancte deus, adorande factor meus.
Hinc fatemur emanare, a te germe aeternale, id te uere generare, tibi proportionale, co*&* ternum, co*&* mensem, quod transcendit omnem sensum.
In te est generatio, uera intelle*c*tu*s*, eterna emanatio, pura non materialis, immanens, immutabilis, nequam*p*erscrutabilis.
Tu mens actualissima, simplex ac fecundissima, deus hinc te intuendo, uerbū in te profers, gignis, nempe quod intelligendo in te uides mens insignis.
In te es loquens plene, prolem gignens sic amcenc.
Tu conceptum, subsistente*m* generas aeternaliter, presentantem, continentem, plene sp̄le, dentaliter.
Quicquid in sapientia, splendor tua & essentia, hoc uerbum sapientiae tuae plena expressio est o pater scientiae, haec fidelis confessio.
Lucis à luce fusio, actus ab actu fluxio, dei à deo natio, est ista generatio.
In qua nec imperficio est, neq*e* dependentia: uerum pura profectio perfecta effulgentia.
Hi produc*t* essentia gignente non inferior ambo*s* subsistētia, una qua nullus uerior: actus manq*e* & natura patris, sunt res una pura.
Rite uerbum hoc uocatur à pater tuus filius: nam à te originatur germē quo nil sublimius.
Iuxta similitudinē rationem, fons luminis, naturae identitate, & eiusdem unitate.
Cum ipsa generatio constituit emanatio, excellēs perfectissima, tibi primo principio, omnis boni initio, nest uere dignissima.
Non quis in te infecundus, per quem fertilis est mundus, qui das rebus generare, sterilis non debes stare.
Condilectum & dilectum habes pater tu perfectum, parentu*m* bonitati, ac immensae charitati: hoc uult plena felicitas, summa delectabilitas.
His amoris delictis nil suauius sentitur: charitatis diuitiis dulcissimū experitur, amorisq*e* complexibus nil dulcis ac nexibus.
Tu d^r pater adorande, pre*c*amande, predicande, natum habes co*&* qualem, summum, substanciali*m* omni*m* in perfectione: tibi patrem me compone.
Infinito, pre*f*lagranti, pleno, super*&* stuanti amas pater hunc amore, infinitū in splendore.
Cum incomprehensibili, immenso, indicibili ardore hunc amplecteris, filium tui pectoris.
Immensa cum laetitia semper ieronimī gaudio, superclarā notitia, pater sancte ut audio.
Vnigenitus inspicimus uerbum cordis qui simplicis tui, hunc non minus q*e* te ipsum amas, pater ens i dipsum.
Immensam complacentiam habes per intuentiam in hoc, tibi simillimo, nato ob nos humili.
Homo, superdulci, pulcherrimo, concordi, celebrissimo.
Vnum duntaxat filium gignis pater humiliū: uno uerbo nam dixisti, te & cuncta quæ sciuisti.
Pater pie, altissime, omnis fons paternitatis, nos age clementissime, natos tu*m* pietatis.
Te patrem filialiter colamus, integraliter honorem, laudem, gloriam, pronamus tibi pro*p*riam, summe deus benedicte, diligamus te iniuste.
Laus & gratiatio omnisq*e* honoratio tibi deo uni, trino, pra*&* amabilis omnino.
Laus filii dei.

TVimago patris paris, plena, uera, naturali, ratio*m* exemplaris, omnis entis mundialis.
Vna contemplatione se & cuncta intuetur pater generatione hinc & una perhibetur,
te uerbum suum gignere, cuius dotemur pignore: tu imago te gignentis, & exemplar omnis entis.
Tunata sapientia es, plena rationibus, splendor gloria*m*, entis suis ornans splendoribus: glori*m* genitoris, uerbum quo*m* sui oris.
Syncera emanatio lucis es omnipotens, interna*m* prolatio, dei intra se loquentis: speculū immaculatum, maiestatis es paternae, uirtus prima potestatum, sermo mentis sempiternae.
Tu character substantiae patris, fons elegantiæ.
In te summa pulchritudo, potestatis plenitudo, species in imagine, non nos raid in dagine scimus, Christetæ qualitas in te cum patre paritas.
In te cuncta intuentur, sancti qui te perfruuntur: à te mentes edocētur, in hac via & uisunt.
Fons quippe sapientiae, uerbum dei in excelsis, unius es potentie cum patre, nūhi tu melis.
Mundum

DE LAUDIBVS SVPERLAUDABILIS DEI.

848

Mundum patre producente, cuncta secum componebas, omni die gaudens mente, semper coram hoc cludebas.
Sis quāuis beatissimus in te ac perfectissimus, tuas tum delicias, tu omnes dūs diuitias, aīs cū natū hominū, esse te laudo dominū.
Cōprehendis prorsus plene, amas patrē pragmēne, intuēs aeternaliter supereffectualiter.
At quicquid es, potes, habes, te à patre sis sumprosse, in hac fide nulla labes, quam & scimus te dedisse.
Amore supereruente, penitusq*e* infinito, patrem amas tam intente, id degustem corde Ieto.
Immenso demum gaudio, ad hunc patrem te convertis negantem hęc non audio, fides certa haec expertis.
Tu in patris sinu mente quiescis aeternaliter, dele&tari in gignēte te, interminabiliter.
Vniuersæ rationes, charitatis sancte, mere per considerationes, inter te & patrem uere esse plene comprobant, hi qui à te illustrantur.
Urimutu amatio, plena communicatio, identitas & essentia, claritas intuentig, uoluntatis conformitas, nulla culpa& enormitas.
Sūmaq*e* similitudo, infinita pulchritudo, in uno generatio, in altero filiatio.
Opatri sapientia, mane in conscientia, uia nobis sis ad patrē, nostrū te fecisti fratrem.
In te semper gradiamur Christe uia ac ueritas, & felices perducamur ad te, lux, uita, deitas.
Laus, uirtus, adoratio, sempiterna laudatio, tibi patre cum non nato, spiritu*m* in creato.
Laus spiritus sancti.

Ex patre atq*e* filio, ut ab uno principio procedis sancte spiritus, ut docemur diuinitus, deus uerus ab aeterno, cuncta regens de superno.
Pater quippe & filius unum, nil mirabilius, quo te spirant consistentes unum sunt, non differentes.
Esnan*m* emanatio, uoluntatis tanq*e* amor: hancq*e* fidelis latio philosophicus non clamor in te patre atq*e* prole, unam pandit, tu nos cole.
Pater & unigenitus inuicem se diligentes te spirant: sic es editus, condilectum te habentes, te amantes infinite, tantum ut se, tu fons uite.
Patris filijq*e* nexus es, dulcissimus complexus, amor, osculū amborum, praesyncera pax duorum, infinita cōmunitio, plena item diffusio.
Tu immensa suauitas, super*&* stuans charitas, liberalitasq*e* plena, & tranquillitas serena, aeternalis laetitia, absterge cuncta uitia.
Simil spirant, amplexantur, incessanter contemplantur te, pre*d*ulcis consolator, omnien*m* opulentiam, gloriā eminentiam suam, tibi dant creator.
Summa suauitudine, immensa quietudine, tanta*m* hilaritate, ac deliciositate, simul stant ad te conuersti, & tu ad hos lux detersi.
Quiescis aeternaliter, es individualiter in gignēte & genito: manas hinc indiuidēter, & procedis immaterialiter, me clementer protegito.
Benignitas, suauitas, bonitas, dulcor, charitas, tibi uere propulsantur, tibi quo*m* depitantur horum operationes gratiosae actiones.
Tu ancestorum consolator, impiorum emundator, donum dei altissimi, uiuum flumen distissimi.
Voluptatis deificæ torrens plenus & inundans, omnis mentis gratificæ adimpleret pre*b*udans:
In te uera diuinitas, in finita felicitas, tu summe pra*&* amabilis, dulcis, desiderabilis.
Donum tu es largissimum, primum, opulentissimum, in quo datur omne datum, à datore primo latum.
Tu septiformis gratia, tantà tua & plenaria bonitas & clementia, amio*m*, munificientia.
Ut des te ipsum mentibus, dona tua sumentibus: haec summa liberalitas, consummata quæ charitas.
Tu abyssum pietatis, & ardor charitatis tu*m* super nos declarā, corda nostra tibi para*s*em*m* per foue & tuere, prout nostros egere.
Nos illustra & accende, uitam sanctam nūc impende, pietate mirifica nos propter te deifica.
Tibi patri ac filio laus honor cum consilio, perennis adoratio, iugis gratiatio,

G 4 Laus

Laus superbene dictæ trinitatis.

O gloria trinitas, in te nulla est finitas, super felix & perfecta, nusq; plene, intellecta: Mutua tua charitas, mutua complacencia, mutua perspicacia, mutua persuasio. Infiniti est feruoris, infiniti dulcoris, infinita claritatis, tantaq; iocunditatis. Omnis tu felicitatis possides plenitudinem, omnis opabilitatis habes perfectitudinem. In te plena communio, super leta diffusio, voluptuosa unio, tua fide me munio. Sola supergloriosa, infinite luminosa, tibi soli plene nota, audi clemens nostra uota. In te personæ singulæ sunt in singulis perbonis, circuicncessibiliter & inconfusibiliter, in comprehensibiliter, uere in dicibiliter. Quidam præminens trinitas, felicitatis gloria tua, simplex diuinitas, inclite tibi propria infinita perhibetur, hinc cor meum gratuletur. Tu supersplendidissima, superopulentissima, in te tibi sufficiens, uniuersa efficiens, implèa seruans moderanter, intus nos incessanter. Sola es incircumscripita, adoranda, benedicta tua in simplicitate manis fixa ueritate, supereffientiliter, summe ac eterniliter. Os super sancta trinitas, super pulchra diuinitas, tu una es esentia, unaq; sapientia. Vnus simplex intellectus, unus insuper affectus, una uitus, una uita, & uoluntas non partita. Quod absolute dicitur, in te idem suscipitur, super mundum, subter mundum, extra mundum, intra mundum, ante cuncta trine deus, & post cuncta o rex meus. Super mundum, subter mundum, extra orbem, intra orbem, ante cuncta & post cuncta, trine deus es rex meus. Super cuncta non clatus, infra cuncta non substratus, intra cuncta non inclusus, extra cuncta non exclusus, Totus super presidendo, totus subter sustinendo, totus extra complectendo, totus intra adimplendo, Intra res non coartaris, extra has non dilataris, subter nullo fatigaris, supra nullo sustentaris. Cuncta nouens non moueris, locum tenens non teneris, tempus mutans non mutaris, uagari mans non uagaris. Absolutam, puram, fixam, praestata mitem & innixam tibi summe trinitati, contemplatente amittere, suspirante, & stuante. Tibi puræ deitati honor, regnum, imperium, laus, uirtus & mysterium tibi deus in eternum tu nos traxeris in supernum, ad te laudandum iugiter, uidendumq; salubriter. Laus uerbi incarnati.

Te patris unigenitum fateur uere editum hominem temporaliter, ex uera matre homine, quam tu creasti dñe, electa eterniliter. Mater uirgo est Maria, tota gratiosa, pia, cuius iuuamur precibus, purgamus culpe fecibus.

Tu pro nobis incarnatus, inter nosq; conuersatus, perfectam humanitatem per immensam pietatem unisti hypostaticæ, deitati uiaticæ.

Non persona, sed natura nostra, tu plasmatur, tibi suppositaliter iunxit integraliter. Simil uentre in materno, corde manus in paterno, corpus tuum formasti, animaq; tuum creasti. Et haec duo coiunxisti, in unicæ formaliter, sic q; iuncta a sumpsisti tu uerbo personaliter. Assumpta est humanitas ad eternum uerbi essestuna est personalitas tua Christe, proles Iesu. In hoc esse personali, in create, eternali, est subsistens humanitas, quæ uerbo iuxit charitas. Persona filio una tibi tribuitur: natura generatio in te duplex astraruitur. Ipsa namq; filietas, est resipies personam: sed naturam nativitatem, nobis uite da coronam. Pura & inuolata in te Christe manet rata natura tua gemina, proprietates seruata, utriusq; inturbata, ob nos natus de secunda, uirtutum confer secunda. Te decebat incarnari, cui cōstat propriari patris similitudinem, quam homo atq; angeli ap petendo, sunt scandali passi uici similitudinem.

Hinc utrūq; pro te zelans pater, mox damnauit, uelans eis lucem clementiam, patrem cernens sic zelatum, pro te cultumq; priuatum debitæ reuerentiae.

Vt honoré reparares, eius regnum restaurares, es dignatus incarnari, uolens hoīem saluari. Cum paternu intellectus sis clara emanatio, hinc tum quāvis sis perfectus, quædam communio tibi extat cum homine specialis o domine.

Homo nam ab intellectu habet speciem effectu: ob id fieri hominem decuit te imaginē dei, cuius est imago homo, corde sim præfigo.

Porrò personæ mediae in diuinis egregiæ, ratio mediatoris congruit & saluatoris.

Baruch.3.

Recōfiliare

Reconciliare patrem, itemq; habere matrem, plus cōpetebat filio, sano constat confilio: Ut qui patre fine matre, fuit habens ab æternō, matrē quoq; sine patre, esse habens in extermō. Quod propter nos humilior, eō imitabilior, dulcior, amabilior, & appetitabilior. Nostra deificatio, sit tua incarnationis, tua ima descendens, nostra fiat ascensio, tua summa dignatio, fit nostra exaltatio. Tibi hinc ac patri sancto, ac paracletōq; p̄tato, iugiter regratamur, inflammar, famulamur tribus honor & gloria, qui lux una sunt propria.

Laus dei de rationibus incarnationis.

Non ualebat liberari, aptius & subtilius homo, q; p̄tū incarnari, uolebas dei filius. Hoc in modo redimendi, tua deus misericordi bonitas, sapientia, & uirtus & clemētia, charitas & potentia, & uirtus munificencia, ostēduntur sp̄lēdidiūs, luce tip̄ eminētius. Reina difficultate cōperisti faciliū optimā solutionem, tuam per cognitionem. Tua quoq; iustitia culpā liquit nō inuitā: pietas delens uita, est largita openi multā. Distantia longissime coniunxit propinquissime: tua omnipotētia effudit largissime, iuuit fructuofissime tua munificencia. Amor fuit plenissimus, q; tu deus altissimus intime, propinquissime, coniunxit dulcissime temet nobis, personali unione benignali. Nulla fuit ad saluandum hoc humanum genus digna pura creatura; dādum eras uerbum, tu nos signa. Tanta gratia dignitas, & gloriæ insignitas, culpæ tāta impietas, ac communicabilitas tāta deus est naturæ tuae maiestas tam pura. Gratiam ut reparare, gloriæ recuperare, deoq; satissimacere, in naturā sic agere nulli queat creare usq; conuenire pure. Sed o tu dei filius, cum te nil sit sublimius, ad ista eras aptissimus, proflusq; potentissimus. Tibi per humanitatem mereri, satissimacere porrò per diuinitatem idoneitas agere, ita Christe competebat, sic saluare te decebat. Vt à culpa actuali, itemq; originali emundemut, incarnatus es pro nobis, & oblatus. Et ut nobis elucescat amor tuus, mens feruescat, tua que conuersatio, nostra sit informatio. Fac nos incarnationis tuae fructum fortientes, tuae miserationis dona gratae conuirientes, fac nos tibi o saluator semper gratos legislator. Hymnus, honor, mūditia, grates, splendor latititia, tibi beata trinitas, uera simplex diuinitas.

Laus dei de perfectione humanitatis Christi.

Anūc incarnationis, suæq; creationis tuā anima o Christe, quo saluator in mundus iste adeo plene fruebatur,clare hunc intuebatur.

Ex tunc eras comprehēsor, iuste meritorum mēsor, deum cernens per speciem, quo ad hoc habens requiem, tam beate ac syncere, sicut nunc ut homo uere. Hoc momento est implata mens creati, tua laeta, gratia plenitudine, gloriæ item lumine. Ab eoq; mensura gratiam, hanc sumpvisisti plenariam.

Gratia habitualis in te o Christe trinalis fuit essentialiter, immensa aliqualiter. In se quippe continuat, quicquid plane pertinuit ad plenitudinem gratiæ, totā appetitimatē mentis, & capacitatē, tua implens fruar facile.

Fonti demum gratiarum, uerbo causæ naturarum, unita personaliter fuit Christe ueraciter tua anima beata, præ cunctis bonificata.

Habitualis gratia, in anima essentia est tuae, hanc perficiens, gratia dicta capit, qua membris à te habitis dona tua es iniiciens.

Tu Christe ut passibilis, ad uiresq; sensibilis partis, fueras uiator: item ad superiores uires mentis puriores comparatas o saluator, ad subiectum passibile suum prædiligibile, Gratiaq; gratis datæ tibi erant condonatae cum summa excellētia, à diuina potentia: Et uirtutes non claudentes, quæ in sua ratione imperfectionem entes, in te erant Iesu bonae uirtus intellectuales, & morales cardinales.

Spes, fides, poenitentia, loco in te hinc carebant: dona cum excellentia in te sunt & confitebant.

Tibi nil promeruisti essentiali præmio: totum nobis impendisti, nos tuo souens gremio.

Pia

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

Pie semper copiose, o salvator uirtuose, tuam nobis pereftunde plenitudinem fecude,
Alius domesti-
ci.
Laus decora & iocunda, tibi Christe nosis muda, patris sancto spiritui, hymnu canat & editu.

Laus dei de sapientia Christi.

Tam diuine quam humane, inconfuse manent sane, uires ac proprietates in te Christe qui das uates.

In te duplex intellectus & uoluntas seu affectus duplex uirtus & actio, amor duplex & factio.

Illis ad diuinitatem, hisq; ad humanitatem tuam Christe spectatis, te quoq; decoratis.

Sic duplex sapientia, duplex atq; potestia, increata & creata, in te Christe est monstrata.

Sapientia patri, qua cuncta uidit facie, sapientia in ditta in tua anima inclita fuit, qua tu cuncta cernis, me coniunge tuis uernis.

Quae cōcernunt mysterium nostrae liberationis, noueras, qui imperium omnis habes rationis.

Quicquid deus intuetur, uisionis scientia, tua anima narratur, scire cum eminentia, praesentia, praterita & futura, ac merita.

At deum comprehendere, eius plene perpendere potestatem, & uidere actu infinita, uerq; diuinitatis est proprium, idq; doctis notorum.

Iesu Christe profecisti, quod nos omnes redemisti, gratia, sapientia, coram plebis frequetia, usq; declaratione habitus, non auctione.

Vnde igni & illustra corda nostra, nec sint frustra nobis tua mysteria, impensa tam egregia.

Tibi beata trinitas, uera sancta diuinitas, pater ac unigenite, spiritus ab his edite, hymnus, honor, misericordia, grates, splendor, laetitia.

Hec laudes conclusio, scilicet, Tibi beata trinitas, &c. in omni sequentium laudem fine, ultima dempta, repetenda est.

LADES DEI EX SCRIPTURA CANONICA noui testamenti.

Laudes dei ex euangelio de Christi diuinitate.

BUerbum in principio eras, nullo initio, inchoatus creatione in patre aeterniter, manes inter temporaliter, prior cunctis natione.

Confusi sunt haeretici, te ex matre aut tempore incepisse male dici astruerentes, & corpore.

Sic qd; prius non fuisti, hinc metiti extant isti; per te cuncta sunt plasmata Christe, uirtus increata;

Per te facta sunt omnia, qui doces & per somnia semper tua gloria, lux summa amatoria, eras apud patrem deum, deus uerus apud eum.

Non ut per instrumentalem causam, patri iherusalem est creatus per te mundus, sed ut per co principalem causam primam, exemplarem, per te bonis sim abundus.

Cum patre & paracleto idem rerum principium te fatemur: nos alito aeternale initium ne pe una essentia, est trium ac potesta.

Vt per causam exemplarem fecit pater mundum, per te gradem hanc facturam: nam uerbum eius legeris, quo cuncta loquens, & ceteris dedit esse ac naturam.

Abs te nihil & peccatum factum est, non habens ratum esse, quantum ad formale, quod non est quid posuisse.

Creatura in te uita eras, o lux infinitanam in te idealiter extiterit uitaliter.

Et tu uita ista eras, simplex quippe perseveras: tu uita es lux hominum, lucens menti, te dominum nusq; comprehendentium, tenebrae existentiam.

Misit pater praecursorem, uita tua paratore, ante te testimonium ferente & preconiat.

Ille enim lux non erat, tu lux uera qui nos ferat, lux plane per essentiam, immensamq; splendetiam.

Omnem tu illuistras mentem, in hunc mundum ueniensem, das nam lumen naturale, lumen item gratiale, neq; quisq; haec fortitur, nisi a te sicut scitur.

Tu in modo eras semper, per immensam deitatem, mundus uero te lucetere non cognovit ueritatem.

Venisti & in propria potestas creatoria: tua plebs te non recepit, te cōtemnit, se decepit.

Iudei non increduli māserunt culpis sedulit quidā hoc te ceperūt, tibi digna crediderūt.

Hic dedisti potestatem filios dei fieri, qui per tuam pietatem, effecti sunt deiferi.

Hinonati carnaliter, in hoc esse filialiter, nati spiritualiter ex te deus esse tali.

Tu uerbum caro factus es, homo uerus: tu actus es: nam natura redimēda decernebas assumēda.

Inter

DE LAUDIBVS SVPERLAUDABILIS DEL.

150

Baruch. 5.

Inter homines moratus, & cum eis conuersatus, uiderunt tuam gloriam, maiestatem rectioriam, qualē uere te decuit, deus pater quem genuit.

Veritate & gratia, uirtute, sapientia, plenum hi te conspexerunt qui diuina in natura, uirtus ueritasq; pura es, ut sancti conscriperunt.

De tua plenitudine uniusi accepimus: ex tua largitudine gratia gratis legimus.

Virtute tua gratia plena & exuperatis, à pia tua facie mentis plebis exultantis, particulae gratia, implentur multifaria.

Legem Moysi dedit, per te gratiam fecisti, ueritatem scripturæ, eas per te implens pure.

Exod. 34.

O fili unigenite, ens in sinu dei patris, docuisti nos, edite uirginali alio matris, per te ipsum terrestribus enatas de celestibus.

Vera, certa, immobilia, nostra legis traditio euangelicæ nobilis, data à dei filio.

Præcamur cordaliter, benigne, liberaliter, nobis de plenitudine tua fer, ac lumine:

Cum sis caput ecclesie tuis membris da egregie motu uitq; gratiae, tua fruamur facie.

Tibi beata trinitas. &c. us supra.

Laudes dei ex euangelio de Christi praecursore.

Mat. 3.

Zachariæ prædixisti deus, praecursorem Christi mox de eo generandum, atq; ad id nunciardum destinasti Gabrielem, fac me ueq; Israëlem.

Luc. 1.

Iusto illi ueterano, infuscando mente cano, ex uxore infuscanda, anu sancta ac profunda Ioannem dabas gignere, hos tanto ditans pignore.

Sancto spiritu impleti hunc, in luce uentre matris: cui nato mox molesti erat mundus, opes patrissimæ deserta est ingressus, tibi uacuus in defessus.

Hic o Christe te præfui, ut ac spiritu Heliae, & Iudeos eruditus, tibi paras hos Messiae.

Zacharia nō credeti ab stolidi mox loqualem: cuius prole orienti impediti rex medelat.

Sicut spiritu dignare corda nostra occupare, semper clementis decorare, fugiter inhabicare.

Laudes dei ex euangelio de Christi incarnatione.

Mat. 1.

Eundem per archangelum Gabrielem hunc angelum, uerbi incarnationem, propter summam rationem, uirginem prænuntiasti, quod ad hoc præordinasti.

Luc. 1.

Hac cōfertum cōferente, scđ spū agēte, uerbum tuū mox cōcepit uirtus tua ut pīcepit.

Quo peracto uisitauit neptem, hāc salutauit genitricem praecursoris, in qua is tunc exultauit, & præsentem declarauit sic personam saluatoris.

Præcursoris mater pia benedixit te Maria, super cunctas mulieres in te Christum cum habentes, tua dixit præsentia indigna se prudentia.

Nostrum corpus induisti, sicq; natum te fecisti sanctorum patriarcharum, juxta uerba prophetarum.

Sponsu uirginis iussisti, & per angelum dixisti, ut hanc rute acciperet, & nequaq; abiiceret.

Mat. 1.

Nā conceperis cœlum, tibi semper sim deditus.

Ioseph denuo præcepisti Iesum uocare puer, ad saluadum quē misisti uirginalē in ute.

Per hunc pater semper pura, salua nos interne.

Laudes dei ex euangelio de Christi humana generatione.

Tu uirgo gloriola peperisti gaudiosa salutare in Bethleem: pannis hunc tunc in uoluisti, in præsepe posuisti, summum factum tam humilem.

Luc. 2.

Concepisti abs ardore carnis cōcupiscēti: & peperisti abs dolore totius corrūpēti.

Apparuit pastoribus angelus cum splendoribus, denuncians latitudinem omni plebi eximiam: natus, inquit, est saluator uobis, Christus dominator.

Angelorum multitudine, ut decreuit plenitudo tua deus potestatis, te cum illo tunc repente est exorsa late mente collaudare pietatis.

Eodem.

Gl̄ia in sublimibus deo, paxq; hoībus q; sunt bona uolūtatis, dei uelle cōformatis.

Vel sicut In excelsis sit gl̄ia tibi o deus proprius: in terra pax hoībus, gratiaq; luminibus factis boñ uolūtatis, tuo uelle conformatis.

Mat. 2.

Te pastores inuenierūt ut de celo audierūt: hincq; deū laudauerūt, Christe natū te dixerūt.

Lu. 2.

Stella duce, p̄perates magi, teq; adorates, auge, myrrā offerētes & thus tibi procidētes.

Te in templo præsentatus Symone timoratus scimus Christe cōplexatus, illo hinc laetificato.

Mat. 2.

Reponsum nangq; cœlitus accepit certū penitus, qd; nō prius moreret, nisi te intueretur.

Lu. 2.

Porro Anna prophetissa uidua beatissima, tunc a deo uero missa, cū mente deuotissima te o Christe est professia, plebi de te est confessio.

Post hēc in Aegyptū uexit, te quē pā p̄dilexit, Ioseph tua cū parēte, angelo id admonēte.

Nam

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

Nam Herodes nitebatur, te necare uerebatur, quippe per te spoliari regno atq; expugnari. Duodenis refediti inter scribas, & quæsistis, hos tua sapientia implens obstupescens, cum parentibus rediens, eis eras obediens. Tu ænos humilitatis, paupertatis, subditatis, fac nos ueros sectatores, gratosq; emulatores, o salvator adorande, in aeternum preceamande.

Laus dei ex euangelio de Christi baptismo, tentatione ac alijs.

CVM iam uelles prædicare, & te ipsum declarare, tuus præco baptizare coepit, uiamq; parare tibi Christe rex Messias, ut predixit Esaias. Baptizauit hic Iudeos, dire increpauit eos, Christum esse se putates: testabatur deinceps esse Christum te ostendit, testimonium impedit. Baptizo aqua inq; es, baptizabit nos uenies sancto spiritu & igne: salua Christe nos benigne. Indignum se perhibuit calceum tuum solue: etatum tibi adhibuit, ut coram te procubere se indignum affiraret, plebem ut ad te vocaret. Te ostendit ueniente, ad baptismi accedente, dices: ecce agnus dei, qui peccata tollit ei. Aduenisti rex colorum tuorum unus peccator, inter eos in Iordanem temet nobis præbets pacem, à Ioanne baptizari uolens & humiliari. Ille tuam maiestatem pensans ac humilitatem, uehementer mox expauit, te lauare recusauit, seq; à te baptizadū fatebatur ac purgadū. Baptizato te orante, cœloq; se referatē descendit uisibiliter, & māsit sensibiliter super te sanctus spiritus, quo uangam diuinum. Tūc & pater nō tacuit, hic est in q; cōplacuit mihi bene, meus natus, præelectus, præamat. A Iordanis hinc regreſsus, ad defertū es ingreſsus, ut ibidē rētaretis, nobis palmarū meritis. Facto quadragesimali ieiunatu loco tali, sponte famem perculisti, hoīem te ostendisti. Tentatione triplici, fructu uere multiplici, impugnari es dignatus à dēmone nequissimo: modo congruissimo, nos iuuares, sic probatus. Superadi pandens modum, tentantiq; soluēs nodum. Eras cum animatibus brutis, tibi astutis, angelis ministratibus.

En uere Israēlita, dixisti ad Nathanael qui rependit uicem ita, rabbi tu es rex Israēl, tu extas dei filius, quid his delectabilius. A quā Christe cōuertisti uinū in præuirtuosum: potestate ostendisti tuū, tecū glorioſum. Sit tua baptizatio, nobis plena purgatio: tua quoq; tentatio, à tētante saluatio tua, gabstia, tia nos ornēt sapientia. Tibi beata trinitas &c.

Laus dei ex euangelio de sermone Christi ad Nicodemum.

AScendisti Hierusalem, tenor uita Mathusalem, in tēplo negotiantes, & ibidem comiuitantes, expulisti, eieciſti: zelo dei id egisti. O q; grande miraculum, deitatis signaculum, tormentes sic cōpescere, uoluntates acceſſere, tunc ibidem multa signa perpetrasti, fide digna. Te accessit Nicodemus, rabbi inquietus uidemus te à deo aduenisse: signanq; que tu facis, nullus agit nisi pacis densus hunc iuuuisse.

Nisi homo sit renatus aqua & sancto spiritu, ut tu Christe es testatus. Pelletur ab introitu regni, id retulisti ad tempus euangelij diuulgati, quod dedisti: opem confer remedij.

Scimus, ais, quæ effamur, & quod uidimus testamur. Ut serpētem exaltauit legislator in deserto: sic te Christum affirmauit oportere in aperto exaltari, tua lingua, omni prorsus laude digna. Vitam in te ut credentes fint, aeternam fortientes mundum pater sic dilexit, q; in eum te dixerit filium unigenitum, salutis dare redditum. Non ut mundum iudicares, sed ut eum liberares, pater te in mundū misit, in te credens permanenter, non censeretur pereunter: per te pater nos inuisit.

Qui nō credit iudicatus extat atq; reprobatus: nā in te unigenito nō credit nobis dedito. Te in cruce intueri fac nos sic, & reuereri, mercamur ut defendi à te, tibi uniendi.

Faſta fidem stabilitam, charitate redimītam, cursum dignum consummatum, cor amore inflammatum.

Laus dei ex euāgelio de Christi signis & uerbis documentis, q; præcursoris.

VNo actu copiolam piscium collectionem cepit Petrus: uirtuosam tuam implens, sionem,

Mat.2.
Lu.2.

Subdatis*i.*
obediencie*i.*

Mat.3.
Mar.1.
Lu.3.
Iou.1.
Eph.4.
Mat.3.

Ioan.1.
Mat.26.

Iouan.1.

Mat.4.

Act.2.
Act.3.

Act.4.

Qui cum sit splendor gloriæ character perfectioriæ tuæ pater substantiæ, origo elegatiæ.
Cuncta sua uisustans, culpas purgans, non retentans, refidet ad maiestatis dexteram,
fons bonitatis.
Angelis tanto melior, quo filius est uerior; est nā proles per naturā, & non per imitaturā.
Nulli quippe angelorum es locutus, rex cœlorum tu existis meus natus, hodie ex me
generatus.
Nam administratori spiritus sunt uniuersi salutis operatori, instrumentales, deteri, missi
in ministerium ob electos egregium.
Nos oportet obseruare tua uerba timorate fili dei o præclare, cū sint iussa tam curate, ob-
seruari uerba legis datae per ministrum regis.
Legem tuam confirmasti signis magnis & portentis, & eandem roborasti plurimarum
mumentis uirtutum atq; munerum spiritus, ultra numerum.
Christo deus subiugasti orbē terræ post futurę, gloria hūc coronasti & honore, propter
pugnac passionis promeritū nobis clementer deditū, pro nobis tua grā morte tulit p patria.
Te propter quem sunt omnia, per quē item sunt omnia, multos natōs qui saluasti sanguine
ne quos liberaſti, passione & consummari condecebat, & his dari.
Fratres tuos hinc dixisti eos, qui & deſtruxisti tua morte ac uicisti, penitusq; deieciſti hūc
qui mortis imperium habuit per mysterium.
Non naturā angelicā, sed humana aſſumpſisti, quā per uirtutē cœlicā ex Abrahā induiſti.
Fratribus hinc humiliari tu in cunctis debuisti, ſicq; clemens declarari, fidus pontifex fuisti
ad deum, propitiando culpas plebis, temet dando.

Quo es passus

DE LAUDIBVS SVPERLAUDABILIS DEI.

164

Quo es passus & tentatus, es iuuare potens ratus rentatos tuo merito, tu omnes nos protegiſto.
Noſtrū tu confessionis apostolus & pontifex, qui in domo mansionis patris, qui est in ſon-
titifex, eras fidus & filius, te nil optabilius. Heb.3.
Hæc domus eſt ecclēſia, plebs fideliſ egregia, fidutiam & gloriā ſpei ſeruando propriam.
Nunquā corda obduremuſ auditio tuis ſermonibus: invicem nos excitemus ſanctis col-
lationib;ne quis culpa fallacia uagetur per inania.
Vereamur ne relifta ſponsione à te dicta in trāndit tuam requiem, ſummam, plenam tēper-
riem, noſtrū quis inueniatur tunc deeffe, & pellatur. Heb.4.
Vivis pater ſermon tuus, uerbū tuū ac filius: nos conſeruet uigor ſuus, q; nihil eſt felicius.
Sermo penetrabilior omni enſe agilior, cui nil inuicibile, ſed omne enſ noscibile: cuncta
nempe ſunt aperta eius oculis, ac certa.
Te habentab pontificem magnum, mundū artificem fili dei, accedimus thronum gratiæ:
credimus nam in te, ut conſequamur pietatem, qua ſaluamur. Heb.5.
Christe, non clarificasti te ut pontifex fieres: ſed quem patrem honorasti, ut nos quoq; re-
dimeres à te, meus es filius, ait pater ſublimius.
Preces patri cum clamore forti, lugens p̄r horrore, offerens exauditus, tua dignita-
teſcitus.
Cumq; eſſes dei natus, ex his quibus cruciatus es, parere didicisti, obedire docuisti, id ex-
perimentaliter dicens, quod ſcismaliter.
Paſſione conſummatuſ cauſa factus es ſalutis omni tui principatus iuſſa tenenti, uirtutis.
Tu ſecundū manerē Melchizedech appellari p̄tifex, q; congeriū culpæ amouere faris.
Sensuſ da exercitatos, ſolidum ut capiamus cibum, & illuminatos à te ſenſuſ hauriamus.
Non eſi inuictus domine, noſtra bona obliuſcens, illos diuino nomiſe ſequi, noſtrā mens
fit dicens, quā fide, patientia, te poſſident fruientia.
Abraham longaniſtiter ferens, ſponsare adeptus: nos quoq; fac ſimiliter ſpe firmatos, te
ſim ſeptus, translato ſacerdotio, uis legiſ fit amotio. Heb.6.
Ad perfectum lex non duxit: per te Christe ſpes illuxit, per quam deo propinquamus, &
ſalutem impetramus. Heb.7.
Aeternum ſacerdotium habes, manens nam aeternet: hinc ſalubre negotium agis, ſaluans
nos ſuperne.
Per te patrem es accedens, ad precanum nec recedens, monſ trans latus & uulnera, ut
mentis ſanes ulcera.
Pontificem nos decuīt te habere & eguit: pūrum, ſanctūm, iuincem, ſuper cœlos reſi-
dentem.
Qui uerti tabernaculi & ſanctorū es minister, diuini habitaculi, quod fixisti, tu magiſter,
Patri aftans futurorum pontifex tu es bonorum, cœleſte tabernaculum eſt ingressus per
cuorem tuum: non p̄r umbraculum legiſ, aut legalem morem. Heb.8.
Sanguine atq; cinere hostiarum legalium, pūrūq; antibus facinore ſceditatum carnalium.
Multo plus nos emundabit ſanguis Christi & ſaluabit, qui per ſanctūm ſpirituſ ſe obtu-
lit ad libitum deo patri illibatum, quo cor noſtrū ſit beatum.
Testamento mediator noui Christe es ſaluator, morte ut intercedēte tua & nobis ſuccur-
rente, culpa pro remiſione teſtrum factor bone.
Nō in ſancta manuafa uerorum exemplaria introiſti, ſed in acta à te, trans luminaria in
cœlum ut appareas patri ob nos, ac clareas.
Semel Christe es oblatus culpas ad exhaustandas, & ſecundo ut eſſatus ad personas redi-
mendas: expectantes te parebis, impios à te delebis.
Vnam pro culpis uictimam offerens tam legitimam, corpus tuum in aeternum, iuxta pa-
trem eſt ſupernum, donec tui inimici deprimantur impudici.
Fac nos deus accedere, plenissimeq; credere cum pura conſcientia, petenni persistentia,
ſpei nunc confeſſionem, tenentes per unctionem.
O deus quam terribilis dies tui iudicii, ignis item horribilis diri cauſa ſupplicij, puniēs ad
uerſarios peccati operarios. Heb.10.
Horrendum eſt incidere manuatas uiuens deus, cuim te confitet affligere ſine fine hunc
qui reus.
Tua deus perpendamus, augētes dilectionem: neq; noſtrām relinquamus fraternalm colle-
F z cionem,

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI

Elionem, ut est moris antiquorum, pusillorum & uagorum.
Tanto hanc plus consolentur, quanto diem intuemur propinquare iudicij, ac proprij excidi.
Non nostram confidentiam amittamus, quae habebit tuam deus fruentiam, quae in quietum permanebit.
Deus patientiam nobis pernecessariam, ut per obedientiam seruemus omnifariam universalia quae iussisti, fortiamur quae dixisti.
Iusti fide sunt uiuentes, quod si se sint subtrahentes, tibi deus non placebunt, nec superna obtinebunt.
In fide testimonium bonum, atque preconium à te senes sunt adepti, uiri sancti non imperti, quae secula difposita noscimus & edomita.
Abs fide impossibile tibi deus est placere: qui habet cor docibile, ista debet recensere.
Oportet quippe accedentem te, sincere exquirerem, credere te uere esse, muquerendo non desce.
Iuxta fidem sunt defuncti sancti olim, à te uncti, re promissa non sumentes, procul hęc aspicientes, salutantes, peregrinos se hic fantes & supinos.
Sæcūlī fide deuicerūt regna, iusteq; egerūt, & promissa sunt adepti, summa luce circūsepti.
Omne pondus uitiorum per te deus repellamus, & certamen nunc laborum nobis possum curramus per iugem patientiam, ac fixam sapientiam.
Te ò IESV contemplantes, fida menteq; sectantes, quae gaudio proposito pati malebas solito.
Te qui tanta p̄tulisti, & contēptus sic fuisti ab iniquis, meditemur, ne aduersis fatigemur.
Disciplinam diligamus tuam, in hac persistamus, nam quem amas tu castigas, sic ut omnē hunc affligas quem suscipis in filium: uota imple humilium.
Si tenemur obedire genitori hic carnali, quanto plus sub te transire opus, patre spiritali, creatori spirituum me tuum fac adituum.
Pacem atque sanctitatem, abs qua nullus deitatem cernet, fac nos imitari, à te nūq; separari.
Radix amaritudinis nuncquam nobis innascatur, quam ut terram falsuginis uere prudens detestatur, nam hac multi inquinantur, & habentes retardantur.
Venimus ad Sion montem, ad te deum lucis fontem, & Ierusalem cœlestē, fugientes mundi pestem.
Atq; multorum in ilium angelorum frequentiam, per Christi dei filium patris sapientiam.
Amorem fraternalitatis atq; hospitalitatis fac nos obseruare, charitateq; flagrare.
Honestum da coniubium, thorumq; immaculatum plebi tuae haud dubium Christianus me fac gratum.
Varijs ac pegrinis non fallamur nos doctrinis: sed cor nostrū stabiliat gratia, quę cōciliat.
Christe ut sanctificares plebem, tuum per cruorem, in æternum hanc salutares, tuum ei dans fulgorem, extra portas et percessus ò amator indecessus.
Ad te ergo exeam, improperiū feramus tuū, urbe nō habētes hic manente, sed querētes.
Per te Christe offeramus laudis hostiam iam deo, nec oblitui tradamus, toto precor corde meo.
Nūc beneficentia, imo nunc cōmunionē: per hanc nam offerentia, tuā meremur uisionē.
Nos propositis patere fac, sic atque nos habere, ut gaudentes presidere queant, neque nos desferē.
Deus pacis eduxisti magnum de monte pastorem, per quem plebem redemisti Iesum Christum saluatorem: ap̄ta nos in omni bono, omnem in te spem repono.

Iacob. I.

Tibi beata trinitas &c.
Laus dei ex Canonica Iacobi.

Mne gaudium putemus, cum diuersas sustinemus o deus tentationes, ut p̄ te perfectiones sumus integrę habentes, in nullo deficientes.
Dēus qui das affluenter cunctis, neque improperas, dona nobis misericordia virtuosa nunc operas, salubrem sapientiam, petendi confidentiam.
Spe est coram te beatus, qui suffert tentationem: nam cum fuerit probatus, sumet coronationem, quam promittis te amati, uereq; perfeuerant.
Omne donum dignissimum, omne datumq; perfectum à te ens p̄tantissimum, quod transcendens intellectum.

Flu-

DE LAVDIBVS SVPERLAUDABILIS DEI.

165

Fluit ò pater luminū, origo & fons numinū in te nulla mutatio, nec uicis obumbratio. Sponte uerbo ueritatis nos regenerasti gratis, ut in rebus sic creatis primū quoddam sumus datis.

Veloces ad audiendū uerba tua, sumus deus: tardī autem ad loquendū, & ad iram: precor reus ut sumamus mansuete salutare uerbum de te.

Verbi tui fac actores nos, non vanos auditores: linguam quoq; refrenemus, religiose & extemus.

Pauperes tu elegisti, fide diuites q̄s scisti, qui hæredes extat regni, spōsi amati nō segni.

Iacob. 2.

Non personam capiamus, totam legē implacamus, nec in uno offendentes, uiuā fidem possidentes: nam in uno qui offendit, tū om̄nium se ostendit.

Bona cōuerfatione actus nostros ostendamus, & mansueta ratione zelū, lites, repellamus:

habens nam amarū zelū, non propinquans est ad ccelum.

Defusum sapientia pudica est, pacifica modestia & splendens sua fribilis, dulcifica.

Iacob. 3.

Plena miseratione & uirtutū actione, nūq; similitudine censens, sed amatorie.

Iaco. 4.

Amicitiæ seculi tibi deus aduersantur, qua fiunt tui æmuli in mundi esse qui conantur: nam

pui mundi est amicus, hostis tuus est impudicus.

Tibi nos obedientes, daemoni fac resistentes: corda à duplicitate, manus ab iniuitate degreuenus, & mentem risum gaudiūm; uanitatem in incertorē, luctum sanum.

Coram te humiliemur, nulli prouerbio obloquendo: uitā nostrā contēplemur quod sit uapor: defluendo parvū parens: longā uitā præsumamus ne nescitā.

Fac nos semper patientes, in alterutru gementes nūq; sumus, formā uatum imitantes: nam beatum horum chorū predicamus, patientiā laudamus.

Iacob. 5.

Vitiose non iuremus contristati: te laudemus, nunc orando, nunc psallendo, nūquā à te recedendo.

Aegros digne da inungi, & beate tibi iungit: mutuo confiteamur, & pro inuicē nitamus exorando ut saluemur, te ardenter ueneremur. Tibi beata trinitas &c.

Laus dei ex prima Canonica Petri.

Gratia multiplicantur, incessanter & pax detur nobis à te pater deus, actor & saluator meus.

I.Pet. 1.

Secundum præscientiā tu nos deus elegisti: per tuāq; clementiā nos à morte reduxisti, satquinis asperzione Christi, obeditiōne.

Pater Christi benedictus deus es in circūscriptus, quis secundum pietatē magnā tuā & charitatē in spē nos regenerasti uiuā atq; reformati.

Christi resurrectione, qua hæreditatione sempiterna dirabimur in cœlis, ac letabimur.

In te Christe gaudebimus, sed interūm dolebimus, ut fidei probatione strę, ac conuersatio fit auro pretiosior, tuā ad laudē ac potior.

Te deus nunc diligimus, credentes quę nō uidimus, uidētes te letabimur gaudio ineffabilē: fidei tunc dotabimus fructu desiderabili, qui est salus animarū, finis actionū harū.

Mentis lumbos nunc succinēti, tēperatis sursum tinti, & perfecti cōfidamus in te deus, nec ruāmus, natū obedientiæ, innitentes clementiæ.

Nostræ nō cōfiguremur cęcitatib; affectibus p̄ristini, sed depuremūr uirtuose effectibus. Iuxta sanctūm te sanctorū, qui uocasti nos, ut morum sanctitate fulgeamus, omni uita splendamus.

Precio corruptibili, auro aut re cōsimili nō nos Christe redemisti, ob nos sanguinē fudiſti. Agne dei illibate, rex uirtutum, dux beate, animas castificamus obeditu charitatis: mētes tibi preparamus, amore fraternalitatis, simplo corde diligentes in uicē, & cōpletentes.

Nos per incorruptibile semē, pater renouasti per uerbum intrāfibile, spiritu regenerasti. Omne dolum, malitiā, hypocrisim, inuidiā, detractiones uitemus, puritatis lac optemus, ut nunc geniti infantū, ut te sumus conspectantes.

Quām sī dulcis degustemus, Christe ad te properemus, lapis uiuus reprobatus à peruerſis hominibus, sed electus honoratus à deo, in numinibus.

Per te genus nos regale Christe, ac sacerdotale sumus, gens purgationis, plebsq; acquisitionis, ut uirtutes nūntiemus tuas, & te pregameamus.

I.Pet. 2.

Qui de tenebris uocasti nos in lucē mirabilē: de inferno liberasti, in splēdore optabile.

Et nos tāquam peregrinos da affectus indiuiniūs carnis, priorsus expugnare, quas sentimus militare contrā te ut inter gentes, sumus sancte coniuentes.

F 5 Fac

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI

Fac nos propter te subiectos cunctis, gratos, rectos, ut ora imprudentiū claudamus suum clementium, sic ut bene conuersantes cōpescamus obiectantes.

Fac nos omnes honorare, & aduersa tolerare sine causa & illata mente fixa, inturbata.

Christe es pro nobis passus, formā nobis reliquēdo, ut sequanur te qui lassus eras post

te gradiendo.

Cum a prauis patereris, atq; malediceris, eis non mal edixisti, neq; minas intulisti.

Condemnans te dedisti nostraras culpas tu tulisti, ut peccatis morientes, iuste sumus

incidentes.

Quasi oues errauimus, quando non ambulauimus post te Christe: sed uertisti nos ad te, qui extixisti estq; pontifex nostrarum, nec non pastor animalium.

1. Petr. 3.

Nos in fide fac concordes, humiles, misericordes, patientes, non reddentes malum, sed be- nedicentes: nobis nullus quid nocere, bonum si sc̄emur vere.

Christe te sanctificemus, conscientiam seruemus bonam sancto cum timore, & modesto semper more.

Semel ob nos es oblatus filii dei, nobis datus, carne ut mortificatos, menteq; uiuificatos, nos offerres patri deo, culpas delens coram eo.

Tu in celū es profectus, omnis chorus est subiectus tibi Christe angelorum, ordinumq; super eorum.

1. Petr. 4.

Pios fac nos & prudentes, charitatem retinentes, in orando uigilates, tuis donis radiates, Collatam nobis gratiam alij comunicemus, trahendo hos ad latram, ut te simu hono- remus.

Bonum ut dispensatorem decet tuae multiformis gratiae, te saluatorem sefer mente de- formis.

Pater honorificeris in cunctis per Iesum Christum: gloriosus adoreris, qui creastimum dum istum.

Tuae dum communicamus passioni, gaudemus Christe, ut in gloria laetemur perfectio- ria.

Propter te dum exprobramus, nos felices arbitramur: nam quod honoris, glorie & uirtutis est proprie dei, super nos quiete, eis fulgor in splendescit.

Qui secundum uoluntatem tuam deus patiuntur, tibi per fidelitatem commendare se noscuntur.

Pauendum erit iudicium, si & iustus uix saluetur: quale ergo supplicium omnis prauus fortietur.

1. Petr. 5.

Prælatis, senioribus fructuose da præcesserit cuī sanctis maioribus, queant gloriari esse. Non sint quasi dominantes clero, sed sint formā dantes uite, lucrum non sectentur, turpe gregis operentur.

Christe fac adolescentes senioribus parentes, in uicem humilitatem omnes monstrarent per- petratatem.

Sub tua humilietur manu, ut hac exalteatur die uisitationis deus gloriationis. Sobrios & timoratos fac nos deus & beatos: demoni nos ambienti, ad deuoraudiuīsceui.

Enti fac nos digne refire, fortifide perfistere.

Deus totius gratia qui nos uocasti uarie gloriam ad æternalem, & ad fontem te uitalē.

Nunc in Christo parum passos, per labores nunq; cassos tu nos firma, fac perfectos, sapien- tes, fortes, rectos.

Tibi beata trinitas &c.

2. Petr. 4.

Laus dei ex secunda Canonica Petri.

Christe gemma speciosa, felix est qui in te credit: maxima & pretiosa nobis pater per- cededit.

Vt per hæc efficiamur dei consortes naturæ, nec mundanæ illabamur, scđicitatem corrupturæ.

Iu fide administremus iam uirtutem, per quam itemus: in uirtute scientiam, in hac p̄ absti- nentiam.

Et in hac patientiam, in ea que clementiam, in hac proximi amore, in quo deip- ardorem.

Bonac onuersatione certa fiat Iesu bone nostra ad te uocatio, atque prædestinatio.

Non indoctas assēcuti fabulas, sed te imbuti Christe, tuam confitemur ueritatem, reuere- mur &

DE LAUDIBVS SVPER LAUDABILIS DEL.

166

mur & tuam præscientiam, item omnipotentiam.

Nam honorem accepisti à patre necnon gloriam, uoce lapsa quam audisti ab alto lauda- toriam: natus meus es dilectus, beneplacens, ac electus.

Non humana uoluntate prophetia est allata: sed à tua pietate sancte spiritus est data.

Angelis non pep̄isti, mundo nec originali da timere ut iussisti te timore filiali: nec plebs peccet, ne reddatur seruus culpe & prematur.

Bona sc̄ita da patrare: melius nam ignorare equitatem, q̄ hanc sc̄ire, & non actu redimire.

Apud te sunt mille anni deus tanquam una dies, ueteramur tanquam panni, in te solo no- bis quies.

Qui non tardas re promissa, ob nos patienter agis, uolens ut amissa nos delere poenitēter.

Dies tua adueniet, ueretur, & tunc deperiet ccelum, igne q̄ soluentur elementa, & ure- tur terra eiusq; opera: ad succurrentem propera.

Cum haec cuncta sint soluenda, ò maiestas inuenta, quā nos sancte cōuersari opus est ac preparari.

Gratia immaculatos, menteq; iniulatos fac nos deus inueniri, tua ope præmuniri.

Tuam longanimitatem putemus felicitatem, tibi semper sanctitate ministrum tremu- morate.

Per te nos custodiamus, nec errore nos fallamus: tua in cognitione Christe iugiter cresca- mus, pura in affectione te seruenter diligamus.

Tibi beata trinitas &c.

Laus dei ex prima Iohannis Canonica.

Verbū quod ab initio, sicut à te principio pater sancte audierunt, conspexerūt, tra- dauerunt in carnatum apostoli, futuorum qui præsc̄i.

Vitam nobis nuntiarunt æternam ac prædicarunt apud te ò pater entem, sempiter neq; manentem, ut sumamus lætitiam plenam, claram notitiam.

Deus sancte lux es pura tenebrarum, quo mixtura locum prorsus nō sortitur, felix mens que hac uestitur.

Dicensse societatem tecum atq; charitatem possidere, tenebrose ambulans seu uitiose, is non facit ueritatem, sed incurrit falsitatem.

Sicut luce incedimus, sicut te lucem credimus, ad beatam trinitatem habemus societatem, & nos tuus sanguis mundat Christe, bonisq; fecundat.

Si abs culpanos dicimus, nos metip̄os decipimus: nostras culpas confitentes, indulgenti- am sumentes sumus pater, qui in celis exasistus ac fidelis.

Et peccantes aduocatum te habemus dei natum apud patrem, peccatorum propitiatorē horum.

Scimus quod te agnoscamus, si mandata obseruamus, nam se dicens te noscere, mendosus est præpostere, si non seruat & mandata à te deus noster lata.

Verbum tuum qui custodit, is perfectam charitatem habet deus, nec quē odit, pure amas ueritatem.

Dicensse in te manere, instar tui se habere debet CHRISTE ò saluator, tui dignus sim se- cator.

Amanstratres, conuersatur in splendore & saluatur: sed qui odit, offuscatur, ruit, fallit, cō- demnatur, nescitq; quo gradiatur, mentis luce nam priuatur.

Dane mundum diligamus, sed quae mundi contemnamus: mundum quippe diligentes, tuo amore sunt carentes.

Mundus transit per ætatem, eiusq; concupiscentia: tuum agens uoluntatem, iugi gaudet manentia.

Tua deus unctione imple nos instructione, ut ipsa nos eruditat deus cūctis, & nos muniat.

Te negas dei filium ò saluator humilium, tuum negat genitorem, nec te habet saluatorē: porro quite confiteatur, patrem habet ac ueretur.

Charitatem ostendisti nobis magnam & dedisti deus pater, ut uocemur tui nati, te sectemur.

Natos tuos nos credimus, nondum patet quid erimus, cum autem apparuerit, & lux tua claruerit, similes tibi erimus, nam te ut es uidebimus.

Ad hoc Christe aduenisti, ut succurras mundo isti, dæmonis soluens opera, ad saluādum nos propera.

1. Ioan. 5.

F 4 Deus qui

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

Deus qui est ex te natus, nō est peccans finaliter; à te nam est defensatus, nec perit æternaliter, quia tuum semen manet in hoc, q̄ meā mentē sanet. In iustus fratre odiēs, ex dēmone est prodīs, estq̄ talis homicida: hinc amemus mētē fidā. In hoc scimus charitatē tuam Christe pietatē: spōte nam te tradidisti ob nos, quos id docūsti, ut ob fratres nos ponamus uitā, causam dum spectamus. Si cor nos nō arguerit, tute in te cōfidimus, & p̄cē quā effuderit exaudīta suscipimus. Non oī mox spiritui credamus, intuitu in hērētes sed probemus, an ex deo sint, sic stēmus. In hoc pater apparuit amor tuus & claruit, quod tuum unigenitum misisti nobis, editum ex Maria, ut uiuamus per hunc plene gaudeamus. Charitate demonstrati, quia prior nos amasti, mittens tuum filium, saluatorē fragilium, te nos ita diligēte, proximos amemus mente. In hoc scimus quōd manemus in te, atq̄ te habemus, q̄a spiritū dedisti tuū nobis, p̄ce isti. O deus tu es charitas, nos autē nō quām uanitas manēs, q̄ in charitate in te manet, ō beate, & in eo tu creator, manens beatificator.

Nō in charitate timor est seruīlis, ut hic rīmor; sed pudicus, filialis, qui & trahit nos à maliis. Te amemus cum feruore, nā & prior nos amasti, qui beato tuo ore seriose imperasti, ut hic amet oēmfratrē qui te amat deum patrē. Se dicentes diligere, si proximū sit odiēs, se sciat se decipere neq̄ ex te est prodīens. Amans te qui genuisti, diligē tuum filium, atq̄ te qui processisti ex utroq̄ rex milium. Iusta tua nō grauida, seruāda mēte auīdat oīs ex te natus, mundum fide vincit infēcītū. Vincit mundum, qui formata fide credit per ornata, te Christum dei filium, qui uenisti ut Iūlū, nō per aquā deus tantum, sed per sanguīnē perfandū. Sanctus spiritus testat, q̄ tu Christē sis ueritas, per te mens erudiat, ō adoranda deitas. Tres in coelo cōtestantur pater uerbū & spiritūs, & hi unū p̄dīcātur in natura diuinitus. Fili dei qui non credit in te, patrē facit fallūnū testimoniū non cedit, sed cōtēnit ut pr̄fāsum, quod pater tibi pr̄buit, quod acceptare debuit. Pater uita p̄fīstīfī nobis æternalē, uerā, hanc in Christo statuīsti, in quem credētes per meram fidem uitam iam habemus æternam, quam spe tenemus. Ex te nos esse fidimus deus, qui nunc conspicimus totum mundum in maligno situm, te fruamur digno. Fili dei te uenisse scimus, sensimq̄ de dīs, deum uerum ut nos scamus, atq̄ in te persistamus ipsius uero filio, tibi mētē humilio. Qui es uerus deus, uita, & æterna infinita.

Laus dei. Ex secunda & tertia Ioannis Canonici.

SIt nobiscum gratia, pietas, uirtus, latria, à te pater in amore, filioq; insplendore. Charitatē hoc fatemur, ut mādata operemur, da ut nos met perpendamus, bona facta non perdamus. Manens Christe in doctrina tua, habet patrē ac te fīgē mētē in diuina, tuo eā nutrī lacte. Gaudiū sit pr̄latorū, spiritualis subditorū, uerus fixus quā perfectus, & fidelis intellectus. Ex te est qui benefacit deus; sed qui malefacit, nō te uiderū formata carer notionē rata.

Laus dei ex Epistola Iude.

PLebē Iesu eduxisti de Aegypto perdidisti nō credentes, qui ruentes angelos superbiētes in iudicū seruasti dei, uinculus ligasti eternis sub caligine, qui fuissent celigē. Gomorra atq; Sodoma, prauitate synonyma sunt exēplū cōstitutæ, ignis æterni uirtute tua, poenā sustinentes, & submersi, non patentes. Viam Cain affecisti, culpam Balaam induisti, Chorēq; rebellionē parasti damnationē. Nam procella tenebrarū harū est creaturarū, prauitati conuertata, in æternūq; parata. Multis sanctorū milibus, gloriois, humiliis, fiti patus ad iudicū, qui odis omne uitū, uenes ad arguendū impios, ac puniendā. Nos a murmuratoribus, & carnis securitoribus, querulosisq; secerne deus clemēs et eterne. Asmet diuidentibus, spiritū non habentibus, itēq; animalibus, seiuīnge nos à talibus. Et fidei sanctissime nos superedificemus; te deum deuotissime sancto spirītu orem⁹ in ferventi christite persistamus illibate. Proximis mifereamur, tuo in timore & figamur, odientes maculatā carnis tunica scđatā. Potēs es nos cōseruare absq; culpa, & locare in lucis tuę gloria p̄dulci, amatoria. Tibi beata trinitas &c.

Laus dei ex Actibus apostolorum.

1.Ioan.4.

1.Ioan.5.

2.Ioan.1.

3.Ioan.1.

Iude.1.

167

DEL AUDIBVS SVPERLAUDABILIS DEI.

E.ō Christe pr̄būsti uiuum, post tuam passionem, tuisq; apparuisti clara per probationem, quadraginta in diebus te uiuentem monstrasti rebus.

His conuescens, pr̄cepisti in Ierusalem morari, spiritū quem promisisti sanctum, illuc p̄stolari.

Spondes quōd hunc fulciperent, tibi testes existerent, uiuersa in Iudea, iteniq; Samaria pr̄dicando te spes mea, per spatia tā uaria, imo usq; fines terrae fac nos te in corde ferre. Tunc in cœlū ascendisti, nubem claram introisti, quibus te deducentibus uesti, lāete stu pentibus.

Angeli mox astiterunt, redditum te dixerunt taliter ut ascendisti: parce his quos redemisti.

Die sancto pentecostes Christe qui uicisti hostes, sacro sancto collegio, in quorū eras medio, destinasti paraclitūm, igneis linguis placitum.

Scripturarum & linguātūm eis mox uiuersarum usum atq; notitiam dedit, summā peritiam huius rei nouitatem, gentes multe sunt miratae.

Conuera tria milia Iudeorum, ut lilia fuerunt tunc uirentia, te Christum confitentia. Manibus apostolorum cumulum miraculorum in Ierusalem fecisti, signa magna tunc egisti.

Sic quod omnes metuebant ualde, & qui non credebant: omnis plebis habuerunt gratiā, qui considerunt.

Te ō Iesu Nazarene, rex uirtutum pr̄ferene, signis & prodigijs, deitatis itidicij deo patre approbatum, & uirtutibus firmatum.

Traditum prouidentia patris atq; consilio, agmina non credentia peremerunt supplicio. Natum claudum integravit Petrus per te: informauit tunc de te quinq; milia, faciens hęc humilitā.

O deus patriarcharum CHRISTVM tu glorificasti, fontem uitæ gratiarum plebs praua trucidasti.

In te sola nostra salus Christe, qui non credit, malus: nec est datum hominibus quod non men in numinibus, quo saluentur nisi tuum, saluatorem noscant suum.

Orante te ecclēsia primitiva in media sancta urbe, mouebatq; locus quo tunc morabatur, spiritu tunc est impleta, tecq; protestata lāeta.

Vir & coniunx quid furati, uerbo Petri suūt ne cati, uirtute tua domine, tuo saluemur nomine.

Vmbra Petri sanabantur per te qui infirmabantur.

Carcer tunc patefecit, tuos egredi pr̄cepit angelus, ut pr̄dicarent, & te Christum publicarent.

Tunc apostoli gaudebant, propter te quod sustinebant cōtumeliam saluatoris: esto nobis informator.

Stephanus te concedente, coelos uidit hic apertos, & te apud patrem mente, p̄ te habēs uisus certos: fulsifīcētusq; eius facies, ut angeli per acies.

Multos claudos & obfessos, paralyticos & fessos Philippus in Samaria curauit ope uariat quem & angelus perduxit ad Eunuchum, ac reduxit.

Paulo hinc apparuisti, per sequentem prostrauisti, ad diuina rapuisti, de secretis instruxisti.

Leuans ad coelum tertium, rapiens in paradisum hunc per mirum commerciū, monstrās ei te inuisum.

Hunc apostolum sacrasti, quām sis clemens demonstrasti.

Aetēam à paralyti Petrus per te liberauit: Tabitham parem salicī hic à morte suscitauit, remittente apparuit Centurioni, & claruit angelus tuus domine, factas in tuo nomine p̄fices, eleemosynas approbas, quas tu nominas.

Petro euangelizante, ei secumq; collectis, ne cdum hos quo baptizante, trāsmisisti tam electos, flamen signo euidente, linguis eis dans intente.

Iesu tu quem pater unxit uirtute & paraclito, pertransisti ut iniunxit, docens corde p̄fice inclito, cunctis beneficiendo, dāmonesq; expellendo.

Tu in carcерatum, uinctum, Petrum seruis circuncinctum, per angelum de carcere duxisti, uolens parcere.

Et

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI

Adu.13. Et Herodē arrogātem, deo laudē non p̄st̄tē, cōclitū mox percussisti, uermibusq; con-
sumpisti, qui diuinis honorib; gārdebat & rumorib;
Adu.14. Per te Christe p̄dicitur peccatorū remissio, quibus nemo emū datur in lege, ubi sc̄issio.
Adu.15. Te pater lucē gentiū posuit ut credentium salus tu sis ad extremū terræ: Christe ens su-
prēmū, qui per Paulū claudū natum reparasti ad prolatum.
Adu.16. Deus cuncta qui fecisti, omnes gentes p̄misisti oīlū suas uias ire, multis modisq; perire.
Adu.17.18. Nec sine testimonio te tunc atq; p̄conio reliquisti, imbris dando, fecundādo & cibando,
Credimus tua gratia saluari Christe uaria, qui per fidē purificas corda, atq; iustificas.
Tu qui mundū cōdidisti, mūndū flatūq; dedisti, cūctos ex uno homine nos formasti o dñe.
Et statuta definiisti sepora tu singulorum, terminosq; p̄fixisti habitationis horum, ut te
deus semper q̄nq;rant, implent id qui perseverant.
Non à nobis est uolonge, deus sancte tu nos ungeret te sumus & mouemur, uiuimus: hinc
te ueremur.
Non in tēplis manufactis manes deus, nec cōpactis, deauratis, argentatis, sculptis, artifici-
atis simulacris, o heate deus super exaltate.
Adu.19. Prioris ignoratiē dies oīlū despiciens: tēpore miseratiē cunctos es suscipiens o salvator
ad gratiam, omnes hortans ad latram.
Adu.20.21. Diē deus statuisti, in quo mundū iudicabis, in uiro quē posuisti, per quē cuncta ordinabis.
22.23.24.25. Viris fere duodenis iunctis pietatis uehiis, quos per Paulū baptizasti, sanctū spūm legasti,
Christe, signo uisibili, omni lingua dicibili, tunc eis de p̄fās fari, fidē uolēs cōfirmari.
Adu.26.27. Ac per Paulum magna signa p̄petraisti, scribi digna contactum sudariorū atq; semicinctū
orū eius, agros & obfēsos curans, atq; firmans fessos.
Adu.28. Per te Paulus præterea febribus, dyfenteria patrē Publij uexatum fecit sanum, tibi grati,
omnes agros Melitene, tunc curauit per te plene.
Eutychum resuscitauit: uipera tactus, hanc ne cauiit, nihil prorsus ab hac Iesu, tam frequē
ter pro te cœsus.
Omnes secum nauigantes, tēpestate desperantes, propter eum liberasti de submersu, & ci-
basti. Tibi beata trinitas &c.

• Laus dei ex Apocalypsi.

Da deus pacem, gratiam tuam nobis multifariam, q̄ es, eras, & q̄ eris, tu æternus
honorēs.
Christe testis es fidelis, primitius mortuorū, princeps regum ens in cœlis, re-
formator perditorum.
Tuo sanguine Iauisti nos a culpis, & fecisti regnum & sacerdotes deo nostro: cūcta potes,
En uenies cum nubibus cū supernis uirtutibus: oēste uidētes erūt, & hi q̄ te pupugerūt.
Omnis tribus terre flebunt super te, se & merebunt, o finis & principium, Alpha & o rex
initium, tunc omnipotēs futurus, cuncta iusta dīcretur us.
Tu primus & nouissimus Christe uiuus, qui defunctus eras ut indignissimus, & hūc patri
es coniunctus.
In secula seculorū uiuēs felix rex cūctorū, claves mortis & inferni habēs regni dux sup̄ni.
Vincētis dabis edere de ligno uitæ tenere quod in paradiſo dei est: sis Christe in memor mei,
Viq; mortē fac fideles, nos o deus ut reueles mentes nostras in patria, tua perfecta gratia
& æternæ uitæ bonam fortiamur tunc coronam.
Nulla quē pro aequitate patiemur metuamus: nam qui uincit timorate, nō lādetur ut spe-
ramus, a secunda deus morte, non peribit praua sorte.
Tu occultum manna dabis superant, & ornabis hunc cādenti margarita, in qua nomen
scriptum erit, ut id non nouerit, q̄ qui capere poterit.
Renes corda p̄scrutaris, cunctis dare cōmendaris deus quicquid metuerunt, pro ut corā
te uixerunt.
Porro digne triumphanti, & in finē firme stanti, potestate condonabis, super gentes & or-
nabis eum matutina stella, tua sit mens mea cella.
Effice nos uigilantes, nostrosq; plenificantēs actus corā te cōrātor, qualiter acceperimus,
iugiter meminerimus, impleamusq; salvator.
Vincētē albis uesties, nēq; hunc de libro uitę delebis nec hunc nescies, imo tuū dices tite.
Habes Christe sanctus uerus, clauē David rex syncerus, claudis & nemo aperit, aperis &
nemo claudit, si manus referauerit tua: me cor tuum audit.

Supē

DE LAUDIBVS SVPERLAUDABILIS DEI.

169

Superante in tuo téplo, tu columnam das exemplo, super hunc tuū nonē scribens, ut sit
fontem uitæ bibens, & de cœlo descendens Ierusalem, te uidentis.
Testis tu fidelis, uerus, Christe regē principiū, o amator noster uerus, ablue omne uitium.
Auge probatum, ignitum amorem, sapientiā da & cor à te fulcitum, fer mentis opulentia.
Nos paterne & benigne nunc castiga pater dignet qui quos amas, hic arguis, corrigis &
redarguis.

Tu ad ostium stans mentis, pulsans instar diligentis, intras ad apertientem, ecclias secum Apoc.3
non torpem.

Das uincenti residere tecum Christe tuo throno, sicut tu uicisti uere, sedens nunc cum pa-
tre bono, throno eius sit: æternō loca tu nos in superno.

At beati benedictē deus semp laudat sic te, sanctus sanctus deus, dominator omni-Apoc.4.
potens, qui erat & est rex meus, qui uenit cunctis populis.

Dignus es deus domine, altior omni homine, uirtutem, laudem propriam habere & accl-
pere, nec debet quis p̄cipere, sicut haec nātu rū creati cuncta sponte & formalis.
summe leo tribus Iude, tu uicisti prorsus nude, radix David reserat dignus librum, & la-Apoc.5.
xarcep̄tem eius signacula, cognoscendi obſtacula.

Nā occisus redemisti nos crōore tuo deo, p̄reciose nōs emisti, grates tibi regi meo.

Tibi milia milii angelorum humiliū laudē dicunt summo Christo, tēq; laudat hymno isto.

Dignus agnus est occisus, pro salute mundi nūfus, sumere diuinitatē, gloriā & potestatē,
uirtutem, sapientiam, laudem & reuerentia; salutis deo qui in throno sedet, atq; agno bono.

Te angeli glorificant, procidentes hymnificant; splendor, benedictentia, gratitas, sapien-Apoc.7.
tia, honor, uirtus, fortitudo, deo semper plenitudo.

Tergest tu ab electorum oculis omnem flentiam, non famescit quis eorum, nec ferent fiti-
entiam, neq; & tu affligentur, fonte mitre adducentur.

Salus, uirtus, regnum dei, nunc est facta regis mei, & potestas Christi eius, non credenti-Apoc.12.
hac quod peius.

Magna & mirabilia opera tua domine: sunt nāti inscrutabilia ab omni prorsus homine.

Tu uia iustitiae, uerē rex sanctorum præsyncere: quis te non magnificabit, & quis te non
formidabit?

Scriptum tuō uestimento, mentis sanctæ indumento, æternali ex fœdere habes Christe Apoc.19.
ac fēmore, rex regum dominantium, dominator regnantium, regum rex, ac dominorū
dominus inimicorum.

Hi beati qui uocati sunt ad cœnam nuptiarū, Christe tuū hi sunt grati, tibi fonti gratia uini.

Vt tuā iram euadere possint peruersi, cadere montes, petras affectabunt super se, nec
impetrabunt.

Christe summe maiestatis, sicuti dabis gratis, tu de fonte aquae uitæ mentes nostras im-Apoc.20.
ple rite.

Serui tui obsequenti, tui deus & fruentur uultu tuo, quē uidebunt, in eternū sic manebūt.Apoc.22.

Tibi beata trinitas &c.

Laus dei ex creationis operē.

Reasti in principio cœli terram summe deuastam tu pater in filio haec feci-Gen.1.
sti factor meus.

In temporis initio ex æterno cōsilio, abs prævia materia cūcta agēs interca-

sapicēter produxisti cūcta inuisibilita, angelosq; distinxisti p agmina agilia.

Orbes astralē cœlorum, ordinem elementorum, mixta, rationalia & irrationalia

malia es molitus, non fortitus opem, tua uifultus.

Hominem inter angelos & terrena condidisti, medium quem per angulos terræ uaſtē di-Gen.2.

speristi.

Nos gratos beneficio deus fac creationis, purgatos omni uitio in supernis ponte thronis.

Tibi beata trinitas &c.

Laus dei de opere distinctionis & òthathis.

VNuersis creaturis, cunctis rerum tu naturis uires certas in didisti, & uirtutes in-Gen.1.
pressisti.

Tu cœlorum decorasti orbes, ac pulchrificasti sole, luna, & planetis, astris multis
uisu lātis.

Aerem uolatilibus, terrā brutis, hominibus aquas piscibus ornasti, cuncta apte decorasti.

Tc iuben

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI

Genet.

Te iubete fert uirent herbā terra redolentem, arbores, flores, spēs, reparās haec millesies, Porro corruptibilis uim gignēdi cōtulisti; sic indestructibilis deus hēc coextēdisti, Formas inumerabiles maris pīscium fecisti, species admirabiles bestiarum produxisti, grīphes, elephantes, cetera es molitus agens late. At rebus non uiuentibus miras uires impressissi, ratione utentibus eas deus subieciſti; fac nos eis utiliter uti atq; feliciter.

Tibi beata trinitas &c.

Laus dei de eodem.

Avro tribuis splēdorem, melli dulcē das saporē, oleo suauitatem, & metallis claritatē, Herbis, geminis pretiolas uires das ac fructuosas, quibus balsamū ornasti, hisq; uinum decorasti. Totū mundo uenustatem miram & actiuitatem es largitus gloriose, deus supergratioso. Quicquid suauitudinis, decoris, plenitudinis habent aut perfectionis, à te fonte dationis sunt sortita, & retentant, te excellum repräsentant. Mundi in creatione tua patet potentia, eius gubernatione relucet sapientia, eius conseruatione bonitatis fluentia. Te in tuis effectibus diligamus, contemplēmur amorosis affectibus, te ubiq; ueneremur.

Tibi beata trinitas &c.

Laus dei de angelicis spiritibus.

Deus simplex, unus, trinus, actor primus & diuinus, cuncta super unitatem fundans ac trinitatem. Nouem quippe angelorum ordines constituisti, atq; trinam hierarchiam horum eminenter distinxisti, choros tres in hierarchia quauis ponens & sophia. In quolibet ordine dispositi domine infimos atq; medios, supremos & gregios. In suprema Seraphin, Thronos ponis ac Cherubin: Dominationes ponis in lecida & Virtutes. Potestates quoq; donis implens eos, dans salutes. In infima Archangelos, Principatus, ac Angelos.

Da nobis coeliformiter conuersari angelice, ut tibi deiformiter uniamur ac coelice.

Tibi beata trinitas &c.

Laus dei de coelo empyreo.

Angelicis spiritib; ornas coelū empyreū, qd factū his militibus ornasti ut sapphireū. Aptam istis manionem in principio creasti, quam per summam rationem lumina- sam decorasti, ignea hinc appellatur ob splendorem quo ornatur. Hoc coelum uisibilium atq; inuisibilium existit continentia, & cuncta claudit entia, extra quod non inuenitur quid creatum, sicut scitur. Maximum est quantitate, & præfulgens qualitate, situ summiū, uniforme, inter moles sim pliforme, fixum, inalterabile, immorum, præceptabile. Hic cœlestis paradisus, in q; es & deus uisus, congruū habitaculū, contēplandi umbraculū. Voluptatis deificæ locus dulcis mirifice regnū istud est coelorum, terræ regio uitiorum. Nam beatos te fruentes, omni luce resplendentes, sublimes, impassibiles, puritate hymni- biles, talis locus condecebat, qui sic his conueniebat. Nostra sit conuersatio ibi, post habitatio tutu, felix, sempiterna, deus sancte lux superna.

Tibi beata trinitas &c.

Laus dei de ordine seraphin.

In hoc coelo altissimo, ordine decentissimo, summuū chorūm Seraphicum posuisti hi- erarchicū. Qui propter ardētissimam suę flammam charitatis, ad te superdignissimam naturam diuinitatis Seraphin coappellatur, totus in te inflammatur. Nempe ex immediata tui proximatione, ac uiciniō lata à te contemplatione, in amore pergitur, & feruore pertransitur. Dulcis sui incendiū spargit exuberantiam in eos, quis suspendiū norunt sursum leuantiam, choros insubordinatos ad te deus eleuatos. Mentes istæ Seraphicæ deus ex te hierarchicæ sempiternam incessantem, præacutā, præ- flagrantem ad te habent motionem, per amoris tensionem.

Post te o sancte sp̄ritus, qui ignis amor diceris, rite factum diuinitus, quod tu Seraphin se queris, ut fit similitudine procelius à te lumine. Habent & uim reducituā mentes istæ peractiuam, mentes qua inferiorēs sursum ducunt ad feruores ad te deum, has purgando, illustrando, perfectando.

Quo clarius, uicinius te o deus contemplantur, eo uere ualidius tuo amore inflammatur. Deus supergloriose, nos succende charitate, deus nimis gratiose, mentes nostras conu-

Genet.

Hebr. 12.

DE LAVDIBVS SVPERLAUDABILIS DEI.

169

mate, in feruore diligendi, firma teq; amplectēdi, ut in nobis sis feruescens, ut in Seraphin quiescens.

Laus dei ex Cherubin.

Ostordinem Seraphicum, ponis chorū hierarchicū, Cherubin sanctissimorū, animosq; Excelſorum, quos sublimi scientia ornas cum eminētia. Thefauros sapientiæ, splendore sc̄ientiæ, his infundis copiose, sic quod ipsi lumine fundunt choris sequentibus, de his donis fulgentibus. Mentes iste sunt sortita, à te deus princeps uitæ uim præclare cognitiuam, diuinorum respectuā ministeriorū, capacē summe illustrationis, & eiudē pferacē, in eti⁹ se cutionis. Fulgeat te irradiante, luce mire choruscante uenustate ueritatis, & candore sanctitatis, tē cernentes subtiliter & inauertibiliter. Tua contemplatione nostrum impile intellectum, & tam fixa unctione deus eum fac per- fectum, ut non cesses residere in hoc ipso & splendere.

Laus dei de Thronis.

O Deus superlapidis, quem nulla mens est capiens, post hæc Thronos statuisti, quoā liberrimos egisti, ab indigna seruitute & subiectione tute, eleuatu eximio, alto gau- dent dominio.

Circa te fusi collocati, tota uia ad te leuati, & tuæ infidētis, ac supuētientis, eminēter sunt capaces, mansionis tuę tenaces. Dicunt nam deiferi grandi luce clariferi, aperti singulariter ad te sumēdū taliter.

In his confistorio sedes iudicatorio, per hos tua iudicia discernens mirabilia. Sedes sunt pacatissimæ, summe tranquillissimæ, mita uniformitate, tibi deus præparat.

Per te causas ueritatis sunt rex regum discernentes, censuras & equitatis per te iudex exprimentes, iustas horum nostras mentes tibi sedes fac fulgethe.

Laus dei de Dominationib;.

Sanctas Dominationes, per coelestes stationes, media in hierarchia summos ponis the- sarchia.

Effecisti has immunes à subiectu indecente, bonitate sunt cōmunes, omni choro pro- sequente.

Cū iubere dominorum extet, agant qd subiecti animorum est istorum deus ordinis fons recti.

Spiritibus sequentibus quod agant distribuere, & de creatis entibus, eos dē & instruerē. Mentes hæ supermundanae sursum agunt non uane, ad te principem luminis, ad lucē tuę numinis, à hierarchia ementibus, his prime influētibus.

Nulla usquam ui premuntur, dominatū sortiuntur eminentem ad phalangas, subsequen- tes, tu nos tangas.

Veram his p̄fidentiam das, qua per appetentiā amoroſam sunt reflexi ad te fontem do- minatus: rotamente sunt connexi sine fastu iūperatus.

Ordinum sunt conuersus sudditoz ad te deū, & eosq; perfectiug; cōt; his presta iubileuni.

O dominator domine, hæ mentes tuo nomine se inclinant, te adorat, sicq; se in te decorat, singulari libertate sunt extente in te grate.

Inter heros nobiles aulae tuę immobiles altā agunt humiliiter dominium agiliter. Deus sancte immortalis, fortis & clementialis, demoni sit dominari, mūdo, carni principia- ri fac nos, ut hinc copulemur choro huic, & saluemur.

Laus dei de ordine Virtutum.

Choro Dominationū Virtutū hæc ordinem, quibus das ad actionū suarū per te cā- dinem p̄mptā executionē, miram confortationem.

Hinc in nullo infirmantur ad diuina sortienda, in concusse eleuantur ad te tuaq; agenda.

Ordines posteriores tuos deus ad splēdores leuat, tibi cōformātes hos plus, ac deificātes.

Iussa Dominationū mandant executioni, & miraū actionū uacant per perpetrationi; imbecil- les nos egenos deus sitma, fac serenos.

Laus dei de ordine Ponestatū.

Post hos chōtūm Ponestatum per processum ordinatum deus sancte statuisti, ordina-

riam dedisti his uim ad suscipiendo dona tua, ac tenenda.

Habent nam supermundanam ordinationem sanam sp̄ritalis ponestatis, qua influxū

bonitatis imē fundunt hierarchiæ, dando riuos theoriq; ad diuina hæc leuantes, plusquam

G tibi

tibi conformantes.

Dationem imperatam à dominationibus, operisq; mancipatam virtutis actionibus hic custodit inturbaram ordo atq; tenet raram.

Executionis pellens, destruictua uis excellens.

Harum potestis mentium Acherontis prementium colla, zelo inflammata, tua deus est dante, ne in nostra detrimenta agant nimis uirulenta.

Fac nos ope angelica præualere dæmonibus, nosq; imple ui cœlica, supernis dita opibus, præsidentiū manda da seruare illibata.

Laus dei de ordine Principatum.

In te primum hierarchiæ ordinē principatuū ponis d̄ fons hierarchiæ, ac iudex magistratum.

Dediti præsidentiam his ordinem sequentium, quos ad primam essentiam eriguntur et mentium, se & illos confirmare tibi cupientes clare.

His cōmuniis cōmisiſti boni dispositionem, regni eos præfecisti tuā per prouisionē.

In his scimus Michaelē olim rex Israele princeps factus synagogæ, per hunc aduersari res cogit, nā princeps est ecclesiæ sponsæ tuę egregiæ.

Signifer cœli nobilis, paradisi præpositus stat pro tuis immobilis romphæ, ut est solitus, extendens uictoriōse, & propugnans gloriose.

Contra tibi aduersantes intonat terribiliter, quis ut deus, te amantes adiuuat amabiliter, omnem culpam expugnemus, nos à te non elongemus.

Laus dei de ordine Archangelorum.

His creator benedicte Archangeli substitutis, quos d̄ deus rex inuicite, nuncios constitutis grandium negotiorū, opes præcipuoꝝ.

Hos illustrant principatus, puroſ habent affectatus, ut cum his ad te uertatur, deiformesq; reddantur.

Illustras deos angelos per beatos Archagelos, q per illos hoībus quedā pandit lumenib.

Inter istos Gabrielē scimus qui Emmanuelē te o Christenū uirtutis uirgini quā informauit.

Hic fidei mysteria per diuinā imperia in utroq; testamento declarauit documentum.

Merito hunc adamamus, ac præclare honoramus, cuius prece adiuuemur in æternumq;

Saluemur.

Laus dei de ordine Angelorum.

Angeloz deus chorū innī ponis, & decorū ecclesiæ tu præficiis hierarchiæ quā reficiis.

Ordinē hūc angelorū, quoru extat singulorū hic psonas custodire, hoīesq; eruditore.

Sunt minora nuntiantes ad singulos spectantia corda nostra excitantes, portant dona saluantia, iunant, regunt nos, defendunt, ex amore se impendunt.

Suæ hos creationis deſons dilectionis, incorrupta uestitura induiſti non lapsura, quos in tuum ministerium fecisti & imperium.

Astra sunt superioris cœli & interioris paradisi candentia, lilia non marcentia.

Splendēt in sapientia, amoris ucheinertia rubent, fragrāt, decorati puritate uirginea, deiformi ac niuea, omnes sancti adunati.

Mentis suæ radicibus tibi herent inauerse, nostris gaudent gemitis, & pro nobis orant per se preces nostras offerendo tibi deo reuerendo.

Horū inspirationi sanctæq; directioni nos semper acquiescere, da deus nec lassetere.

Laus dei de eius dignatione ad nos.

Grandem hanc dignationē, altamq; dilectionē tuā ad nos admiramus, collaudamus, complexamur, d̄ creator glorioſe deus sancte gaudioſe.

Quod tam claros palatiū tuī ciues solatiū cauſa nostri ad nos mittis, ad proſectumq; transmittis.

Intellectus deiformes, mentesq; deificatas ad nos mittis tā deiformes, ad res ſic uilificatas.

Simplices has essentias puras, sanctas, immortales ad noſtras indigentias mittis, & ad nos carnales, qui fauillæ coparamur, uafa lutea uocamus.

Spiritus tam excellentes satrapas supermundanos, ad in terra nos repentes mittis peccatores uanos.

Milia nanq; milium spirituū sublimium mox diſcurrunt, te iubente, inter te & nos repente, inter cœlum & nos terræ pronobis tua ferre.

Volant

Danielis.

Volat prorsus alacriter apes ut negotios, & obediencialiter, ut gens cincta amoroſe. Tuæ nō dignationi, deus gratos fac fons boni, propriamq; dignitatem, per p̄damus humiliter, & præſentialitatem, angelorum subtilder. Ut in horum præſentia, ſimus cum reuerentia, & honeste conuerſemur, ſemper coram te ſaluemur.

Laus dei de hierarchijs communiter.

Té deus benedicte, infinite non conſtricte, diligunt ardentissime, Seraphin iocu-

dissime.

Mete aſtantissima, uoluptate purissima, te fruuntur intuentur, poſſident, ac re-

uerentur.

Tesyncere contemplantur Cherubin, & admirantur deus & in te rimantur, ac profunde

speculantur, rationes tuorum factorum, & ſuorum obiectorum.

Vertex Dominationū, fontem elevationum te honorat, prompte paret, & patēdi mora cā

ret, ſe humilime reflectit, in te ſepti nequit.

Tuq; omnipotens ſunt Virtutes inhærentes, placita sapientiæ thæ plene exequentes, in

te uerſe totaliter, fruentes æternaliter.

Teq; tremunt potestates abſq; peccata, uoluntates ſuas tibi ſubſternentes, dulcem te ex-

periētes.

Te in cunctis uenerantur principatus & ſectātur, tibi malunt famulari, q; cuiquā domina-

ri, plus ſubelle quam præceſte, inſtar horum fac nos eſte.

Quamuis omnes te beati clare & immediate cernunt, tamen eleuati à tua diuinitate, infe-

riores purgare fantur atq; illuſtrare, & eosdem perficere ad amandum allicere.

Quo ad tuos id effectus, fertur deus ſumme rectus, horum nam ſuperiores, plures ſciunt

per ſplendores, & eorum rationes, plures per diſtinctorēs.

Laus dei de gradib; hominum electorum in patria.

Deſtūtus te ueritatis, te diligunt ardentius, præ cunctis ucheinuentis.

Hinc copioſo lumine de ſua plenitudine, cunctis fundit agminibus, angelorum &

hominum, altior in numinibus crecta, per te dominum

Post hanc uirgo Christifera, uniuersis eft prælata, magis facta deifera, plus in deum pro-

fundata, in abyssum tuæ lucis, plus absorpta mater ducis.

Patriarche & prophete, te conſpectant nimis laete, chorusq; apostolorum, cū excessu gaū

diorum, te aſtringunt te fruuntur, in te prorsus reſoluntur.

Martyres uictoriōſi, te collaudant gaudiſo, uiuentes beatissime, in te deus dulcissime,

Luciformes conſeffores, puri tui ſunt inspectores.

Te ordo uenerabilis, monachorum ſpectabilis, ſingulari libertate, deus poſſidet beate, p

quo ſuam uoluntatem freget, ſpreuit libertatem.

Doctores facialiter, te ſancte æternaliter, iam conſpectant prægaudenter, ut crēdebat

confidenteſ.

Te uirgines mundissime, laudant præſuauiffime, purissimis amplexibus, te ſtrigunt inē

tis nibus.

Ex angelis, hominibus una facio ecclesiæ, in ſupernis luminibus, uhanimem, egregiam.

Ad cunctos angelicorum ordinum quosdam hominē ſeuans, iuxta meritorum cuiusq;

exigentias, ſic nunc deus conuerſemur, ut poſt iſtis copulemūr.

Laus dei de numero & ordine cœleſtium corporuin.

Tv post cœlum beatorum, deus ſancte rex cœlorum, poſuisti crystallinum cœlum,

interiota primum, uniforme & transparente, inſtar aquæ eſt apparenſ.

Nona ſphæra id uocatur, atq; à te imperatur, ab ortu in occidētem, omni die permo-

uentem circumvolvi celerrime, d̄ deus celeberrime.

Post hoc cœlum eſt ſtellatum, à te aſtris deorū, grandi id causalitate uiribus actiuita-

te, in ſe atq; ſyderibus, ornasti & operibus.

Post hoc orbes planetarum, locas rector tu ſtellatum, & cuiquam das planetæ ſuum or-

beum, formam mentē.

Loca item potestates, motus & cauſalitates, & influxus noſtri horum, cum creator ſis eorū,

ſed mortales iſta latent, quo ad plenum partim patent.

Sic currēdo protestatur, ſe ſeruire & profatūr, ſe creatæ & nō dæos, in te fleſte aſtus nōeos.

G z Motus

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHVSIANI

Motus hęc uelocitate tuam pandunt potestatem, & quām tibi sint parate parendum ob
maiestatem.
Quis solis pulchritudinē, uirtutē, claritatem, miramq; causalitatem, eminentem fulgitatē
deus tuus admiratur, & in his te speculetur?
Quis motuum cœlestium ex numero terrestrium exprimit uelocitatem, tuam & penser
potestem?
Hæc corpora cœlestia, per quę regis terrestria, ut iubes, rapidissime currunt ordinatissime,
Motu ac influentia, & luce sunt agentia in his inferioribus, nos imple tuis splendoribus.
Tua imago bonitatis est sol iste uisibilis, instar cuius cunctis gratius lucē datus quæ sensibili,
Hunc fecisti incessantis fontem lucis emicantis, tempora determinantem, fructus terreni
nouantem.
O sol intelligentię, splendorq; sapientię, mentes nostras illumina, his tua augens numina,
Tibi beata trinitas. &c.

Laus dei de elementis, & mundi dispositione.

Gene. 2.

Sapient. 19

i. colleg. 8.

Psal. 88.

Iob 38.

Gen. 1

Psal. 46.

Post corpora cœlestia statuisti terrestria, quatuorq; elementa quędā ut stabilitamenta,
Sphærica sunt hęc figure, se cingētes creaturę & quę sunt similiora, locasti uinciora,
Vniuersum quoq; totum corporaliter sensu notum, effecisti tu rotundum, hac figura for
mans mundum.
Constat hanc perfectiorē esse & capaciorem, conformis & ternitati plus, ac uniformitati.
In his orbis superior circuit inferiorē, deus cunctis celebrior, menti tuū da fulgorē.
Partem terrę uoluisti esse aquis dimidiata, ad morandum hanc dedisti, animalibus apta
tum.
Tunc ad concava duxisti terrę, aquas, & * legisti lege, gyro has uallabas, ne exirent, im
perabas.
Posuisti & arenam finem mari per serenam, uim quoq; ut in utre ponis, utq; in thesauris
bonis.
Fluctus ciuius tu iussisti ad ipsius ripam frangit, assis pīc plebi isti, da clementer à te tangi.

Laus dei de dispositione terre.

Deus supergratioso, super dulcis, gloriose, super terram terendisti lineā, & tunc iecisti
ciuius fixa fundamenta, nostra igni corda lenta.
In uniuersi medio instituto egregio hanc ut centrum collocaisti, mire eam fecun
daisti.
Dixisti in exordio semel in mundi primordio, ferat terra uiresentem herbam: cernimus te
tremet eam usq; nunc præceptum, tuum hoc secundum conceptum.
Magnitude est cœlorum tanta, ut respectu horum terra extet quasi pūctum: tibi fac cor
nostrum iunctum.
Qui excedis infinite cuncta prorsus auctor uitę: nam respectu maiestatis tuę, uniuersum
est ut puluis exiguis, adiutor sis continuus.
Habitandi dixisti loca, terram diuisiisti deus filijs hominum: te summum colant domi
num.
Metro, numero, ponderę cuncta deus condidisti: noli iuste confundere nos, quospie rede
misti.
Facis sole accidente aëstem, quo recedente, facis hyemem, qui solis allatione mox mo
lis terrę uultum es feci dans, nostra corda sis emundans.
Annos, menses, noctes, dies tu distinguis summa questu motu solis atq; lunę bonum seruas
es commune.
Partes anni afficiens diuersis qualitatibus, ordinate alliciens sis nos tibi in talibus.

Laus dei de impressionibus.

Multiformes tu effectus agis summe intellectus aeris in elemento, nobis sis pro fir
mamento.
Nubes & impressiones, uentos, exhalationes, pluuiasq; hic producisti, empiterne
princeps lucis.
Operis cœlum nubibus, fulges mire fulguribus, tonitrua efficiens, nos metu es dej
ciens,

Aquas

DE LAUDIBVS SVPER LAUDABILIS DEI.

17

Aquas ligas seriatim, in nubibus utiliter, & emitis has gemitum, prouidendo utiliter, pa
riter ne erumpentes, cuncta exteat subuententes.

At per causas naturales, secundas instrumentales uarias impressiones facis & influxioēs,
Ut cometas & halonem, a sub uolantem draconem, coronas & uoraginem, multiformem
propaginem.

Grandinem, niuem, iridem, pruinam & caliginem, stellas insuper cadentes, capras quoq;
salientes.

Omnis lapis pretiosus, oīs liquor fructuosus, quicq; extat optabile, tuū opus est amabile.
Tu irrationalibus dedisti animalibus mirandas proprietates, actus, formas, potestates, na
turales industrias, secretasq; astutias.

Tein cunctis operibus tuis pure contempletur totis mentis uisceribus, sic tuo amore in
flamen, & ex cunctis inducamur, uenerari te quem famur.

Laus dei de consummatione mundi.

Electorum consummato numero praedestinato, cessabit generatio, ut tua iubet ratio
dens, qui ob nos fecisti iuxta hec ut decreuisti.

Rerum generabilium atq; corruptibiliū tā in parte quā in toto esse tunc cessura nota.

Sed manebunt elemēta quo ad totū, nā inuēta sunt indestructibilia, hec, pīsus credibilia,
Electis glorificatis, reprobisq; condemnatis, orbes astra, elementa, per quę fērs emolumē
ta, immutabis in inclīns, prauis clausis iusserius.

Lux solis septiformiter, lux lunæ soliformiter erit; quia augebitur luce, septuplo dabūt.
Terra clara tanquam uitrum erit magis quām sit nitrum, ut crystallus aqua erit, nec haec
credens miser perit.

Aer instar tunc cœlorum, ignis sicut astra horum motus cœli tunc cessabit, cœlum nō ut
nunc caufabit; sol & luna erunt fixa, suis locis, te subnixa.

Cernent clare tunc beati, in his rebus iocundati, tuam magnificētiā, ut per experientiā.
Tibi nūc sic obsequiamur, ut à te tūc sortiamur, plenā beatitudinem, lucis æternitudinem.

Laus dei de beatitudine electorum.

Deus ut à te procedit nostra anima, sic redit ad te, nec felicitati ualeat, nisi copulari tibi
clare admittatur, idq; nunc promeratur.

Bonitatis dignatio tue atq; amatō in hoc deus declaratur, quod creasse nos mōstratur
Suam ad fruitionem, & beatā uisionē, claram, supernaturā, indistinctē, facialem.

Temet nobis preparasti bonum summū infinitum: tam excelse nos amasti, ut cor nostrum
te sortitum, in te plenum contentetur, habens quicquid peroptetur,
Te cernemus per te ipsum, deus sancte ens idipsum, erit nobis esentia tua, o sapientia, ob
jectum atq; species eterna, plena, requies.

Te hoc modo intuentes clare scient nostrę mentes ordinem totius mundi, uenustate tunc
habundi.

Tunc preclare uidebimus quicquid modo hic credimus, contuentes gaudiose, qualiter o
gloriose in te sit emanatio.

Quomodo tu fili dei ab eterno genereris: & tu flamen dei mei, ab utroq; hoc spireris.
Tunc sciemus evidenter, grati, leti quām clementer à te simus preseruati, deus magne, &
saluati.

Vultus tu in aspectu à mundato intellectu plena est beatitudo, summa quoque prompti
tudo, ad quam ferre nos digneris, deus trine, ut lauderis,
Tibi honor, laus, gloria, felicitas, rectoria, infinite diuitię, superplenae delicię, ex hoc nūc
& in eternum, ens supremum & supernum. A M E N.

Finis laudum superlaudabilis dei.

G 5 D.Dionysii

D.DIONYSII ARICKEL

CARTHUSIANI DE LAVDIBVS SANCTISSIMAE
& indiuidua Trinitatis, per modum horarum.



Psalm.70.

Psalm.69.

1.Timo.1

Psalm.94.

Apoca.1.

Apoca.1.

Ioan.3.

Psalm.24.

Ioan.3.

Ioan.4.

Psalm.71.

1.Ioan.4.

Esa.11.

Psalm.56.

Esa.11.

Psalm.50.

Eodem.

Ioan.14.

SSTI nobis semper immensa tua clementia, deus omnipotens, trinitas adoranda. Versus: Exultent labia mea domine cū cantuero tibi, & anima mea quā redemisti. Deus in adiutoriū meum intende. Domine ad Gloria. Invitatorius: Te omniū regē seculorū, immortale, inuisibilē, deū aeternū & uerū adoramus, laudam⁹ & glorificamus o bñdicta trinitas. Venite exultemus dñs &c. Te omniū regē &c. Quoniam deus magnus &c. O bñdicta &c. Quoniam ipsius est mare &c. Te omniū &c. Gloria patri, O benedicta &c. Te omniū regem &. Hymnus.

Destō sancta trinitas, par spēdor, una deitas, que di machina benedicat per secula. Assumus & nos cernui, te adorantes famuli, uota p̄cessus supplicum hymnis iūge coelestū. Vnum te lumen credimus, quod triniti idem colimus. Alphita & te dicimus, quem laudat omnis sp̄sus. Laus tibi patri ingenito, laus tuo unigenito, laus tu sancto spiritu, deo trino & simplici. Amen. Ant. Pater diligit. Psalmus,

Ad te domine leuaui animam meū: deus meus in te confido, non erubescam. Neq; ir rideant me inimici mei; etenim qui sustinet te, non confundētur. Confundatur oīs iniqua agentes superuacue. Vias tuas dominie demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. Dirige me in ueritate tua & doce me, qā tu es salvator meus, & te sustinui tota die. Reminisce me miserationū tuarū domine, & misericordiarum tuarū que à seculo sunt. Delicia iuuentutis meæ & ignorantis meæ ne memineris. Secundum misericordiam tuā me mento mei tu propter bonitatem tuam domine. Gloria patri &c. Antiph. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium, habet uitam æternam. Antiphonat Deum nemo uidit.

Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Sit nomen eius benedictū in secular. ante solem permanet nomen eius. Et benedicentur in ipso omnes tribus terrenes gentes magnificabunt eum. Benedictus dominus deus Israhel, qui fecit mirabilia solus. Et benedictum nomen maiestatis eius in eternū: & replebitur maiestate eius terrarū, fiat. Gloria patri &c. Ant. Deum nemo uidit umquam unigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarravit. Ant. Requiescat. Psalmus:

Miserere mei deus miserere mei, quoniam in te confidit anima mea. Et in umbra alarum tuarum sperabo; donec trāseat iniquitas. Clamabo ad deum altissimum, dum qui beneficet mihi. Misit deus de celo & liberauit me, dedit in opprobrium cōcul cantes me. Misit deus misericordiā suā & ueritatē suā, & eripuit animā meā de medio catus. Ioh. leonum: dormiu conturbatus. Gloria patri &c. Ant. Requiescat super me sp̄sus tuus domine, sp̄ritus sapientiae & intellectus, sp̄ritus cōfili & fortitudinis, sp̄ritus scientiae & pietatis: & replete ne sp̄ritus timoris filialis & casti. Ver. Ne projicias me domine à facie tua. & sp̄ritu principalis cōfirmata me. Ignem inextinguibilem sui amoris accendat trinitas sancta in cordibus nostris. Amen.

Lectio prima.

Respondes Iesus discipulis, ait: Ego sum uia, ueritas & uita. Nemo uenit ad patrem nisi per me. Si diligitis me, mādata mea seruate. & ego rogabo patrem, & alium paracletū dabit uobis, ut maneat uobis in æternū, sp̄ritum ueritatis que mundus non potest accipere. In illa die uos cognoscetis, quia ego in patre meo, & uos in me, & ego in uobis. Qui diligit me, diligitur a patre meo: & ego diligē eum, & ad eum ueniemus, & manione apud eum faciemus. Paracletus aut sp̄flancetus, quē mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & suggeret uobis omnia, quae cūq; dixerō uobis, sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos. Cum autē uenerit paracletus, quem ego mittā uobis a patre sp̄ritum ueritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Nō enim loquetur à semet

DE LAVDIBVS SVPERLAVDABILIS DEI.

172

semetipso, sed quācūq; audierit loquetur, & quae uētura sunt annūtiabit uobis. Ille me clariſcabit, quia de meo accipiet, & annūtiabit uobis. Omnia quācūq; habet et pater, mea sunt: propterea dixi, qā de meo accipiet & annūtiabit uobis. Tu autē dñe, misericere nostri. Deo grās. Resp. L. In principio erat uerbi, & uerbi erat apud deū, & deus erat uerbi. Hoc erat in principio apud deū. Ver. Sicut enim habet pater uitā in semetipso, sic dedit & filio uitā habere in semetipso. Hoc erat. In unitate sancti sp̄su bñdicat nos p̄ & filius. Lectio II.

Dominus possedit me initio uitā suā, ante quācūq; faceret à principio. Ab eterno ordinata sum, & ex antiqua ante quācūq; terra fieret. Nec dū erant abyssi, & ego hā concepta eī. Ante colles erga partū sebar. Quādo preparabat celos aderā, quādo certe legē & gyro uallabat abyssos. Qui appendebat fundāta terrę, cū eo eram cōcta componens. Eī delectabat per singulos dies, ludens corā eo omniū tēpore, ludens in orbe terrarū: & delecta mea esse cum filiis hominū. Ego ex ore altissimi prodidi, primogenita ante omnem cōcreatū. Ego feci in celis ut oriceretur lumen indeficiēs, & sicut nebulā tesi oīm terrā. Gyrunt cōclci circuui sola, & profundum abyssi penetraui. Vapor sumi eī virtutis dei, & emanatio quādē claritatis omnipotēs dei sincera. Candor quoq; lucis a tenebris, & speculū sine macula dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Porro sp̄flancetus dīsciplinę effugiet fictū, & auferet sc̄e cogitatiōib⁹ que sunt sine intellectu. Benignus est enī sp̄sus sapientie, qm̄ sp̄sus dñi replevit orbē terrarū, & hoc quod continet oīa, scientiā habet tuocis. Alij nāq; per sp̄itum datur sermo sapientie, alij sermo scientiae, alteri gratia sanitatum, alijs operatio uirtutum, alijs prophetia, alteri genera linguarum. Hęc omnia operatur unus idem sp̄ritus, diuīlī singulis prout uult. Tu autē do. Resp. Domine rex omnipotēs, in ditione tua cuncta sunt polita, & non est qui possit tunc voluntati resistere. Tu enim domine fecisti cōclum, terrā, & quicquid cōclū ambitu continetur. Ver. Non est similis tū in dñs domine, & non est secundum opera tua. Tu enim. Luce sapientiae celestis p̄ gratia ilūminet & conseruet nos trinitas sancta Amen. Lectio III.

Trinitas supersubstantialis, superadoranda & superbona Christiane doctrinę sapientię dirige nos ad superlucidā ut possile est tuipius contemplationē. Neq; enī te plene cōprehēdere ualeat mēs creatā, quoniam inaccessibilē lucē in habitatis, & ipsa tue eternę lucis sup̄excellēs, immēsa, inuisibilis plenitudo diuinā appellat caligo, in qua tu habitarē phiberis: que ponis tenebras latibulū tuū. Et ipse diuinē tenebre cooperiunt̄ oīi luimini, & abscondunt̄ omniū uisionē, ppter incūscriptib⁹, & impenetrabilē ppter claritatis splendorē. Opportūnū pp̄te in te oīm rex p̄fectionēs fateri, tāq; in fontali & exēplari oīm causa, & rursus, easdē principalius abnegare de te, tanq; existēt̄ sup̄ oīa, atq; sup̄essentialiter su posito uniuersoꝝ principio. Hoc nēpē ē te uiderē & cognoscere, te sup̄substantialē sup̄ substancialiter p̄ oīm entū ablationē laudare. Ipsa nāq; æterna tua diuinitas, infinita excedēt̄ oīm creatū excedit: estq; deficiēs oīm nomē, put nos illud cōprehēdere ualemus, à sup̄benedicta & sup̄uiuenti & sup̄essentiali tua dignitate immēso defectu. Deniq; q̄ sup̄ sp̄lēdenti diuinā tuē luci mens amplius appropinquat, eo tuī inaccessibilitas & incōp̄hēabilitas plenius immōscit. Cūq; fuerit caliginē ingressa, omne mox nomē oīcōgnitio p̄sū deficit. Sed hoc erit mēti te uiderē, uiderē te oīm inaccessibilē esset: & q̄ id claris uiderit, eo te lymphidius intuet. Secundū hāc sup̄lucidā nos fieri picatū caliginē d̄ trinitas bñdicta. Et p̄ inaccessibilitatē & ignorantiā uiderē atq; cognoscere te, q̄ es sup̄ oīm uisionē & cognitionē. Hisq; dūtaxat apparet, q̄ sup̄gressis & relictis oībus sensibiliib⁹ & intelligibiliib⁹, cunctis q̄q; creatis, itēq; seipfis, in caliginē intrāt̄ in qua tu uere es. Adoro, laudo, bñdici te dō summa & indiuidua, immēsa, q̄q; trinitas, sup̄apiēs, sup̄felix, oīpotēs deus, tibi gloria honor & laus in oīm eternitate. Tu autē dñe, deo grās. Resp. Subleuat Iesus oculis in celū, dixit: Pater, uenit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Quoniam hēc est uita æterna, ut cognoscat te solū uerū deū, & quē misifisti Iesum Christū. Reuelā dñe oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua: Et quē. Gloria patri. Quoniam hēc est uita.

G deum adoro, te laudo & te sup̄p̄exalto, hymnum laudis & gloria in tibi dō sup̄fancita trinitas offero. O lux æterna, lux supersplendidissima & sup̄p̄exalto, lux quē in te ipsa infinita claritate resp̄lēdes, pulchritudinis tua nūl lux est finis, & decoris tui sp̄lēdor est omnino immēsus. O lux, supersimplex, in comprehensibilis, incircumscrip̄ta. O trinitas adoranda, tu bonitas pura, immēsa, fontana, supersubstantialis, æterna. Tu esse tantum, esse purum, esse perfectum, esse plenū, simplicissimum, independens, immaterialē, interminabile, nesciens locū. In te dō trinitas sup̄

1. Tim. 1.
Jean. 6.
Prover. 8.

Sapi. 7.
Sapi. 1.
1.Cor. 12.
Ezai. 33.
Hebre. 13.
Psalms. 55.

1.Tim. 6.
Psalm. 17.

1.Timo.1.
Ezai.13.
Iont.17.
Eodem.
Psalm.108.

G benedici

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI

benedicta, infinita est gloria, & beatitudinis tuae lactitia est penitus infinita. In te quoq; im
mensa dilectio, omniumq; bonorum atq; pulchrorum superplena & perfecta possessio. In te be
atissima uita, interminabilis sapientia, immensa complacentia, paxq; dulcissima. Tu pater
terrene, te ipsum intuendo & intelligendo, tu ihsus cōceptum & uerbum in te profers &
gignis; infinito & superardenti amore unigenitum tuum superpulcherrimum diligis &
cum superincomprehensibili ardore aeternaliter eum amplectaris, amas, & inspis. Oia
tua superbone pater ei communicas, & in eo immensum delectaris & complaces. Tu quoq;
unigenite, pater tuo aeterno inseparabiliter heres, & quicquid habes & es, ab ipso te sus
cepisti cognoscis. Ideo superauertu sumpliciter, in infinito amore eum rediligis, & cu*ij*
cunditate immensa ad ipsum te uertis. Tu patrem perfecte cognoscis, in eo interminabili
liter delectaris, & sempiterno amplexu quiescis. Tu mētis paternæ uerbum aeternum, in
telligibilis dictio, & sapientia eius plena expressio. Tu splendor gloria, figura paternæ
substantiae, imago bonitatis paternæ essentiae. Tu deus deo, lumen de lumine, deus uer
sus, unus cu*p*atre. Tu alme paraclete spiritus sancte, patris & filii es dulcissimus nexus, iu
cundumq; oculum, aeternus complexus. Te simul spirant & diligunt, atq; in te omnes glo
ria, & diuinitatis tuae diuitias aeternaliter fundunt. Tu amor amborū, spiritus, pax sereniss
ima, suauitas infinita, cōmunione plena, sempiterna atq; cōmuniis letitia. Te pater & filius
infiniti diligunt, eosq; denuo immense rediligis; & in ipsis superdulcissime perseueras. Pa
cis tuae dulcedo d̄ trinitas super felix, est prorsus immensus; & unionis tuae coniunctio con
substantialis ac indiuina. Tu deus eternus es actus purus, mens separata, honoratissimus in
tellectus, uniuersorū origo & finis. Te iure laudant, adorant, glorificant omnes creature
tuę. Te calidissimo animo, ardētissima mente, sacratissima Seraphim iugiter intuetur & di
ligunt. Te sapientissimo corde oculata Cherubim mirantur atq; conspicunt. Tibi domine
Throni fides sunt te Dominaciones adorantia te. Virtutes depēdentes te. Potestates formi
dant, Tibi Principatus ministrant. Archangeli parēt, Angeli seruūt. Te p̄c cunctis & sin
gulis anima Christi cognoscit & diligat, cui uirgo Christifera extat similitima. Te patriar
che glorificat, prophetē collaudat, apostoliq; magnificant, Te martyres benedicit, cofel
fores exaltant, uirgines amant, omnesq; electi adorat. Quoniam tu solus cūcta in infinitum
excellis, & tui cōparatione ē totus mūdus tanquā puluis exiguis, Tu solus immensus, ete
nus, omnipotens, nullorū egens; penitus simplex, naturaliter bonus, essentialiter sanctus,
substantialiterq; perfectus, trinus & unus. Amen.

Ad laudes. Ver.
Te domine laudant astra matutina, tibi iubilant omnes filii dei trinitas sancta.

Deus in adiutorium meum int. Domine ad adiu. Gloria pa. Sicut erat in princ.
Antiph. Deus & pater.

Psalmus:

Exaltabo te deus meus rex, & benedicam nomini tuo in seculum, & in seculum secu
culi. Magnus dominus & laudabilis es nimis, & magnitudinis eius non est finis, Gene
ratio & generatio laudabit opera tua, & potentia tuam prouitiabunt. Magnificatq; glo
rię sanctitatis tuę loquetur, & mirabilia tua narrabunt. Et uirtutem terribilium tuorum dicet,
& magnitudinem tuam narrabit. Memoriam abundantie suauitatis tuę eructabunt, & infi
tia tua exultabunt. Miserator & misericors dominus, patiens & multū misericors. Suavis
dominus uniuersus, & miserationes eius super omnia opera eius. Gloria patri. Sicut erat in
Antip. Deus & pater domini nostri Iesu Christi, à quo omnis paternitas in celo & in ter
ra nominatur, de nobis secundū diuitias glorie fuę uirtute, corroborari in interiori hoie
per sp̄m sanctū, habitare Christū p̄ fidē in cordibus nostris. Ant. Te decet laus. P̄sal.

Exaudi me domine quoniam benigna est misericordia tua secundū multitudinem mi
serationū tuarū respice in me. Et ne auertas faciem tuā à me à puerō tuo; quoniam tri
bulator, uelociter exaudi me. Intende animę meę & libera eam, propter inimicos eri
pe me. Laudabo nomen dei cū cantico, & magnificabo eum in laude. Laudet illum cōclum
& terra, mare & omnia reptilia in eis. Gloria patri. Sicut erat. Ant. Te decet laus, te de
cet hymnus tibi gloria deo patri & filio cū sancto sp̄u in secula seculoꝝ. Ant. Beato. P̄sal.

Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in aeternum misericordia eius. Confite
mini deo deo, quoniam in &c. Confitemini domino dominorū, quoniam. Qui facit mi
rabilia magna solus, quoniam. Qui fecit celos in intellectu, quoniam. Qui firmauit terrāsu
per aquas, quoniam. Qui fecit luminaria magna, quoniam. Solem in potestate diei, quoniam. Lu
nam &

Ioann. 5.
Hebr. 1.
Coloss. 1.

Fisi. 40.
Baruch. 3.
Iob. 38.
P̄alm. 69.
P̄alm. 144.

Ephes. 5.

P̄alm. 68.

P̄alm. 139.

DE LAUDIBVS SVPERLAUDABILIS DEI.

175

nam & stellas in potestatem noctis, q̄m. Gloria patri & filio & spiritui sancto. Sicut erat in
princ. &c. Beato & soli potenti, regi regū et domino dominantiū, qui solus habet immor
talitatem, et lucē habitat inaccessibilem, honor et imperiū sempiternū.

Capitulum.

Actum est autem Iesu baptizato et orante, apertum est cōclum, et descendit sp̄us sanctus.
Hec corporali specie sicut columba in ipsum, et vox de celo facta est, tu es filius me
us dilectus, in quo mihi complacui. Deo gratias. Ref. Gratias agimus tibi domine
deus omnipotens, qui es et qui eras, qui accepisti uirtutem tuam magnam, et regnasti, alle
luia. Ver. Confiteantur tibi domine omnia opera tua, et sancti tui benedicant tibi. Qui
accepisti. Gloria pat. Alleluia.

Matt. 3.

Apoc. 19.

Pal. 14.4.

Hymnus.

Boethius in
de consol.

O Qui perpetua mundum ratione gubernas,
Terrarum cōfector, qui tempus ab aeuo
Ire iubes, stabilisq; manens das cuncta moueri,
Quem non externae pepulerunt fingere cause
Materiæ fluitantis opus, uerum in ista summi
Forma boni, liuore carent; tu cuncta superno
Ducis ab exemplo, pulchrum pulcherrimus ipse
Mundum mente gerens, similiq; ab imagine formans
Da deus augustum menti consondere sedem,
Da fontem iustare boni; da luce reperta,
In te conspicuus animi desigere uisit,
Atq; tuo splendore mīca tu nanc; serenum,
Tu requies tranquilla p̄is, te cernere finis,
Cœtus in excelsis te laudat coelicus omnis,
Et mortalis homo, & cuncta creata simul.

Pal. 14.6.

Qui stellas numeras, quarum tu nomina solus,
Signa, potestates, cursus, loca tempora nosti.
Principium, uestor, dux, semita, terminus idem.

Gloria, laus, & honor tibi sit rex trine creator. Amen. Ver. Patris & filii &
spiritus sancti una est diuinitas; Aequalis gloria, coeterna maiestas. Ant. Quis fecit stellas,

Luke. 1.

Benedictus dominus deus Israhel, quia uisitauit & fecit redempcionem plebis sua. Vt
sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruamus illi. In sanctitate & iu
stitia coram ipso, omnibus diebus nostris. Per uiscera misericordia dei nostri, in qui
bus uisitauit nos oris ex alto. Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent,
ad dirigendos pedes nostros in uia pacis. Gloria patri &c. Qui fecit stellas, hic est deus no
striter, & non aestimabitur aliis ab illo. Hic adiuuenit omnem uiam discipline, & dedit illā
Jacob pueru suo, & Israel dilecto sibi; & post haec super terram uisus est, & cum homini
bus conuersatus est.

Baruch. 3.

Laus dei.

Gratias agamus dño deo nostro; Dignum & iustū est, Nostibi semper & ubiq; grati
etio unus es deus, unus es dñs. Nō in unius singularitate p̄sona, sed in unius trinitate
substantiae. Quod em̄ de tua gloria reuelate te credimus, hoc de filio, hoc de sp̄s sancto, si
ne differentia discretionis sentimus. Vt in cōfessione uerae sempiternę deitatis, & in per
sona proprietas, & in essentia unitas, & in maiestate adoretur aequalitas. Quam laudat An
gelū atq; Archangeli, Cherubin quoq; ac seraphin, qui non cessant clamare quotidie una
uoce dicentes, sanctus sanctus dominus deus omnipotens. Pleni sunt coeli & ter
ra gloria tua. Domine exaudi orationem meam. Et clam. Oremus.

Ez. 1.6.

Apoc. 22.

Phil. 10.1.

Trinitas incorporeā, inuifibilis, incōprehēbilis, sup̄ exaltata, & eti
naq; ad oīa p̄cedēs p̄ lucis tuę influxū, manes in teipſa inaccessibilis atq; immobiliis,
uniformiter atq; fixe, & aeternaliter eodem modo te habēs, antīmā nostrā quam ad
similitudinem tuam plasmare dignata es, ab omni inuinditia eripe, caniq; reformat, & tibi
assimila, atq; indefiniter eam in tua bonitate custodi, cui honor, beatitudo, uita & re
gnū per secula infinita. Amen. Dñe exaudi orationē meam. Bādicamus dño. Deo gratias.
Animę omnium fidelium defunctorum per misericordiam tuam & benignissima Trinitatis
requiescant in pace. Amen.

Gene. 3.

Phil. 10.1.

Ad Primam.

Asit nobis semper immēsa &c. ut sup̄a. Cor in mundū crea in me deus, & sp̄m rectū
in noua in uisceribus meis. Deus in adiutoriū. Domine ad. Gloria. Hymnus. Phil. 69.
Fontale

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI

Fontale lumen deus uiuus, uere unus, uere trinus, te cuncta paudent, tibi parent, quæ per gyrum cœlū tenent.

Tu dulcedo infinita, lux immensa, pura uita, te solum decet latria, in te immensa lætitia. Praesta menti gratiarum dona sacra superna, ut te amet & metuat, tibi semper paret. Honor, uirtus & potestas, laus & hymnus ac maiestas, summo patri atq; uerbo, & quem spirant uni deo. Amen.

Psal. 26.

Galat. 1.

Psal. 6.

Psal. 31.

Psal. 143.

Coloss. 1.

Apor. 5.

Gala. 2.

Dan. 4.

Dani. 3.

Ezech. 1.

Dan. 9.

Psal. 101.

Ant. Deus autem. Psalm.

Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Dominus protector uitem, à quo trepidabo? Exaudi domine uocē mēā qua clamauī ad temeritatem mei, & exaudi me. Tibi dixit cor meū, exquisit te facies mea; faciē tuam domine requiri. Ne auertas faciem tuā à me, ne declines in irā à seruo tuo. Adiutor meus esto domine, ne derelinquas me, neq; despicias me deus salutaris meus. Gloria patri &c. Deus autē omnis gloria, qui vocasti nos in eternā tuā gloriā in Christo Iesu modicū passos, tu nos perfice, cōfirma & solida, cui honor & gloria & imperium in secula sempiterna. Ant. Beatus. Psalm.

Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in irā tua corrīpias me. Misereere mei domini mea turbata est ualde, sed tu domine uifquid? Conuerte domine & eripe animam meā, saluū me fac propter misericordiā tuam. Gloria patri &c. Beatus trinitatis & incommutabilis diuinitatis una est substantia, indivisa in opere, concors in uoluntate, par in omnipotentiā & equalis in gloria. Ant. Credimus. Psalm.

Canticū nouum, bene psallite ei in uociferatione. Quia rectū est uerbum domini, & omnia opera eius in fide. Diligit misericordiā & iudicū, misericordia domini plena est terra. Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorū. Congregans sicut in utre aquas maris, ponēs in thesauris abyssos. Timeat dominus omnis terra, ab eo autē commouetur omnes inhabitantes orbē. Quoniam ipse dixit & facta sunt ipse mādauit & creata sunt. Gloria patri &c. Credimus, confitemur & colimus te deū patrem omnipotentem, eternū, innumenū; teq; dei unigenitū ex substantia patris eternaliter natū; te quoq; sp̄s sanctū paracletū ex utroq; intemporaliter profluente, atq; utriq; coadordanū & glorificandū, unū solum uerū deum. Hymnus.

Ofōns beatitudinis, ofōns omnis pulchritudinis, superbeata trinitas, immensa, pura bonitas.

Tu origo clemētiae, mādanæ rector fabricq; unus essentialiter, ac trinus personaliter. Tu amandet & fœcundet corda nostra gratia, ut uirtutū fructū ferat expellēdo uitia. Præsta pater piissime, patriq; compar unice, cum sp̄itu paracletō regnans per omne seculum. Amen.

Capitulum.

Gratias agimus tibi domine pater, qui transtulisti nos in regnū filii dilectionis tuae, q; gest' imago tua inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ; quoniam per ipsum & in ipso condita sunt omnia in celo & in terra. Deo gratias. Resp. Dignus est agnus qui occidit, accipere uirtutē & diuitiātē, & sapientiā, & honorē, & gloriā, & benedictio nem. In aeternū. Alleluia. Ver. Qui dilexit nos, & laus nos a peccatis nostris in sanguine suo. In aeternū &c. Gloria patri &c. Alleluia. Ver. sp̄s sanctus à patre & filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Laus dei.

Nunc igitur oculos meos ad celum levo, et altissimo benedico, et uiuentem in seculum laudo atq; glorifico; quoniam potestas eius potestas eterna, et regnum eius perpetuum: omnesq; habitatores terræ apud ipsum in nihil reputantur. Benedictus es domine deus patrū nostroy, et benedictum nomen glorie tuæ sancta, et laudabile et superexaltatum in omnibus seculis. Benedictus es in templo sancto gloria tuæ, et superlaudabilis et supergloriosus in secula. Benedictus es qui intueris abyssos, et sedes super Cherubim, et laudabilis et superexaltatus in secula. Tibi deus patrū nostroy confiteor, quia iustus es in omnibus quæ fecisti: uiuensq; opera tua uera; uiuæ quoq; tuæ rectæ, atq; iudicia tua omnia sancta. Exaudi domine, placare domine, attende et fac. Non enim in iustificationibus nostris prostrernimus preces nostras ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis et magnis. Domine exaudi orationem meā. Et clamor.

Trinitas superalma, glorifica da, superfelix, incommutabilis et perfecta, que in te ipsa ueris beatitudinis plenitudinem comprehendis, in qua est infinita dilectionis mutua, in terminabilis sapientia, immensa complacentia, omniq; bono; atq; pulchritudine perfecta possessio, tuox; nos participatione bono; impingua et dicitur et tui amoris ardore cor nostrum.

DE LAUDIBVS SVPERLAUDABILIS DEI.

174

nostrum incende, refolue, & interiora nostra reforma, ac omni tempore regre. Cui honor, beatitudine, uita & regnum per secula infinita. Amen.

Ad Tertiam.

Asit nobis &c. ut suprā. Cor mundū &c. Deus in adiut. Dñe ad &c. Hymnus.

Psal. 59.
Psal. 69.

Rex cœlorum, mundifactor, orbis motor astriferi, tu salutis meæ actor, rector solis splendiferi.

Genitor incircumscripte, fili p̄s bñdicte, adorāde paraclete, summe deus rex in clyte. Da affectum æstuante, da menti sapientiam, tibi uitan da placente, da stabile memoris. Tibi hymnus, honor decus coæterne trinitati, regnum, ings principatus adoranda maiestati. Amen.

Antiph. Oculus.

Psal. 4.

Psalmu s.

Qdeus. Situit anima mea ad deum fortē uiuū, quād ueniam & apparebo ante faciem dei. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quod ridie, ubi est deus tuus? Hæc recordatus sum & effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis usq; ad domum dei mei. In uoce exultationis et confessionis, sonus epulatius. Quare tristis es anima, et quare conturbas me? Sperain deo quo niam adhuc confitebor illi, salutare uultus mei et deus meus. Gloria patri &c. Oculus nō uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus his qui diligit illum nobis autem reuelauit per spiritum suum. Ant. Summū.

Psalms.

Respice in me domine & miserere mei, secundum iudicium diligētum nomen tuū.

Psal. 116.

Grácius meos dirige secundum eloquium tuū, & non dominetur mei omnis iniustitia. Redime me a calumniis hominum, ut custodiā mandata tua. Faciem tuam illumina super seruū tuū, & doce me iustificationes tuas. Exiit aquarum deducant oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Gloria pa. &c. Summū trinitati, simplici deo una diuinitas, aequalis gloria, coæterna maiestas.

Ant. Te deum.

Psalms.

Eripe me domine ab hominē malo, à uiro iniquo eripe me. Dixi domino de⁹ meus es tu, exaudi dñe uocem deprecationis mea. Domine dñe uirtus salutis meq; ob umbra super caput meum in die bellū. Non tradas me domine ad desiderio meo peccatori, cogitatūr contrame, ne derelinquas me, ne forte exaltebit. Gloria &c. Te deū patrē ingeniū, te filiū unigenitū, te sp̄s sanctū paracletū, sancta & bñdicā atq; individuā trinitatē totū corde & ore, p̄fitemur, laudam⁹ & magnificam⁹; qm̄ te laudat ois uirt⁹ cœloge. Hymnus.

Psal. 139.

Deus cuius est natura simplex, summaq; bonitas, infinita, sancta, pura, cuius similitudina dignitas.

(Aime egere.

Trine, felix, simplex deus, salus, uirtus, plastes meus, me custodi, me tuere, sicut no-

Hier. 48.

Quis eruit tibi negligēter, male dñe erit semper hinc datib; reuerēter deseruire & ardēter.

Capit.

Sitlaus, honor deo patri, summo qm̄ Ch̄o dec⁹. Sc̄tō itē sp̄s maiestas deo simplici.

Luce. 10.

Econditi hæc à sapientibus & prudētibus, & reuelasti ea patruulis: ita pater, qm̄ sic plau-

2. Cor. 1.

cuit ante te: oia mihi tradita sunt à patre meo. Deo gratias. Repb. Benedictus sit de-

Tobi. 12.

us pater, unigenitusq; dei filius, sanctus quoq; sp̄itus, quia fecit nobiscū misericordiā suā. Alleluia. Ver. Benedictus deum cœli, & coram omnibus uiuentibus confitebimur ei. Quia fecit. Gloria &c. Alleluia. Ver. In hac sancta trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus, sed totæ tres personæ coæterne sibi sunt & coæquales.

Laus dei.

Domine deus meus es tu, exaltebo te, & confitebor nomini tuo, quoniam factus es for-

Psal. 91.

Ditudo pauperis, adiutor egeni. Ecce deus noster iste, expectauimus eū, & saluab

Efai. 25.

nos. Nōmē tuū & memoria tuū dñe, in desiderio animæ meæ. Anima mea deside-

Efai. 26.

rauit te in nocte, sed ex sp̄s meus in præcordijs meis: de mane uigilabo ad te. Quis mēsus

Efai. 40.

est pugillo aquas, & cœlos palmo p̄derauit: Quis appèdit tribus digitis molē terrę, & li-

Efai. 41.

brauit in p̄dere mōtes, & colles in statera: Quis adiuit spiritum domini, aut quis consiliarius eius fuit & ostendit illi? Cum quo iniat consilium, & instruxit eum, & docuit eum

Efai. 42.

semitamisit, & erudit eum scientia, & uiam prudentiæ ostendit illi? Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram illo: & quasi nihilum & inane reputatae sunt ei. Qui exten-

Efai. 43.

dit uelut nubilum cœlos, & exp̄dit eos quasi tabernaculum ad inhabitandum. Deus semper dominus, qui creauit terminos terre, non deficit neque laborabit, nec est inue-

Efai. 44.

stigatio sapientiæ eius. Vere tu es deus absconditus, deus Israel. Ego dominus, hoc est nōmē meum, gloriam meam alteri non dabo. Non est similius mei: consilium meum stabit, & omnis uoluntas mea fiet. Et nunc dñe deus pater nōs tu nos uero lutū opera ma-

Efai. 45.

Efai. 46.

Efai. 47.

Efai. 48.

Efai. 49.

Efai. 50.

Efai. 51.

Efai. 52.

Efai. 53.

Efai. 54.

Efai. 55.

Efai. 56.

Efai. 57.

Efai. 58.

Efai. 59.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI

Psal. 78,
Psal. 101,

nuum tuarū omnes nos. Ecce tu iratus es, & peccauimus: quia pannus in struatae omnes
iustitiae nostrae. Ne irascaris domine, nec ultra me mineris iniquitatis nostrae. Domine ex-
audi orationē mēam: Et clamor meus.

Oratio.

TRINITAS super bona, naturaliter bona, & bonitas pura, super sapientiam & bona ac imperfici-
tabilis sapientia, in qua est plena communio, superiocunda diffusio, & insegregabilis
unio, in qua se pater filio totū communicat, pater quoq; & filius totam suā deitatem
& lucem in spiritū sanctum confundit, munificentiam tuę bonitatis in nobis demonstra,
lucę sapientiae tuę animam nostram ad contemplandū dignanter irradia, confirma, &
erige: cui honor, uita & regnū per secula infinita. Amen. Domine exaudi. Et clamor. Bene-
dicamus domino: Deo gratias. Animæ omniū fidelium defun. &c. Ad Sextam.

Af sit nobis &c. Cor mundum &c. Deus in adiutoriū. Gloría pa. Hymnus.

OBenedicta trinitas, in qua eterna unio, sempiterna foecunditas, pfecta cōmunicio.
Tu ens incommutabile, ens incircumscribile, te nemo comprehendere ualeat, nec
digne colere.

Nos purga, doce & inflamma, ut uitemus in tuis dama, & in nobis reformatur imago tua
& saluetur.

Gloria & honor deo usquequo altissimo, deo patri filioq; inclito paracleto: cui honor &
potestas per æternā secula. Amen. Ant. Gratia domini. Psalmus.

Vām dilecta tabernacula tua domine uirtutum, concupiscit & deficit anima mea in

Qatria domini. Cor meū & caro mea, exultauerunt in deū uiuum. Altaria tua domine
uirtutū, rex meus & deus meus. Beati q; habitant in domo tua domine, in secula se-
culorū laudabunt te. Domine deus uirtutū exaudi orationem meā, auribus percipe deus
Iacob. Protecto[r] noster aspice deus, & respice in facie Christi tui. Gloria patri &c. Gratia
domini nostri Iesu Christi, & charitas dei patris, & cōmunicatio sancti spiritus fit cū omni-
bus nobis.

Ant. Scimus. Psalmus.

CLamaui ad te domine, dixi tu es spes mea, portio mea in terra uiuentium. Intēde ad de-

precationē in eam, quia humiliatus sum nimis: libera me à persequebitib[us] me, q; a con-
fari sunt super me. Educ e[st] custodia animā meā ad confitendum nomini tuo:
me expectant iusti donec retribuas mihi. Gloria patri &c. Scimus quoniam filius dei uenit,
& dedit nobis sensum ut cognoscamus deū uerū: & simus in uero filio eius Iesu Christo,
hic est uerus deus & uita æterna.

Ant. Charitas dei. Psalmus.

VSquequo domine obliuisceris me in finē, uel q; auertis faciem tuam a me: Quād

dū ponā consilia in anima mea, dolore in corde meo per diē? Vsq; quo exaltabit in
imicu[m] meus super me? respice & exaudi me dñe deus meus. Illumina oculos meos
ne unquā ob dormiā in morte, ne quando dicat inimicus meus, præualui aduersus eū. Qui
tribulat me, exultabit si motus fuerit: ego autē in misericordia tua sperauit. Exultabit cor
meū in salutari tuo: cantabo domino qui bona tribuit mihi, & psallā nomini domini alti-
fissimi. Gloria patri &c. Charitas Christi diffundatur in cordibus nostris per spiritū sanctū,
quem dominus pater tribuas nobis.

Hymnus.

Ostelliferi conditor orbis, qui perpetuo solio nixus, rabido cceli turbine ueras, le-
gentib[us] pati syde: a cogis: oia certo fine gubernas, regnū nangū scedera necis.

O super felix trinitas, in qua omnis nobilitas, fac nos semper petere, quod nobis sis
proficere, & eternis ut te laudibus laudemus in cœlestibus.

Te summa deus trinitas collaudet omnis spiritus, te terū uniuersitas adoret, laudet p[ro]mīt,
quos in fide catholica saluas, rege per secula. Amen.

Capitulū.

DIxit dominus deus, faciamus hominem ad imaginē & similitudinem nostram, & crea-

uit deus hominē ad imaginē & similitudinem suam, ad imaginē dei creauit illum.

Deo gratias. Respon. Filius dei cū sit splendor gloriae & figura substatiæ patris,

portansq; omnia uerbo uirtutis sua, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexterā

maiestatis in excelsis. Alleluia. Ver. Propter nimiam charitatem suā qua dilexit nos deus pa-

ter, filii suū dilectū misit in mundū. Alleluia. Gloria p. Alleluia. Ver. Omnipotens pater,

oipotes filius, oipotes spūs sanctus. Et h[oc] nō tres oipotes, sed unus oipotes.

Laus dei.

Ego deprecabor altissimum, qui facit magna & inscrutabilia, & mirabilia absq; nume-

lo est, & qd facies: profundior inferno, & unde cognoscet: lōgior terramēura eius,

& longior mari. Si conuerterit omnia uel in unū coartauerit, quis contradicet ei? Ecce in-

ter fan-

Gen. 1.

Hebr. 1.

Philip. 2.

Iob. 5.

Iob. 9.

Iob. 11.

Iob. 15.

DE LAUDIBVS SVPERLAUDABILIS DEI.

175

ter sanctos eius nemo immutabilis, & celi non sunt mundi in conspectu eius: potestas &
terror apud ipsum est, qui facit concordia in sublimibus suis. Numq; est numerus inilitū
eius: & sup quem non splendet lumē ipsius? Nunq; iustificari potest homo comparatus
deo: Ecce luna non splendet, & stellæ nō sunt puræ in cōspectu eius. Qui extendit aglo-
rem super uacuū, & appendit terram in nihilo. Qui ligat aquas in nubibus, ut non erum-
pant pariter deorsum. Colūnæ cœli contremiscunt & pauet ad nutū ipsius. Spiritus domi-
nifecit me, & spiraculū omnipotentis uiuificauit me. Digne ēi inuenire non possumus, &
enarrari non potest. Dñe exaudi &c. Oremus.

TRINITAS sup̄simplex, sup̄gloriosa, & tibi soli ad plenū nota, in qua ē inegressibilis im-
matensq; diffusio, ubi in gula psona in singulis uere & imperficiabiliter sunt, to-
tus in filio pater, totusq; in patre filius, atq; in utroq; spūs sanctus, in spiritu sancto qd qz
uterq; cōuerte mentē nostrā in te, ut simus tibi semper uniti, atq; p affectū unum tecum,
in ordinatos in nobis motus cōpescas, & animæ passiones benigne reformans: cui honor,
uita, &c. Domine exaudi &c. Bñdicamus do. &c. Animæ oī si. Ad Nonā.

Af sit nobis. Cor mundū. Deus in adiutoriū. Gloría pa &c. Hymnus.

O Creator deus rerū, ordinator specierū, cuncta regens fortiter, non occuparis mun-

odum regens, nec turbaris hunc disponens, cōseruansq; stabiliter.

Tu quē adorāt seraphin, Throni, Virtutes, Cherubin, cœloq; qmilitiæ, nos laudan

tes ne contēnas, nostras preces ne repellas, rex cœli, princeps glorie.

Genitori genitoq; laus & iubilatio: salus, honor, uirtus qzq; fit & benedictio: procedēti ab

utroq; co upar sit laudatio. Amen.

Ant. Ei autem. Psalmus.

IN te dominic sperauī, nō cōfundar in aeternū, in iustitia tua libera me & eripe me. Inclini-
na ad me aurem tuam, & salua me. Esto mihi in deū protectorem & in locū munitū, ut
saluum me facias. Quoniam firmamentū meum & refugium meum es tu. Deus meus eri
pe me de manu peccatoris, & de manu contra legē agentis & iniqui. Quoniam tu es patrē
mea dñe, domine spes mea à iuuentute mea. In te confirmatus sum ex utero: de uentre
matris meæ tu es protector meus. Gloria pa. &c. Ei aut qui potens est nos conseruare sine
peccato, & cōstituere ante conspectū gloriae sue immaculatos, soli deo p dñm nostrū le
sum Chm gloria, magnificētia, imperiū & p[ro]t[er]a ante oīa secula, & nūc & in oīa secula.

LAudate dñm de cœlis, laudate eū in excelsis. Laudate eū oīs (Ant. Eia. Psalmus.)

Langeli eius, laudate eum oīs uirtutes eius. Laudate eum sol & luna, laudate eum oīs
stellæ & lumē. Laudate eū cœli cœloq; & aque oīs qd sup̄ cœlos sunt, laudent no-
men dñi. Quia ipse dixit & facta sunt: ipse mādauit & creatra sunt. Statuit ea in seculū & in
seculū seculi, præceptū posuit & non præterib[us]. Gloria patri &c. Eia benedictio & claritas,
& sapientia, & gratiarum actio, honor & uirtus, & fortitudo deo nostro in secula se-
lorum Amen.

Ant. Nunquid. Psalmus.

Vām magnifica sunt opera tua dñe, omnia in sapientia fecisti: implēta est terra pos-

sessione tua. Emite sp̄ritum tuum & creabūtur, & renouabis faciē terræ. Sit gloria

dñi in seculū: Et abutit dominus in opibus suis. Qui respicit terrā & facit eam tre-

mere: qui tangit montes, & fumigat. Cantabo domino in uita mea, psallam deo meo qd iu-

sum. Iucundū sit ei eloquiu[m] meum, ego uero delectabor in domino. Gloria p. &c. Nunq;

ego qui alios parere facio, ipse nō parā dicit dominus: si ego q[uo]d ceteris generationem tri-

bu[m], steriles remanebo ait dominus deus?

Hymnus.

O Adoranda trinitas, immenſa, prima bonitas, in te oīs nobilitas, essentialis unitas.

O pater nos uiuifica, o fili nos illuminā, tu flamē nos sanctifica, nos uere & deifica.

In me tuā pietatē imple atq; charitatem, tibi queā ut intente adhærere fixā mente.

Vni trinoc[u]lī domino sit sempiterna gloria, qui uitam sine termino nobis donet in patria.

Amen.

Capitulū.

O Altitudo diuinitarum sapientia & scientia dei, quām incomprehensibilia sunt iu-

dicta eius, & inuestigabiles uiae eius. Quis enim cognovit sensum domini, aut quis

confiliarius eius fuit: aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, &

p ip̄m, & in ipso sunt omnia. Deo gratias. Resp. Benedicentes dñm exaltate illum quan-

tum potestis, & exaltantes illum replemini uiritate. Ne laboreis: non enim peruenietis,

Ver. Quoniam magnus dominus noster & magna uirtus eius, & sapientia eius non est nu-

merus. Ne laboreis. Gloria patri &c. Non enim. Ver. Sicut unamquā personam de-

um ac dominum confiteri Christiana ueritate compelliunt, ita tres deos aut dominos di-

H cere

cere catholica religione prohibemur.

Gene. 17.
Iob. 38.

Ego sum deus, & non est extra me aliis, nec est similis mei. Vbi eras quādō fundamē super quo bases illius solidatē sunt, cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filii dei? Quis conclusit oīris mare, quando erumpebat quasi de uulua procedens, cum ponere nubem uestibulum eius, & caligine illud quasi pannis infantia obvolum? Circū dedi illud terminis meis, poluiq; uectes & oīta, & dixi: Hucusq; uenies, & non procedes amplius, hicq; confringes fluctus tuos tumentes. Nūquid nosti ordines celorum quos condidi, qui solidissimi sunt quasi aere fuī? Nunc igitur cantemus domino: gloriose enim magnificatus est. Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem. Quis similis tuū in fortibus domine? q̄s similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atq; laudabilis, & facies mirabilia? Date magnificētiam deo nostro: dei perfecta sunt opera, & omnes uixi: eius iudicia. Deus fidelis & absq; uila iniquitate, justus & rectus: dominus regnabit in æternum et ultrā. Domine exaudi. Oremus.

Exodus.

Deut. 32.

Exod. 15.

Psal. 20.
Psal. 69.

Psal. 50.

Matt. 11.
Luc. 10.

Psal. 10.

Micah. 6.

Psal. 17.

Phil. 4:

Laus dei.

Trinitas superuiues, cuius beatitudinis gloria in se ipsa simpliciter infinita est, fons uitæ quæ omnem angelicam mentem intelligibili lumine impletæ, et omnem rerum ordinem pulchre distinguis, ornas ac regis, tibi per te et in te omnino sufficiens, que es omnium rerū creatrix et finis: quam intueri, uniuersorum intellectuum consummata extat felicitas, animam nostram reduc et stabili atq; conserua in te, omninem à te elongantem occupationem à nobis semper auertēs: cui honor &c. Domine exaudi orationem meam. Et clamor mens. Benedicamus. Animæ omniū fid.

Ad Vesperas.

Asit nobis semper &c. Illustra dñe faciem tuā sup seruum tuū: Salutū me fac in misericordia tua. Deus in adiut. Dñe ad adiuuand. Gloria pa.

Hymnus.

Lumen uerum, uiuum, plenum, coeuum fundens radium, bonum, purum et aceanum, producens germe optimum.

Mens paterna lempiternum uerbum in te semper gignēs, et cum ipso coeternum compar tibi flam̄en spirans.

Fac nos aptos et benignos ad te laudādū iugiter, uisio[n]e tua dignos nos de⁹ fac penniter. Laus, hymnus, reuerentia, maiestas, sapientia sit regnanti deo uiuo, adorando, uni, trino. Amen.

Antip. Nemo nouit filium.

Psalmus.

Misericordias domini, in eternum cantabo. Coq[ue]ntur coeli mirabilia tua domine, et tenet ueritatem tuam in ecclesia sanctorum. Quoniam quis in nubibus equabitur domino, similis erit domino in filiis dei? Deus qui glorificatur in consilio sanctorum: magnus et terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt. Domine deus uirtutū, quis similis tui? potes et domine, et ueritas tua in circuitu tuo. Tu dominaris potestatis maris, motum aut fluctuum eius tu mitigas. Tu humiliasti sicut uulneratum superbum, in brachio uirtutis tue dispersisti inimicos tuos. Tui sunt cœli & tua est terra: orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti, aquilonem & mare tu creasti. Benedictus dominus in eternis misericordias tuas. Gloria patri &c. Nemo nouit filium nisi pater, neq; patrem quis nouit nisi filium, & cui uoluerit filius revelare sed et spiritus sanctus est, qui scrutatur etiam profunda dei.

Ant. Te laudo.

Psalmus.

Exaudi domine iustitiam meam, intende deprecationem meam. Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moueantur uestigia mea. Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te. A resistib[us] dextra tua custodi me, ut pupillā oculi. Sub umbra alarum tuarum protege me, à facie impiorum qui me affligerunt. Gloria patr. Sicut erat. Te laudo, te adoro atq; glorifico, nec tamen dignū aliquid me agere posse cognoscō, o[u]p[er]essentialis, superuoluptuosa, sup[er]infinite[bus] trinitas: cui astra matutina ac uniuersa supercessit triumphans ecclesia indeſinenter decatatur. Sanctus, sanctus, sanctus dñs deus omnipotens. Pleni sunt cœli et terra gloria tua.

Ant. Quod autem.

Psalmus.

Diligam te domine fortitudo mea, dominus firmamentum meum & refugium meū, & liberator meus. Deus meus adiutor meus, & sperabo in eū. Quoniam tu illuminas lucernam meam domine, deus meus illuminā tenebras meas. Quoniam in te eripi arà tentatione, & in deo meo trāsgrediar mūr. Deus meus impolluita uia eius, eloquia domini igne examinata; protector est omniū sperantium in te. Quoniam quis deus præter dominum, aut quis deus præter deum nostrum? Viuit dominus, & benedictus deus meus, & exalte deus salutis mea. Gloria pa. &c. Qd aut nunc uiuo in carne, in fide uiuo filii dei, q dilexit

dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.

Capitulum.

Ocutus ē Iesus discipulis, dices: Data ē mihi oīs potestas in cœlo & in terra: cūtes ergo docete oīs ḡetes, baptizantes eos in nomine patris & filii & sp̄issanceti. Deo gratias. Resp. Apparuerunt apostolis dispergit linguae tanq; ignis, sed itq; sp̄issancetus supra singulos eorum: & repleti sunt omnes spiritus sancto. Alleluia. Ver. Loquebātur apostoli uarijs linguis magna[da] dei, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Et repleti, Gloria p. Alleluia.

Mat. 16.

Actu. 2.

Hymnus.

Exemplaris ueritas, lux, uita, mens & unitas, tu fontale pr̄cipiti uniuersi enīum. Operacione infinita te adoro, colo rite, pater, uerbum, sacrum flamen, in teum semper sis inueni.

Abeute lucis tuo, sole assis continuo fulgēs semper nostro cordi, ut resistat omni sordi. Deopatri sit gloria &c. Ver. Benedicamus patrem & filium cum sancto spiritu. Laudemus & superexaltemus eum in secula. Ad magnificat Antiph. Milia milium.

Dani. 7.

lob. 25.

Lxx. 2.

Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus, in deo salutari meo. Quia resp. &c. Milia milia tibi oī sancta, adorāda, sup[er]gloriosaq; trinitas ministrat: & decies milies certe milia tibi assisit. nō emēnu[m]t militū tuōge. Laus dei.

Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bona voluntatis. Laudamus te. Beati gaudicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter mag. &c.

Oratio.

Trinitas supersplendida, supersfelix, & uere clementissima, summa misericordia, quæ cuncta creasti, omnia implens, conseruans ac moderans, quæ es ante oīa non sola, post oīa non præuera, in oībus non inclusa, extra omnia non exclusa, supra omnia non delegata, infra omnia non oppressa, manens semper in tua sup[er]eminentia simplicitate, in incomparabili subſtenti, animati noſtram circunda, praetene, protege: sicq; nunc eam gratie tua splendore adorna, ut post exilium p[ro]fessus, lumine gloria cam inuenias in æternum. Cui honor, uita &c. Domine exaudi. Benedicamus d. Animæ omniū fi.

Ad cōplerorū.

Ne proiicias me domine in tempore senectutis: cum defecerit uirtus mea, ne derelinquas me. Assis nob. Deus in adiut. Gloria pa. Sicut erat.

Hymnus.

In exordio seculorum locutus sum: Faciamus hominem ad imaginēm & similitudinem nostrā: & naturalem legem ei p̄fixi, rationis dictamen impressū: inter bonū & malū, inter uerū & falso, inter creatorē & creaturam discernere iussi. Sed tu homo ingrate & miser, à seculo confregisti iugum, rupisti uincula, & dixisti, Non seruam. Tū am̄ḡressus es pacū, p̄uaricatus es ius, violasti foedus aeternū. In principio tue conditionis obedisti inſipienti uxori magis q̄ creatori. Ad meipsum beatificam fruitionē te condicō.

INFLAMMATORIUM DIVINI AMORIS.

189

te condidi: & tu bonitati meā immensā bonum creatum, uile ac modicum p̄tulisti. Insuti ut mihi soli inhāreres finaliter, & ultimum tibi finem in me cōstitueres incessanter. Tu uero per multa te dispersisti, & in rebus caducis ac iuaniis te multipliciter dispersisti, diuisi sti ac perdidisti, & tandem totus insaniens, ad idololatrias es prolapſus. Perimandau q̄q; tibi de proximo tuo, ut faceres ei sicut tibi uis fieri: & quē tibi fieri non uis, illi non facias. Etece in omnibus his factus es mihi inobediens & rebellis, & mille modis fecisti contrarium. Decipit unus alius in pondere, in mensura & regula, in signis & uerbis ac nutribus: famosa illa p̄cepta decalogi, quē de iure sunt naturali & de naturali rationis dictamine ac censura, tibi p̄fixi, & tu sine freno egisti contraria. Corruptus es, & abominabilis factus es in iniquitatibus. Odium, furtum, rapinam, laſionem, homicidium in proximos commisisti: & quod dīci uix potest, uitij contra naturam contaminasti te sceleratissime. Cunig omnium animalium optimum essem, omni bruto & bestia factus es peior ac uilior p̄cepta tua. Paſtōibus sensualitatis tuę te subiiciis, uitij seruis, ita ut omnis creatura ad uerluste clamet, & tantas creatoris sui iniurias in te uel cisci expoſule. HO. Peccauis super numerum arenæ maris, & non est respiratio mihi. Nonne abusus sum, & quasi lusum putau uitam humanam, & conuersationem uitæ ad lucra esse compositam, & uix arbitratus sum prouidentiam esse diuinam, uidens impios prosperari, & iustos aduersitatibus abundare. Tam uenienter obtenebrata est in me lex naturæ, & ratio obscurata. SAL. Tempora prioris ignorante, iuste oīis despiciens, permisi unumquē ingrediātiā suam. Per Moysen uero in lege scripta reparauit legem naturæ, adīc fendo diuersa ceremonialia, iudicia p̄cepta & docimeta moralia, uaticinia quoq; de meo aduentu in mundum p̄ incarnationis mysterium, ad redimendum genus humanum. In quo cōversando dedi euangelicam legem perfectam, quam publicauit toro orbe terrarū. Hinc consequēter de ciuis transgressione grauiſſima te conuenio, reprehendo, dijudico Christiane.

Articulus XVIII. Inuictio Christi in Christianum.

SAL.

De Iudeis passione mea instant testatus sum: Si non uenissem & locutus es fu ifsem, peccatum non haberent: quanto plus de Christianis mihi ingratias & inobedientibus hoc dicere possum: His namq; in exordio primiū ecclesię per meipsum, deinde per meos apostolos sermocinatus sum, & ipsi crediderunt in me. Per plurimos quoq; annos mihi seruenter ac fidelissime seruierunt, p̄ser tim durante persecutione tyrannica. Cumq; innumerabilis beatissimorum martyrum mihi pro fide catholica morerentur, atq; per gloriosā & diuina miracula, quæ in eorum con tigerunt martyris, plures ad fidem conuerterent, quād ante p̄dictādo conuerterūt: in tantum, quod tēpore procedente, omnis potentia, secularis sublimitas philosophorū subtilitas, magorum calliditas, & omne hominum genus, omnia regna mundi ad Christum conuerterunt. Deinde paulatim ecclēsia dei pacem habente, pro peritatis affluentē, diuitijs gloria & honore exuberante, deuotio coepit decrescere, charitas refrigescere, fastus erumpere, & spiritualia cūcta in carnalia sunt mutata: decor ille pulcherrimus & interiorius gratiæ ac uirtutum, sapientiae salutaris, ceterorum quoq; donorum spiritus sancti, octo itē beatitudinum, atq; duodecim fructuum, & omnium diuinorum charismatum pro maxima parte defecit, expalluit, & in discolorationem est uestitus: sicq; sponsa mea ecclesia oīim speciosissima, rubicundo ac uiuido colore perfusa, nunc pene exanguis effecta conspicit & quād oīim potentissima fuit regina, toto orbe terrarum copiosissima ubertate diffusa, longe latecī dominās, & cunctis aduersariis suis potentior, modo ancilla effecta, in aduentiorum suorum potestate redacta est, & ad angulum Occidentis cōpresa & angusta ta. Heu quomodo obscuratum est aurum, mutatus ē color optimus in mortis formem pal Apoc. 7. Thre. 4. iorem: Heu quid est q̄d dilectus meus in domo mea fecit scelerā multa: CHR. Cur dominē misfustines omnia mala ista tanta ac talia, & non potius das honorem & gloriam nomini tuo: Cur non reprimis in fideles? Cur perfidos illos fordidissimi ac prorsus fecidissimi Machometi cultores, toties finis Christifidelibus p̄tualere: SAL. Cur Israelitas temporibus iudicium & regum ac sacerdotum suorum, permisi à circumiacentibus regibus, principibus & tyranis dire affligi, capi, opprimi, & pro plurima parte occidi, & hoc usque in p̄fessō: CHR. Ad hæc protinus respondeamus, quē admodū & scriptura auerteris testamenti clare & copiose de promisit, quod propter illorum demeritas unde & dum p̄cidentes domino deo ruitus fideliter seruerunt, misericorditer sunt erēpti. Nūc uero non liberantur, quia in suis persecuerat perfidjs atq; blasphemis. SAL. Nōne idem est dominus, idem

K 3 iudex

Ecl. 1.

Colos. 2.

Deute. 6.

Eph. 4.

Rom. 7.

1. Iohann. 5.

Cant. 4.

Oste. 131.

P̄al. 39.

Mich. 6.

Rom. 2.

Gene. 1.

Gene. 2.

Hiere. 2.

Ezecc. 2.

Eliu. 24.

Gene. 3.

Genet.

Deut. 32. 10.

Iohu. 29.

Deut. 29.

Elii. 2.

Tobi. 4.

Mate. 7.

Luc. 6.

P̄sal. 15. 52.

Exod. 34.

2. Par. 18.

Hiere. 12.

Baruc. 2.

Exod. 34.

Baruc. 2.

Apop. 7.

Thre. 4.

Hier. 11.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI

Iudex deus ac legifer utriusque testamenti ac legis, qui ex similibus casibus similes producit effectus, & ex eisdem meritis ac demeritis eadem premia aut supplicia elargitur: non quid personarum acceptor est deus? non enim arbitratur eorum facinora, quibus maiora ac plura beneficia est largitus? Nonne igitur tibi uidetur, quod merito grauissime Christianis ira aliorum, quibus pre cunctis gentibus misericordissime, liberalissime, & amorem feci? Ita quod tunc euangelice legis, recte tempus gratiae appellatur. Ipsa uero ecclesia tot & tantum me offendunt criminibus, ut pene rursus peniteat me (ut sic loquar) se esse hanc gentem. Verum tamen quoniam adhuc multi boni & iusti, quanvis comparatiue loquendo paucissimi sunt in ea, differo & patietiam habeo. Tu o popule Christianetum in indesertibus excessibus causa es horum malorum. Tu causa tuæ deformationis, deiectionis, oppressionis ac seruitutis. Tu causa tuæ temporalis calamitatis atque æternæ damnationis. Præterea quemadmodum olim per prophetas locutus sum aduersus synagogam, quod Sodoma & Gomorrah & urbes illis coniuncte dimidium scelerum eius non commiserint, si modo contra ecclesiam conqueri possem, quod g̃tes incredulae non sunt ita iniquæ ac uitiosæ, ut plurimi Christiani. Nempe, quemadmodum in primitua ecclesia infideles uidentes virtuosam, exemplarem, & honestissimam Christianorum conuersationem, compuncti passim, copiose conuerterebant ad fidem: sic modo conspicientes inquit, sceleratam & scandalosam uitam eorum, quanvis ante hauiissent propositū Christianitatis, auerterentur ab ea. Nam & plurimi tam ridicule incedunt uicti, quasi nullam prorsus legem haberent. Denique, contra omnem legem honestatis & religiositas peccant inde sinenter, intantum ut descriptio criminum synagogæ ab Ezechiele expressa, modica uideretur respectu descriptio uitorum ecclesiæ, si per singulare scriptis redigerentur. Hanc maximam ecclesiæ deformationem uiri uirtutum zelum dei habentes, flebiliter descriperunt protestantes sacerdotes, quod fata sclera & peccata in populo regnant & confluant Christiano, quod uniuersitas Christianorum contra CHRISTVM coniurasse uidetur, & cum demonibus concordasse, sine mensura & numero irre frenatissime deum in honorare, offendere, aspernari: id est tam euideuter, quod & infideles Christianos propter eorum abominabiles pompas, vanitates, impietates derident, & iustum dei iudicium recognoscunt ac benedicunt, dum Christiani prosteruntur, quemadmodum olim Nabuzardan principes militiae regis Babylonis dixit ad Hieremiam: Dominus deus tuus locutus est contra locum istum, & uenit uobis hic sermo. Peccatis enim deo uero. HO. Iustus quidem es tu domine, si dispetum tecum. Veritatem pace tua id dixerim, quod ex defectu & culpa superiorum nostrorum uicariorum tuorum, haec malapro maxima parte uidentur contingere. Et tu domine qui uniuersorum prouidentiam habes, cur lupi potius quam pastoribus ueris plebem tuam committis? Nunquid ignoras quod secundum iudicium populi, sic & ministri eius: & qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea? Item, quia stulte egerunt pastores, & dominum non exquirerunt, ideo omnis grex eorum dissipatus est. SALVAT. Non times quod scriptum est? Pones eos ut cibam ignis in tempore uultus tui, dominus in ira sua conturbabit eos, & devorabit eos ignis. Fructum eorum de terra perdes, & semen eorum à filijs hominum. Quoniā declinauerunt in te mala. Quid enim ista prætentit obiectio, nisi causam malorum reuertore in me? Nonne iustus dominus in omnibus iujs suis, & sanctus in omnibus operibus suis: Ignoras quod differuerim in scripturis, Dabo tibi regem in furore meo, & principes in indignatione mea? Et rursus Dabo pueros principes eorum, & effeminate dominabantur eis, et denuo: Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi. Ex hoc ergo quod iniquis & reprobis iuste subtrahuntur adminicula gratiae, subsidia conuersationis media ad falutem, non est deus rector omnium & prouisor iustus ac sapientis inculpandus, sed reprobis populus. HO. Cedo domine sapientiae atque iustitiae tuae, & matutinam ponō super os meum. SAL. Nunquid qui arguit deum, tam facile conquiescat? Certe qui arguit deum, debet & respondere ei. H. M. Scio domine, & si uoluerō contendere tecum, non potero responderem unum pro nullo. Idcirco ipse me reprehendo, & oro ut eccliam tuam oculo infinite misericordie tuæ dignitatis respicere, misericordissime præuenire, uisitare, reformare, possidere, finaliterq; saluare, propter omnia & per omnia, que pro eius salute dignatus es aslumere, facere, tolerare, per omnium electorum tuorum preces ac merita.

Articulus

INFLAMMATORIVM DIVINI AMORIS.

190

Articulus XIX. Inuestio Christi in religiosum.
SALVATOR.

T Elegit dominus deus tuus, ut sis ei populus peculiaris pre cunctis nationibus terræ. Te alioquin religiose, & sub nomine tuo cunctas religiosas personas: te prece teris sequestrauit ab hoc seculo ne quæ, ut mihi totu[m] corde sincere adhreas, puri remistes, perfecte ac feruide uaces. Etenim quicquid in mundo est, aut concupiscentia carnis est, cui p[ro] uotu[m] castitatis plene renuntias: aut concupiscentia oculorum, cui per itotum paupertatis te renuntias: & superbia uitæ, cui renuntias te constat per obedienciam uotu[m]. His tribus male dictiōnis semi[n]ibus a corde tuo radicatus euilis aut tuipsius priuatum, & ad se reflexum improbum amorem, omnium uitorum originem & fomentum, simul totaliter extirpabis. HO. Quid est amor priuatus? SAL. Amor, quo rationalis creatura amans in se, & aliam per respectum & relationem ad seipsum, id est, ad propriam utilitatem, delectationem, aut honorem, non in ordine ad deum ac ultimum finem. Ex hoc amore uniuersa oriuntur peccata, quem extirpare, est seipsum in deo pure diligere, utputa deum super omnia, pure propter ipsum & suipsius felicitatem in deo, nec quicquam creatum temporale, terrenum, nisi in illo sit in quantum uidelicet sibi utile necessarium: uee consistit ad obtinendum ultimum illum beatificum finem. Cum p[ro] ad obtainendum finem illum, potissimum proficit & conferat homini, id quod proprii utilitati, dilectioni & honori contrarium est, utputa paupertas, tenuitas uictus & ueftus, duritia strati, castigatio carnis, asperitas cilicij, flagellatio corporis, humiliatio, correptio, correctio, aspernatio, persecutio, iniuratio, tribulatio, aduersitas, infirmitas, subiectio, abiectio, obedientia, deriso: Idcirco priuatum amorem extingui, est in omniabus his cordialiter gloriari, deo regratiari, in quantum homo per ista purgatur a uitio[n]is, crescit in gratia, conformatur p[ro] Christo propter se passo. Denique, quantum in hac priuati amoris eradicatione quis crescit & prolicit, tantum in diuino crescit & excrescit amore, atq[ue] in suipsius ac proximorum uera & spirituali dilectione, i[n]d[em] in omni uirtute, in sancta humilitate, in patientia triumphali, in mansuetudine stabili, in sobrietate, penitentia & pace interna, omnibus dono & fructu spiritus sancti. Amplius huius maledicti priuati amoris extinctio est uera & saluberrima mortificatio suip[er]ius, odium quoq[ue] sui salubre, de quo dixi: Qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam eternam custodit eam. Est item abnegatio sui, uiuifica & cruciformis imitatio mei, de quib[us] differunt: Qui uult uenire post me, abneget semetip[s]m, & tollat crucem suam quotidie, & sequitur me. Est enim uiolentia uirtuosa & optima, de qua fauus sum: Regnum cœlorum uim patitur, & uolenti rapunt illud. Sic dico diligere te in deo, & eris uere doctus ac sapiens. Taliter in deo te amo, & suffici. Oi[n]spientia atq[ue] peruersitas hominum, que relata comprehendissima hac doctrina, hac saluberrima electione, sapientissimo hoc studio seu contatu superuacua legunt & discunt, inutiliter occupantur, non implentes quod scriptum est: Quæ precepit tibi deus, illa cogita semper. O quantam in mente tua o[ste] religiose requiem, fructum, consolationem, exuberantiam gratiarum sentires & possideres, si in huius priuati amoris extirpatione te efficaciter occupares, strenue exerceres, digne proficeres, perseueranter persisteres. Quanta per hoc in futuro tormenta euaderes, quam gloriosum in infernitatis æternæ coronam acquireres per hoc ipsum & tranquillitatem possideres dulcissimam. Denique, ad hoc tendere obligaris idonee, non segniter, sed seriose & fructuose, cum statu religionis sit status perfectionis adipiscendæ, in quo ad perfectionem non pergere, est retrorum dñabiliter ire, deficere ac perire. Ex parte tactis aduertere portas, an in schola uirtutum, hoc est, in sancta religione profeceris, & quantum in ea profecisti aut defecisti, si iam multis diebus in religione fuisti, & adhuc tam procluem te sentis ad motus superbiae, indignationis, iræ, impunitia, ut heri & nudi assertius: Si charitatiu[m] & tuistam reprehensionem, castigationem, instructionem graterter & tranquille non suscipis, si uerbum seu signum alpernationis, exercitationis, probationis & uanamiter non acceptas, ubi est gloriantia tua, ubi laborum tuorum profectus, ubi professionis tuae impletio? Nonne mentitur iniquitas sibi, & putans te aliquid esse cum nihil sis, te ipsum seducis? Pretereare religiosorum diversi sunt gradus: Quidam sunt penitus negligentes, qui euenterunt oculos suos ne uideant cœlum, ne iudicem cœlo præsidentem considerent, sed suæ salutis prorsus immemores, uota quæ promiserunt altissimo, quotidie transgreduntur: hi in statu sunt penitus damnabilissimo, incorrigibiliore frequentemun

K 4 danis

Deut. 7. 11
 20.
 Aggi. 1.
 Gal. 1.
 Deut. 10. 30.
 1. Joh. 2.
 1. Joh. 3.

John. 14.
 Mar. 10.
 Luc. 9.
 Mat. 10.

Eccles.

Roman. 8.
 Pis. 16.
 Gal. 6.
 Ef[esi]c. 33.

Prouerb. 20.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI

elanis hominibus, cum uoti transgressio enormius sit peccatum quam periutij crimen. Porro, alij sunt religiosi in extremo contrario constituti non solum sua uota efficaciter adimplentes, sed in aliarum quoque obseruantiarum ordinis sui adimpletione solliciti, iugiter timorati, interni, & ad spiritalles profectus accensi, exemplares, custoditi in uerbis, omnique sensu, conscientias suas quotidie procurantes, purgantes, perficientes. Alij sunt quasi inter hos extremos in quodam medio collocati, substantialia ordinis sui ut presupponunt, custodiates, sed remissi & laxi in alijs, pigri & somnolenti diuinis, & ibidem in custodiis in iustis ac alijs, prouia id sum, ne dicam etiam ad derisum. In colloquij dissoluti, uerbo si interdum & contentiose, in concessis solatis dissoluti, retribuibus loquendi non duntaxat linguis suas, sed & alia membra culpa multipli implicantes. Istinon toro corde deo coherent, sed & partem proprijs libertatibus, consolatiunculis sensualitatibusq; indulgent. Qui aufulcent quod depropmtit Osee: Diu in ego, nunc interibunt. Et quod in Apocalypsi prolatum est uniusmodi: Scio opera tua quia nec calidus es nec frigidus, utinam calidus es aut frigidus & nunc quoniā tepidus es, incipit te euomere de ore meo. Quomodo dicit diues sum & nullus ego, & necis ga tu es miser & miserabilis pauper, cecus & nudus? Tales quippe frequentier putant se bene stare, cum longe sit alter: & quod in sua estimatione sunt modo magis securi, eo in futuro erunt minus terti. Hi namq; ad passionum suarum mortis ac impetus sunt proclives, ad indignandum & irascendum etiam superioribus suis propria, si corripiantur, aut aliquid eis negetur, caduci. Et quamvis uouerint paupertatem, tamē si modicum eis defit, ad murmurandum & obloquendū erunt procaces, non pensantes, q; tenuitas uictus & uestitus in dispensabilitate sint de religionis essentia: heu heu quorno do negligentia & ruina, torpor & ignavia, curiositas, superfluitas, loquacitas, ac consimilia multa mala paulatim sanctam intrant religionem, atq; inficiunt eam. Præterea, cum in omni Christiano, quantum agis in religioso detestanda sit stulta & infelix illa pronitas ad loquendum, ac odien ad loquacitas. Cur religiose, cur perdis te ipsum? cur negligis debitum tuū profectum? cur pro istis uilissimis solatis priuas te charis in uerbis gratias, pretiosissimas? Nonne patres sancti ipsi sancto pleni, scientes quorū mala nascantur ex lingua, irreferata inter obseruantias regulares, precipuam statuerunt obseruationē silētū, quam certe q; diligenter uoluerint obseruari. Hinc constat q; fractionem silentiū decreuerunt tam publice recognoscit, tam dire puniri. Interea scis quod oī oratio intelligibilē habens sentum pro lata sine uictoria, fractio silentiū est censenda, ut si dicas, quis est ille? Cur ergo ad huiusmodi uerba, quae reputas pauca, tam pronus es undiq; in diuinis & extra diuinā in choro, iusta cristia, in ecclesia quoque & extra? Nō aduertis quod ait scriptura: Vidiisti hominem uelocē ad loquēdū, stultitiam agis speranda est quam illius correctio. Et iterum, Qui custodit osuum, custodit ab angustiis animam suam. Itemq; Si q; putat se religiosum esse nō refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius uana est religio. Quis in sancta religione putas exordio, q; religiose persona, tēpore procedēt tota culpa & uitii inquinaret & excēderet animas suas? An tibi putas sufficere, quod corporaliter recessisti de seculo & propinquis, ac habitu cōmutato, religionē ingreflus es, ordinemq; professus, qui spirituāliter mundum intra te tenes clausum per affectiones mundanas, sensuales, inanies? Ignoras, q; cui plus datum est & cōmisiū, plus requiriatur ab eo: & qui maiora promisit, ad altiora tenetur, sine quoq; impletione salutem non cōsequitur. Postremo, te alloquor uicarie mī, quireligiosis praes personis, q; si sub tuo regime obseruatia religionis laxet, insolētia, dissolutio, refrigescētia charitatis subintrēt, nisi forsitan totis uiribus malis illis reniten, quod requirit officium, debite exequaris. Nequaq; sis mollis & negligēs in corrigēdī excessibus, in adimpletione precepti paternē ac fraternae correctionis, in cooperando salutē atq; profectui cōmissi, ac crediti tibi gregis. Et per hēc tuam ostende charitatem & fidelitatem ad eum, cuius uicarius es, & ad eos quos ille pretiosissimo sanguine suo redemit. HO. Me domine mi optime instruxisti, uehementer perterrituisti ac boni fecisti propositi. Sup est ut eiusdem propostū executorē me facias tibi acceptum. SAL. Quod tuum est facere, non pigriteris: ego quod mean concedet pietatē, nō subtraham. Veruntamē unum adhuc habeo contrarie, & qd sit illud in fine dialogi huius addam.

Quartulus XXX. Prosecutio increpationis istius, & cōclusio huius dialogi. Vod in coenā illa nouissima feci, docui ac precepti, memorij meo, fideliū articuli in hērente, ope quoque diligētius uoluī & iugiter uolo impleri. Porro tunc dixi ac iussi, Hoc est preceptum meum, ut diligatis in uicem sicut dilexi uos. Nō quod

INFLAMMATORIVM DIVINI AMORIS.

191

q; hoc solum sit meū preceptum, cum & ante precepere im: Discite à me, q; misericordia sum & hu[m]iliis corde. Itemq; Diligit inimicos uestrōs &c. Sed quia istud est preceptū meū prēcipiuū, & post preceptum de amando deum potissimum, de quo in eadē retulī cōiecta: Mandatum nouum dō uobis, ut diligatis in uicem sicut dilexi uos. Quāuis enim & ante extiterit iussum, ut proximos diligamus sicut nosipos, non tamen sic eidēter fieri Christus dilexit nos, qui per hanc preclarā mītuā dilectionē proximō uoluit ac decreuit suos electos secerni ab alijs: In hoc, in quibus cognoscēt omnes q; estis mei discipuli, si dilectionē habueritis adiuicem. Hinc p̄dilectus meus discipulus, cum iam pene centenarius esset, & priorius & uita recessurus presenti, ad ecclesiam ac sepulchrum proficisces, suis auditoribus dixi uberrime: Filioli, diligite alterutru. Et requisitus cur idem repeteret tam frequenter, respondit: Quia praeceptū dñi est, & ipsum solum sufficit, si adimpleatur. Non q; alia licet preterire, sed qm in isto uirtuāliter cōtinentur. Quādmodum quoq; uas electionis testa tuus est: Qui diligit proximū, legem impleuit. Propter quod etiā summus & generalis meus deproptū uicarius: Ante omnia mutuā in uobis charitatem continuā habētes: quoniam charitas operit multitudinē peccatorū. Insuper, reuersus à raptu in tertium cōlūm: Imitatores, ait, dei estote, & ambulate in dilectionē, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semet ipsum pro nobis. Etiam & sic uos debetis pro fratribus aīas ponere. Ita cōmemoro, quia in hac fundamētali uirtute, hoc est, in fraternae charitatis tenore, obseruatione ac adimpletione, defectuos & imperfectos ualde cerno atq; inuenio uos, heu etiā religiosos, qui p̄q; ceteris in fraterna dilectione merito p̄fū geretis, & cunctis reluceretis. RELIGI. Nonne mi domine, charitatiū sumus adiuuici, qui eodem habitu uitimus, eodem alimento reficiū, etiā refectione in eodē, & horas decantamus canonicas simul quotidie, atq; assidue iū uamus nos mutuo. SAL. Quādmodum, teste scriptura, si quis totā legē impleuerit, offendat autē in uno, factus est omnium reūs: si quis charitatem fraternalē circa oīs habuerit, & uiolet eam in uno, hoc est, circa unā personā, aut in una proprietate uel actione, ad charitatem directe ac per se pertinente seu requirita, ad nullum, id est, neq; ad deum neq; ad proximum, in dō nec ad seipsum uerā habet & exhibet charitatem, sed factus est reus huius uirtutis ad uniueros. RELIGI. Heu deus aēterne, quid audio, & quis saluabitur in hoc mundo? Verum te deprecor, ut in dilate me instruas, que sint charitatis proprietates & actiones, ut queam agnoscere an habeam eas: & si non, latagam indefesse eas habere ac opere exercere. SAL. Cur igitur in superuacuis rebus scrutaris & occuparis multimode, & quae tuam cōcernunt salutē, nec scis nec discis idonee? Nō aduertis quod diuinus scripsit apostolus: Silinguis hominum loquar & angelorum, charitatem autē non habeam, factus sum uelut & sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiā, & nouerim mysteria oīa & oīm scientiā, & si habuero oīm fidem, ita ut montes trāstēram, charitatem autē non habeā, nihil sum. Et si de dero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeā, charitatem autē non habuero, nihil mihi prodest. Audis q; sine charitate nil cōferant neq; sufficient ad salutem quęcūq; dona gratiā gratis dare, quantūlibet supernaturalia & p̄eclarā. Sed forsan blandiris tibi q; habeas charitatem. Per pēde ergo qd̄ fubdit̄ Charitas patiens est, benigna est: charitas nō temulatur, nō agit perperā, non inflatur, non est ambitiosa, nō querit quae sua sunt, nō irritatur, nō cogitat malum, nō gaudet super iniuriant, congaudet autē ueritati, omnia suffert & omnia lūstinet. Perpende an in te ista inueniantur. Nempe quod de charitate affirmat, de charitatis subiecto uult palam intelligi. RELIGIOSVS. Haec forte de charitate quo ad gradum suum supremum prolatā sunt. SAL. Charitas secundum nullum gradum suū cum mortali potest stare peccato. Porro, ut hēc ipsa intelligas clarius, rite confidera quod in regula sua ait Hieronymus: Hēc sola, utputa charitas, reddit hoīem deo uiuentē. Hēc religiosos, hēc monachos facit. Sine charitate non nascit̄ tartara, & habitantes in eis sunt demones: sc̄i ea uero, sunt paradisus dei in terra; & degētes in ipsis sunt angeli. Ideo quis longa letūnā macerent corpora, & uestis abiecta denigret, seu quęcūq; diuinī officij ferēs longa texatur: si charitas desit, intrus nondū ad infinitū religionis gradū perueniū est. Hinc in clauistro adūmatis fit cor unū & aīa una, quādmodū in primitiā ecclesia. Nulla profecto uita deterior, q; simul degere corpore, et nō mēte. Et uere ac prorsus sunt infelices, q; bus nō inest uita una, sed diuersa uolūta, una proportio mōrē, una iōcūditas, una tristitia īne qd̄ placet unū displiceat alterū: & quo unū gaudet, alter tristet. RE. Aduerti plata, & terrēt me uehemēter, sumq; frustrat̄ spe mea. Nā q; haucusq; nō fecisti, cōtra religiosos spālem inuestigationē de charitatis defectuositate ipsi religio

Mat. 11.
Luc. 6.
Mat. 5.
Iohann. 12.
Mat. 22.
Luc. 10.
Gala. 5.
Iaco. 2.
Romān. 8.
Gala. 2.
2. Theſſ. 2.
1. Iohann. 4.
Apocal. 1.
Iohann. 13.
Mat. 23.
R. om. 13.
1. Pet. 4.
Ephē. 4.

Iaco. 2.
R. om. 15.
1. Cor. 15.

Hieron.

Adu. 4.

Job. 49.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI

religiosis sperabam qd in hac virtute iudicasse eos sinceros & quasi perfectos: uerum ut video, adhuc in isto spiritualis conuersationis fundamento atq; exordio deficitus uehementer, quippe qui tā facile & leui occasione mutuo cōmouemur, indignamur, irascimur, & interdū instar puerorū prattamus, ita ut unus alteri uix loqui dignetur, nisi forsan praeuentus allocatione ac humiliatione alterius. Et quomodo uerbū exercitariū, ne dicam in iuris oī, & quoniam tolerabit, qui uix uerbū fraterne ac charitatiū correptionis à confratre, imo paternę ac iuste correctionis medelā seu disciplinā à spirituali patre grataueret ac tranquille admittit, qd tñ etiam in homine seculari esset damnabile. SAL. Recete concludis. At uero in diuinis, in cantu & consimilibus summa concordia est seruanda. Quemadmodum in camino ardente tres deuotissimi uiri quasi uno ore deum laudabant. BELIGIOSVS. Quoniam teste Apostolo, uniusquisq; in suo sensu abundat, grandis nobis necessaria est gratia ad conuersandum in domum tuam, tam charitatue, cōcorditer & tranquille, tamq; sincere & perfecte in omnibus, quā nobis ē benignissime deus misericordissime cōferre dīgnatur. SAL. Si iuxta prehabita toto corde & omni cōpunctione perseveranter ac seruide eā quequieris, cōsequeris: Idcirco qd tuū est, efficaciter agere non desistas, & copiose exaudiēris. Ad laudē & gloriā omnipotentis, qui est super oīa deus sublimis & benedictus. Amē,

Inflammatōrū diuini amoris, finis.

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHUSIANI, DE SACRAMENTO ALTARIS ET
Mis̄e celebrationē, Dialogus.

Collocutores, VERITAS & SACERDOS.



VICUNQUE MANDUCAVERIT PANEM hunc, uel biberit calicē domini indigne, reus erit corporis & sanguinis dñi. Hoc tu dīuine Apostle, dū uas electionis, non per hominem, nec ab hominibus euangelium Christi edocuit, uoce intonuisti terrificā. Scimus te raptū fuisse usq; ad tertium celū, in throno glorie usq; ad consistorium diuinæ maiestatis immense, nō ad momentum aut horulam, breuem' ue morulam, sed plane triduo illo, quo eras non uidens, neq; manducans nec bibens, in raptu illo, quo & deum sublimem clare per speciem credēris confexisse, euangelicę legi sapientiā reuelatione dicidisti, ex quo postea tpe opertuō uerba protulisti atq; conscripsisti iān tactatū in quibus cāctorum corda perterrituisti uere fideliū. Quis emētater audebit se dignum ad huius supersubstantialis panis diuiniq; calicis sumptionē, cū & sacratissimus ille sponf amicus colanguineus salvator, fassus sit indignū se esse ad soluendam corrīgam calceamentoꝝ illius? Quid igitur uidetur restare, nūl decreū cessandi a cōmuniōne dignissima, propositūcū mirandam tam grāde periculum, nec supercolefia tractare audere mysteria, angelicis quoq; spiritibus admiranda, reuerenda, & incōprehensibilia? nūl ex alia parte tu dīuine Veritas dices sempiternā. Amen amen dico uobis, nūl manducaueritis carnē filij hoīs, & biberitis sanguine eū uis, non habebitis uitā in uobis. Quid in hac perplexitate agam? quid eligam? Si accedo immaculatissimā ac sup̄prestantissimā sumere agnum, sūi q; faci accipere sanguinis poculū, uereor reus fieri corporis & sanguinis dñi; si inde abstineo, expauescō uita grāte in p̄fensiū uitaq; glorię destitui in futuro. Angustiē mihi sunt tñdīg, sed melius est mihi mori, q; aliquod hogz incidere periculū. VERI. Quare mēcerore conueneris? Nunq; confiliarius non est tibi? Nonne ego sum magni consiliū angelus, fons sapientie, uerbiū deī in excelsis: de quo ait scriptura: Si quis indiget sapientiā, pothuilet à deō. Si foliūtē uisibilis in suo orbe decūrēs lumine suo tenellas fugat ac nebulas, quanto magis sol aeternus, cuius cōmunicabilitas & lux exp̄s est finis, sua irradiatione & instructione ab omni eruit perplexitatis ambiguo, ignorantiae nubilo, fluunt̄ formidine. Atēde ergo ad thronū grāte, accede & illuminare, inuoca me in die tribula-

INFLAMMATORIVM DIVINI AMORIS.

192

wibulationis. SACERD. Tu domine qui ab exordio tua charitate ac pietate nos benignissime praeuenisti, nostrā assūmē naturā, & quod de nostro assūmptū nobis liberalissime cōcūfti, impendendo ac relinquēdo illud in medelam opemq; multiplicem ac salutē, & tanti in super sacramentū nos constitūsti ministros: hac eadē tua dulcissima charitate ac copiosissima pietate me anxiū & afflictum nūc erudire digneris, quid in p̄fecta perplexitate, scrupulostate atq; formidine agendum sit mihi. VERITAS. Nonne praeindūctis tā te uerbis Apostoli, ipse mox addidit: Probet se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Quid elli probare se, nisi conscientiam suam uigilanter discutere, expurgare, cordisq; thalamum p̄parare, ornare, atq; ad suscipiendum in eo regem gloriae totū uiribus exhibere condignam, considerata possibilatatis ac fragilitatis suę mensura & proportione ad incomparabilem tanti excellētiā sacramenti? Præterea antequā de p̄paratione hac prosequar, uolo te profundius informare de imperfūtabili sacramēti istius pretiosissima dignitate, & primo de eius nominibus.

Articulus 1. De diuersis nominibus sacramēti altaris.

VERITAS.

M Agnorum artificum est magnos & eminentes effectus producere, soletq; effectus suę causę correspondere. Et quid altior est natura, eō p̄clarioris extat potentia? Nonne ergo unigenitum dei, patri aeterno prorsus coequalē & co-omnipotentem condecoruit in assumpta humanitate mira quādā peragere? Et quia in omni multitudine ordinata est unum primū principium & maximum; inter universa mira & magna quę egī in seculo isto, hoc unū excellētissimū, gratiosissimū atq; oīno incōprehensibilissimū egī mysteriū, instituit sacramētū, produxi effectū, meipsum sub sensibilius inanimatarum rerum constitūndo, res illas in corpus meum & sanguinem substantialiter conuertendo, hoc est, infinita & omnipotētū uirtute mea transsubstantiādo, qua & in exordio seculorum cācta uisibilia & inuisibilia produxi ex nihilō; quod mysteriū, sacramētū & opus, quāuis aliquo modo sit unū, in ipso tamē fuit, & est plurimorū eminentissimorūq; congeries mirabilium, dum unū p̄ræexistens in aliud p̄ræexistens, si ne utriusq; corruptione & ḡnatione in instanti cōueriū est, idemq; numero in pluribus fuit locis, quamvis non modo locali. Ego quoq; meipsum in manib; tenui, discipulisq; porrexī, & in eorum ore personaliter ac integraliter esse ceepi, ac deī sine egressu & mei mutatione. Deniq; non minor eram in cuiuslibet ore eorum, quam crād ad mensā qua sedebam. Cumq; sacramentale mysteriū istud tantē sit excellētis, tanq; uigorositas, tātē gratiosissimā salubritatis, tamq; sublimū sit productū effectū, oportuit ipsū ad h̄c insinuanda pluribus appellari in omnibus, quāquā nec illa nec quęcūp; alia eius dignitatē, uirtutes, proprietates, mirabilatēs & efficientias plene ualeant designare.

SACER. O ueritas summa, quām altum est hoc tuū sermonis exordium, circa quod difficilim quæstiones nascuntur, quas tu infrā, ut confido, disoluēs. Nūc cōceptū precor prosequere, VERIT. Vocatur hoc sacramētū eucharistia, memoria, cibūs, uiaticū, communioni, donū, sacrificiū, & sacramētū altaris.

Articulus 2. Cur hoc sacramētū eucharistia appelletur. VERITAS.

S Acramenta euangelicæ legis quæ tradiū, recte uia medicinalia nūcupātur, q; non tantum figuratiua, sed etiam contentiua, imo & causatiua sunt gratiarum. Ve runtamen differēter, quemadmodū enim in genere ac multitudine ceterorum est unum perse tale & alia participatiue aut incomplete, sicut in genere calidog. ignis atq; in genere lucidorum sol; sic in numero sacramentorum unum est per se ac plene gratiam signans, continens cauas. Hoc uidelicit sacramētū est, quo ex uī conuerſionis cōtinetur sacram Christi corpus, in quo per redundantiam maximā extitit suę animā gratia ex naturali quoq; cōcomitantia anima eius ac deitas. Et ita in ipso uerissime continetur perfecta & integra Christi persona seu uerbum aeternū incarnatū, uerus deus, hō perfectus. Porro, in aīa Christi totius est gratia plenitudo: in ceteris uero sacramentis non est formaliter gratia, quae est habitus sup̄naturalis infusus, intellectuale ac rationalem creaturā perficiens, sed gratia sacramentalis est in ipsis, tanquam in signis, dispositiue instrumenta literis, causib; secundū esse remissum & incompletum, prout suo elucidandum est loco. Hinc sacramētū hoc rite eucharistia, id est, bona gratia noīatur: ita qd ob uniuersalem eminētiū ac plenitudinē suę gratiositatis, non solum eucharistialis seu bene gratiosa, sed eucharistia, id est, bona gratia dicitur. Quemadmodum de amico charissimo dicitur, tu es amor meus sicut & sanctus dixit Ignatius: Amor meus crucifixus est.

Secundo

Dani. 2.
Rom. 14.

Psalm. 20.

1. Cor. II.

Ezech. 40.
Psalm. 23.

1. Cor. II.

Rom. 11.

Actu. 9
Galat. 1.

Matth. 20.

2. Cor. II.

Gēnes. 1.
Exodus 15.
Sapient. 2.

Actu. 9

Matth. 26.

Matth. 5.

3. Ezra 3.
Oliv. 1.12
Iohann. 6
Matth. 23.
Heb. 9.
Ephe. 5.
Ecclesi. 6.

Iohann. 5.

Matt. 26.

1. Cor. III.

2. Cor. 11.

Dani. 13.

3. Ezra 3.

Mich. 4.

Oliv. 1.12

Esa. 9.

Iohann. 6

Eccl. 1.

Matth. 23.

Iacob. 1.

Heb. 9.

1. Cor. 11.

Ecclesi. 6.

Matth. 4.

2. Cor. 11.

1. Cor. 11.

3. Ezra 3.

D. DIONYSII A^E RICKEL CARTHVSIANI

Secundo, sacramētū hoc eucharistia appellatur, quia à me grātiosissimo domino nōstrō & à me grātiosissima uoluntate collocatum ēst uobis. Quāmuis enim dem omnibus affluenter ac gratis, qui bonorum uestrorum non ēgeo, & cuius dona sunt meritā uestrā ita q̄ originaliter atq; fontaliter totum ex mea profuit pietate, piaḡ uoluntate, quē interdum gratia nominatur, utpote gratia in creata, & gratia gratiā dicitur, quē admodū & deus uocatur frēquēter natura naturans. Attamen hoc sacramētū instituendo, cōcāndo, & eius frequentationē iubēdo, fontē totius benevolēti, charitatis, & munificēti meae super uos exuberantius aperui & effudi, imd̄ ipsū fontem cū omni opulentia, liberalitate, & gratia sua uobis cōcānū, putamē pīsum, nūl propriū sic mihi reseruās, quod non aliquo modo cōcāuerim uobis. Nempe sicut in cruce eram, me torū pro uobis daturus, exposturus & oblaturus in pretium mita in hoc sacramētū me totū grātissime, liberalissime ac feruētissima uoluntate dedi, ac obtuli me uobis in cibū, in remedī, in copiam & salutem, quē admodū per Esaīam prēdicti: Ecce ego declino in eos ut flumen pacis, & ut torrēs inundans gloriā gentium. Hoc tibi nō solum credibile, uerum etiā rōnabile certum quid debitur, si in memoriā mei amoris, redundantissimam liberalitatē meā bonitatis, indeficētissimam meā māiestatis opulentiam profunde aduerteris. Contēplare qualiter diuitias gloriā meā, ac plenitudinē deitatis uniuersis cōcō in triumphanti ecclēsia. Quid igit mirum, si ego qui ex ineffabilī charitate descēdi de ccelis in terram assumēdo humanitatem, ad salvandum genus humanū, ipsām naturam assumptā ita cōcāuerim uobis in sacra mento. Charitatis ac liberalitatis naturam, & proprietates artēde cōsidera q̄ prop̄te teipsum & tuā ei cōmunices, quē sincere ac toto diligis corde, quanto pro salute illius agit aut agere, presertim si aliter non possit uirū. Quid itaq; putas me peregrīne, q̄ scđm agit sum essentialiter charitas, & charitas utiq; int̄fue immēta, infinite liberalissima, q̄ etiam scđm assumptam naturā tanto exuberantius sum omni dilectione sancta repletus, quanto diuinā & increatē charitati propinquius sum unitus, & quanto prā om̄i mente creatā etiā seraphica, beatifica fruitione in creata amoris repletus sum? Qm̄ inestimabili charitatis incendio arbitris animam meā zelo salutis hoīm & tuare, pro quo saluatione scit se tam propinquissime ac hypothatice uerbo aeterno cōuinctam Sacer. Non ratio tantū, sed etiā experientia quoq; pandit hēc uera esse. VERIT. Deniq; cernimus quāta plurimi agant & patientur ex carnali amore, qualiter se & suā mutuo sibi cōmunicent, quōd & in coniugatis bene concordantibus euident patescit. Nec dubium, quin amor spiritalis, diuinus, infusus, uigorofus ualde fit ex sua natura, amore carnali. Amplius cōstat, q̄ sicut cōtemplatio beatoy, indiscibilior clarior est omni notitia uiator, sic & beatoy dilectio ineffabiliter extat omni uiator, amore ardētior. Anima uero Christi scđm uires suas superiores, ad increatūm obiectūm relatas erat ināestimabili cūctis creaturis clarius deum conspiciēs. Hinc proportionabiliter in actuāl deitatis ac proximō amore referuētior fuit id eōmodo prēfato munificētissime se & sua, suumq; corpus nobis cōcauit. Tertio, sacramētū hoc eucharistia nūcupatur, rōne sui effectus, quoniam bonam ac multiplicē in nobis gratia operatur: de qbus grātiosis salutaribusq; suis effectibus ināfrā discetur. Et quanto q̄ se exhibuerit capaciore, id est, puriore, & ad participandū sacramētū huius charismata digniorē & affectuofiore, tāto de fontib⁹ saluatoris riuos gratiā hauriet ditiores. Quarto, qm̄ deputatus est & ordinatus, ut detur gratis duntaxat in gratiā quippe occasionaliter nocet, qm̄ iudicium sibi manducant & bibunt illud sumendo: gratorum ergo qui per gratiā deo accepti sunt ac placiti, est eucharistia ista. Quinto, quoniam gratiā super gratiam cauſat, conservat, auget, perficitq; in hoī. Cetera etiā sacramēta suām ab ipso uitunt & gratiam sortiuntur, & est sacramētū sacramētōy. Sexto, sacramētū hoc est aurea urna continēt manna intra sancta fāctōy collocata. Etenim aurea urna est caro Christi sanctis sima, que continuat manna, per quod intelligi potest uel ipsa deitas corporis in habitans, aut anima gloriōsa, omni suauitate felicissimē fruitionis impēcta: sancta uero sanctoꝝ est cōculū empreuyn triplum has ecclēsia, & secretissima mansio dei. Hāc eucharistia paruit in dulcedine sua pauperi cordi, id est, humili deus, & p ipsam gratiā & gloriā tribuit dñs.

Sicut psallis, Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator dñs. Sciens ego oblitio nem mentis humanae & pronitatem eius ad ingratitudinem, in cœna nouissima institui hoc sacramentum abditissimum indelebiliter cœmemoratio meipius, & oim que pro humani generis egi salute, presertim in memoriale meum dilectionis

DE SACRAMENTO ALTARIS.

dilectionis ad homines, & passionis meæ pro hominibus, in quibus duobus & alia mea includuntur, mysteria: utputa incarnatione, conuersatio mea in hoc mundo, nisi enim factus fuisset homo, & conuerfatus in seculo, non essem passus & oblatus in ligno. Sacerdos. De hoc memoriali loquitur multum deuote summus tuus uicarius Vrbanus quartus, in sermone de eucharistia: O inquiens, memoriale dulcissimum, amandum, glorificandum, & uotis omnibus suscipiendum, in quo innouantur signa, renouantur miracula. Deniq; memoriale hoc digne proportionatur & correspondet eis que representat, uidelicet diuina tua Christi mysteria. Nec est enim tam euidentis & preclarum eximiè, imò & summe dilectionis indicium, ut dare seipsum. VERITAS. Quantidigiter maior fuit & est dilectio mea ad te, & quanto plus appetitandum est, p ego deus & conditor tot & tantæ pro tua assumpti, feci, & tolerauit salute: tantò memoriale iesu istud prestantis, diuinusq; constitit & denuo, quò mea dilectio in ipso splendidius innoscit, tantò uehementis debes accende meo amore, precordialiores quoq; grates mihi referre, quoties missæ officio interes, aut elevatione cōspicis (qua exaltatio mea in cruce atq; oblatio, qua ego summus sacerdos hostia salutaris in ea me obtuli deo patri signatur) aut dum personaliter celebras communioneum'ue acipis, uel etiam aliorum mysteriorum meæ oblationis es memor. Si magnum reputaretur, a rege terreno, uel præfule magno singulariter ac familiariter diligi, ac præclara talis dilectionis signa ac dona recipere, quām incomprehensibiliter plus magnitudine debes, quod dominus deus creator ac salvator tuus te summe gratis dilexit, diligendo præuenit, dilectionis suæ memoriale tam sumnum, utputa seipsum in sacramento uelut tibi donauit & reliquit, nec id semel tantum austraro, sed quotidie, atq; ad libitum tuum. Intuere hęc intime, diligentissime p̄ea, aspidue recordare, gratias iugiter totis uiribus refer, & quicquid reverenter, cultus. Et obedientiæ potes, ei cum omni custodia cordis, humilitate profunda, dilectioneq; feruida usq; in finem repende,

Articulus III. Qualiter sacramentum istud sit cibus & potus. VERITAS.

Vemadmodum in euangelio dixi: Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uer
e est potus, Ego qui irrationalibus necessaria uitæ prouideo, sicut legisti.
Quis preparat coru[m] cibum, quando pulli eius clamant ad deum uagientes, eo
q[uod] non habeant escam? Et ruris: Qui dat iumentis escam ipsorum. Quod in euâ
gelio quoq[ue] confeitor: Refricate, iniquens, uolaria celi, quia non seruit neq[ue] congregant
in horrea, & pater uester cœlestis pascit ea. Ego in quam hoc agens, rationalibus creatu
ris non desum, & sicut corpora, ita & animas rationales multiplicibus, exquisitis, nobilissi
mis pacfo edulicisputa supernaturalibus & infusis uirtutibus, donis, eorumq[ue] actibus
& delectationibus spiritualibus, illis annexis formaliter inherenter, ecclesiasticis etiam
sacramentis, potissimum priorissimo corpore & sanguine meo. Et quoniam cibum & po
tum oportet uere realiter cibato, potato uniri, corpus meum & sanguis in hoc sacramen
to substantialiter continentur. Veruntamen à suscipiente non alterantur, nec in ipsum mu
tant, immo por[tu] illi mutat in se. Itaq[ue] sicut diuinitatis meæ fructione nutritio ciues supernos,
sic corporis & sanguinis meæ sumptione sub sensibili uelamine specietum, a[n]o nunc ui
tores. Et quoniam cibus & potus iste est anima specialis, ideo inuisibiliter adest non cor
porali dimensione modo. Et sumitur fide, non euidenti cognitione, quoniam anima est ui
atrix, non euidentis per speciem contemplatrix. Incorporat quoq[ue] hic cibus Christo & my
stico corpori eius. Præterea cum sit anima cibus, ea quæ alimenta corporea operantur in
corpore, hic cibus ac potus specialiter agit in anima. Porro, cibus ac potus corporales su
muntur, ne calor naturalis ab humido consumatur radicali, suntq[ue] medicina contra quo
tidianam afflictionem famis ac fitis, sic diuinissima eucharistia est sumenda, ne uiuiscus ca
lor charitatis à profluvio sensualium affectionum, atq[ue] humoribus concupiscentiarum in
frigidetur aut extinguitur: & ualeat contra inedianam spiritualem ex defectu internæ refe
ctionis ac confortacionis evenientem. Quemadmodum etiam potus refrigerat, & bonam
facit digestionem: ita hoc sacramentum cōtra ardorem male inflammatum desiderior[um]
ac uitio[rum], facit temperamenti, & mente reddit idoneam ad extirpandum superfluum, uehe
mentiā quoq[ue] sanctarū affectionū ad dilecti clarā & contentatiā p[re]fentiā, moderat ac cō
solatur, eo q[uod] dilectus uere (quis inuisibiliter) p[re]sens iam habeat. Præterea, sicut almonia
corporalis cōtra uacuitatē stomachū replet, sic eucharistia cōtra inaniū cogitationū, & illi
citaz affectionū uanitatem cor implet ad meditandum ac appetendum salubria, ut tēpus om̄e
fructuose exp̄ediat, fiatq[ue] h[oc] in instar sanctor[um] plenus dies. Breiterq[ue] sicut almonia illa cor
poral[is]

Heb. 10

Johann.6.
Iob.38.
Plat.14.16
Matt.5.

— Esaias, 4

Heb. 10

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHVSIANI.

porea uitam conseruat, uires roboret, corpus sustentat, & hominem usq; ad perfectam facit excrescere atq; pertingere quantitatem, bona quoq; ac hilare facit dispositionem in mente & corpore, sic cibis ille celestis hoicem conseruat in uita gratie, confortat potestias aig; & hoicem facit omni die proficere, sic qd uirtutum perfectionem perducit, & mente ac corpore in deo letificat, iuxta quod scriptum est: Cor meū & caro mea exultauerunt in deū uiuū. Deniq; sicut māna eucharistiū huius figura, iustis ac gratis cōtulit oī saporis suauitatem, sic mystica ista refectio facit hominē delectabiliter occupari & exerceri, non solū in una uirtute, inq; magis in uniuersis uirtutibus, ita qd cum interni sapori dulcedine orat, meditatur, abstinet, mansuetus, se qd humiliat. Sacer. Heu me miserere dñe deus, qui toties cibum hunc & potū sumpsi diuinū, & nihilominus adhuc spiritualiter aridus sum & macer, nimirū p̄ pulsus, ac spūliū expers delicias, inq; ad irrationalibes passionū motus adhuc infelicitate damnabiliterq; proclivis, verū. Quicqd sit de te, hoc illis cōtingit, qd ut dixit Apóstolus, nō dijudicat corpus dñi, qd exquisitus corporis suū uectibus exornaret, atq; fornicatus morigeratus se haberet, si a magnitudinibus feculi huius essent ad prādiūm initati, & cu illis residerent ad mensam, qd anima sua ornent ac cibis uirtuosis ac reuerentili intus modestia, dum ad reuerendū altare, ad mensam regis celestis aut eucharistiū angelis adorandae sumptionē sunt accessuris, ideo decrescunt magis qd crescūt. Hec quippe almonia ac mendaciam operatur in accipiente, ut corporeā medicina, agens ī naturale, sed iuxta datoris ac medentis arbitriū, ac fuscipientis preparationē ac meritū, s. a. De uera & falutarii preparatione ad celebrandū ac comunicandū infra, ut spero, loqueris, nūc cāterorum nominū huius sacramenti, si placet, exprime rationes.

Articulus v. De rationibus ob quas sacramentum hoc uiaticum appellatur. **VE.** Vamus passio mea dicatur fecisse fienda, quod fecit iam facta, hoc tamen non est omnifarie intelligendum. **Vix** est equidem, qd sicut passio mea fuit pro oibus satisfactoria, ita pro his qui fidei formata crediderunt eam futuram satisfecit, sicut pro his qui eam nunquam factam credunt. **Pro** omnibus, inquam, satisfactoria fuit, quae sufficientia, sed quantum ad efficientiam pro his trn, quibus uirtus seu meritis eius aliquo applicatur. Porro, in euangelica lege fit applicatio ista per euangelica sacramenta contente fide eius, per quem applicatur, aut eius cui applicatur. Si autem applicatio realiter fieret, sufficit efficax desiderium eius. **Sacra**menta uero euangelice legis contentiva sunt secundum multiplicis gratiae, quod ueteris legis non conuenit sacramentis, ideo uirtus passio et abeundam uirtutem operatur in novo testamento regulariter loquendo, qd olim in veteri. Intamen dicitur uirtutem meam sacramentis non taliter alligata, qn & nunc & olim potuerimus sacramentis effectum sacramentalē copiosamq; grām, quibus uoluerim condonare. **Vñ** alii in lege nature, qd in lege scripta speciali munere emisericordie meae fuerunt sanctitatis in illo ministrati, ut pater euangelij recte tepus gratiae nūcupatur, qm multo exuberanter in eo est data, qd ante, & immirabiliter pluribus inter que est universitas gratiae sacramentis, & eucharistia maxime, que inter suos effectus clarissimos confortat, & munit uos in regenerationis huius exilio ad pergandii uia salutis, & arctu hoc iter, in quo immirabiliter grauia occurruit impedimenta, quousq; ad suognū uocationis braviū pertingunt, circa hoc aliqui possum mouere, sed ex p̄inductis eoz solutiones cerno patere. Etenim possit, qd si ista ita se habeat, cur multo frequenter aut quasi quotidie celebrantes taliter sancti & graduum, uel si sic loqui cogruit, retrogradiunt, ut palma cōspicit? Et simplices arco cōcantes, imo & qdā sanctissimi quondam in eremo cōmorantes, rarissime aut numeriter sacramentū istud suscipientes, ad patriā claritatis æternę expeditissime ac uictori proficisci ceban. **Vix**, ut tetigis ex iunctis patet solutio, qd defectus nequaquam cōfurre parte sacramenti, sed in digne suscipientium illud. **VERI.** Tu ergo ad propositū tibi cerhoc inuincibili uiatico refectus, armatus, munitus accede, ipsum eū summa reuerencie, suscepit spiritualiter tecū tene, diligētissime caues ab omni ei⁹ offensione, tēta ac tē cū precordialissima grāz actione honora, prosequere, recomenda te ei, ei⁹ grāz auxilio initere, si ei⁹ prēclaris effectib, iugiter cresce, ut in tuis tot scopolibus, obices, iuaf difficultates, uie salutis defup, ptegaris. Ille fuit euadas, feliciterq; gtingas. **S.A.** Necesse alde uiatici hu⁹ deuota suscepit, qm grādis nobis restat uia, prorsus piculosa atq; lis, cū & caro recalcit, sensualitas reluctet & trahat deorsum, mūdus qdā allicit, non durissime aduerterunt, nec ulla sit requies. Pretere, recolo dixisse Chrysostomus, sicut leones ignem spirantibus, ita à mena dnica demonibus facti terribiles recesserunt, de digne lumentibus clarum est esse prolatum. **VERITAS.** Si sumptus ista cadentia

Plat. 83.

1.COR.11

3, Reg. 19

DE SACRAMENTO ALTARIS.

194

Ilatero tuo mille, & decem milia à dextris tuis, carnem & sensualitatem in rationis rediges seruitum, & mundi insanias atq; spurcitas roto corde despicies, facies quoq; quotidie in fortitudine cibi iustius magnam dietam, ad mon tem dei quo ipse faciliter cernitur in aternum. Et quo feruentior fueris, quo frequentius, purius, affectuoso suscep ad deum, & ad eius sacratissimā aspiraueris uisitionem, eo longius progereris ac uehementius appropinquas. **SACER.** Iam presolito intendome ad celebrazione quotidiana ac deuota disponere.

Articulus vi. Cur sacramentū hoc uocetur cōmūnio,

VERITAS

3.Corr.¹

Egisti, Vnus panis & unū corpus multū sicutū omnes, qui de uno pane & de uno calice participamus. Hoc itaq; sacramentum vocatur cōmunionis seu synaxis: estq; signum ecclēsiaſtice unitatis, in quantum uniuersi fideles ipsum in charitate accipientes, uirtute & gratia eius spiritualiter unum fiunt & sunt cū Christo capite suo, & cum mystico corpore eius, quod est ecclēsia, cuius ipsi sunt membra & inter se inuicē, nē per huius sumptionem, frēquentationēq; sacramenti Christo cōmunicās copulat & contrā. Et per gratiā inheſionem ac incrementa in seiuicem manant, inq; per charitatis profectū membrū cū capite quotidie magis ac magis unū efficitur; ideo ait: Qui manducat meam carnē, & bibit meū sanguinē, in me manet & ego in illo. Pet hoc etiam sacramen- tum, cōcūatio gloriæ angelorum signatur, cum & eucharistiē participatio sit figura, signū, & arra future fruitionis, atq; per eius idoneā frēquentationē, ruina reparatione angelica, & ipse cōmunicans angelicē mereat beatitudinis ueritātē. Rursus, per sacramentū hoc meritis cōmunicamus ac p̄mēns omnīū beatorum, qui tam in uia q̄ in patria inuicē sibi cōmu- nificant, multiformē gratiam suā & gloriā per chātitatis iunctūrā, speciale mēs unitatem, Iuxta quod scriptū est: Particeps ego sum omnīū timentiū te, & custodiēntū nādā tua. Iterū, quia per sacramentū huius sumptionis fideles per charitatem iunguntur, & alijs faci- unt quod sibi rationabiliter fieri uolunt, hinc per eucharistiē sacramentū & sumptionem supportant se mutuo charitatib; ac cōdolent, & opa pietatis corporalia & spūialia implētū in passionib; cōcānt Christi atq; sanctorū, quorū persecutions, afflictions, molesti- as atq; iniurias sentiunt, quasi suas. Seipsoſ deūnum & omnia sua participatiib; fecū istud sacramēptum cōmunicāt. SACER. Ex istis perpendo q̄ uere locutus fit Augustinus: Qui accipit signum unitatis, & non tenet uinculum pacis, non accipit mysteriū pro se, testi- monium contra se. Et denuo protestatur te dñm Iesum Christū in his materijs cōmendā- se & instituere hoc sacramentū in pane & uino, quē ex multis rediguntur in unū, quē ad- modum panis ex multis granis, & uinum ex multis uinis, sic & ecclēſiaſtice unitas ex mul- tis refūltat fidelibus huius sacramenti participatione unitis. VERI. Tu ergo, & omnis q̄ fa- lubriter cupit celebrare & cōcāre, semper sitis solliciti feruare unitatē spūi in uinculo par- cis, atq; id ipsum dicatis oēs, & absint à uobis schismata & scādala cūcta. Nihil per contenti- onē inanēce gloriā faciat, sed unusq; p̄fanciā humilitatē p̄ferat sibi próximos suos. Nemo cōtra alii concipiāt, gerat, aut tenet disciplinā irrationabilem & iniustam, nec hō homini feruet irām, ne frustra sibi à deo querat medelā, inq; tam fortē & roborati in chari- tate ceterisq; uirtutibus esse debet, ut unius non possit faciliter offendī, scādala, aut p̄turbari ab alio, nec male suspicari de illo. Nōne uochementer est detestādū, q̄ ministri tā excellentissimi sacramenti, adhuc itapūilli, tam fragiles, leues, pueriles, aut passionati exi- stant: Sint ergo iūri uirtutū, discipuli sapientiē, magisteriōc; cēlesti obediētes, ac humiles auditores, & tāti sacramenti amore, aut salte ūue damnationis timore indulgent mūrū, atq; unanimes uno honorificēt deūm.

S. Johann.

Ephe.

Rome

Articulus VII. De rationibus alijs: quatuor nominum sacramentorum.

Hier. 3.

Apocal.

Articulus VII. De rationibus aliorum quatuor nominum sacramenti. **VERITAS.**
Constat tibi ex preinductis, cur eucharistia rectissime donum vocetur, beneficium quo congrue appelletur, quia ex pura charitate merita liberalitate mei ad hos con-
tuli eis tam eximium bonum, non ex indigentia mea, aut comodi mei intuitu, sed
pro illoque salute, quatenus per dona uia, ac beneficia gratiae, ad excellenterissima pro-
ducantur bona felicitatis aeternae, quamuis totum ad dei honorem & gloriam, iustitia exi-
gente, & sapientia mea dictante retulerim, absq; uestrae comoditatis ac felicitatis detrimen-
to: ga in deo rota uesta salus est sita, nec beati esse poteritis nisi per ordinationem finalitem
relationemq; totalem, ac puram ad ipsum, cum sita &c., principium & finis. Porro, donum
proprium est collatio nequam redditio in intuitu facta, seu irredibilibus dario: qd; aut proprij
commodi aut redditionalis intuitus datur, uenit ut portius qd; donec. Et si spissale intuitu com-
modi ipsalis exhibeat, Symoniaca labes committuntur. Deniq; impariedo hoc donum, & ita

J. 3 nobis

e.Cor.9

Psal.144.

Ieremi.18.
Rom.12.
1.Pet.3.Gene.4.
Matt.26.Heb.8.
Eph.1.

uobis cōmunicando meipsum, ostēndi clarissimę charitatis meę immensitatem, opulentiam
meę ac magnificientię largitatem, hilaremq; donandi effectū. Nempe si hilare datore dī-
ligit deus, qđ magis ipse in donando hilarissimus extat. In huius doni cōcōratione thesauro
totius liberalitatis meę aperui, & largitus sum in numerā iuxta magnificientię principale in
ipsa eucharistia, dando me totū deum & hominem, corpus, animam, deitatem. Tūc aperū
manū meā, & impleui in quantum in me fuit, omne animal rōnale benedictione, & qđ
do in patria in re uelata, dedi hic in re uelata. Perpende doni istius nobilitatem, copio-
tatem, supererfluentia seu p̄eclarā excellentia, qđ in ipso omne bonū continetur, ex ipso
gratia & gloria hauriūnt, per ipsum ad plena felicitatem pertingit. Recete ergo cantat
ecclesia, O sacrū cōuiuum, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis eius, mēs
impletur gratia, & futurę glorię nobis pignus datur. Non sis hq; datori ingratus, nec im-
memor charitatis ac munificientię eius, non reddas ei malū protato bonō noli ei abfratre
re teipsum, qđ non querit nisi teipsum, id est, tu ipius in corpore & anima glorificationē.
Insuper sacramentū hoc rite sacrificium appellatur, quoniam Christi passionē iam factam
& eius in cruce immolationē, dignissime representat atq; cōmemorat. Et ipsum quotidie
pro uerstra reconciliatione, purificatione, & salute in ecclesia deo patri offertur; nempe tā
ardentissime uos dilexi, tam liberalissimum ad uos animū habui, qđ non suffecit mihi semel
pro uobis cōferrī, & semel pro uobis offerri, sed in fonte & abyso infinite sapientiē mee, hūc
mysteriālissimum modū inueni ac statui, quo uobis in defīnitē adūm & cōferar, prouobisq;
offerar, & ita à uobis manducer, modo uobis tolerabili ac proportionato sub tegumentis
panis & uini, nō in specie carnis & sanguinis, nec in quātitate propria, ut in ea sublisto, qđ
simul cum ea accipiār. Hoc sacrificium ab exordio mundi in oblationibus Abel & eius oc-
cisiōne fuit prefiguratiōne inde in lege natura in sacrificiis patriarcha, et in lege Moy-
si per oblationes diuersas. Ipsū quoq; in exordio primiū ecclēsiae in cena inīitii, qđ
ex seipso acceptabilissimum est patri æternō, & efficacissimum ad omne illud agendum,
pro quo institutum est & offertur. Amplius, ipsū est uigorissima medicina contra reli-
quias uitiorum, contra concupiscentiam saeuientem, contra uenialia, quotidianasq; cul-
pas, & contra mortalia peccata oblita, & singulari modo ualeat contra unitera apimē uil-
nera, prout hoc infra clarius exponetur. Specialiter demum dicitur sacramentum al-
taris, super quod confiticū & offertur, sumitur & tractatur, in quo aliud uidetur extrā,
aliud intrā designatur, aliud foris representatur, aliud intus continetur, ut in frā diffusus
ostendetur. Nunc autem sufficiat nominum horum rationes intantum exposuisse: uerun-
tamen alijs quoque nominib; interdum exprimitur: nam & hostia nominatur, inquantū
ipsūlum Christum continent, & ipse in ea offertur. Vocatur itē arra & pignus future glo-
rię ac salutis, quia in eius clara uisione, ac plena fruitione, quem modo sub formis uelatum
inuisibiliter sumit, tota uerstra constitit felicitas.

Articulus VIII. Diffusior declaratio predictor, qualiter Christus secundū utrāq;
suam naturam, sit cibus rōnabilium creaturarum: & qđ eucharistia sit sacramē-
tum summi diuinissimiq; amoris.

VERITAS.

Rationalem creaturam non decet habere caput primum & sumnum, nisi deum,
nec aliunde spiritualiter uiuere, nisi spiritu dei: hinc sequit, deū esse cibū illūst: qđ
eīn nutrit atq; sustēt utalē in corpore aīalis calorē, hoc cibus aīalis. Cūq; ipsa
diuina bonitas in rationali creatura uiuificum alar & conseruet calorē, quo spi-
ritualiter uiuit, utpote charitatem: constat qđ bonitas dei uerissime cibus sit homini, in quo
utalis calor est syncerus & sanctus amor, & amicitia spiritualis, qua fideles deo herēt, & si-
biuicem coherent, propter deum sibi uicem consulentes, totaq; promptitudine prouiden-
tes ac subseruentes, omni quoq; studiofitate mutuo se amantes ac defendentes. Incre-
ata eīn bonitas, ueros suos amatores tā ualde sibi astringit & alligat, ut propter ipsam etiā
sibi uicem inseparabiliter pure coherant ac syncera dilectione se complectantur. SACE.
Hoc plane fateor esse uerissimum, cum limitata defectuosaq; bonitas, dulcedo, comodi-
tas, pulchritudo creature, in sua cognitione dilectionē sui excite, alat, & augeat tā intense,
quantomagis bonitas pura & infinita, cuius amabilitas finem nescit, quae essentialiter est
ipsa dulcedo immensa, conuenientissima, & pulchritudo mundissima circumscripta.
VERITAS. Recete concludis, quoniam bonitas cuiuscunq; creaturæ non est nisi ueligi-
um pusillum ac tenue deficiens penitus infinite, à prima illa fontali increata que ho-
nitate in omnia redundant. Conformater, uoluptas, à bonitate crea, prouenientia,

quid

quid est nisi ueligiū ueligiū bonitatis diuinae, & uoluptatis æternę, imd & umbra uni-
bræ illius? Si ergo extrema ueligiū illius, utpote sensibiliū, carnaliū & corrupti-
biliū rerum uoluptas, tantos sui amores in hominibus excitant, inflammant, ut ipsi
amatores quasi conflagrari & in ardore uiuantur, quanto fortius supersplen didissima
superpulcherrima dei bonitas in corde eorum, quibus illuxerit amores sanctissimos im-
maculatasq; conscientias excitabit, nutrit, & accedit. Merito ergo diuina bonitas cibus
ac nutrimentum uitalis ac spiritualis fertur esse caloris. Quemadmodum speciositas mulie-
ris, nutrimentum & cibus est turpis amoris unde dumā cordalis subtrahit amor per
oblivisionem, aliam ue occupationem, mox cestat turpis amoris incendium. Dum uero ei
per aspectum ad memoriam adhibetur, amor immundus reuictus ac renouatur. Multo
magis pulchritudo ac suauitas deitatis immensa, cibus est & incendium digni & congru-
entis sibi amoris in amatoribus suis. Amplius, nōne dum percipis aliquem uirum esse sub
limiter virtuosum, iustum & probum, sapientem, nonne ex solo auditu accenderis eius a-
more, & tanto plus atq; uirtutes eius agnoueris clarius, quāto magis ex cōsideratione insi-
nitæ perfectionis dei, in omnibus debes ipsius amore incomparabiliter inflammari? Deni-
que, sicut gustus noster in singulis ciborum potuumq; alimonis, ac uarietatibus experi-
tur, & inuenit quod appetitum suum excite & augmentet, & sicut cor bonum in omni-
bus uerbis atq; operibus tota conuersatione uiri boni, præsertim heroicis & perfecti, inue-
nit qđ amorem suum ad uix illū prouocet, foueat, & succēdat sic corda electorū in ybis &
operibus dei, tanquam in spiritualibus & specialibus serculis reperiunt quod in eis exci-
tet & accendat uiuificum sancti amoris calorem, ipsos spiritualibus pascat delicijs. Ideo
uerba & beneficia dei, cibus sunt animarum fidelium, & pabulum diuini amoris. Itaque
tam bonitas, pulchritudo, suauitas, munificentia dei, quam eius beneficia, eloquia ac pro-
missa, sunt incitamentum, pabulum, & incendium dilectionis puræ ad deum, ac delecati-
onis & complacentiæ in eodem, quod scriptura frequenter inſinuat: Satiabor, inquiens,
cum apparuerit gloria tua. Et, torrente uoluptatis uite potabas eos. Et, quam dulcia fauci-
bus meis eloquia tua. Quemadmodum uir bonus, amabilis est & dulcis amanti, tam pro-
pter uirtusstatem suam in se, quam propter bona uerba ac opera sua. Cum tamen omnia
ista non nisi modica aperſione, ac tenui participatione summe & increate bonitatis, atq;
dulcedinis prime & abyssalis comparatione dulcia sint & bona. Porro, beneficia quedam
sunt transitoria, & amor ex illorum collatione procedens, solet cessare, cessantibus bene-
ficiis illis. Alia sunt beneficia tam diu durantia, sicut durat hæc uita, sicut beneficia paren-
tum in sibole, potissimum beneficia dei in creaturas, ideo amor exinde ortus, iugiter de-
bet durare, durante uita ista, imd quotidiē crescerē, ac recenter ualidiusq; flammare ex
continuatione, renouatione, & multiplicatione beneficiorum patris celestis. Sic tamen,
ut totum sinceriter ordinetur ad deum. Nunc enim loquor de amore, id est, congratulo,
quem non incuruāt, nec inquietat utilitas aut uoluptas sui ipsius, qui proprie charitas nun-
cupatur, qui uenalitatis & negotiorum nil habet, quo amator non intendit quicquid ac-
quirere sibi, nec amatum efficere suum, imd ipsi dilecto intendit & satagit obtinere, quic-
quid ualeat commodi & honoris. Præterea, sicut non est uita suſtatio corpori animalis
sine incorporatione cibi conuenientis, sic non est uita gratiæ cordi humano absque in-
cordatione & inuisceratione spiritualis cibi uitæ illi conuenientis. Incordatio autem non
est aliud, quam spiritualis seu cordialis unitio, pura dilectio, quantum ad uim motivū. Cūq;
incorporatio cibi sit uera comestio, cuius preparationes sunt quæ incorporationem pra-
cedunt, ut fractio, mastigatio, in ore, sic in cordatio cibi spiritualis uere comestio est cibi
illius. Et quoniam sine incordatione, id est, cordiali uione seu dilectione, nec uitam gra-
tia, nec uitam gloriæ, aliquis potest habere, constat sine spirituali dei comestione, neutra
uitam confidere. Ideo dixi, Qui manducat me, uiuet propter me. Et qui manducat hunc
panem, uiuet in æternum. Item qu' Ego sum panis uitæ. Intantum quippe sum panis uitæ,
inquantum facio aliquos spiritualiter me amare, ac ipso amore nutriti. Et hoc diligenter aduerte,
quia est radix probationis uiuifici atque ineffabilis sacramenti, quam nequit
effugere intellectus bene dispositus. Præterea, quidam heretici ueritatē huius sacra-
menti negauerūt dupliči ex errore. Primo, quoniam cernentes mastigationem in ore, dum ut
escaterunt, ac quasi molitur dentibus, aut in uentre trajectur, putabant esse comestio-
nem. Secundo, quoniam differentiam inter comestionem corporalem ac spiritualē igno-
raverunt. Quod eīn corporaliter manducatur, oportet à propriā formā nudari, & in man-

Psal.16.
Psal.55.
Psal.115.

Johann.6.

ducantis substantiam transmutari. In spirituali uero comestione fit econuerso, quia quo cibus spiritualis purior atq; integrior uenit ad cor, tāto profundius ei unitur, & ipsum cor sibi assimilat, & quodammodo in se mutat, sicut afferui Augustino. Nō tu mutabis me in te, sed ego mutabo te in me. At uero, quēadmodum ueritas cibus est intellectus, sic bonitas uoluntatis. Idem quoq; est ueritas ad intellectū, quod exterior lux ad sensum: & sic ut cor poreuscibus corroborat corpus, cum ei fuerit incorporatus, sic ueritas intellectum cōficit ac reficit certitudine, cum fuerit ei unita uitione completa, quia tūc uere scitur ac noscitur. Iterum, sicut cibus distendit & auget corporis trina dimensione uidelicet longitudo, latitudine seu spissitudine & profunditate seu altitudine, sic ueritas extendit in longū presentiū, præteritox ac futurō, in latū incūnstanti, in latū circūspecto, & in altum esentialium ac interiorum. Consumiliter in superiori ui affectua latitudo est amor, q; uig; ad inimicos propter deum extendit. Altitudo, magnificientia seu bonitas hinc declaratur, q; sola lumenissima ueritas prima, propinquissime cibus sit intellectus, solaq; prima munidissima, inundantissimaq; bonitas cibus sit uoluntatis. Etenim cibus re cōfissima definitione uocatur id, cuius sumptio fames sedat, comedens delectatur, perditum reparatur, & cibatur, augetur, reficitur, ac impletur. Certum est, quod nec fames seu desiderium intellectus, nec fames uoluntatis quiescit, donec intellectus pleno ore comedetur, & gustauerit primam ueritatem, atque uoluntas primam suauissimam bonitatē. Quae ueritas ac bonitas sole sufficiunt in plemento & quietate omnem capacitatem, famem, & appetitum intellectus nostri ac uoluntatis contentare ac maxime delectare, & confortare. Nec potest intellectus quiescere, nisi in primæ causa cognitione, nec affectus, nisi in primæ causa fruitione. Cognitione autem & fruitione sunt ipsiſ conuenientes comestiones; ideo panis & cibus iphiſ, est ueritas prima & bonitas summa, ad quas ceteræ ueritates & bonitates se habent, sicut umbrae uanissimæ exiliſſimeq; picturæ in modo subtracta ab intellectu primæ ueritatis notitia, & à uoluntate diuinæ bonitatis dilectione, spiritualiter mortuus est uterque. Intellectus quippe deum ignorans, & affectus deum non amans, uiuant inique, quoniam deo non uiuant, nec se, nec sua in eius honorem, atque obsequio referunt ac conuertunt, à quo quicquid sunt & habent, sortiti sunt. Insuper, sola ueritas ac sapientia in creatura, sponsa est intellectus creati. Cæteræ ueritates sunt quasi pedissequæ & ancillæ, cum quibus impie forniciatur, dum eis magis quam primæ ueritati innuitur ac inheret. Similiter affectus creatus habere se debet ad summam bonitatem, ei maxime & finaliter inheredo, & bonitatem in creaturis aspernas, referendo ad illam. Hinc panis iste coelestis non solum quotidie, sed assidue quoq; & iugiter est edendus, & absq; cessatione in mente habendum, amplectendus, atq; retinendus, propter quod non solum circumidianus, sed & supersubstantialis uocatus est, cuius subtractione est internæ ac spiritualiuitate extinctio. Nec tamen oportet animam semper actualiter primæ ueritati esse intentram. Cum ergo anima creata sit panem hunc manducare, & deus ipse nihil inaniter ac frustra creauerit, necesse est ut panem hunc, utputa seipsum exhibeat ipsi animalia manducabilem siue esibilem. Præterea, cum de usus in comparabiliter magis plus & prouidus circa filios gratia sue, quam quicunque mater circa filios uteri sui, & ipse matres familiæ naturali pietate & charitate ministrarent filiis suis, eicas secundum capacitem & dispositionem illorum in specie lactis, pulmenti, aut panis, multo plus in æstimabilis clementia, ac paternalissimæ prouidentia deus, filiis suis adoptiuis dispensat hunc panem superfluentalem iuxta capacitem ipsorum. Haber equidem filios quosdam quasi perfectæ & tatis fortes ac ualidos, puta ciues supernos, quam hunc edere possunt in sua propria forma. Habet & filios parvulos, qui hoc parie ueraci non queunt in propriæ formæ soliditate. Idcirco necesse est ut in alia forma quæ eis eſibilis sit, ipsiſ proponat eundem. Nulla uero forma ad hoc existit conueniens, nisi ostendat illum esse panem, immo omnis alia forma illos absterneret, & forma carnis coizendere cupientes auerteret. Sed forma panis ad hoc communissima fuit aptissima. Denique, homo in hac uita panem illum in sua claritate & gloria nullatenus ferre potest. Et si ultra uires homini ordinatione diuina datur, deficere cogitur & diffidere seipso, ut patet in visionibus prophetarum, & raptibus contemplantium. Omnis autem uisus prophetica seu contemplatio uitæ præsentis, quantumcunque uidetur consistere claritatis, plus distat à fulgo re cognitionum sanctorum in patria, quam tenebroſissima nox a ferentissimæ diei splendore. In specie ergo panis materialis, proponit ille panis supersubstantialis, qm̄ panis p̄cipius, cōlissimus ac cōuenientissimus cibus est, expressiusq; designans diuini cibi proprietates.

SACER.

SA. Quātum imbecillitas nostræ ualer capere mentis, subtiliter ac deuote docuisti ò Veri rasumma, animas nostras refici temetipsa ueruntamen obici potest, q; sancti & electi fiſdeles, qui à mundi principio usq; ad primitiæ ecclesiæ fuerit exordium, etiā ita ha uita cibo illo p fidem contemplationēq; fidei & amore sunt aliti, sicut & multi sancti Anachoretæ, in ppetua solitudine commorates. Non ergo necessaria uidetur realis præſentia alſumptæ humanitatis seu corporis & sanguinis tui in sacramento, sed figuralis uidet suffiſcere, præſertim cum bonitas tua æterna, & ueritas increata non uidet cibus aut refectio mentiū creataꝝ per modum obiecti recte efficiens, sed p modum cause formalis intrinſece inhærentis. Sic etenim cibat & reficit cognitio ac dilectio summa ueritatis ac bonitatis. Hoc ergo si placet, clarius persuade, quod in assumpta quoq; humanitate in sacramen‐to ueraciter affis. VER. Hoc modō ostendam.

Articulus ix. Quod in mensa altaris Christus uere realiter affit, & contineatur in forma alſumptæ humanitatis.

VER.

V Nigenitus dei propter homines homo factus, tria in seculo isto pro hominib⁹ officia exercuit & assumpit, utpote facerdotis, aduocati, ac medici. Minor nam q; eo inferior ue sacerdos sufficere non ualebat sacramentando & sacrâdo generi humano ac curia totius ecclesiæ militatis. Per minorem quoq; aduocatū causa totius generis humani agi non poterat. Rursus, impossibile fuit p minorem medicū totius generis humani leſiones ac uulnera ac morbos curari. Cū itaq; in officio Missæ tria ista agant, & exercituī Missæ tria ista includat officia, necesse est ipsummet unigenitū dei in officio Missæ tria ista principaliter agere, exeq; & implere. Officium nāq; Missæ, sacramētatio & sc̄ificatio extat toti⁹ populi dei, qd à minore sacerdote agi principaliꝝ non potest, sed p Chrm̄ uere summ⁹ sacerdos ē, p aduocare necesse ē. Iccirco ipm esse in sacramēto, q; popu⁹ sc̄ificat, atq; ab eo sacramētationē p̄cipue fieri cōstat. Sicq; necesse ē eū aduenire in eo q; sacerdos ē, utputa secundū q; homo, & in forma hūana. Praetera sacerdotalē officiū qd ē sc̄ificatio populi, nō explet in missa nisi p hostiā qua sc̄ifica‐tio & grā populo impetrat. Sed gratiam hāc plebi toti nulla poterit hostia impetrare, nisi qui ipfmet Chfs in ara crucis obtulit, & hāc hostia ipfmet Chfs est. Ipse igit̄ psonaliter adest, & p̄ pri offertur in missa. Insup aduocatus fidelis esse quā ſuſcepit expedientia, pſona liter adest, si potest, q̄iesca ipſa regit. Cū ergo in missa cauſa agat totius ecclesiæ p fa‐cerdotē, tanq; p procuratore corā p̄fēcto, & Chfs sit oportens & fidellissimus aduocatus, potens ubiq; exhibere ſuā p̄ſentia, qd & expeditiori huiusmodi cauſae ualde ē op‐portunū, immo & sacerdoti procuratori, cōstat p̄ realiter affit. Cōſimiliter necesse ē fidele p‐patiū medicū p̄fonaliter uenire ad ægros, qſ ſuſcepit curādos, & qnō niſi ab eo queūt cu‐rari, quoties eosq; regit infirmitas, adhibet p̄ illis unguēta & medicationes. Qnō ergo to‐ra ecclesiæ ſua est ægra, & unuſq; q; de eccliea eger est, hoc eft medicamine indigens, ſue ad curationē, ſue ad conſervationē in bono, ſue ad præſeruationem à malo, hinc oportet ipsum ad curandū uenire, quoties de eccliea medicatione agit, & plebis curationi inten‐ditur. Cū ergo hoc p̄cipue in missa agat, oportet Christū ibi adest ut medicū, quatenus plebi medicationis officiū sanitatiū beneficiū largiatur. Aduenit ergo cū oīn unguēto‐rum alabastro ſpūlium, in cruce undiq; apto ac fracto, qd eft ſua humanitas, ſeu cū carne quod eft efficacissimum cataplisma contra uniuersas leſiones doloresq; ſpiritualis, tanq; ſo‐lidissimum ſuauissimumq; antidotum contra cunctos humores noxiuos uiriorū. Atq; cū ſan‐guine ſuo, quod eft uelut ſyropus mulcebris atq; dulcissimus, tanquā liqida medicina, ua‐lens contra omnes animarū languores ac uulnera. Quorū duorum uirtutes in ipſa domini ca paſſione potissimum claruerunt. Itaq; tota missa eft Christi officium principaliter, licet ſa‐cerdos & ministri exhibeant ministeria ſua. Hinc necesse eft ipsum Missarum ſolennijs in‐teresse, ac prætacta in eis officia adimplere. Attende ergo quod missæ celebratio nō eft ni‐fi ſanctificatio populi per nominis diuini inuocationem. Et ſacrificium & actio ſeu uenti‐latio cauſe eiusdē populi corā deo per preces & munera; medicatio quoq; ſeu potionatio ſpūliis eiusdē populi tanquā per antidotū ſyropū. Itēq; refectio eius p panē & frumentum electoriū, & p uinum germinas uirgines; quid nempe bonum dñi, aut quid pulchrū eius, niſi hāc dona, iſta unguenta, hēc ſacrificia illibata. Amplius, ſicuti per communionē cor‐poralis refectionis homines in dilectione naturali ac ſociali proficiunt, ita per communionē ſuauissimum ſpiritualis edulj erant ad dilectionem ſpiritualē atq; ad ecclieſtācā uniatem potissimum inducendi. Deniq; ad huius declarationem, ſuperius quædam introduc‐

L 4 ſc̄at

D. DIONYSII A' RIKEL CARTHUSIANI

Cæ sunt rationes, ut quod cibum oportet realiter uniti cibato; & quod signum plenū dilectionis proportionari debet magnitudini charitatis. Rursus, quoniam Christus totum se utilitati nostræ profectui ac saluti exposuit, & nihil ita accedit ad diligendum sicut consideratio mortis, quam quis pro alio spontaneo passus est, atq[ue] perfecta ostensio preuenientis dilectionis alterius ad e[st] ideo Christus uoluit in Missæ officio offerri realiter in commemorationem suæ passionis pro nobis, ac suæ dilectionis ad nos. Iterum, quoniam ipse est sa crificium summe incomparabiliter accepsum patri coelesti, ac suauissime fragrans, uoluit personaliter sic offerri, ut copiosus succurreret his, pro quib[us] semel se obtulit in cruce. Postremo, quoniam cor eius in star fornacis ardebat igne diuini amoris, ac zelo humanae salutis, exhibuit totum se ad omne illud quod maius fuit, pro dei patris cultu, reuerentia, laude & gloria, & pro multiformi ac gratioso generis humani auxilio. Quod torum p[ro] hoc extat impletum, ad quod ipse in Missæ officio specialiter immolatur, per quod summa pietas, liberalitas, beneficentia dei ad homines recoluntur, & eius beneficia extolluntur, eius promissa magnificantur, diuina inaestas deuotissime collaudatur, glorificatur & honoratur, gratesq[ue] ei referuntur indefinenter. Nec prætermittendum est hoc, quod maxima promerendi occasio hominibus est collata in exhibitione tam incomprehensibilis sacramenti, dum intellectus hominis in captiuitate se redigit, in obsequiū Christi, credendo admirabilissima, quæ propter autoritatem attestationis ueritatis diuinæ, de hoc sacramento creduntur.

Articulus X. Prosecutio huius materiæ.

VER.

Vides q[uod] princeps reipublicæ secularis publicos statuit aduocatos ad supplendum imperitorum defectum, ne ex sua imperitia amittant ius suu; quanto magis omnii iudex & rex deus uniuersorum, sufficientia & insufficiencia consule humanae, atq[ue] eternæ damnationis periculis eorum occurrentis, publicum ac sufficientissimum constituit toti humano generi aduocatum, qui in cōsistorio dei patris misericordia, quārum permittit iustitia, indefinenter succurrat. Deniq[ue], cum tres intentiones & præcipui actus sint cultus diuini ac ueræ religionis, uidelicet honorificentia dei, impetratio ueniarum, & adeptio gratiarum, multū deset cultu dei, si durante tanta trahigione ac culpa, desit aduocatus & sacerdos, ad impetrandum cunctis uenienti ac gratia efficax, utpote Christus. Vnde & uifq[ue] ad eius adiutum ualde incompletus exitit del cultus, tamen in fide saluatoris uerturi exaudiēbatur antiqui fideles. Deniq[ue] Christus ex omnimoda sua charitate, pietate & liberalitate sic ordinavit, ut quotidie in innumerabilibus locis, & ab innumeris sacerdotib[us] offeratur, quāuis sit sacramentum sacramētumq[ue] unum, ut deus pater abundatius honoraretur, dum in omni loco offertur ei mūdissima ita oblatio, in cuius officio bonitas, misericordia, excellētia & omnis pfectio, sapientia ac prouidentia magnifice extollūtur, & opera eius excellētissima decātantur. Ipseq[ue] pluribus actibus latrīe honoratur, iudic[em] ipfa experientia docet, q[uod] quamvis sacramentū istud sit incomprehensibilissimum, tamen multum cōseruat Christianæ fidei cultū in esse, ut celebratio, immolatio, at q[uod] communio sacramenti iusti, cuius causa fideles in ecclesiā omni die conueniunt, suoq[ue] tempore confitetur, & per confessores, satisfactiones, orationes, iejunias, abstinentias, & ad communicandum se preparat, ita q[uod] sicut eadem mensa deputataq[ue] hora corporalis refectiois præcipue causa est, q[uod] eiusdem domus familia, eiusdemq[ue] patris familiæ filij ac ministri corporaliter congregantur, sic huius spiritualis edulj celebratio ac sumptio, maxime causa est, q[uod] fideles mente & corpore in ecclesia colliguntur, ac quadam spirituali amicitia copulantur. SAC. Hæc omnino ita se habent regio autem omisissis altis materijs, cupio infor mariri, qualiter ad celebrādum me debet preparare, quomodo erit in celebratione me debeam habere; & rursus, qualiter postea me custodire debeam, gratiasq[ue] referre, ac gratus manere. VER. Optime cupis, & tam sancto desiderio satisfacere mox curabo, ppaucis premissis de dignitate sacramenti istius, ultra ea quæ dicta sunt: item de sacerdotiali dignitate & ordinis potestate, quatenus ex his clarissimas, quam uirtuosam esse uitam oporteat sacerdotum, & quām sollicite debeat se præparare, custodiare, dirigere.

VER.

Ad declarandā sacramenti eucharistiae dignitatē, omnia pene hucusq[ue] introducta confisce pertinere. Quamvis enim panis in corpus, & uinum in fanguinem conuertatur, directe tamen ut dixi tibi ex concomitantia, tam sub speciebus panis q[uod] uini post cōsolationem totus Christus perfecte ac integre continetur, ac patri

DE SACRAMENTO ALTARIS

197

patri offeratur. Attamen sicut Christo secundum assumptam humanitatem, non secundum suam diuinā natu ram competebat prouineri, pati, satisfacere, ita & offerri. Efficaciam uestro & idoneitatem promoteri tam infinite & satisfaciendi pro uniuersis tam plene habuit ex immediata & hypostatica seu psonali unione cū natura diuina. Itaq[ue] in sacramēto totus Christus deus & homo cōtinetur, sumitur & offerit. Et nosti q[uod] Christus secundū natu ram diuinā sit deo patri uere & equalis, ideoq[ue] infinita penitus dignitatis, excellētis, sanctitatis ac maiestatis. Porro secundum naturam humanā ut deitati ita unitā, dignior est, deoq[ue] charior quam totū residuū uniuersum. Deus q[uod] p[ro]p[ter] tanto plus diligit creaturā, quāto maiora & plura bona tribuit ei. Cū ergo uerbū eternā coicauerit nature huānæ, quā assumptis suis ee increātū, glōiale, suppositas eā in illo ecclē ee, in q[uod] ipsam uerbū eternā externaliter est subsistēs, innotescit q[uod] maius bonū coicauit & dedit ei q[uod] cāteris cūctis creatis simul ac ceptis, & q[uod] torū uniuersum exsistit. Insuper gratiā habitualē quodāmodo infinitā p[ro]stítit animi Christi, id est, tam magnū, q[uod] mens creata capax nō est gratiē amplioris. Et idem secundum de uirtutibus & donis auctib[us]q[ue] eorū, atq[ue] de donis & bonis glōrie animi Christi collatis ab exordio sui creationis, quantum ad uires suas superiores, in tanta excellētia quod creatura non est capax talium in plenitudine exuberiori. Et quāuis beatissime uirginis sanctitas, beatitudo & gloria inestimabiliter maior ac plenior sit felicitate & gloria cuiuslibet sancti in patria, secundū quod decuit ueram matrem ueri dei, uere comparenta Iem deo patri, quālī incomparabiliter & uere ineffabiliter à deo honorari, repleri, dirari, beatificari, ac sublimari p[ro]p[ter] unoquoq[ue] dei ministro, attamen gratia, sanctitas, perfectio, beatitudo & gloria humanitatis Christi innenarrabiliter plus trascendit perfectionem, sanctitatem & gloriam suā dignissimā genitricis, quām perfectio atque felicitas deifera uirginis gratiam & gloriam cuiuslibet beati. SAC. Horum cōsideratio me perterritet. Nempe ex his facile est considerare quām incomprehensibilis sit superuenerandissimū dignitas sacramenti. Quo pensato, simul q[uod] propria indignitate, uililate & omni prauitate pensatis, q[uod] mīrami horrore concutor. Quia (ut uereor) tories indigne accessi, & ne denuo me contingat indigne accedere pertimesco. Et tamen hac ipsa que nunc audio, aliquando legi, fed prohdolor ea ut debui non perpendi. Certe agnosco & fateor q[uod] tu dñe Iesu Christi unigenite patris æterni, nō minus gloriōsus es, non minus splēdes ac radias, non minus à sanctis angelis adorari in manibus sacerdotiorū, q[uod] in sinu & dextera dei patris. Non minus reverēter ac pure dignus es contrectari ac sumi in sacramēto, q[uod] in ccelo empyreo: in dñi quo re magis dignuāter ad nostrā paruitatem inclinas, eo cū focialiori gratiā & actione & reverentia es sumēdus. Heu mi dñe, q[uod] hic dicam: Amātissima & præclarissima mater tua te adhuc infantulū ex te natū, cum reverētialī quodā timore, cū ingēti reverentia, in suo mī dñissimo gremio fouit, ap[er]xit, atq[ue] ad uirginea sua ubera tenuit, non de materna autoritate, nō de singularissimo priuilegio sibi collato, non de incomparabili sua sanctitate & gratia summa immoderate præsumens, teq[ue] uicissim uix tāgere audens. Sic & consanguineus tuus p[re]co, p[re]cursor eximius, quo, te cōfite, inter natos mulierē major nō surrexit, te baptizare exhorruit, iudic[em] tibi in minimo obseq[ue] se fatebatur indignū. Et ego trāsgressor uisimus, toties, tam intimorate, tam impure ac frigide ad celebranda tua sacramēta mystēria adiūtam, tam indispositus te tractauit, tam indigne suscepit, & postea exxit tam ingratis, incutiodit, tamq[ue] celeriter recidiuās. VER. Rite conclusis, & sapienter consideras. Nec de sacramenti huius dignitate & eminētia oportet me prosequi plura. SAC. Non dñe mi. Sed ego de hac tua inētimabili ad nos charitate, dignatione, munificētia miror, & uolo mirari. Sed sicut motus maiores expellit minores, sic admītatio maior extrudit minorē. Duni nanq[ue] attendo quodā genus humanum defectuofūn, declive ac fragile, ad tuā supereſſentialis deitatis claram intuitionem, beatificanq[ue] plasmasti fruitionem, nō apparet mihi adeo admirandū, quod eis in isto exilio te si tradis ad tempus uelatum, quibus paulopost in cœlesti palatio trades te revelatum ad intuendum supernaturaliter,clare, per speciem, indefinenter; ad perfruendum dulcissime, sempiternaliter; ad possidēdum tutissime cū h[ab]reditaria contentatione. Erifstud in ualle hac lachrymarum ad subuētionem ac meritum, illud in patria ad glorificationem & p[re]miū. VER. Beati quos paraclitus spiritus sanctus à me procedens, ita de lege dei docuerit, sicut nunc te uincio docet, si tamē ipsi & tu in gratia tua cum prompta obedientia ac finali perseverantia perficiatis. Si autem proieceris deum à te, proiecet te à te in aeternum. SAC. Ab utraque proiectione ista præseruet me in celo santer gratia & pietas tua immensa.

Matth. 1.
Matt. 2.
Mat. 3.
Lu. 4.
Iohann. 1.

Psalm. 91.

Articu-

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI

Articulus XII. De preclarissima dignitate potestatis ac ordinis
sacerdotalis euāgelicæ legis.

Ego ueni in mundū hunc factus homo, ut homines deificarem. Et pretiosa copio-
sa p̄ munera gratiarum contuli eis, ut per haec efficiatur diuinæ confortes nature, VER.
non naturā propriā amittendo, neq; substantialia deponendo, sed eā in accidentia
libus meliorando. Et nunc quidem in uia hac inchoatiæ & incomplete, cū quo-
tidiano profectu, deinde in patria per saluberrimam remuneracionem cum fixo fe-
lici, p̄ pertuōq; aspectu. Sic in prīnis ex cellentissime deificauit electissimam ac amantissi-
mam matrem meā, ex cuius mundissimis sanguinibus naturā assumpsi humanam. Deinde
sacratisimum p̄ cursorem, atq; post passionem meā gloriosos apostolos, quos præ cæte-
ris legis naturalis ac Mofaice sanctis primitijs spiritu sancti impleui, & charismatibus gra-
tiae gratum faciēt, ac gratiæ gratis dāt, clarissime, supernaturaliter ac deiformiter deco-
raui. Quibus & inter cetera ecclesiasticas contulit potestates: inter quas eminet & prefugit
sacerdotalis potestas, que talis ac tāta est, ut super eius magnitudine plurimum admī-
retur etiā angelica celsitudo. SAC. Certe ueritas summa ex iudicis celeriter elucescit, q̄
quo maior est dignitas & excellentia sacramenti huius uisifici, diuini ac adorāti, tāto sub-
limior atq; diuini sit supernaturalis ista potestas confecrādi, trācandi, sumendi ac alijs
porrigendis hoc sacramentum. Cuius confecratio atq; dispensatio nulli angelicoꝝ spiritu
um, nulliꝝ ordinib⁹ sacramentisꝝ Cherubin ac Seraphin, sed solis presbyteris est con-
cessa. Nec puto q̄ omnis potestas iurisdictionalis, papalis atq; episcopalis, quibus p̄tīfex
summus cunctis p̄fūlget ministris ecclesiæ, rāta sit, ut potestas ista sacerdotalis, qua & in
finis ornatur sacerdos. VER. Libenter te audio de tanta re tam catholice disputantem.
Nec enim pontifex summus maior fungitur potestate super uerum corpus meum, q̄ pre-
sbyteriū insimus, sed solum super corpus mysticum, quod est ecclesia. Longeꝝ maius ac di-
gnius est, neq; corpus meum & sanguinem cōscerare, neq; queri deum & hominem sic si
bi exhibere p̄sente, sic deo patre pro tota ecclesia offerre, sic tractare, sumere, dispensare,
quām cæteri actus, quos exercet pontifex summus circa meum mysticum corpus. SAC. O
quāta est dignitas ac uilitas ipsius sacerdotis, carnalis presbyteriū nempe quo maior est di-
gnitas eius ex munere tuo, eo maior est uilitas eius ex uito suo. Hoc (nisi fallor) intellexit, cō-
siderauit & expuit magnus ille Constatinus, ex paganismo ad te per miracula clara con-
uersusq; in baptismatione sua intuitus, q̄ sacerdotes uocasti deos, & dixit. Si uideremus
sacerdotem turpiter agentem, pallio meo ipsum cooperirem, ne uideretur sic agēs. Electus
quoꝝ tuus Franciscus Si Laurentius, inquit, martyr & pauculus sacerdos mihi occur-
rent, permitterem stare Laurentiū sanctum, & ad pauculum currērē sacerdotem, ac he-
xis genibus oscularer manus ipsius. VER. Fideliter loqueris. Nec enim solis tantum exce-
dit lumē lūna aut syderum, quantū sacerdotalis ordo aut uis omnem potestate ciuilem ac
secularem. Nec tātum transcendent aurum pretiosissimum aut gemma clarissima uile lutum,
quātū sacerdotiū euāgelici dignitas excellentiā regalem atq; imperialē deniq; quan-
tum corpore extat p̄fiantior anima, tātum potestas spiritalis dignior est terrena. SAC.
Heu q̄ ita degeneramus. VER. Audi adhuc. Intueri quām eminenter sacerdos per sacer-
dotalem characterē, qui est potestas & sacer ordō presbyterialis, p̄fuleat ceteris, mere
præsentet. Quemadmodū enim ego in cœna nouissima corpus meum & sanguinem con-
sefrauī, & ea in cruce obtuli deo pati, neq; immolaui, habui officia aduocati & sacerdo-
tis ac medici, inq; ac reconciliatoris ac saluatoris, ita sacerdos potestate sibi collata in men-
sa altaris consecrat & offert patri æternō corpus meum & sanguinem: & meam, inq; & ec-
clesiæ meæ repræsentat persona, mediatisq; inter deum & plebem. Precibus quoꝝ, hosti-
is ac meritis populum recōciliat deo, & charismata dei impetrat populo, & causam ac pro-
curationem exercet ecclesiæ. Sicq; pro modo suo uicariali exercet aduocati, mediatoris
sacerdotis, medici, ac cooperatoriū saluatoris officia. Vnde & angelus domini exercituum
appellatur. Insuper, cum realiter una & eadem nuncupet potestas consecrādi corpus me-
um uerū, & abfoluēdi atq; soluēdi mysticum corpus, putu subiectos in foro contentioso,
quāuis propter actuum distinctionē duæ potestates uocentur, constat q̄ sublimes propri-
etas & appellationes sacerdotibus competat, cum sint coelestes clavigeri, sanguinisq; di-
uini pincerne, summiregis cōuiae, angeli terrestres, hominesq; coelestes, medici animas,
reconciliatores reorum, reductores erratiū, & diuinissimorum exhibidores sacramento-
rum, patres & saluatores quodāmodo proximor. Nōne olim Leuitis non sacerdotib⁹ lo-
cūtus

Matt. 26.

Iohann. 2.

Mal. 2.

DE SACRAMENTO ALTARIS

198

eūtus est Moyses, Num pax est uobis, q̄ elegit uos deus, ut steris coram frequentia popu-
li, & cremetis ei incensum? &c. Si magnum hoc fuit, q̄ incomprehensibiliter maius p̄ccla-
riusc; confisit, coram populo Christi stare ad sacrificiū & offerendū non carnes tau-
rorū & uitulorū, sed unigenitum p̄fis æterni: Ozias rex percussus est lepra, q̄m sacerdota
le sibi usurpauit officiū. Gedeoni quoq; uitroꝝ fortissimo, angelica apparitione, allocutio-
ne, informatione q̄ digno habito, factū est in ruinā, q̄ ephor sibi constituit & altare, intro-
mittens se plus debito de illo officio. Et ecce uniuerſum illud Leuiticū ac sacerdotale le-
gis scriptū officiū circa carnales, materiales, irrationabiles uerſabatur oblationes ac hosti-
as, in quibus formaliter nil exitit sanctitatis. Si itaq; officiū illud Leuiticū & sacerdotū lega-
lium, reputatū est tanta reverentia & sublimitate dignū, & si ita plagati sunt qui illud sibi
usurpauerūt, nonne incomparabiliter p̄fātūtis est sacerdotū euāgelicæ legis, qd cir-
ca sacrificiū dignitatis immēsae uerſatur, & alios tā p̄fātūtis habet actus: Atq; p̄intū
transcedit sacerdotū illud legale, quātū lux umbrā, ueritasq; figurā, & sp̄s carnem. Et
rūfus, q̄ enōmē peccant, qui tanti sacerdotij actus exequitur in indigne, & ipsum cōma-
culant conuersatione degeneri. SAC. Nil uerius dici potest. Et spero si legerint ista, aliquali-
ter comp̄gntur. VER. Indurata sunt corda multoꝝ, qui quo spiritualius uiuere obligan-
tur, eo iusto dei iudicio grauius excēcantur, dum iuxta sacerdotij sui exigentiam uiuere
non cogantur.

VER.

Nostri quoties & qualiter per Moysem de legalibus illis templi ministris, q̄ irrati-
onalia pecora & inanimatas offerebant materias, iussi. Sacerdotes qui accedunt
ad dominum, sanctificantur, ne percutiam eos. & denuo, Sacerdotes incēsum
& panens offerunt deo, ideo sancti erunt deo suo, & non polluent nomen eius.

Exod. 19.

Leuit. 19.

Itemq; Homo q̄ habuerit maculam, non offeret &c. Verum quo euāgelicæ le-
gis sacerdotium, & rūfus, quo ipsa euāgelicæ lex spiritaliores, perfectiores ac diuiniores
sunt sacerdotio illo legali, typico, ac lege p̄dagogica & seruili, eo sacerdotes ac ministros
altaris legis euāgelicæ oportet spiritaliores, perfectiores ac diuiniores cōsistere sacerdo-
tibus ac Leuitis illis legalibus, quos summe oportet cauere, ne polluant nomē dei: hoc ē, Leuit. 21.
ne plebē scandalizādo prouocet ad in honoriscentiam creatoris, & ei foedum exhibeant
cultum, ac quantum in ipfis est, innuāt & ostendat ipsum in honorablem esse, cui ipsi tam
irreuerenter & iniquitate audent astare. SAC. Sacerdotibus legalibus multa leguntur ius-
fa, p̄fātūtē tempore ministerij sui in templo, deo dicēte: Vinum & omne id quod inebri-
are potest, non bibetis quando ministratis in cultu tabernaculi, ut habeatis scientiam dis-
cernendū inter sanctū & prophātū. Tunc quoꝝ iubebātur a suis uxoriibus absūnere, atq;
relictis domibus suis, curis & occupationibus rei familiaris, commorari in aedibus in tem-
pli circuitu situatis, Thymiamā etiā adolere in templo, ne odor sacrificiorū affigeret quen-
quam. VER. Bene commemoras. Et quamvis illa ad literam iusta sint illis, spiritalē tamen
intelligunt̄t habent, & aliquid p̄figurabant, utputa sacerdotes ac ministros ecclesiæ oīm
debete carnalitatē uitare, preferint̄t foeda ac uilia gustus tactusq; uitia, in qbus turpitudo
est maxima. A qbus & oīm sacerdotes gentilium saltem quorundā, extreme se subtraxe-
runt. Quād item sacerdotes & cuncti in sacris ordinib⁹ ecclesiæ constituti, ab omni occu-
patione supflua circa terrenā, inq; & circa domeftica ac necessaria debet se arcere, totog
corde intenti esse diuinis, & in templo mente & corpore libentissime esse, ecclesiā quo-
q; dulci odore laudabilis famē, ac fama uirtuōsæ exēplariū uitę resp̄gere, ut sint bon⁹ odor
dei in omni loco, & odor uitę fidelibus in uitā æternā salutis, ne ex eoꝝ diffamari conuersati-
one ac detestabilis fama odore, dei populus molestetur ac scandalizetur. Nūc igitur cer-
ne quantorum rei sunt criminum, q̄ infinitam damnationem & intolerabilitia mereant̄ sup-
plicia sacerdotes & clerici euāgelicæ legis, qui oblitū timoris ac reverentiae dei, omnisq;
modestiae, sacerdotium suum ac nomen dei sui deturpant, in honōrāt, concūlcat uitia gu-
lae atq; luxurie, avaritia, in exemplaritate, curisq; seculi, ambitione, uanitate, negligētis &
omissionibus multis. SAC. O domine, quale iudiciū imminet istis? & cur nos miseri insensa-
tis sacerdotes, sumus tam intimorati, tam negligentes & dissoluti? VER. Occurrat̄ eis ut
ursa raptis catulis, dirumpant interiora eorum, & confunant eos ut leo, ponam eos ut cli-
banum ignis, demergam in foueas infernales, sulphureis inferorum æstuantissimis pute-
is ipsos includā. Ardeūtūm isq; Acherōtis includētur caminis, iacebūt sup fundamēta sup-
calidissimā laci, Nec tm̄ cruciabūt̄ intētissimis frigorib⁹, uehementissimis gehēne incēdīs,
quan-

Exod. 19.

Leuit. 21.

Leuit. 10.

Num. 6.

Exod. 20.

Leuit. 10.

z. Cor. 2.

z. Reg. 2.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI

quantum pressuris ac desolationibus extremae amarissimè desperationis. Reuelabūt coeli iniquitates eorum, & tera aduersus eos confurget, & manifesta omnibus erunt eorum facinora, pugnabitq; contra eos uniuersitas pro me creaturez. Tu ergo si quārēs tormenta ista euadere, ad celebrationem cōdigne pro uiribus te dispone, caue ne grauetur cor tuum immoderantia cibū ac potū, aut lomni; noli per os illud uētrem tuū ingurgitare, p qd corpus & sanguinem meum furnis; noli linguam tuam loquacitate, otiosis ueerbis, aut quod abominabilis simū esset, detractione, seminatione discordiæ, mendacio, pungitius, scandalosis ueerbis commaculare, per quā sacratissima Missæ aut Canonis profers. Cor tuū ab omni euagatione, distractione, dissolutione, potissime in diuinis, ab omni quoq; affectione illicita diligentissime reprime, & custodi oculos à circunspectione & intuitione incanta ubiq; maxime in ecclisia cohibe. Indefinenter confidera omnipotens prefensi am, atq; in summi ac metuēdissimi iudicis tui conspectu solicite uiue, timore incede, exemplariter ambula, fructuose & ordinate te occupa, ac iugiter proficere stude. SAC. Bona fateor præparatio talis, ego autem & similes mei cum præparamenta nostra legerimus, arbitramur nos præparasse ad celebrādum, confessione præmissa. VER. Nunquid preparatio hæc sufficit uerbalis? aut nunquid uera confessio sine contritione aut cōpunctione poterit esse? Qualis autem contritus aut compunctione est in illo, qui post confessionē mox redit ad pristinas leuitates, negligentias, aut peccata? Nonne uirtuosa requirit uita, conscientia munda, mens timorata & grata? SAC. Quis sic uiuere valeat in medio hominum? Et quamvis religiosis uideatur tam uirtuosa cōuersatio aliquo modo possibilis, secularibus tamen prefbyteris impossibilis esse uidetur, aut ualde difficilis. VER. Aduerte quod scriptū est. Nō declines cor tuū in uerbaliam litigium, ad excusandas excusationes in peccatis. Porro ego ostendā tibi, quām possibilis sit etiam seculari presbytero huiusmodi uita. Certe si talem ac tantā diligientiam adhiberent ad uitandū perditionem uitæ gratiæ, diuitiasque uituum, sicut ad præcauendū anissionem uitæ naturæ ac temporalia bona, mox sanctitatem attingerent. Recogita si iturus essem per cāpum, aut syluam hostibus plenam, latronibusq; uallatam, cū pretioso tibi præcharo thefauo, qualiter te custodires, quām formido loſe & circūspecte procederes, si cum tanto dei timore atq; custodia ambulares per uitam arcta felicitatis, nonne prædicta protinus adimpleres? Quæ est ista torporis signatio, ne dicam perueritatis malitia, diligenter custodire uitæ corporalem, possessionemq; tempora Iem, quām uitam spiritualē, & opulentiam salutarem ac æternalē? Nonne quod diligenter uis custodit, magis amari uidetur? SAC. Cōclusum est mihi, & uictus me gratulor. VER. Adhuc clarius tibi ostendam, quām sancta debeat esse cōuersatio sacerdotum, & qualiter ad celebrandum se debeant præparare.

Articulus xiii. Quām uirtuosa, sancta & exemplaris debeat sacerdotum uita confidere.

VER.

Aduerte quod charus & electus meus Magnus Dionysius protestatur: Non ē, in quiens, audiendū, alijs ducem fieri in salutis officio, nisi quis secundū omnem uitæ ruitem deiformissimus sit effectus, id est, ualde confimilis deo & eximie uirtuosus, ita ut de plenitudine & exuberantia sua alijs queat communicare atq; influere. Porro in omni ordine sacro constituitur homo dux alijs in diuinis. In sacerdotio autem præcipue. Si ergo in minoribus sacrī ordinibus constitutos, necesse ē ita deiformissimos esse, quanto magis in sacerdotio! Insuper, idem ille illuminatissimus sanctus fatetur, qđ in sacrī constitutus, & diuina indigne exequens & exercēs, est quasi dei iuris & subfannator dei, habens se ac si putet deū ignorare quæ ipse scit. Hinc in omni actu ordinis sacrī peccat mortaliter. SAC. Rigorosus est sermo iste temporibus istis, quibus charitas ita refriguit. VER. Nonne per Moyfen iussi, Iustus quodiusq; est exequeris? & iterum, Sancti eritis, quoniā ego sanctus sum dominus deus uester. In Euāgeliō quoq; Estote pfecti, sicut & pater uester cœlestis perfectus est. Sed hæc non sacerdotibus & clericis tantū præcepi. Vt in am efficaciter penes, ad quām uirtuofam, sincera, exemplaremq; uitā quili bet obligatus sit Christianus, qui & inimicos suos tenetur diligere, pro persequebitibus exorare, & benefacere odientibus se, corpus quoq; crucifigere cū uitij & concupiscentijs suis. Qui si dixerit proximū suo, Fatue, reus censetur gehenæ: & si in uno offenderit, sit omniū reus; atq; per arctam uitam profici sci tenetur, quæ omnia adimplere quis poterit, nisi semper corā deo custoditus, timoratus, sollicitusq; fuerit? Deniq; certissimum est, uniuersi qđ astringi ad uirtuositatē ac puritatē tāto maiore, quāto in altiori extat officio, ordine, dīgi-

Dionysius.

I. Petr. 4.

Dionysius.

Deute. 16.

Leui. 11.

Matt. 5.

Luc. 6.

Roma. 12.

Matt. 5.

Galat. 5.

Matt. 5.

Jacob. 2.

Mich. 6.

DE SACRAMENTO ALTARIS

199

spere. Insuper Christus in sacramento isto consistit tanq; in nexo amicissimæ cōiunctionis. Omniaq; quæ huius sunt sacramenti, charitatem accēdunt, & ipsum ex summa nobis charitate cōlicant. Ibi eius beneficia recōluntur, eius promissa commemorātur, amor ipsius ad uos, & passio eius pro uobis deuotissime cōmemoratur. Deniq; sumēdus est cibus iste cū sp̄ciali trā uirtutē theologicā uigore, hoc est, cū de certa & clara omniū quæ de hoc dignissimo sacramento tradit ecclēsia ē redēndā: Cum sp̄ingenti liberalitatis diuinæ, utputa qd deus, quī ita nobis seipsum tribuit, p̄actissimus est cōferre nobis gratiosa sua auxilia, & uniuersos tantis sacramenti effectus ac gloriā copiosam. Idcirco cū grandi fiducia & gratitudine orācordiali, cū omni humilitate atq; instātia p̄ cūctis tantis sacramenti effectibus altissimum depreceātur. Sumendum est item hoc sacramentum cum charitate seruenti, cum amore fraterno, cū excessuō affectu, cū auditate in terra, cū sancte dilectionis inflāmatione atq; profectu. Accipiēdū est quoq; cū amara cōpunctiōne ex dominica passionis consideratione, propriarumq; culpatum contritione, cū indesinēt & maxima cordis custodia, ac spiritali degustatione deliciarum sacramenti istius, quas indubitanter experiet copiose, qcunq; iuxta docimēta p̄ehabita ad faētā se cōmunionē parauerit. Deniq; ad præhabitare reducuntur, quæ quidā de sacramentis hoc deuote cōscribūt, dicentes: Quod sicut ad thronum Salomonis sex gradibus ascendebatur, ita ad participationē sacramenti altaris sex p̄paramentis gradatim distinctis, ac sursum ducentibus, sic procedendū. Primus gradus est fides, quæ in hoc sacramento tāto plus necessaria extat, qd ea quæ de hoc sacramento tradunt, oīm sensum, önem, & intellectū trāscendat, nec expedit in hac re curiose scrutari, aut morose rimari, qualiter Chrūs in hoc sacramento possit sic cōtineri, ut tradit ecclēsia, sed mēte in fide sancte ecclēsie firmiter stabilita, ex rōnibus credendo, & illuminatione diuinā, atq; certissime presupposito, qd oīa quæ de hoc sacramento docet ecclēsia uera sint, debem⁹ uehemēter mirari, sapientialiter contēplari, amoroſe amplecti, totisq; uiribus cū omni grārum actione uenerari, tā incōp̄rehēbile bonitatē, charitatē, inuincibilitā, misericordiā, prouidentiā circa nos pauperes & infimos & indignos. Secundus gradus est desideriū cordis ad tām mysteriū, qm ex amore seruenti est accēdendū, cor de admīrādū, ad diligendū, ad cōtemplandū. Sextus gradus est, seipsum in deū projecere, hoc est, tota mēte in sua pietate cōfidere, & se sue p̄uidētē cōfiderē cōmittere cū indefessa executione eoq; quæ sibi possibilia sunt, sicq; in deū amoroſe qescere. Verū hec aliter & aptius possunt utiq; assignari: uidelicet cōsciētē diligēs examinatio, plena cōtritio, pfecta cōfessio &c. Effectus demū sacramenti huius ita assignat, ut primus sit p̄ctōra remissio, secundus cordis curatio à reliquiis uitoq; tertius custodia seu munimentū: quartus cōfortatio cordis: quintus cōsolatio sp̄ualis: sextus augmētū liberalitatis: septimus augmētatio uirtutū: octauus uiuificatio seu agilitas aut alacritas ad bona agenda: non uis illuminatio mētis decimus p̄x peccoris: undecimus sapor sp̄ualis: duodecimus unitio & unitas qdā mētis cū deo p̄ charitatis p̄fectionē. Ista ad pauciora queunt reduci. Quid est enī cōfōrmatiō, nisi p̄fectus gratiē & augmentū? Augmentū etiā liberalitatis sub augmentatione cōtinetur uirtutū: ed & sapor spiritualis, pax peccoris, & letitia sp̄ualis coincidit & nō distinguuntur.

Articulus XXIII. Commendatio sacramentū huius ad celebrandum & com-

municandum alliciens.

SACER.

Defenda est nostra perueritas, ingratitudine, insipientia, negligētia, torpor, acedia, qd ad tam superdignissimi sacramenti celebrationem, & sanctam communione non magis afficiuntur, tam faciliter abstinentur, tam paue nos p̄paramus: heu heu homo cum in honore estet, non intellexit fasidimus māna cōleste, qm eius p̄fatos fructus, saluberrimosq; effectus nō experimur; & hoc qm imparati accedere

Fides.
Spes.

Charitat.

z. Reg. 20

Psal. 48.

accedere ad deum maiestatis ac gloriae fine decenti reuerentia, & casto timore non ueremur. Non consideramus mirabilia legis dei, nō contemplamur altitudinem consilij sapientie superexcellētissimē & super dulcissimē trinitatis, super modo saluationis gñis humani, nec rationabilissimam atq; pulcherrimam connexionem eorum que credimus, quoq; unū quodq; per se acceptum, quis mirabiliter sonet, & filijs seculi huius sapientibus mudi, qua si incredibiliter uideatur, tamen dum omnia comportatur, cunctaq; sacre fidei argumenta rite pensantur, & credendo connexio, conformatia, sublimitas spiritualis attenduntur, nil uerius, nil profundius, nil rationabilius uel potius superrationabilius Christiane fidei theoria constat. Oportet ergo ad cor altum accedere, ac desuper illustrari, sicut & totum qd credimus, super hominem proflus est, & supernaturalibus fundamentis innititur, supernaturalibus r̄nibus comprobata: quo facto ex sententia dicere fas erit, inō ex plenitudine fidei præ admiratione nimis credibilitatis credendorum dicetur: Testimonio tua dñe credibilia facta sunt nūfis. O dignissimum sacramentum ab exordio mundi typice prefiguratum per sacrificia legis nature, in oblationibus patriarcharum prefiguratum, a prophetis prenuntiatum, ab ipsomet deo in carnato institutum ac sumptum, à gloriosis apostolis proscutum, ab innumerabilibus sanctis euangelicis legis continuatum: per innumerabilem miracula declaratum. Tu hostia uere pacifica, iuge sacrificium, munda & summe accepta oblationis, æstuatiſſimum holocaustum, universalis efficacissima medicina, in deficiens panis, saluberrima animarum refectio, reconciliatio nostra, uiaticum ad gloriam perductiuum, deificationis dæmonum, honorificentia angelorum, liberalissimum munus, altissimum contemplationis obiectum, opulentissimus thesaurus ecclesie, incomprehensibile bonum, finis & summatio legis scripte exordium, cultus sacrosancte ecclesie, tu sacramentum sacramentorum, sacrificium sacrificiorum, remedium remediis, summe desiderandū, æstuatiſſime diligendum, reuerendissime celebrandum, deuotissime semper colendum, timoratissime adorandum, cunctis præconijs prosequendum, omni gratiarum actione dignissimum. Tu me moriale deliciis, arra salutis humanae, pignus hereditatis æternæ, futurae felicitatis amandum, preludium, dos sponsæ, subarratio mentis deuotæ, triumphantis ac militantis ecclesiæ suauissimum, & indissoluble glutinum, cōmune, deliciosissimumq; obiectum, hic teatū ac creditum, ibi detectū & uisum. Attende anima mea, perpende omnis sacerdos, considera quilibet Christiane, quanta tibi concessa est gratia, quanta gloria contributa, non solum cum Christo misericordia colloquia, non solum uerbis in orando & laudando, tuum aliqui creatorum, non solum spe sanctafulcir pertingendi ad illum, nō solum ad patriam, sed etiam in hac uia, in isto exilio tam uere & mirabiliter eum habere presentē, corpus eius & sanguinem potentissime consecrare, ac per hoc totum quasi ad libitum præsentem habere, manibus uerbum æternum humanum tractare, ore fulcipere ac tenere, & intra se iugiter spiritualiter conseruare. O mens fidelis, o anima si uere sponsi coelestis esponsa, si tuum diligis creatorem, si tuo grata es salvatori, si uere honorare appetis dominum dignitatis ac glorie penitus infinitę, noli negligere, adorna sine dilatione thalamum cordis tui omni humiliitate, compunctione, māsuetudine, puritate, omni custodia & feruore, omni uirtute, domino, profectu, & auiditate superna, sc̄ deo sponso creatori, salvatori, ac iudici tuo occurre, prostertere, & arride, brachijs charitatis amplectere, ore cordis deosculare, cū summa reverentia suscipere. Intra te incessanter tenere enitere, ipsum exora, lauda: & pro tota ecclesia, pro uiuis ac mortuis, pro parentibus, propitquis, commissis & benefactoribus feruentissime intercede, & grata remanere non cesses: noli uiles de cetero cōsolationes admittere, fabulationes audire, in cibo & potu aliquid qd necessitatē exquirere, negligentiā atq; torporē uelut infernalia uenena abhorre. A colloquio, aspectu, uacatione qd dei nō desinat psalmodij, meditationibusq; infistas, dei tuī præsentia inde siner aduertas. Os sacerdos altissimi, dignitatem tuam aduerte, uide qd præclarum, salubre, meritorium extet inter deū & homines esse mediatorem, inter sponsum coelestem & sponsam eius ecclesiā confidere paronymphum, procuratorem, aduocatum, spiritalemq; medicū esse fidelium: plebe astatem ad deuotionem, genitum, fletum, feruorem inducere, dona ei coelestia impetrare. Noli uilificare teipsum, ueterem hominem exue, bestiale sensum repelle, uirtutum ac puritatis amore succendere, idoneū ministrū te exhibe, custoditus, timoratus, sollicitus, gratus, proficiens, ac in diuinis incessanter permane. O unigenite patris æterni dñe Iesu Christe, propter nos incarnate ac crucifix, qui teipsum nobis tam amorose, tam pr̄fissime, tam liberalissime cōfers, & esse nobiscum tā gratiose mirabiliterq; dignaris, propter omnem quam bonitatem,

Psal. 67.

Psal. 92.

1.Timo.2.

bonitatem, charitatem, misericordiam, munificantiam ad nos per omnia mysteria & cuncta beneficia tua ad mensam tuā nos semper & efficaciter præpara, & ita fac nos modo te per fidem suscipere in sacramento, ut ad beatitudinē tuā uisionem post uitæ huius curriculū mox ualeamus pertinere. V.E. Iam illuminatus est oculus tui cordis, & inflamatus affectus: perfiste & cresce in istis. Assuefc quoditidie uerbis amoroſis ac sanctis, ualide inflamatiuis, dominū deum tuū unigenitum dei patris se ad te tā incōprehensibiliter, amoroſe, dignanter, liberaliterq; habentem affari, ut uere totā conuertatio & occupatio tua præparatoria sit ad celebrationem. S.A. Queruntur aeternum, sermo omnipotens, fons sapientiae, q; tam sapienter, tam potenter, tā gratiose loquebaris in carne assumpta in mundo, ut aduersarij qd cui tuī evidenter rei compulsi sint dicere. Nunq; sic locutus est homo sicut hic loquitur, doce mehiusmodi uerba. VER. Aduterte uerba p̄r ora electorū meoq; inde proleta, & dic hęc & huiusmodi uerba, prout suggerit deuotio feruenda.

Ephes. 5.

Johann. 7.

Articulus X XIII. Meditatio deprecatoria ac deuota ad celebrationem fructuofam præparatoria.

VNigenite patris æterni, in quo pater complacentiam habet immensam, qd ex totius super bene dictæ trinitatis sapientissimō benigñissimo & consilio, ad recuperandum diuinæ maiestatis honorē ac cultum, ad saluandum genus humānum de finu patris, inō ex corde tui super dulcissimū genitoris in uterū mundi, similitudine uirginis, per incarnationis mysterium descendere ex ardenti charitate, atq; ineffabiliter pietate dignatus es: dulcissime Iesu Christe altissime, fortitudo mea, refugium meū, suscepitor anime meæ, deus totius salutis meq; in quem credo, in quo spero, quē diligo: ad thronum gratiae tuæ accedo, ostium misericordie tuę aperi mihi, q; latroni in cruce, paradisi introitum promisi, per sacramentissimum vulnus lateris tui introduc me in medium pectoris tuū: ibi de fonte cordis tui fluentis tuę sapientiae pota me. O deus miserationis immensæ, in traueſcera misericordie tuę, in qbus nos uisitasti, recipie, amplectere, claudere, & abducere de me incessanter. O deus excellentiæ infiniti, qd ego uas luteum, homo peccati, seruus iniurii, ut me uisitare, a me consecrari, contrahēctari, offerri ac sumi digneris, ut tot & tanta propter me mirabilia opereris! Tu olim Moysi te sicut es inspicere ardentissime cupisti, negatuū dedisti, & nunc teipsum prebes prefente in cibum & potum, in recōciliatorem & medicum, in hospitem, sponsum, habitatoremq; animę mihi tā misero & indigno. Tu omnium rex se culorum immortalis & inuisibilis, inō in propria natura impassibilis & incomprehensibilis. Tu illuminatio mea & salus mea, tu protector uiræ meæ & misericordia mea, tu es deus & dñs meus, q; pro mea redēptione acerbiſſimum & ignominiosissimum crucis subiisti super plicium: tu ille non aliud. Tu Christe uerbum, sapientia, proles mentis paternæ, germen infiniti decoris, cuius pulchritudinis, gratiositas, deliciositas, & super pulcherrimæ claritatis nullus est finis, ex patre æterno inenarrabiliter ante omnia secula æternaliter genit, tempore desuper præordinato intra unius electissimē sacro sanctissimē puellę corporiculū, cooperante super dulcissimo adorando paracleto spiritu sancto, te clausisti in forma assumpta salua tuę deitatis maiestate immensa, atq; ex ea integrerimā permanente, hanc & inter hoies cōuerſari dignatus es. Tu dñ uera gloria dei patris, inter iniquos in glorius habitus es, & ita tractatus à sceleratis, qd tibi unigenito p̄r filiis hominē speciolo, inō p̄r cūctis angelicis inētibus incomparabiliter pulchro, non erat species neq; decor, & apparuit uelut leprosus, tanq; obprobrium hominum & abiectio plebis. Hæc tua dñ Iesu dignissime deformatio miserationis, fit mihi mentis & omnium passionum reformatio plena, adoratio uirtuosa, gloriificatio sempiterna. Tu de perfida synagoga ad gentes uenisti, & tecum sanctorum multa. In dextera tua ignea lex, quā per gloriosos apóstolos p̄dīcasti qd ētibus. Dilexisti populos, pro quorum salute obtulisti te deo patri in crucis patibulo, hōstia super acceptissimā in odorem suauitatis. Omnes sancti in manu tuis sunt: qui scis quos elegeris, & misereris cui uolueris, & clemens es in quem tibi placuerit: & qd appropinquant pedibus tuis, qui tua fili deliterlectantur uestigia, accipiant de tua doctrina: qui enim uoluerit uoluntatem facere dei patris, scier per guttum & experientiam super horum tuorum charismatum uisitationum internarum, qd doctrina tua ex deo sit: non enim est alius ut tu deus rectissimus, ascensor coeli, auxiliator nōster, qui cōcelo cōscensit ac missō paracleto, habita culum tenēs sursum, & subter brachia sempiternam magnificētia tua fecisti discurrere nubes sublimes apostolos, tonitruī filios, qui lumen doctrinae tue sparserunt non in una tantummodo regione Iudeæ, sed in omni loco misericordię tuę, quoconque iussisti eos uenire. Tu

Psal. 17.

Psal. 57.

Heb. 4.

Mat. 27.

Johann. 4.

Lucas.

Exod. 3.

1.Tim. 1.

Johann. 29.

Psal. 15.

Baru. 2.

Esaie. 57.

Psal. 44.

Johann. 19.

Exod. 35.

Johann. 7.

Deut. 32.

bonita

N domine

2.Cor.5.

Colo.2.

Mat.26

1.Timo.3.

domine per sanguinem crucis tuae fusum de corpore tuo, quod in hoc sacramento uerissime me presentis credo, reconciliasti nos deo, & pacificasti cœlestia ac terrena, & utraq; unum fecisti, deles quod aduersum nos erat peccati chirographi. Deniq; ut omnium horum & cœterorum tuorum iugiter memores sumus feruide ac deuote mysteriorum, in cena illa nouissima, quā desiderasti desiderasti cū tuis habere discipulis, sacramentū hoc magnū instituisti, qd manifestatū est in carne, iustificatū in spū, apparuit angelis, predicatū est gētibus, creditū est mundo, assumptum est in gloria, ut toties tuarum dilectionis, passionis, omnis beneficiorum tuorum atq; mysteriorum reminiscamur, reminiscendo accēdamur, & accēsumus imitemur quoties missarum solennia celebramus, & sacra cōicamus mysteria. Obsecro te dñe & saluator proper omnem bonitatem, charitatem & gratiam sup nos susgloriosissime trinitatis, per omnem uirtutem tuā, & omne meritum sanctissimae passionis tuā, ac omnium quę pro nostra fecisti ac pertulisti salute, ad peragendum diuina ista mysteria misericordissime nos disponi, dignifica, conserua, deduc, gratifica, & in desinenter gubernā.

Articulus XXV. Oratio de eodem.

2.Cor.1

Ephe.2

Rom.8.

Psal.17.

Mich.6.

O Deus aeterni, pater misericordiarum & deus totius consolationis, qui cū diues sis in misericordia, propter nimiam charitatem tuā, qua dilexisti nos cū essemus mortui peccati, conuicasti nos Christo: Etenim proprio filio nō pepercisti, sed pro omnibus nobis tradidisti illum ob oēm charitatem tuā, & infinitā abyssum misericordiae tuę super uniuersum genus humanum, ostende nobis in dignis sacerdotibus tuis lucem miserationum tuarum, qui in hoc sacramēto mirabilia tua sic innouas: amore unigeniti filii tui gratiōe nos praeueni, reple ac perfice, ignosce & condole improbitati bus nostris. Ecce unigenitus filius tuus ex inēstabiliti sua charitate ad nos, ad sacrā sui co munionem nos inuitat, & fructum pollicetur multiplicem, & nos improbi ac peruersi ab ipso diffugimus, negligētiam quoq; & pigritiam nostram excusamus & palliamus, dicētes qd periculorum fit accēdere, cum tamen ualde fructuosum sit obedire, ac tantum sacramētum cum debita p̄paratione suscipere. Propriam ergo indispositionē ex, nostra negligētia atq; pigritia ortam accusare debemus. Corda nostra plene illumina ad considerandum acute, cum quanta puritate ac reuerentia oportet nos creare, et saluatore nostrum suscipere, cuius aduentum sancti patres olim in legi scripta ac naturali tam affectuose optauerunt: Omni effectu & gratia, ac omni supernō charitatem huius præstantissimi sacramenti nos refice & perunge, nutri ac robora. Verū tanen confitemur nos tam pura, coelestia ac diuina dona non posse suscipere, nisi in primis mentes nostre, prorsus purgentur à uitris, ab omni sensuali affectu, à carnali amore, à loquacitate, duplicitate, & omni iniquitatē obliquitate, ab incustodia cordis & sensuum, ab ingratitudine & torpore. Hinc ergo dō domine, ob tuam sanctitatem immensam, tribue nobis uniuersa peccata nostra maiora & minora uere cognoscere, & omnem eorum enormitatem ac gravitatem prudenter pensare, pure & integre cum ingenti contritione ac pleno emendationis proposito confiteri, desfere, punire, ac ipsa deinceps quantum humana permittit fragilitas, iugiter euitare, ut saluberrimo sacramēto & tibi per illud, quoq; propinquius intiuīs ē iungamur. & eius uirtute & gratia ad spiritalem uirtutum altitudinem concrescamus, à pristinis culpis & uitris omni hora cessemus, & coram te solicite ambulemus. O deus omnipotens, qui per tuam omnipotentiam tot & tam mirabilia in hoc sacramēto operaris, hac eadem omnipotētia tua nos defectuosos ac fragiles ad omne malum proclives, tam poterit quām de menter effectibus tanti sacramēti corroborab, ut confitabili in grata tua, tibi quotidie fibrilius adhēramus, reuerentialius ministremus, præcordialius regatimur, & tuo iugiter inflammenur amore. O deus aeterni quanta est ista improbitas, ita fatuitas, inō & p̄ erueritas ista, quod tibi domino deo nostro tam incomparabiliter bono, tam infinite honorando, tam incessanter considerando ac metuendo, tam summe ac feruide tote corde, amando, nos miserrimi, porius impudici canes quām sacerdotes uocandi, totes & tam facili occasione, tam leui tentatione præferimus ista carnalia & caduca, uana & uilia, illi citā atque prohibita, redeentes à menfa illa coelesti mox leues, dissoluti, loquaces, incusci, diti sumus ut ante in cibo & potu & somno exceedimus, non solum multa & magna committimus mala, sed & multa & magna omittimus bona, inō interdum quod abominabile est & horrendum, atq; eterna dāntione dignissimum, ad detractionē, temeritora prorsus iudicia, ad contentionē, indignationē, iram, impatientiam que prolabilimur, & instar impissimi proditoris, te ex nostris expelliimus cordibus, coripi & corrigi de dignamur. Miserere nostri

nōstrī dñe miserere nostri, ne tanta de cetero impleamur despectio. Illumina oculos nostros interiores, ne ita obdormiamus in morte iniqtatis, ne dicant hostes nostri crudelissimi preualuimus cōtra eos: ne de nostris excessibus gloriantur, ne & sanctos angelos nos p̄sistimē custodiētes cōtristemus, & quod super oia est uitandū, ne tuā dō deus altissime p̄fidentiam tam grauiter offendamus: quicq; offendiuū est tuā sanctitatis ac maiestatis, diligētissime caueamus, non solum peccata, sed & peccati oēcātiones solicite, declinēmus, semp salubria me diterem, uirtuosa optemus, tecq; oculis cordis incessabiliter proponam, in aduersis sicut in omnibus diuitijs gloriemur. Fac nos sapienter ac profunde intueri assidue cum quanta reuerentia & obedientia, cū quanta puritate & gratitudine, cū quāta ardētissima charitatis affectione & profundissima humilitate tibi indefinenter assistant & obsequiātur oēs angelī sancti, & unfueri ciues supri, ut & nos pauperes & indigni eoē ex emplo studeamus cū omni conatu reuerenter, obedienter, pure, gratanter, amorose, timo stra atq; humiliiter tibi ubiq; & semper, potissimum in celebrationē, assistere ac seruite ad laudem & gloriam nominis tui.

Articulus XXVI. Oratio seunda de eodem.

O Trinitas superbenēdicta, propter omnem bonitatem, charitatem & misericordiam tuā sup genus humanū, propter eternū, sapientissimum & supergratiōissimum cō filium tuū, super modo & existentia tēdēptionis nostrę, illumina aias nr̄as ad cō siderandū salubriter, qd amorose ac pie egisti nobiscū, & iuxta altitudinē fidei nō strēfac nos tibi p̄oportionabiliter in alta uirtutū perfectione seruire: l'uxia profunditatē sapientię Christianę fac nos corā te in sapientia inſtar solis stabiliter permanere, nec instar lunę finas nos uariari, passioni motibus agitari, uitris subdi. Erubescamus in præſentia lucis tue inmense in conspectu sapientie tuę aeternę, & corā supersanctissimo uultu gloriae tuę uiliter contuērari, turpia cogitare, illicita affectare: Absit ut amplius ueneremur p̄fentia hoīm qd diuinā, inō sicut unigenitus patris uisitauit & fecit redēptionē plebis sue, ut sine in ordinato timore de manu inimicōe nostrorū liberati, seruamus tibi in sanctitate & iustitia indefinenter usq; in finem: sic à iugo diaboli, à uillissima seruitute peccati, ab omni iniustitia excutiāmus semper eorū nostrū, & tibi sinceriter adhēreamus, cū metu & reuerentia obsequiātur. O trinitas supergloriosa, quē nos ad tuū ipius supernaturalē beatificā fruitionem, & clarā per speciē deliciōfissimā uisionē creasti, atq; ad hāc nobilissimā sacra mentalem refēctionem futurę illius refēctiones figurā inuitas, qd detrahāda ac deploranda est negligētia, inō insipientia & malitia nostra, qd ī ineffabiliter magna, pretiosa diuināq; dona negligimus, nec in ardescimus uidere bonia dñi in terra uiuentium, nec ad regem gloriarū in suo incircumscribilibi penitusq; immēnso cōtemplādum decore fulpiramus & festinamus. O si pauper famelicus ad prādium delicatū diuītū ab ipsomet diuīte uocaret, qualiter pro posse suo se ornaret ac ire acceleraret: Et ego pauperius, cætus & nudus, malis infirmitatibus plenus, ad mentem tuā dō Christe, ad tuā mēdiciālissimā refēctionē nō in ardesco, nō me adorno, nō toto affectu cū omni humilitate ac ueneratione occurro. Tu saluator stas ad ostium mētis meq; & pulsas, diuinis angelicisq; instictibus excitas, mones, hortaris, ut tibi aperiā, ut omne tui gratiosi introitus obstaculum uitem, ab omni p̄ctō etiā ueniali quasi afaciē colubri & draconis mox fugiendo, atq; ad te assidue aspirādo, te seruiter inuocādo, sic qd ingrediaris cubiculum mentis mea & ecceas metū, tne profectū congaudēdo, meis exercitiis uirtuosis exercentibusq; internis te ipsum quasi pacēdo, inō me ipsum in te conuertendo ac trāferendo, hoc est, me spiritaliter māducādo & tibi in cor porādo: quia deliciē tuę sunt esse cū filiis hoīm ita agentibus: Sic quoq; & ego coenē tecū coelestia illa ferculā pregustādo, inō te ipsum per p̄cordiale amoris inafticationē edēdo. Porrō ego infelix & insensatus, ad aperiendum tāto dño, tam altissimo hospiti sum tardus & negligens: ad conuēndum tibi sumfrigidus: inimico noq; quisissimo, qui ad op̄ijum cordis suggestionibus, fusuris & temptationib; suis nefarij pulsat, audientiam præbeor uanas & fruolas cogitationes, desideria prava, uanitates atq; infastas falsas insipientissime admittendō his idolis fornicatur aia mea, & relatio sponso coelēti à dāmonē cōstupratur, cui per consensu illicitos, diuersāq; uitia admiscetur, & sic uilis ac stolidus ego inuitatus etutrī in croceis amplector hec sterora. Miserere mei dñe fili David, & me illumina ut uideā, protinus resipescam, ut exclusa omni admixtione immunda, tibi totius munditiae fonti & amatori cum ingenti cura reuerenter inauertibiliterq; adhēream: Ex tuis sacramētis, quasi ex uiuis & purissimis fontibus aquas sapientiae salutaris, gratias fluenter, exube-

Psal.12.

Psal.12.

Luk.1.

Eccl.17.

Luk.1.

Act.17.

Psal.26.

Elaie.33.

Apoc.21.

Ecl.17.

Apoc.2.

Prophet.

Psal.33.

Luc.18.

Psal.105.

rantiam opulentie spiritalis assidue hauriam. O alme paraclete consolator dulcissime, liberalissime spiritus sancte, ob tuā immensam benitatem & munificētiā, qui essentiliter charitas es, amor, nexus & osculum patris & filii, me in anem, uilem, pauperum, peccatorem indignissimū misericordissime uisita, purga, dita, doce, unge, succēde, inde sinēterq; posside ac gubernas ad condignā mysteriorū Christi celebrationem & sacrū cōdicionem me quotidie apta, dispone, dignifica. O superdignissima trinitas, ob tuā cōdicationem & emanationem æternā ad intra, effunde atq; cōmunicā dona tua ad extra misericordissime & partenerob tuā mutuam intuitionē superclarissimam ac infinite iocūdā, fac nos iam te sūpererit contemplari cum fide rōnibus credendo, ac purificata mentis intelligentia, ac sapientiae dono perornata; ob tuā dilectionem mutuā, superardentissimam & immēsam fac nos sine interpolatione te cum feroare amantes, & in tua dilectione quotidie ardentes, per ob tuā mutuam complacentiā fac nos tibis semper placentes, omniq; die placentiores, per Christum & omne meritum eius, Amen.

Articulus XXVII. Qualiter eucharistia sit sacramentum: & utrum sit unum sacramentum, vel plura.

SACER.

Cum sacramentum sit sacrae rei signum, nec formaliter, sed figuraliter, aut forsan aliquo modo causaliter continet sanctitatem & gratiā, non uide corpus Christi uerum & sanguis eius realis confistere sacramentū: Cum in corpore Christi sit anima eius sanctissima, in totus Christus, fons omnis gratiæ ac uirtutis, nec uidetur unum existere sacramentum, cum sint diuersæ materie; & in Complenda dicitur: Purifcent nos quæsumus dñe sacramenta quæ sumphimus. VER. In hoc sacramento est aliiquid quod est tantummodo sacramentum, id est sacrae rei signum, uidelicet species seu forme accidentales panis & uini, que remanent sine subiecto, ipso pane conuerso & transubstantiato in corpus Christi, similiter ipso uino in Christi sanguinem transubstantiat: quæ species signa sunt ueri corporis & sanguinis Christi. Continet q̄q; in hoc sacramento aliiquid quod est res & signum, uidelicet ueru corpus & sanguis Christi, quæ sunt res significatae p̄ ipsas species remanentes, ut dictum est, & nihilominus significant & figurant ipsum mysticum corpus Christi, quod est ecclesia in electis, seu ecclæsticam unitatem, aut gratiam sacramentalem, que est ipsa gratia spiritalis nutrimenti seu refectionis, hoc sacramento efficitur. Est igitur eucharistia sacramentum, aliter tamen quam baptismus & alia sacramenta, quoniam istud sacramentum, quod uidelicet est res & signum, habet realiter & formaliter sanctificationem, sanctitatem & gratiam, prout cum corpore ex naturali concomitatiā est anima eius & uerbi æterni persona. In alijs uero sacramentis non inuenitur taliter gratia, sed sicut in signo & in causa instrumentalis, ministeriali, aliquo modo concurrente & cooperante ex institutione & uirtute diuina, quæ gratia in usu materiae sacramentorum illo modo concisteret perhibetur. Materia uero sanctificatur, et sancta seu sanctificata asseritur, inquit, ordinatur, deputatur et applicatur ad ueram & realem sanctitatem ac gratiam in rationali creatura efficiendā, uiritate diuina principaliter operante, & ipsis sacramentis quæ continent atq; efficiunt quod figurant, instrumentaliter ac suo modo ministerialiter cooperantibus. SACERD. Compendio respōsio, circa quam dubitatio oritur mihi: sed ante quamillam proponam, declarare digneris qualiter sacramentum istud dicitur unum & plura. VERITAS. Multipliciter dicitur aliquid unum: Primo, quod nec actu nec potentia diuidi potest in plura ut punctum; Secundo, ratione continuatis, ut linea; & hoc est potentialiter plura, quia in plures partes diuidi potest. Tertio, unitate formæ substancialis, ut naturalia, seu totum substancialē, quod ex materia & forma substanciali tāquam ex essentialibus componitur partibus. Quarto, per relationem ad unum & eundem totalem effectum, quemadmodum medicina ex pluribus constans materijs fertur una, quia ad perferendam curationem refertur; sic & artificialia & instrumentalia quædā uocantur quid unū ut domus. Ita & hoc sacramentum corporis & sanguinis Christi dicitur unum, quoniam ad unam & eandem completam spiritualem hominum refectionem ex diuina institutio- ne est ordinatum; refectionem in qua sp̄iritualē, significatā per corporalem nutritionē, ad quā cibis potusq; exigunt. Hinc ad integritatē sacramenti istius ex institutione diuina, pertinet aliiquid per modū cibi, puta corpus Christi; & aliiquid per modū potus, uidelicet sanguis ipsius. Dicit etiā pluraliter sacramenta, propter diueritatem signorum materialē, seu proper sacramentalem remanentium ac uisibilium specierum distinctionem, & quoniam ex distinctis consecrantur materijs, scilicet ex pane & uino. SACERDOS. Licet mihi nunc dubi-

Multipliciter
dicitur
aliiquid
unum.

ratiō

rationem proponere ortam ex dictis. VER. Si coepérimus abyssum & caliginē scholasticę ingredi quæstionum, intentā huius breuitatē opusculi excedemus, & contra propositū faciemus. Nempe in breui isto dialogo, non scholasticas difficultates, & quæstionum subtletates, sed ea dunt taxat quæ deuotionem concernunt, tractare ac profequuntur intentio, alia loco alteri resuantes: quorum discussio subtilis & curiosa quis sit, suo modo pro fidei defensione ac declaratione necessaria, multorum tamē deuotionis magis censetur extincititia, quam promotio. Sacer. Non nisi pauca proponam, præsertim quæ in tractatu cuiusdam deuoti habent, qui passim legitur à deuoti. VER. Succinctum propone.

Articulus XXVIII. An in forma uerboꝝ sacramenti istius, confitiat aliqua uis supernaturalis creata ad transubstantiationem causaliter aliquo modo concurrens.

SACER.

Scribit ille deuotus in Tractatu suo de eucharistię sacramento: Occurrat hic dubium, Vtrum sacerdos consecrans concurrat actiue ad consecrationis seu transubstantiationis effectu, ita q̄ sit cooperator dei in actu transubstantiandi. Respondeat, Dico q̄ non: quia transubstantiationē est opus simpliciter miraculosum, exceeding oēm potentiam creaturarum eis iam cōmunicatam: Sacerdos ergo in cōsecratione non cōcurrat actiue: in mō communis doctōrum sententia est, q̄ generaliter ministri sacramentorum non cooperantur deo productiue in effectibus, qui sunt res eisdem sacramentō: quia ministri scientiis debite omnia illa quæ ad confectionem uel usum sacramentō: dñs facienda insituit, ipse se solo in immediate effectum principale, qui est res sacramenti, causat. Hinc constat q̄ sacramenta nouæ legis non efficiunt quod significant seu figurant per uirtutem aliquam intrinsecam elemētis, uel uerbis, uel intentioni, uel signis, uel omnibus simul. Vnde differentia ista inter nouæ & ueteris legis sacramenta, q̄ sacramenta nouæ legis efficiunt gratiam quæ figurant, non autē sacramenta ueteris legis, sic est intelligenda: Quod sacramenta nouæ legis sunt gratiæ sacramentalis causa instrumentalis, dispositiua, dispositione extrinseca habilitante subiectū ad reficiendum illum effectum non ex natura rei, sed ex ordinatione & pacto dei, sic quod huiusmodi effectus sicut modo iam dicto uero operis operati, & non merito ministri operantis. Et per oppositum fuit de sacramentis ueteris testamenti: quæ si aliquid boni conferebant his quibus applicabatur, hoc erat ex sanctitate orationis ipsius applicatiis aut recipiētis, & nō ex uo opis opati. Hec & multa his similia scribit ille, quæ uidetur prædictus contraria: Quia dixisti in sacramentis euangelice legis gratiam contineri tanquā in signo & causa instrumentali, ministeriali aliquo modo concurrente & cooperante ad sacramentalem effectum. VER. Ut nosti, de ista materia sunt duæ doctōrum opiniones, sicut tu ipse legisti & nosti: & quod tibi dixi, uerius esse tene. SAC. Nonne apostolus Paulus in suis epistolis, præsertim in epistola ad Hebreos hāc distinctionē inter legē Christi, legēq; Moyis ponit, p̄ lex euangelicę gratiā continet, saluat, atq; iustificat, non aut̄ lex Moyis: & hoc ascribitur euangelicę legi, sumēdo eā cū suo: sacramentō inclusio, eō q̄ sacramēta contineant & causaliter sint gratiæ mō predicto. Deniq; doctor ille inter doctores scholasticos præcipue sanctitatis, illuminationis, & autoritatis Thomas super 4. Sententiāq; distin. 8. prefata opinione narrata: Hæc, inqt, opinio derogat dignitati sacramentorum euangelicarum legi: idcirco credendū est, quod in uerbis consecrationis, quæadmodū & in alijs formis sacramentorum inest aliqua uirtus à deo, quæ nō est qualitas, habēs esse completū in natura, sicut est uirtus principialis alicuius agentis sc̄lē formā suā sed habet esse in cōpletū, ut uirtus quæ est in instrumento ex intentione uel impressione principialis agentis, & sicut similitudines colog in aere. Insuper in tertia parte Summe: Quidā, ait, dixerūt in uerbis cōsecrationis non esse uirtutē creatam ad transubstantiationē faciendam, nec etiam in alijs formis sacramentorum, aut in ipsis sacramentis ad inducendū sacramēto effectus: quod dictis sanctoꝝ derogat, & dignitati sacramentorum euangelicarum legi repugnat. Vnde cū sacramētu eucharistię fit dignius ceteris, cōstat q̄ in uerbis formalibus eius sit uirtus quedā creata ad conuersionē faciendam in eo, instrumentalis tñ sicut in alijs sacramentis. Cum enim hæc uerba ex persona Christi proferantur, ex eius mandato sortiuntur uirtutem instrumentalē ab ipso, sicut & cetera eius facta uel dicta habent instrumentaliter salutiferā quandā uirtutē. Et ita positio ex multis sanctoꝝ autoritatibus approbatur: Ait nāq; super Iohānum Augustinus: Quæ tāta uis aquæ, ut corpus tangat, & cor ab iuāt: Et Beda: Dñs tactu suā mādissimē carnis uim generatiā cōtulit aquis. Idem scribit Chrysostom⁹. Ambrosius quoq; libro quinto de sacramētis fateſi: Si tāta uis est in sermone

Augustin⁹.

Hebreos

Sacramēto
nouæ &
ueteris testa-
mēti differ-
entia, & incelli-
gentia.

domini, ut inciperent esse quae non erant: quanto magis operatorius est, ut in aliud convertantur: Hoc & in Summa contra gentiles Thomas tuetur: Concordat Gulielmus Parisiensis in suo Sacramentali, & alii multi doctores præcipui hoc affirmant: Quod etiam ex uestibus diuini & magni Dionysii suscipit robur, qui in fine Ecclesiastice asserit hierarchias: In ipsa consummationis invocationibus id est sacramentorum uestibus, virtutes sunt operatiæ ex deo. Hinc Ambrosius Eusebiusq; testantur: Sermo Christi muras creaturas: & consecratione quidem verbi coelestis panis in corpus, & uinum in sanctissimum sanguinem Christi conuertitur. Præterea, sacerdos non operatur ad transubstantiationem, nisi preferendo uestba. Si ergo uestibus non inest virtus ad transubstantiationem, sacerdos non habet aliquam potestatem spirituali, conficiendi, & ita nec ordinem, qui est quodam potestas ad hoc. Amplius, si sacerdos non cooperaretur causaliter, instrumentalis ad transubstantiationem, non uideretur uera esse uestba sanctorum, qui potestam sacerdotalem tam excellenter extollunt. Vnde & in Sermone qui beato Bernardo ascribitur, inter cetera dicitur: O ueneranda & præclarata potestas uestra. Certe non est potestas post deum, sicut potestas istra. Forsan scire nultis que sit tanta potestas. Ad hoc ego: Consecrate uidelicet corpus Christi & sanguinem domini. Super hac potestate uestra, super tam insigni priuilegio stupet cœlum, miratur terra, reueretur plurimum angelica celitudo. Nec his obstat, quod teste Damasceno, sola diuina uirtute fit transubstantiationis ista: quoniam uirtus principalis agentis non excludit uim cause instrumentalis. Diuina quoque & supernaturali uirtute potest homo in miraculoso effectu esse concusa, non ex omnipotenti indigentia, sed quoniam ex benevolentia sua dignanter facit creaturam suæ potestatis participem, & iuxta operationis confortem. Istud etiam est de mente Alberti Magni, & aliorum: Bonaventura tamen uera quaque opinione recitata pertransiit istam uero fataetur dictis sanctorum esse plus consonam. VERITAS. Efficaciter disputasti, SACERDOS. Alia quædam in prædicto continentur Tractatu, de quibus cuperem informari. VER. Breuiter ea tange.

Articulus XXIX. Inquisitio circa quædam contenta in Tractatu cuiusdam deuoti,
SACERDOS.

Circa formam consecrationis sacri sanguinis, scribit ille deuorus: De forma haec sunt tres opiniones: Prima, quod haec sit essentialis & necessaria forma consecrationis sanguinis: Hic est calix sanguinis mei. Ita quod illis prolati, uinum in sanguinem sit conuersum. Secunda opinio est, quod ad formam illam pertineant uestba hæc: noui & æterni testamenti, mysterium fidei. Tertia opinio, quod non sit at consecratio nisi addito illo residuo, qui pro uobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Hæc autem opinio tertia, est minus communis & omnino non uestabilis. Propter hoc sanctus Thomas, Henricus de Ganda, & alii plures, eam penitus non tecitant: Hæc ille que non uidentur posse saluari. Thomas enim in quarto Sententiarum distinctione octaua sic querit: Vtrum forma consecrationis consistat in his uestibantur, Hic est calix sanguinis mei. Et induxit pro utraque argumentis, in tribus quæstionibus & argumentorum solutionibus evidenter determinat, quod non: & protestatur, quod totum illud residuum, noui & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro uobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum, pertineat ad formam consecrationis istius, & rationabiliter hoc declarat. VERITAS. Non oportet te hoc diffusius prosequi, quia contradicensi recurrit ad scriptum istius sancti doctoris, inueniet sic esse ut refers. Infra quoque patebit hoc, SACERDOS. In tercia item parte Summae disseruit circa formam consecrationis sanguinis, dicens quod duplex sit opinio. Quidam enim dixerunt, quod de substantia formæ huius solum sit illud. Hic est calix sanguinis mei. Sed hoc inconveniens uidetur, quoniam uestba sequentia sunt quædam determinationes prædicti, uidelicet, sanguinis mei: ideo ad integratæ p̄ficit locutionis. Hinc alij melius dicunt, quod oīa ȳ basequeta sunt de essentia huius formæ usq; ad id: Quotiescūq; feceritis &c, que p̄nit ad usum sacramenti istius: ideo non sunt de substantia formæ ipius. Et inde est, quod sacerdos eodem ritu & modo tenet calicem, omnia uestba hæc profert: Hæc Thomas. Quil quanuis hic non recitat nisi duas opiniones, tñ in recitatione secundæ opinionis includit & tertiam

& tertia, quam tam hic quam super et Quartu tenet, declarat & approbat. Et quāvis Albertus in Summa de corpore Christi primam opinionem fecutus sit, tamē in scripto Quartu, ea abiecta, alia sequitur, VER. Ita ē. Et huic positioni cōcordat ritus & cōsuetudo ecclesiae, quæ calicis elevationem non facit, nisi omib; illis prolati, usque ad id: Hæc quotiescūq; feceritis &c. s AC. Idem deuotus scribit in suo Tractatu: Oportet discere omnes uestites morales saltem, preter iustitiam, esse in appetitu sensitivo, & non in uoluntate, ut sanctus Thomas dicit, & multi theologi atque philosophi eū in hoc sequentes uel si sunt principaliter in uoluntate, ut alij ponunt, oportet tamen in appetitu sensitivo ponere habitus uestitos, per quos delectabiliter ac proprieitate obediatur rationi: Hæc ille, Quibus ob hinc potest, quod non solum secundum Thomam, sed item secundum omnes theologos atque philosophos communiter, prudentia est uestis moralis, quam oīs dicit subiectum esse in intellectu, nō in appetitu sensitivo. Deniq; si iuxta secundam opinionem essent ponendi habitus uestitos in appetitu sensitivo, preter uestites morales, de illis habitibus esset quærendum, an sint uestites morales sī sic, qd necesse est præter eas alia ponere uestites morales in uoluntate: Esset quoque quærendum, an differant ab inuicem specificè. Rursus, quidcum uestites morales realiter esse in uoluntate, ponunt eas esse in appetitu sensitivo solum per quandam impressionem. Iterum, si appetitus sensitivus capax est talium uestitorum habituum subiectum, ergo & uestitum moralium, que sunt circa idem uestitum obiectum, VER. De istis non est uis tanta, sicut de præhabitis punctis uerum est tamen qd de prudentia obiectis: sed & deuotus ille in suo Tractatu, dēp̄tis per paucis, humiliis, cautelis ac sobrie loquitur: idcirco modeste tractandus est, s AC. Nec ego ad distinctionem ipsius hæc tetigi, sed pro legientium cautela. Nam & alia quædam dicit de distinctione specierum deuotionis, effectibusq; earum, contra quæ obiecti aliqua possent, quæ tamen etiam pie forsan queunt salutari, VER. Transcendit ista. Et nunc de materia & forma huius sacramenti aliqua sunt tangenda.

Articulus XXXIX. De materia sacramenti huius.

VER.

Materiam & formam huius sacramenti unigenitus dei personaliter in cena instituit: & quod egit, suis ministris agendum reliquit: ideo sicut ad consecrationem tantis sacramenti exigitur forma uestiborum, qua uis est ipse CHRISTVS in consecrando aut porrigitendo, ita & materia illa requiritur, in qua consecrat que instituit, puta triticeus panis & uinum uitis. Et sicut probabile ē, ipsum lymphae uinum, cum in terra illa sint fortia uina, & ipse in cunctis temperantiam summe seruant ac docuit: sic ecclæsa modicum aquæ uino in secatum in calice, quæ aqua permodica ab sorbetu a uino, & in ipsum conuertitur: sicq; nihil in sanguinem CHRISTI conuertitur nisi uinum. Nihilominus admixtio aquæ propter alias causas fit figurales ac mysticas. Nam & de latere CHRISTI in cruce sanguis fluxit & aqua: atque p̄r aquam populus Iohann. 19. designatur. Hinc per eius cum uino permixtionem, adunatio plebis cum CHRISTO exprimitur. Denique, quanuis in huiusmodi pane & uino fiat consecratio, quanuis fiat alii arum materiarum admixtio, dummodo uera natura panis triticei, & uera natura uini uitis prædominatur ac maneant, concedet tamen tam ob reuerentiam sacramenti, quanum ob spiritualem significationem, quod sit pulcher & purus, uel saltem nō multum mixtus, triticeus, non corrosus, non fractus, non maculosus. Sic & de uino dicendum est suo modo. Ideo uinum nouum adhuc feculentum non congruit ponere, si uitari non ualeat, tempestive est reponendum, ut feces defecantur: sicq; depuratum, deferatur ad altare, s AC. Aliqui dicunt in pane spelta confici posse, quod & de agresti opinantur & musto, VER. De musto potest: de alij tene quod dixi. De triticeo quoque azymo confici debet, non de fermentato, quanuis in illo consecratio fiat, & ab aliquibus sit, qui peccant, Romane ecclesiæ consuetudinem non sequendo, cum & ipse saluator in azymo consecraverit panem: quoniam omne fermentatum abstulerūt Iudei de domibus suis ipsa quinta feria ad uesperū, in qua institutum est sacramentum: & damnabiliter errauerunt Greci, afferentes dominum anticipasse eum agni Paschalis per diem, ita qd feria quarta facta sit secundū dū eos coena illa, s a. In aliis terris nec triticeū inueniūt nec uinū: ergo uide male, p̄uisum circa istius uenabili sacrameti institutionem, VER. Satisfaciliter possunt illuc ex alijs terris deferri, s AC. Cū caro agni Paschalis similius fuerit carni Christi quām panis, cur non consecravit in huiusmodi carne, VER. Nō ita cōuenit ad eum & usum cōmuni, neq; tā apte designat ecclesiæ

Natura sacra

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHVSIANI,

siasticam unitatem, nec puritatem corporis Christi à contagione concupiscentie & peccati, ut panis triticeus. SAC. Nunc de forma sacramenti huius tangere quid digneris.

Articulus XXXII. De formis consecrationum corporis & sanguinis Christi. VER.

DE forma consecrationis corporis Christi omnes concordant, quod sit ista. Hoc est enim corpus meum. Ita tamen, quod cōiunctio illa Enim, non sit de essentia formae, nec Christus usus est ea: & si omittatur, nihilominus sit consecratio, sed ex proposito eam omittere, estet damnabile, quia contra institutum ecclesie, & ipse summus ac generalis uicarius Christi beatissimus Petrus, ex familiari & se creto spūslandi instinctu addidit eam, & hoc ex rationabili causa, ad designandum continuationem & ordinem ad precedentiā uerba & gesta. SAC. An celebrans profert haec uerba solum in Christi persona, & recitatue & materialiter tantum, an etiam in propria persona & significative? VER. In persona Christi principaliter & recitatue, & etiam in propria persona, ut est Christi minister ac presbyter, ac significative, ut efficiat quod designat. Christus namq[ue] sacerdotibus iussit, ut faciant id quod ipse. Hac, in quietis, in meam memorem trāficiatis. SAC. De forma consecrationis sanguinis non est tanta concordia doctore, sicut iam recitasti. SAC. Mirum quod sapientia in creatu, quae omnia bene disposuit, ecclesia suam in tanta re fluctuare permittit, magnis doctribus in materia hac salutis diuersa sentientibus, & inter se dissidentibus. VER. Noli sic opinari, quia in necessarijs ad salutem satis ecclesiae est prouisum. Nonne ipsa ab infallibili spiritu sancto infallibiliter uiuiscatur ac regitur? Ideo consuetudo universalis ecclesie uere catholicae, autoritatis est maxime. Formam autem consecrationis sanguinis Christi ex traditione apostolica, mouente principaliter spiritu sancto, accepit ecclesia, que nec calicem leuat quoque prolatas sunt omnia uerba illa ad formam spectantia. Hic est calix sanguinis meūcum omni determinatione sua præacta, usque ad illud: Hac, quotiescum feceritis. Ideo cuncti fideles huic consuetudini debent obtemperare, & integra illa forma uti, nec fluctuare. Doctores uero catholici, qui circa hoc diuersimode sensisse uidetur, opinione locuti cēsentur, seu sub correctione ecclesiar, uel cum conditione implicita, ab eo assertione temeraria ac pertinaci abstinentes. SAC. Placent hæc ualde, & fateor plane q[uod] sanctus & electus catholicus doctor Thomas, securus & rationabilis & magis ad mentem meam scripsisse uidetur. VER. Pro legentium directione recita inde. SAC. Super quartum inter cetera scribit: Qui dā dixerunt quod Christus, qui habuit excellentissime potestatem in sacramentis, diuina uirtute fine uerborum prolatione consecravit, & postea formam expressit sub qua alij consecrarent. Quam opinionem Innocētius narrat opinione magis quam assertiue. Alij dicunt, quod bis protulit uerba illa, semel secrete consecrado, deinde alij formam dando. Sed melius dicitur, quod Christus semel protulit ea, atq[ue] proferendo consecravit, ac alij formam dedit, ita q[uod] benedicendo & porr̄igendo discipulis, creditur consecrasse. Præterea, quamuis aliqui dicant nihil esse de forma consecrationis sanguinis, nisi hæc uerba, Hic est calix sanguinis mei, ut utriusq[ue] forma consecrationis sit simili prefata etiam uerba uidentur ita perfecte designare conuerzionem uini in sanguinem, sicut hæc uerba. Hoc est corpus meum, conuerzionem designant panis in corpus Christi, sed quia conditions appositæ ad subiectum & prædicatum, sunt de integritate locutionis, ideo alij probabilius dicunt, q[uod] totum sequens est de forma, cum non sit locutio per se, sed determinatio prædicari, quæ uerba ex diuersis locis scripturæ pro maxima parte habentur, quæ non inueniantur alicubi simul scripta, quia euangelistæ non uolebant formas sacramentorum publice tradere. Quod autem interponitur, mysterium fidei ex traditione Christi habetur, quæ ad nos per apostolos sanctos deuenit. Rursum, in consecratione sanguinis multa uerba adduntur potius q[uod] in corporis consecratione. Quia cum eucharistie sacramentum sit memoriale dominice passionis, in consecratione corporis non representatur nisi passionis subiectum, sed in consecratione sanguinis repræsentatur passionis mysterium. Non enim à corpore Christi sanguis eius fuit seorsum, nisi per passionem. Ideo conditions dominicæ passionis exprimitur per uerba sequentia magis in consecratione sanguinis, q[uod] corporis: & quamuis non sint proprietates sanguinis Christi, ut sanguis est, sunt tamen essentiales proprietates eius, in quantum per passionem effusus est. Expressum q[uod] uerba illa conditione passionis Christi, secundum quod operatur in sacramentis. In passione autem Christi, prout operatur in sacramentis, tria sunt consideranda: Primo, effectus quem inducit, qui est remissio peccatorum, qui tangitur, cum dicit: Qui pro uobis & pro multis

Mat. 26.

Mar. 14.
1. Cor. II.

Sept. 1a.

Mat. 26.

Luc. 22.

Mar. 14.

Mat. 26.

DE SACRAMENTO ALTARIS.

209

multis effandi detur in remissionem peccatorum. Secundum est medium, quo iste effectus in alios traducitur, quod est fides: qua mediante, habet effectum tam in his qui præcesserūt, quam in his qui sequitur: & hoc tangitur, cum dicitur, Mysterium fidei: quod quidem potest inferri tam ad ipsam passionem, qua est mysterium fidei, ut occultum quoddam latet in fide cunctorum fideliūm, præcipue antiquorum, apud quos fuit in mysterio abscondita, diuersimode figurata, & ad ipsum sanguinem ut in sacramento contentum sub speciebus uini quod habet difficultatem maximam ad credendum, propter quod antonomatice dicitur mysterium fidei. Tertium est finis ad quem perducit, qui est honorū perceptio aeternorum, ad quem Christus introducit per sanguinem propriæ passionis, in quo nouum testamentum confirmatur, non promittens temporalia ut uetus testamentum, sed aeterna. Et quantum ad hoc, dicitur noui & aeterni testamenti. Cuius finis prior sit in intentione, id eo fine præmisso per medium ad effectum passionis ostendendum, fornia uerba perdunt. Testamentum autem propriæ est institutio hæreditatis percipiendæ filiis à patre. Vocatur quoq[ue] testamentum hoc, nouum: primo ratione sacramenti istius, quod in mundi renovatione est institutum. Secundo ratione præmissionis per Christi sanguinem confirmatione, quæ uetus impedimentum consequendè hereditatis amouit: & sic innovatio quidem præmissionis per mortem Christi est facta. Dicitur item idem testamentum alia ratione aeterni primo, quia eterna bona concernit: secundo, ratione sacramenti istius continentis Christum qui est eterna personarum tertio, ratione prædestinationis aeternæ, hanc gratiam præparantis. Hec sanctus Doctor. VER. Catholica sunt hæc uerba, in quibus quod dictum est de formis istis, sapientialiter declaratur. SAC. Tam de mirabilibus tam incomprehensibilis sacramenti me doce. VER. A principali propositione me abducis. Népe (ut tacitū est) intentionis fuit in isto opusculo de hac ipsa materia devotionaliter, non scholastice loqui. Ignoras quod scriptum est, Altiora te ne quæsieris, & fortiora tene scrutatus fueris; sed quæ p[ro]p[ter]e p[ro]pt[er] tibi deus, illa cogita semper, & in pluribus operib[us] eius ne fueris curiosus? Itemq[ue]. Sicut quimel comedit multum, non est ei bonū: sic qui scrutator est miasie statis, opprimitur a gloria. SAC. Nihilominus iterum scriptū est: Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea. Et nonne scriptura beatificat sic agentes? Beati, inquieti, qui scrutantur testimonia eius, in toto torde exquirunt eum. Est ergo ô Veritas summa, quædam perscrutatio nō moderata, qua quis iuxta sui capacitatē in genij cum reverentia, modestia ac timore conatur eorum quæ credit aliquam noscere rationem: sicut per donū intellectus ea quæ fidei sunt, quodam acuminē mentis perspicaciæ dicuntur rationes credendorum sinceriter inuendo, nel certe ad persuadendum alij ea quæ credimus, aut ad respondendum incredulorum instantijs, quemadmodum beatissimus hortatus princeps apostolorū: Parati semper ad satisfactionem omni poscenti uos rationem eius, quæ in uobis est, fidei & spei. VER. Quantu[m] etiam boni viri sub hoc colore quasi cum moderamine quodam cooperunt de huīus mirabilibus sacramenti scrutari, cogitare, discutere & animatum profundare, qui immoratur ac longius procedentes, deficerunt scrutantes scrutinia, atq[ue] pro fidei illuminante reportauerunt caput debile. Et sicut reverberantur & obscurantur oculi in solem defixi, sic obscurata & excæcata est actes mētis illorū. Denique solitarijs suis similibus non expedit considerationi mirabilium huius mysterij immorari, sed fidei ueritate certissime ac prorsus firmissime præsupposita, deuote ac dulciter, imò & profunde mirari de tam ineficiabilibus honestate, charitate, misericordia, munificencia dei super genus humanum, & de tantis beneficijs eius: atq[ue] in horum meditatione exاردescat ignis diuini amoris in te, & ex intimitate profesi præcordijs. Quid retribuam domino pro omnibus que retribuit mihi? Et de novo: Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Et rursum cū magnō Iaia deuotissime dicas: Misererationum domini recordabor, laudem dominis super omnibus quæ retribuit nobis, & quæ largitus est nobis secundum indulgentiā suam. Praetereant te quorundam exempla, qui dum ad tempus mira afficerentur circa hoc sacramentum devotione atque dilectione, ac aduersarii suggeste copiissimè de mirabilibus istis timari, scrutari, imò incute imaginari, exhausti sunt, & mole magnitudinis sacramenti omnipotenti. Quid respondit abbas Copes fratribus interrogantibus? Quid est quod scriptum est. Coeli non sunt mundi in conspectu dei. Nonne dixit, Reliquerunt fratres peccata sua & scrutantur cœlestia? Quo audito, fugit unusquisque in cellam suam. Sic & uir ille eximiæ discretionis ac præcipue sanctitatis abbas Pastor, nonne timuit loqui de profundis scriptis?

Ecclesiast. 32
Proud. 22

Plat. 119

Psalms 102
Psalms 103
Isaiah 63

Iob 48

N s rælo.

ra locis. Vnde dum quidam magnus senex uenisset ad eum à loco longinquo, ccepisset ergo de altis scripturarum passibus secum fari, sanctus ille omnino conticuit. Postea uero sene illo morem sancti uiri noscere, atque redeunte atque dicente, Quid faciam abba, quia adhuc passiones dominantur animo meo? exhilaratus uir sanctus: Modo, inquit, bene uenisti. Iamos meum aperiam & implebo illud bonis. Cumq[ue] de modo praeualentib[us] passionibus ac uitij eleganter dissenseret, et dificatus ualde senex, respondit: Vere haec est uia, & non est alia. SAC. Omnia ista saluberrime sunt inducta, & expediunt pro cautela. Ego quoq[ue] iuxta informationem tuam à curiosa perscrutacione cauebo, nec terminos milii prefixos transgre di attendo. Tamen si placet, aliquid super his tangere, ut uel studioſitati uel curiositatia latifiat quorundam, & ignorantia nugationis recedat. VER. Fateor aliquam esse scrutacionem credendorum moderatam atque laudabilem. Ideo tua intentionis pietati parabo.

Articulus XXXIII. Quod mirabilia sacramenti eucharistiae, credibilia facta sunt nimis & rationabiliter presuadentur. VER.

Dixi tibi iam ante, quae admodum quadam credibilia per se seorsum sigillatim q[ue] sumpta, ualde mirabilia & quasi incredibilia videantur. Tamen quū cuncta credenda cum rationibus suis ac argumentis arque connexionibus comportatur, cessat magna ex parte miratio nec solum credibilis, sed & rationabilis, imo superrationabilis ac rationabilissima esse uidentur. Itaque corpus & sanguinem CHRISTI in sacramento contineri quis non miretur? Sed aduerte hoc corpus simul cum anima sua assumptum esse à uerbo & terno in unitate personæ, & uide si non mirabilius sit ipsum corpus non esse ubique est uerbum & ternum seu unigenitus filius dei, quamquid ipse sit simius in pluribus locis. SAC. Hoc non miror, quia cum uerbum & ternū sit uerus deus, patri & quale, incircumscripsum & ubique, corpus uero sit pura creatura, non potest esse ubique est uerbum. VER. Nonne humana natura in CHRISTO est supposita in uerbo, nec per se persona, sed uerbum est eius persona. SAC. Sic credimus, VER. Nonne in ceteris omnibus, in quibus sunt plura supposita eiusdem naturæ, inueniens naturam extra suppositum seu personam, non econuerio? SAC. Imo, quia natura de se cōmunicabilis est, non per sona. VER. Et tamē in CHRISTO inueniens personam extra naturam, uide licet uerbum, ubi non est assumpta natura. SAC. Aduerto quid uelis, & mirum est hoc, atque in solo CHRISTO puto hoc inueniri. Nec tamen appetit hoc tam miru consisteret, quia illa natura non est propria ipsi uerbo ex propria ratione seu specie, sed assumptione, & est quasi habitus ei attamen mirum est. VER. Eo ipso quo corpus illud à uerbo & terno assumptum est, constat ei multa competere, quæ nulli alteri queunt corpori conuenienter: imo decet omnipotētem per corpus illud & in ipso & circa ipsum mirabiliora agere, quam in tota reliqua substantia corporali. Porro, ut tacitum est supra, aduerte unigenitum dei ex ineffabili charitate sua ad uos, hominem factum pro uestra salute, & seipsum obtulisse pro uestra redemptione deo patri in cruce, atque se totum secundum naturam assumptam impendisse uestra redemptioni ac dei patris honori. Et uide quid sapientius, quid subtilius, quid profundius poterat excogitari, quam ut hoc modo immoletur pro uobis omnibus quotidie patri & terreno, ad eius gloriam & honorem, & ad copiosam ac multiplicem uestram opem, gratiam & salutem. SAC. Haec ratio tacta est supra cum alijs sibi similibus: quæ quamuis in auribus similius, praesertim illuminatorum, dulciter sonent, tamen apud carnales & perfidos non farent. VER. Carnalis homo quidem non sapit ea quæ deisunt, & nunc insuper intuere. Nonne enim mirum tibi appareat, quomodo totus mundus sine armorum uiolentia, sine humana potentia, sine magica arte, sine circunventione aut calliditate, ad hanc supermirabilem poterat quidē fidē ac arduissimā legem induci, quas nec tyranus & crudelitas, nec per sequentium rabies, nec philosophorum subtilitas, nec regum imperatorum & robur, nec tentationes diabolice aut humanae potuerunt eradicare? imo quam diu Christiana plebs iuxta suæ fidei legē digne efficaciter p[ro]uixit, fides h[oc] inter tot & tatas resistet, repugnat, obices magis ac maxime crevit. SAC. Hoc reuera, pr[et]sus, mirabile est, nec dubitamus ad corroborationē fidei sancti hu[ic] facta esse innumerabilia p[re]clarā miracula signa, pdigia & porteta, sed p[er] aliqua euidentia in naturalib[us] & in alijs petim declarari ac p[ro]uaderi, q[uia] in hoc sacro sit corp[us] Christi, imo tot & integer Christus. VER. Considera oportentia dei & ei potentia esse

esse penitus intensiu ac perfectionaliter infinitam. Ideo nullum effectum posse esse tantæ ammirabilitatis, difficultatis aut eminentiæ, quin omnipotentia h[ic] infinitipotentia superbenedicti dei in infinitum sit maior. SACERDOS. Hoc quoque credimus. Tamen ea quæ implicant contradictionem, ut multa quæ in isto sacramento creduntur, implicare putantur, deus facere nequit, uel potius ab eo fieri nequeunt, quod non ex illius omnipotencia, sed rerum incapacitate prouenire fatemur. VERITAS. Nullum eorum quæ creduntur à deo contradictionem includit. SACERDOS. Vnum præexistens conuerti in aliud præexistens sine sua corruptione: & idem numero simul contineri in locis diuersis, grande corpus in loco permodico, dimensio[n]es quoq[ue] scintiæ penetrare. Insuper unū & idem simul quiescere & moueri, & ex accidentibus generari & nutriti substantiam, ac quædam his similia, quæ in isto sacramento uel circa ipsum, & in speciebus eius creduntur, nonne contradictionem uidentur includere? VERITAS. Pro omnium horum solutione perpende quod omnipotens supergloriosissimi & superliberrimi dei nequaquam ad h[ic] rerum ordinem, cursum & legem artatur, quod non solum scriptura, imo & ratio bene disposita protestantur: quamuis philosophorum quorundam fatuas longe aliter sensit. Et ipse omnipotens per innumerabilia miraculosa & supernatura[rum] facta hoc demonstrauit. Ideo præter naturales & solitas transmutationes, ipse potest unum subsistens in aliud subsistens instantanea transubstantiare, qui sine motu & intermedia mutatione attingit materiam primam, ut est quid in sua natura. Potest item efficere q[uia] unum & idem sit simul in pluribus locis, sive per multiplicationem eiusdem, sive per conuersiōnem aut transubstantiationem plurim in unum & idem nec ignoras q[uia] unum & idem per accidens simul possit quiescere & moueri. Dimensionum etiam penetratio non implicat, quemadmodum implicat dimensionem non habere partem extra partem, uel in aliquo subiectu esse albedinem & tamen non esse album. Et breuiter omnipotens incircumscribibilis deus potest in infinitum plura & maiora ac mirabiliora efficere quam possit comprehendere mens humana, quæ nec etiam minima rerum plane ualeat cognoscere. Nonne creator sublimis & adorandus, qui quotidie tot aias rationales facit ex nihilo, potest unū corpus facillime in aliud uertere? An ignoras quam mira assidue etiam naturaliter fiant? Quomodo in unda quadam lignum inox in faxum uerritur? Quod si scripturam audieris: Nonne uxor Loth in statu salis protinus est conuersata virga Moysi in serpente, ac serp[ens] in virga? Sic & sanctus Iohannes apostolus precibus suis ac meritis uirgas & lapides in optimum aurum conuertit, quod rursus ipso orante in pristinas redit species & naturas. Ita ad sanctæ Barbaræ uirginis iustam maledictionem pastoris iniqui ques in locustas conuersæ sunt. Itaq[ue] omnis creatura per obedientiale sibi innatam potentiam, ad nutrum obedit creatoris imperio. Nonne iuxta Auicenam, Algazelem, & alios quosdam philosophos, ex sola cōceptione seu apprehensione intelligentia, sequitur in inferioribus isti effectus, etiam supra aut præter naturam, quia inferiora ab intelligentiis ponebant producta: quantumagis ex apprehensione & iustione superdignissimi creatoris fiet quicquid uoluerit in rebus creatis. Dic quomodo in modicissima parte pupillæ oculi tui recipiatur species colorum tam diuerorum, imo similitudines tam gradiū rerum, representantes res ipsas cum suis figuris, magnitudinibus ac dispositionibus uarijs? Qualiter tantarum molium totq[ue] uarietatum ac multitudinum imagines ac representationes simul recipi queunt ac fieri in pupilla tam modicas? sic & in ceteris quis sat s[ed] miretur cohabititudinem potentiarum & obiectorum. Miraris q[uia] corpus tam magnum sub speciebus tam modicis continetur. Et quomodo capere potes, quod ramen ratio dictat sic esse, q[uia] anima rationalis simplex & inextensa per totum corpus extenditur, imo & ipse super simplicissimus deus, in quo nulla proplus extensio, moles seu quantitas est, per totum extenditur uniuersum, ita q[uia] ubiq[ue] essentialiter personaliterq[ue] constituit. Si omnipotens non sciret nec posset nisi unum modum locandi corpus in loco, uidelicet commenaturat, & per propriam ipsum corporis qualitatem, recte obiecteres: sic ei accidentia sine subiecto esse, admiratione & supernaturali causalitate non caret. Et nonne creator omnipotens potest per se immediate influere accidenti, uim illam fulcituam qua accidens sit, & in esse permaneat supernaturaliter uirtute diuina, quam naturaliter influit ei per creatam substantiam. Denig[ue] cernimus q[uia] panes, pisces bestiarumq[ue] carnes in carnem hominis conuertuntur quotidie uirtute caloris naturalis, prout instrumentum est animæ. Et nonne potest deus facere in instanti per seipsum sua infinita uirtute, quod potest & facit per causas intermedias naturales, saltem in his quæ non derogant excellentiæ suæ. Sic &

Obiectio

Solutio

Gene. 19
Exo. 4

D. DIONYSTI A RICKEL CARTHUSTANI,

Christus subito conuertit aquam in uinum. Quid igitur mirum, si subito conuertat panem & uinum in corpus & sanguinem suū, qui indeſinenter per causas naturales ſecundas conuertit cibū & potū in corpus sanguineū & humanū? Vnde & tētator ſciens diuine esse potētia, hoc immediate per ſe ſupernaturaliter facere, dixit ad Iesum: Si filius dei es, dic uirapi deſiſti panes fiant. Præterea, de penetratione dimensionū qd eatenus obſtupet citis, cū & Christus ex uirgine natus fit, ipſa integrā permanente, iñmō & de clauſo ſurrexit tumulo, clauſisq; foribus ad diſcipulos fit ingressus: quod & diuina virtus te quoq; in alijs factū eſt, ſicut in Actib; legi apostolos p angelū eductos de carcere clauſo, in eorū exiſtu clauſo manete. Thomas quoq; nōne ianuis clauſis ingreſus eſt thalamū ſponſi & ſponſae? Alexan deriq; papa ſanctū carcerem, in quo fuī illuſtrissimus martyr Hermes, & multa hiſ ſimilia ueritatem ſunt deſcripta. Inſuper, nonne Albuſmas ar astrologus in Introductorio maiori, libro ſexto fateatur, q; ſole eſt iñ Virgine, naſcitur in terra uirgo mundiſſima, & ipſa ſedet ſuper ſedē ſtratum, tenens ſpicias in manib; & ſouet in gremio infantulū ex le nativitātē in hoc errasse minime dubitatur. SAC. Reueruſi ſi ſita rite penſentur, ſatis & ſuperficiis perluſiſti propositum, & ſuper hiſ gratias ago & contentor. VER. Iam agis ſicut dixiſti, moderato contētus ſcrutinio, nec patrū transgredeſ terminos. Sed dic, legiſti ne deuotionale opuſculū uiri deſuper uncti, & deuote ſimpliſcieſ q; de materia iſta ſcribētiſ, qui diſcre potuit. Quoniam non cognoui literaturam, introibo in potentias domini. SAC. Religioſum patrem Iohannem Ruysbroek (ni fallo) notaſi facor me eius legiſte Tractatum, qui quanto ſimpliſcioſi ſtilo eſt editus, tanto plus deuotionis excitatiuſ mihi uideſ. VER. Ad legiumentū aedificationem aliqua recita inde.

Articulus XXXIII. Introductio uerborum quorundam ex Tra-

ſatu cuiuſdam uiri illuminati.

SAC.

Venerabilis pater Iohannes Ruysbroek cuiudam ſcribē ſanctimoniali. Si uolueris, inquit, in ſacramento ſanctō accipere corpus dominicum ad dei honorem & tuam ſalutem, debes in te habere quatuor puncta, quae beatissima uirgo Maria in ſe habuit atq; exercuit, quando filium dei concepit, quoniam ipſa eſt ſumma magistra uiuēſarum uirtutum, & doctrix omnis ſanctitatis: Primum hoꝝ eſt puritas: Secundum uera cognitione: Tertium humilitas: Quartum eſt liberæ uoluntatis concupiſcibilitas. Probate ergo & confideſte aspectum ſeu faciem conſcientiae uerſtæ, & quiquid in ea inueneter diſplicens deo, hoc humiliſter & queruloſe cōfitearis, ac malū de quo plus uerecundaris, nequaquam negligas conſideri, & accusa teipſam tanquam tui ipſius iniamicam mortiferam ac capitalem; ſicq; poteris munda fieri ac ſyncera. Porro de defectibus tuis quotidianis ac communib; ac leuioribus, de quibus uix aliquis potest abſtinere, conſiteſ paucis ac breuib; uerbis, ut ſiſ inoccupat, id eſt, mente indepicta. Veruſamen magnam conſitionem & cordis amaritudinem habeas de uiuēſis tuis peccatis, bonāq; uoluntatem ſemper bene agendi & abſtinēti ab omnibus mortalibus uenialibus ſe peccatiſ: & ante omnia habeas ſemper fidem magnam & ſpem amoris aſi deo, quae duo multum ualent ad delendum peccata. Cauēas uero à confessionibus prolixis & uerboſis, quia deordinant, & ſcrupulosam erroremq; efficiunt. Secundum eſt uera dei cognitione, quā ne mo potest habere niſi conſientia mūdā habēs. Hāc dei cognitionē glorioſiſima uirgo Maria habuit ſumme poſt filii ſuū, præ oib; hoib; q; unq; fuerūt. Alia duo pūcta nō exeq; ſaltem poſt hæ duo. Et de humilitate quid sit conſtat. Quid autem intelligat per liberæ uoluntatis concupiſcibilitatem, ignoro & diſcere cupio. VER. Potest per hoc accipiſ feruens deſiderium, ſeu interna auditua communicandi, quod aperit mentem ad ſalubrem uſceptionem dilecti. Quemadmodum enim beati qui eſurient & ſituent iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum celorum: ita & beati qui eſur iunt ſituent q; fontem iuſtitiae Christum dominum in hoc ſacramento cōtentum, quoniam replebitur beatificatioſi ne ipſius. SAC. Deinde ſubiungit: Quando rex magnus & prudē uult peregrinari remo‐te, conuocat principes ſuos, facitq; eis conuiuum, atq; committit eis regendam ſuā regiōnem, populum, ac familiam ſuā uſq; ad rediutumq; Christus rex regū exiſturus de mundo ad patrem, fecit cenam magnam nouiſſimam, ad quam duxit apoftolos, quibus comiſſit ſacramenta ſua ac populum ſuum, & quia ſequenti diē fuerat moriturus, fecit ibi teſtamentum ſuum, reliquens illud ſuī apoftolis, & per ipſos cunctis fideliſbus uſq; in fine mundi. Ifud teſtamentū eſt ipſem eſt in ſacramento, & ipſe à patre primus conſtitutus eſt epiftopus totius Christianitatis, atq; in ea primam Miſſam celebrauit, in qua apoftolos or-

DE SACRAMENTO ALTARIS.

211

dinavit prefbyteros, & ſeipſum ex nimia charitate dedit nobis in anima cibumq; potum. Amor Christi auarus eſt & largus, iñmō ſuper oria auarus eſt & largus, qui dat nobis totum quod eſt & habet: & econuerſo recipit a nobis ſimiſter totū quod ſumus & habemus, ac ſuper hoc quodammodo poſtulat a nobis plus quam ualeat exoluere: ipſius eluties, id eſt zelatio noſtræ ſalutis, magna eſt & abſq; menſura ſpe cōſumit nos funditus ex toto, & medullam ex oſſib; noſtris conſumit. Atramē ei bene fauemus, & quāto plus ei fauemus, tanto melius ſapimus ei. Et quantumcumq; nos conſumit, impleri tamen non potest, quoniam aui habet inſatiablem appetitum. Et quoniam ſimus pauperes & egeni, tamen non curat, quoniam nil uult relinquare nobis: ideo p̄parat nos in cibum ſibi. Primitus comburit in amore omnia noſtra peccata & defectus: & quando purificati ſumus & aſſati, tūc aperit oſſuū tanquam uulſur qui uult omnia deglitire: quoniam uitam noſtrā peccatis plena: quae nobis ſemper extat parata, dummodo uelutinus noſiſpos abnegare, & deinceps peccata uitare. Si uiderem eſſemus cupidus appetitum quem Christus habet ad noſtrā ſalutē, non poſſemus nos continere, qui in eius guttur uolare uellemus. His cōſimilia ſcribit multa, que mallem clarius elucidati, quām diſtuiſ profequi. Quomodo enim amor Christi auarus eſt, & totaliter nos conſumit: VER. Vir ille ſpecialem habet modum loquēdi, in mul tis frequenter metaphoricum & obſcurum: tamen ipſem eſt exponit. Amorem itaq; Chriſti metaphorice uocat auarum, quoniam ſicut auarus bona aliorum attrahit ſibi & colligit, ſic Christus ſuoſ fideles attrahit ſibi, & unum per charitate in facit eos in ſe, atq; incorporat ipſos ſibi, ut ſint myſticum corpus eius. Sic quoq; conformat eis ſuę uitę, ut Christi formiter conuerſentur: id eſt, ſecundum exigentiam & renorem charitatis diuinae, atq; ſecondum ſynceritatem euāgelicæ legi: nō quae ſua ſunt, ſed quae Christi iugiter exquirentes, ut dicere queat unuſquisque ipſorum: Vuo iam non ego, uult uero in me Christus. Et ita cōſumit eos, non ſecundum ſubſtatiā deſtruendo nec uires, ſed quicquid proprieſ uoluntatis & inordinatæ affectionis eſt, tollens ab ipſis, ita ut plene ſint resignati & abnegati. Cumq; ſic purgati fueritis, & igne diuini amoris ſuccenſi, Christus aperit oſſuū ut uultur, id eſt, cum in genti cordis affectu coniungit uos ſibi & absorbet in ſe, cupitq; ut indeſinenter feruentia & intiuſ in uiuēſcerimini ei, ita q; ſi lymphido intellectu conciperetis inæſtimabilem eminētiā ſuę charitatē ad ueſtrā ſalutē, uix poſſetis nos cōtinere quin amo re reciprocō & grata affectione tenderetis in ipſum. Dicitur quoq; plus poſtulare q; poſſiſ exoluere, quoniam iubet ſe toto diligi cor de: quod non in uia, ſed in patria perfeſte impieſt. Vel quia beneficia eius ac charitas ad uos ſunt tam magna, q; uicem condignam re pendere non ualeat. SAC. Ex hiſ fateor clare intelligentia inductōrum. Præterea ſcribit: Prima diſſerentia communicatingantū, eſt deuotor, qui ex natura ſunt teneri cordis: qui dum tanguntur gracia dei, ſi tunc ſequitur motum gratiae atq; obediunt ei, intantū accendit eorum affectio & delectatio ad Christi humanitatem, q; leuit̄ contemnerent & relinquerent omnia que ſunt mundi, quatenus poſſint uti ſuo dilecto ſecundum modum, quo tanguntur ſecundum ſenſibilē ſuā affectionem ac dulcem. Et quia non queunt ſuo domino hic magis appropinquare quām in ſacramento, ideo cadūt in defectum ſeu extraſim deſiderio ſacramenti, ita quād eis apparet quād furere debeat perire, niſi poſſint ad ſacramen tum accedere. Verum pauci ſunt tales, & communiter ſunt mulieres aut uirgines, que ſunt tenerae complexioňis, nec ſunt eleuati aut multum illuminari: hinc exercitatio eoz, eſt ſenſualis aut concupiſcentialis, & omnino transformata cum Christi humanitate: nec in telligere ualent aut tentiſt, qualiter Christus spiritualiter ſumi poſt eis ſacramēto, quoniam langueſt deſiderio humanæ p̄ſentia CHRIſTI, & nemo poſt eis cōſuleret, aut eos ſuare ſeu tranquillare, niſi accipiant ſacramentum: quo acceſto, ſunt pacati, & utuntur ſuo dilecto in quiete & ſpirituali ſapore, ac ſupereffluenti dulcedine, uſq; ad tempus quo graſia & exercitatio iterum renouatur in eis: tunçq; rurſus labuntur in priorem communicā di affectum & extraſim, quia inuinquam antea ſacramentum ſumpſiſſent. Cor eorum hiat & aperit, quia eſſent inſenſati, ut rurſum communicent. Ideo deſignati ſunt per Regulum, qui non ceſſauit quin Christus in domum ſuā deſcenderet, alias putauit filium ſuū pro tuiſ moriturum. Secunda ac altior ſpecies communicatingantū, eſt hominum qui ſubtileſ ſunt intellectu, & intellectualeſ in ſpiritū, & tamen inclinabileſ ac lubrici ex natura: qui dū graſiam dei accipiunt perſueranteſ in ea, neceſſe habent ſaſe certare, quia in eis caro ſpiritui

I. Cof. 18.
Gala. 2

Dante. 6;

Regula
Johann. 4:

N 7 conf.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHVSIANI,

contrariatur. Ideo eligunt quādam uitam introuersam, & exercitium in spiritu coram deo, & ita effugient tentationes & motus concupiscentiarum: qui si tunc magis confidunt in deo & in gratia eius, quām in proprijs exercitijs, uribus meritis & industrijs, elevantur su prasum cognitionem rationalem in lumine dei in quo si manserint eleuij, & plus amauent a defiderauerint quod supra rationem est ac incomprehensibile, quām ament totum quod ipsi capere possunt cum ratione, tunc perfecta fit fides eorum, & charitas in suo fundo recte fundata: & ita sunt liberi, & agnoscunt deum ac ueritatem, omniumq; virtutū radicem. Veruntamen natura manet uia in carne & sanguine, in passionibus & inclinationib; suis: quas dum actualiter in se sentiunt & aduentur, abiciunt & contemnunt eās, & omne quod in ipsi deo ac saluti extat contrarium. Et sensuū tamē relinquentes, fugiunt ad intra in spiritu coram deo cum fide, deuotione ac humili actione, instat Pauli apostoli, q; tentabatur in carne. Et assimilantur Centurioni, qui habuit serum infirmum in domo, id est, corporalem naturam nondum purgatam: & sicut Centurio fuit incirculus, sic & ipsi sunt adhuc aliqualiter irreformati: & quamuis infirmi sint in carne, ac tententur in natura, tamen in spiritu suo pleni sunt fide, deuotione & dilectione, indigent quoque forti cibo, id est sacramento, quo ualeant passiones tentationesq; superare, & hunc cibum temper accipere, quoties conuenit ex ordine uel officio seu cōluetudine bona eorum, inter quos conuersantur. Tertia differentia est hominum sanctorum magis eleuatorum in spiritu, q; sunt totaliter introuersi cum uribus, actibus ac sensibus suis: & assimilantur Zachæo, qui ascēdit in arbore ut uidet IESVM. Quarta differentia est eorū, qui in obseruatijs & praceptis sunt diligentes. Quinta differentia est eorum qui curiosi sunt & sibi placentes, & apparentias faciunt, & cupiunt honorari ac reputari: idcirco destituti sunt gratia. Deinde sc̄bit de vita perfectorum quādam sublimia, quā quantum capere ualeo, non expedit similibus scribi ac idiotis: & modus eius loquendi talis est, q; à talibus apprehendi non ualeat, imò posse ipsiis esse erroris occasio video illa dimittit. VER. Etiam uiri doctissimi discep̄tientia habuerūt in modo eius loquendi, & putauerunt eum inciduisse errorem, imò & hæresim liberorum spirituum, quos tamen non incidit nec sensit, sed reprobat.

Articulus XXXIII. Allocutio amorosa ad Christum, dispositiva ad communicandum, & regratatoria pro beneficio dei. Sacer.

O Domine & saluator, unigenite dei patris ac sacratissimæ virginis matris, & con-
ditor & amator, & saluator & iudex omnium nostrum, quantum tu nobis a man-
dus es, quâm colendus ac metuendus. Tu enim secundum tuam diuinam natu-
ram es naturaliter, interminabiliter bon^o, amabilis, desiderabilis & decorus, sua-
uis, omnipotens, sapiens, diuines, sanctus, felix, perfectus, iustus & pius, liberalis, verus, uiuens,
inuariabilis, simplex, summe & incomparabiliter diligendus, colendus, laudandus ac formi-
dandus. Cur ergo te non semper a pocio? heu quare non uito cu[m]e quo tua præsentia po-
test offendi & sancta dilectio minui? O domine deus, quâm paratus es nobis affluenter com-
municare, infundere, dare charismata gratia, charitatis ardorem, profectum uirtutum, qui
tam amoros me præuenis, qui teipsum sic offers, & ad tui susceptionem tam opportune et
quodammodo importune inuitas, promittens bona eterna & gloria, si uenerio; & commi-
nans mala damnationis perpetua, nisi accessero. Et ita te exhibes datorem & donum, con-
suuam & cibum, hospitem & refectionem, medicum & medicinam, iudicem & aduocatum, cre-
atorem & reconciliatorem quotidie. Astant angelis sancti, mirantur tanta mysteria, stupet
mirabilia dei in sacramento amplius tamquam obsecrantes, charitatem, misericordiam, libe-
ralitatem dei ad homines. De ingratitudine, irreuerentia, immunditia plurimorum tristian-
tur; deuotioni, sinceritati, profectui, uirtuosorum congratulantur. Tota triumphat ecclesie
sua super omni pietate, beneficentia, charitate & gratia dei in militante ecclesia, regnatur
præcordialisima affectione altissimo. Et miser ac improbus homo, non aduerit, non inca-
lescit, nec condigno affectu gratias refert. Olim in lege non licuit ingredi Sancta sanctorum,
nisi summum pontifici; iam tu sancte sanctorum sub sacramento introire dignaris os & ani-
mam cuiuslibet tui fidelis. O quâm reuerenter & attonite sancti utriusque testamenti, appa-
rentibus sibi de celo angelis sanctis & ciuiibus regni coelestis, occurrerunt; & nos insen-
ti & gravi corde, fidem dormientem magis quâm uigilantem habentes, cur creatori a co-
mino angelorum tam irreuerenter & imparati occurrimus? Heu quia sol sapientia nō ori-
tur nobis, & lumen intelligentiae non infulget mentibus nostris; quoniā obicem ponimus

2. Cor. 12
LXX, 7.

Lucas, 19

Leruit, 14
Fleibr.s.

SapJ, 2

DE SACRAMENTO ALTARIS.

carnalitatis, & negligenter in se inuoluitur tenebris, imaginationū tumultui, in quietudinī, moribus passionū. Tu autē dñe puritatis immēsa, sapientiæ infinitæ, maiestatis incircumscrip̄tæ, pura mente, ut decet, uis recipi, sapienter cōsiderari, reuerēter, amoro ac timor traſcari. O sancte sanctorū, o omnīu fons bonoru, o liberalissime & affectuofissime benefactor, quāta devotionis exuberātia, quanto diuini amoris signo, quāta gratitudine electus ille. Da uid accendebat, æstuabat, replebatur, cum corā toto populo, uiribus totis corā area faltauit, regiæ dignitatis oblitus, tuā bonitatē perpendes, tua beneficia re colēs. Et qd arca nisi resinaata, & tua humanitatis figura: Cur ergo corā hoc incōprehensibili, superdignissimi mos sacramēto, stamus tam tepidi, manemus tam frigidī, & cessamus à laudib⁹ dei, nec cū puritate, seruo ac spiritali iucūditure accedimus? Illumina dñe faciē tuā sup nos. Perfundi cor nostrū clarissima luce doni sapientiæ, fidei orthodoxæ, atq; euangelice legis. Transfer nos dñe in diuitias gloriæ tuetela uos super nos, atq; in cordis puritate nos robora & conserua. Ad fontē misericordiæ summū ac munificiæ cōfessum patrē familias inops & mēdicus nunc uenio, ante ianuā tuā immēsa ac liberalissimæ munificientiæ me prostrorio: panē ui- tæ & inrellēctus expōso, aquā sapientiæ salutaris efflagito, panē quotidianiū ac supereressen- tiālē cum debita humilitate, deuotione ac synceritate suscipere opto. Qui te ipsum uis dare, doneā præparationē ad tuā susceptionē digneris conferre. Ecce uenit ad te oāia mea do- minator quem queris: gaude & lætare occurrēs deo tuo, cū omni humilatione, custodia & seruo: tene illum, nec dimittas: gratias age indefinenter, ut maneat tecū in gēternū: serui ei corde perfecto, ac uoluntario animo, desiderio cōplacēdi ei, atq; timore offendendi eū. Re- cede & fugē ab omni peccato, & in omni uirtute te exerce. Ad laudē & gloriā eius, qui est su- per omnia sublimis deus & benedictus. Amen.

Finis

E R R A T A.

Da 2. Reg. 6

14 Psalm, 66

Thre,3
Ecc1,18
Matt.5

• Ifaj z

6384

D.DIONYSII A RICKEL²¹¹

CARTHUSIANI EXPOSITIONIS MISSAE

Liber Vnus.



EMORIAM fecit mirabilium suorum misericors & mi
serator dominus escam dedit timentibus se. Amator ho
minum, creator atq[ue] salvator noster, humanam mentem
ad diuinorum beneficiorum obliuionem & ingratitudi
nem pronam cognoscens, tale nobis passionis dilectio
nisq[ue] suæ memoriale reliqt, ut iam axis sit durior & fer
ro rigidior, qui tantæ charitati ac liberalitati ingratum
se exhibet. Nempe ante diem festum Pasche, cum dile
xisset suos qui erant in mundo, uolens corpori suo mysti
co, id est munitanti ecclesia, ardètissimi sui amoris arram
relinquere, sacramentum corporis sui ac sanguinis insti
tuuisse quo uelut in speculo, omnia reluceret per fidem,
Lohan, 13.

que ipse pro nostra salute assumpit, fecit, & pertulit. Et ideo discipulis, atq[ue] in eorum per
sona uniuersis sacerdotibus dixit: Hec quotiescumque feceritis, in mei memoriam faciet isti
Luce, 22.
quatenus tories flama divinitæ charitatis cor nostrum accederet, quoties pignus tati amo
raris recipiet siue recoleret. Sed quoniam consecratio huius sacramenti solis sacerdotibus
credita est (quod eis agere nisi in officio Missæ non licet) idcirco ad tale officiū digne fru
tuofelij peragendum, cum omni solicitudine & seruore parare se debent, quatenus sicut
Damascenus quarto libro hortatur: cum omni timore & conscientia pura, & inh[ab]itabilis
Damasen⁹.
fide accedant. Malis namq[ue] ministris fas non est sacra symbola, id est exteriora signa, vel ua
fa contingere, quemadmodum Dionyssius ait. Vnde quotiescumq[ue] sacerdos sine uera cor
dis cōtritione & cordiali penitentia celebrat, tories grauitate peccat, ut Thomas tertia par
te ostendit. Tenetur ergo sacerdos cum ingenti deuotione, & actuall attentione celebra
re. Deuotio autem est actus uoluntatis, ex diuina charitate procedens. Voluntas uero nil, Deuotio qd
diligit, nisi quod intellectus cognoscit, ut de cimo de Trinitate Augustinus testatur. Ut et
go sacerdos sacratissima uerba Missæ, deuote & affectuose, id est, cum interno quadam sua
vis sapore pronuntiet, oportet ut ipsorum uerborum sensum luculenter intelligat. Veru
tam sensus hic saepius satis difficultis est, præsertim si quis plene atq[ue] profunde uerba ipsa
perpendat. Expedit igitur ea exponere, & qualiter affectus celebrantis formandus sit, ex
planare. Quod qui suis uiribus implere præsumit, uanissimum est. Eius ergo misericordissi
ma pietas imploranda est, de quo in Psalmo cantamus: Accedite ad eum & illuminamini, Psal. 13.
& facies ueritatem non confundetur. De cuius ope & solita pietate confidens, hoc ipsum ag
grediar, non proprium sensum, sed patrum dicta sectando, ad laudem eius, qui est super
omnia sublimis & benedictus.

Articulus I. Qui dicit deuotio.

Apostolus ait: De cætero, nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata domini Ie
Gala, 6.
su porto in corpore meo. Ad talen utram unusquisque sacerdos ratione suscep
ordinis atq[ue] iniuncti officij obligatur, ut prædicta uerba Apostoli ipsi conue
niant, & ea in propria persona dicere possit. Debet namq[ue] crucis mortificationem
fugiter in suo corpore circumferre, quemadmodum mones beatissimus apostolorum uer
tex in prima sua Canonica, dicens: Christus passus est pro nobis, uobis reliquis exem
plum, ut se quamini uestigia eius. Ideo enim facti Canones instituerunt, ut sacerdotes casti
tatem promittant, quatenus carnis spretis illecebris, filii uirginis castissimis manibus tra
cent, puris labijs laudent, impollutis ore recipiant. Quoniam itaq[ue] dictum est, quod sacer
dos cum ingenti deuotione & actuall attentione celebrare tenetur, declarare oportet quid
sit deuotio. Aduertendum ergo, q[uod] charitas omnium uirtutum prima & ultima dicitur, quam
uis eam precedat fides: fides namq[ue] totius spiritualis edificij fundamentum est atq[ue] origo.
dist si. c. pro
posuisti, &
c. p[ro]p[ri]etate
byer,

I. Petri, 2.
Isai, 21.
Abac, 2.
Matt. 9.
Mark, Lu. 8.

Nam teste Isaia, Qui incredulus est, infideliter agit. & Abacu ait, Iustus meus ex fide uiuit.
Vnde in euangelio sepius dicit: Fides tua te saluū fecit. Imo iuxta apostolum, Quicquid nō est
ex fide, peccatum est. Quod ergo charitas olim uirtutum prima consistit, si fides eam precedit?
Sed respondendum, q[uod] effectus uitritus est operante perficere, & opus eius deo acceptū effice
O re. Cum

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI

re. Cum ergo nulla actio sit meritoria nisi aeternae seu deo accepta, nisi a charitate aliis modo procedat, utputa elicitu uel imperatiue, iuxta illud Apostoli: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habea, factus sum sicut et sonans aut cymbalum tintinnens, ideo charitas, prima omnium appellatur uirtutum. Charitas enim deo affectum grate coniungit, & omnium aliarum uirtutum operationes ad ultimum finem (qui est deus glori osus & sanctus) reducit ac ordinat: propter quod omnium uirtutum ultima nominatur. Ipsa est enim regina uirtutum & finis eis. Et sicut deus est omnium regis principium & finis, sic charitas dei omnium uirtutum primus appellari potest ac finis. Vnde quicquid cogitamus, es famur uel agimus, ad dei amorem referre debemus. Nihilominus, fides charitatem praecedere dicitur, quoniam ipsa ad intellectum pertinet, affectusq; dirigit, & uoluntati ostendit quod diligendum existat. Pater ergo, q; fides charitatem praedicit secundum uia gnatationis: charitas uero fidetur pcedit, secundum uia pfectionis. Denique, dilectio quae est actus charitatis, in cognitione dei fundatur: & ideo dici solet, q; amor ex cognitione procedit. Dicit enim Psalmista: In meditatione mea exardest ignis. I. ardor diuinæ dilectionis in mente mea exurgit, dum meditationi intedit. Sed quæsi potest, quod cognitio causa dilectionis dicatur, cu bonitas rei amata est, quæ dilectione in animo diligenter inducit atque excitat. Et respondendum, q; cognitio boni est causa dilectionis, tanquam uia qua ad amorem boni tendat uoluntas. Bonitas autem rei, seu ipsius uoluntatis obiectum, est causa dilectionis motiva & quasi efficiens. Quo igit cognitio clarior fuerit, & bonitas rei maior extiterit, eo uia ad diligendum est melior, & causa amandi intèrior. Ipsa quoque dilectio dei, dilectione habet adiunctam, quemadmodum scriptum est: Memor fui dei & deflectus sum. Et rursus, Cœcupiscit & deficit aia mea in atria domini. Et sequitur, Cor meū & caro mea exultauerunt in deum uiuum. Vnde deuotio nihil aliud est, q; prompta uoluntatis affectio exequendi ea, quæ de sunt, & diuinum honorem ac cultum concernunt. Deuotio ergo ex contemplatione diuinæ, mediante dilectione, cauatur. Ex hoc enim quod dei diligimus, & in eius dilectione gaudemus, in ardore affectus ad eamplēda, quæ deo sunt placita. Porro, in dñō nō Iesu Chfo est duplex natura, & una persona; & secundum utrāq; naturam, contemplādus ac diligendus est nobis. Sed q; diuina eius natura p̄stantior atque pfectior est humanitate assumpta, eo contéplatio Chri secundum naturam diuinam & secundum hanc eundem diligere, dignior ē & itē sublimior, q; contéplatio eius secundum naturam humanam, & secundum hanc eū amare. Propter quod ait Apostolus: Et si aliquid Christi secundum carnem cognouimus, tñ iam nūc nō nouimus. Imo in oib; ita est, q; quanto res cognita melior atque diuinior extat, eo contéplatio eius desiderabilior ē: & amor ex huiuscmodi contéplatione emanat, magis meritorius ē, & deo acceptior. Vnde ipsius perbiū dicitur deitatis cognitio, & super sanctæ trinitatis speculatio, summe & incōparabiliter appetibilis ē. Et dilectio ex tali contéplatione procedet, maxime meritoria ē, & diligētem desificat. Sed ad hanc pfectionem nemo ptingere ualeat, nisi q; Chri cōuersatione in modo imitari studuerit, eius humilitate se cōtudo, patientiā amplectido, charitatē sequēdo, obedientiā imitando. Qui em̄ dicit se in Chfo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambularet radius q̄p diuinæ lucis, in superiori parte rōnalis a sp̄lēdere nō potest: nec ardor diuinæ amoris, in intellectu appetitu seu uoluntati feruere, nisi inferior pars ait expurga ta ab impietate passionis & cordibus peccatorum. Qui igit Chri diuinitate contéplari & amare desiderat, eū secundum humanam naturam diligenter consideret, p̄dictas suę uitę uirtutes uigilanter p̄fando, efficaciter imitando, & secundum has cōsiderationes eū feruenter amādo. Tunc em̄ impliebit in eo illa Christi pmissio: Qui diligit me, diligit à patre meo: & ego diligo Articulus II. De deuotione quæ ad digne cōfessio (eu), & manifestabo ei meipsum.

O vod autem nunc uiuo in carne, in fide uiuo filii dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Quemadmodum in rebus uiuentibus anima est principium uitæ naturalis, & omnium naturalium operationum ac motuum, sic dei gratia in anima est principium uitæ meritoriaz, omniumq; actionum bonarum, secundum illud Apostoli: Gratia dei sum id quod sum. Quilibet autem actio ex gratia dei procedens, deo accepta est. Quicunque ergo in grā est, si celebret, meritorie agit, & uitam meretur aeternam, nisi per negligentiam propriam & uoluntatis subuersionem, gratia illa amittat in ipso accessu uel prosecutione officij. Talis autem amissio grā nō continet nisi p̄ peccatum mortale, quod charitatē quae est uita anime, extinguuit. Mortale uero peccatum incurrit per prævaricationem diuini præcepti. Cum ergo Chri hoc diuinissimum celebremus

EXPOSITIO MISSÆ.

212

brare sacramentum in sui memoriam, id est, in memoriam suę eximie charitatis ad nos atque acerbissimæ & contumeliosissimæ passionis pro nobis precepert, dices? Hec quotiescum feceritis, in mei commemorationem facietis, elucefcit quod sacerdos sine predicta Christi memoria celebrans, diuinum præceptum transgreditur: & ergo mortaliter peccat. Ex quo innotescit, cur communiter dicuntur, quod ad celebrationem, in modo & ad communionem actualis deuotio exigatur, & hoc de necessitate precepti, ita ut mortaliter peccet, q; eam non habet in ipsa celebratione diuini mysterii. Prædicta enī memoria sine actuali deuotione haberi nequit in eo, qui gratiam habet. Hec namq; memoria, cum non sit nisi recognitio bñficiorū bonitatisq; Christi, dilectionē accedit: dilectio uero deuotionē inducit, sicut ostensum est. Denique, quamvis ista deuotio uoluntatis ad digne. i. meritorie celebrandū sufficiat, non tamen pfecta est, nec debet sacerdos ea esse contentus. Qui enim hac simplici deuotione contentus est, modicum s̄pē fructū ex celebratione reportat: in modo & negligenter multas sc̄e incurrit, distractioes phantasiasq; plurimas patet in missa. Vnde nec ipsam tam suauissimi sacramenti dulcedinem experitur, sed macer & vacuus de pinguisimam illa atq; opulentissima Christi mensa recedit: nec tantæ charitatis signe succenditur, sed frigidus permanens, in semetipso arescit.

I. Corin. II.
Nota.

Sap. 16.

Articulus III. De deuotione perfecta & pura, quam decet habere celebrentem, propter tantū sacramenta dignitatem.

Sacerdotes sancti erunt deosu, & non polluent nomen eius. Incensum enim domini L. euit. 21. nji, & panes dei sui offerunt: & ideo sancti erunt. Quemadmodum Dionysius ait, Sanctum uocatur, eo quod admixtione macule careat, omnisiq; terrena cupiditatis & mundani atq; carnalis amoris contagione priuetur. Sed dicit aliquis, Quis talis esse in hac uita poterit, in qua si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipso seducimus, in qua insuper iustus in die septicis cadit? Nam Salomon testante, Non est homo in terra qui faciat bonus, & non peccet. Et respondēdum, quod sanctitas rebus ascribitur, secundum Prouer. 24. dum exigentiam & capacitatem status earum. Deus enim benedictus essentialiter & tota lñ sanctus est. Omnes uero beatū in patria, quamvis non essentialiter, sed participative sancti sint, sic tamen sancti sunt, quemadmodum sanctum modū diffinitum est. Nullius enim maculae, uel inordinate affectionis labem habent, nec habere possunt, cum sint confirmati in bono. Omnis autem bonis Christianis ac uere fidelibus hoc extat commune, quod mortalium peccatorū cordibus carent, eo quod amor diuini summusq; boni in eis præponderet temporalium rerum amori, quāuis interdum in rebus caducis inordinate & plus iusto officiatur ac delectentur. Porro, sanctis uiris id proprium ē, q; uenialia peccata tota diligentia student caueret: & quæ caueret sigillatim non ualent, incessanter quotidie deflent, redargunt, confitent, emendat. Vnde merito sancti dici possunt, licet quotidie uenialiter cadant. Nam sanctæ deuotionis sollicitudo, & ignis charitatis diuina in eis celiter totaliter consumit, quicquid uenialiter delinquit siue omittunt: immo, cum omnia eis cooperentur in bonū, non solum imperfectum suum sufficienter deplorant & corrigit, sed etiā occa sione ex uenialibus culpis accepta, quotidie pfectores, sanctior esq; sunt: quoniam dum tantum proficerne nequeunt quantum desiderant, semetiplos profunde humiliant, uchemen ter despiciunt, solicite ambulant: & quicquid pauloante operati sunt, pro nihilo astimantes, sincerius coram deo, magisq; reuerenter conuersari laborant, ita ut cum Apostolo dicere possint: Quæ quidem priora sunt oblitus, in anteriora uero extendens meipsum, ad destinatum sequor, ad brauium uocationis supernæ. Hec ergo est sanctitas, quam sp̄fan clus sacerdotibus inesse hortatur. Si enim sacerdotibus ueteris testamenti, qui non nisi figura atq; carnalia sacrificia ac sacramenta tractabant, præinducta uerba sunt dicta, Sacerdotes sancti erunt deo suo &c. quanto magis sacerdotibus nouæ legis, qui diuinissimam eucharistiam, quæ omnium ueteris legis sacrificiorum finis ac ueritas est, consecrant, trastant & sumunt, incumbit, ut sancti sunt deo suo, & non polluat nomen eius. Quemadmodum Leuit. 21. dum enim fidèles nomen dei sanctificare dicuntur, dum ei in sanctitate & iustitia digne de seruiunt (sic enim ex uita eorum ostenditur, q; ille cui obsequium placet, sanctus est) sic nomen dei polluit, dum illud in honoranti: eoq; sp̄tro, continuabilius rebus adhæret, & immundis atq; obscenis voluptatibus uacant. Sacerdotes signi Christi, sic in hoc mundo sancti esse conentur, quatenus unicū dei filium reuerenter correcte, grata recipiant, menteq; pura retineant, ne tantæ dignationi & dilectioni filii dei inueniantur ingratiti. Hæc est perfecta deuotio, qua rationalis creatura tam prompte tradit cultui dei, ut ea studi

L. Johanna.

Prouer. 24.

Reg. 8.

Roma. 8.

Philipp. 2.

Leuit. 21.

Leuit. 21.

Sacerdotes
se debent.

O z ose

I. Corin. 15.

Iohann. 14.

Galat. 2.

Gratia no n amittit, nisi per peccatum mortale,

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI

Psal. 72. que ab*is*ciat, quæ à dei uacatione & contéplatione ac ueneratione elongat, ita ut dicat: Mihi adhædere deo bonum est. Et rursus, Vnum necessarium est. Sic nangs; cum Isa propheta uerissem dicet: Nomen tuu & memoriale tuum, in desiderio animæ. & cum Psalmita, Adhæsit anima mea post te. Sétier q̄q̄in breui, q̄ ueraciter Ieremias ait: Bonus est dominus sperantibus in se, anima quæ querent illum. Quamvis autem huiuscmodi uira ac talis deuotio, ad claustrales & maxime ad solitarios spectet, nihilomin⁹ seculares presbyteri ad eam pro uitib⁹ suis, prout status eorū admittit, aspirare propinquareq; debent. Ideo enim continentier uiuere, & à secularibus negotijs, quæ animam plurimum distrahit, abstinerere iubentur. Præterea, licet quis secundum hanc pfectiōnē conuersari studuerit, & tam quietram ac puram & feruidā deuotionem sortiri optauerit, non tamē semper ad nutum suum se taliter deuotū inueniet nec ideo à celebrazione uel cōmuniōne abstinet, dum opinor, dñ fecerit homo quod in se est, utputa uitam & conscientiū discutiendo, peccata confitendo, gratiam implorando, & in spe diuinæ clementiæ accedendo. Quamvis enim experientiam illam deuotionem, ac perceptibiliter dulcem affectū non habeat, quæ frequenter ex redundantiā superioris appetitus ad inferiore, seu uoluntatis ad sensualitatem causatur, sī tamen ratio ipsa deo adhædere & uitij dissentire labore, & uoluntas inferioris appetitus motibus dominet, tunc uera & intellectuālis deuotio adest. Et hæc deuotio sufficit, mō & tuior est, sicut Matthēus de Cracouia in quodam notabilis conscripsit dialogo de communiōne. Est quoq; deuotio talis probabile signum gratiæ dei.

**Articulus IIII. De quatuor considerandis à sacerdote
ante celebrationem.**

Fili mei nolite negligere: uos enim elegit dominus, ut stetis coram eo & ministre-
tis ei, colatis eum & cremenis ei incensum. Verba sunt haec religiosissimi regis Eze-
chiei ad Leuitas. Quemadmodum decimo de Trinitate dei Augustinus ait, Sacri
ficiū exterius atq[ue] uisibile, interioris inuisibile[rum] sacrificij ē sacramētū. i. sacrū
signum: Interius uero sacrificiū dicitur, quo se spūs rationalis deo offert ac subiicit, iuxta
illud: Sacrificium deo spiritus contribulatus. & in Ecclesiastico: Salutare sacrificiū, atten-
dere mandatis. In omni autem sacrificio secūdum Augustinum, quatuor sunt pensandas
videlicet, quis offert, cui offert, quid offertur, & quare offertur. Ante quam igitur d[omi]n[u]s Christi
sacerdos, ad uenerandum de altare celebraturus accedas, haec quatuor non superficiali-
ter, neq[ue] cursorie, sed profunde de ac intime penses. Considera primum teipsum, uide quām
pauper & inops consistas, quām ingratu[us] atque indignus beneficij tantis, quām irreue-
renter imperfecte[rum] ambulas coram deo tuo quotidie. De his igitur & alijs malis ac uitij
tuis, cordialiter in gemitisce, confitere & emenda. Secundo, attēde quis sit cui offers. Aeter-
no enim omnipotenti[us] que patri, deo in mensu, uiuo ac uero sacrificas. Contemplare ho-
nitatem ac dilectionem eius super nos, qualiter proprio filio suo non pepercit, sed pro no-
bis omnibus tradidit illum. Etenim, propter nimiam charitatem suam qua nos dilexit de-
us pater, filium suum charissimum misit in mundum, ut redempti, uiuamus & beatificemur
per eum. Ex hac consideratione inflammatur dilectio, spes robatur, ita ut feruentur fi-
duialiter[rum] accedas. Contemplare etiam maiestatem & item iustitiam dei altissimi, quate-
rū timore in cunctis te habeas. Si enim columnæ cœli pauent in conspectu eius, & si an-
gelici spiritus cum reverentia tremore deo assistunt, intendunt, deseruant, cum quanta
solicitudine atque custodia cordis, timore & mentis, nos pauperes deo excelso astare & sa-
cificare oportet. Tertio, debet sacerdos aduertere quid offert. Aduerte o[ste]r celebrans,
dignitatem sacrificij tui. Nonne corpus & sanguinem CHRISTI, imò totum CHRISTVM,
deum uerum ac hominem offers? Dissimilium unio inconueniens est. Quæ enim conuen-
tio lucis ad tenebras? & CHRISTI ad Belial? id est, eius quæ sine iugo est. Quis confensus
filio Veneris cum filio Virginis? Quæ demum conuentio superbi, iracundi, gulosis seu in-
uidi, cummiti & humili, cum amoroso & sobrio filio dei? Non ergo tibi licet nec expedit
celebrare, CHRISTVM tractare uel sumere, nisi te ei similem esse comperas, secun-
dum exigentiam tui status: & si non in effectu, tamen in affectu: videlicet, ut toto cor-
de uestigia CHRISTI imitari proponas & studeas: Alioquin reus efficeris corporis
& sanguinis eius. Cum enim Leuitici septimo de sacerdotibus ueteris testamenti scri-
ptum sit, Anima polluta, quæ ederit de carnis hostiæ pacificorum, quæ oblata est do-
mino, peribit de populis suis, quanto magis sacerdos nouæ legis in æternum peribit,
fi car

EXPOSITIO MISSÆ.

Si carnaliter ac uitiose uiuendo, præsumat sacramentum corporis & sanguinis domini con-
secrare aut sumere. Vnde & Moyles dicit: Sacerdotes qui accedunt ad dominum, sanctifi-
centur, ne percutiat eos. Tempus enim est, ut Petrus apostolus dicit, ut incipiat iudicium
à domo dei. Quarto pensare debet sacerdos, quare hanc hostiam offerat. Offerat enim
pro uiuis ac mortuis. Et propter generalē rationem quam prefigit ecclesia sacerdoti, po-
test sacerdos pro uarijs personis ac causis, missarum celebrare solennia. Ut ergo p̄t cœausa
qua celebratur, exaudiri mereatur, taliter uiuere, sicq; deo dignissimo familiaris & charus es-
se conetur, ut mediator idoneus inter deum & populum esse possit. Est nempe sacerdos in-
ter deum & populum mediust: quoniam ea quæ populi sunt, scilicet preces, nota, & dona
eorum, representant & immolant deo. Ea quoq; quæ dei sunt, urputa gratiam & sacramen-
ta, impletat, disperdat, seu tribuit populo. Debet ergo sacerdos populo in omnibus esse exé-
plaris, & deo dilectus ac familiaris.

Dicitur Articulus V. De uitis quibus specialiter carere oportet facie-
dotes, quemadmodum in veteri testamento figuratum est.

Ixit dominus ad Aaron: Homo de semine tuo qui habuerit maculam, non offre-
ret panes deo suo. Sicut lex Moysi typus extitit legis Christi, sic omnia que in le-
ge antiqua siebant, representabant ea quae in lege gratiae sunt. Omnia enim in
figura contingebant illi, secundum Apostolum. Denique, sicut lex vetus figura
est nouae legis, sic noua lex figura est status beatorum in patria, secundum Dionysium in ter-
tio celestis Hierarchiae capitulo. Quoniam ergo lex Moysi figurativa fuit nouae legis, que
ultrafigurativa est uite futurae, idcirco figurae veteris legis obscuriores erant figuris nouae
legis, propter quod ait Apostolus: Vnde in membris habet lex futuorum bonorum, non ipsam imaginem
nisi regam. Nam bona futura obscurae representavit, que lex noua euentius representat.
Etideo lex noua habet imaginem, id est perfectam representationem rerum seu futuorum, bo-
norum umbras uero obscurior extat imagine. Cultus ergo seu status legis gratiae, medium
est inter statum legis scriptae & uitae future, quemadmodum Dionysius docet. Porro sacer-
dotium legale, figura exiitii sacerdotij Christi: & per corporales defectus, propter quos filii
Aron ad sacerdotium reddebantur inhabiles, designavit spissas defectus, quibus sa-
cerdotes efficiuntur indigni ad celebranda mysteria Christi. Itaque prohibitum fuit in lege, ne
sacerdos esset cecus uel claudus: & ne esset grandem uel paruum aut tortu habet nasum:
ne etiam sit fracto pede uel manu: ne sit gibbosus uel lippus: ne habeat maculam in oculis: ne
habeat iugem scabiem uel imperiginem: nec sit herniosus. Pariformiter, sacerdos Christi
non debet esse cecus, id est indoctus: propter quod in Osea dicit: Quia tu scientiam repul-
isti, ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi. Et idem alibi: misericordiam uolui, & non
sacrificium: & scientiam dei plus quam holocausta. Sacerdos quoque Christi esse non debet
claudus, id est instabilis. Stultus enim mutatur ut luna, sapiens uero permanet ut sol.
Sed constans esse debet, ut regia uia incedat: nec extollatur prosperis, nec fragitur adver-
sis, ut dicat cum Iob: Donec deficiam, non recedam a iustitia. Et rursus: Etiam si occiderit me,
in ipso sperabo. Insuper sacerdos nouae legis, non habebit grandem uel paruum tortu: ne
nasum, id est interiorum gustum infectum, seu animum indiscretum: sed sicut natus odo-
res discernit scis ipsa inter bonum & malum discernere debet. Nec debet esse fracto pede uel
manu, id est acediosus & piger: sed recto pulso, cum magno affectu diuinita pertractans, et
eis reuerenter ac prompte deseruiens. Non etiam debet esse gibbosus, id est dorsum metu-
tis ad terram depresso gerens. Nec lippus, id est carnaliter sapiens: nec maculam habens
in oculo, id est presumptionem sanctitatis in corde, putrido se aliquid esse, uel suis uirtibus
aut meritis bona a deo sibi collata attribuendo, quatenus illud Danielis in missa tieraciter
dicatur: In spiritu humilitatis & in animo contrito, suscipiamur a te domine. Deficiat sacer-
dos habere non debet iugem scabie, id est petulantiu carnis tenaciter adhaerente, nec im-
petiginem, id est avaritiam. Neque herniosus esse debet, id est ponderosus, uidelice pon-
dus turpitudinis atque malitiae portans in corde, quamvis non exequatur in opere. Vnde
in euangelio dicitur: Cum offeras munus tuum ad altare, uade, prius reconciliare fratri
tuo. Et denous Dicitur: si quid habetis aduersus aliquem. Atque Apostolus, Sol (inquit)
non occidat super iracundiam uestram. Haec autem uirtutes, quibus indui decet sacerdo-
tes, signantur per uestes sacras, quibus in celebratione diuinorum utuntur, de quibus ue-
stibus & significacione earum, idcirco per transendum uidetur, quia in Rationali diuino
rum plene & pulchre de eis fit sermo. Sed & sanctus Thomas Prima secunde, de sacris ue-

D. DIONYSII A° RICKEL CARTHUSIANI

stibus sacerdotij legalis, & super quartum Sententiaz desacris uestibus ministrorum, la-
taris nouæ legis, pertractat.

Articulus VI. De partibus Missæ,

*1. Timo. 2.
d. S. thomas*

*Divisio mis-
se in qua-
tor partes.*

*Obsecratio,
est 1. pars
Missæ.*

Oratio. II.

*Postulatio.
III. pars*

*Gratiarum
actio. III.*

Exod. 30.

Psal. 50.

Dionysius.

Leuit. 14.

Officium Missæ varie à diuersis diuiditur. Glossa enim super illud ad Timotheum: Obscero primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, dicit, quod Missa diuiditur in has quatuor partes. Thomas vero super quartum Sententiaz diuidit Missam in tres partes: uidelicet in principium, quod secundum eum dicitur oratio, usq; ad epistolam durans: in medium, qd est ipsa celebratio, usq; post communionem perdurans: & in finem, quæ est gratiarum actio, que durat usq; ad terminum Missæ. Has partes subdividit nona distinctione libri præfati, sicut videre potest, qui hunc modum sequi intendit. Alij demum diuidunt Missam in quatuor partes, quarum primam appellant præparationem, secundā uero consecrationem, tertiam autem sumptionem, & quartam nominant gratias actionem. Hac autem divisio conuenientior ui detur & clarior, nec differt à prima, nisi in uocenam eam Missæ partem, quam Glossa appellat obsecrationē, ipsa uocat p̄parationem partē uero quæ secundum Glossam dicit oratio, nominat celebrationē partem quoq; quā Glossa appellat postulationē, nūc uerū pat ista diuisio sumptionē. Quartā autē partē, ornes gratias actionem appellant. Prima pars usq; ad offertoriū durat, secunda usq; ad finem cōsecrationis, tertia usq; post completam communionē, quarta usq; ad finem officij. Sed ad hoc intelligentia scire oportet differētiā inter obsecrationem, orationem, petitionē & gratias actionē. Obsecratio igit̄ est inuocatio dei, cum commemoratione sacroꝝ seu diuinorꝝ, quoꝝ uirtute ac merito aliquid impetrare optamus, sicut cum dicimus: Per incarnationē tuam libera nos. Qm ergo in prima parte Missæ fit commemorationē Chri, doctrinae quoq; Apostoli & euangelistar̄, cū in uocatione & laude diuina, idcirco prima pars Missæ obsecratio nuncupatur. Dicit autem Glossa, quod obsecratio ē de rebus difficultibus, ut de iustificatione imp̄i. Porro, petatio est inuocatio dei pro bonis uiaꝝ, quæ ordinantur ad ea quæ finaliter desiderantur. Cum ergo in secunda parte Missæ, fiat oratio pro benedictione & consecratione panis ac uini in corpus & sanguinem CHRISTI, cuius corpus, prout in sacramento confitit, uiaticum dicitur, & sumnum bonum quo in uia reficimur, ideo secunda pars Missæ petitio appellatur, & etiam consecratio, quoniam petitio ad consecrationem ordinatur, & in ea petitione tanquam in ultima principalibꝫ pariter finitur. Postulatio autem, est inuocatio dei pro bonis patriæ: cum ergo post consecrationem bona quæ habentur in patria, postulentur, merito tertiā pars Missæ, postulatio dicitur. Postremo, gratiarum actio est cōsummatio orationis, per quam omne bonum ad deum refertur, atque ad potiora beneficia impetranda uia patratur. Cum itaque in ultima parte Missæ hoc fiat, ideo quarta & ultima pars Missæ, gratiarum actio dicta est.

Articulus VII. De lotione & cōfessione sacerdotis, & osculo altaris.

Lauamini, mundi estote, auferite malum cogitationum uestiarum. Sicut in Exodus legitur, Moysi dominus iussit ut sacerdotes lauentur, quando accederent ad ministerium templi. Debet ergo CHRISTI sacerdos, ante quam celebrat, manus lauare. Primo, propter reuerentiam tanti sacramenti; secundo, ad designandum spiritualem lotionem, quam mentem purgari oportet à maculis uitiorum, iuxta illud: Amplius laua me ab iniuite mea. Et rursus: Lauabo inter innocentes manus meas, & circu-dabo altare tuum domine. Præterea, secundum Dionysium lotione digitorum uel potius extremorum eorum, designat abstencionem ministrarum culpar. Debet ergo sacerdos non solum mortalia & grauiora uenialia abhorre ac fugere, sed & minima quoq; peccata mitare, ut omnino mundus & mente collectus ac stabilis deo assistat. Vnde in huius figura dominus præcepit Leuitis, ut raderent omnes pilos carnis suæ. Per pilos enim, cogitationes signantur, quæ oriuntur ex corde, quemadmodum pilis ex corpore. Tu igit̄ Christi sacerdos, ante quam corpus & sanguinem Christi creatoris, salvatoris, ac iudicis tui confessare, contingere, manducare atque potare præsumas, omnes pilos corporis tui radas, id est, omnes cogitationes superfluas, curas & seculares & euagationes uanas abiicias, & Christum

EXPOSITIO MISSÆ.

214

stum ac passionem ac beneficia eius, cordi tuo firmiter imprimas, ne ad tantum officium imparatus & indignus accedas: alioquin modicus error in principio, magnus erit in fine. Præterea, quoniam scriptum est, Qm iniquitatē meam ego cognosco. Et, Dixi, confitebor ad uerum me iniustitiam meā domino. Iustus enim (teste Salomonē) in principio accusator est fui. Et Iosue ait: Fili mi, da gloriam deo, & confitere peccatum tuū propterea presbyter lotus intus ac fortis, sacrificis uestibus uel alter Aaron adornatus, confessionem ante altare facit, quatenus purior fiat, & ad celebrandum paratior. Quis enim est in hac uita si mundus, ut non sit magis magis mundanus? Facta uero cōfessione, osculatur altare. Altare enim Christum uel crucem Christi designat, secundum Ambrosiū. Per hoc ergo qd osculatur altare, demonstrat ardente amorem habere ad Christum, & ad celebranda eius mysteria: Velle quoq; uniri & conformari passionibus Christi, sciens qd nō est seruus major domino suo. Et, Quia si compatimur, & conregnabimus. Omnes enim qui uolunt pie uiuere in Christo, persecutionem patientur. Deniq; quoniam presbyter Christi uiciarius est, per osculum eius quo osculat altare, intelligi potest dilectio innumerataq; unio filii dei cum humana natura. Vnde sacerdos dum altare ascendit & osculatur, aliqua deuotissima uerba dicere debet, & quæ suo affectui dulcius sapiunt: ipsiusq; altare amoroſe, tamquam Christum, osculari: quatenus ex ipso, tanquam ex fonte pectoris Christi, gratiam hauriat; id est, de uotione firmam concipiatur, dicendo: Ave benignissime domina IESU Christe, diuinitate & gratia plenus, misericordia tecum, benedicta passio & uulnera tua, & benedictus sanguis uulnorum tuorum. Vel, Veni sancte spiritus, aut aliquid simile. Summa quippe solitudine prouidendum uidetur, ne tale officium sine actuali & fervida deuotione inchoetur. Nā uirtus principiū, in his quæ sequuntur relucet ac permanet: & sicut præstatum est, modicus defectus in principio, magnus efficitur in processu. Debet ergo confessione ante altare, cum magna attentione facere sacerdos: non ex consuetudine arida, ut exterior humiliatio corporis, & item tensio pectoris, uera sint signa interioris humiliationis, atq; mentalis redargutionis sui ipsius. Debet etiam cordialiter affectare, ut alijs orient pro se, & per preces aliorum auxilium sibi affuturum sperare, pie atq; humiliter credens alios meliores, & apud deum magis auditos quam se.

Articulus VIII. De Introitu Missæ.

*1. qd. e. p̄inceps
patrus.
Psal. 50
Psal. 51
Proverbi 18
Iof. 7.*

*Sacerdos al-
tate osculat.
Johann. 17.
Rom. 8.
2. Tim. 1.*

*6. d. c. mis-
mur.*

Apoc. 19

*2. Cor. 11.
Psal. 55.
Præteriū uer-
tus uel in-
cludit totam
factam scri-
putam.
Dionysius.*

Gregorius.

*Basiliscus.
Christus &
Iacobus pri-
mū militiam
celebrauerūs*

LAudem dicite domino deo nostro, omnes serui eius, pueri & magni. Quoniam totum Missæ officium, ad commemorationem beneficiorum dei ordinatur, Saluator dicens: Dicentes: Hæc quotiescumq; feceritis, in mei memoriam facietis: beneficij autē dei nū dignus rependere possumus, nisi honorem & laudem: nā bonorum nostrorum deus non eget. Idcirco Missa à laude dei incipit, Introitus enim laudem dei continet, & ad honorem altissimi cum modulatione cantatur, quæteret ut in forum astutum corda in dei amorem, sanctamq; deuotionem excitentur & accendantur: ac per hoc toti sequenti officio cum feruore atq; alacri jucunditate intersint. Porro, Introitus ut frequenter ex psalmo accipitur, aut certe cum psalmo cantatur: cuius duæ sunt causa. Prima, quoniam psalmi per modum laudis includunt, quicquid in sacra scriptura habetur, ut Dionysius tertio coelestis Hierarchie capitulo ait. Secunda, quoniam Celestinus Papa instituit in exordio Missæ, psalmos antiphonatim cantari. Gregorius uero loco psalmorum ordinavit Introitū cum cantu persoluti. Vnū autē uersum retinuit ex illis psalmis, qui ante antiphonatim canebantur, ex quibus Introitus ut frequenter sumuntur. Potes quoq; tertia ratio addi:nam David sicut eximiū extitit prophetarum, sic de CHRISTO & psalmo atq; mysteriis eius excellentiū pleniusq; conscripsit: & ergo in celebrazione mysteriū Christi, psalmi seu uaticinia eius amplius frequentantur. Aduentum est autē, quia ut de Cōfessione distinctione prima habetur, Iacobus fratres domini, id est, consanguineus Christi, & Basiliscus Cæsariensis Episcopus, celebrationem Missæ ediderunt, id est, multa quæ in Missa dicuntur & fiunt, ordinaverunt ut sunt ceremonia & orationes: CHRISTUS enim in cena nouissima, hoc sacramentum instituendo, primam Missam celebravit: Iacobus uero minor, ob excellentissimam suam sanctitatem, hoc honore ab apostolis clarificatus est, ut primus episcopus in Hierusalem fieret: & primus post Christū celebrare fecit formam à deo prefixam, & ceteri apostoli post eum, adjacentes uerbis consecrationis

O 4 oratio

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI.

orationem dominicā. Deinde princeps apostolorum Petrus quas dā orationes apposuit. Postea uero, ut Dionysius recitat, epistola atq; euangelium sunt adiuncta. Sic p̄ secundum ordinationem spiritus sancti, procedente tempore, & Christiana religione crescente, diuersa à sanctis patribus leguntur appositam maxime ab illo glorioso Basilio, qui in domo dei mirabiliter fūlit. Introitus igitur Missæ, cum magna deuotione cantādus est sive legendus: & ipsa cordis affectio ad deum solite dirigenda. Et q̄a dispersio cordis ad alia, deuotionē hanc tollit, propterea sacerdos ante Missam inchoat, debet introitum legēdum preficere, & dicenda atq; agenda in promptu prenoscere: ne talia querēndo, distractionem & indeuotionem incurrit.

Articulus IX. De Kyrie eleeson.

Qui diligit deū, exorabit prop̄ctis, & continebit se ab eis, & exaudietur. In omni dei obsequio, pr̄sertim in orō & laude diuinā, duo nobis cōsiderāda in cunctis bunt: uidelicet, dei misericordia, & nostra miseria. Intelligo aut̄ pro misericordia dei, oīa quā ad bonitatem eius respiciunt, scilicet charitatem eius & liberalitatem, & patientiam super nos. Per nostram uero miseriā, uniuersa intelligo quē nostram imp̄fectionem, culpam & fragilitatem concernūt. Hęc igitur intente nobis pensanda sunt, quatenus ex contemplatione diuinę bonitatis atq; clemētiae respiremus, & cū fidutia ad thronum gratiā accedamus, in plenitudine fidei, certissime agnoscentes, q̄a quicquid orauerimus patrem in noīe fili, dabit nobis ita m̄ perseueranter infatigabilitate pulsēmus. Quemadmodū Iacobus monet: Postulet, inquit, in fide, nihil hæsitans. Nam scđm fidē nostram fieri nobis. Dici aut̄ non ualeat, quantum omnipotētē deo, perseuerans ac fidutialis oratio placeat. Ex cōsideratione uero nostrae miseriā, humiliemur & displiceamus nobis, uilesq; sumus in oculis nostris, quemadmodum David ait: Ego humiliis in oculis meis. Et Paulushortatur: Non debemus nobis in tūpis placere, sicut & Christus non placuit sibi ipsi. Si ergo Christus, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, sibi ipsi nō placuit, id est, in quātūm homo, nullum bonum sibi acrip̄fit, cur nos miserijs & uitij pleni, nobis ipsi placem⁹: contēnentes alios, & pr̄ferētes nos illis: Si ergo sacrofācta eccl̄ia conueniēter instituit, ut post Introitum, in quo laus dei cantata est, ad nosip̄sos redēamus, & dei misericordiam implorēmus, dicentes: Kyrie eleeson, id est, domine miserere. Et dicitur nonies, quatenus nostram imperfectionem nonies profitentes, ad perfectionem ac societatem nouem ordinum angelorum perducātur. Dicitur quoq; ter kyrie eleeson ad patrem, ter ad spiritum sanctum, & ter Christe eleeson ad filium, quoniam unāquāq; triū personarū triplici culpa offendimus, puta cogitatione, uerbo & opere. Magna aut̄ est uirtus horum uerbōr̄. Dum em̄ Basilius kyrie eleeson clamauit, hæreticos confutauit: & forces eccl̄ie diuina uirtute aperte sunt. Sed & beatus Germanus, ut legi, uerbum clāmando, quinq; reges in fugā conuertit. Pr̄terea cognoscendū, q̄ in Missā triū linguaꝝ uerbis eccl̄ie uirtutis sunt erit in Missā quędā ȳba Gr̄eca, ut kyrie eleeson: quędā Hebraica, ut alleluia, id est, laudate dñm: & sabaoth, id est, exercituum: Osi anna, id est, salua dñe obsecros Amen, i. uere uel fiat: quędā Latinā. Nā his tribus linguis scriptus est titulus crucis Christi. Scđo, quoniam iste tres linguaꝝ digniores sunt reliqui. Vnde gentes quę his linguis non utuntur, barbari appellantur. Tertio, propter reuerētiam super beatissimā trinitatis. Quarto, q̄m numerus ternarius est perfectus: omnia enim sup triā ponimus scđm Philosphū. Ideo per has tres linguaꝝ, uniuersa linguaꝝ designātur. Et sic in ministerio Missā his linguis utitur eccl̄ia, ad insinuandum q̄ omnium linguarum populi in fide Christi saluatūtur, sicut in Genesi legitur Abraham̄ re promissum: In semine tuo i. in Christo, benedicēt ut omnes gentes. Et in psalmo: Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum. Atq; in Daniele propheta: Omnes gentes, tribus & linguaꝝ seruiscet ei. Ex quibus elucescit error Mahometi seu Sarracenoꝝ, qui dicunt unāquāq; gentem in sua lege posse saluari. Vnde in Actib⁹ apostolor̄ Petrus de Christo testatur: Nō est aliud non mensub celo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, nisi in nomine Iesu Christi. Cui concordat quod per Isaiam dñs ait: Dedi te, f. Christum in lucem gētiū, ut sis filius mea usq; ad extēmum terræ. Constat quoq; ex his, cum quanta humilitate & affectio ne contritione p̄ cordis, hęc sacratissima uerba, kyrie eleeson &c dicenda sint, non cursorie, sed morose; quatenus presbyter omne genus peccati sibi indulgere desidererit: & tanto hęc uerba seruētius dicat, quanto ea sepius iterat. Nam & ideo sepius iterant, ut semper de uotius explicentur.

Articulus

EXPOSITIO MISSAE.

Articulus X. De hymno angelico, Gloria in excelsis deo.

215

Benedicentes dominum exaltate illum quantū potestis, superualebit adhuc. Rur sus eccl̄ia post proprię misericordiōnē, contemplatiōnē & laudi altissimi uocare desiderat. Quanto em̄ q̄s seipsum magis humiliat, tanto in aio eius deus excellētior est. Sed nec alijs ad laudan dūm & glorificandū deum idoneus est, nisi q̄ imperfectum suum perpendit, & in misericordia dei bene uiuendo confidit. Peccatori enim dixit deus, quare tu enarras iustitias meas: Itaq; post kyrie eleeson, cantat eccl̄ia hymnum angelicum, dicens cum angelis:

Gloria in excelsis deo, & in terra pax hoībus bonę uolūtatis. **L**auda mus te, usq; in finem, S. Hilarius fer̄ apposuisse, uel Symmachus Papa scđm Alber-
tū. Sed ut Nicolaus de Gorra super Lucam differuit, & ex gestis partim Romanorū declarat̄ pontificis, S. Hilarius illud apposuit: Symmachus uero Papa, hymnum istum in missā instituit de cantandū. Veritātem Albertus in libro de Mysterijs dicit, q̄ S. Telephorus Papa, q̄ fuit à beatissimo Petro nonus, fecit additionē prefatā, & non Hilarius; & Telephorus instituit istud cantūcū cātari in nocte nativitatis Chri in prima missā: q̄a tūc angeli cecinerunt principium cantici huius. Postmodū uero Symmachus ordinavit illud cantāri in dñis & festis non lucoſis. Gloria aut̄, ut ait Ambrosius, est clara cum laude notitiae. Gloria quoq; accipi potest pro letitia, & itē pro maiestate seu perfectione. Hoc ergo qđ dicitur, **L**auda in excelsis deo, Id duplēcē sensum habet: Primiū, **L**auda in excelsis deo, i. clara notitiae, sit deo in excelsis, i. in colisueū in excelsis, i. in angelis atq; beatis, uidelicet ut ipsi clara deo notitiae habeant, & eum collaudent, sicut in psalmis cantamus: Laudate dñm de cœlis, laudare eum in excelsis: laudate eum omnes angeli eius. Vnde **L**auda in excelsis deo, non dicit per modum orationis, cū semper sita, sed per modum laudis & congratulationis, iuxta illud: Adorare iū oīs angelī eius. Scđo intelligitur sic, **L**auda in excelsis deo, i. letitiae sit deo in excelsis, i. habitanti in cœlis, uel in excelsis, i. in precipiis atq; sublimibus suis effectibus. Quemadmodū scriptum est: Letabitur dñs in operibus suis. Et in Ezechiele, Benedic̄ta gloria dñi, de loco sancto suo. Qđ uero per Isaiam dñs dixit: Ego dominus, hoc est nomen meum, gloriam meam alteri non dabo, non uidetur dictum de gloria, prout designat notitiae, omnes enim beatificie ad faciem dominum, conspicunt, nec de gloria prout importat laetitiam, omnes nempe beati, beatitudine dei fructūt, sumunt ergo hic gloria pro maiestate diuina, nemo enim deo æqualis esse ualeat. Sequitur autem in hymno angelico, **L**et in terra pax hominibus bonae uoluntatis. **C**HRISTVS enim est pax nostra, qui fecit utraq; unum, colligendo eccl̄iam ex Iudæis & gentibus, & reconciliavit nos deo & angelis sanctis. Porro, Christus est pax nostra obiectaliter atq; causaliter, quia secundum natūram assumptam est causa meritioris pacis, secundum diuinitatem uero, est causa effectiva & principalis pacis nostræ, i. m̄ & causa finalis & obiectalis, quia in ipso sicut in summo fine, pax nostra consistit. Pax autem formaliter, est tranquillitas seu quietis mentis in deo, & hęc in hominibus bonaꝝ uoluntatis esse censetur, quia illorum summa affectio, est honor & gloria dei, sicq; mente in deo quietescit. Et quoniam pax ista à deo nobis collata est, ideo de hoc laudat deum eccl̄ia, dicens: **L**audamus te, id est, dignum laude asserimus. **B**enedic̄mus te, i. bonū de te, uel tibi dicimus. Nos benedic̄mus deo, & deus benedic̄ nos: sed differenter ualeat. Nam benedictio deis secundum Gregorium, est collatio munērum diuinorum, & multiplicatio eorum: benedictio igitur deis est causa bonitatis & gratiae ac sanctitatis in nobis. Petimus nanq; benedici à deo, id est, gratiam & misericordiam eius recipere. Benedictio uero qua nos deum benedic̄mus, est quędā professio, qua omnia bona deo ascribimus tanquam fonti bonitatis & sanctitatis ac gratiae. **A**doramus te, i. singulari & excellentissimo cultu honoramus te, tanquam primum atq; altissimum principem, qui solus nullius eges, à nullo dependens, omnia potes, omnia uides, solus propria uirtute iuuare saluare, potes, i. m̄ & obdurare ac perdere, quędāmodum in Deuterono, legitur: Ego occidam, & ego iuuere faciam. Est autem adoratio cultus & actus latrīe soli deo exhibendus: Latrīa uero est uirtus, quę diuinæ naturæ cultum ceremoniasq; impendit: & hęc uirtus alio nomine appellatur religio. **G**lorificamus te. **D**icimur deū sancti, facere uel magnificare, dum ei in sanctitate & æquitate seruimus, sicut eum esse magnum & sanctum ostendimus: sic quoque deum glorificamus, dum nomen ipsius alijs manifestamus, ac per hoc ipsum famosum & in animo aliorum gloriosum efficimus. Vnde duplex est bene

Ecc. 43.

Psal. 49.

Luc. 2.

GLORIA IN EXCELSIS DEO.

Psal. 148.

Psal. 96.
Ezech. 3.
Isai. 42.

ET IN TERRA PAX HOIBUS.

2. Cor. 5.

Pax quid sit.

LAUDAMVS TE.
BENEDIC̄ MA-

ADORAMVS TE.

Deut. 32.
Adoratio.
Latrīa.
GLORIFICA-
MUS.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI

Duplex be-
nedictio, scilicet cōsecrationis & laudationis: prima, benedic nos deus: secunda, nos
deum, uel in propria mente eum attrollimus. Gratias agimus tibi propter gloriam tuam
magnam. Id est, propter excellentem notitiam quam habemus, spiritus sancto reuelante de te, p
quam cognoscimus, quanta nobis beneficia contulisti: propter quae semper & ubique gratias
tibi agere tenemur, nec sufficiimus. Quae demum sequitur in cantico isto, sunt plana: nisi
quod in fine cantatur de filio: Tu solus sanctus. Tu solus dñs. Tu solus altissimus Iesu Christi.
I habet enim questionem, an talis oratio nihil addendo, sit uera? & est idem ac si queratur,
an dictio exclusiva addi possit termino personali in diuinis, dicē do: solus pater, est uer-
sus deus: solus filius, est altissimus; solus spiritus sanctus, est immensus, uel simili modo. Et
respondendum, quod tenendo dicti non exclusivā categoriā, sicut prout ponit rem signifi-
cata m̄ circa subiectum, addi nō potest termino personali, i. m̄ nec essentiali in diuinis: po-
neret enim solitudinem in diuinis. Si uero teneatur syncategoriā, prout importat ha-
bitudinem prædicari ad subiectum, tunc addi potest termino essentiali & etiam persona-
li, prout excludit aliū, neutraliter non masculinum: sic enim cū dicitur, solus filius est san-
ctus, uel dominus, seu altissimus, sensus est: quod filius sit sanctus, & nūl aliud à filio: & hoc
utique uerū est, pater enim non est aliud à filio, sed aliis: proprie tamē hęc uox, solus, excludit
aliū masculinum. Et ideo scđm Thomam tertia partē, talis locutio non est extēndenda, sed
exponenda, cum s. dictio exclusiva additur termino personali. Vnde secundum eum Ecclē-
sia non cantat de filio absente, Tu solus sanctus &c. sed protinus addit, cum sancto spiritu
gloria dei patris: qđm̄ tres personæ sunt unū altissimus, & unus sanctus ac dominus. Hoc
ergo angelicum cantum cum magna cordis lætitia ac deuotio dulcissima est cantan-
dum sine legendū: quod fieri nequit, nisi intellectus in contemplatione dei stabiliter at-
qđ sincere firmetur. Quanto enim uerba fuerint diuiniora, tanto ampliorem aduentū
& cleuarionem mentis puriori requirunt: quo etiam sensus diuinorum uerborum affectu-
osior est atque profundior, eo modica cordis distractio uehementius nocet ac impedit.
Postremo, quum deus attente orandus sit, attentius tamen laudandus est: & tanto atten-
tus, quanto maius ac dignius est deum laudare quam orare, utrumqđ enim actus est religio-
nis seu latritiæ. Sed quanto obiectum & finis diuinae laudis prestantiores sunt obiecto ac fi-
ne orationis, tanto sublimius est magisqđ meritorium deum laudare, qđ orare. Obiectum enī
orationis est aliquid donum diuinū, finis uero orationis est donū dei acqrere: Obiectum autem
autem laudis diuinæ, est ipsa excellētia bonitatis diuinæ. Finis uero est ipse deus: tale au-
tem obiectum talisqđ finis obiecto & fini orationis potissimum eminet. Deniqđ, cum oramus,
ad nosipos aliquo modo reflectimur: cum uero deo laudamus, in ipsam diuinæ naturæ
excellētiam contemplanda pure ac nude immergimur. Constat quoqđ, qđ actio beatorum
in patria sit laudibus dei uacare, non aut orare post diem iudicij, uel pro seipso, iuxta illud
Iohannis. In illo die in nomine meo nō petetis quicqđ. Rursus, quemadmodum obligamur
plus diligere deum, gnos, si ciuitas est dei laudibus occupari, qđ pro seipso orare: m̄ cum
scriptura testetur: Populus hic labijs me honorat, cor aut eorum longe est à me. Idecirco ordi-
natur oratio ad laudem diuinā sicut ad finem: finis uero præstantior est his quae referunt
ad ipsum. Palam est ergo, qđ dignius atqđ diuinius sit deum laudare, qđ oraresi tamen cor à
nebula uitiorum atqđ caligine operi tenebrae fuerit expurgatum: quādiu enim passionib
iræ atqđ superbie premitur, uitqđ carnalibus & cædaci superatur, utilius ē orationi quam
laudi uacare. Vnde Psalmista cognoscens, neminem ad laudandum deum esse condignū,
nisi fuerit à populari conuerstione & uitij separatus, ita precatur. Saluos fac nos domine
deus noster, & congrega nos de nationibus, ut confiteamur nomini sancto tuo, & glorie-
mur in laude tua. Præterea, signum uirtutis est delectatio operationi coniuncta: cum enī
quis delectatur sustinendo aduersa, signum est qđ uere sit patiens. Quanto igit̄ laus dei ora-
tionem precellit, tanto intensius delectari nos decet in laudando altissimum, quām in ora-
do: & ideo scriptum est: Exultabunt labia mea cum cantauerō tibi. Et iterum, Labijs exul-
tationis laudabit os meum. Hoc namqđ summa perfectio est & exercitum diuinissimā uitę
presentis, delectari in laude diuinæ, cōgratulari beatitudini æterni dei, & eius pfectiōni mē-
taliter congaudere, hec enim ex feruida dei charitate procedunt. Tanto aut̄ ad hanc dilecti-
onem diuinam ac sincerissimā laudem efficiunt magis idonei, quanto amplius renuimus
extra deum confolari, delicias uentris & uaniloquia odiendo, & illud unum quod solū ne-
cessarium est, efficaciter inquiriendo, inventu tenendo, & omnem mentis ignauiam ac cor-
poralem

EXPOSITIO MISSÆ.

216

poralem quietem resolutionemqđ animi penitus abhorredō. Quoniam uero hymnus iste
angelicus, cantus letitiae est, ideo in officijs luctuosis omittitur.

Articulus XI. De salutatione & oratione sacerdotis ante Epistolam.

Ad quem autem respiciam ait dominus, nisi ad pauperculum & contritum spiri-
tu, & trementem sermones meos: Sicut ostensum est in officio missæ, est ordinatissima mixtio commemorationis diuinæ excellentiæ, quam laudamus: & reco-
gnitionis nostræ miseriæ, pro qua oramus: nam post confessionem ante altare, in
qua nostram profiteremur miseriari, inchoatur introitus, qui est cātus laudis diuinæ, & sta-
tim subiungitur kyrie eleeson, in quo rursus humiliamus nosipos, nostram miseriariam de-
clarantes: hoc finito, ad dei laudem conuertimur, dicentes, Gloria in excelsis deo: quo cō-
plerio, oratio sequitur, in qua denuo cōsideramus nosipos, & misericordiam imploramus
miseriæ nostræ. Præmittit autem sacerdos salutationem ad populum, dicens, Dominus
uobiscum. I. gratiam uobis infundat deuote memorem orandi, & sacra uerba digne atqđ sa-
lubriter audiendi: & hęc uerba ex libro Ruth sumpta uidentur, suntqđ affectuose à sacer-
dote dicenda, uelut à mediatore inter deum & populum, secundum exigentiam charitatis
fraternæ, qua in sacerdotibus exuberantior esse debet. Episcopus uero quia gerit Christi
personam, dicit, pax uobis: sic enim Christus salutauit post resurrectionem apostolos. Se-
pries quoqđ salutatur populus manifeste uerbis prædictis, nisi quod semel pro dominus
uobiscum, dicitur, pax domini sit semper uobis, quatenus exclusis septem mortalibus
uitijs, impletatur septem donis spiritus sancti, & actibus septem principaliū uirtutū, qua-
rū tres, scilicet fides, spes, charitas, sunt theologice, reliqua quatuor, scilicet prudētia, que
est in ratione, iustitia, que est in uoluntate, fortitudo, que est in appetitu irascibili: tēperā-
tia quoqđ, que est in concupisibili, cardinales, i. principales uocantur, & hoc respectu ce-
terarum uirtutum moralium, que omnes ad has quatuor reducuntur. Virtutes autem
theologice digniores sunt uirtutibus cardinalibus. Quinque etiam uerit̄ sacerdos se ad
populum, quater eum aperte salutando, & semel in silentio uerit̄ se, propter quinqđ appa-
ritiones Christi in die palmarum, quarum quatuor in euangelio describuntur: sed que Pet-
ro creditur facta, non legitur ubi uel quomodo. Porro, facta resalutatione populi. Et cum
spiritu tuo, sacerdos precem fundit pro populo & se. Dicitur autem in Rationali diuinog,
qđ numerus orationum semper erit impar, uide scilicet una, propter unitatem diuinæ nature
uel tres, propter mysterium trinitatis: uel quinqđ, propter quinqđ uulnera Christi: uel se-
ptem, quia tot sunt particulae orationis dominicæ: nec plures fieri debet, quoniam Christus
hunc numerum non excessit, nisi forte propter speciale rationem. Quum uero plu-
res orationes funduntur, debet ultima correspondentiam habere ad primam: & ideo in
missa pro viuis collecta pro mortuis addenda non est, nisi penultimo loco, uel antepen-
ultimo. Quamuis autem oratio boni sacerdotis efficacior sit ad impetrandum quam ma-
li, tamen oratio inō & totum officium malii sacerdotis uirtutem fortitudo, & ad impetrandum
sit efficax, in quantum sacerdos talis orat & agit in persona totius ecclesiæ, ut assertit
Thomas. Præterea quamuis ubiqđ & semper deus ab omni Christiano reueenter & pu-
re atqđ solicite exorandus consistat à sacerdote, tamen in missa tantò ardenterius sinceriusqđ
orādus est, quanto cauila orandi est maior, & ipsum officium dignius, persona quoqđ Chri-
sto uicinior, utputa mediator dei & plebis: atqđ enim Basilius: Diuinum auxilium imploran-
dum est, non remisse, nec mente huc illuc que uagante. Nam sicut ait CHRISTVS:
Spiritus est deus, & eos qui adorant, in spiritu & ueritate adorare oportet. Quanta uero sit
dignitas rationalis creaturæ, quae deum prohibito in oratione alloquī potest, Chrysostomus
pulchre declarat: Considera, inquiens, quanta est tibi concessa felicitas, quanta glo-
ria attributa, orationibus fabulari cum deo, cum Christo misericere colloquia: optare quod
uelis, & quod desideras postulare. Et iterum ait: Nunquam oranti beneficia deneget, qui
ut orantes non deficiant, sua pietate instigat. Est quoqđ scđm Daniascenum, oratio petitio
decentium à deo. Vel, ascensus intellectus in deum: unde qui sine attentione petit, uel que
petenda non sunt postulat, non ueraciter orat. Et curandum est oranti, ut faltem cūferuo-
re orationem incipiāt: tunc enim totum quod sequitur, uirtutem habet: qđm̄ deus primam
orantis

Ioh. 65.

DOMINVS
uobiscum.
Ruth. 2.

Ioh. 20.

Sepiem sunt
actus principi-
palium uirtutum.

Qui in gesue-
tū se facerat
in Missa.
Matt. 28.
Mar. 16.
Luc. 24.
Ioh. 20.
Ioh. 21.
Numerus sp-
eciei impar.

Officiū mali
sacerdotis uirt
tū fortis.

Basilis.
Ioh. 3.

Oratio sacer-
dos loquitur
cū deo.

Oratio quid

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

orantis intentionem attendit, scđm Thomam. Quod si talis intentio principio orationis de sit, ipsa oratio nec imperativa nec meritaria est, ut idem testatur. Hoc tamen non intelligo, quasi orans non possit in prosecutione suae orationis quicquam mereri, si in principio intentus non extiterit. Si enim distractione suam aduerterit, & mentem ad deum exerebit, negligenteriam suam recuperabit, sed hoc unum opinor, quod distractio mentis in principio orationis sit magis pericula atq; nociva, quam in processu, immo & in fine orationis se laudis diuinis plus obest distractio quam in medio. Vnde Cassianus multum hortatur nos ut studeamus orationem ac laudem diuinam cū furore finire, & de omissione & culpa amissione ueniā humiliter implorare; hoc q̄ppe ualde proficuum est.

Articulus XII. De Epistola & Graduali ac Alleluia.

Cassianus.

Proverb.

Epistola seq.
cur.

Ex beneficio
cognoscitur
deus.
De ingratis
deo pro do-
nis collatis.
1. Cor. 14.
4. Cor. 2.

Philipp. 4.

Quare cum
epistola legi-
tur sedemus
Luc. 10

Titus.

Iohann. 8.

Batus homo q̄ inuenit sapientiam, & q̄ affluit prudentia, pretiosior est erit sapientia cunctis opibus. Conuentissime post orationē Epistola sequitur, in qua populus ad sacramenta Christi per doctrinam disponitur. Hæc enim in structio utilis est ad conferuandā gratiam dei, quæ per orationem sacerdotis premissam collata est. Est q̄q; necessaria ad digne percipiendā ac celebrāda sacramēta coelestia seu Christi mysteria. Nisi enim cognoscamus gratiā & misericordiā atq; beneficia dei, gratiā esse non possumus, nec cum amorosa deuotio ea recipere, uenerari, sive recolere. Nil enim diligit intellectus appetitus, nisi qd nouerit intellectus, q̄ aut in gratia est donis altissimi, sive prameretur amittere, & futuris carere. Vnde Apostolus ait, Qui autem ignorat, ignorabitur. Oportet ergo beneficia dei agnoscere, quæ admodum rursus dicit Apostolus, Nos, ingens, non sp̄im huius mūdi accepimus, sed sp̄itū q̄ ex deo est, ut sciamus quę à deo donata sunt nobis. Nam ex tali notitia spes roboratur, & charitas uehementer accedit. Epistola agitur apostolorum doctrinam designat, dicitur enim epistola ab Moysi, quod significat mitto uel mādō: qm̄ sicut prophetæ libros suos libris Moysi in qb̄ lex plene digesta erat, addiderunt, & quasi supermisserunt ad maiorem explanationē legis, informationēq; piebis, ita apostoli libris quatuor euangelistarum, in quib; lex noua perfecte contenta est, quędā scripta supermisserunt, ut populum informarent, insurgentesq; questiones absoluissent, atq; instantes tunc futurasq; hereses euacuarent: & haec scripta appellantur epistolæ, quae doctrina respectu euāgelice doctrine, quę immediate à Christo profluxit, est imperfecta & ordinatur ad eam, sicut ad finem. Intellectus namq; epistolæ disponit ad intellectū euā geliorum, propterea epistola ante euāgelium legitur. Cognoscendū quoq; p̄ eos, quę in Missā dicuntur, quedam à sacerdote pronuntiantur: ea uidelicet quibus populus immedia te ad deum ordinatur, ut sunt orationes & gratiarum actiones. Hoc tamen quedam in se creto dicit sacerdos, qm̄ ad suum officium spectat. Ea uero quę per ministerium alioꝝ diuinis tradita sunt, a ministris dicuntur, ut epistola & euāgelium: quedam aut̄ à toto choro dicuntur, utpū quę ad dispositionem populi pertinet. Ex doctrina uero epistolæ, sacerdotes duplice fructum confequuntur, uidelicet profectum uite, ascendēdo de uirtute in uirtutē gradatim, quod significat per graduales & item sp̄iale lētitiam, iuxta illud Apostoli, Gaudete semper in dño, quod significatur per Alleluia nomen Hebraicū, cuius interpretatio est, laudate dñm: & est hoc nōmē alleluia, cœlestē & mysticū uirtuosumq; nōmē ineffabilem beatōrum exultationem significans magis quam exprimens; repetit aut̄ propter duplē stolam seu gloriām beatōrum, quā nunc fortiuntur in anima, & tandem habebunt in anima & corpore. Cum aut̄ epistola legitur, sedemus exemplo Mari, quē le dens secus pedes Iesu, attente & lauida mente uerba eius audiuit: taliter enim & nos audire debemus lectionē epistolæ. Interdum quoq; loco epistolæ legitur aliqd ex ueteri testamento, ad designandum utriusq; testamenti concordiā. Epistole aut̄ apostolorum per subdiaconos dicuntur, sed quę ex ueteri lege sumuntur, per inferiores ministros leguntur, nō semper, sed tūc dum utriusq; legis cōfiguratio insinuat, ut in ieiunij quatuor tēporib; & dum ea celebrantur, quę in ueteri testamento p̄figurabātur, sicut baptismus, nativitas, passio. In officijs insuper luctuosis loco alleluia canitur tractus, q̄ asperitate uocū & prolixitate uerborum presentis uitæ miseriam representat.

Articulus XIII. De Euāgeliō & Symbolo.

Ego sum lux mundi, ait unigenitus filius dei. Quemadmodum dictum est, euāgeliā doctrina perfecta est, ad quā disponit doctrina apostolorum ac prophetarum, id est eo post epistola & ea quę effectū eius signant, euāgeliū sequit. Premitur aut̄ diaconus, dñs uobiscūt: qm̄ Chrūs dixit discipulis, quos ad p̄dicandū euāgelium mi sit, in

EXPOSITIO MISSÆ.

217

Mati. 10

Quare euāg. ad finit. regat. De consecra-
tio d.i.c. apō-
stolica.

Symbolum
triplex.

i. Pan. 19.

1. Cor. 9.

i. Paral. 29

Sacerdos ge-
rie personā
Christi.
Minister per
sonā ecclie
Luc. 6.

Luc. 22

fit. In quācunq; dominum intraueritis, primum dicit: Pax huic domui. Secundo, ad defi gnandum, q̄ Christus, q̄ est immediatus euāgeliæ ueritatis magister & autor, non est so lum homo, sed etiā deus. Porro, euāgeliū in finitima cātatur, qm̄ Chrūs sumimus euāgeliū predictor non uenit uocare iustos, sed p̄ctores. Scđo, q̄a Iudeus in incredulitatē sua ma nentibus gentiles, qui per finitimatē exprimuntur, euāgeliū crediderunt. Cū uero euāgeliū dicitur, stat plebs capite nūdo, & in principio signa se, tanq; de cruce Christi non erubēscit, sed glorians & uelut parata confiteri euāgeliū fidem, & etiam si opus est mori p̄ eo. Vnde plurimum reprehensibiles sunt, qui tempore euāgeliā lectionis sine spe ciali necessitate uel causas dēt, uel sustentaculo finituntur. Congruentissime uero post euāgeliū dicitur symbolū fidei, scilicet CREDENTIALE confessio fidei Christianæ est fructus euāgeliæ disciplinæ. Dicitur autem symbolū quasi collectio articulorum fidei orthodoxæ: & est triplex, uidelicet apōstolorū, quod in prima & completorio in silentio dicatur, ad insinuaridum, q̄ in primitiva ecclēsia fidēs in persecutione & in tribulatione fuit, & occulte prædicatores habebat: aliud est symbolū Athanasi, Alexāndri episcopi: tertium est symbolū patrum, uidelicet trecento, decem & octo episcopoz in Nicena Synodo editum, contra Ariani, perfidiam, q̄ supergloriosissimæ trinitatis substatialem unitatem negabant. Præterea, quod uirtus est dignior, eo actus eius est magis meritorius atq; diuinior. Cū ergo uirtutes theologicæ quęq; fides est una dignissime sunt actus eaq; sunt maxime meritoriae, & ergo Christianæ fidei actualis & deuota confessio plusq; dicit p̄ uel crēdi, meritoria est: tēsto oīa symbolū hęc cū magna attentione & diligētia sunt dicenda, potis fine tamen in missa.

Articulus XIV. De secunda principali parte Missæ, uidelicet de oblatione.

Tua est dñe magnificētia & potētia, & gloria atq; uictoria tibi laus, tuę diuitię, tua enim sunt omnia, & quę de manu tua accepimus, dēdimus tibi. In p̄expōsta prima parte Missæ multa dicta facta sunt, q̄bus tam sacerdōtēs & populus ad Christi sacramēta disponitūr & aptātur. Nunc in hac secunda parte officiū Missæ, que pars consecrationis uocatur, sacerdōtēs & populus magis immedīatē atq; directe ad consecrationē uel sacramēnti receptionē p̄parantur: p̄mittuntur enim offertoriū, quod sp̄uālem offerentiū iuicūditatē designāt, hilare enim datorē dicit deus: & item promptitudine aīorē ad offerēndū: sic enī int̄mōlatio oblati plurimū placet, idcirco ait David: Scio dñs de us meus q̄ probes corda, & simplicitatē diligas. Vnde & ego in simplicitate cordis mei lætus, obtulio hęc. Deinde materia cōsecratiō deo per sacerdōtē offertur, dicente L. In sp̄u humilitatis &c., qd̄ yo adiungit. In noīe patris & filii & sp̄u sancti, t̄refit ad actū sequērem, q̄ calicem cū signo crucis deponit. Postmodum ad mīnistrū ac p̄pūlū se conuertit sacerdos, in filiō dicens: Orate fratres pro me &c. Et sicut sacerdōtēs gerit personā Christi, ita minister gerit personam ecclēsiae, quis sit unus: & ergo sacerdōtēs pluraliter allōgūrūt eum. Consequēt sacerdos orat uoce submissa, petens à deo effectū & fructū, acceptatiōne oblationis exhibet: benedictionem quoq; oblatā materie, sicut paterē potest consideranti diuersas secretas. Hās aut̄ orationes in silentio dicit, quoniam non dicuntur in p̄sonā populi, sed quia dicuntur pro populo, ideo alte terminātur. Propriētā quoq; submissa uoce dicuntur, quatenus collectoriū deuotioriō mēte pronuntientur: uel, q̄a designt̄ orationes Christi secretas, sicut cū erat in noctis in orationē dei, & p̄ passionis instātē, auulsus à discipulis patrem orauit. Pōtq; aut̄ rēpōtūm est sacerdōtēl Amen, subiungit. Dō minus uobiscum. Itūc enim p̄sēntē dei & illuminatio grā eius tantō amplius necessaria est, quanto ea quę restat magis at̄ dua sunt. Volens ergo sacerdos populu ad diuinam mysteria p̄parare, excitando eum ad laudem diuinam, in ipsa p̄fraise que incipit ibi, Vere dignum & iustum est, iuuit eundē ad laudandum altissimum. Ideo addit: Sursū cor da: Non enim laudare ualemus deū syncere ac dignētate, contemplādo diuinā, ad quod nōcēse est inferiora & sensibilia ista relinquerē, mentisq; oculū diuinog; considerationi infigere, & hoc in p̄sēnti officiō sumime regrit, maxime in hoc loco, qm̄ sacramētu istud totaliter diuinum & spirituale ac abditum est. Respondetur uero sacerdoti, Dignū & iustum est. Sed utinam mens ipsa atq; affectio uoci cōfīcor detinutam considerationi sapientiae atq; clientielæ beneficiorū dei tam sacerdōtēs q̄ religiō occupēntur, p̄sēntē in hoc loco & insip̄ usq; in finitimi officiō. Sacerdos aut̄ choro cōfītēns, eadē in uerba repetit, dīces: Vere dignum & iustum est, equum & salutare, nos tibi semp & ubiq; gratias agere. Ponuntur hic quatuor nomina adiectiua, quę exprimūt cur deo regatari tēnemur. Te-

P̄ nemus

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

nemur enim deo gratias agere. Primo, quia hoc dignum est; secundo, quia iustum; tertio, quia æquum; quarto, quia salutare. Horum uero quatuor nominum differetia insinuantur per ea que sequuntur, subiungitur enim: *L*domine sancte pater omnipotens, *L*de quibus plenus loqui oportet.

Articulus XV. De intellectu praefationis quotidiana, Vere dignum & iustum est.

Iob. 13.

Ecclesiast. 51.
Psal. 145.
Psal. 100.

Thess. 1.
Psal. 102.
Hebreos. 63.

Apocal.

Vbi eras cum me laudarent astra matutina, & jubilarent omnes filii dei, ait omnipotens. Quis enarrabit celorum rationem, & concutum cœli dormire q̄s faciet? Hoc prorsus coelestis perfectio atq; angelica uita, & in omni presentis incalitus afflictione dulcissimum refrigerium, unicumq; leuamē, in laudibus dei occupari, delectari, accendi. Hoc(ni fallor) gustauit sapiens ille q̄ dixit: Laudabit usq; ad morte anima mea dominum. Et diuinus David, Psallam inquit, deo meo q̄diu fuero. Et iterum lucidum fit ei eloquium meum, ego uero delectabor in dño. Dua aut sunt rōnes laudandi deum, uidelicet ipsa bonitas dei considerata in se, & beneficia eius nobis collata. Iaus ergo qua bonitatem diuinam scdm se & propter se laudamus, glorificatio dici potest. Sed dum deum laudamus propter beneficia eius, grāce actus appellatur, ad quā hortat̄ Apłs: In oib⁹ grās agite. Et Psalmista, Benedic aia mea dñm, & noli obliuisci oēs retributiones e⁹. Vñ illutris ille propheta beatissimus Isaias in uoce exultationis decatā: Miserationū dñi recordabor: laudem dñm sup oib⁹ bonis que reddidit nobis, & que largitus est nobis scdm indulgentiam suā. Et Iohā in Apocal ait: Grās agimus tibi dñe deus oīpotēs, qui es & qui eras, Itaq; in prefatione quā ideo sic uocatur, qm̄ Canonem per modū prologi antecedit, & ante eū dici seu fari haber, sacerdos choro concordans ait:

Vere dignum & iustum est, equum & salutare, nos tibi semper & ubiq; gratias agere. *L*alia rōne dignum est deo grās agere, alia rōne est hoc iustum, atq; alia rōne æquū, & alia rōne salutare, quāz rōnum diuersitas elicit potest ex verbis sequētibus. Quia tuor em̄ sequuntur, uidelicet dñe sancte, pater oīpotens, æterne deus, per Christū dñmno strū, *L*ique predictis quatuor ybis correspondēt, quia em̄ deus est sanctus dñs, ideo dignū est nos ei grās agere; & quia est pater omnipotens, ideo iustum est nos ei gratias agere; & q̄a est æternus deus, idcirco equum est hoc, quoniam uere per filium suū nos de morte redemit, propterea salutare est hoc, ideo em̄ subiungitur, *L*per Christum dñm nostrū. Itaq; dignum est nos deo gratias agere, rōne sui uniuersalis dominij atq; regimini re⁹, quēadmodū in psalmo cātamus: Præoccupemus faciē eius in cōfessione, & in psalmis subiungemus eit: quare, nisi qm̄ deus magnus dñs, & rex magnus super oēs deos: ideo nanq; p̄ Isaiā dñs dicit: Ego dñs, hoc est nomen meum, gloriā meam alteri non dabo. Deniq; iustum est nos deo gratias agere, qm̄ ipse est pater noster, cui quotidie dicimus: Pater noster qui es in cœlis. Iustum est em̄ filios honorare parētes, quanto magis iustum est patri cœlesti & cœatori omnipotēti ac sancto honore impēdere gratiasq; referre: propter quod per malachia dñs ait: Si ego sum p̄, ubi est honor meus? & si ego sum dñs, ubi ē timor me⁹. Aequū yō est nos deo grās agere rōe suę diuinę naturę & infinitae excellētiae: propter qd addit⁹. *L*ter de us. *L*Est qd̄ hoc ipsum ualde salutare, ingratitudi nāq; peccati est maximū. Potest etiā aliter dici, ut digni sit nos deo gratias agere, rōe suę maiestatis: Iustum, *L*propter dona naū rōe nobis ab eo donata: *L*et quum, propter beneficia gratiae generalia quam specialia: *L*salutare, *L*in ordine ad promissa: nam bona nobis in cœlis promissa atq; parata, aliter ad p̄fici non possumus, nisi de beneficijs iam suscep̄tis deo gratias referamus. Debemus uero gratias de patri referre per Christū filium eius, non sic, quod primo & immediate debemus filio regnari, & patri per ipsum, quasi secundario & immediate, sed quia per filium creati sumus & recreati, Omnia em̄ per ipsum facta sunt, & omnia per ipsum reparata sunt: ideo per filium tanquam per eum, per quem omne bonum tam natura quam gratia accipimus, patri gratias agimus. Et simili modo intelligendū est qd̄ seq̄tur: *L*Per quē maiestatem tuam laudant angeli, *L*in omni enim locutione qua aliquis dicitur agere uel operari per alium, prepositio per, designat in causali aliquod genus cause sue principij: Quum ergo filius sit causa donorum naturae beneficiorumq; gratiae in nobis atque in angelis, ideo nos agimus gratias per filium, & per eum angelī maiestatem dei, id est, magnam eius potestatē collaudat. Dominationes, *L*angeli spiritus, q̄ sunt primi in media hierarchia, maiestatē item patris adorant. Potestates, quoq; q̄ sunt infimi in media hierarchia scdm Dionysium, tremunt, *L*cum filiali reverētia & humili admiratiōe sine omni penali affectiōe honorant

EXPOSITIO MISSÆ.

218

nisi, quæ potest, an Christus consecrauit, fregit & dedit proprium corpus eo ordine quo in Canone & in euangelio enarratur. Et respondendum, omnis in opinionibus varijs, quod euangelistæ non narrant rem gestam eo ordine q̄ facta est: & hoc ultimum Thomas concedit & alii multi, affirmantes quod Euangelistæ non semper obseruant in historiā ordinem rerum gestarum. Hi ergo dicunt, quod Christus hāc uerba proferendo consecrauit; nec ea repetiuit, sed simul confecit, & consecrandi formam p̄fixit. Vnde secundum hos uerba Canonis sic ordinanda sunt: Eleuatis oculis in cœlum &c. benedixit, dicens: Hoc ē corpus meum, & dedit discipulis suis. Hāc enim positio communior est. Insuper quæri potest quid demonstrat li. Hoc, dum dicitur, Hoc est enim corpus meum. Non enim demonstrat corpus Christi, quoniam illud nondum ē ibi, sed post prolationem uerborum nec panem, quia panis non est corpus Christi. Et respondendum secundum Innocentium, quod li. Hoc, nihil demonstrat, ait, quod uerba consecrationis non dicuntur à sacerdote nisi recitativæ, & sic quasi materialiter accipiuntur; & quantum hoc subtiliter & ap̄ parenter dicatur, communiter tamen doctores tenent oppositum. Thomas igitur dicit, quod nec demonstrat corpus Christi, nec panem, sed aliq; sub speciebus sacramenti contentum, quod prius fuit panis, & postmodum ē corpus Christi. Pronomina nāq; signant substantiam sine qualitate, id ē, propria & determinata proprietate, sicut uerba consecrationis non dicuntur solum recitativæ, sed etiā significative, inoꝝ & effectiva secundū Aegidium. Efficient enim quod designant. Et hanc instrumentalem causalitatem in consecratione corporis & sanguinis Christi sortitur sacerdos per impressionē sacerdotialis characteris. Nam & potestas hāc sacerdoti collata diuinitus, est ipse sacerdotialis character. Aliqui faciliter se expedites dicunt, quod li. Hoc, demonstrat corpus Christi, non quod est sub formis his dum uerba hāc proferuntur, sed in termino prolationis. Porro, dē aditione uerborum magna est quæstio: tria enim adduntur, quæ nullus euangelistarū expressit: Nam in consecratione corporis, additur ista coniunctio ENIM: in consecratione quoq; sanguinis apponitur, MYSTERIVM FIDEI, & AETERNI TESTAMENTI, quæ in euangelio nō habentur. Additur etiam ante consecrationē. Eleuatis oculis in cœlum, quod nemo euangelistarum conscripsit. Et respondēdum secundum Dionysium ultimo Ecclesiasticæ hierarchiæ capitulo primo, quod euangelistæ in exordio naſcentis ecclēsiae noluerunt publice tradere formas sacramentorum, propter irrfisionem infidelium compescendam. Græci enim auidentes his uerbis, consecrari corpus & sanguinem Christi, late riserunt. Credendum ē tamen, omnia uerba quæ ad consecrationem necessario requiruntur, à Christo fuisse prolatæ, & apostolis traditæ, sicq; per eos ad posteriores prouisse. Hāc autem coniunctio Enim, non est de necessitate formæ sacramenti, sed additum ex institutione beatissimi principis apostolorum Petri. Vnde qui eam sc̄ienter omittent, uehementer peccaret. Additur enim ad defensionandum continuationem uerborum consecrationis ad p̄dictā. Verba autem illa, Eleuatis oculis in cœlum ad te deum patrem, ab Alexandro Papa additare referuntur. Nam (ut Innocentius ait) probabile ē quod Christus qui in resuſtatione Lazari oculos ad patrem leuavit, idem fecit in consecratione tam incomprehensibilis sacramenti. Præterea querit, an Chrs corpus suū lude dedit. Et respondēdum secundum Dionysium in de Hierarchia ecclesiastica, q̄ inoꝝ, quod Augustinus quoq; testat. Non enim debuit occultū peccatore publicare. Non est tñ putādum, q̄ Chrs dedit corpus suū sub buccella intincta, sed ante cū alijs discipulis, secundū Augustinū. Hilarius tamen oppositū sentit. Sed in talibus atq; similibus maxime stādum ē determinationi diuinissimi & sacratissimi & theologicissimi Dionysii, q̄ erat amantissimus Pauli discipulus, & diligētissimus inuestigator ueritatis ab ipsis apostolis, seu apostolicis uiris sui utiq; temporis. Amplius querit, an Christus propriū corpus accepit. Et respondēdum, q̄ sicut dicitur primo propriū corpus sump̄isse, & postmodum apostolis tradidisse, de q̄ sunt metras:

nō esse in uili
li uino conse
randum.

Euangeliste
nō semp̄ ob
seruant ordi
nem retin
gellarum,

Matt. 26.
Marc. 14.
Luce. 22.
1.Cori. 11.

De forma
uerborū con
secrationis

Vt Chri
stus dederit
corpus suū
lude.

Vt Chri
stus propriū
corpus acce
pit.

Q. Rex

Quale corp^o
Christus de-
dit dicti-
pulis.
VII. sunt do-
tes beatorū
in part^o.
Hugo.
4 doles cor-
poris Chri-
stus accepit.

viri corpus
& sanguis
sunt unū la-
cramendū.

Hebr. 9.

Matte. 20.

Iohann. 43.

Phil. 10.
Rom. 5.

Rex sedet in cena, turba cinctus duodenas. Setenit in manibus, se cibari pse cibus. Postremo ingri potest, qle corp^o Chri dedit discipulis. Dicit autem Innocentius papa, qd multi hanc quæstionem mouet, sed pauci intelligunt. Aduentendū ergo, qd sunt dotes beatorū in patria: tres aic^o, & 4. corporis. Dotes aic^o sunt fructus, tensio, uisus: dotes corporis sunt claritas, agilitas, impassibilitas, subtilitas. Certū est autem, qd aia Chri à sua creatione habuit 3. dotes p̄ dictas nā Chri ut homo ab instati p̄ceptio p̄ceptio extitit cōprensori de dotib^o ue-
ro corporis est diuersa opinio. Hugo enim de S. Victore, doctor glori osus, afferuit Chri in hac uita diuersis quidē tēporibus p̄dictas 4. dotes corporis asumpsisse, uidelicet subtilitate in nativitate ex uirgine matre, clavitate in trāfiguratio, agilitate in ambulatio, e sup ma-
re, impassibilitate in consecratio. Vñ secundū Hugonē, Chri dedit discipulis corpus ipsa-
bile. Sed hęc positio quantū ad impassibilitatem, stare nō potest, nā idē corp^o dedit qd habu-
it: & si fuisset corp^o Chri cōscratu, seruatū in pyxide in die parascenes, tuc utiqz Christus
mortu^o fuisset in pyxide, uel contradictione uerificarent de eodē. R̄ndendū est iſig, qd Chri
tale corpus dedit discipulis, qle tūc habuit quis sub specieb. sacri habuerit Chri's alī modū
esfendi, uidelicet imp̄ceptibile sensu. Postremo querit, ac corpus Chri & sanguis sint unū
sacrūm, an duo. Vide enim qd sint duo sacramēta dicimus in Collecta. Purificat nos quesumus
die sacrificia que sumptimur. Sed si hoc dicat, nō erit 7. sacrū, sed octo. Et r̄ndendū, qd sint unū
sacramēta, secundū rationē sacramēta, non unitate in diuisibilitatis, sed p̄fectionis: qm ad
eundē effectū p̄fectū ordinant, uidelicet ad sp̄ialem aic^o refectionē, ad quā requirūtur spi-
ritualis elica & potus, quēadmodū ad corporalē refectionē corporalis cibus ac potus.

Articulus 2. 8. De intellectu VII. partis Canonis. Simili modo post q̄ cenātū est &c.

Anguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo,
emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruendum deo uiu-
ti. Præsens pars Canonis, historia est, descriptib⁹ quōmodo Christus sanguinem su-
um consecravit ex uino: idcirco sicut p̄dictum est, de modo cogitandi aut forman-
di affectū in prolatione præcedentis partis Canonis, quę est de consecratio corporis Christi, sic & nūc intelligendū est, quantū ad hanc canonis partē, cuius exordiū est.

Simili modo, id est tali modo, sicut de pane predictum est, postquam cenātū est. I. post
Sime agnī Paschalis: non qd tota cena tunc fuerit consummata, ut uidetur, quum dī-
cat Mattheus, Cenātibus autē illis, accepit Iesu panem, & similiter postea calicem,
imō sicut ex euangelio Iohannis colligitur, Christus dedit Iude buccellam post huius sacra-
menti institutionem. Ait enim Iohannes: Cum ergo accepisset ille, scilicet Iudas, buccellā,
exiuit continuo: & tamen Iudas Christi corpus accepit, sicut ostēsum ē. Hic ergo sumitue
cenā pro Iesu agnī Paschalis: uel dicitur cena iam facta, quoniam pars eius completa fuit
uel dicitur, postquam cenātū ē, quia iam quasi completa fuerat cena. Frequenter namq;
ascribit aliquid toti ratione partis in sacra scriptura. Accipiens Iesu, & hunc præclarū
calicem istum præclarū, quem iste calix designat, uel hunc, i. similem secun-
dum genus uel speciem: qui calix uocatur præclarus, qm dignus fuit tangi à Chro, & esse in
instrumentū tam diuinissimae conuersionis uini in sanguinem Christi, ac uas tam pretiosissi-
mi sanguinis. In sanctis ac uenerabiles manus suas, item tibi gratias agē, bene, & dixit
quę uerba ante exposta sunt. L. dedit discipulis suis, dicens: Accipite & bibite ex eo. I. ex
calice isto sanguinem continent. Lomnes. Hunc ergo Iudas bibisse uidetur. **L**HIC EST
ENIM CALIX SANGVINIS MEL! Ponit hic continens pro contēto, ut sit sensus: Hic
est sanguis meus, per modū potus in calice exhibitus. Et potius dicit calix sanguinis mei q̄
sanguis meus: qm hoc sacramētu ministrat ut potus aic^o sp̄ialis. Sanguis autē nō dicit ali-
quid per modū potabilis, sed calix. Segut: noui & eterni testamenti. I. Hic est calix san-
guinis mei, p̄ quem sanguine nouū atq; eternū testamentū consummatū est ex initiatū.
Testamentū nāq; est ultimata distributio seu dispensatio bonorū, morte testatoris firma-
ta. Cū ergo Chri p̄ mortē & sanguinē corporis sui, sp̄ialis atq; cælestia bona nobis dona
uerit, meritō fides & lex eius nouū testamentū appella, quod utiqz confirmatū est morte
mediatoris dei & hoīm Iesu Chri. Dicit q̄q; testamentū hoc nouū, tū qd in cena incepit, tū
qm̄ ueritatē peccati delet, & in nouitatē sp̄iale adducit, q̄tenus renouet ut agle ueritas
nra, & secundū Apostoli, In nouitate uite ambule. Dicit itē hoc testamentū Chri eternū,
nō qd ab eterno fuit, uel à principio mūdi, nisi in p̄destinatione diuina, p̄figurationē p̄my-
stica, sed qd nunq; deficiet, nec aliud ei testamentū succedet, quēadmodū dū ueteri testamentō
lex Chri successit, & illud euacuauit. Segit mysteriū fidei. I. secrētu & occultissimum i fide
Christia-

christiana: quod enim sub forma uini sit sanguis Christi, secretum est ualde. & omni intel-
lectui creato incomprehensibile: imō secundū Aegidiū de Roma, angeli sancti hoc ca-
Aegidiū de
Roma,
pere nequeunt. Hoc ergo sanguinis sacramentum, est quoddam mysterium fidei, & quasi
objecūtū ipius, quoniam fides uersatur circa istud mysterium tanq; circa obiectum in aia
sola fide tenetur & creditur, sub his sensibilibus formis contineri corpus & sanguinē Chri-
sti. Sequitur: qui pro uobis sicut ap̄stolis. L. & pro multis, id ē, pro uniuersis electis.
Leftundetur in remissionem peccatorum. Tam originaliū quām actualiū. Sanguis quippe
Christi pro omnibus ē effusus, quantum ad sufficiētiātē sed quantū ad efficaciam seu ef-
ficaciam, pro solis p̄destinatis effusus ē. Hęc quotiescumq; feceritis, in mei memoriā
faciet. Haec uerba non pertinent ad formam consecrationis, sed his uerbis aut similibus
contulit Christus ap̄stolis sacramentum ordinis, faciens eos sacerdotes, & cōmittens eis
executionem huius mysterii.

Articulus XXIX. De solutione quarundam quæstio-

nū circa p̄dicta.

Puocationis nostre. Circa formam consecrationis sanguinis Christi, doctores di-
uerſa opinati sunt. Albertus enim & Henricus de Ganda affirmant, quod sic
ut ad consecrationem corporis Christi sufficiunt uerba ista, Hoc est enim corpus
meum: sic ad consecrationem sanguinis sufficit dicere: Hic est enim calix sanguinis mei.
Que autem sequuntur, uidelicet noui & eterni testamenti, usque ibi, haec quotiescumq; fe-
ceritis, dicunt esse expositoria p̄dictorum uerborum. Hęc est Alberti opinio in Summa
de corpore Christi. Veruntamen super quartum Sententiārum librum, scribit oppositum.
Thomas vero & alij asserunt, quod omnia hęc sunt de forma consecrationis sanguinis, us-
que ibi, Hęc quotiescumque feceritis, quia hęc uerba, Noui & eterni testamenti &c, sunt de
terminations eius quod dictum est, Hic est calix sanguinis mei, sicq; pertinent ad perfecti
onem locutionis. Sed quicquid sit de ueritate, haec secunda positio tutior est, & ritus ecclē
siae magis ei concordat. Non enim leuatur calix ante illa uerba, Haec quotiescumq; feceri-
tis. Porro Petrus de Tarento super quartum Sententiārum, dicit se credere, quod conse-
cratio sanguinis Christi fieri possit per uerba à quocunque euangelista descripta: & con-
stat quod non quilibet euangelista ponit omnia uerba illa, imō nullus eorum omnia po-
nit. Graeci quoq; ueraciter conferrant, non tamē omnibus uerbis illis utuntur: & sic ui-
deri posset, quod non omnia uerba illa requirātur tanquam de essentiali forma consecra-
tionis istius. Ex uerbis tamen Innocentij papæ posset ostendi, quod prima opinio non fit
rata. Innocentius nāq; à quodam ep̄scopo interrogatus, cur in consecratione sanguinis
ponantur quādam uerba a nullo euangelista descripta, soluendo approbat quiescio
nenillam, innuendo quod ibi ponantur uerba huiusmodi quasi de forma consecrationis
istius: & tamen hęc uerba, Hic est calix sanguinis mei, imō & plura ab euangelistis sunt scri-
pta, ut patet in Decretalibus, & idem sentit Aegidiū de Roma, exponēdo illam Innocen-
tij decretalem. Denique queri potest, an sub formis panis consecrati continueatur sanguis
Christi: & similiter, an sub formis uini consecrati sit corpus Christi. Et respondēdū, q̄
in hoc sacramento continetur aliquid duplicitate, scilicet directe, utputa id in quod termi-
nat conuertio panis ac uini: & indirecte, seu concomitanter, scilicet quod realiter cōiu-
nūtūt est ei, in qd p̄dicta conuertio directe terminatur. Quū ergo substantia panis directe
conuertatur in corpus Christi, idcirco sub formis panis consecrati directe nil continetur,
nec est nisi corpus Christi: sed quoniam corpori Christi realiter coniuncta sunt anima ra-
tionalis ac sanguis, & propria quantitas, cetera quo que eius accidentia magis intrinseca,
atq; diuinitas seu uerbi persona: proptereā indirecte seu per naturalem concomitantiam
ac sequelam sub speciebus panis consecrati existunt sanguis Christi & anima, totaq; eius
quantitas atque diuinitas seu uerbi persona: & pars in formate sentire oportet de existentia
horum, & corporis sub speciebus uini consecrati seu sanguinis. Nam sub formis uini con-
secrati directe continetur sanguis corpus uero & quantitas, qualitas, anima, & uerbi per-
sona, concomitanter. Porro uerba p̄tracta, uidelicet, Hęc quotiescumque feceritis, ut
ait Bernardus, omni affectu plenissima sunt, & fidelem ac uere Christianū anūmum ue-
hementer inflammant, suntq; à sacerdotie celebrante cum intenti deuotione ac mentis fa-
pore promenda: & proh dolor miserabilem sacerdotem, qui haec uerba sine memoria in-
effabilis atq; eximia dictionis, atq; acerbissimae mortis Christi pronuntiat, & sine cordi-
Bernardus.

Thomas su-
per 4. Sent.
Petrus de
Tarento.

Innocentius.
De celeb.
Missa e Gū
March.

Q z ali

ali effectu effunditimo ueraciter hec uerba non solum tempore celebrationis, sed frequētissime nobis sunt cogitanda, reuoluenda, & amplectenda. His quippe uerbis iubemur a Christo non sine actuali deuotione celebrare, sed cum diligenti diuinorum beneficiorum recordatione.

Articulus XXX. De effectibus huius superdignissimi sacramenti.

Cantic. 5.

Sacramentū
olitatis, spūia
lis almonia
est.digne sumis
eucharistiā,
multa bona
consequitur
L'efficiens
cramenti.

ii. effectus

Vnūptūm
mortale fine
alio dimitti
no potest.iii. effectus
sacramenti.iv. effectus
sacramenti

Hugo.

Salubre &
sanctum et
frequenter
celebrare.Charitas se-
paratiois im-
patiens est.Chrysostom⁹
Jacob. 3.

Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi. Caro mea uere ē cibus, & sanguis meus uere est potus, ait unigenitus dei patris. Quoniam igitur hoc diuinum sacramentum dicitur spiritualis almonia atque refectione anima, ideo q̄ quid cibus corporalis facit in corpore, id efficit sacramentum corporis Christi in anima, nisi homo obiceat (id est, gratiae impedimentum) oponat, accedendo indigne, aut habendo se incustodite. Quemadmodum ergo cibus corporalis, uires corporis considerat ac reparat, & quantitate in augeat ac perficit, gustumq; delectat, sic eucharistiae sacramentum, uirtutes & gratiam conferuat in anima, roborando sumentem in bono t̄ reparat quoque desperatum, id est amissum, charitatis feruorem; augeat etiam spiritualem animae quantitatem, id est, processum de uirtute in uirtutem, donec perficiat eam; & insuper confert magnam delectationem interno gustui eius, cuius anima renuet in exterioribus & uilibus ac sensibilibus consolari. Hęc tamen delectatio, quantum ad experimentalem suam perceptionem, non est importune optanda, sed dispensationi diuinae sapientiae atque immensae Christi misericordie committenda. Primus ergo huius sacramenti effectus, est collatio uel potius augmentatio gratiae. Sicut enim baptismus ordinatur ad inchoationem uitæ spiritualis, quod fit per gratiae infusionem, sic eucharistia directe ordinatur ad spiritualis esse perfectionem, quod fit per gratiae augmentationem, seu ampliorem charitatis feruorem. Et quoniam augmentatione gratiae, seu feruor charitatis uenialia peccata consumit tanto perfectius, quo amplius inualefecit, idcirco secundus huius sacramenti effectus ē uenialium peccatorum remissio, etiam quantum ad peccatum, nō tamen semper omnium, sed tanto plurimum, quo feruor charitatis plus in ardore dicitur. Quamuis namq; unum peccatum mortale dimitti non possit sine alio, unum tamen ueniale sine alio dimitti potest. Deniq; quoniam gratia quæ confortatur, & charitas quæ magis accenditur, omnia mala habitualiter faltem, & in communī deterstat, sicq; contritionem complet ac perficit, ideo tertius huius sacramenti effectus est, mortalium peccatorum oblitorum remissio, partim quantum ad peccatum, totaliter uero quantum ad culpam. Rursus, quia per meritum passionis & sanguinis Iesu Christi, aperta est nobis ianua regni coelestis, propterea quartus effectus sacramenti istius, est adeptio gloriae seu uitæ æternæ, in quantum per ipsum efficaciter participes meritū salvatoris. Omnia namq; sacramenta nouæ legis, ut Hugo ait, sunt quædam uasa medicinalia, per quæ meritum passionis Christi nobis communicantur, applicatur, atque coniungitur. Ex quibus innotescit, quām fructuose & salubre ac sanctum sit, frequenter & item libenter celebrare, dummodo uita bona non desit. Sed ad tales uitam tenetur sacerdos ut dignus sit, præsertim religiosi, & maxime solitarij, ut Cartusianes; quorū non est seculares iumores percipere, mudana negotia retractare, circa plurima solicitari, uel quicquam temporale & ad hunc mundum pertinens affectare; sed illud unum, quod solum necessarium est, diligentissimo corde recolere, pura mente aspicere, ardēti effectu appetere, totisq; uiribus uenerari & colere. Et qui taliter conuerterat, multo fructuosis atq; diuinis agit, si ex charitate ardentis accedit, quām ex reverentiali timore, seu humilitate abstineat. Charitas nempe, separationis impatiens est. Qui autem nondum taliter conuerterat, si ad tam sanctam conuerteret, uere suspirat, frequenter cum magna fiducia accedere potest; nam per hoc maximam gratiam consequetur, sicq; compendiosus optatam perfectionem adipiscetur. Celebrando quoque, plus etiam alijs subuenit tam uiuus quām mortuus, quām non celebrando, ceteris paribus. Vnde Chrysostomus. Sicut leones, inquit, flammam spirantes, sic ab illa mensa discedimus terribiles effecti diabolo. Veruntamen, quidam sunt boni, qui licet zelum dei habeant, & ad spiritualem profectum anhelen, dum tamen aduersum aliquid eis occurrit, non solum tentantur, sed nec faciliter expedire se possunt à tentatione concepta; imd, quamvis ratio remittatur, lenitudo tamen uehementer & diu reluctatur rationis iudicio, & animum inquietat. Talibus consulendum opinor ut differant, ne in ipsa celebratione phantasia distrahat mentem, & cogitatione illatae iniuriae seu aduersitatis, deuotionem conturbet. Sed interim pro gratia stabili-

8; tranquillitate sincera, & præparatione ad sacramentum, studiofissime Christum depoſere habent, ne abstinentia à diuinissimo sacramento paruipendatur, uel in consuetudinem conuertatur.

Articulus 31. De eo quod dictum est in consecratione sanguinis, myſteriū fidei, & de certissima atq; firmissima fide ha-
benda de hoc sacramento.

A Roma militia nostræ non carnalia, sed potentia deo; destruente omniē altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei, & in captiuitatē redigētes oīm intellectum in obsequium Christi. Nequaquam est levitatis consentire catholice fidei, quamvis omninem naturalem rationem transcendat. Deo enim propter seipsum credendum est; & quod aliquid à deo dicatur, agnoscimus per operationem miraculosam, quę à solo deo fieri ualeat. Cum ergo per fidem Christianā infinitis diuinis po- testatis miraculis confirmata, noscimus Iesum esse Christū in lege promisum, & in euāgeliō uere descripsum, debemus sine ambiguitate atq; in agnitione firmiter credere oībus uerbis & actibus eius, quae de ipso in euāgeliō enarrantur, & ab ecclesia sancta creduntur. Hic enim modus cognoscendi, deo est gloriōsus, & nobis maxime meritorius. Gloriosum enim est principi, si foliū ac simplici eius uerbo credatur absque cautione iuramenti, uel pignoris, uel fidei uisoris signominiosum uero est ipſi, si non simplici eius uerbo fides adhuc beatatur. Imò unicuique uiro sufficiens ac notae bonitatis molestem est, si non simplici eius uerbo credatur; quanto magis summo regi ac principi totius universi displi- cetur, si uerbi eius non credatur sine cautione rationum, quam querunt gentiles, aut certe signorum, quam querunt Iudei, iuxta illud Apostoli: Iudei signa petunt, Greci autem sa- plientia querunt. Deniq; hic modus cognoscendi, uidelicet per fidem, est nobis meritorius. Assensusq; per quem assentimus p̄ se notis, uel necessario demonstratis, uel euidenter probatis, aut sensui manifestis, merito caret, cū non sit liber, sed quasi coactus. Assensus au- temq; per fidem assentimus uerbiis diuinis propter solā autoritatem dicitis, omnino est li- ber. Vnde & meritorius ē, & tāto amplius, quo intellectus prōptius cōsentit, ipsaq; res cre- dita incomprehensibilior fuerit. Fertur t̄ Hippocrates atq; Pythagoras hanc legem disci- pulis suis mandauerint, ut nequaquam interrogare presumerent de dictis ipsoī, propter quid: sed esset eis pro ratione, dicentes autoritas. Propter quod propheta ait: Nisi credide- ritis, non intelligetis. Cui concordat uerbum Aristotelis. Addiscētem inquit, oportet cre- dere. Sit ergo Christianis prosumma atq; certissima ratione, Christi autoritas, qui de seipso fateretur: Ego sum magister uester & dominus. Et iterum, Ne uocemini rabbi, Vnus enim ē magister uester, Christus. Veruntamen, nisi sciremus per sufficientia scripturarum testi- monia atque miracula, soli deo possibilia, IESVM esse Christum in lege promisum, tunc levitatis esset, credere his quæ fidei sunt Christiana. Sic enim nulla esset ratio, cui potius crederemus Christo, quā alicui alteri, ut Machometo, uel simili. Porro, ut ait Hilarius, hoc potissimum deo debemus, ut eum omnis sensus, lingua & uita nostra loquatur & sicut quicquid habemus & sumus, à deo accepimus, sic & nos totaliter deo subiçcere, & ei obediere tenemur. Quum ergo habeamus à deo non solum affectum, sed etiam intellectum, nō mi- nus debemus intellectum nostrum deo subiçcere, diuinio intellectui obediendo: quod fit, dum sola fide contenti, credimus uerbiis dei, & his quæ omnem rationem excedunt, quām ipsam uoluntatem suę affectum. Duæ enim sunt partes legis diuinæ, uidelicet testimonia & mandata. Testimonia in intellectum concernunt, mādata affectum. Quemadmodum er- go tenemur mandata implere, ita tenemur testimonijs credere. Vnde quamvis sacramen- tum altaris sit summe mirabile, & mysterium fidei, id est occultissimum quoddam in fide Christiana, quoniam tamen Christus testis est huius ueritatis, debemus ob solam eius rei uerentiam seu autoritatem firmissime credere, & sine omni curiosa perscrutatione conser- tire his, quæ sancta ecclēsia credit de hoc sacramento. Quia enim CHRSITVS ardēti- sima charitate dilexit deum patrem & totum genus humanum, rationabilissimum fuit, ut hoc sacramentum institueret in sacrificium hostiamq; pacificam. Nam per huius sacra- menti quotidianam celebrationem redditur deo gloria, honor, & laus infinita: per hoc q̄ diuinæ benignitatis beneficia incessanter recoluntur, nostra peccata panduntur, à deo indulgentia postulatur. Sed & nobis haec hostia saluberrima est & maxime fructuosa, sic- ut iam patuit. Quod enim Christus semel p̄ nobis fecit, & pertulit in ara crucis ad hono- rem & gloriam patris, hoc quotidie in isto sacramento seu fidei mysterio pro nobis quo- dam

2. Cor. 10.

Gala. 3.

1. Cor. 1.

Mat. 12.

Mat. 9. Lus.

Ital. 7.

Aristoteles.

Ioan. 13.

Duae sunt
partes legis
diuinæ.

Ephe. 4.

Rom. 6.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI

I Cor. 11. *dammodo facit. Præterea, quoniam Christus tam ardenter charitate dilexit nos, maxime decuit, ut ex hoc mundo recedens & ad patrem ascendens, relinqueret nobis dignum & efficax memoriale ac pignus suæ dilectionis; nec potuit pretiosius salutis memoriæ relinquare, quam proprium corpus ac sanguinem sub hoc secretissimo sacramento. Sunt autem & alia considerationes multæ ac pulchrae, quæ de hac materia possent inducere sed ad prolixitatem uitandam, istæ sufficiant.*

Articulus XXXII. Declaratio octauæ partis Canonis, uidelicet:

Vnde & memores domine &c.

A *B* **o**rtu solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, dicit dominus exercituum: & in omni loco sacrificatur & offeretur nomini meo oblatione munda. In his uerbis Malachias propheta de sacrificio nouæ legis, quod est sacramentum altaris, pulchre uaticinatus est. Denique, hæc pars Canonis continet executionem mandati Salvatoris nostri, nam immediate prædictum est. Hæc quoties cunque feceritis, in mei memoriam facietis. Ut ergo sacerdos ostendat se obedientem famam Christi, ait deo patri:

Vnde id ē, quia Christus filius tuus ita instituit, dicitur, domine, pater cœlestis, nos tui serui. Id ē, nos qui sacerdotali officio fungimur, sed & plebs tua sancta. Id ē, populus Christianus circumstans, memores beatæ passionis, necnon & ab inferis resurrectionis. Anima enim Christi fuit cum patribus in limbo inferni usq; ad horam resurrectionis, quemadmodum in psalmo cœatur: Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uiderem corruptionem. Sed & in celos gloriose ascensionis. Christi filii tui. Offerimus præclarę maiestati tuae. Id ē, excellentissime dignitati tue. De tuis donis, i.e. quæ tu nobis dististi. **L** **a** **d**atis. Id ē, tibi à nobis oblati; uel ut Innocentius dicit, de tuis donis, refertur ad fruges seu segetes terræ, ex quibus conficitur panis, qui conuertitur in CHRISTI corpus. **L** **a** **d**atis, uero refertur ad fructus arboris, ex quibus exprimitur uinum, quod conuertitur in CHRISTI sanguinem. **L** **a** **h**ostiam & puram, hostiam & sanctam, hostiam & immaculatam. Id ē, sacramentum corporis & sanguinis CHRISTI, quod ē hostia pura, quia caret omni macula hostia sancta, quoniam omni gratia & sanctitate repleta; hostia immaculata, id ē, offerentem non maculans, sed uere sanctificans; quod non competit sacrificiis ueteris legis, quæ non potuerunt accedentem perficere, teste Apostolo: imò sacerdos offerent ea, immundus erat usque ad uesperam, lauabat q; se semper. **L** **a** **p**anem & sanctum uitæ eternæ, & calicem & salutis perpetuæ. Hæc uerba expponunt prædicta: Nam corpus & sanguis CHRISTI ante expressa sunt uno communione nomine, ut puta nomine hostiae. Sed quia hec hostia continet duo, uidelicet corpus & sanguinem Salvatoris, idcirco hæc duo distincte explicitantur, dum subditur: **L** **a** **p**anem sanctum uitæ eternæ. Id est, corpus CHRISTI tibi offerimus, qui est panis atque uiatum animæ, quo peruenire meremur ad uitam æternam. & calicem salutis perpetuæ. Id est, sanguinem CHRISTI, per cuius effusionem perpetua salus seu cœlestis felicitas nobis preparata ē, data, atq; parata. Præterea aduertendum, quod hostia alter dicitur nunc pura & sancta ac immaculata, & panis sanctus, quoniam in exordio canonis ubi dictum est, Hæc sancta sacrificia illibata. Est enim aliquid tripliciter sanctum: uidelicet per essentiam, ut deus sublimis per participationem formalem, ut intellectualis creatura, quæ sola ē subiectum sanctitatis & gratiæ: per ordinationem seu habitu dinē ad diuinam, ut altare seu uestes, quæ sancta dicuntur, quia ad diuinum cultum deputatur. Posset autem addi quartus modus, quo sacramenta dicuntur sancta, quia sacraria; ut scilicet aliquid uocetur sanctum ratione sui effectus. Et quoniam gratiam sanctificantem aliquo modo continet, quoniam non secundum esse compleatum, dicitur quoque aliquid sanctum ratione representationis, & item ratione status sive officii. Et tertio modo hostia dicitur sancta & illibata ante consecrationem, quoniam ordinatur ad corpus & sanguinem Christi: sed post consecrationem est sancta & pura ac illibata, secundo modo. Nam caro & sanguis Christi sunt uere sancta ac pura, propter animam diuinitatemq; unitam. Quoniam enim caro non sit immediatum gratiæ subiectum, sed anima, est tameu caro subiectum gratiæ mediatum, cum sit subiectum animæ, quæ est proximum gratiæ ac sanctitatis subiectū. Conformiter, hostia ante consecrationem dicitur panis, propter ueram panis naturam: post consecrationem uero, panis uocatur propter similitudinem seu effectum, quia spiritualiter alit, auget, confortat, delectat. Item uita & uerba perpetua idem sunt. Commemorantur autem hic tria opera Chri-

tripliciter
aliquid san-
cta dicitur,

Eiamhostia
dicuntur
sanctæ
ante conse-
crationem.

Chri-

EXPOSITIO MISSÆ.

226

Christi, uidelicet passio, cuius memoria charitatem inflammat: resurrectio, quæ fidem confortat: ascensio, quæ spem nostram corroborat. Quod enim in Christo capite nostro facta credimus, in nobis perficiendum speramus. Dum uero sacerdos hæc uerba dicit, debet q; dem celeriter, non tamen superficialiter, jmd cordaliter recordari passionis Christi, non si ne compassionis affectu, resurrectionis quoq; & ascensionis cum exultatione mentali: contemplando mentaliter, quomodo ex clauso sepulcro surrexit, anima ex limbo inferni ad corpus redeunte: & qualiter nubes in ascensione accepit eum ab oculis discipulorum. Insuper, super uerba predicta fiunt qnq; crucis, propter qnq; uulnra Christi, uel q; in qnq; sensibus uehementissime passus est.

Articulus XXXIII. De explanatione nonæ partis Canonis, scilicet, super quæ propitio ac sereno uultu.

Psal. 71.
Vaticinium
David de fa-
cramento al-
taris,
Psal. 71,

Erit firmamentum in terra in summis montium, super extolletur super Libanum frumentus eius. Preter alia in quibus diuinus David de sacrificio nouæ legis euidenter locutus est in psalmo septuagimo primo, de sacramento corporis & sanguinis Christi, si pulcherrime uaticinatus ostenditur: Erit inq; q; firmamentum in terra in summis montium. Hoc enim ait de rege Messia seu Christo, quo hic psalmus ab uniuersis exposuit: id est in exordio huius psalmi habet, Deus iudicium tuum regi da. Et in processu huius psalmi manifeste loquitur sanctus propheta de duplicitate Christi natura, uidelicet diuina, per quæ dicitur, Ante solem permanet nomen eius. & Adorabunt eum omnes reges, atq; humana propter quod dicitur: Descenderunt sicut pluvia in uellus. Deniq; de hoc rege seu Christo adiunxit: Erit firmamentum in terra in summis montium: ubi ut Nicolaus de Lira testatur, Hebraica ueritas habet: Erit placeta tritici in terra in capite montium, id est sacerdotum, qui ob dignitatis suæ excellentiam appellatis sunt montes. Translatio autem Chaldaica quæ apud Iudeos reputatur authenticæ, habet: Erit oblatio frumenti in terra, sed & translatio Hieronymi talis est: Erit memoriale frumentum. David ergo in spiritu clarissime uidit, quæ admodum tempore nouæ legis debuit Christus immolari quotidie à ueris sacerdotibus sub specie frumenti seu panis tritici. Dictum est autem, q; in sacramento altaris sunt tria: quorum unum est sacramentum tantum, aliud res & sacramentum. Tertium uero, est res tantum, quod est gratia sacramentalis. In hacigitur Canonis parte petit sacerdos hanc gratiam, huicq; sacramenti effectum adipisci a domino, dicens:

Suprà quæ id est, super dona ista oblatæ, uidelicet corpus Christi ac sanguinem, propitiatio, i.e. misericordia a pio atq; placato, ac sereno. Id est placido uultu, seu respectu recipiæ dignitatis. Hoc orat sacerdos, non q; deus pater possit irato contentienti, uultu respicere sacramentum altaris, seu corpus & sanguinem unicus filii sui, ne dedignetur ea offerri à nobis propter malitiam nostram. Orat ergo sacerdos, ut deus pater benigne respiciat istam oblationem in ordine ad offerentem, & hoc pandunt uerba sequentia. Sequitur enim, Et accepta habere, id est, dignitatis ea grata recipere, sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, qui puer vocatur propter uitæ innocentiam: & iustus, quoniam de melioribus atq; primogenitis gregum, sacrificium obtulit, sicut in Gene si patet. & sacrificium patriarchæ nostri Abraham, qui secundum Apostolum est pater, non tantum Iudeorum, sed omnium credituum cuius sacrificia deo placebant, praesertim dum proprium filium immolari paratissimum fuit. & sacrificium quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedec, qui dicitur summus dei sacerdos non simpliciter, sed tempore illo: sacerdotium nanq; CHRISTI, non solum dignus est sacerdotio Leuitico, sed etiam sacerdotio Melchisedec, quoniam utrumq; illorum figura exitit sacerdotij Christi. Clarumigitur est, q; sacerdos nouæ legis non orat sacrificium seu sacramentum altaris sic deo placere, quemadmodum ei placuerunt sacrificia, horum trium uirorum, quoniam illa sacrificia nec gratiam continebant, nec placita deo erant, nisi ex deuotione offerentis, meritisq; eorum, sed sacrificium nouæ legis, uidelicet sacramentum corporis & sanguinis Christi gratiaq; plenitudinem continent, & per seipsum deo acceptum est, eiusq; oblatio fructuosa est, non solum ex meritis offerentis, sed propter dignitatem oblati. Orat ergo sacerdos oblationem suam seu sacramentum altaris deo placere, non quantum ad seipsum seu remoblatam, quæ per se sancta ac placita deo existit, sed quantum ad offerentem, quatenus sacerdotis actio atq; deuotio deo sic placeat, sicut placuit antiquorū patrū deuotios effectū & gratiam huius sacramenti consegnerat. Ponuntq; autem hic tres uiri ad honorem

Abi quæ
puer uocatur.

Gene. 4.
Heb. 6.
Gene. 22
Gene. 14
Heb. 7.

Q. 4. trinita

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI

Gene.4.
Rom.6.
Heb.9.
Gene.4.
Heb.7.

Heb.7.
Isaie.53.

Gene.10.

Zacharia.6

Ephes.2

Innocentius

trinitatis & potius ponuntur isti quām alij. Primo propter excellentem ipsorum sanctitatem. Secundo, qd tam ipso quām eorum sacrificia, Christū eidenter figurabat. Nam qd Abel de primogenitus obrulit, qd aliud signat, nisi qd Christus est primogenitus in multis fratribus, obrulit semetipsum. Et quādmodum Cain occidit Abel, sic synagoga Christum. Præterea, Melchisedec sine genealogia fuit, non qd originem non habebat, sed qd scriptura illa non exprimit, quamvis Iudei asserant eum fuisse filium Noe qui in Genesi dicitur Sem, & uixisse usq ad tempora Isaac, hic Melchisedec Christum figurauit. Nam secundū Apostolum, assimilatus est filio dei, cuius generationem nemo enarrare potest. Sed & sacrificium eius, Christi sacrificium clarissime presignauit: qm̄ panem & uinum obtulit deo pro gratia actione de ictoria quam concessit Abraham, qui qm̄ reges deuici, & Loth suum nepotem de manu eoz eripuit, saltem illi quibus alius nō succedit in ordine generationis à patre. Merito quoq ponitur Abraham, qui & ipse sacerdos fuit. Nam in lege natura pri mogeniti & per consequens unigeniti, sacerdotes fuerū: tum quia Abraham principaliter facta est de Christi adiutori promissio, tum qm̄ sacrificium quo paratus erat charissimum suis filiū immolare figura est sacrificij, quo deus pater Christū unigenitū suum pro omnibus nobis dedit ac tradidit. Additur autē in fine huius partis, sacramentum sacrificium, immaculata hostiam. Iquod referendū est ad sacrificium nouę legis, quod dicitur sacrificiū prout deo offertur, & hostia inquantū per ipsum deus placatur. Potest tñ referri ad sacrificiū pa triarcharū istorū, quod dicitur sanctū & immaculatum, inquantū figura fuit ueri sacrificij, quod formaliter immaculatum ac sanctum est; scilicet sacramentum altaris. & hæc ultima uerba à beato Leone Papa sunt addita.

Articulus XXXIII. De intellectu decimæ partis Canonis, scilicet
Suplices te rogamus omnipotens deus.

Ecce uir, Oriens nomen eius: & edificabit templū dño, & erit sacerdos super soliū suum, & confilium pacis erit inter duos illos. Hæc uerba sententiosus ille propheta Zacharias de Christo induxit. Translationēq Chaldaica sic habet: Ecce uir, Mefias nomē eius, Christus quippe qd seipso testatur, Ego sum lux mundi, merito Oriens appellatur. Hic ergo ædificauit templum dño, i.ecclesiastam sanctā catholicam. Ipse quo qd est sacerdos secundum ordinem Melchisedec: & per eius sacrificium quo obtulit semet ipsum, confilium pacis factum est inter illos, i.gentiles atq Iudeos. Nam Christus est lapis angularis, qui fecit utraq unum, quia ecclesiastam ex gentilibus ex Iudeis collegit, utrolq in una religione & fide concordans. Hæc autē ecclesiastam mysticū Christi corpus uocatur, pro quo orat sacerdos in hac Canonis parte dicens:

SVpplices te rogamus. Dicitur autē in Rationali diuinog, qd hæc uerba tantæ profundiatis sunt, ut intellectus humanus uix ea attingere possit. Veruntamen utraq expōnenda sunt. Dum vero sacerdos hanc orationē dicit, inclinat se, quatenus interior humiliatiō mētis correpondat humiliatio corporis: inclinarat quoq manibus cæcellatis in figurā crucis, ut ostēdat se orare & uelle grām adipisci uitorte seu merito passiōis crucis qd Christi. Est em̄ diligēter aduentū quod Innocentius Papa dicit: Verba, in quibus Canōnis, ad consecrationem, & gratiæ sacramentalis imprestationem pertinent: signa autē ad recoleūdam hystoriam spectant, repræsentant enim per ea sacerdos, quid in passione Christi sit factum. Igitur sacerdos taliter seipsum mente ac corpore quasi Christo confixus humiliās, affectuōsissima deuotione atq profundissimo dicat affectu. Omnipotens deus, i.o pater æternus, qui omnia potes, cuius est impossibile, imò nec difficile omne uerbum. Suplices, i.amorosi ac humiles, rogamus te, i.ego sacerdos & populus Christianus, in eius perfōrante rogo, iube hæc perferri per manus sancti angelī tui. Sanctus Thomas in tertia parte, & super quartum Sententiarum ait, qd sacerdos non orat corpus & sanguinem Christi uerum perferri per manus angelī in sublime altare dei, sed corpus mysticum, quod significa tur per corpus Christi uerum seu preces ac uota sui populi: hæc enim petit deus repræsentari per angelū, quatenus angelus nostras preces & uota atq obsequia deo offerēdo, gratiam nobis reportet ac ueniam. Sed appetit alij, qd oratio ista etiam accipi potest atq exponi de ipso sacramento altaris. Totus enim hic locus Canonis spūialis est, & spūalem expositionem requirit, quia nec angelus corporales manus habet, nec corporaliter secū aliquid profert de altari ad celum: cum nec localiter instar corporum in natura propriam ueatur. Et sicut corpus & sanguinem Christi substantialiter secū non profert ante deicon spectum, sic nec corpus mysticum, i.populum Christianū, cuius Christus est caput, nec pre ces ac uota

EXPOSITIO MISSAE.

227

ces ac uota sacerdotis & populi, quoniam ista sint accidentia quæ non migrant de uno in aliud sine subiectis. Quemadmodū igitur angelus dicitur ferre preces & uota nostra ante cōspectum diuinum, seu in sublime altare dei, in quantum coram deo bona nostra cōmemorat, pro nobis deprecans atq orationis effectū impetrans & nobis reportans, sicut in Actis apostolorū legitur angelus dixisse Cornelio, Orationes tuæ & elemosynæ tuæ cōmemoratae sunt ante cōspectum dei, quis deum nil lateat, sic angelus ferre dicitur corpus & sanguinem Christi in sublime altare deinō qd ea substancialiter tollat & secum asportet, sed qd tantum sacramentum deo pronobis opponit, tanq efficacissimum medium adipiscēdi gratiam desideratam, & extinguēdi indignationem seu iram diuinam: sic sacrificium nostrum recommendando ac commemorando coram deo, procurat nobis huius sacramenti fructuosos effectus. Est igitur sensus, Iube hæc, i.corpus & sanguinem Christi, preces quoq & uota noſtrā perferri, i.portari, non substantialiter, sed repræsentatiue per modum cōmemorantis atq orantis, i.per manus sancti angelī tui, i.per obsequium angelī, qd diuinorum celebrationi interesse credendus est, i.mō secundum Ambrosium, adest celestis militia; & secundum Bernardum, angelorum adest exercitus. Quām reuerenter ergo nos ibi habere oportet. Vel, per manus sancti angelī, i.per ipsum Christū, qui est magni consilij angelus: qui secundum Apostolum interpellat pro nobis: præsertim cum dicat Io hannes: Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: nam sicut Christus in hoc sacramento est dator & donum, ipse em̄ dat nobis seipsum) sic quoq est oblatio & oblatoria, qd per ipsum fit sacrificium nostrū deo patri acceptum: eo qd opera nostra bona fundentur in merito eius. Segnū, Lin sublimē altare tuum, i.in ipsum ccelum empyreum, in quo tu specialiter habitate, federe, regnare & exaudire cognoscēris: dum angelī sancti illuc paruerint, uota nostra, preces, & opera bona tibi offerunt. Lin cōspectum diuinē maiestatis tuae: ita ut tu ipse dignanter ea aspicias, nec uultum tuum auertas a nobis. Porro, qd am̄ per sublimē altare tuum intelligunt Christum, nec mirum, cum secundum Ambrosium, materiale templū figura sit Christi. Perit ergo sacerdos oblationem suam perferti per angelum, in sublime altare, i.in Christum, ut ipse eam offerat patri, interpellando pro nobis ostendendo patri laetus & uulnera, ut quotquot sum pserimus, uel sacramentaliter uel spiritualiter tantum sacrificium, nempli, sacra fonte filii tui cor + pus & san + guinem ex hac participatio ne altaris, i.quæ sit in hoc altari, L omni benedictione celesti, i.omni dono diuino quo ad celestia peruenit, L & gratia, i.supernaturali qualitate, quæ est immediatum ac prium formale principium totius spiritualis uitæ, per quod ipsa essentia animæ accepta fit deo, repleamur. Iquatenus simus benedicti & sancti mēte ac corpore, in nullo deficiētest sed abundantes in omne opus bonum, donec feliciter consummēmur: Per Christum do minum nostrum.

Articulus XXXV. De undecima parte Canonis, scilicet Memento etiam domine.

Sancta & salubris cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur. Defuncti enim in gratia, pertinent ad mysticum Christi corpus: & ergo pro ipsis ratione biliter oratur in Missa. Quæ autem superioris dicta sunt de memoria uiuorum, huic loco atq articulo inseri possunt & applicari. Sed qd præhabita sunt, reiteratione non egent. Est autē feruerenter orandum pro mortuis, quoniam semetipso iuicare non possunt, cū non sint in statu metendi seu demerendi. Secundo, quia cum ad felicitatem perueniunt, si delissime orant pro his, quorum suffragijs adiuti sunt. Tertio, quoniam duplēcē pœnam habent, uidelicet damnū & sensus: & utraq maior est omni pœna uitæ præsentis. Dicit ergo sacerdos:

Memento etiam domine famulorum famularumq tuarum, pro quibus uidelicet specialiter obligor. Qui nos præcesserunt cum signo fidei, i.cum operibus charitatis, quæ sunt signa fidei: nam fides sine opibus mortua est. Nec est orandum pro alijs. Vell, cum signo fidei, i.cum charactere baptismati, qui est signū in baptismo impressum animæ baptizati, & indelebiliter ei adhærebit, per quod discernuntur fideles ab infidelibus. Et dormiunt in somno pacis, i.quiescant ab inquietudinibus atq laboribus uitæ præsentis, expectantes beatam spem & aduentum glorie magni dei. Ipsius, pro quibus uidelicet specialiter exoramus, & oibus in Chro qd cœlestibus, i.in gratia dei defunctis, loquuntur. Per eundem Christum dominum nostrum.

Articulus

Quod angelus
elef ferre p.
ces nostras.

Aclu.10.

Iube hæc
ferri, Exposit
io autoris.
Ambrosius,
Bernardus.

Uloha

2.Cor.9.

2.Mach.12

Feruerenter
orandum pro
mortuis,

Iacto.3.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI

Articulus XXXVI. De ultima canonis parte, scilicet, Nobis quoq; peccatoribus.

Matt. 16.
Matt. 8.
Luc. 9.

Tundere pe-
tius quid.

Iohann. 14.

Psalm. 144.

Iohann. I

Iohann. 17

Iohann. 5

Proverb. 18

Iohann. 5
Gregorius o-
ratione dñi-
ca post cano-
ne dicta in
scitur.

Quid proficit homo si lucretur uniuersum mundū, se autem ipsum perdat, & de trumentum suis faciat? Cum ergo sit ita, non debet sacerdos sic sollicitus aut ora re pro alijs, ut sui ipsius atq; astantium obliuiscatur; unde pro eis orans dicit: *Nobis quoq; peccatoribus famulis tuis.* & dum hoc dicit, pectus tundit, adf gurandum quod Centurio, & qui aderant usiſ mirabilibus que in passione fiebat, percuit, tientes pectora sua reuertantur; uel ad designandum q; Christus pro impiis mori dignatus est fructu propriis atq; astantium redargendo peccata. Siquidem secundum Augustinum, qd alius est pectus tūdere, nisi quod intus latet peccatum arguere? *De multidine miserationum tuarum sperantibus.* Non enim confidimus meritis nostris, neq; in iustificationibus nostris prosterimus preces nostras, *partem aliquam & societatem donare digneris.* Inā in domo patris æterni mansiones multæ sunt atq; diuersæ, id est, variaæ inæ qualitates præiorum secundum exigentiam meritorum. Non em in dei uisione quæ est essentiale præmium, sunt æquales, sed nec in accidentalí premio pares existunt. Sacerdos ergo paruitatem meritorum suorum perpendens, humiliiter dicit: *partem aliquam.* Saltem uel parvam *donare digneris.* Post huius uite exilium, cum sanctis tuis &c. Ponitur autem hic: *In hannis, per quem intelligi potest secundum antiquos, Iohannes Baptista: qui ante positus non est, atq; apostolis pars est uel Iohannes Evangelista, q; hic repetitur, q; est non solum applus, sed etiam euāgelistæ ac uirgo. Deniq; Stephanus, prepónit. Matthie & Barnabe, apostolis, uel quai uir fuit secundum quosdam, uel quia primicerius martyrum.* Intra quo rūm, scilicet predicatorum sanctorum, consortium admittere nos digneris. Idando gratia in presenti, & gloria in futuro, *Noū æstimatormeritū.* i.e. nō faciēdo nobis scđm pctā uel secundum imperfectionem bonorum quæ agimus, sed uenient largitor. Deus enim remunerat bona ultra condignum, & mala punit citra condignum; quatenus uerificetur quod dictum est. Miserationes eius super omnia opera eius. *Per Christum dñm nostrum.* Per quem hęc omnia, scilicet panem & uinum & aquā, creas. *Omnia enim per filium condi ta sunt,* *creas.* i.e. creati dando esse naturale, & hoc modo deus etiam corpus & sanguinem Christi creavit. *Sancti & fictas, uiu & fictas, bene & fictas.* Hæc uerba duplíciter exponi possunt. Primo, referendo hęc omnia ad sacramentū altaris, in quod conuertitur panis & uinum. Qn ergo corpus Christi est sanctū & benedictū, idcirco per hoc quod deus pa ter conuerit hęc omnia in corpus & sanguinem Christi, dicitur eas sanctificare, uiuificare & benedicere. Secundo, referri possunt ad diuersa, ut sit sensus, *Hęc omnia sanctificas.* Again corpus & sanguinem Christi ea conuertis, uiuificas, i.e. spiritualem uitam in nobis per ea operaris & confers, *bendicis.* i.e. dona diuina copiose in nobis per ea multiplicas. & praefitas nobis, ut sacramentaliter & spiritualiter ea sumamus. *Per ipsum & cum ipso & in ipso &* *Sensus est,* Ois honor, i.e. omnis uera ordinata exhibito reuerentia, & gloria, i.e. clara cum laude notitia uel letitia, *Est tibi deo patri omnipotenti in unitate sp̄sancti.* i.e. simul cum sp̄sancto tibi consubstantiali, *per ipsum.* i.e. per Christum filium tuum. Ipse enim manifestauit nomen tuū hominibus & legem perfectionis ybo ac ope docuit, quā secundando te deum honorant. *Cum ipso, q; filius à patre separari non debet,* sed simili cum eo uenerari; propter quod ipsem filius ait, *Qui non honorificat filium, non honorificat patrem.* q; misit illum: Honor em in uni persone impensus, toti trinitati adorāde saltem implicite exhibetur. *Eti in ipso.* i.e. omnis honor & gloria est tibi patri atq; spiritui sancto, seu in unitate spiritus sancti in filio tuo, quia omnis qui filium dei uere cognoscit, ex eius cognitione deum patrem glorificat atq; honorat, quemadmodū scriptum est: *Gloria patris, filii sapiens.* Quidam ybo referunt, *per ipsum, cum ipso, & in ipso.* ad uerba p̄ce dentia, scilicet benedicis & prestas nobis. *sed hoc minus proprie fit.* Preterea, rōnes diuersæ assignantur, cur sex cruces hic siant. Fiunt aut̄ tres cruces dum dicitur, *fanciulas, uiuificas, benedicis,* ad designandum, q; Christus hora tertia crucifixus est linguis sacerdotum, Pharisæorum quoq; ac populi. Et q; post trium horas sp̄aria crucifixio ista ad effectum perducta est, utputa hora sexta, propterea siūt tres cruces dum dicitur, per ipsum, cū ipso & in ipso.

Articulus XXXVII. De oratione dominica & prologo eius.

Scimus q; quicqd petierimus patrem in noīe filii, dabit nobis. Orationem dominicam instituit Gregorius statim post canonem dici alta uoce, propter efficaciam & reuerentiam sui autoris, scilicet Christi, qui eam proprio ore edocuit. Premisit q; Gregorius

EXPOSITIO MISSÆ.

223

Gregorius prologum quendam seu prefatiunculam, ei uidelicet, *Præceptis salutaribus moniti.* & est sensus: Nos dñe deus, inoniti, i.e. admonitus exhortati, *Salutarib⁹ præceptis,* id est, Christi mandatis salutribus; sepe enim in euangelio legitur Christus di scipulos ad orandum hortatus. & diuina institutione formati, id est, Christi institutione edociti, *Laudemus,* non ex superbia, sed ex magna atq; filiali fiducia dicere:

Matt. 17.
Luc. 18.

Mat. 6.

Augustinus.

Pater noster qui est unus deus & pater noster ratione creationis & iustificationis seu naturæ & gratiæ: nam naturam & gratiam à deo trino fortimur: in missa tamen specialiter ad patrem dirigitur, sicut orationes in Canone precedentes, & oratio proxime sequens. Est autem oratio ista summe perfecta, secundum Augustinum in libro De orando deum, ad Probatum: quia non solum includit ea quæ à deo petenda sunt, sed etiam ponit ordinem quo à deo peti debent. Illa nanc; debemus petere, que licet desiderare, & que primo principalius q; optanda sunt, primo petere decet. Porro, quemadmodum primo ac maxime de um temerem diligere, sic primo debemus orare ea, que ad dei reuerentiam pertinent. Prima ergo pars orationis dominice petit, ut honor deo ab omnibus impendatur, dum dicit: *Sanctificetur nomen tuum.* i.e. sanctum ab omnibus habeatur, & sanctitas tua omnibus innotescat, ita ut tibi omnes in sanctitate deseruant. Secundo, debemus desiderare felicitatem æternam, & hanc petimus, dum dicimus: *Adueniat regnum tuum,* id est, compleatur in celo numerus electorum, & adficietur muri cœlestis Hierusalem, que est mater nostræ, atq; triumphans ecclesia, sic ut nos pertineamus & perducantur ad hoc regnum. Protest etiam intelligi de regno militantis ecclesiae, quod petimus aduenire, id est, quotidie in suis fidelibus perfici, & numero meritoq; augeri: sed q; ad regnum celeste nemo perducit, nisi qui dei mandatis obedit, ideo tertio desiderare debemus, ut detur nobis & gratia diuinis præceptis obtemperandi, & hoc oramus dicentes: *Fiat uoluntas tua, sicut in celo & in terra.* i.e. sicut in celo tibi ad nutum obediunt angeli sancti, sic in terra in omnibus tibi obediatur à nobis. Sed quoniam anima indiget corpore in diuino obsequio, ideo quanto petimus pro sustentaculo corporis, id est, pro omni illo quo indigemus in hac uitam mortali pro corpore sustentando, dicentes: *Panem nostrum quotidianū da nobis hodie.* Veruntamen sacerdos, præsertim in missa, hanc particularum orationis dominicæ intelligere debet de pane cœlesti, quod est corpus domini. Vnde in euangelio secundum Matthæum dicitur: *Panem nostrum supersubstantiam, id est, principalem secundū Hieronymum, da nobis hodie; ut scilicet digne suscipiamus hunc panem ex altari tuo d' pater cœlestis, ut sic quasi de manu tua sumamus eum, cum omni reuerentia; sed quoniam tria sunt que nos à prædictis bonis petitis impediunt, utpote propria culpa, tentatio diabolica, & peccatalis uaria uita præsentis, que saepe ac diam animæ ingeniunt; ideo pro his tribus malis tollēdis, oramus in tribus particulari que sequuntur, uidelicet* *Et dimittite nobis debita &c.* *Oramus autem ut non inducamur in temptationem,* i.e. in confusum temptationis, sed ut detur nobis potestas efficiaciter resistendi omni temptationi. De expositione autem orationis dominicæ nunc transeo, cū in alijs libris plenissime inueniatur exposita est tamen cum singulari & maxima deuotione dicenda in Missa, ubi Christus auctor eius tam dignanter atq; mirabiliter ac uerisimile prefens est: & qui cam in missa taliter dicit, inef fabilem fructum reportat. Deniq; ista oratio & etiam sequens, quæ ultimam particularum huius orationis exponit, ordinantur ad deuotam ac dignam sacramenti perceptionem. Se quens uero oratio, *Liber nos quæsumus domine ab omnibus malis &c.* in sensu difficultatem non habet: p̄peti enim sacerdos ab omni malo seu uicio, tam p̄terito quam p̄fensi & futuro per misericordiam dei liberari. Deinde peti pacem adipisci à domino, per intercessionem dignissimè uirginis & sanctorum quos nominat. Ut ope, i.e. adiutorio, dī uinc pietatis adiuti, & à peccatis sumus semper liberi. Non obediendo uoluntati diaboli, carnis aut mundi. & ab omni perturbatione securi. Tam interior quā exteriōrē & ut non magis timeamus tribulationes ac perturbationes, quæ nobis insurgere possunt uel instat, quam recta ratio dicit & deo placet. Quātū autē sacerdos sacre communioni plus pro pinquis efficitur, tanto in oratione sua signis ac gestibus magis timorat & reuerenter atque interne habere se debet, ut sic uere dijudicet, id est, digne ab alijs cibis discernat & edat corpus domini.

Mat. 6.
Hieronymus.

Articulus XXXVIII. De ipsa communione usq; ad ultimam partem Missæ.

Ego sum

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

Johann. 6.

Agnes dei a
Sergio Papa
appositum.
Matt. 26.

comunio fa
terdotis.

Vnde post
sumptione
in bona qua-
ritate sumit.
Nec decet ei-
to spuere.

Ego sum panis uiuus qui de celo descendit: si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Post orationes prædictas dicitur *L' Agnus dei,* ex insitutione Sergij Papæ, & dicitur ter, contra triplicia uitia, cordis uidelicet, oris, & operis: uel ad gloriam benedictæ trinitatis. Diuiditur autem hostia, quia & CHRISTVS panem benedixit ac fregit. Quod uero in tres partes diuiditur, fit ad designandum triplicem statum corporis mystici seu populi fidelis, puta statum ecclesiæ triumphantis & militantis, ac purgatoriorum patientis. Pars quoque in calicem missa, secundum quosdam signat ecclesiam triumphantem, quæ torrente uoluptatis diuinæ inebriatur: secundum alios autem figurat eos, qui in purgatorio affliguntur, qui aquis tribulationum implentur. Deinde sacerdos communionem sumit, quam cum magno affectu & reverentia summa accipere debet, non festinando, sed beneficia Christi ardentissime recolendo, uidelicet incarnationem, passionem, dilectionem eius, ad nos tantam dignationem ac liberalitatem, quæ sic dignatur esse nobiscum, & sumi à nobis. Debet etiam Christum fiducialiter alloqui, eumq; intime exorare pro his, quæ uehementius cupit adipisci ab ipso, tā pro se quām pro charioribus sibi, deprecando Christum, ut dignetur se omnino conuertere & stabilit̄, semperq; confortare in ipso: & tutum est non modicum nimis, sed aliquatenus multum de uito accipere post sanguinis sumptionem, ne forte species aliqua sacramentaliter alicui parti oris adhærent. Nec decet cito spuere post communionem, sed in omnibus mente & corpore custoditum atq; modestum consister: nec minus esse sollicitum ad Christum grata tenendum, quām ante extiterat ad eum digne sufficiendum. Vnde multum arguendi uideatur, qui post communionem & missæ consummationem tam faciliter se foras effundunt, atq; in exterioribus occupantur, nisi necessitas postulet.

Articulus XXXIX. De ultima parte Missæ, scilicet gratiarum actione.

1. Thess.

In omnibus gratias agite deo per filium eius Iesum Christum. Quoniam celebratio missæ est opus diuinum atq; perfectum, decet ut sicut à deo incipi, sic in ipso finē accipiat: & ideo ultima pars Missæ gratiarum actio nominatur, ad hanc enim ordinatur quæ post communionem dicitur. Quum nanc de omni dono ac munere fit deo gratiarum actio exhibenda, quanto magis de tanti sacramenti collatione, de quo tanto amplius deo regratiandum est, quanto ipsum beneficium maius ac dignius extat: nec sufficit regratiatio oris, sed effectus & operis, quatenus toto mentis appetitu diuina beneficia complectendo, bonitatem tanti benefactoris laudem ac diligamus, atq; eidē in oīb° obediens, curemus, quatenus q̄ tide tali cibo amplius spiritualiter impinguemur, perficiamur & deificemur, sicut quotidie ad mensem Christi magis efficiamur idonei, cū ampliori p̄paratiō & reuerentia accedendo, deuotius reddendo, atq; in omnibus digne deo conuersto, ad gloriam domini nostri Iesu Christi, qui est cum patre & spiritu sancto.

Eto ue-
rus
ac unus
super omnia
deus sublimis & benedictus,
A M E N.

229

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHUSIANI, DE SACRA COMMUNIONE FRÉ-
QUENTANDA TRACTATVS.

Rom. 14.
Michæl. 6.

Philipp. 2.



VI. PRAEEST, in solicitudine p̄sist. Verba sunt Apostoli ad Romanos. Cui enī dicat unicuiq; homini Michæl prophetæ: Indicabo tibi hominē, quid dominus requirat à te, utiq; sollicitate ambulare coram deo. Apostolus quoq;: Cum in te, inquit, timore & tremore uestram salutē operemini, constat quod unumquenq; p̄sidentem tanto oportet esse coram ieiuenientissimo iudice sollicitorem ac timoratiorem, quo pluribus p̄ficiet, ac sibi commissos ad maiore tenetur uirtutum perfectionē deducere. Quo infuper maioris sunt dignitas persona sibi commissæ atq; quo animarum conditor & amator, pro ipsarum salute plura fecit, grauiorq; pertulit, ac pretiosorem expēdit thesaurum. Porro iste personæ rationales sunt creature, creatoris sui similitudine de corate, ac supergloriosissimæ trinitatis imagine insignitæ t̄ pro quarum saluatione creatori uniuersorum, unigenitus patris æterni uerus deus, factus est homo: ac amarissimam ignominiosissimamque sustinuit mortem, pretiosissimum sanguinem fundens pro illis in premium. Ex qua consideratione, fidelissimus ille p̄laetus sanctus Bernardus deprompsit. Si tempore passionis dominice sub cruce stetissem, & stillanter de corpore domini sanguinem in uasculo collegissem, cumi quanta diligentia uasculum illud custodirem & circumferrem. Et ecce iam mihi sunt creditæ & commissæ animæ illæ, pro quarum redempcione summus ac sapientissimus ille mercator, copiosissime effudit sanguinem ipsuni. Denique, hec & consummata intuens ac perpendens uestra paternitas, mi p̄charifsum pater, petiit à parvitate mea responsione cuiusdam quæstoriis & materia, satis (nisi fallor) intratice ac fructuose, résolutam dubiorum declaratiua, conscientias quietantem. Quod quātus uos ipse auxiliante domino melius possetis peragere, ueruntamen quoniā pietati uestre negare nil, possibilium mihi queo, ino nec audeo, pro uiribus obtemperare conabor.

Articulus I. Recitatio materiae, cuius decla- ratio queritur.

Epistola uestre charissimæ paternitatis mihi directa, inter cetera continebat: Quoniam multis monasterijs uirginum ac sororum deputatus sum uisitator, sollicitor. In his namq; monasterijs seu congregationibus antiqua consuetudines uigent, quas nec audeo penitus approbare, necq; simpliciter reprehobare: quod scilicet ipsæ forores ualde fr̄quenter communicant, omni scilicet dominica in Aduertu & Quadragesima in ceteris autem temporibus semel in quindecim, in omnibus etiam maioribus festis sanctorum uulnus delicti sacratissimæ uirginis, sancti Iohannis Baptiste, apostolorum, Michaelis, Martini, atq; patroni. Et quātus infra hebdomadam occurrente solennitate, quā comunicare sunt solit, sacram sumpserint eucharistiam, nihilominus in dominica quā cōsueuerunt communicare, communicant. Hanc consuetudinem ut tetegi, non reprobo: dummodo cum debita preparatione, deuotione, reuerentia accedant. Sed sicut omnis fr̄thus habet uermē se corruptibilem, sic actio laudabiliter instituta, charitate paulatim refrigercente. Vnde sicut illarum confessores conqueruntur nisi conscientio, in tantum forores ille sunt affectata, ino & obstinata ad seruandum consuetudinem illam communicandi, quod nulla informatione possunt induci ad minuendum frequentiam illam communicationis, cum tamen uita quarundam rioti uideatur ita probata, quod cum debita reuerentia estimetur accedere nec fructum seu profectum ex communicatione tam assidua consequi, sicut oportet cum pertinacē maneat & proteri, atq; quod grauius est, in occultis confessionibus suis, confessoribus suis acquiescere respiunt, si forte dictauerint ex R. conscientie

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

conscientia sua eas ad communionem non esse admittendas: imò potius culpas suas non confiterentur, dum scirent se propter illas à communione suspendendas prout se pessime est compertum. Et ut breuiter audiui, quædam satis annosa, deglutuit spongias partem, ut suffocaret seipsum: & hoc ex impatientia & dolore, quia negata ei fuit sacra communio. His perplexitatibus angustiantur illarum confessores. Etenim cōsuetudo illa tam frequētis communionis uidetur olim inducta, quia tunc erant numero pauciores, & deuotione maiores. Hinc ab unum confessoribus multoties sum rogatus, ut in hoc casu prouiderem eis de salubri remedio. Nam in utroq; euenuit apparere periculum. Si nanc; tēporibus conseruantes, eucharistiae sacramentum ipfis subtrahitur, defraudantur per hoc deuotę ac feruētes forores solito spirituali, salubri, suaui edulio: & datur eis magna murrurādi occasio, & quasi intolerabile ipfis erit. Porro, si uniuersae admittantur, confessores earum in conscientiis suis contenti non sunt propter plures, quas timent; uel magis non dubitant indigne accedere. Si autem imperfecte & negligenteres à communione prohibentur & excluduntur, protinus conqueruntur & confunduntur se dicunt, cum sint ex senioribus: nec æquanimiter feruntur, ut formidatur, uix unquam sinceram & integrā facient confessionem. Quid ergo in isto sit agendum negotio, peto mihi compendiose transcribi.

Articulus II. Introductio quorundam documentorum per modum preambulorum, pro declaratione & responsione in ista materia.

Genes.

t. Tim. 2.

Time. 2.

SExus foemineus, est sexus subiectionis: ideo iure diuino & naturali ac positivo, compebit mulieribus regi per viros, & informari ac obedire. Propter quod dixit Apostolus. Mulier in silentio discat cum omni humilitate. Docere autem mulieri non permitto, nec dominari in viro, sed in silentio esse. Hinc ordines sacri, ut sacerdotium, diaconatus, & subdiaconatus ipfis non conferuntur, nec licet ipfis publice prædicta re: attamen in conuentibus & cogregationibus, quibus præsunt, possunt & debent Abbatissæ & Priorissæ, ac matres fororibus capitulariter uerbū dei proponere & docere, corriperi atq; corrigeri ueruntur sub directione patrum & prælatorum ac confessorum suorum, à quibus statutis ac certis temporibns sunt uisitandæ, informandæ, atq; si opus fuerit, corripiendæ ac corrigidæ. Mulieres enim in naturalibus sunt defectuose, ac debiles in ratione, suisq; apprehensionibus & affectionibus: imò & passionibus multum intentæ idcirco frequenter contingit, quod ea quæ ipfis negant aut prohibentur, intensius cupuntur: sicut ex sua dispositione proclives ad uerbositates, leuitates ac risus. Hinc quoq; quales sunt, tales sunt nimis. Etenim, quæ ex naturali sua dispositione, aut assuefactione iracundæ sunt aut crudeles, ualde immoderanter sunt tales, & male sciunt se frangere. Et quamvis istud secundum communem cursum sit ita, attamen ex speciali dono dei, quædam sunt feminae ex naturali sua dispositione ad honestatem, probitatem, prudentiam, & ad uera deuotionem ac religiosam conuerterationem bene inclinatae & aptæ: præsertim adiutorio gratiae dei, & per uitutes infusas à spiritu sancto. Leges autem & iura respiciunt ea, que ut in pluribus ac communius ita se habent. Ex his patet, quod quāmuis omnes religiosæ persona, specialiter tamen feminae debent se dare ad omnem subiectionem & humilitatem, & informationem libenter ac grataanter recipere, & nequaquam esse pertinet aut immāsiuæ in proprio sensu. Nam ut testatur Apostolus, uir non est seductus in præuaricationem, sed mulier. Præterea, quāmuis religiose feminae debeat suis matribus prompte ac diligenter parere, in his quæ ad obseruantiam pertinent regularem, nihilominus in sacramentalibus, hoc est, in his quæ spectant ad usum & receptionem ac exercitium sacramentorum, debent omnino cum omni humilitate, & dei timore ac reverentia, prælatis ac confessoribus suis iugiter obedire: quia in illis non habent matres spirituales, sed patres iurisdictionem, & dispensationem ac regimen super eas.

Articulus III. Quod quilibet Christianus tenetur coram deo sic stare, & ita sentire, ac tale propositum coram deo habere, quod potius uelut mori, quam deum offendere per mortale peccatum.

Matt. 22.

Quemadmodum in euāgeliō protestatur ueritas summa, primum maximumq; mandatum est, Dominum deum uerum toto corde diligere. Hoc est incomparabiliter plus quam seipsum & uniuersa creata. Quoniam deus altissimus & æternus est summū

DE SACRA COMMUNIONE FREQUENTANDA.

230

est sumnum infinitum & incomparabile bonum, imò bonitas pura & infinite perfecta, à cuius amabilitate, perfectione, suauitate, & gloria, uniuersa & singula creata, etiam simul accepta, deficitur infinite. Hoc est incomparabiliter & incomprehensibiliter magis, quam arena exigua, à magnitudine summi ac maximū cœli. Vera igitur charitas, tam fortiter unit & conformat uoluntatem rationalis creature cum suo dignissimo creatore, qd; facit ipsam rationalem creaturam magis diligere ac desiderare, reputare, & appretiare, timere ac colere creatorem, quam aliquam creaturam: uehemētius quoque dolere de creatoris offensa, & amissione charitatis ac gratiæ eius, ac suę gratiosam in habitacionis atq; præsentia, quam de quocunq; damno terreno aut temporali incommodo: seu quavis aduersitate, infirmitate, ue corporali, uel confusione humana. Et qui ita non sentit in corde suo, nec coram deo sic stat, sic intendit, sic proponit actu ac habitu, & tempore opportuno, non est in statu salutis, sed damnationis æternæ. Vnde constat, quod soror sic frans, quod maller in confessio ne sacramentali aliquo peccatum mortale celare scient, & sine illius integra ac plena confessione, sacramentum eucharistiae sumere, quam pro illo peccato à sacra communione cohiberi, arceri atq; repelli, ac pudorem pati humanum, confitit inquam quod soror talis aut frater, iam actu fit in mortali peccato, & digna condemnatione perpetua, intusque in anima sua totaliter deformata, peruersa, iniusta, inordinata, atq; amore priuata diuino. Idecirco indigna est habitu religiosis ac nomine, nec CHRISTI est sponsa, sed diaboli ad ultra. Quod etiam (ut sanctus afferit Augustinus) uerum est, de omni naturali creatura, existentia in culpa mortali. Ideo addit Albertus, quod uerus poenitens & contritus, paratus est ad omnem satisfactionem ac penitentiam peragendam, nec reputat aliquam temporalem confusione, derisionem, increationem seu disciplinam pro peccatis suis sufficere, quæ per creatorem suum grauiter, multipliciterq; offendit, & mortem ac confusione meruit infernalem. Præterea, ut sanctus Thoinas scribit, homicida & latro seu fur, peccat mortaliter, iniquitatem suam in dici non fatendo, pro qua tamen est occidentus. Quam enormiter ergo peccat religiosa persona, quæ in sacramentali confessione, suum abscondit peccatum, timore humanæ confusione aut discipline: & insuper audet in tali statu sui excæcti ac miseri cordis, ad mensam saluatoris sui accedere, eiusq; corpus & sanguinem sumere tam indigēnem erubescens coram altissimo, nec metuens terribilia uerba Apostoli, communis ac affirmantis: Quicunq; manducauerit panem hunc, uel biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Quicquid ergo contrariatur charitati diuinæ, aut sapientiæ salutari, debet religiosa persona, ino & omnis Christianus, cum omni diligentia semper uitare, & coram oculis sanctissimi dei, incomparabiliter amplius querendari de turpitudine sui peccati, & de uitij cordis sui, quam coram hominibus de suis uictis & charitativa correptione, correctione, humiliatione ac breui confusione, & malle in hac uita debite castigari, coram paucis condoneticis suis, quam diuinohorrendo reseruari iudicio, & coram toto mundo confundi ac reprobari in die nouissimo.

Augustinus.

I. Cor. 11.

Mat. 22.

I. Tim.

Eph. 4.

Articulus III. De fundamento religiosæ conversationis, imò & uitę ueraciter Christianę.

Ista ad omnem spectant Christi fidelem, per arcam uiam salutis incedere, penitentialē ducere uitam, proprium corpus cum uitij & concupiscentijs crucifigere, totū tempus desuper concessum expendere fructuose, uincere semetipsum, hoc est, passio nes & uitia extirpare, superioribus obedire, hoc est, precepta dei atq; Ecclesiæ: adimplere, ac quiescere præsidenti, totam uitam suam ordinare ad dei honorem, ad diuini amoris profectum, proximis facere prout quislibet uult rationabiliter fieri, omnipotenti deo in le exhibere cor mundum: & ei cum bona conscientia fideliciter deseruire: & nullus creaturæ odio aut amore, concupiscentia seu timore, à via iustitiae ac ueritatis recedere, aduersa & quanquam tolerare: in cunctis humiliare seipsum, & CHRISTI imitari uestigia. In his & consimilibus actibus uirtuosis perseverare usq; in finem, in sancto timore dei, & diligenti cordis custodia. Tentationibus quoq; strenue & indefinenter resistere, quia non coronatur nisi qui legitimate certauerit contra hostes suæ salutis. Ecce haec ad quilibet pertinent Christi fidei, et quod ex Euāgeliō clarissime patet. Vnde de omnibus his beatissimus Paulus apostolus, in suis epistolis copiose ac feruide uniuersos exhibetur fides, dicendo: Oblecro uos in domino, ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis.

R 2. cum

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Renouamus spiritu mentis uestra, & induit te nouum hominem, qui secundum deum creatus est. Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat. Omnis amaritudo & ira, & indignatio, & clamor, tollatur a uobis. Estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & deus in CHRISTO donauit uobis. Estote imitatores dei, sicut filii charissimi: & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit sermone ipsum pro nobis, oblationem & hostiam deo, in odorem suavitatis. Benedicite per sequentibus uos: benedicte, & nolite maledicere. Hinc saluator & legifer noster filius dei, in euangelio loquitur: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati estis cum malexerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersum uos mientientes propter me. Gaudete in illa hora & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in celis. Diligit enim uos, benefacite his qui oderunt uos: & orate pro persequebantibus & caluniantibus uos. Sed forte quis dicer: Graue & difficile est ista implere. Ad quod ex uerbis domini nostri poterit responderi: Regnum coelorum uim patitur, & uolenti rapiunt illud. Et rursus: Intrate per angustam portam, quia lata & spatiose est uia qua dicit ad mortem & perditionem, & multi inueniant eam. Quam angusta porta & arcta uia qua dicit ad uitam, & pauci inueniant eam. Insuper, quamuis ista implere sit aliquo modo laboriosum, attamen respectu aeterni & incomprehensibilis premij, ac gloriostim felicitatis, qua pro breui & temporali isto labore atq; obsequio datur elec[t]is ac uirtuosis hominibus, permodicum est, facile, & iucundum. Si uiliter, leue est omnia ista in p[ro]l[oc]o, in quantum per ea infernalem, intolerabilem, perpetuamq[ue] damnationem eua dimus. Propterea dixit apostolus: Non sunt condigne passiones huius temporis, ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. Item: Istud quod in praesenti est, momentaneum & leue tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate, eternum glorie pondus operatur in nobis. Amplius, quamvis ista implere sit homini secundum se considerato laboriosum, nihilominus facile & suave sit ei per adiutorium gratiae dei: & per consolations ac dona spiritalia sancti, qua fidelibus dei ministris praestantur. Hinc dominus noster inuitat nos & hortatur: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite luginem uos, & dñe a me, quia mitis sum & humilius corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suave est, & opus meum leue. Ceterum est quoq[ue], quod charitas dei, si uere crescat proficiat q[ue] in nobis, cuncta prætacta facit esse facilia & iucunda. Deniq[ue], si diligenter penitemus, quæ, qualia, & quanta sancti & electi dei fecerunt ac pertulerunt, pro gloria illa aeterna & inenarrabili obtinenda, parum & quasi nihil reputabimus, omne obsequium & labore, quæ deo nostro offerimus, praesertim, si illumina uita mente consideremus, quam incomprehensibilis & immensa sit dignitas, sanctitas, excellentia, & honorabilitas creatoris, salvatoris que nostri. Præterea, omnia illa prætacta, faciliter deo auxiliante ac strenue poterimus adimplere, si fortiter studuerimus corda nostra mundare ab amore proprio & priuato, qui omnium uitiorum & criminum est origo, ut scilicet diligamus nos non in nobisipsis, sed in deo: hoc est, uincula illa desiderare, diligere, ac libenter recipere, exercere ac sustinere, quæ nobis necessaria aut, proficia sunt ad copiandum dño deo omnipotentis: & ad proficiendum in eius gratia & amore, in uera perfectione, sanctitate ac gloria sempererna. Et quæ sunt haec: nisi seipsum in sanctis humiliare, correptiones & corrections gaudeter suscipere, opera penitentia exercere, corpus proprium castigare, uoluntarie subesse ac obedire, imo subiecti one & abiectione letari, in suispliis contemptu & aduersitate quasi in omnibus diuitijs, gloriari. Istud totum est seipsum in se bene odire, se que in deo salubriter, spiritualiter ac sapienter diligere. Vnde salvator differit: Qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam aeternam custodit eam. Postremo, haec omnia ad spirituales ac religiosas personas, tanto specialius ac eminentius spectant, quanto pre secularibus hominibus in perpetuo sunt statu, & ad maiora tenentur. Haec omnia dñs & salvator in tota sua conuersatio ne in seculo isto, à sua nativitatis exordio, usq[ue] ad mortem in crucis ligno, factis monstrauit, & uerbis edocuit. Rectissime igitur dicitur, q[ue] istud sit fundamentum religiose, imo & Christianæ conuersationis, priuatum amorem ex corde suo totaliter extirpare, atq[ue] in uestra chari

DE SACRA COMMUNIONE FREVENTANDA.

231

ea charitate proficere. Porro, ex priuato sui amore dicitur, diuitias, delicias & honores appetere. Exordium ergo religiosæ uitæ est ista contemnere, simplici uictu & ueftitu esse contentum, humiliare seipsum. Hinc, ut sanctus vir Climachus protestatur, auarus, est euangelij subsannator superbus, est diaboli imitator: ambitu[s] os, primum illum sceleratissimum apofatatum diabolum sequitur, & inenarrabilibus impletur peccatis. Nam ut beatius scribit Gregorius: Numerari culpæ nequeunt, quæ ex uitiosa illa diabolica ambitione nascuntur. Voluptatum demum amator, Epicuri, non Christi est discipulus. Hinc religiosi per solene uotum paupertatis, renuntiant opulentia ac proprietati: per uotum castitatis uoluptatis: per obedientiam uotum, proprie uoluntati & arrogantiæ, uanitati, ambitioni ac proprii sensus immansioni. Propterea, sicut ex uoto obedientiae obligantur propriam uoluntatem uoluntati superioris subiungere, ita & propriæ rationis iudicium subdere dictamini ac iudicio presidentis: imo ut Alexander de Halis, qui vocatus doctor irrefragabilis, & dominus Bonaventura doctor devotus, docent, religiose personæ magis tenentur obedire sui superioris præcepto, quam dictaminis conscientiae propriae. Qui autem agit contra uotum, non solum peccat mortaliter, sed etiam enormiter ualde, & grauius quam qui operatur contra proprium iuramentum, ut sanctus Thomas declarat. Itaq[ue] innotescit, quod quamvis religiosa persona debeat cum omni uirtute esse ornata, specialiter tamen tres iste uirtutes paupertas, castitia, obedientia, spectant ad eam, ita q[ue] ex uoto solenni ad eas astringitur.

Magis obedientia superius præceptio q[ue] conscientiae propriae dictaminis,

Articulus V. Quod omnes religiosæ ac spirituales personæ ad obedientiam potissimum obligantur,

Tota diuina scriptura, & utriusq[ue] pagina testamenti, omniumq[ue] sanctorum patri regule & doctrine, sanctam obedientiam excellentissime laudant, maxime in religiosis personis, quam & ipsem dominus noster Iesus Christus rex regum, & princeps universorum, apertissime ac specialissime nobis commendauit, iustus ac docuit, & suis demonstrauit exemplis. Quia ut ait apostolus: Cum in forma dei esset, id est, in uera deitatis natura, & uerus deus, deo patri æqualis, exiit in seipsum factus obediens patri usq[ue] ad mortem. Vnde & dicit: Defecit de celo, non ut faciam uoluntatem meæ, sed uoluntatem eius qui misit me. Et iterum: Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui misit me. Quid enim tam peruersum, tam impium & ingratum, quam creaturam rationalem suo creatori aut eius uicario esse rebellem, inobedientem seu resistentem? Nonne propter hoc peccatum primi parentes de paradiſo irre recuperabiliter sunt electi, & cum omniflua posteritate originali uisititia destituti, ac regno priuati celestis? Sed & supremi illi angelici spiritus, ob suæ elationis inobedientiam, de celo precipitati sunt & proieciti. Sicut & primus ille rex Israel Saul, cum sub specie pietatis ac cultus diuinis transgressus esset dei præceptum, deus dixit ad Samuelem prophetam: Peccauerit me quod constituerim Saul regem, quia contempserit me. Cumq[ue] Saul uellet se coram samuele excusare, pepercimus, inquit melioribus gregibus ut immoletur domino deo tuo: sanctus Samuel mox respondit: Nunquid uult dominus holocausta & sacrificia, & non potius ut obediatur uocis eius? Et addidit Samuel rationem: Melior est enim obedientia quam uictima, & auesculare magis, quam offerre adipem pinguium. Quoniam quasi peccatum arioladi, id est quasi crimē ariolationis, que est actus superstitionis seu facinus magicæ artis, est repugnare, & quasi scelus idolatriæ, nolle acquiescere. Quæ sola autoritas, ut in statutis ordinis Cartthusianis afferitur, habet obedientiae commendationem atq[ue] inobedientie uituperationem: quæ obedientia si desit, cetera cuncta que agimus non solum mercede priuantur beatifica & aeterna, imo & damnationem incurront. Aduerte hec & formidando religiosa persona: si enim inobedientia tam enorme peccatum est in seculari persona quæ obedientiam non promisit, quantum agis in te, quæ te uoto solenni ad obedientiam atrinxisti. Amplius, sicut facrilegium est rem deo consecratam & oblatam rapere ac furari, multoq[ue] grauius quam argentum & aurum aut alijs substantiam simplicem: sic propriam uoluntatem per uotum solenne deo oblatam in manu uicarii eius, ad se retrahere, & deo atq[ue] uicario eius subtrahere, & pro proprio libitu ea uti, furtum extar sacramentum. Amplius, sicut per obedientiam homo potissimum placet deo, ita per inobedientiam maxime displaceat iudicii summo. Nonne in libro Ioseph recitat, quod ipse vir sanctus Ioseph, quia in omnibus obedientissimus deo fuit, hoc à deo obtinuit, quod ad petitionem, imo potius ad iussionem ipius, sol & luna steterunt in medio celi immobiles spatio diei unius? Ecce quo

Philippi. 3.
Iohannes 5.
Iohannes 4.

Genes. 1.
Isaiah 14.
1. Reges

Ioseph

R 3 mo do

modo deus omnipotens illos exaltat, qui scipios propter deum per obedientiam ueram sponte ac prompte humiliant. Præterea in Vita patrum narratur, quod simul ambulantes duobus fratribus, quorum unus extitit magna abstinentia, alter magna obedientia, cum inuenissent in via quandam defunctum, ac pro illius suscitate domum inuocarent, & mortuus ille protinus surrexisset, frater ille magna abstinentia glorabatur in corde suo, dicens: Merito abstinentie mea surrexit mortuus iste. Deus autem reuelauit, quod non propter ipsius abstinentiam, sed propter alterius obedientiam factum fuit illud mirum. Sic & sanctus Maurus adhuc adolescentulus obediendo beatissimo. Abbatu suo Benedicto, sine submersione super aquas cucurrit. Discipulus quoq; Pauli Abbatis magnum ligauit & adduxit draconem, obediendo suo Abbatu. Et alter uir bonus obediendo Abbatu, proprium filium proiecit in ardente fornacem, nec puer ille aedebatur in igne. Quæ omnia & consimilia multa fecit deus gloriósus & benedictus ad ædificationem & consolationem fideliter obedientium, & ad confusioneñ graviorem damnationem inobedientium, pertinacium atq; rebellium hominum. Deniq; ad sanctam obedientiam sancti & electissimi patres, Hieronymus, Basilius, Augustinus, & alij, personas religionum suarum feruentissime ac seruosissime admonuerunt, quorum uerba in alijs opusculis & sermonibus multoties allegantur, quorum omnium documenta, hortamenta & iustiones fundantur in hoc quod CHRISTVS in euangelio dixit: Qui uult uenire post me, abneget seipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Et in hoc quoq; uicarius suis est locutus: Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit. Ob hoc scripsit Apostolus: Omnis anima potestatisibus sublimioribus subdita sit, non est enim potestas nisi à deo: que autem sunt à deo ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati dei ordinationi resistit: qui autem resistit, damnationem sibi acquirunt. Et iterum: Obedite, inquit, præpositis uestris & subiaceete illis, ipsi enim peruigilat tanq; rationem pro animabus uestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant & non gementes.

**Articulus VI. Quid ex iam dictis patet pro parte
responsio ad quaesita.**

Quemadmodum peccat mortaliter qui in peccato mortali existens scienter celebrare præsumit, ita mortaliter peccat qui in culpa existens mortali, communicat. Cumq; iam dictum sit, quod religiosa persona sub periculo peccati mortaliter & sub demerito æternæ damnationis obligetur suo obediens superiori, cōstat quod eoipso quo contra informationem, dictamen, & uoluntatem sui superioris ad sacram communionem accederet, aut certe accedere ex deliberatione & proposito pleno proponeret, peccaret mortaliter, & ita prorsus esset indigna participatio dignissimi ac saluberrimi sacramenti, inq; & illud suscipiendo in cederet peccatum mortale, ac ualde mortale, de quo dixit Apostolus: Quicunque manducauerit panem hunc uel biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Et denuo: Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicantis corpus domini. Conformater peccatum illud, quo proponeret accedere, aut accederet contra obedientiam debitam præsidenti, non esset mortale simplex, sed ualde enorme, uidelicet contrarium uoto obedientiae & uoluntati tanti uoti. Insuper, persona talis religiosa non solum affracta est obediens suo superiori, ut prælator & patri spirituali, sed etiam tanquam iudici ac medico spirituali in foro conscientioso, & causa ac efcia sacramentali, idcirco si contra illius informationem, judicium & uoluntatem ad communionem accedere simpliciter decreuerit aut accedit, etiam ex hac parte mortaliter peccare monstratur, uelut si corporaliter aeger contra medicis sui doctrinam sumat cibum aut potum, ex cuius sumptione mors sibi ueraciter immineret, talis seipsum occideret, ut sanctus loquitur Augustinus. Talis ergo persona debet suo superiori ac confessori humiliter obtemperare, & ipsius discretioni se omnino in hac causa committere, atque se toram ad emendationem expondere, suspensionem quoque & dilationem sacrae communionis suscipere patienter, & de suis peccatis compungi, integraliter confiteri, & efficaciter satisfacere toto posse, prauam & stultam, humanam & puerilem uerēndiam prorsus suppeditan-

Lue.9.
Luc.10.
Rom.13.
Heb.13.

1 Cor.12.

do, & istud erit ei in praesenti & in futuro coram deo & omnibus sanctis eius uere honestum, saluberrimum, & meritorium ualde modo. Erñis personæ huiusmodi confessio risu acquierunt secundum modum iam tactum, non essent ad sumptionem sacramenti altissimi admittenda. Itaq; de his personæ religiose sunt a superioribus suis frequenter & sapienter, tempestive & opportune, feruenter & copiose, tam in cōfessione quam extra confessionem instruenda, admonende, auizandæ, terrendæ. Postremo, hortatæ sunt oēs, ne eas despiciant, aut temerarie iudicent, neq; de eis scandalizentur, quas uiderint a cōmunitate suspenſa sita dilatas, sed in eaurum obedientiam potius aedificantur, & orient charitatem pro ipsijs, iusq; hoc ad omnem Christianum discretum ac probum, charitatiū & piū, penitus pertinet, ut omnem proximū suum pro quaenq; causa seu culpa in disciplina cōstitutum, correptum, humiliatum, afflictum, despectum, defolatum, pia & condolente aspiciat mente, consilio auxilioq; refoueat, prout poterit opportune. Beati namq; misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Hinc ad Romanos ait Apostolus: Debemus nos firmiores, imbecillitates infirmorū portare, & non nobis placere. Vnusquisq; proximo suo placeat in bonū ad aedificationem. Itaq; que pacis sunt temp̄ sectemur, & que aedificationis sunt, in inuicem custodiāmus. Ad Galatas q̄q; Si spū uiuimus, spū & ambulemus. Non efficiamur in inanis glorie cupidi, inuicem provocantes, inuicem inuidentes. Etū preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uosq; ipsa uiles esūs, huicmodi instruite in spū lenitatis, considerans teipsum, ne & tu teneris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Et alibi: Nihil agatis per contentionem, neq; per inanem gloriam, sed per humiliatem superiores sibi inuicem arbitratates, & per charitatem seruite inuicem. Omnia facite sine murmurationibus, ut sitis sine querela simplices filii dei. Induite ergo uos sicut elecū dei, uiscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supporantes inuicem, & donantes uobis in eip̄is, si quis aduersus aliquem habet querelam. Pax CHRISTI exsistet semper in cordibus uestris. Omne quodcumq; facitis in uerbo & operi, omnia in nomine domini nostri IESU CHRISTI agite, gratias agentes deo patri per ipsum.

Articulus VII. Prosecutio responsoris istius.

Claustrum comparatur hospitali, in quo sunt plures regoti, diuersis & gritudinibus laborantes, qui iuxta diversitatem infirmitatum suarum, indigent medicinis diuersis, sicut in claustro sint multæ personæ, multis ac uarijs spiritualibus in infirmitatibus, hoc est, multi pliobus passionibus, culpis, ignorantijs, defectuostatibus) facie, ad quarum curam atque integratam sanitatem indigent spiritualibus medicinis, inter quas medicinas præcipue sunt septem sacramenta ecclesiæ, quoq; primū est baptismus, q; est regnatio spiritualis & medicina, specialiter cōtra originale peccatum. Quemadmodum aut medico exteriori cōpetit diligenter pensare, que & quales medicinæ sint adhibendæ corporaliter languidis, sic medico spirituali, hoc est plato & confessori, incubit uigilatissime considerare quas spirituales medelas adhibeat Christi ouib; sibi cōmissis & creditis, ipsi sp̄ ouibus, si curari uelint & saluari debent; necesse est ut spiritualib; medici suis pastorib; & confessoribus acquiescent & pareant. Vnde si interdum Eucharistia sacramentum iudicet aliquibus denegandum & subtrahendum ad tempus, propter indignitatem aut indispositionem, ipse, uel ut interim plenius sp̄ parent, illud, a fructuofius atq; salubri suo tempore hoc ipsum suscipiant, hoc nec ipse nec alij debent male accipere, nec temere iudicare, nequæ interpretari in peius, sed in quâna simplicitate sub directione præsidentis deseruire at uulno cum reuerentia & timore. Præterea, sicut communis tenet doctrina, uirtutes sunt quædam, medietates inter uita extrema, quemadmodum sp̄es tenet medium inter nimis & præsumptionem de misericordia dei, & inter desperationem ex nimio & immoderato timore de diuina rigore iustitiae, conformiter Christi ministri ac religiose personæ, circa desiderium & susceptionem sacrae communionis habere se debent medio modo, ita ut ex consideratione propriarum culparum & defectuostatum, formiderit acciperet ex ipsa iustitia uero misericordia dei & charitatis Christi, beneficiorūq; eius, ad sanctam allicitantem communionem. Rursus, cum mortaliter peccet, quoniam existens in charitate & gratia dei, communicaat & Salomon protestetur, sunt iusti & sapientes, & opera eorum in manu desunt, & tamē nescit homo an amore an odio dignus sit, constat quod homo uel illuminatus non sine grandi paurore cupit tam summum accipere sacramentū, quia in-

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

certus est an extet in charitate. Præterea, nemo debet ad sacramentum istud procedere si ne diligenter examinatione conscientia sua: idcirco religiosa persona de hoc conscientiam suam specialiter discutere debet, an fit uere obediens, & ex toto corde ad obediendum parata, ac sui superioris & Confessoris ac iudicis iudicium proprio iudicio præferens. Quod si si non inuenierit talēm, eo ipso indigna est, & in digna se reputare debet hoc cœlesti eductio, super substantiali^g pane nec sine Confessoris sui confilio ad summi regis mensam accedere. Hæc uenerabilis & deuotissime pater, pro præsenti occurunt circa propositam quæstionem. Veruntamen de hac ipsa materia iam scriberē plura, præsertim de sacramenti huius institutione, dignitate, & efficacia, atque de preparatione ad ipsum, & de eius effectibus, atque de frequentia celebrandi & communicandi, nisi ante aliquor annos de his ad quorūdam instantiam opusculum inde fecissem, quod simul cum isto Tractatulo mitto, recommendans me orationibus uestræ paternitatis, & omnium quibus praefestis. Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui est super omnia deus sublimis & benedictus. AMEN.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI, DE SACRAMENTO EUCHARISTIAE, & tripli gradū honorantium illud, Sermo I.



Deut. 32.

Luc. 1.

Johan. 3.
Philip. 2.

Sapi. 16:
Matt. 26.

Luc. 22.

Num. 1.

AROMEA UERE ēst cibis, Iohannis VI. Dominus ac saluator, in cuius dextera ignea lex est, ignea legem dedit hominibus, propterea euangelica lex, lex appellatur amoris. Nonne omnia quæ in euangelica legē traduntur, sūcerissimum & feruentissimum flagrant amorem? Exordium quippe euangelicæ legis, est annuntiatio illa dominica, qua sanctus archangelus Gabriel, sacratissime ac pre-electissimæ uirginis incarnatione uerbi æterni ex ea mox futuram denuntiavit. Ecce, inquietus, concipies & paries filium. Hæc fuit denuntiatio excellentissimæ charitatis, ex qua prodit almanauit, quod pater eternus unicūm filium sūtum misit & dedit hominibus, unius ei natura humana, formans & aptans ei ex purissimis sanguinibus felicissimæ uirginis, humanae carnis substantiam. Ideo ait scriptura: Sic deus dilexit mundum, ut unigenitum filium suum daret. Deniq; propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos deus pater, filium suum misit in similitudinem carnis peccati. Deinde dei filius incarnatus ex eadem ineffabili charitate & incomprehensibili dignatione, in terris uideri & inter homines conuersari dignatus est, qui per transiuit benefaciendo & sanando omnes oppressos à diabolo, uiam salutis exemplis ac documentis plenissime demonstrando. Post hæc, nouissimam cum suis discipulis agens cœnam, omnem dilectionis excedens mensuram, supmirabile instituit sacramentum, in quo seipsum proposuit ac donavit in cibum, & sanguinem suum in potum, exhibens de datorem & donum & paulopost seipsum obtulit patri oblationem & hostiam in odorem suavitatis, ad deter gendam omnem labem iniuritatem, omnem foetorem & turpidem, totius transgressionis. Atq; ut omnium horum iugis ac feruens, grata & præcodialis in nobis sit, perleueret, in ardescat memoria, apostolos suos in eadē cœna instituit, cœrēdotes, committens eis celebrationem tanti mysterij, cōsecrationem corporis & sanguinis sui, dicens: Hoc facite in meam commemorationem. Itaq; sponsa uerbi ecclæsia, cupiens pro uiribus utcunq; rependere uicem tanto benefactori, merito non solū quotidie in suo secreto & in Missæ officio, sed & specialissime semel in anno in hoc festo præcipuo tāta sacramenti agit solēnia, charitatem liberalitatem, beneficentiam sui recolit saluatoris, gratias agit, laudes concinit, ipsumq; sacramentum dignissimum reverenter circunserit processionaliter, cum supplici adoratione deducit, & usq; in locum suum prosequitur, quod in deportatione tabernaculi Moysi & arcæ testamenti olim extitit figuratum. Præterea, scut in deportatione illa tres extiterunt ordines ministrorum, quod eis commissum fuerat exequentium, quorum officia sic erant distincta, quod quidam grossiora, quidam spiritualiora exequabantur, ita in processione de ductionis sacramenti istius (quod uerum summa deita-

DE SACRAMENTO SERMO I.

233

deitatis tabernaculum rite censemur & arcu novi testamenti, supersuauissimum continens manna coeleste, uerissime appellatur) quidam Christifidelium corporaliora, nonnulli cœli formiora, ceteri medio modo se habentia oblique equa, praconia, holocaustomata offerunt redemptori. Tres namque sunt gradus laudantium plumbum: Primus eorum, qui in exterioribus actibus Christum honorant, campanas pulsando, ardentes cereos deferendo, hymnos, psalmos & cantica concrepando, itinera quoque & plateas mundando, ramisq; arborum & confusilibus ornando hæc ipsa, quatenus per hæc omnia deum iuxta suum modum uenerant, & per exteriora ad interiora in honoriscentiam prouocentur. Sic beatus Franciscus in conuersationis suæ exordio consuevit sumpta scopula per ecclesiastica discurrere, & ipsa scopula ad insinuandum, quod dominum dei corda fideliuum decerpit sanctitudo, & quod uia eius uia pulchra, & omnes semitæ eius pacificæ. Secundus gradus isto sublimior, est eorum qui totis uiribus deum intra se laudent, cum Psalmista dicentes: Confitabor tibi domine deus meus in toto corde meo id est, toto intellectu & universo affectu: quorum mens tota diligentia & conatu intenta est sensu uerborum sanctorum, & considerationi maiestatis eius quem laudat, colit & inuocat: & quorum affectus in huicmodi meditationibus exardecit igne amoris, qui cu[m] Apostolo dicere queunt: Psal. 1. Cor. 14. Iam spiritu, psallam & mente: qui gratiola experientur quod fatetur uirtus sanctus: Exulta bunt labia mea cum cantauero tibi. Itemq; Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltavi sub ligno mea. Hi plane psallendo uirtutes experientur psalmorum, & gustant quam duleis est dominus. Denique, tales in psallendo & orando fatigati uix poterunt. Reficiuntur namque assidue dulci sapore dulcedinis increatae, bonitas immensa, deitatis superpulchritudinem fugit ab eis acedia spiritus, soinolentia torpor, negligētia uilis ac impia: quorum animæ sicut adipe & pinguedine adimplentur interno dulcore, sancta deuotione, diuini amoris ardore. Tertius gradus cultorum dei ministrorumq; CHRISTI, est eorum qui contemplatione gratiam sunt sortiti, qui ascenderunt ad cor altum, atque in speculationis arce sunt constituti; quorum sinus cordis in regione inlucis incircumscrip^te extensus, desitus, absorptus, felicitate cernit quam angusta & modica sit omnis creatura, respectu & comparatione superexaltati interminabilis dei: qui quanto incomprensibiliter excellenter am creatoris lypidius contemplantur, tanto propriam paruitatem, defectuositatem, iniquitatem & nihileitatem profundius intuentur, cordialius aspernati, scilicet ex intimo coris affectu uehementius indefiniter humiliant, cum prophetæ dicentes: Substantia mea tanquam nihil um apud te est: nunquid confitebitur tibi puluis? Hinc fe ad de promenda supergloriosi dei præconia impares proflus & omnino in dignos recognoscit, exclamationes testantur, dicentes: Quis poterit stare ante conspectum domini dei sancti hiūius? Etenim columnæ cœli pauent ad conspectum ipsius, sub quo demum curuantur qui portant orbem. Ipsi ad dei præconia se insufficientes aduenturi, indignosq; iudicant: tum consideratione proprietum defectuum, certi quod non sit speciosa laus in ore peccatoris, & quoni am peccatori dixit deus: Quare tu enarras iustitias meas? tu consideratione propriæ paruitatis & defectuositatis in naturalibus. Homo enim in uniuersitate intellectuallium creaturarum, est infinitæ speciei & debilissimæ intellectuallitatis, intantū, q[uod] siicut materia prima se habet in ordine regi, ita intellectus humanus in ordine intellectuallu naturæ. Hinc fragiles uehementes, inq[ue] fragilissimi sumus, ad mala prouissimi, faciliter labimur, instabiles repetimur. Ad hæc accedit uitalis corporis, corruptio, fomites, instabilitates mentis, & necessitates carnis. Tum consideratione infinitæ excellentiarum dei, cuius tanta est dignitas, honorabilitas, sanctitas & maiestas, q[uod] quis unus homo impenderit ei tantu[m] ueneratione, quantum tota uniuersitas creaturarum, adhuc ipse ueneratione in infinitum maiore cōsisteret dignus. Tanto ergo dñm deus nostru perfectius ueneramus, deuotius colimus, sublimiusq; laudamus, quāto clarius speculamur atq; humilius p[ro]fitemur, nos ab ei cōdignis p[ro]conijs, cōdecentibus cultibus, debitissq; obliquequis in infinitu deftere, cōno oecubere, inq[ue] & hoc ipsum q[uod] exhibemus, & breuiter qcuid sumus, possumus, & habemus, ab ipso nos suscepisti testamus, & totu[m] nos ei debere de promissione: sic q[uod] cognoscim⁹ & sentimus q[uod] uere dixit Saluator: Cū feceritis oia que p[re]cepta sunt uobis, dicite: Serui inutilles sumus, q[uod] debuimus facere, fecimus. Hanc sapientia salutarem, hanc practicæ eius salubrem, hoc exercitiū cōtempnatiū, amorofum, flaminigera, diuinus & magnus Dionysius lib. de Mystica theologia do- cuit & descripsit. Præterea, cū uniusquisq; in illud potissimum transformet, cui seruentiore amore ac pleniori affectu unitur, cuiusq; actionibus totalius conformatur, amator s[an]cte-

XII. 3

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI

Gala. 2.

Johann. 17.

Johann. 16.

Gala. 2.

1. Cor. 6.

Augustini
pulchri di-
ctum.

Phil. 1.

rūs feruidus cultor, dum per priuati extirpationem amoris à seipso prorsus alienatur, ac circa creatorem per contemplatiue exercitia uitę feruenter ac iugiter occupatur, recte asseritur à seipso deficere; iamq; non ipsem uiuere, sed deus in eo: & ita in nihilum redigi perhibetur, non amittendo esse naturae propriam ue substancialium, sed quia non stat refexus ad se, nec querens seipsum, nec quicquam finaliter in se, ad se, aut propter se, sed totū in deo, ad deum, & propter deum: nec cū uiuens secundum propriæ inclinationem naturæ, sed iuxta tenorem legis diuinæ, exigentiamq; charitatis superne: & ita intentus est contemplationi & amoris ipsius, quod nō appetit neq; aduertit seipsum, & interdum nihil creatum; ideo perhibetur per Seraphicæ dilectionis ardorem liquefieri & resoluī, atq; in contemplationis suæ obiectum, hoc est, in totius luminis fontem, illuminationisq; principem, deum summum omnipotentem, tanquam in infinita profunditatib; Oceanum, interminabilisq; deficiarum ac aeternalium diuitiarum abyssum mergi, profundari, submergi, & absorberi, & itidem unum fieri cum eodem, unum esse & uiuere, loquendo de unitate intima ac simplicissimæ charitatis, non de unitate substantialis identitatis. Iste sunt modi loquendi mysticæ theologie, qui sunt fane ac sapienter intelligendi, qui & in scriptura fundantur canonica, & euangelicæ legis autoritatibus fulciuntur, cum & ueritas dicat: Rogo pater, ut creditur in me omnes unum sint, sicut tu pater in me & ego in te, ut sint consummati in unū. Et denuo: Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint unum sicut & nos unum sumus. Iuxta hūc modum loquendi ait Apostolus: Vnde iam nō ego, uiuenter in me Christus. Et iterum: Qui adhaeret deo, unus spiritus est. Veruntamen non uidetur multum expediens, quod simplices multum se occupent in hoc modo loquēdi, quibus & ipse loquēdi modus posset de facili occasio fieri alicuius occultæ elationis aut uanitatis. Deniq; eruditos in his & mysticam theologiam utcunq; expertos, decet caute & appropriate loqui de his, & obscuros sermones elucidare, ne scandalizent legentes seu audientes. Nam & in Sermone cuiusdam legi hec uerba: Impossibile est etiū hominem rete hoc modo in seipso liquefactum, submersum, eu annihilatum, à deo finaliter derelinqui. Própositio ista uidetur incaute prolatam; nēpe, huiusmodi homo ad se relapsus, eleuati one illa actuali cestante, adhuc non esset confirmatus in gratia, imò posset peccare mortaliiter, sicut & sacerdos contigit, Augustinus dicit: Vidi cedros Libani corruisse, de quorum casu non magis suspicabar, quam Hieronymi atq; Ambrosii. Certe David rex, qui a ueritate sua cum adhuc pasceret greges, in pascuæ gratia theorice contemplationis ac motibus anagogicæ inflammationis fuit præuentus, post tamen propheticas illuminationes, post tot supernas contemplationes altissimas, post tot diuinarum dulcedinum degustationes, post tot mysticæ theologie uisiones, amoroſos excessus ac transformationes, ardore, in grauissima delapsus est sceleris, cum iam senex & pene sexagenarius esset; nec impossibile esset, taliter lapsum & tam ingratum ac uilem effectum, relinqui à deo finaliter. His breuerter tactis, redēsiduum ad diligenter & affectiuam considerationem indicibilis charitatis, piissimæ dignationis, munificentissimæ communicationis & summe liberalitatis domini dei nostri, propter nos incarnati, qui totum quod ex nostro & à nobis assump̄t, nobis impendit, & ad nostrum cōuertit profectum. Certe cum charitas, ut diuinus Dionysius protestatur, uirtus sit uirtutia, constat filium dei tanto uisceriosus nos amasse, tanto aſtantius nos dilexisse, quo se nobis uincinus iuxxit, quo magis dignat̄ se nobis applicauit, quo seipsum & sua copiosus nobis communicauit ac dedit. Quid aut̄ tam propinquat, tam in time iungit alteri, ut cibus edenti, ut potus bibenti, ut medicina ſumenti: Et ecce, quem cœlum empyreum capere nequit, quem eccl̄i cœlorū circuſcribere in deitatis natura nullatenus ualent, in aſsumpta natura ſub sacramentali permodica forma, noſtra ingreditur ora, ut & ſic gratiosius noſtra introeat corda, ſicq; animarum noſtrarū me deat̄ languori bus, intellectum noſtrum ſapientiæ ſue perluſtre, impletatq; plendoribus, uoluntati diuini amoris ſuccendat ardoribus, memoriam conſirmeret atq; ſtabilitat in ſe, imò nos totoſ conuertat, traſformet, rapiat in ſe, poſideat ſemper, & ad ſuipſius beatificam fruitionem perducat. Heu cor durum, cor uile, ingratum, quoſ tanta charitas non accendit, tot & tanta beneficia non emollit & compungit, tanta dignatio, imò & humiliatio Christi altissimi non uehementer humiliat, tanta liberalitas ad munificantiam non inducit. Quid retribuemus domino pro omnibus quaē retribuit nobis? Gratias, præcordiales ei incessanter agamus, imò hoc indeſſe & anxię depreceμur, ut ſibi nos gratos efficiat, ita ut in omni euentu, in prosperis & aduersis, & potissimum in aduersis, in perſecutionibus & flagellis, in corre

DE SACRAMENTO SERMO II.

234

correptionibus fraternali, castigationibusq; paternis, cū omni tranquillitate, patientia, hu[m]ilitate, grates ſuæ prouidentiæ circa nos referamus; nec ſolum ei, ſed & uicarii eius & proximis noſtris, per quos ipſe nos in preſenti corrīpere, corrīgere, humiliare, purgare, ſanare, imò & ſaluarē dignatur. In hiſ ſicut in omnibus diuitijs gloriemur, quia reuera proſpera potius quam aduersa ſunt nobis. Nonne in effabiliter ſaluberrime conſiſtunt he me dicinæ, per quas à uitris & peccatis incomparabiliter nobis noſciuſ eriuimur & curamur, gratiarum chariſtabitibus adimplēmus, abhorrendis & ināſtimabiliter diris & afflictius Purgatoriū penitentia ab inferni ſupplicijs preſeruamur, & compendiosiſſimo ſecurifermiſſo in trinitate ad æternę brauium felicitatis transferimur? Nemo noſtrum tam obtutus & imperitus, tam exēcatus & obdutatus exiſtat, ut in correptionibus & correctionibus, in exercitationibus & probationibus certimē ſibi iniuriam fieri, ſed potius dicat ex intimo corde: Peccauī, & uere deliqui, & ut dignus eram non recepi. Erubescamus nos harbari, & negligentes in ſchola uirtutum discipuli, quidq; in tra tot dies & menses, & (quod erubeſcibilis, imò ac damnabilis eſt) in tra tot annos noſtræ uocationis tam parum proficiamus, ita ut adhuc uix uerbum in crepationis aut exercitationis aequanimitet ferre poſſimus. Penitens quid uenerabilis illa Iudith tempore grauifimæ tribulationis locuta fit: Non uilciscamur nos, inquit, pro his quæ patimur, ſed reputantes peccatis noſtris hec ipſa ſupplicia esse minoria: flagella domini quaſi ſerui qui corripimur, ad emendationem, & nō ad perditionem noſtrā eueniſſe credamus. Quid ad iſta dicturi ſunt, qui pie correpti mox contradicunt, excusat, probari quod dicitur petunt? Si (ut Thomas in Secunda ſecundæ testatur) mortaliter peccant etiā rei mortis, qui coram iudice ſua fateri criminā renunt, pro quibus ſunt occidendi, non obſtare quod timor mortis culpm non parum alleuiat, qd poenæ, quid damnationis his imminet, qui culpa ſuas coram superioribus ſuis aut ne- gant, aut palliant, aut nimis extenuant? quod etiā contra Aristotelis eſt doctrinam, qui in Ethicis docet, quod quamvis à ueritate nunquam ſit recedendum, tamen in recitatione ſeu accusatione culpæ alterius, magis diuertendum eſt ad minus: in accusatione autem & narratione propriæ culpæ, potius eſt declinandum ad maius. Itaq; ut huic dignissimo ſacramento eucharistiæ iuxta paruitatem noſtre poſſibilitatem digni reddamur appropinquare ac reuenerer occurſere, atq; ſalubriter ipſum uifcipere, emundemus nos ab omni inquinamento mentis & corporis, & per iter disciplinæ regularis ad perfectionem prudenter ac indeſſe tendamus. Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui eſt ſuper omnia deus ſublimis & benedictus. Amen.

Iudith. 8.

DE INSTITUTIONE ET DIGNITATE

ſacramenti ſitius, Sermo II.

Go ſum panis uite. Iohannis VI. Dominus noſter IESVS Christus in qua noſte tradebatur, accepit panem: & gratias agēs, benedixit ac fregit, deditq; ſciperi ſuū, & manducate: Hoc eſt corpus meū. Ecce quā ſimplex naratione ſupernaturalis & incomprehēſibilissimæ rei. Nonne mirum, quomo-
do toti mundo potuit huius ſacramenti fides pſuaderi? Legitur apud Mar-
cum: Exibant ſui tenere eum, uidelicet Iefum, dicentes: & quoniam in furorem uerbi eſt. Por-
ro, ſicut ex alijs euangelijtis potest perpendi, hoc fuit dñs Iefus prædicauit Iudeis ea que
à Iohanne ſcribuntur de ſacramento corporis & ſanguinis ſuū: Caro, in quiens, mea uere
eſt cibus, & ſanguis meus uere eſt potus: Qui manducat meam carnē, & bibit meum ſan-
guinem, &c. quæ uerba carnalibus uidebantur uerba amentiæ ac furoris, imò & nonnulli
discipulorū ipſius Salvatoris, qui ſcandalizati ex uerbi huiusmodi, aberunt retroſum,
dicentes: Durus eſt hic ſermo, & quis potest eum audit̄? Deniq; unus ſapiētium ſe-
culi huius, in mirabilibus ſacramenti huius permotus, confuſus, deiectus, quippe qui ſpiri-
tu Christi non habuit, ſed ſolū ad naturales cauſas reſpexit: Mundū, ait, pagraruarias
ſectas inueni, & nunq; tam fatuā reperi ſectā, ſicut eſt ſecta Christianorū, quoniam deum ſu-
um quem colunt, deuorant dentibus. Hoc tu dixisti ſceleratim ac maledicē: Auerrois,
qui lege naturali uoluiti eſſe contentus, & Aristotelis ſequens doctrinam, aſſeruit ſuper
orbem lunæ non poſſe eſſe neq; accidere malum, nec malum culpe, nec malū poenę. Hinc
& diabolos eſſe negati, quos tam copiola ac euident experientia eſſe ostendit. In omnibus
quoque hominibus finixiſſi atque mentitus eſt eundem numero eſſe intellectum,
quod

Mar. 5.

Iohann. 6.

Auerrois.

quod multo absurdius & irrationabilius est, quam quod sancta plebs Christiana confitetur eandem numero essentiam esse in tribus superbenedictis creatis personis. Hinc iusto iudicio reliquit te deus, & in irrationabilissimos errores labi pmisit, ita quod affirmavit animas hominum instar brutorum esse mortales. Impietatem quoque secutus es reprobi inuidiosus Cain, qui in exordio seculorum dixit ad fidelissimum Abel: Non est prouidentia, neq; iudicium. Ita & tu negasti prouidentiam dei ad inferiora hac & ad humanos pertinere actus, nec homines desuper iudicandos concessisti. Per quod quantum in te fuit, dedisti hominibus ansam sequendi concupiscentias absq; freno. Postremo, stando in lega naturali & in Peripateticorum doctrina, non potuisti saluare ea quae ubertim & clare patet ad sensum, ut quod interdum ex uno eodem ipso amentis simul & semel diversa idioma proferuntur, etiam illa quae ipse amens antea nesciuit, nec didicit, nec cestante amentia ualeat proferre. Te ergo cum perfidis tuis contéptio, nos Christiani in quibus solis est sapientia salutaris, quae de celo profluxit, quae confirmata est in nos, contestante deo uarijs signis & portentis atque uirtutibus, & spiritu sancti distributionibus, qui ex synagogam reliquit, quia in christum non credidit, & mirabilia illa quae olim in plebe Israelitica fecit, ad ecclesiam transtulit Christi, in qua etiam ineffabiliter plura ac maiora fecit miracula, q; olim in synagoga. Præterea, in hoc fidem nostram non mediocriter roboret, quod cuncta quae credimus iam peracta, in libris prophetarum synagogæ legitimam diu & copiose prænuntiata. In quibus & istud quod de sacramento hoc credimus, prophetatum agnoscimus, dicente de Christo in psalmo sancto Psalmista: Erit firmamentum in terra in summis montium. Vbi alia habet translatio, Erit frumentum: Alta. Erit memoriale triticum. Translatio uero Chaldaica apud Hebreos quoq; authentica, Erit (inquit) placentia tritici in terra: id est, in militante ecclesia, quae peregrinatur in terra, in summis montium: id est, in capitibus sacerdotum. Nos inquam Christiani, qui soli habem⁹ uera ac propriissime dicta miracula, utputa soli omnipotenti deo possibilia, certissime credimus, omnia esse uerissima quæ de hoc sacratissimo sacramento ait scriptura & tenet ecclesia, utputa quod Christus sapientia patris, deus incarnatus, ecclesia sua instituit ac reliquit septem sacramenta, tanquam medicinalia uasa, in quibus & per quæ sicut persensibilia signa, gratiose ac supernaturaliter nostram operatur salutem. Nouerat namq; sapientia illa æternæ, homini ex animi & corpore constituto esse connaturale, per naturalia ac sensibilia ad divina & spiritualia manuaduci, adiuvari, ac erigi. Deniq; sicut prouidit ac contulit homini in peccatis concepto, & cum formite nato, ac per hoc spiritualiter mortuo & filio itæ, sacramentum baptisimi quo spiritualiter renascatur, & sacramentum confirmationis quo spiritualiter roboretur, ac spirituali militiæ ascribatur; si taliter nato & roboretur consecratur, donauit, religit sacramentum, quo spiritualiter resuscitatur & crescat, ac conuenientem & debitam spiritualis consistentiae statuam ac mensuram adipiscatur; & hoc est eucharistie sacramentum, in quo non solum (sicut in alijs sacramentis) Christus per gratiam & uitrum, multiplicè effectum, sed etiam uete per essentiam substantialiter continetur. Etenim ut uidemus in omni ordine ac genereretur, in q; sunt plura per participationem ac imperfetta, est unum primum per essentiam & perfectum. Cumq; plura uidelicet septem, sint legis euangelicae sacramenta, ordinè inter se dignitatis habentia, gratia contingua ac salutis operativa, operuit unum consistere inter ea, non solum participatiue gratiam habens & imperfecte gratiam continens, uerum etiam esse actualiter totius gratiae fontem complectens, uerbum uidelicet incarnationem, in cuius assumptiona humanitate, gratia formaliter & complete includitur. In cæteris uero sacramenta gratia non habentur nec inest secundum esse formale completem, cum sic soli rationali & intellectuali inhæreat creature, que sola sanctitatis ac gratiae est subiectum. Qualiter autem insitualijs sacramentis, duæ sunt opiniones solennest: quarum unam sequuntur Alexander de Halis, Bonaventura, Guillelmus Parisiensis in Sacramentali, Scotus, & alij multi. Vnde Bonaventura in scripto quarti refert, quod ipse dominus Guillelmus Parisiensis episcopus, in præsentiâ magistri Alexandri Parisiensis in conuertitu stratum ordinis S. Francisci, approbavit Alexandri positionem. Aliam opinionem sequuntur Thomas, Albertus, Aegidius, Hericus, ac alij plures. Et prima quidem opinio ad intelligendum ac defendendum extat facilius: secunda uero dicitur sanctorum Augustini, Bedæ, & patrum consonantior reputatur, propter quod magis cōsentio ei. Amplius, quoniam Christus in hoc sacramento exhibetur nobis ut cibus, & cibum oportet realiter fungi cibato, ideo recte sentit ecclesia Christum in hoc sacramento realiter contineri. De- cuit

cuit autem CHRISTVM hoc institutere sacramentum in nouissima cena, post quam protinus fuit tradendus ac moriturus pro nobis. Ipse enim prænuntiatus fuit nouus sacerdos, perfectus & uerus, non imperfectus ac typicus: secundum ordinem melchisedec, nō iuxta ritum & ordinem Aaron: nouus quoque & perfectus legislator. Translato enim sacerdotio, neceste est & legis fieri translationem, ut in epistola ad Hebreos disputat ac demonstrat Apostolus. Translati demum sacerdotio & lege, op̄ortuit sacramenta & sacrificia variari: quod totum Daniel compendiose prænuntiavit ac terigit: In dimidio, dicens, hebdomadæ deficit oblatio & sacrificium. Loquitur namque de hebdomadibus annorum, quarum quælibet continet annos septem: in quarum ultima occisus est CHRISTVS, qui in dimidio illius hebdomadæ instituit eucharistie sacramentum, & finem imposuit sacrificiis legis. Vltima quippe hebdomada illa, si in duas partes diuidatur, quilibet partium continet annos tres cum dimidio. Porro CHRISTVS uixit in carne mortali anni triginta tribus: & tanto plus, sicut à nativitate die usque in diem sanctum Paracletus: Sicq; in dimidio illius hebdomadæ sacrificium & oblatio legis defecit, quantum ad obligationem. Præterea, quoniam sapientia patris uerbum æternum propter nos extit in carnatu, ac semel in cruce uoluit immolari, hinc uarijs modis nostræ prouidit salutem. Nec ei suscepit semel pro nobis immolari in cruce per mortis perpassione, sed hanc quotidianam & perennem sui immolationem in mysterio in Missæ officio eius infinita sapientia adiuuent, eius immensa clementia ordinavit, eius charitas summa præfixit, qua & dei patris honorem, generisq; humani procurauit opem, gratiam ac salutem, quod totum sic fieri decentissimum extitisse ratio dictat desuper illustrata: quæ quanto plus illustratur, tanto lypidius inuetetur, quam rationabile seu potius superrationabile, misericordissimum, sapientissimum, amorosissimum fuerit istud, ut & quotidiæ dominice passionis quasi recenter memores simus, charitatisq; dei ac pietatis suæ & liberalitatis ad nos assidue recordemur, recordandoq; inflammemur, & meritum CHRISTI abundantius participemus, conseq̄uendo effectus sacramenti istius, ut infra dicetur, de cuius institutione tantum sufficiat tetigisse. Nunc de dignitate eiusdem aliquid pio uiribus est tangendum. Quocirca penfundam, q; in sacramento isto aliquid est sacramentū tantum, uide scilicet ipsæ extiores formas sacramentales: aliquid res & sacramentum, utputa corpus & sanguis CHRISTI, aliquid res tantum, ut ecclesiastica unitas, seu multiplex gratia sacramenti ciuiusdem, Idcirco nec anima CHRISTI, nec deitas eius ad istud pertinet sacramentum uel ad essentiam eius directe atque ex ui conuerzionis, sed concomitantem. Conuersio & quidem panis directe terminatur ad corpus dominicum, & transubstantiatio uini ad sanguinem, attamen in utroque per concomitantiam continetur tam anima quam deitas Salvatoris. Sicq; totus & integer CHRISTVS in sacramento isto sub utraq; ipsius specie est, adorat, atque suscipitur. Si ergo de sacramento isto loquamur, quantum ad id quod directe & ex ui conuerzionis continetur in ipso, sic plane magna uale est dignitas eius, utputa dignitas corporis CHRISTI, quod in seipso existit eximie dignum & sanctum & purum, ab omni labe peccati prorsus immune, ex purissimo sanguine sacratissimæ virginis sumptu, & spiritu sancto supernaturaliter in instanti formatum, cuius dignitas augetur ex hoc, quod a primo sua formationis instanti coniunctum fuit anima CHRISTI, præ omni pura creaturæ ineffabiliter sancte, preelecte & gloriose, atque intrinsecè informatum & actuatum ab ea, cui item in omnibus obedientiis fuit, in nullo militans contra illam. Verum ex hoc inestimabiliter plusfuit dignificatum ac dignum, quod simul cum anima sua ab exordio sua formationis fuit immediate coniunctum, hypostaticè copulatum, inseparabiliter q; unitum uerbo æternæ, & substantiificatum ab ipso in esse ipsius uerbi personali & in creato. Enim uero, teste Damasceno tertio libro, cum humanitas CHRISTI comparatur ad uerbum æternum, tanquam immediatum ipsius uerbi instrumentum animatum, coniunctum ac proprium, sic & corpus hominis cuiuscunque se habet ad animam suam, sicut anima suæ instrumentum immediatum, proprium & coniunctum. Si autem loquamur de sacramento eucharistia, quantum ad totum quod continetur in eo, sive directe sive concomitantem, sic utique penitus infinita est dignitas eius, cum & sola uerbi persona dignitatis sit infinitæ, & ipsa CHRISTI humanitas charior deo sit, & per consequētē dignior totu[m] residuo uniuerso. Hinc diuinus Dionysius libro de Ecclesiastica hierarchia, de huius sacramenti excellentia protestat, quod ad ipsum cætera sacramenta omnia ordinantur, & ipsum est complementum ac coniunctio aliorum, in quo omnia diuino-

etum plenitudo charismatum continetur, prout de his undique multa conscripta sunt & leguntur. Quæ cum ita se habeant, consideremus attente, & tota profunditate qua possumus contemplerum, quantæ impudentia est, quantæ insipientia, quantæ enormitatis & damnationis, tanto sacramento & eius consecrationi ac immolationi indeuote, irreuerenter astare, ipsum indigne suscipere, illud maculata conscientia celebrare, tractare, aut alijs ministrare, cum & de sacerdotibus ueteris testamenti carnalia sacrificia offerentibus, iusserit dominus, loquens ad Aaron: Homo de semine uestro qui habuerit maculam, non offeret panes deo. Hinc sanctus Ambrosius ait in Oratione de sacramento ante celebratio- nem dicenda: Quæta cordis contritione & lachrymarum fonte, quanta reuerentia & tremore, quæta corporis castitate & animi puritate illud diuinum & celeste sacrificium est celebrandum de domine, ubi caro tuam ueritate sumitur, ubi sanguis tuus in ueritate potatur, ubi imma summis iunguntur, ubi & angelorum adest praefentia? Cum ingentis ergo & sollicita præparatione ad tantum sacramentum accedamus, nec sumpto sacramento efficiamur ingrati, in modo quotidie magis deuoti ac grati. Ad laudem & gloriam omnipotentis dei. Amen.

DE CONVENTIENTI ET DEBIL-

ta præparatione ad tantum sacramenti celebrationem
ac sumptionem, Sermo III.



Psal. 118.

Sapi. 14.
Psal. 5.
Icor. 11.

Iob. 13.

Psal. 18.

VAE CONVENTIO LVCI AD TENEBRAS! II. ad Corinthios VI. Quam incomprensibiliter deus omnipotens, essentia liter sanctus & iustus, odit ac detestatur peccata, pandit terribilis ultio, quo pro omni peccato mortali quatumlibet paruo, pecnam infligit æternam. Hoc ipsum ratio dicit, & cernimus namque, quod tanto quis iustior sanctiorque constitit, tanto plus in iustitiam & omnem uitiositatem abhorret. Cumque constet deum gloriosum esse essentialiter sanctum ac iustum, certum est quod infinitæ sit æquitatis & sanctitatis, in modo sanctitas & iustitia infinita. In estimabiliter ergo & infinite detestatur & abhorret omnem iniquitatem. Vniuersaliter quoque uidemus, quod quanto quis in quaunque uirtute extat perfeccior, tanto uehementius uitium uitiositatis contrarium abominatur. Porro deus in omni sapientia & uirtute infinite perfectus est. Hinc omnem iniquitatem, insipientiam, turpitudinem que peccati mortalissinestabiliter odit. Propter quod in libro sapientiae scriptum est: Odio sunt deo impius & impietas eius. Cui concinit Psalmista, Odisti omnes qui operantur iniquitatem. De quo Ieremias protestatur iniquis. Non poterat uos dominus ultra sustinere propter malitiam studiorum uestrorum. Ipse plane ut Moyses fasius est haueratur omniem impietatem. Quid ergo est se ad sacram præparare communionem, ad celebrationem condignam, nisi mentem expurgare, custodire, & præseruare ab omni labo peccati? Qui enim cum conscientia peccati mortaliss communicare aut celebrare præsumit, eo ipso peccat mortaliter. Nec sufficit si quis dicat, Conscius mihi non sum de peccato mortali, nisi diligentiam debitam fecerit ad cognoscendum an in tali peccato, perscrutando sufficienter proposse conscientiam suam, an in ea quid lateat culpa mortaliss. Haec est ergo præparatio generalis, ad omnem pertinens sacerdorem, ut taliter ante celebrationem conscientiam suam discutiat, in modo (ut sanctus afferit Augustinus) in omni sacrificio quatuor sunt pefanda: uidelicet, quis, quid, cui, quare, quæ etiam ab omni presbytero ante quam celebret sunt attendenda. Primo ergo tu CHRISTI sacerdos confidera temetipsum, quis sis, hoc est, quam defectuosus & fragilis in natura; ad quam confideratione spectat, quod beatus Iob ait: Homo natus de muliere, breui uiuen tempore, repletur multis miserijs: Qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit uelut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Consideraque quam culpabilis sis in uita, si innumerabilibus uicibus quotidie peccans, saltē in uenialibus, per omissionem & commissione, per interior & exterior in custodiā sensuum, per irrefrenationē lingue, per inexemplaritatem & scđalum, per cogitationes inutiles, per distractioves, leuitates, negligētias etiā in diuinis, per immoderatias cibi ac potus, per inordinatas circa quæcūq; creatas affectiones. In his & cōsimilibus multis aduerte te quotidie toties esse culpabilē ac peccante, ut nequeas numerare, nec singula possis attendere: in modo exorare indigas & exclamare ad dominum: Delicta quis intelligit? ab occultis meis mūda me domine. Porro si (quod

(quod absit) in nōnullis grossioribus excessisti, si in correptionibus & correctionibus, seu admonitionibus extitisti impatiens, si aduerteris præsidentem aliquo modo indignans, uel eidem minus prompte obtemperans, aut irreuerenter circa ipsum te habens, ac Christum in suo uicario colaphizans ac conspuens, si in factis tui cōfratris ac proximi, & in imperfectionibus ac omissionibus eius passionatus, amaricatus, iratus fuisti, & turbasti insipientem teipsum. Videns hypocrita festucam in oculo fratris tui, trabem turba Luc. 6. & cōfessionis ac felleæ amaritudinis & pharisaicæ simulationis ac fictionis in proprio oculo non perpendens, aut subuerso ordine charitatis proprias iniquitates & culpas non pondere, aliorum obseruasti, exaggerasti, reuoluisti defectus, stulta curiositate deceptus, seu turbulenter, impetuose, inhoneste habendo te, scandalizasti pusillos. Super his dolorosus ingenitice, uberior plora, cordialis te accusa, acris puni, uehementius sperne, custoditorum esto. Attende quā parum profecti in ordine, quanta omiseris bona, & efficaciter te emenda. Secundo, perpende quid agas, quid offeras, seu quid in officio Missæ acturus es, quid immolaturus. Intuere quod tanquam officiator ac minister ecclesiæ oblatu-rus sis deo patri unigenitum filium eius, consecratus, tractatus atque sumpturus cor-pus & sanguinem saluatoris, & pro tota ecclesia & pro teipso, ac pro alijs uiris ac mortu-isatoribus. Considera ueritatem ac dignitatem sacramenti ac sacrificii huius, prout in præcedenti Sermone expressum est: sic que uehementissime erubescit ac expauescit manibus in quinatis sanctum sanctorum tractare, præstantissimum ac illibatissimum CHRL-STI corpus attingere, pretiosissimum eius sanguinem polluto ore suscipere, regem gloriæ dominum que uirutum in anima deturpata, feeda, & sordida hospitare. Aduerre quā uehementer beatissimus Iohannes Baptista uerebatur eum baptizando extremitus ac modice attricare. Et quomodo audes tu cum iam glorificatum intus accipere, cōsacrare, ac edere, & sacratissimum sanguinem eius potare, nondum purgatus nec debite p̄paratus? Qualiter ita obsurdisti, ut nō exuscitet neque perterreat te vox illa terribilis, metuenda tuba apostolicæ communiationis? Qui manducat & bibit indigne, reus erit cor-poris & sanguinis domini. Cum omni igitur diligentia & pauro, cum omni puritate, reuertitur ac fetuore, cum summa custodia & compunctione te præpara, discute, confite-re, satisfac, & accede in plenitudine fidei, deuotione, & alacritate: sic inchoa, ita prosequere, sic ora, sic offere, sic consecras, & uniuersa ac singula uerba cū attentione ingenti, distincte pronuntia. Deinde expleto officio, feruenti ac deuotissimo corde gratias age, gratias perma-ne, atque in omni conuersatione tua esto sollicitus ne offendas, esto timoratus & custodi-tus, ne suscepiam gratiam perdas, ne fructum amittas adeptum, & sic tota tua uita sit præparatio ad celebrandum continua. Tertio, animaduerte cui offeras sacrificium tantum, & utique deo patri, regi maiestatis immense, omnium creatori, cui cum tremore astant uniuersi celorum exercitus, quem cherubim & Seraphim uix audent alpicere, cuius com-paratione totus mundus est tanquam puluis & harena exigua, in modo tanquam nihilum & inane. Et quomodo tu audebis te illi imparatum, immundum, distractum repræsentare, irreuerenter hostiam sacram offerre, ne negligenter & cum tempe assistere? Itaque iuxta prætractata te præpara, te repræsentare, ac totum tuum officium explere. Quarto, intende cur celebres, celebrare, & debebas. Nempe propter eadem causas, ob quas CHRISTVS se ob-luit in cruce deo patri, tu quoque eum offerre debes eidem in altari: hoc est, primo ac pri-mcipaliter pro tota ecclesia, pro infidelium conuersione, pro fidelium reformatio-ne, pro uniuersorum salute, pro occurrentibus causis & necessitatibus quibuscumque, pro propinquis, commissis, & benefactoribus tuis, fidelibusque defunctis, & pro quibus ex specia-li causa uis exorare, atque pro tuipius condigna emendatione in omnibus. Ut ergo ut-cunque pro uiribus tuis existas idoneus deprecari ac offerre pro tantis ac talibus causis, fatigare & indefesse conare teipsum deo placitum exhibere, ei familiariter adhucere, ipsum intra te amoroze complecti, sincriter contemplari, omnique die magis feruenter dilige-re. Considera altitudinem diuini consilii, dispositionem superbeatissima trinitatis, decre-tum æternæ ac infinitæ sapientiae summi dei, super saluatione ac modo redemptionis ge-neris humani, per incarnationem & passionem unigeniti filii patris æterni, tantam super-gloriosissimæ trinitatis charitatem, clementiam, liberalitatem ad nos aspice, admirare, glo-rifica, uenerare, collauda, & toto corde in deum redi, ingredere, resoluere, quiesce, obdormi. In his delectare & iubila, ac indefesse te occupa: Haec indebiliter imprime tuæ me-moriae, iugiterque rememora. Præterea, quanto religiosum oportet seculari homine esse spi-

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI

ritualiorem, perfectiorem, ac custodiore in cunctis, tanto & te ð religiose sacerdos oportet præsecularibus prel byteris excellentius te präparare ad celebrandum diuina mysteria. Illis magnum est seruare de præcepta, patrum canones ac decreta, synodalia quoque statuta. Tu ultra hæc ad monastica uota, ad sacræ religionis mandata teneris, ad obseruantias regulares astringeris, ad perfectionem tendere obligaris. Si ergo uere cupis te ad celebrationem disponere, hoc primo omnium stude, ut ea que ordinis tui sunt, & ad quæ ex professione teneris, diligenter irreprehensibiliter que obserues, discretionem in omnibus teneas, in profunda humilitate, honestissime patientia, gloriosa manuetudine inuicite permaneas & succrescas, horas canonicas attente persoluas: & quo dulcissimam virginem, præstantissimam CHRISTI matrem cordialius diligis, eo & horas ipsius deo tuis legas, obedientiae sanctæ nil präferas, quempiam scandalizare exhorre. Hoc quoque solcite präcaue, ne ullum temporis huius incerti ac modici tibi pie indulsti, momentum infrauctuose pertransire. Cum deo in cordis tui arcano indefiniter stude misericordia colloquia, quod est sine intermissione orare. Tempus tibi indulstum reputa pretiosissimum donum. In eo negotiari, mercari, lucrari non cesses, quod est thefaurizare in celis. Cum magno illo Helia dicas se, cogita saepius, contempnare saepissime. Vixit dominus, in cuius conspectu sto hodie, sic iudicem semper in teum tibi indefinenter präsentem, intètum, in minente semper adiutentem, in eius präsentia te ubique & semper, pure & reuerenter, si morate & fructuose ac feruide habe. Denique, hoc fundamento posito & seruato, si super erogare quid poteris, & ad celebrationem te disponere quieris, per exercitia aliora, per actus uitriutum in termino excellentiæ, per heroicorum imitationes uirorum, optime res gesta est. Oportet quippe à uia purgatiua incipere, & ab ea ad illuminatiuam uiam alcender, atque per eam ad uiam perfectiua pertingerere. Sunt naque in unaquaque uirtutum triuia, ad quas te uoto obligasti solemni, in cæteris quoque, tres gradus (ut alibi in plurimis de claratum est locis) in quibus gradibus si strenue proficeret atque ascendere cures & fatigas, experieris quemadmodum per obseruantiam regularem, per adimplitionem monastice professionis fidem, per sollicitum quotidianum präceptum, peruenientur ad arcem contemplationis, ad perfectionem diuini amoris, ad mysticam theologiam, quæ non aliud est quam donum sapientiae secundum gradum suum perfectum, per quæ stat mens depurata & feruida in contactu Solis sapientiae increata, hoc est, in proximadis positione ad actualiæ illuminationem supernam, ad uehementem ac ualidam inflammationem internam, ad continuam aut faltem assiduum uisitationem, in undationem, ac locupletationem spiritus sancti, habens indefinenter coram se quasi expansam regionem immensam luminis increati, in quam ingredi, intuitumq; defigere potest ad libitum: sicq; transformatur tam ualide in dilectum, in superdilectissimum deum, ut sine inflammatione, alteratione, ac quadam defectione uix cogitare, loqui, audire ualeat de eodem, & ita eleuator frequenter ad raptum & extasim, etiam saepè inopinate, & absque sui ad hoc cooperazione, quasi sopita spiritus libertate, ita ut resistere nequeat neque euadere, quod fit in profundissima misericordia dei, præueniente & prästringente gratia sponsi mentem humanusmodi: qui supergratiosissimus & supersuauissimus sponsus, cum mentem luminosam ac amorolam ceperit apprehendere, de osculari, amplecti & intra se trahere, mox immensitate magnitudinis excellentiæ suæ in omni perfectione, in omni amabilitate, pulchritudine, graciolitate, sapientia, & delicioseitate sic uincit & conuenientissime opprimit mentem, ut tota defluat a se, & rapiatur in ipsum. Sic demum transfertur à tumultu distinctionum ad iucunditatem & quietem silentij, fit' que quasi dimidia hora silentium in celo in throno huiuscmodi spiritus introducti in serenissimum diem, ex irradiatione solis intelligentiae causatum in thalamo mentis. Tunc amantissimus domini habitat confidenter, & in eo quasi in thalamo tota die commoratur. Sic refidet in pulchritudine pacis internæ, in degustatione pacis æternæ, quæ omnem sensum exuperat, atque in reuie opulenta. Ita fit homo per prätaetam perfectionem quasi secretarius & consiliarius dei. Ad hanc perfectionem appetendum, in sequendam, suoq; modo obtinēdam, astringit te tua professio ð religiose sacerdos ac frater. Noli esse contentus angustijs tuis. Non dicas, Tam remote salio cum bacillo, sicut cum baculo. Non diffidas nec cesses. In uia dei non progreedi, retrocedere perhibetur. Aptissima media habes pertingendi ad ista, utere eis sicut oportet. Omnia potes in eo qui te confortare paratus es, q; etiā te inuitat ad ista. Noli instar cancri nunc profici in anteriora, & paulo post per negligētam, incustodiā,

loqua

Apoc. 8.

Deute. 33.

Philip. 4.

DE SACRAMENTO SERMÓ III.

237

loquacitatem, distractionem, impatienciam retroire. Væ disolutis corde ac tepidis, qui in eccl. obseruantis sacris remissi, & consolati uniculis uilibus inclinati, arida consuetudine transiunt ad diuina, sic confiteantur, sic celebant, & paulo post ita se habent, quasi nec confessi essent, nec celebrasset. Miseri isti ac stulti contumeliam irrogant sacramentis ac beneficiis Christi, qui quanto frequentius, tanto negligenter participant sacramentis non ditan tur, nec spiritualiter impinguntur, imò porius fæges redduntur, leues & garruli, in cibo & potu immoderati. Sed absit ista à nobis spiritualibus: & quād diligenter boni seculares cauēnt peccata mortalia, tam diligenter caueamus uenialia malæ: & quo frequentius, eo plus timorate ac feruide, magis compuncte & penitenter cōfiteantur ac celebremus, & pro communi bono ecclesiæ ac defunctis incessanter exoreniūs. Ad laudem & gloriam omnipotens, qui est super omnia deus sublimis & benedictus. Amen.

DE GRATIIS, FRVCTIBVS, ATQVE EFFE-

cibis sacramenti, Sermō III.

VI manducat hunc panem, uiuet in aeternum. Iohannis VI. Transgressio pri
mo parente präceptum dei in paradiso, & ob hoc originali iustitia denu
to, infecta quoque ac perdita posteritate sua in ipso, decrevit iustus ac sapi
ens deus, non recuperare neq; saluare genus humanum, nec illud sibi rec
cillare, nisi per mediatorem, cuius meritum esset ipsi acceptius, quād deme
ritum primorum parentum & omnium posteriorum ipsorum, displices fu
it & offensiuim: uel faltem tani placitum & acceptum, quateris sic satisficeret diuinę iusti
tia. Porro, talem mediatorem exhibere nequivit ex se genus humanum, quod iam totum
perierat in sua radice, nec pura aliqua creatura potuit tanti meriti esse, tantæ acceptabilitatis ac gratiæ cōram deo, tantæ uē dignitatis & efficaciacoram eo. Hinc deus glorię na
turaliter pius, cuius natura est bonitas, pura ac penitus infinita, qui cum iratus fuerit misere
ricordia recordatuit, nec in ira sua continet misericordias suas, ubi creatura omnino defe
cit, & humanum auxilium deficit, impedit diuinum, excogitans prouidensq; de remedio
efficaci, imò efficacissimo, concédens, præbens ac mittens hominibus mediatorem pror
sus idoneum, & certe infinite magis potenterem ac dignum ad reconciliandum, ad compla
cendum, ad redimendum atque salvandum, quād alter quicunque fuit ad offendendum
& perdidendum. Cumq; talis mediator esse nequivit pura creatura, statuit trinitas ado
randa, unam in carnata psonam assumere natūram humanam ad suum hypostaticum, id
est, personalē increatūm esse, & illam suppositare seu substantificare in ipso, ut sic essent
in una illa psona increatæ & incarnatae due naturæ pfectæ, & uita hypostasis seu unum
suppositum, cui ratione humanitatis assumptæ conuenienter promereri, atque ex parte uer
bi assumentis seu deitatis unitæ, infinita idoneitas, dignitas, seu efficacia ad merendum. Si
quidem persona illa in carnata secundum naturam in carnem diuinam fuit deo patri simplici
ter infinita dilecta & accepta. Secundum naturam quoq; humanam assumptam, ut uerbo
eterno hypostatici iudicium, fuit & est charior & acceptior deo patri quād totum uniuers
um. Nam & sicut maius bonum communicatum est ei, quād toti residuæ creaturæ, uide
licet increatūm hypostaticum esse uerbi, tanta quoq; plenitudo gratiæ ac gloriæ & diu
norum charismatum, quantum poterat capere natura cœreat, hinc theritum Christi est in
defectibiliter magnum, imò quodammodo infinitum, quod plene ac integre continetur
in sacramento altaris, iuxta modum in präcedenti Sermōne expostū. Iti alijs uero sacra
mentis partialiter ac paticipat. Omnia natiq; ecclesiæ sacramenta à uirtute ac merito
passionis Christi, imò & totius conuersationis eius sanctissime in hoc mundo, omniuim
uirtutem ac gratiam fortuntur, präsertim à passione, utputa consummatuue. Vnde de la
tere Christi obdormientis in cruce fluxisse dicuntur. Itaque meritum Christi per ecclesi
astica sacramenta diversimode nobis communicatur, & per sacramentum eucharistiaæ tan
quam per modum elbi reficiens ac poculi recreantis ac temperantis. Denique, sicut de
modo existentiae gratiæ in sacramentis sunt duæ opiniones solennes, ut tacitum est, ita de
entitate & distinctione gratiæ sacramentalis, sunt duæ solennes opiniones. Una, quod gra
tia sacramentalis à gratia gratuim faciente realiter distinguatur. Gratia quoq; sacramenti
unius à gratia sacramenti alterius: quam opinionem Thomas, Albertus, ac alijs sequitur.
Alia, quod sola differantiatione, & quantu ad suos effectus. Præterea, quoniam sacramen
tu



Gene. 3.

Abac. 3.

Psal. 76.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI

sum hoc permodum cibi ac potus nobis proponitur ac confertur. Hinc ea quae corpore
 us cibus & potus naturalis ac solitus operantur in corpore, haec sacramentum hoc propor-
 tionaliter agit in anima. Quemadmodum ergo cibi ac potus corporis gustum delectant,
 uires corporales reparant & confortant, deperditumq[ue] instaurant, uitam conseruant atq[ue]
 continuant, humidum radicale à corruptione preferuant, naturalis calor is materiam pre-
 bent, debiti incrementi calorem augent in terius, & bonum cauulant colorem exteriū; sic
 corporis & sanguinis Christi sacramentum cordis oblectat palatum, uires anime auget,
 reparat & confortat, amissam deuotionem recuperat, uitam gratiae conferuat in suo uigo-
 re, profluuium lachrymarum, uorem imbris superni, aquam sapientiae salutaris tuerit, ne
 igne concupiscentiae aut flamma cupiditatis, uel feroce priuati amoris laedantur, siccen-
 tur, aut extinguantur, incrementum parit uitatum, charitatem inflamat, ac tantā con-
 fert tranquillitatem, exuberantiam & hilaritatem in corde, ut per redūcuntiam causet bo-
 num ac hilarem apparatum in corpore. De his posset grandis prograhī sermo uerum hic
 reor sufficere, pauca ex pluribus tangit nempe, si plene credamus fontem totius gratie in
 hoc sacramento realiter cotineri, ipsumq[ue] dominum Iesum Christum uerum deum & ho-
 miniem ex incomprehensibili sua ad nos ardentissima charitate tam increata quam infusa,
 atq[ue] ex sua supereffluentissima liberalitate ac gratiosissima pietate seipsum in sacra-
 mento hoc nobis offerre, largiter communicare, tanta quoq[ue] mirabilia in eo propter nos per-
 petrare, ambigere non ualemus, quin paratissimus sit gratiarum suarum charismata sume-
 tibus sacramentum hoc, copiose infundere, & liberaliter ualde conferre quantum in ipso
 est, hoc est, dummodo communicantes obicem non ponant, sed cum diligentia preparer-
 se condigna, potissime cum dominus ac salvator tam seriose ac amore, i[n]dō etiam cū hor-
 ribili comminatione nos inuitet ad h[oc] sacramentum communionem: Nisi, inquietus, man-
 ducauerit carnem filij hominis, & biberit eius sanguinem, non habebitis uitam in no-
 bis. Si igitur uis gratias, fructibus atq[ue] effectibus tanti sacramenti repleti, refici, iucunda-
 ri, exuberare, ac impinguari, diligenter pensa altitudinem tanti mysterij, omnem chari-
 tatem, misericordiam, munificentiam unigeniti filii dei, i[n]dō totius super dignissimae tri-
 nitatis ad te: & que, quāta, ac qualia filius patris aeterni fecit, afflumpfit, ac perculit pro tua
 salutem: & quod in hoc sacramento te uisitare dignatur, sicq[ue] ex horū consideratione accen-
 datur cor tuum ad ipsum sinceriſſime reamandum, ad ipsum reuerenter ac feruide susci-
 piendum, ad regreditur ei totis præcordijs, ad honorandum eum uiribus totis, ut in-
 cessanter existas sollicitus, ne benignissimum eius aspectum in ullo offendas, ne maiestate
 eius immēsam in aliquo in honores, ne gratosam eius presentiam à cordis tui hospitio ul-
 quam aut unquā repellas: & breuiter, ut multa paucis concludam, cum nihil ab ipso elon-
 ger, impedit, separet, nisi peccatum, esto summe sollicitus omnem uitam culpam, quan-
 tum humana linit fragilitas. Etenim peccatum mortale effectus saluberrimos sacramen-
 ti istius totaliter impedit, ipsumq[ue] sumētem grauissimum inuoluit facinori ac diriori reatu.
 Venialia uero, præfertim grossiora, & quae per negligentiam, incustodiā, incuriā, con-
 tingunt, multum ualde impediunt, minuant, intercipiunt fructus salubres ac dulces sacra-
 menti cœlestis. Si ergo ita sollicitus fueris semper omnem culpam uitare, omnem obicem
 remoovere, tēp[er] mundum receptaculum exhibere, senties & experieris certissime pracla-
 ros & glorioſos sacramenti huius effectus. Intrabit te & introbit in animam tuam, in
 intellectum arque affectum, in uiscera spiritus tui Christus uirus & sapientia dei patris,
 cum effusione & communicatione opulentiae suæ, ostendet oculo tuę mentis diuitias glo-
 riæ fuæ, quemadmodum anum & sanctæ Agnetis, que dixit: Ostendit mihi thesauros in-
 comparabiles, quos se mihi daturum, si ei perseueraueru, reprobis. Veniet & ad te sol fa-
 piente cum emicatione largitua illustrationis superne, cum luminoso fulgore illuminabit
 oculos cordis, ut consideres atque intelligas mirabilia legis suæ, & habeas fidem cum
 rationibus credendorum ac depuratæ intelligentia mentis. Sic illuminatus ac spiritua-
 liter introductus in sanctuarium dei, in lucis incircumscrip[er]t abyssum, circundatus lumi-
 ne, intueberis connexionem & ordinem, consonantiam, rationes, fundamenta ac firma-
 menta fidei tuæ: apparebit que tibi, & uere sic est, quod nihil si trationabilis, nihil certi-
 us, nihil profundius assertionibus fidei Christianæ, dum omnia comportantur. O quam
 repente ab aduentu & coruicatione uisitationis ac illustrationis præfactæ recedent ac fu-
 gient ab interioribus tuis nebulæ passionum, caligines inordinatarum affectionum, in-
 quietudines passionum, tentationes circa mirabilia fidei, obscuritates errorum: & omnia
 erunt

Johann. 6.

Psal. 108.

Psal. 72.

DE SACRAMENTO SERMO III.

238

erunt serena, tranquilla, iucunda in te. Sic igitur ingrediens CHRIS TVS in te, coe-
 nabit tecum etiam ante prandium, & seipsum proponet tibi in ferculum, dicens: Come de
 amice & bibe, & inebriare charissime. Come de panem hunc uitæ & intellectus. Degu-
 sta & uide quam dulcis sum ego. Nullus corruptibilis cibus ita delectat, confortat, impin-
 guat, extendit carnem mortalem, quem ad modum contemplatio, degustatio, & interna ista re-
 fectione sapientia que est Christus, fridelissimam animam immortalē. Porro ex ista tam lucida
 intuitione sapientiae æternalis, protinus uehementer accendit amore ipsius tuus affectus:
 & tunc uere deifice ac supernaturaliter in Christū mutaberis, secundum q[uod] amor, præfertim su-
 pernaturalis, infusus, prædominan transformat amantem in amatū. Cūq[ue] anatum hoc incre-
 atum, sit uere amabilitatis penitus infinita, ac simul immenſe efficacie ad trahendū ac rapi-
 endum in se, ad alterandum inflammandumq[ue] apicem affectiu, trahit uicissim mentem amā-
 tis tam ualide, tā prædominat & gracie in se, in diuitias gloriae sue, in oceanū delicie
 beatitudinis sue, q[uod] apex mīstis prorsus absorbet atq[ue] demergitur in ipsam deitatis aby-
 sum, præ cuius ammiratione, intuitione, dilectione, degustatione, cōplacentia deficit pror-
 sus a se, tāq[ue] uehementer mens tota deitati intenta est, q[uod] oēs uires sensitue inferioresā suis
 actibus suspenduntur, harmonia uelut congelatione quadam constringitur, corpus sopi-
 tur, membrarū regescunt, motiuā uis deficit, iacetq[ue] caro, uelut truncus immobilis, nec uiuit
 homo tunc uita aiali humana, sed intellectuali ac deiformi duntaxat. De his multa legunt
 in libris de quibusdam sanctis personis, i[n]dō & nonnullis innocentibus p[re]electis puellis,
 que ad huiuscmodi perfectiones prorsus mirabiles ac diuinæ perductæ sunt, non solum
 interdum aut raro aut duratione p[ro]modica, sed & ualde frequenter, & per spatiū longā,
 & quadam septies aut circiter omni die, in omni quoq[ue] sacra communione & celebratione,
 præsertim sub eleuatione. Quod si q[uod] ista non creditur in p[ro]ptu est etiā his diebus hoc de-
 monstrare ad oculū. Iacent & degunt hincinde deuotissimæ puellæ ac foemine in seculo &
 in claustris, & forsitan aliqui uiri, in quibus ista & similia aguntur & conspicuntur, quibus de-
 us omnipotens & æternus incerta & occulta sapientia sua demonstrat: quae per sonoræ per
 huiusmodi supernaturalia gratiaæ charis uata sunt utiq[ue] euident signum atq[ue] sufficiēs argu-
 mentum ueritatis fidei Christianæ, eis potissimum qui experimentaliter aut aliter norūt, qua
 liter h[oc] contingent. Nēp[er] huiusmodi ueritatis, inunctiones, inflationes, mysti-
 cas uisiones, transformationes, illustrationes, degustationes & raptus, mens humana præ-
 cipue roboratur in fide, in catholica ueritate, in ecclesiastica unitate, in quibus per h[oc] im-
 mobiliter stabilitur, & superclarissime certificatur. Deniq[ue], per ista sancti doctores ecclesie
 beatissimi patres Hieronymus, Augustinus, Gregorius, Ambrosius, & alii innumerabiles
 sancti & illuminatissimi uiri, in fidei ueritate tam certi & immobiles sunt effecti: qui etiam
 sancti doctores in libris suis ad laudem & gloriam creatoris sibi h[oc] configuisse & cōcessa
 esse, seq[ue]runt & his maiora expertos esse testati sunt. Imō gloriolus ille Hieronymus in re-
 gula sua fassus est, se frequenter in huiusmodi raptibus extitisse absorptum, alienatum, so-
 pitum per hebdomadas integras sine interruptione. Talibus splendidissimis stellis eccl[esi]um
 militantis eccl[esi]is innumerabilibus fuit ornatum. Tales habemus fidei nostræ testes: &
 nunc nos qui credamus uix tot sumus, quot tam donecos & omni fide dignissimos testes
 habemus: quorum utiq[ue] conuersatio, fides, doctrina, per innumerabilia præclaras ac soli
 deo possibilia miracula copiosissime approbata est & firmata. H[oc] te latuerunt & reprobe
 & infelix Auerrois: & plane si pretactos effectus & fructus gloriolissimi sacramenti unquā
 saltē semel guastas, non tam blasphemie locutus fuisses. Itaq[ue] ad obtinendos effectus
 hos, ad degustandum fructus prefatos sacramentos nos strenue p[re]paremus, coram altissi-
 mo in defensione timorati, custodiū ac feruidi persistamus: omnemq[ue] simulationem, dupli-
 citatem, uanitatem, carnalitatem, diabolicali[m] ambitionem, quam culpe innu-
 merabiles concomitantur, in infinito detestemus horrore, & coram iudice

summo in cunctis sinceriſſime sumus ac iusti, atq[ue] in sinceriſſimum
 affectum totius boni honesti integraliter transfor-
 mati, ac zelo diuini honoris ac boni com-
 munis inextinguibiliter infla-
 mati, Ad laudem
 & glo-
 riæ omnipoten-
 tis, & cetera.

Can. 8
 Eccl. 15.
 Psal. 23.

Psal. 50.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI

De impedimentis celebrationis & communionis, & specialiter an hominibus
passionatis amaritudinem in corde gestantibus, licet & cōicare aut celebrare.

Sermo V.



Acerdos qui accedunt ad dominum, sanctificetur ne percutiat eos: Exod. 19. Manifestum est, ad consecrationem sacramenti istius debita materia requiri a formam atque intentionem sed nunc de impedimentis loqui intendo, si ne quoque remotione ac euitatione non potest quod licite celebrare neque comunicare. Et constat in primis regni, quod homo facta debita discussione conscientie sue, non sit fibi de mortali consciencie culpa non cōtrita nec confessa, quāvis in aliquo casu possit sufficere propositum confitendi tempore opportuno. Hinc omne peccatum mortale impedimentum est communicandi ac celebrandi. Nihil omnino que dām p̄tā speciali ratione hominem reddit ad perceptionem & celebrationē huius altissimi sacramenti indignū. Hoc eternū sacramentum (sic ostensum est) precipue est sacramentū charitatis & unitatis, pacis & unanimitatis quibus constat effusio & uiscera pietatis, atque affectionis dulcedinis. Hinc à susceptione sacramenti istius impediunt, prefertim ea, quae his contractantur in tribus, utputa odium, rancor, inuidia, dissensio, turbatio, discordia, crudelitas, amaritudo. Insuper, cum istud sit sacramentum maximè spiritualitatis, ad cuius celebrationem ac participationem devotione exigitur actualis, hinc uitia carnis, & ea quae mentem uehementer deprimunt, implicant, ingetant, ab ipso impedire noscuntur. In quo rum figuram in veteri testamento qdām de stirpe Leui & Aaron, ab oblatione hostiarum prohibebantur legaliū, inter quos specialiter nominati fuerūt herniosi, q̄ scilicet pondus turpitudinis ferunt in corde. Sacerdotibus ergo prefertim religiosis, summe incūbit implere quod ait Apostolus: Estote imitatores dei, sicut filii charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos. Estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & deus in Christo donauit vobis. Itemq; Obsecro uos in dñō, ut digne ambuletis uocatione qua vocati estis, cum omni humilitate & manuetudine, cum patientia sup̄portante inuicem in charitate, solliciti seruare unitatem spiritus in vinculo pacis. Hac & plura his consimilia scriptus Apostolus, non solis religiosis, sed uniuersis fidelibus, etiam scularibus & cōiugatis. Ad omnes sigitur Christianos pertinet ista, sicut & id quod tursus idem hortatur Apostolus: Nolite esse prudentes apud uosmetip̄s, nulli malū pro malo reddentes, prouidētes bona nō tamen coram deo, sed etiam corā omnibus hoībus, si fieri potest, quod in uobis est, cum omnibus hoībus pacem habentes. Imō & ita ad uniuersumq; spectat creditum, quod iubet saluator: Diligite inimicos uestros, benevolētis his qui odiunt uos, & orate pro perseguientibus & calumniantibus uos. Deniq; ad perfecta implementationē p̄cepti de charitate, cuncta euangelica ordinantur confilia, tria p̄ uota religiorum, & uniuersa statuta eoz. Quod si ad hęc etiam seculares tenētur, qd de religiosis cēfendū est, q̄ tam faciliter offenduntur, irascuntur, indignātur, cōtendunt, & cum auersione, rancore & duritate incedunt, ita ut nec benevolentie signum, nec uerbum piutū suis uelecti fratribus imparti, imō non charitatis dulcedine, sed fellea amaritudinis punctione replentur, affliguntq; miseri semetip̄s, in presenti habentes, & in futuro habituri infernum, nisi resipiscat p̄sonē idonee. An ignoras quod talis es, q̄ nulla sit uita deterior q̄ corpore simili habitare non mente, nec concordia seruare? Certe ut sancti patres testantur, homo religiosus q̄ non studet nec affluit in clauistro quotidie refrenare ac frangere semper ipsum, & proprias relinquere uoluntates passionumq; impetus superare, obedientiam ad implere, abnegare & mortificare q̄cqd charitati contrarium est, multo fit peior q̄ si manif̄set in seculo, aut q̄ homines seculares. Nam ut afferit dñs, Cui plus datum est, plus requiret ab eo: atq; ut princeps docet apostolus: Melius illis esset non cognoscere uianitias, q̄ post cognitionem retrosum reuerti. Nunq; talis ad ueram tendit perfectionem, sicut sua ipsum constringit professio: Prēterea aduertendū, q̄ motus & punctiones ac impetus passionum sentire non statim damnable est, sed consentire eiſdem: Immorari uero & non fastis celeriter uiriliterq; abiicere, culpa non caret, & nisi ratio reluet, dissentiat atq; preualet, sit mortale. Qui aut pulsatur his motibus, & in lucta confitit, inuocā dñm à comunione & celebrationē nō prohibet. Nā & alij ex naturali dispositione ad huiusmodi aculeos passionū sunt proni, q̄ pro gratia resistēti infibater, & pualendi saltibriter ad faciem tāq; ad fontem salutaris auxiliū possunt accedere, ita tamen ut in meditatione affidua & recogitatione attenta passionis dominicæ enitantur passionum suarū amaritudines dulcorare, aduersa

DE SACRAMENTO SERMO V.

239

uersa æquanimiter sustinere in abiectione & subiectione, in correptione & correctione, in admonitione & instructione salubri gaudere & gratias agere. Amplius, Cū celebrare, sit tā priuilegium ac dignissimum opus dei patris omnipotentis, imō & totius superexcellētissimæ trinitatis præcipue honoratiuum, passionisq; Christi & ceterorum ipsius mysteriorum ac beneficio eximie recordatiuum, toti quoq; ecclesia, in dñi uiuoz ac mortuoq; potissimum subuentum: admonendis sunt sacerdotes, ut quotidie celebrare non cessent, nisi speciale occurrat obstaculum, imō sic conuersati, taliter proficere satagant, q̄ ad celebrandū quotidie quantum humana finit fragilitas, suo modo sint digni, implentes illud archiapo stoli beatissimi Petri: Oēs unanimes, cōpatientes, fraternalitatis amatores, misericordes, modesti, humiles; & quod sanctus admonet Paulus: Induite uos sicut electi dei uiscera misericordie, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem in charitate, & donantes uobis metip̄sis, si q̄s aduersus aliquis habet querelā. Itēq; si qua cōsolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua uiscera misericordiae, implete gaudium meum ut idem sapiatis unanimes idipsum sentientes. Nihil per contentionē neq; per inanē gloriā, sed per humiliatē superiorēs subiungit arbitrantes, oīa facite sine mur murationibus, ut sitis sine querela simplices filii dei. Cum hęc & consimilia apostolica & euangelica documenta oībus inuicta sint Christianis, penitus quām uile, derestabile at q̄ damnabilē, quām erubescibile, turpe & abominabile sit hoīes religiosos in istis deficie re, ita ut querulosi, contentiosi, & turbati sint inuicem, indignabundi, amari ac partiales, non pensantes quod sanctus scribit ap̄lus Jacobus: Si zelum amarum habetis & contenti ones sunt inter uos, nolite gloriarī, & inenades esse aduersus ueritatē. Nō est sapientia ista desursum descēdens, sed terrena, aīalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstan tia & omne opus prauū. Quae autē desursum est sapientia, primū qđem pudica est, deinde pacifica, modesta, suauis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis. Oīq; sententiosa sunt omnia uerba ista: quām dulcem gereret uitam etiam in p̄senti, quia ea impleret, & quām longe sunt ista a fratribus inimiciis, hominibus propriū capitis, filiis propriis sensus, qui graues sunt submetip̄sis ac alijs. Nempe qui uere est sapiens, suavis est anima sua. Non autem est sensus, ubi abundat amaritudo. Hinc namq; & Moyse populo dure ceruici filiis Israel dixit, Non sit inter uos radix germinans fel & amaritudinē. Pau lusq; uniuersis fidelibus: Pacem, inquit, sequimini cū omnibus, & sanctimoniam, sine qua ne mo uidebit deum, contemplantes ne qua radix amaritudinis sursum germinās impeditat, & per illam inquinentur multi. Nempe ut Climacus loquitur: frequenter unus canis totum gregem turbavit, & inicit una morbida ouis multas. Itaq; que pacis sunt sectemur, & que edificationis sunt in inuicem custodiamus. Deus autē patiētē atq; solatii, deo omnibus uobis idipsum sapere in alterutru, ut unanimes uno ore honorificemus dñū & patrem dominostri Iesu Christi in sp̄sanctorū placeat q̄ ut usq; proximo suo in bonū ad edificationem, ut oēs unum simus in dñō: pacifici semper & cōcordes in illo. Beati enim pacifici, qđi filii dei uocabunt. Turbatores uero & turbulenti patrē suū diabolum imitantur, cuius inuidiā mors introiuit in orbem terrarū, imitāturque uītum q̄ sunt ex parte ip̄sūs, q̄ dissensiones, & scandala concitant. Et scimus q̄ uītū homini illi per q̄ scandalū uenit. Nam ut legislator noſter testatur, Quicunq; scandalizauerit unū ex his pusillis, expedit ei ut suspēdat mola asinaria in collo eius, & demergat in profundū maris. Quod si ita damnable est unū scandalizare pusillum, quantae damnationis est multos scandalizare huiusmodi, alioq; impeditre profectum, retardare processum, seruorē extinguere, & ad remissus agendū inducere. Porro, diabolica mala, detrac̄tio, fusuratio, discordia, seminatio, in infinitum sin̄ ionē nobis sed & leuitates, dissolutiones, cachinnationes, tāquam spiritualium uenena profectum sollicite euitemus. Nam qui sine timore est, justificari non potest. Et qui timet dñū, nihil neglegit. Vnū uīta deum quāe agimus, sub ordine diuini amoris ponamus, & cuncta exercitia nostra interiora & exteriora, ad feruentissimum ac syncerissimum dei & proximorum, potissimum dei amorem indeſinēter ac sapientialiter referamus. Ad laudem dei, & cetera.

DE SACRA COMMUNIONE

Eucharistia frequentē denote suscipienda,

Sermo VI.

Qui man-

1. Pet. 3.
Colof. 3.
Philipp. 3.

1 Cor. 10.

Deut. 32.
Heb. 12.

Mat. 5.

Luc. 17.
Mat. 5.

Exod.
Exod. 7.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI



VI manducat hunc panem, uiuet in aeternum. Iohannis 6. Dominus noster Iesu Christus, qui secundum suam deitatem est amor in creatus, superaretissimus & immensus, atque secundum suam humanitatem tam plenus est sancta spirituali infusa dilectione, quod nulla pura creatura capere potest maiorem. Ipse dulcissimus unigenitus patris aeterni tangit ardissimum fornax sancte dilectionis, repletus incendio, charitate suam ad nos multipliciter ac copiosissime nobis monstrauit, praesertim in quinq. Primo in hoc, quod nostram naturam, ueram humanitatem, sive diuinam coniunxit nature, personali & proxima unione, hoc est in unitate personae, sic ipse Iesu Christus sponsus ecclesie speciosus forma pre filii hominum, uerissime factus est homo, inuicibiliter permanens deus. Sic et naturam nostram sibi uniuit & assumptus in sponsam in utero sacratissime atque purissime uirginis, de qua in die nativitatis suae prodidit tangit sponsus de thalamo suo, gemine gigas naturae, exultans ad percurrentiam uiam uite ac peregrinationis praesentis, quosque in ara crucis obtulit semetipsum oblationem & hostiam deo patri, pro redemptione & salute eosque quos naturam assumpsit. Cuicunque amor uirtus sit unitiuia, tanto perfectius atque propinquius uiens amante & amatum, quo ipsa dilectio seruentior fortior erga extiterit, ex hoc cognoscimus aetuantissimam & fortissimam charitatem filii dei ad nostram naturam, & ad genus humanum, praesertim ad suos electos, quoniam natura sua deitati coniunxit unioni personali, qua nullus unio in creaturis potest perfectior & propinquior esse. Hinc inde sinetur gratulari, deuotissime regatari, uehementissime inflamari debemus in deo omnipotente, qui est bonitas prima, pura & infinita; quoniam ipse dominus deus dei patris unicuius filius, factus est unus ex nobis, frater noster, consors nostrae naturae. Secundo, ostendit nobis hanc suam charitatem ad nos inter homines conuerlando, sicut per Zachariam predictum: Gaudete & letare filia Sion, quia ecce uenio & habitabo in medio tui. Vnde & saruch proununtiauit: Qui fecit stellas, hic est deus noster. Et post hoc in terris uisus est, & cum hoibus conuersatus est. Hoc sanctus euangelista Iohannes impletu protestans: Verbum, inquit, caro factum est, & habitauit in nobis. Et uidimus gloriam &c. O quam amoro ac dulciter, quod fructuose & salubriter, quam sancte & exemplariter inter homines conuersatus est in omni paupertate, profundissima humilitate, firmissima patientia, immobili inititate, plenissima charitate. Tertio, ostendit nobis suam excellentissimam charitatem, instituendo in cena nouissima dignissimum sui corporis ac sanguinis sacramentum, in quo tunc contulit, & quotidie confert seipsum nobis in saluberrimum animam nostram cibum ac poculum. Et ita in hoc sacramento prefat nobis seipsum, sic quod ipse sit dator & donum, reector & cibus, inuitator, hospes ac panis uisicus, manna celeste, habens in se omne delectamentum, & omnis saporis suavitatem. Hec est charitas summa & liberalitas maxima, in qua dator largitur seipsum. Quarto, monstrauit nobis Iesu Christus suam perfectissimam dilectionem, offerendo seipsum pro nobis de patre in ligno crucis, ad reconciliandum nos patri aeterno, ad liberandum nos ab omni peccato, & ab infernali supplicio: ad impetrandum ac promerendum nobis charitatem & gratiam, donaque spiritus ritus sancti in uita presenti, deinde salute & gloriam aeternalam in regione sanctorum, supergloriosissimo deo sine fine fruuentur. Certe ut ipse deuotissimus, maiorem charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Nec sufficit ineffabili charitati, pietati & liberalitati sua benignissime mentis, quod semel seipsum obtulit altissimo patri pro nobis, sed insuper ordinauit ac statuit se quotidie offerri pro nostra salute in sacro ac diuino mysterio ficio, in quo indubitanter assunt & adstant cum ineffabili reuerentia angelis sancti. Nec solum inuitat & admonet nos ad suscipiendum istud praestatissimum sacramentum, hunc cibum angelicum, hoc pignus beatitudinis refectionis praestandem in paradiiso cœlesti, immo etiam iubet hoc ipsum terribiliter in euangelio loquens: Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Preterea, manducantibus deuote humum salutiferum cibum, promittit fructum exuberante, uidelicet uitam gratiae & profectum uirtutum in isto exilio, uitamque gloriae & refectione aeternaliter contentantem in cœlesti palatio. Circa hec queri potest, an concedendum sit deuotis personis laicis, quotidie seu alternatis diebus in qualibet hebdomada comunicare. Ad quod sanctus Thomas super quartum Sententiam respondet: Que in hoc sacramento geruntur, similitudinem habent cum his quae in corporali accidenti nutrimento. Cum enim fiat desperditio quædam continua naturalis humiditatis seu humili radicalis per actionem naturalis caloris exercitiūque laboris, operatur frequenter corporeum sumere alimentum ad restaurationem desperdit, ne perditio illa continua morte inducat. Conformiter ex concupiscētia innata, & occupationibus circa exteriori

Psal. 44.
Iohann. 1.

Psal. 18.

Heb. 9.

Zacharia.
Baru. 3.
Ibidem.

Iohann. 5.

Sapit. 16.

Iohann. 19.

Iohann. 6.

Imitatio operis.

DE SACRAMENTO SERMO VI.

246

teriora, fit desperditio deuotionis atque interni ferioris. Hinc oportet ut desperditio illa restauretur per huius uisifici cibi sumptionem. Haec responsio consonat uerbis S. Ambrosii assertoris: Panis iste quotidianus est. Accipe quotidie, quod tibi prospicit quotidie ad salutem. Hinc iterum Thomas affirmat: In hoc sacramento duo requiruntur ex parte recipientis. Primum est desiderium coniunctionis cum Christo, quod facit amor. Secundum est, reue rentia sacramenti, quod pertinet ad donum timoris. Primum horum incitat ad quotidiana seu frequente celebrationem ac communionem; secundum retrahit inde. Si ergo per experientiam probabiliter noscat ex quotidiana celebratione aut communione in se augeri charitatis feriorum ac reuerentia sacramenti, talem decet quotidie celebrare aut communicare. Si aut senserit illa in se ex quotidiana communione non multum augeri, talis debet aliquid abstinere, ut postmodum cum maiore reuerentia ac ferioru accedat, immo & niti debet ad recipientem quotidie plenius huius sacramenti effectus. Et quantum ad hoc, unusquisque discretionis iudicio relinquendis est. Ideo loquitur Augustinus: Dixerit quispiam non quotidie eucharistiam esse sumendum. Alius affirmit quotidie esse sumendum faciat ut usque quod secundum suam fidem pie credit esse agendum. Et probat hoc per exemplum Zachei & Centurionis: quos primus ex charitatis ferioru accepit Christum in domum suam gaudens. Alter ex reuerentia dixit, Domine non sum dignus ut intres sub tecum meum &c. His per omnia concordant responsiones Petri de Tharentasia, qui fuit pontifex summus, & Richardi de media villa in scripturis super quartum Sententiam dist. 12. Hac eadem habentur in Summa Durandi, & in Summa Confessorum, & in Summa Pisanorum. Ex quibus ostenditur in discretio aliquo incaute reprehendenti quasdam personas ualde deuotas, que singulariter affectu ardente ad huius dignissimi sacramenti quotidiana susceptionem, in quibus etiam evidenter conspicuntur effectus & signa precipue deuotionis. Denique in primitiva ecclesia uigente deuotione & calore sanguinis Christi adhuc in cordibus fidelium in ardore certe, unius Christi fideles quotidie communicabant. Vnde & Anacletus Papa differuit: Perfecta consecratione ois communiceat, quod nolunt ecclesiasticis carere liminibus, alioqui ab ecclesiasticis ingressu arcentur. Hinc quoque ait Albertus: Inter feriorum charitatis ad celebrandas aut communicas trahentes, & inter timorem reuerentie retrahentes, medium seruat metatrix discretio. Si aut in aliis dñis charitatis ferior, consulendum est potius ut accedant quotidie. Quibus etiam prouidentur, ne ex frequetia sacre communionis flattus minus sollicitus ad preparandum se quotidie totis uiribus ad condigne tanti sacramenti susceptionem immo indefiniter studeat ad maiorem cordis puritatem, recollectionem feriorum ac stabilitatem in deo. Porro deuotissime personæ, quaque pietate & amoro mentes subito ac frequenter tantum gracie ac uale destringunt & præueniuntur a spiritu sancto, quod absit auerteretur & alienari a seipso, & rapiuntur in deum, tamue uehementer intenti & suspicentes sunt in eum, quod aliquid adiuvent, nisi ipsum. Illa quae ipsis ostenduntur, & quae ipsi uidentur in spiritu, confidenter & salubriter possunt sacramentum hoc sumere omni die, & præcordialissime de tanto dono regatari altissimo, quem totis præcordijs intra se complectuntur. Ad cuius claram ac facialem & beatificam uisionem, atque dulcissimum, plenam & aeternalem fructum nem tam feruide afficiuntur, anhelant, suspirant, quod languent amore, & corporalibus uiribus, sensu & motu priuantur ad tempus. Cumque sponsu in cœlestem nodum ualeant tam clare & dulciter in seipso conspicere & gustare, hoc eis præcipuum extar solatium, quod ipsum in sacramento percipiunt, & inde de mirabiliter confortant: quoniam fontis totius gratiae omniumque uiteturum tam proprium que iunguntur. Immo hec ipsa uita & communio quodammodo fructuosa atque salubrior esse uidetur quam uisus & fructus huius Iesu Christi in patria beatoe, non quod sit tam perfecta & iucunda ut illa, sed quia est meritoria ualde, & abundatioris fructus ac glorie adepiti: quod uisione & fructu meritorum beatorum non conuenit, que solum est premium, non meritum, sed finis & retributio omnium meritorum. Etenim in hoc sacramento fides potissimum habet locum. Et ista communio figuratur, & inchoatio ac prelibatio est futuræ illius beatissime refectionis, deliciosisimæ uisionis, superuauissimæ fructus sanctorum in celo. Et quanto nunc mente purior, fidei firmiori, affectu calidiori Christum deum ac hominem in hoc sacramento suscipimus, eo in paradiiso superno eius deitatem, immo & rotam supergloriosissimam trinitatem post hanc miseram & exulem uitam iucundius ac felicius aeternaliter conspiciemus. Vix carnalis homo ista non capit, nec huius cœlestis cibi dulcedine sapit: ideo graueriter peccat, quod tales spūiales deuotissimasque personas iudicare presumit, de quibus non est iudicandus secundum leges communis ac regulares, cum tales personæ a spūsancto speciali modo moratur.

Augustinus,

Luc. 19.
Matt. 6

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

Gala.

ueantur, dirigantur & inspirentur. Quare unaquæque grata & humili mente dicere potest illud. Apostoli: Viuo autem non ego, vivit vero in me Christus. Predicatis verbis cofonat Bonaventura super quartum Sententiam: Si quis ait, semper esset paratus, semper utile est; sacra mentum istud accipere, hoc est, semel quoridam, ut mundum receptaculum habes, comedat cibum istum cum reverentia, precipua & deuotio ne ac fructu multiplici, sicut siebat in primitiva ecclesia. Ideo fidibus primisne ecclesiae competit omni die accedere postmodum refrigerante charitate, instituta sunt tempora communicandi diuersarum non ut non frequentius licet, sed ut ad minus tunc fieret. Idcirco ex speciali deuotione comunicare quotidie, non praedicator nec derogat illis statutis ecclesiae. In hac re negligentes & pigris, immo multum re prehensibilis & acediosi sunt quodam sacerdotes etiam religiosi, qui facili oceasione, & leui ex causa celebrare omittunt, quodam palliant virtutum colore, quasi ex humilitate & reverentia tanti sacramenti, a celebratione abstineant. Quod sita est, nec in ceteris actibus cultus divini tam irreverenter & tepide se auderet habere. Talis quoque negligientia & cordis repudia, qualiter indecentes atque illicite sunt omni religioso, cum status religionis sit status perfectionis, saltem acquirendæ. Propter quod religiosi ex sua vocacione & professione ualde tenetur profectu spissati ac charitatis feruori studere, & ita assidue orare & celebrare pro his, quorum elemosynis sustentantur. Postremo, quoniam commendabile sit interdum ex humilitate & timore a celebratione & communione cessare, attamen multo melius est ex charitatis feruore, speciali deuotione ac zelo boni communis, quidam ad celebrationem aut communicandi se preparare. Quemadmodum charitas sublimior uirtus est quam humilitas. Et praesertim quoniam sacramentum istud sacramentum est totius charitatis, liberalitatis & gratiae, medicina & anima. Et quamvis æque boni & meritorium eis sacerdoti atque ad se ipsum, ex humilitate a celebratione cessare, & ex charitate celebrare, si quantu[m] ad aliis o[mn]is multo fructuosis salubrissimis consistit accedere: quia deuote accedens, multipliciter succurrerit, non solum sibi ipsi, sed et toti ecclesiæ, & viuis ac mortuis, præcipue quoque altanibus, & eis pro quibus celebrat ac precatur. Hoc breue scriptum deputo & transmitto uobis deuotissimis Christi ancillis. Hoc tibi Mechtildi, quae in Nouiomagio iaces pro corpusculi tuum imbecillitate die ac nocte in lectulo, & assiduis rapibus obdormis ac reficeris in dilecto, corpore tuo sic soporato inflexibili effecto, ut in instar ligni & lapidis uideatur examine, nec aliqua pars eius ualeat moueri, nisi moveatur & totu[m]. Tibi quoque Christina, quae a Christo recte Christina uocata es: que & instar Christi nuper quinque uulnera in corpore tuo baiulasti, quorum stigmata nunc usque cernuntur in te. Tibi etiam Catharina, quae nullo corporeo alimento multo tempore, pura triennio & amplius usque, nisi modico poculo liquoris qui remanet caeo facta ex lacte: & nihilominus carna & rubedo uiuidoque color re perfusa consistit, quemadmodum alia due praefata. Vestris syncerissimis precibus meipsum & meos humiliiter recommendo, ac uestrum indefinitem prosectorum totis precordijs opto ego frater

DIONYSIUS,

cuius orati-

ones q[uo]d

uis

exiguae,

& informationes

licet uobis non necessaria, tam frequenter perdistis.

O P V S C V L I D E F R E Q V E N T
tisacra communione Eucharistia,
FINIS.

Opusculi
huius dedica-
tio.

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHUSIANI DE MUNIFICENTIA ET BENEFICIIS DEI
Liber unus.

412



Initiat.

NIM A mea desiderauit te in nocte ò unigenite patris æterni, sed & spiritus meus in præcordijs meis situit in te, ò pulchritudo quæ cuncta pulchritudines, exemplar ad cuius emulationem condita sunt uniuersa lux uera quæ illuminas omnem hominem uenientem in hunc mundum, dulcis & benedictæ Iesu, illustra faciem tuam super seruum tuum. Hæc est enim uita æterna, ut cognoscam te, ut diligam te, ut transformer in te. Splendor paternæ gloriae, candor lucis æternæ, concupiscit anima mea in te, scis quoniam bonitas præstantissima tu es, sed deficit quoni- am inaccessibilem lucem inhabitas. Nequit tenuis uisus syncerum solis radium speculari ò fons sapientiae, uitæ origo, & lumine luminum sancte Iesu, qui es in finu, in ò qui

es in corde patris, signatum est super me lumen uultus tui, capax est cognitionis tunc anima mea. Denique, quemadmodum dilectus tuus diuinus Dionysius fassus est, ut sol iste sensibilis omni quod suæ lucis susceptivum est, radios impertit, sic omnem tu mentem irradias. Non se contineat quæ super me multitudine uiscerum misericordie tua. Accende cor meum, resolute me & conuerte me in te, erudi me lux mundi, deus salutis meæ, ut ea quæ temui amabile efficiam, & item me te amare obligant, syncera stabilitatem contempler. Da quoque cordi robur quo te pro uiribus sic diligam atque honorem, quemadmodum id ipsum dignum fore, & quoniam itemq[ue] idoneum mens propria illustrata censem.

Articulus I. Excitatio mentis in amorem unigeniti.

THEM deo salutare meum, & gloria mea deus auxilij mei, & spes mea in deo est. Segrega re iam nunc paulisper anima mea à multitudine rerum creatarum, relinque quod omnium desiderabilium sumnum non complectitur. Quid nepe omnis boni, omnis pulchri, uniuersi, desiderabilis plenitudinem fortitum est, nisi præstantissima illa fontanaq[ue] & item increata bonitas unigeniti? Quicquid enim in creaturis sparsum atque per modum incompletum effusum est, in ea supersimplici, perfectoq[ue] modo continetur. Fortitudinem cupis, fortemq[ue] diligis? En dei uirtus est unigenitus. Optas sapientiam? In Christo sunt omnes sapientiae atque scientie thesauri absconditi, rons quippe sapientie uerbum dei in excelcis. Pulchritudinem desideras? Speciosus forma præ filii hominum, est patris unigenitus. Porro, omnis decor, omnisq[ue] pulchritudo, ex splendidissimo eius claritatis fonte profluit. Diuitias concupisces? Omnia quæ habet pater, habet unigenitus. Gloriam sublimitatemq[ue] efflagitas? En rex gloriae patricius per omnia coæqualis, est unigenitus eius. In eo igitur salutare tuum, quoniam perfectum bonum ipse est. In eo gloria tua, quia ei soli debet omnis honor & gloria, quippe à quo bona cuncta fluerunt. Denique unigenitus, deus auxiliu tui, quoniam sine ipso nihil uales efficere, sitq[ue] in eo spes tua, benedictus namq[ue] uir qui confidit in domino. Nam ergo domine deus uirtutum conuerte me, ne creatarum commutabiliumq[ue] rerum amor a te me separat, ne tu in me dilectionem minuat, ne à tu contemplatione me præpediat. Etenim quemadmodum omnis natura, quæ tu non es, à te ò unigenito processit, sic utique omnis amor, & item cognitio illius à te ordinanda consistit. Nil ergo extra te amare par est. Oigitur adorande & superbenedictæ Iesu, hoc animæ meæ presta, ut sicut quicquid sum & habeo, à super dignissima tui munificentia manu, sic in ipsis honorem & gloriam haec ipsa indeficienter exhibeat tibi equidem debole me totum tibi pareant, tecque cognoscant & diligent omnia intima mea, stet in te fixa, incalens & suspensa, omnis uirtus mea. Nil enim prætere beatificare, nil quietum, nil contentum ualerit constituere.

Articulus II. Quemadmodum Christi humanitas ad deitatis contemplationem atque amo- rem uia sit,

Iohann. 1.
Psal. 30.
Iohann. 17.
S. p[ro]p[ter] 7.
Psal. 41.

1. Timo. 6.

Iohann. 1.

Psal. 61.

Thess. 3.

T In hoc

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

1.Johann.

IN hoc apparuit charitas dei, quoniam filium suum unigenitum misit in mundum. Divinae igitur dilectionis euidentis argumētū est missio unigeniti, deniq^m missio filij incarnatio eius est in assumptione itaq; humanitate filij, paterna dilectio elucescit. Nūc ergo si quod est in te sapientie lumen, si que gratitudo, si nobilitas aliqua, intuere & considera o anima, qua nā sīnt in humanitate Christi, divini amoris signa, paternae chaitatis indicia, & aeternae clementiae argumenta. Verus (nifallor) amator censendus est is, qui alteri propter semetipsum propriamq^m bonitatem prouidet, succurrat, & proprias diutinas communiat atq^m impendit, pōrō quid id liberalius magnificētiusq^m effecerit, eo ardentior est appellandus amator. Intende ergo deiformis anima, si & qualiter hæc in unigenito dei splendent, tibiq; ab ipso exhibita sint. Multis quippe hec amoris insignia exhibent exstentibus modis, nullus utiq; tam idoneus tamq; preclarus esse poterit, q; ut seipsum quoq; pro alterius quispam salutē & bono impendat, quid nē pē semetipsum charius ampliusq; impartiri quibit? Ideoq; unigenitus dei, Maiorem in q; charitatem ne, nō habet, q; ut anima suam ponat q; pro amicis suis. Eras o anima olim exul & elega, criminis consors, & aeternæ mortis obnoxia. Clausa erat patriz ianuam extitit & eam reserare foret doneus; defunderunt ad inferos uniuersitad aeternę beatitudinis adepitionē condita fueras, sed aeternā summe rationis censura hac te destituit: hāc tibi abstulit originalis culpa. Vide hoc unigenitus, fragmentis sui miseria tactus in tristis, grauiter quoq; tātum paternae maiestatis honorem auferri seruant, à regalibus sedibus delēcēt, & humanae naturae languoribus mederi festinans, formam serui accepit, qua nobis cōnaturalius aptiusq; applicari, & item salutis remedia iustius posse impartiri. Etenim liberanda erat assumēda natura, quatinus quod offendit, satisfaceret: Homo autem offendit, hincq; hominem deus aſſumpit. Sed cū ob indefectibilem infinitamq; sui incōmutabilitatem, immensitatis cuiusdam rōnem ipsæ contineat specifica natura plū quoq; hominis peccatum, si ad diuinę sanctitatis immensam maiestatē cōpare, infinitā quādā iniurī offenditq; exhibitionē cōprehēdat; quō utiq; ad totius naturae rea liberationem pura satisfaceret creatura. In eadem ergo personam, creatorē atq; creaturā coire necesse extitit, si rea creatura redimi debeat, quatinus creaturæ declivitas superiori deitati pro uiribus satisfaceret, ipsa uero creatoris sublimitas satisfactioni idoneitatē efficaciamq; prēberet. Enīm uero, cum nō aliter nobis supersplendēs diuinus radius q; uarijs sensibilium formarum obiectus uel amīnibus lucere queat, quam omnino naturam liberando homini tam congeriem, tamq; connaturalem & aptam assūmere ualuit unigenitus patris, quām humanitatem ipsam?

Articulus III. Quemadmodum in incarnatione unigeniti paternæ charitatis ardor, & item clementiae imminētis elucescant.

HIC est filius meus dilectus in quo mihi bene placui. In eo paternę tuę fœcūditatis dignitas prestantissima, omnipotētisq; cōprobatur ò adorande & ēterne genitor, quoniam filium tibi per omnia coæ qualem genuisti. Nempe gloria patris est filius; imperfētio quippe filii, paternę dignitati gloriæq; paternali derogat. Est igitur tibi ò superfelix pater in teipso infinita iucunditas, atq; in omni crea*t*a illuminata mente honor immensus in eo, q; tibi coæternū, coimmenſum & æque perfectū filii gignere & poteris, & scilicet cōcomitantē uolebas. Laudat & glorificat ois supmū danus sp̄s, qm̄ uerū deū deus uerus genuit, perfectus perfectū, incōmutabilis incōmutabilē, simplicitus simplicissimū, adorādus adorāndū, & is cui inest ois nobilitas, origo uite, lucis plenitudo, fontana sapientia, & ois felicitatis in circūscriptio, eū cui haec cūcta supmētissime cōueniūt, cui nulla deest sublimitas. Quo mō ergo ò pater immētē maiestatis, paternā tuā fu perexaltatā magnificētā eatenus inclinat, tam dignanter (si sic loqui oporteat) humiliaſti, sicq; uehemēter exinanisti, ut uelles dilectissimū filium tuū tam excellentē & prestantē, tā humilia atq; abiecta assumere, & tam ima ac defectuosa de ipso tui unigenito ententiarū sustineres. Et tē si honor tibi est & infinita gloria, qm̄ unigenitus tuus per omnia perfectus est, incōmutabilis, adorāndus, ēternus ac uerus deus, quomodo non uisum est prestatissime tuę paternitati incōgruere ac derogare, ut unicus summusq; tuus filius, mortalis & in dīgens, temporalis & finitus, imō creatura, q; homo; & demum crucifixus appelletur. Deniq; quēadmodū nō uile tibi uisum est cum muliere humili utiq; pauperculaq; virgine cōmūnem habere natum: quid te ò sapientissime & superfancte pater ad hāc iudicāt? Nunquid hāc fruſtra & absq; ratione egisti? Nunquid creatura meruit agnūt, quidem, sed pātēra tua amorosa que benignitas, nostræ per hunc modū, indiget, auxiliari, sola tua bonitā-

Ioan.15.

Philip.2

Pſal.105.
Philip.2

Mat.3
Matt.17.
Mar.1.
Luc.3.
Luc.9.
Prouer.10

1.Johann.

1.Corint.

Mat.28

DE MUNIFICENTIA ET BENEFICIIS DEI.

242

bonitatem instigante dignata est atq; decreuit. Amoris est ista proprietas, ut amato amantis bona cōmunicet. Tu autē ò superamande, supersublimis ac superdiues pater, filium tutum & nobis & pronobis donasti & misisti, quatenus per eum & cum eo & in eo filij tui nomi nemur & simus: nos utiq; eramus natura filij maledictiōis & ira. Eis benedictio & clāritas, & sapientia, & gratia, & fortitudo sit tibi bendicēt deus & pa- ter domini nostri Iesu Christi, pater misericordiæ, & deus totius consolatiōis.

1.Ioan.2.
Apoc.7.
2.Corint.

Articulus III. Qualiter in incarnatione filij dei incomprehensi-

bilis dignatio spiritus sancti refugat.

Intr uniuersa humanae arrogantiā mēdaciā nefandāq; celera, nil eatenus graue opī nor ut est blasphemia, dum sibi diuinū aliquid homo impudenter attribuit. Maledi- cūtus plane infelix ille Manichaeus, qui se spiritu sancto intantū repletū disseruit, ut iā nō aliud esset ipse Manichaeus q; spiritus. Te autē ò alme paraclete sancteç; spiritus, q; diuinā scripturā testimoniō uerus deus diceris, nedum à patre sed à filio q; q; emanare certissime agnoscimus. Porro q; quid es & habes, ab unigenito tibi concessum est. Cūq; uerus perfectusq; deus existas, quēadmodū precor ab homine te procedere itēq; mitti ac donari, dici sufficiat dignaris. Ait equidem amor noster crucifixus Iesu: Cum uenerit paracletus quem ego mittam uobis a patre. Et denuo de te loquens: Ille, inquit, de meo accipiet. Iā nūc ò fons gratiæ, & spiritus ueritatis & humani cordis lumen. O desiderata benignaq; bonitas, ostende cur tam uehementer tāq; indicibiliter ueram tuā deitatē inclinasti, si ita farīfas est, extinxisti. Enīm uero à maiore quid pīa sortiri in minorē, magnificētia est: ab æquali aut, in nullo dedecus censem̄t: sed à minorē pendere & suscipere, uile & sine laude uidetur. Vniuerſaliter nanq; passo honorabilius est agens. Distat autē à deitate, humana species distantia infinita. Tuā igitur aeternē, est id dilectionis atq; clementiae, ut ad eius à quo profluis, incarnationē nedum consentire sed & cooperari adiūceres, sicq; à uero homine nō utiq; ab huāitate, te manare, totūq; quod es itemq; habes, suscepisse pro fiti non uisiperderes. Tu pudicissime uirginis castissimū uterū impregnasti. Tu illustrissimā mūdissimāq; pūellæ uirgine a cellulā corpore unigeniti occupasti. Tu ex purissimis sanctissimisq; deiformis Mariae, dulcis ac prēstantis columbae sanguinibus, aeterno uerbo humanae forma corpus paraſtūfīcīq; actum asserimus, ut à quo aeternaliter spiraris, uerus sit homo & mulieris filius. Sed nec inde erubescis, non id spēnis. Omiseror diffissime confessor, perfecte ac desideratissime deus, ingens fore, nī fallor, humanitas, si ab angelōq; in omnī summus se doceri Seraphin contestari dignaret, aut ab homine angelus, seu ab idiota praēclarus philosopos, uel eruditus theologus. Deniq; Seraphin altissimi super angelōq; inū, angeli quoq; super hominem, & hominis peritissimi super quempiam ignarum excellētia finita est, & in ordine ad deitatis super creaturā eminētiam nulla & nihilominus ab homine nedū sapere sed etiā eē se suscipere. O adorande ardētī paraclete dici sustinisti.

Articulus V. Quod in incarnatione uni-

geniti, indicibilis ipsius exinanitio,
clemētia atq; dilectio eluceat.

AMORIS est hæc uirtus atque proprietas, ut amato amantem uniat. Porro q; amor ipse uehementior ardentior est, eo intimoer magisq; inseparabilem coniunctionem efficit. Denique, perfecta charitas triformem operationem fortificat. Est nempe eius, ut amantem amato uniat, unita quoque in se mutuo trāspōnandum, unita & item transposita indissolubiliter colligat, inseparabilēq; concordia vinculo cohaerere faciat. Ex modo igitur ac qualitate unionis, amoris est censendus ardor metiendāq; quantitas. Prēterea omnium unionū intima ac uicinissima, personalis existit cōiunctio. Te autē ò aeternē unigenite, homini eatenus unitū fatemur, ut ex diuina humanae natura una subsistat persona, q; pfectus deus & perfectus homo credit, ita ut & diuinā na homini, & deo humana uerissime copetant. Nō poteras o sancte fili de te homini uicini us copulare, q; ut teipsum hominē faceres, humanāq; naturā sic tibi assumeres, atq; ne dū in dissolubilitate sed & suppositaliter noſtrā tua colligares naturā deitati, quatenus in eodē eē eadēq; psonali subsistētā qua tu aeternaliter subsistis, assumta à te nostra natura supposi taretur itemq; subsisteret. Vnde scimus incoprehensibile tuę charitatis ardorē: nūc honoraſti creaturā tuam domine. O gloriole & superfelix dei unigenite, quantū te amare ob ligamur, qui nostræ naturæ humilitate sic diuinatatis māe confortem statuisti; qui super omnē supermundanoq; illoq; felicitiā animoq; prēclarā splendidāq; altitudinem eam tam

T 2 incom

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

Incomparabiliter sublimasti, similitudo quippe amoris causa censetur, id eoq; inter multa distantia, minor uiget dilectio. Tu aut o summe Christe nondum nostra assumpta specie, in splendidissimo illo super pulchro; paternae lucis fonte latirabas, nec a mundana mente facile agnisci quibus, ideoq; nec amari; quoniam ignota diligi nequeunt. Sed dum nostra induit forma in mundū uisibiliter prodis, tanq; ex abdito patris finu descendis, atq; quo nos dilexeris experimentaliter pādis & insinuas. Itaq; quo per incarnationem similior, eo & amabilior utiq; nobis factus es, nempe quem ut uex deum adorabamus & uerebamur, iam ut fratrem diligimus, ut redemptorem amplectimur, ut beatitudinis amissae redditorem amamus.

Articulus VI. Et est inflammatio cordis ad imitandam Christi humilitatem.

Non est seruus maior domino suo, necq; apostolus maior eo qui se misit. Respice & intuere anima mea, intende a quo appellationem sortita sis, à Christo nempe (ut opinor) te Christianam censerri gaudes atq; fateris; te igitur Christū imitari par est. Aut ergo te domino tuo profundius humilis, quoniam minor eo est aut eatenus ut ille, quia maior eo esse nequia; aut certe si horum nullum uales, eius pro uixibus humiliations asse que nimirum confites, si illius, ut tibi possibile est, exinanitionem uisibiliter cōpletū sectariq; fatigas, perfectus est enim discipulus, si fit sicut magister eius; & fideli quoque seruo magnificum perhibetur, si sit quemadmodum dominus suus. Porro, qd tam salubre tamq; praeclarum redempto, plasmato atq; fragili creature a se ualebit, quam ut conditori, itemq; salvatori suo iuxta uirium uigorem assimileatur. Nunc igitur anima, si uere Christiani fide tripudias, si Christi ueraciter charitate langues, si illius sic rei quemadmodū nominis parilitatem adeptus es, aut utiq; adipisci mōlitis sincero circūspectoq; mentis contemplatu unigeniti filij dei exinanitione consideres; humilitas deniq; eo uehemētior exsistit, quo q se humiliat sublimior, idq; ad quod se inclinat, decliuus extiterit. Igitur si humilitatis benedicti & beati Iesu intueris se, quiq; concupisces, humiliantis se maiestatem, & eius ad quod superexaltatum suam deflexit attitudinem, decluitatem conspicat, et quidem præfulgidam domini Iesu maiestatem euangelista ille deiformis insinuans, atq; de unigenito fari orsus, ut simus in uero filio eius, hic est deus uerus & uita æterna. Deniq; cum in forma dei esset, nō utiq; rapinam arbitratus est esse se aequali deo, ipse quidem & pater unum sunt: & ad patrem loquens unigenitus, Omnia ait mea, tua sunt: & omnia tua, mea sunt. Palam igitur quod tota deitatis plenitudo sit filii atq; in filio: sicut enim pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio uitam habere in semetipso. Agnoscis itaque iam nunc (ut opinor) o nobilis anima, exinanientis se unigeniti maiestatem, quam ante ipsius quoque mundi constitutionem habuit: test quippe lux pura à pura luce, actus ab actu, deus à deo æternaliter proficiscens. Demum, assumptus paulisper speculare decluitatem naturæ, & quidem quid utique lucidius, quid prorsuerius, quam quod uerbum caro factum est, quod post hæc in terris uisus, & cum hominibus cōuersatus est deus! Quod dum temporis adfuit plenitudo, misit deus filium suum natum ex supermundâ uirgine, factumq; sub lege. Porro, in cunctis intellectualium substantiarum ordinibus humana specie, præsertim uero humana carne, quid omnino decliuus deitatis autem quid penitus cogitari quibit præstantius? Cumq; ueram deitatem, uerae humanitati, quarum altera summa, in qua est altera, in seipso in personali unitate copulauerit unigenitus, incomparabilem eius esse exinanitionem innotefecit. Verbi itaq; exinanitio, tam propter assumptum deum, cuius digne profari nequit sublimitas, quam ob assumptum hominem, cuius species in intellectualibus una est ac multiformiter egena, irre comprehensibilis prorsusq; incomparabilis censenda est. Enim uero paulominus ab angelis se minorauit angelorum dominus, qui utique fecit angelos suos spiritus, uniuersorum creator creatura manens: tamen quod semper est effici dignatur, & cui milia milia, iuramentis, decies que centena milia milium assistunt, in medio pauperum suorum non iam tanquam cui ministratur, sed instar ministrantis conuersari acquirent, uel potius concipiunt in tempore exultavit ut gigas ad currentum uiam, & amantissimæ quoque suæ filiæ decorum præoptauit. Quid superbis terra & cīnis; cur humiliari, cur spēni, cur inferioribus erubescis unius; præesse dominari que gliscis; & ille ministrare uenit.

Denuo

DE MUNIFICENTIA ET BENEFICIIS DEI

24;

denuo non suam, sed patris uenit uoluntatē perficere, factusq; est ei obediens usq; ad mortem utiq; cui uentus & mare obediunt, cui omnis parer natura, quippe quo dicere atq; mandante facta est & cōdita, & tu miser & miserabilis, q uelut flos egredieris & contereris, ut scenum decidis, qui si amore dignus sis an odio ignoras, deum & dominum tuum sequi non uis, parere renuis, in oculis tuis fore humili aspernaris. Præterea tū nū quod nō receperis habeas, nilq; boni ex te possis, alteri te tam impudenter prefers, & non potius omniū honorum fonti gratiarum actionē confessionēq; impendis.

Articulus VII. Et est plenior mētis instrūctio ad contēplandum, itemq; se exinanitionē unigeniti.

Discite à me quia mitis sum & humilius corde. O dulce uerbum, sed miti, sed humili, sed & mititatis humiliatisq; amatori. O fons sapientiae, o lux mundi, o unigenite dei, qui utique in hoc natus es, & ad hoc uenisti in mundum, ut testimonium pēthibetis ueritati, ut illuminares omnem hominem uenientem in hunc mundum: cur non tuos discipulos, tuos eleētos, tuos amantissimos trinitatis arcana rimari, sup'mundās cœlestium hierarchiarum ordines scrutari, rerumq; naturam & ite proprietate inuestigare hortatus es? Cur o amator hominum præmāde ac sup'suavis Iesu qui certissime maxima nobis bona faves, quod saluberrimum est cōsulis, quod optimum edoces, cur dulcis ac superēllisue dominator à discendi hortatu exorsus? Discite inq; à me quia mitis sum & humilius corde: Porro ante diem festum pasche sciens bone Iesu, quoniam uenit hora ut transites ex hoc mundo ad patrem in instar benignissimi patrēis, ardētissimiq; amatoris iteq; sapientissimi, cōsulis ipsiis tuis filijs, discipulis ac p̄relectis, singulare, saluberrimum, finaleq; dogma relinquēs iam nunc præinductum tierbū nedum sermone, sed actiū quoq; commendatū, nempe dum apostolorum pedes liueto præcinctus lauifses atq; terfis, deniq; refredis eidem contestatus es: Vos inq; uocatis me magister & dñe, & bene dicitis, sum eterni. Si ergo ego laui pedes nūstros magister uester & dñs, & uos debetis alter alterius pedes lauare. Cur hoc egisti o sapientia dei, o uirtus patris, o uerbum ueritasq; paternementis, non utiq; aliunde, ut reor, non ob aliud (ni fallor) nisi qm̄ unica beatitudinis æternæ uia ac ianua humiliatis extat. Tu èquidem, ut idem ipse fassus es, uia, ueritas uitaq; confitis. Quid itaq; est, q; humiliatim èctechus cōmandasti, nisi quoniam illuc nequit, nisi pēt sui exinanitionem homo ascenderet, utide per elationē angelus ipse prolapsus est, contrarijs gippe curant contra, & ad oppositos terminos distinctis contrarijsq; uijs ac motibus proficiunt. Cūq; ad ima à summis, à celis ad inferos per superbiam satani deciderit, non utiq; nisi per sui exinanitionem ad supermundana contubernia, sydereasq; & iteti angelicas mansiones ascendere quibit homo. Iam nūc o præchara anima, si ueraciter sapiens effici cupis, æternę fias discipula sapientiae: si recte progredi gliscis, Christum uiam feruere, non te dominu salvatoris tuo præferas, disce quia mitis est & humilius corde, quod si non didiceris, quicquid amplius agnoueris quicquid studueris, nedum non proficiet, sed effeter atq; dannabit. Enim uero quo Christo conformior efficeris, eo diuinior, eo nobilior, eoz felicior fies. Quo autem uite eius uehementius imitaris uestigia, eo illi intentius assimilari. Quod si sanctissimum euāgelicæ annuntiationis dogma reuolueris, nō aliud (ut opinor) tibi claret, quam quod ab exordio & usq; in finem uita Iesu Christi, nedum humiliata, fed & perfecta quoq; ac totius humiliatis exemplar extiterit. Nascitur in stabulo, moritur in patibulo, in Aegyptum fugit, & parētibus se subiicit. Deniq; ubi caput reclinaret non habuit, & cum sceleratis reputatus est: Sed & in diuinitatis sue insignibus preclarisq; miraculis non suam, sed patris quærit gloriam, non se honorificat, sed salutem nostram efflagitat.

Articulus VIII. De inuestigabili diuinæ mentis consilio, ac incomprehensibili cēlūræ eius altitudine.

Oltitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiae ipsius. Iam nūc o angele magni consilij, o paternæ mentis splendor, uerbum, atq; consilium; o lux animæ inæ Iesu dei unigenite, qui omnem sup'cœlestem mentem syncero intelligibiliq; lumine implexus, mentem meam & uim eius omnem tu irradia, affice & inhabitat: tu inimi, doce, & gubernas, sicut ob ipsam tuu amabilem ac uenerādam incarnationem spiritum meum deifica, tibiq; conforma, ut quantum fas est atque possibile, cognoscas sensum domini & ineffabilem

Iohā. 5.
Philip. 2.
Psal. 31.
Colos. 1.
Job. 14.
Ist̄. 40.
Jacob. 1.
1. Pet. 1.
Eccles. 9.

Matt. 11.
Iohā. 13.

Mat. 11.
Iohā. 13.

Sapi. 7.
Ecccl. 1.

Iohā. 14.
Ist̄. 14.

Johā. 14.
Matt. 11.

Luc. 2.
Mat. 27.
Luc. 9.
Ist̄. 53.
Johā. 8.

Roma. 14.
Isaia. 9.
Heb. 1.

Iohann. 13.

Rom. II.

Iohann. I.

Esa. 53.

Ephe. 2.
1 Iohann. 4.
Iohann. I.
Ephes. I.

Oiae. 13.

Iohann. 53.

Ephe. 4.

bilem illam superalmae superbenedictę trinitatis censurā, eternę sapientię decretum, & summe rationis dictamē super humanę salutis reparatione sapiam, & item sincere stabili-
terę contempler. Enim uero nescimus omnes homines, sed & angelos quoq; uniuersos ab
eterno saluos effici uoluisti: ueruntamen quos elegeras, agnoscetas: casuos prescisti &
hos quidem recuperabiliter, hos uero recuperabiliter nouisti lapsuros. Porro quemad-
modum hęc cuncta in ipso eternitatis supersimplici nunc inuariabilę momento, eterna
liter prouidisti: sic in eodem nunc atq; momento cadenti homini mederi, redemtionisq;
maneriem statuisti, labentem censens deferendum angelum. Denique, electorum ac re-
proborum omnium angelorum & hominum non iam duntaxat beatitudines & penas:
sed ipsorum quoq; praeiorum ac cruciatum distinctiones, gradus ac ordines ordinatis
ac prescisti. Sed quis cognosceret sensum tuum domine, si non per unigenitum tuum hec
nobis essent referata: Eos equidem quos o superpræstantissime & aeternę patet saluare de
creuisti, redemtionis, ne in grati incredulę forēt, latere modum noluisti. Igitur unigeni-
tus tuus filius q; est in corde tuo, sui dilecti genitoris ipse reuelauit per prophetas atq; apo-
stolos. Etenim uerbum caro factum est secundum apostolum sed & Christus dominus ca-
ptus in iniquitatibus nostris iuxta prophetam uaticinium. Redemtionisq; igitur humang
exordium, est uerbi incarnationis: passio uero ipfius, salutis consummatio est. Hinc igitur pa-
lam, nifallor, elucescit, quoniam, quemadmodum ab eterno statuisti hominem producere,
sic utiq; pro casu ab eterno incarnari decreuisti. O patris unigenite. Os sapientiale & be-
magnisimum, & humana, sed & angelica quoque ratione impenetrabile, eternę adorande
re trinitatis decretum. O abyssus iudiciorum dei, quae sic homini, relicto angelo auxilia-
ri uolut. O infinita dei bonitas & charitas immensa. Etenim propter nimiam charitatem
suam qui dilexit nos, deus suum filium misit in mundum, non utique nisi ut saluetur mun-
dus per ipsum; elegit nos nanque in ipso, dum mundi huius nondū esset instituta moltio.

Articulus IX. Quemadmodum saluis dei benedicti æquitate atque
clementia, per temporellem particularēm CHRISTI mortem
mors mundi uniuersalis ac æterna ablata sit.

E Ro mors tua omors, morsus tuus ero inferne. Quoniam ipsa tua supersancta di-
stante iustitia oblitus ac supersonstancialis deus, malum nullum impunitum
relinquitur, & denō sic exigente tuipius clementia, corpore & aliundeq; dece-
ptæ, atq; per alterius eupsum damnata erat succurrendum creaturæ. Quid utiq;
tam idoneum tamq; rationabile exitit, quām ut huic se modi in mundum resal-
uator, qui pro alienis sustinendo clementer eriperet, & ipsa sui passione iuste satisfaceret?
non utiq; q; ipse puniri meruerit aut iuste punitus sit, quippe qui culpam quæ mortis pa-
sonisq; causa constitit fortius non est. Sed in eo q; ob ipsam suam bonitatem, charitatem
atq; clementiam se pro alijs sponte oblitus, misericordiam liberatis exhibuit. Porro in eo
q; pro alienis tamquam proprijs passus est iustitia dei satisfecit: quoniam malum
impunitum non remansit naturæ: quippe identitas in salvatore & saluatis, & ipsa quoque
charitatis uirtus cuncta fecit communia, ut quia homo pruaricatus est, homine patiente
non tamen peccator ē peccantibus signoscat, quoniam charitas plura uelut unum effi-
cit & alijs propria impendit. Quod si dixeris iustum cernitur, ut qui delinquit puniatur
atq; emendat, qualiter ergo si qui peccatum non edidit, nec iniūtus est dolus in ore eius,
pro illis qui natura filii ire erant iuste satisfecit: Sed iam satis, ut reor, claruit in humani re-
demptione generis & quitä pietatisq; commixta fore opera. Veruntamen non sif pro
homine unigenitus dei satisfecit, ut nullam originalis culpa sentiat protoplasti pœnam
posterioris est enim mors hec quam patimur culpe poena, quemadmodum lex peccati, que
in carne sensuitateq; constitit, sed gratiam ac beatitudinem mors Christi recuperavit, &
id quod homo peccato obnoxius nequibat, effecit. Enim uero propter unitum humanita-
ti uerbū, Christi passio infinita quādam efficaciam fortita est, atq; ob id totam naturā redi-
mere fuit idonea, etiam temporalis existens. Purus nanque homo pro ipsa natura satisfa-
cere non ualuit, quoniam in infinitum natura communicabilis est & infinitatis cuiusdam
rationem habet, quoniam secundum se in determinata est & illimitata: denique gratiam
ablata reddere puro homini aut etiam creaturę mere non sufficit, nil enim sine prenexi-
stente gratia meritorū censendū est: lapsus igitur homo, propria nequibat potestest re-
surfere.

surgere. Qd si peccati q; magnitudo efficaciter penset, innotescet utique, cur ad reparari
dum lapsum hominem dei necessaria consistebat in carnatio. Nempe si dignorem offendere,
gravioris perhibetur delicti, quomodo non præstissimam diuinitatis sanctitatem
& immensam dei maiestatem offendere, infinita enormitatis est? & ad tantum dilucidum
scelus is erat oppōrtunus, qui interminabilis efficacia dignitatisq; esset: sed deo secundum
diuinitatis subsistentiam atque naturam satisfacere non competit, cum maiorem hon-
habeat: porro, homo purus infinita dignitatis satisfaciendo nequit existere. Quid igitur re
stebat, nisi in eandem deum hominem conuenire personam: Ideoq; ne dum pro origina
li culpa, sed pro ceteris quoque peccatis Christus mortuus est: nec peccatum aliquod nō
sua uirtute meriti dñe paliuisse remitti, fateri par est.

Articulus X. De unitate dei & humanitatis in Christo.

T E denique o altissime dei unigenite, uerum deum hominem que uerum, non
utique in una natura, sed in persona una confitemur, neq; spiritū san-
ctum incarnatum afferētes, quanquā tu cum patre & spiritu sancto unus sis de-
us, una natura, & ut ad omne dicam, una quædam res summa: Humanitatis nan-
q; assumptio personam in diuinis, non naturam directe respicit: & licet tota coherēte tri-
nitate sit facta in carnatio, sicut ab efficiente principio, in solo nihilominus filio terminata
creditur. Enim uero quoq; est una personalitas, unū utiq; est esse atq; subsistere. Vnde elu-
cescit, sic à uerbo assumptum hominem, ut in ipso uerbi suppōsitali eē personalizatus sit,
neq; itaq; ex rationali & humane in Christo carnis uincione resultat hypostasis alia
ab hypostasi uerbi, sed in ipsa carnis ac animę copula pfecta est constituta natura, simulq;
ad esse uerbi assumpta. Veruntamen in Christo salua manet ac integra utraq; natura, pro-
priis sibi sortiis unaq;que operationes, ut idem Christus propter humanitatem huma-
na, & item ob diuinitatem sit opera diuina. Nam & si suppositum sit quod patitur & agit
natura, tamen agendi patiendiq; ratio est atque principiū. Vnde & si de eodem Christo se-
cundū differentiam quandam diuina ac humana p̄dicetur, nihilominus qd secundū qd
dicat, solerter contēplari par est. Ipse egred & pater propter diuinitatem unū sunt, & pro-
pter humanitatem pater ob maior est. Deniq; Iesu str adiuit populu suū p deserrū, & quidē
in deferto taurū Chrm, quæ ratione deitatis enuntiari de Iesu Ch̄o palā(nī fallor) exi-
stit: necdū q; ipse erat tūc homo, sic q; ob uerbo unitā humanā naturā deus de uirgine na-
scit, occidit, & sepelit. In hac tūc unitate, & circa hanc in te ueritatē naturarū, multiformiter
a ueritatē tramite fana q; fide defluxerūt atq; decepti sunt inimici tui dñe deus salutis
meae, & summe Ch̄e, patris adorāde fili. Hostis q; ipse tuus uerbū ille Artius, uerā tibi dei
tate ac rationalē abstulit animā, quād modū & Eunomius. Photinus te p̄tū hoīem suspi-
catus ē, sicut & Hebjon atq; Cherimius. At uero immūdissimus totiusq; fallitatis exemplar
Manichæus, humanæ in re nō credidit ueritatē catnis. Valentinus tibi hō humanum, sed
celestē corpus attribuit. Sabellius te uerē deū fassus, te cū patre unam personam disseruit,
scip; patrem sensit in carnatum. Porro, reprobis ille Apollinaris, nō iā ex Mariæ sanguini
nibus te corpus suscepisse, sed quod solo quoque auditu horribile est, uerbi aliud in car-
nem transmutat opinatus est. Nestorius ille maledictus, duas dixit uerbi & hominis per
sonas, & infelix fallitatis collega Eutyches unam tibi duntaxat naturā largitus est, ōpter
ne & excelse dei unigenite.

Articulus XI. De donis nature homini à deo donatis.

O Mite donū optimum, & omne datū perfectum, de sursum est, descedens à pa-
tre lumen. Amisso(ni fallor)rei possesso erudit, quantū res ipsa possessa chara-
bit, p̄fia & appetita. Si igit̄ naturaliū donoq; dignitatiē dilectionēq; quis noſe
re appetit, quantū de illo, carentia & itē amissionē dolet sapienter cōsideret,
nonne ipsum eē cunctis naturaliter appetibile ē, & ob eius conseruationem cetera colli-
guntur & expēduntur? Quis pretere a sanq; mentis, non actualia ac exteriora bona omnia
pro ipsis suis interioribus essentialibusq; seu naturalibus bonis impendit? Quis nō uehe-
mentius esse, uiuere & intelligere, ac ceteras naturæ donationes, quām diuitias & hono-
res, famam & laudem diligat, atque complectitur? deniq; quis manū aut uisum, quis pe-
demuel auditum pro omni alieno bono relinquit? Quis pro toto uniuerso intellectum
feu (quod minus ē) sensum amitteret, aut etiam monstrosum corpus fortiri dignaretur?
Denique, si cuiquam sensu seu lingua, aliō ue orbato naturæ munere, is ipse ab aliquo de-
fectus reparetur, atq; quod deest impariatur, quo utiq; ardore reparantem sanatus dili-

Rom. 5.
1 Corin. 15.

Iohann. 10.
Exod. 15.
Psal. 137.

Luc. 2.
Marc. 2.
Marc. 16.
Psal. 87.

T 4 git,

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

Psal. 8.

git: quod ei fore gratus molit & satagit: Iam autem de bone creator, de benigne deus, omne mihi quod habeo naturae bonum, a te imparitum est: a tua munificentissima præstabilitate acq[ui] bonitate esse, uerere, & intelligere fortius summa te sensus omnis, & corporis decor atque perfectior: a te sapientia & prudentia, libera quoque uoluntas, itemq[ue] sensitius appetitus. Quantum te pro uiuenteris his amare obligor de benedicto creator. Amplius autem, quid hoc q[uod] hominem naturaliter omnium terrenorum dominum statuisti, & sub pedibus eius cuncta subiectisti? q[uod] in eius ministerium, elemata ccelorumq[ue] corpora, planetas & sydera operatis es, & ad tuu imaginem & similitudinem eundem produxisti? q[uod] rationalem ei immortalemq[ue] animam, tua ueritatis contemplatiuam, & item tuae bonitatis dilectioniam, at q[uod] per hoc p[ro]petuam felicitatem capacem prestat, sola tua bonitate dignatus es? Porro, alterum in multis nature p[er]fectionibus ac fulcimentis multiformiter præstulisti, & huc quidem corporis pulchritudine, hunc mentis ingenio, illum nobilitate & diuitiis, istum complexio[n]is & qualitate, naturaliq[ue] uirtute præor[um] h[ab]entia, alijs h[ab]ent omnia, alijs quedam in partentiis h[ab]ent natura litter amabilem, illum eloquentem, istum robore forte & agilem, statura quoq[ue] elegantem, cordeq[ue] prouidum constituisisti. H[ec] cuncta bonitatis tuu m[er]ita funt o[ste]r fontana omnis boni origo, o[ste]r diues & sup[er]splendens diuinitas, & qui horum plura adeptus es, amplius omnino regnari, non uero inflari habet.

Articulus XII. Admiratio diuina munificentiae in donis gratiae & supernaturabilibus donationibus.

Psal. 118.

Boni est hec proprietas, ut se diffundat atq[ue] communiceat. Cumq[ue] o[ste]r bene dicte & super sancte deus naturaliter bonus sis, cuius utiq[ue] natura est bonitas, & non nisi pura, nisi incircumscripibilis, quomodo libetq[ue] perfecta, quid omnino tibi proprium est? quid connaturale? quid ex tenetiplo agere nosti, nisi diuinitas bonitatis tuu impariari ceteris, nisi tuu alij communicare beatitudinem, & demu[n] il pro[sum]s[un]t tuu munificentia exper[er] reliquere? N[on]e ut Plato differuit, optimus eras! Ab optimo porro longe omnis est relegata inuidia, & ob id n[on] sibi proprium referuat. Deniq[ue], non tuq[ue] super personam deitatis & item p[re]stantissime bonitatis sufficit, o[ste]r fons uite & luminum lumen, superexaltate creator, uniuersorum naturales capacitates replere, omniq[ue] enti secundu[m] propria sua specie in naturam, & item naturalem potestatem bonitatis tuu dona influere, sed ea quoq[ue] que omniem creaturam & essentiam dignitatem, perfectionem, & ordinem superreditunt, homini & p[er]fici, & politicus es, atq[ue] p[re]stabis. Nempe quid hoc q[uod] ad supercoelestem eternam p[re]beatitudinem hominem produxisti, q[uod] cum angelis ei beatitudinis equalitatem spopondisti, q[uod] insuper te ei facie ad facie manifestare decreuisti, ut sit homo per gratiam, quod tu es per naturam? Deniq[ue], o[ste]r hominum amator, patris unigenite, quid est homo quia magnificas eum, quia uisitas eum, quia innouisti ei? Etenim ipsi tuo amatori, de te itemq[ue] tuo patre profari orsus p[ro]missisti, ad eum inquietus. Veniemus & mansio[n]em apud eum faciemus. O sancta diuinitas, o sublimis indiuia trinitas, o incircumscripta maiestas, que excelsos infides thronos, que sedes super Cherubim, que p[re]terea inaccessibili lucem inhabitas, quid est homo quia reputas eum? quia dignum ducis super humuscmodi aperire oculos tuos, quia ipsum deitatis tuae p[er]plum efficere dignatus es, quia delicias tuas es! cum filiis hominum contestatus es, quia tibi cura est de nobis! Te igitur & aeternae & sup[er]simplex deus, infinitam bonitatem confiteor, te omnis boni fontanam originem complector. Te uniuersorum p[ro]visor[um] conservatores obiectum fateor, tu in star liquidi elementi cunctis super effusis, uelut indefectibile lumen singula tenuitas, tanquam inexhaustibilis fons omnia diffundis. Te uniuersae beatitudinis obiectum fateor, te cunctorum desideriorum finem intueor. Tu uirtus uitatum, sine qua nil agere idoneum est! Ens eni[us] tuum, sine cuius participatione ac manutententia res nulla subsisteret ualeat! Tibi omnis honor & gloria.

Matt. 18
Iohann. 15.
1. Corin. 15
Isag. 52.

Psal. 8.
Psal. 143.
Iohann. 14.

Danie. 3.
1. Timo. 6.
Psal. 143.
Iob. 13.
Prover. 6.
1. Pet. 5.

Iohann. 1.
Iohann. 17.
Iohann. 18.

Hebr. 1.
Eccles. 1.
Rom. 1.

Articulus XIII. De sup[er]naturali fidei dono.

Erat lux uera que illuminat omnem hominem ueniensem in hunc mundum. Nempe ad patrem loqui exorsus unigenitus. Pater, inquit, manifestauit nomine tuum homini bus quos dedisti mihi de mundo. Et denuo, Ego te (ai) clarificauit super terram. Ruruscq[ue], Ego, asserit unigenitus, in hoc narus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimoniu[m] phibeam ueritati. Multifarie multisq[ue] modis docuisti & illuminasti mundum hunc de luxu mundi, fons utiq[ue] sapientiae, uerbum dei in excelsis. Etenim p[ro] philosophos naturalis theorie amatores, ceteros illustrasti. Quod enim notum est dei, manifestatum est in il-

DE MUNIFICENTIA ET BENEFICIIS DEI

248

millis. Inuicibilis n[on]q[ue] dei per sensibilium notionem ab illis agnita sunt, datu[m] quippe est illis philosophari propter nos. Insuper altiori nos diuini[or]is sapientia per sanctos tuos uates imbuisti: nempe horum primus Moyse[m] mudi originem edocuit, & caeteri de tui incarnatione, itemq[ue] adu[er]tu & hominis reparacione proficiunt. Sed temporis iam instante plenitudo, & ipso patris incarnato filio, uere altissimam edociti sumus theosophiam, quam nos unigenitus dei per se, suosc[er] p[re]fertim uero eruditu[m] apostolos ac euangelistas. H[ec] equidem diuina scientia in philosophis prorsus ignorata, in prophetis quoque & si quodammodo, admodum tamen obscura eluescens, a Christo uniuerso est orbi euidenter p[ro]tecta. Ipsa est summa benedicta trinitatis confessio, uerbi incarnationis, diuineq[ue] euanchistae cognitio admirabilis atq[ue] salubris. Hinc sancta & ineffabila uerba didicimus: Hinc panem filiorum, non utique canibus communicandum, sortiti sumus: H[ec] est tuu superbonae deitatis donatio, o[ste]r adorande dominator, qua nos tuu[er] fas est atque possibile uoluisti naturae confortes effici, mentes nostras desiccas, & ad tuu uitam ac operationis dei formem assimilacionem sublimans. Quemadmodu[m] enim in futuro similes tibi erimus, quo n[on] uidebimus te sicuties, cognoscentes sicut & cogniti sumus, atque in eandem iniagi nem transformati, sic in praesenti quoque nos tibi deiformiter coformari uoluisti, sed tunc per speciem, nunc uero per fidem. Enim uero, qua[er] est ipsa tua uita & actio, o[ste]r supselix omni um princeps, magne & beatissime deus, nisi splendidissimam tuu[er]e increatorem ueritatis eterna contemplatio, & item supersubstantialis ac interminabilis tuu[er]e bonitatis incessabilis dilectio, nisi aeternu[m] uerbi productio, sancti p[ro]spiritus profluxio. Huius nos uite & actus participes, ac per hoc naturae tuu[er]e confortes, o[ste]r admirabilis & incomprehensibilis domine statuisti, ea que in te ipso sunt pandens, & unde tu ipse gaudes, nobis insinuans atque comunicans. Omnia que accunq[ue] audisti a patre, nota nobis fecisti, o[ste]r dei unigenite. Pater nem pe te diligit, omnia tibi ostendit & docet. Porro nec tu illa abscondis, sed angelicæ humanae p[ro]menti reuelas. Etenim thesaurus absconditus & sapientia occultata, qua utilitas in utriusque: Ea igitur, que diligentibus te preparasti, nos latere nolueristi, ne sine spe ac charitate existentes, sensibilis prorsus essemus intenti. Veruntamen cum ea nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec corde comprehendit queat, par exitit eadem credi. Fides enim, unionis ad deum principiu[m] est. Incognita n[on]q[ue] amare q[ui]s ualeat: Ob haec nobis a te imparit[er] sapientia, tibi p[er] cordialiter g[ra]tas exhibere uehemeter obligamus, dñe Iesu magister bone.

Articulus XIII. De spe.

Deniq[ue], ne legis tuu[er]e ardua atq[ue] difficultate auertant, fidei spem coniunxit i legifer sapientissime. Spes enim preuenit minuit uim flagelli. Quomodo equide immortalis uitae & beatitudinis future fides, presentia reliquere & diuina legi parere faceret, si spes nulla illam adipiscendi consisteret? Amplius autem, quis sine spe longanimis, & item usq[ue] in finem perseveras manebit? & quidem sine charitate fidem, non spem, formatam fore, palam est. Daemones n[on]q[ue] credunt, ueruntamen non spe Iacob. 2. rati, sed contemnunt. Qui autem in charitate non est, n[on] utiq[ue] sperat spe formata, que admodum in Enchiridio Augustinus edidit de spe formata, que diffinitur certa expectatio futurae bonorum, ex gr[ati]a dei & meritis prouenientia.

Articulus XV. De charitate.

Porro spem fidei q[ue] charitas ipsa complexitur: sed est naturalis charitas, qua omnia & non duntaxat intellectuales essentia, rationalesq[ue] animi diuinum esse amat & appetunt, quippe fine quo ne in momento quidem subsisteret queunt. Denique, proximi amor est, sed non in deo, dum uidelicet, non ob eum finem ob quem creatus est, diliguntur sed harum dilectionum nulla est gratum faciens. Quicquid enim ex fide non est, meriti est expers. Est igitur charitas quoad actum ex fide & spe proficisciens, qua deus ipse amat, & ob aeternam felicitatem proximus. H[ec] omnium uirtutum prima est atq[ue] altissima, sine qua nulla est actio meritoria, ad ipsam quoque cuncta sunt ordinanda, & ipsi essentiale premium, quod utique dei uisio est, correspondet. Sunt proinde charitatis gradus seu species: Prima communia appellatione, amor dicitur, cuius est ut amato amantem uniat. Secunda autem, extasis est, que amantem in amatum transponit. Divinus enim amor, ut ai Dionysius, extasis facit. Nempe amantem sic in amatum transformat, ut extra se ponit uideatur: Tertia uero, zelus dicitur, cuius est unita atque transposita indissolubiliter colligare. H[ec] eminentissima est rationalis mentis perfectio. Tu autem ob desiderande deus, ob superexaltata mens, ob honoratissime intellectus, qui natu-

Matt. 15.
Marc. 7.

Johann. 3.

Eccles. 10.

Isag. 54.

1. Corin. 2.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI

Iohā. 4. taliter amor es, qui substatiliter charitas es, te a nobis diligisti uolueristi atq; iussisti, sed nunquid ob tui indigētiā non utiq. Quid enim afferet: quid tibi prestabat amor & laus, seruitus & contemplatio procedētiā à te animorum, siue super cœlestium siue mundanorum, qui incommutabilis es, qui perfectus es, qui æternis infinitis & item propriis diuitiis semper exultas? sed propter nos metipos nos te uolueristi diligere, o æterne & superessentialis ardor. Non enim aliter sic sanctissimæ tuæ æquitatis exigente censura, te frui potest mens creatia. Deniq; nihil iustius quam ut ob temetipsum, propriamq; bonitatem, nullo adhuc dilectionis sperato præmio, diligaris. Etenim qui quid bonitatis habet omnis natura, tu ex non es, à te fortata es. Tu quoq; naturaliter bonus es, ideoq; naturaliter amabilis. Præterea, unumquodq; taliter & ad id conuerstiū est, quemadmodum & à quo processit, à tua autem superadorda bonitate, sapientia, charitateq; formata, uniuersa bene dicte opifex deus profluisse constat. Omnia quippe in sapientia fecisti. Deniq; nihil eoz odisti qua fecisti. Nil ergo ad te conuersti nisi per sapientiam & charitatem idoneum est, quod intellectualiter emanavit. Nostra autē sapientia, fides est orthodoxa, in increate ueritatis lumine stabilita, æternæ sapientiae radius, & diuinæ mentis existens riuiulus. Porro amor, fidei forma est atq; pfectio.

Deute. 32.

Psal. 102.
Sapie. 4.

Iohā. 1.
Iohā. 1.

TN quo autem omnium pulchrorum atq; honorum perfecta possesso sita est, hoc uti q; summe amabile est. Bonum equidem est, quod omnia appetunt: & appetitus obiectum, bonum est. Deniq; eatenus est ens omne amabile, quantum de bonitate fortitum fuerit: quantum uero defectibilitatis posse erit, tantum (nisi fallor) uel de obdilitate aut certe non amabilitate adeptū est. Etenim si bonitas limitata est atq; finita, secundum mensuram diligibilis extat. In te autem ò superelix deus, o præpotens dominator, o rex inclite, omnium pulchrorum & bonorum perfecta extat professio: tuæ namq; perfecti omnis finis nullus existit. Es enim ens per essentiam, in quo quicquid ad plenitudinem nobilitatem, ac pfectiōnem ipsius esse pertinet, eminentissime comprehenditur. Non est in te materia determinans, non potentia contrahens, non denique differentia coartans, sed es actus purus, cuius esse liberimum & simplicissimum existit. Enim uero lux es, cuncta illuminans, uniuersa decorans, omnemq; uniuersorum speciem ac pulchritudinem instituens. Et quemadmodum sine solis præsentia, diurnum mox iubar euangelicit, sic utique tuo paupisper ab rebus substracto lumine, omnis prorsus totius uniuersi ornatus ac dispositio, splendor & actualitas labescit atq; tabescit, discolorat repente uultus naturæ, & lumen omne obrenescit, nil amplius amabile, nil desiderabile perseverat. Pulcher igitur es o sanctus deus, & pulcherrimus ipse, cuius pulchritudinis non est finis. At uero omnem supercelitem tu mentem, angelicum omnem animu[m] intellectuali luce uenustas, intelligibilique ueritate fulcis. Tuæ mentis splendor, tuæ lucis quidam candor, omnis creatus extat intellectus in momento, si in cœlo oculi tuae destitueretur claritatis manutenentia, in ipsam nihil tenebrosam confestim prolaberetur, odibilemq; caliginem: sine tuæ perfusione lucis, ueritas nulla eluiscit. Adhuc, naturaliter lux es, & non utiq; nisi æterna, que aliunde illuſtrationem non sufficiunt: nullius autem entis natura in ipso minorata à sui perfectione, pfecta plenitudine esse ualeat: lux ergo tua o ueræ beatæ conditor, omnino splendidissima ē, purissima, penitusq; in circumscrip[ta] deniq; inuariabilis est, & minui nequit. Ideoq; tuæ claritatis superlublī synceritate, lux omnis creata infinite occumbit, incomparabiliter deficit, potiusq; caligo apparet quam lumē. Sol & luna, cunctaq; cœli sydera & omnis ornat[u]s eorum, tui coparatione obnubilari uidentur, & in conspectu tno mundo non sunt. Porro supermundanus uerū illorum animoꝝ Cherubin, Seraphin, atq; Thronorum, omnipotens quoq; tui supercelestis uranicis templi sacrarum phalangarū uniuersus decor & lumen omne, si ad tuæ lucis plenitudinem referuntur, potius hil & tenebrae quam aliud uidebuntur. Præterea, à quo præstantissima nobis bona imparita sunt, ardenter diligenter est: omnium uero naturæ & item gratiæ donorum fons ac pfectiōnem deus ē: ab hoc enim ente dependet cœlum & terra, & tota uniuersi natura: ab ipso siquidem omnibus datum est esse & uiuere, secundū nobile Aristotele. Deniq; uniuersorum ultimus finis, diuina existit bonitas: qua non existente, seipsum subtrahente, nil secundorum desiderabile remanet, immo nec sibi p[ro]p[ri]o amabile censemendum est. Cunctis igitur uehementissime amabilis est, tam utique ob seipsum, quam propter ipius communicationem. Est nepe deus sublimis & benedictus, esse tantu[m], esse p[ro]p[ri]o, esse in se subsistens ac separatum.

Arti

DE MVNIFICENTIA ET BENEFICIIS DEI

246

Articulus XVII. De supernaturali felicitate, ob quam ho-

minem deus ipse instituit.

TAm filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus autem quoniam cum ap[osto]lo paruerit, similes ei erimus, quia uidebimus eum sicuti est. Est hoc omnis creatæ mentis perfectio summa, ut diuine illi increateq; menti, maxime (ut fas est) assumentur. Deus uisus autem cognoscit se sicuti est. Nos igitur tunc ei uere similes erim[us], dum ipsum sicuti est uiderimus. Non potest autem id præsenti uita contingere. Non enim uidebit eum homo & uiuet, iam quippe per fidem proficisci[us]t, atq; per speculum in ænigmate con[tra]tuemur ex parte quoque cognoscimus. Porro, dum uenerit quod perfectum est, euacua bitur quod ex parte est, quod tūc utique accedit, dum cognoscimus quemadmodum & cogniti sumus, contemplantes cum facie ad faciem. Hoc uero quid est, nisi deum per speciū emspeculari, ipsamq; diuinitatis essentiam clare & sicuti in semetipsa est intelligere. Hec est uita æterna, tota q[ui] nostra felicitas, ac ultimus finis, ut te taliter uideamus, o deitas tri-nā, o trinitas simplex & una, unum uerum deum, ex quo, in quo, & per quem omnia. Hoc tuæ munificencie donum est, o larga diuinitas, ut nobis nedum cum angelis beatitudinis æqualiter promitteres. Erunt (inquietus) sicut angeli dei, sed cum superexaltata quoq; tua deitate, uisionis similitudinem spondere præstare, o dignareris, utiam sit homo p[ro]gra-mam, quod tu es per naruram. Quæ est o supersublimis deus nostra substantia, quæ di- gniitas nostra, ut tam intime, tam uicine, tamq; immediate, æternae luci & essentie in- comprehendibili, humanam mentem unitre non despiceres, ut te per speciem uideat, per es- sentiam intelligat, & sicuti es clare concipiatur. Non est equidem, ni fallor, in hac uisione be- atifica inter mentem contemplante, & te deum contemplatum forma media, à te atq; mente cognoscente distincta. Etenim perspeciem creatæ nequaquam (ut opinor) per essen- tiā uideri uales. Infinitè nempe ab altitudine & sinceritate superuuentis tuæ substanciæ, creatæ omnis forma occubit, distat, & deficit. Hincq; ad equata similitudo, idoneumq; ex emplar, & ratio sufficiens ipsam tuā essentiam sicuti est agnoscendi esse nequit. Nō enim eam reprezentare efficax est. Per incrementā igitur id speciem contingere restat, quæ altera quā ipsa tua essentia consistere nequit. O fontana sanctitas, fons omnis sanctitatis & uniuersæ æquitatis mensura atque principium. O diuinæ naturæ largitas & amor, quæ se sic totaliter electis intellectibus contemplandam, diligendam, possidendam atque fruendam præstat, itemq; sibi creatos animos sic indissolubiliter coniungit, ut per eandem speciem, qua deus ipse se cōspicit, mens quoq; creata deum benedictum agnoscat. O infinita & in-excoigitabilis æternæ maiestatis dignatio, dum tam propinquæ, in d[omi]n[u]m sic immediate creato-ri creatura cōiungitur, quoru[m] utiq; natura, dignitas & ordo incomparabiliter prorsus di- stant, bonitas se cōmunicat, amor uero coniugit. Deniq; felicitas h[ec] supernaturalis omni- no est omniæ uirtutem creatæ transgrederi, ad quam per supernaturalia dei dona perue- nire mens ualeat. Beati qui habitant in domo tua domine. Beati utiq; & beatus nimis, quæ elegisti. O infinita reprobæ mentis miseria, o reproboram & te deum in honori ueritatis hor- tenda infelicitas, negligenter, deplangenda ac abominanda ignobilitas, dum ob inanem transeuntēm p[ro]p[ri]etatem p[ro]fessionem atq; libidinem, h[ec] æterna & præstantissima, h[ec] supernaturalia & diuina bona deferunt, dum tantæ dei largitati & charitati ingratia sunt, ab horum me secerne collegio. O deus æterne, o hominum salus atque amator, o admiri- rabilis princeps & dominator omnipotens, illustra & conforta me! O uirtus & sapientia dei, ut in te sapiens stabilius q[ui]xistens, tantam hominum dignitatem, tuamq; clementiam & amoroſam largitatem indefinenter attendam, & digne secundū hoc coram uultu tuo Mich. 5.

Psal. 88.

I. Corin. 15.

Psal. 26.

Rom. 1.

Mich. 5.

Articulus XVIII. Quod uita Christi sanctitatis mensura fit & pfectiōnis exemplar.

Ego sum uita, ueritas & uita. Tu utique o pulcher dei unigenite, imago patris & fi- gura substantiae es, uia es per quam, ueritas in qua, & uita ad quam gradimur. Tu ostium, per quod si quis introierit, saluabitur: denique, tu ueritas, & qui ex deo ē, Iohā. 10. te audit. Propterea nempe te mundus non audit, quoniam ex deo non est. Tu q[ui] pelux mundi es: & qui sequitur te, non ambulan[t] in tenebris: sed in tenebris te nō co- gnoscit, quoniam in propria uenisti, & tu te non receperūt. Nā lux in tenebris lucet, & tene- brae eā nō cōprehenderūt. Es insup[er] sempiterne p[ro]p[ri]a filii uita. Sicut em p[ro]p[ri]a habet uita in se Iohā. 5. 6. metipso, sic dedit & filio uitā h[ec] in semetipso. Præterea, q[ui] uerbū tuū audit, & credit ei qui misit

misit te, habet uitam æternam. Hęc est autem uita æterna, ut cognoscamus patrem, in parente, & item in utroq; supersanctum utriusq; commune profluum spiritum, sanctum, unum solū, uerum, uisum & omnipotentem deū. Nunc igitur d anima, d dei ima go, d rationalis mens, si Christi discipula, si eius initatrix uite effici satagis, eam quā in car ne conuersationem duxerit, infatigabiliter speculare, atq; pro uiribus sequere. Ipsius egredem uita in Christiana religione prima est: In omni uero ordine primum, metrum est ac mensura posteriorum; & quo primo illi uicinus quid extiterit, tanto omnino perfectius censendum est. Ideoq; quo uita sancti & benedicti, dulcis & amandi Iesu, cuiuspiam fuerit uita similior, eo sanctiore & item nobiliore eam fateri par est. Reminiscere igitur uitę domini tui, dei tui, salvatoris tui, cōditoris tui, & eius in quo tota tua salus locata est. Et quidem de ipso tuo crucifixo Iesu id(ni fallor) in primis innotescit, qniam ipse qui de ete no supercluitq; patre æternaliter profluxit, ex mortali paupereq; est in seculo matre edicatu processit ex utero mulieris, qui ex corde manauit dei patris. Deniq; natus pannis involuitur, atq; in præsepio rex gloriae, princepsq; uniuersorum reclinatur. Circuncidit quoque, qui totius est fontana sanctitatis origo, qui culpe neficius est, & naturaliter sanctus extat. Sed & immolatur in templo, quem sacrificium laudis honorat, qui uere adoradus est, quem omnis decet honor & gloria. Porro tyrami declinat uesaniam, in cuius conspectu celum & terra contremiscunt, pro quo contra insensatos orbis terrarum pugnaturus est, à cuius utiq; ira uirtutes celorum mouendae sunt. Demum, parentibus subditur, qui uocata ea quę non sunt, & obediunt ei tanquā quę existunt: cui uniuersa paret natura, quem omnis quoq; super celestis altitudo ueneratur, in matre subiicitur, qui deo patri & qualis est, quem dominationes adorant, tremunt potestas. Prætere a prædicans, qui sui uisione angelicas mentes felicitat, ab impiis calumniatur, ab insensatis deridetur, propter nos lassatur & sitit, tentatur & elurit, sudat, dormit, atq; contremiscit, demoniacus perhibetur, à q; uerissime spiritu sanctus emanatis fertur gulofus, qui ueritatum protoplasto cibum inhibuit, iniquitatis fautor censetur, qui iustus est dominus & iustitas dilexit. Verum dum temporis existit disposita hora, turpissima amarissimamq; morte dominus uirtutum & item sanctus sanctorum, interemptus est; qui uerus est dei filius, itemq; uerus deus, blasphemans damnatur. Autibus denuo celinidos, uulnibusq; terrae habebitus soueas, non habent uenitus dei ubi caput reclinet. Sed & uetus est non habēs speciem neq; decorum, qui eam quam habet pater pulchritudinem, ab eodem æternaliter sortitus est. Etenim secundum illustrē Hilariū, species ē in imagine. Iā nunc qd in cunctis his d diuina anima, nisi extinctionem & paupertatem, nisi obedienciam patientiamq; dei & domini tui compreserit. Hęc tibi secunda defertur, haec uero actu edocuit. Enim uero quo illi in his conformior effici te contigerit, eo certissime sanctior p̄stantiorq; statueris, quo autem ab illis uehemētius declinaueris, eo uilior efficeris, & à uero recto beatitudinis calle gressus ampli⁹ deflectus.

Articulus XLIX. De passione unigeniti, & cur talē preelegerit.

O Blatus est quia uoluit. Unigenitus nāq;. Nemo, inquit, tollit animam meam, sed ego pono eam. Sed cum ob infinitam præstantissimamq; tui dignitatem d alii sime Christe, unius utiq; minimi stillicidiū sacrū tul sanguinis effusio, totius erat mudi soluere delicta proflus efficax, omninoq; idonea, cur utiq; turpissimamq; amarissimam mortis specie subire maluisti, his ut reor, ex causa. Primo quidē, ut quām fit grauis peccati transgressio, insinuetur, ob cuius remissionem, tam sensit sanctus sanctorum penitatem. Secundo, ut diuina Christi charitatis nobis ardor pataret, dū propter nos semet taliter impedit, ut nil sibi quod non pro nobis posuerit, reseraret. Tertio, ut nostræ insufficientiæ auxiliaretur, passionis sua tantæ nobis merita augens & communicans: nobis quippe, non sibi meruit. Quarto, ut patientiae fortitudinisq; referaret exēpla, quibus ob futurę felicitatis amore prosperamundi despiceret, atq; nulla eius aduersa formidare animemur. Quinto, ut obedienciam commēdet, factus obediens patri usq; ad tam horribile passionis genus. Veruntamen cum maiorem hac dilectionem nemo sortitus sit, ut animam suam pro alio donec, rursumq; eo uehemētius, ni fallor, comprobetur diligere, quo penaliorum mortis maneri subire non renuit, intēte pro uiribus intuere d anima, quę utiq; pro te unigenitus dei pertulerit: & quidem id in primis elucescit, quod cū optimæ harmoniæ, & item proportionatissimæ cōplexionis extiterit, quippe qui expurissimis sacræ uirginis sanguinibus natus, atq; uirgineo castissimorum ipsius uberum latet fuerat enutritus, & dirissima plurimamq; quibat perpeti, & nihilomin⁹ minima illi laesio pce-

penalissima erat, quemadmodū equidem fortissime, sic utiq; & tenerrimæ quoque naturæ subsistebat. Iḡt memoria memor sum, & tabescit in me anima mea, d bone lefu, d summe Christe, d naturalis æternęq; dei unigenite, dum mortis tuę circumstantias ac ambitum contemplat, nempe aitē diem festū Paschæ sciens tu d sancte salvator, quia instar et præordinata ab æterno hōra, qua filius hominis esset in manus peccatorum traditus, a discipulis paulisper elongatus, omnemq; tibi instantis passionis amaritu dinem qualitatęq; lucidissime sciens atq; contemplans, sed & propriae teneritudinem naturae attēdens, factus in agonia, prolixius orabas: in ipsam quoq; terram te prōcedente, factus mox est sudor tuus sicut guttae sanguinis decurrentis in solum. Per hanc te d amande Iesu, sanctæ tuæ ani mæ angustiam atq; timorem precor, ut formido tua non me terreat, neq; sempiterius me horror comprehendat, omnisq; procūl à me inordinatus moror abeat, & tui quoq; nomi nis sanctus ac filialis me amor possideat. Deniq; ab angelo confortatus, à ministro in qua, itemq; tua creatura, confolamen sortiri non abominans, hostibus tuis (pro quorum etiam salutē pati uoluiſti atq; uenisti) obuiam profectus es: confessimq; uelut latronem te ligant & circundant, cauteq; ducunt, & se penitentis in hora illa tenebrarum fatigant & satiant. Ipsas quippe illas tuas sanctas ac uenerabiles manus dire contemptibiliterq; uincunt: oculos insuper tuos uino pulchriores, & nunc certe sole splendidores, scelerati uelatunt, illudentes tibi, & conspicientes in te, uenerandam (ut opinor) barbam euellentes, & honorabiles capillos uiolentissime incēstis reprobisq; manus eduentes. Deniq; percutiunt te atq; blasphemant, & amplius quam actimari ualeat, totis suis praecordijs uispendunt. Verū tamen faciem tuam non auertis ab increpantibus & conspuētibus in te: de disti maxillam percūtient te, & opprobis saturatus es. Potro, ueritatem falsis, te dei filium, inuidicijū dicem profans, reus ab uniuersis mortis proclaimatis, tu utiq; q claves habes uitæ & mortalitatis, qui occidis & uiuificas, & in cuius ore dulos inuentus non est quippe qui substantia ter sanctus es. Demum, presidi ligatum confutumq; te præsentant, irridet te, albam te in duens uestem rex sceleratus, qui utiq; es sapientia patris, qui uniuersorum ordinem instituisti, & in quo sunt omnes sapientia itemq; scientiae thefauri absconditi. Praes infuper d sancte domine te nudat, ligat, atq; flagellat, qui dīs lumine suo uestis, qui lumine uelut uelutimento amictus es, & qui proprii cuncta perfectio[n]ibus adoratis. Nudaris propter me domine mi & deus meus, qui angelicas mentes immortalitatis stolam in ipso seculoq; ex ordine induisti, uniuersosq; supersplendentis tuę mansions felices in colas, beatitudinis splendore uestis, gloria eos & honore coronans. Cōfestim autem facinoris ministri ipsam tuam uirginę & tenerrimam, nobilissimam ac uiuacissimam carnem sic diris flagellis uulnernat atq; dilaniat, sic lacerm cruentamq; efficiunt, ut iam non sit in eanis tumens lior, nisi uulnus & uulnus, nullaq; prorsus sanitas, sed defluens iudicij rubicūdus ille tuus p̄fectissimus sanguis, sanctum tuum corpus à planta pedis usq; ad uerticem capitis cruore perfundens: denique, uniuersa spectante cohorte, te summo cum contemptu regem formant, longas acutissimasq; & item multas adorando tuo capiti spinas uiolentis iustibus profundissime imprimunt, purpurā induunt, lcepstrū apponunt, tecj̄ superbenedicte dei unigeniti uiolissimi illi canes cum illusione adorant, consputant, atq; percutiunt & continuo aut ex sacro capite sanguinei riuu emanant, oculos uultuq; sanguinolenta rubedine humectantes. Iam uero Iesu bone decoris tuus uultus pallore & incrore, sputo & sanguine, pcussione & angustia, sic deformis & à propria specie alienatus ē, ut agnoscit uix queas. Egrediescitur denuo e prætorio, portans spineam coronā & purpureū uestimentū, statimq; te conficit anatissima tua uirginę & dulcis genitrix, cuius præ amaritudine cor penē scis sum est, sed & præ dolore defecit atq; in semetipso contabuit uiderit quoq; te inicq; Tolole & Crucifige insonantes. Tandem igitur baiulans tibi crucem, cum latronibus eductus est trāfixisq; manibus & perfossis pedibus crucifigeris, & cum sceleratis reputatus es, at que in illorum medio erectus felle quoque potatus, inclinato capite spiriti emittis, mox carniturs copulandum.

Articulus XX. Quod stultam fecit deus sapientia huius mundi.

Q Væ abiecta sunt mundi, elegit deus, ut confundat fortia. Deniq; mundi sapientia bifomiter (ni fallor) intelligi ualeat, ut puta inuidate carnaliterq; uiuentū, & item philosophica illa naturalisq; philosophorum theoria. Ut rāq; aut stultam fecit deus. Prima quidem non nisi præsentia cogitat, neq; ea quę spūsunt sapit: ideoq; dominica ei non sapit passio, neq; cruciformiter Christum assēquī molit. Por-

Iohā. 12;

Iob. 18;

Mat̄. 27;

Luc. 23;

Iohā. 10;

Luc. 22;

Isaia 50;

Iob. 16;

Thes. 3;

Marc. 14;

Apoc. 1;

I. Reg. 2;

Isaia 55;

Luci. 11;

Iohā. 16;

ro, naturalis philosophorum theoria seu scientia, neq; originē neq; finē humanae nouit propaginis, immo nec institutionis huius ei maneret innotescit. Vnde consequē factum est, ut humanae quoq; beatitudinis media, quibus illam sortiri accidit, ignoret. Quis namq; eoz protoplastorū quemadmodum sit instituta molitus speculatorus est: quis naturalis in illis concreationem iustitiae: quis diuinā praeuaricationē in fusionis intueri quiuit? cui hoc innotuit, qd diuinatis per specieū uisio, hominis finis felicitasq; consideret: Mundū ab æterno fuisse, à primo tamē processisse principio, Plato & Aristoteles opinati sunt: deum quoq; per esse tiam à creatis posse contemplari intellectibus, omnis illa philosophorum categōria penitus sensit impossibile. Cumq; Christi incarnatione & mors ad amissē ordinetur reparationem illis ignotae beatitudinis, non utiq; mirum, si deum in carnatum paſsumq; fateri, eximis arbitrentur dementiæ: nempe ad naturalem quam ipsi duntaxat asserunt felicitatem, ex puris suis naturalibus hominēs astruunt pertingere posse. Horum itaq; sapientiam deus stultitiam reputat, non quasi id quod scientiæ ueritatis est, illoq; diligentia complexa est stultitiam aut uanitatem, simpliciter & absolute existimet. Omnis namq; scientia de numero bonorum honorabilium censenda est: philosophica quoque theoria, diuini est se eternitatem, simplicitatem, perfectionemq; & plurima uera atque subtilia scrurata est & intuita. Veritatem, qm̄ dum deū agnouissent, nō tanq; deū honorificauerit, neq; sua recte uis sunt sapientia: sed quā fidei subdere debebat, p; hac se illi obiecerit: supnaturali qd philosophia, naturale oēm parere notitiā parē, rezq; creatiōe notionē ad diuinitatis contemplationē cōgruit reducere. Rursus, stulta fecit deus mundanā sapientiā, dū id qd illa tam impossibile ediderit, p; simplices humilesq; sui ministros tā multiformē egit: Diuina, em̄ virtutē nil supra regē naturā ordinēq; posse, fassi sunt: qd tūc oīpotē & immēsus deus, reprobavit, dū oēm rezē naturā suis subiectis, atq; p; hoc p; abiectos mūdi, orbē sibi suq; fidei tā incōprehēsibiliter substrauit, credulūq; cōstituit (hoc ut reor) est qd diuinus inducit. Apostolus: Nos, ingens, p̄dicamus Iesum crucifixū, Iudæis qd scandalū, Gētibus ue-

Articulus XXI. De congruentia modi passionis Christi.

(to stultitiae.)
Quā magnificatasunt opera tua domine? nimis profundæ factæ sunt cogitantes tuæ. Omnia quippe in sapientiā facti. Veruntamen uir insipiens non cōgnoscit, & stultus non intelligit hāc. Si igitur sapientissime deus, dū p; uerū creator, oī infallibilis domine, nihil omnino ortum est in uniuerso, cuius nō aperte legitima ratio praeuisa est, si omnia in numero, pondere & mensura constituiti, si coelū terramq; sapientialiter suauiterq; gubernas, si in super de ipso quoq; malo, bonum praeuenire facis, atque per hoc ea que bona sunt, uehementius splendidiusq; uenustas, nunquid eorum in teipso assumptū, fecisti, & item sustinuisti, quippianū fine idonea efficiacitate ratione peregitisti? Nefas est id, opinor, suspicari. Sed quis nouit sensum dominii? aut qd consiliarius eius fuit? Veruntū, qm̄ signatū est super me lumen uultus tui dñe, atq; de ipsa uale ge utq; docuisti me, qd illustrās dederis, nō utiq; abscondā. Es quidē oī hoībus amāde, amplectēde, semp̄q; contrē plan de dei unigenite in carnatus, ut nos bestijs cōparatos deficiāres, ac angelis coequares: post hēc in terris uisus es, & cū hoībus cōuerstas, ut supnum dani nos tui cōtubernās incolas ineterētū efficeres. Porro ut uniuersalē ppetuālē mortem destrueres, temporālē sortit̄ es interitū: fed qd tā multiplex tormentorū genus subisti, hinc (nifallor) cōfigit, quatenus om̄e illud diuersumq; infernaliū à nobis agmē suppliciorē tolles. Ibunt agp; niū ad calorē nimiū. Ignis qd, sulphur & spūs, pcellaz, p; a/s calicis eoz, et emīllīc terra tenebrosa & opta mortis caligine, terra miseriē & tenebraz, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Deniq; Iesu Ch̄rē pauore & formidine cōtabuisti, ne nos iudicēt eternī timor opprimeret, ne inferoz horror deglutiret, ligatus qd es, ut nos uinculis facinoz uinctusq; démonū absoluere, ut uincitos educeres, utin cōpedib⁹ manicisq; ferreis alligādos liberares, ut ligatis manib⁹ & pedibus, in extēriores projicēdos tenebras redimeres. Proinde uinctus duci uoluisti, quatenus à gehēnālē nos in tenebris abstraheres: illudi, cēdi, & cōspū dignat̄ es, ut à demonioz nos in proprio subsannatione p̄perires: uelari autem in oculis carnis, ut mentis nostræ reuelares oculos: blasphemiam quoq; ferre placuit, quatenus ab eternā illa barathri erepti blasphemia, uerū summa deitatis cōfessores ueneratoresq; efficieremur. Insug præsidē tam in honeste p̄sentari tulisti, ut tuo nos tribunali offeramur placētes itēq; honesti, & ne nos iudicialiter dānaremur morti instar inq; dō sancte sanctorum adjudicari nō abnuisti, atq; ut nos q; pr̄fus stolidi extītūs, insipitib⁹, utiq; iumentis cōparati, uerū tu, cōstitueremur cō-

Psal. 107.

Sapiē.

Psal. 40
Rom. 11.
Psal. 44.Iob. 24.
Psal. 10.

Iob. 10.

sortes sapientiæ. Irrisus es, & alba ueste indutus es, ut honoris & gloriæ nos operiamur in dumenio. Porro toto corpore flagellari lacerariq; tolerasti, quatenus caro nostra quæ totū infēcta erat, à dignis redimeat uerberibus. Illusorū quoque tē regem statuunt, & spinis sacrum caput coronant atque transfigunt, quatenus æterni nos regis filii consti-tuti, eternāliter regnem, diademāq; regni de manu dei fortiām. Sed & sic populo p̄fē-sentari sustinuisti, ne utiq; nos æternō iudicēt cum cōfūsiōne atq; rubore p̄fēsentaremur. Demum, baulans tibi crūcem existi, quatenus onus peccatorū super nos grauiter grau-rum, nē nos in tartarea loca proiceret, cōbuscionisq; materiam p̄ceberet, à nostris hume-ris tolleret, tuisq; ferres ac tecū crucifigerest: ligno proinde affigeris, manibus pedibusq; transfixis, ut qui in ligno uincēbas, in ligno quoq; uinceret utemq; ut culpā quam pedi-bus p̄p̄rando, manusq; protoplastus ad prohibitum cibūm expandendo ipse meru-it, tu sancte innocensq; agnus dei luctes atq; deleres. Amplius aut̄ factus es, p̄ nobis patibū-lum subiēc̄tus, quatenus maledictus benediceres. Cum facinorisq; quoq; compū-tatus es, ut fors nostra in cœlis, portio p̄ in terra uiuentium cōsistat. Dēderūt p̄terea in escā tua fel, & it siti tua potarunt te acēto, qd hinc tolerasti, ut cœlestis tuę mensē nos par-ticipes, constitueres, atque à tartareo felle absinthioq; liberares per dignissimam quoque tuā passionem, & eius p̄stantissimam sanctitatem uniuersū mūdum uiuificares, san-gueineq; tuo laitaires atq; mūndares.

Articulus XXII. De quibusdā supernaturalibus diuinā munificentie do-

nīs, quibus homines uehementer deificati sunt.

Quid retribuāti domino pro omnibus quæ retribuit milii? Vehementer nīmis ut cerno, honorasti sublimatiq; nos dō sumū dei uirginē, dō Iesu bone atque excelse. Nempe quod unī humanæ speciei personæ contulisti, omnibus quo-dam modo ob eam quā in sp̄cificā natura unitatem sortiti sunt, communicās fe uideris unde quemadmodum uno cadente cūcti cecidimus, & item uno satisfaciēte Gen. 21 redimimur uniti, sic(nifallor) uno à te supernaturaliter sublimato, ipsam utique natu-rām ac eius om̄ia supposita, honorationē dignitatēq; quandā adipisci constat. Deni qd tam naturalē, qd in bonis consorti natura cōgaudere, atq; innocentibus cōtrita-ri, rūfusq; cum ex similitudine proficiscatur dilectio, naturæ participēm specieisq; cōfor-tē diligere par est: similitudo autem unit, dilectio quoque communia efficit cūcta. Elu-cescit ergo, ea quæ uni hominū impartitasunt, uniuersis quodāmodo forte cōmuniūlā. Ideoq; nō duntaxat dō supersancte deus, sup his gratiæ infusionib⁹, quas ipse à te sortitus sum, grās exhibere obligor, sed de orribus qd tuis donis, mez naturæ participib⁹ a tua suplārgā bonitati cōmunicatis, id ipsum aequū est efficere. Et quidē in primis ab origine ordini cōgruit: hoc nē pē quid est, qd protoplastos cum originali iustitia creasti, in paradi-so locasti, atq; immortales, & ab hac uita ad eternitatis beatitudinē profectuōs, si nō trās gredērēt eodē molitus est: supnaturalia sunt haec, in om̄neq; transferenda sobole exitiē-rant, nisi culpa intercessisset. Quid aut̄ qd ea protoplastus perdidit, nosq; illis deſtituit: nō em̄ ex te, sed ex ipso nostrī libertatis adhēsione atq; voluntatis cōfēnitū processit p̄e di-ty. Nutquid iero ob nostrā negligentiā ip̄i tūc munificentissimā p̄estātissimā bo-nitati est exhibēda ingrātitudo? Deniq; omnia subiecta cōsiderat, bestijs terre, & p̄scib⁹ maris. Insuper cœlum & syderā in Gen. 2. ministeriū cūctis gētibus cōdidiisti: sed his utiq; sublimius ualde cōsēndū est, qd ipsas etiā angelicasmētes ac sup̄celestes intellectus in hominū custodiā ministrerūm̄ operatus es. An nō oēs administratori spiritus sunt? Nōnē uni ex nostris dictū est, Cōseruā tuus sum atq; confrater, & illorū qui in Christo sunt: Demū, patriarchas prophētasq; statuisti, i. Cor. 12, ex qbus p̄ p̄t quos te forē incarnandū pollicitus es: his tua secreta & que naturaliter pa-tete nequeunt, reuelasti: hūc puerū, hūc amicū, hūc electū, hūc seruū, hūc alioy de-um (Moyen loquor) appellare dō superexaltate & supādorāde dominator dignatus es. O mira inexcogitabilisq; dei clemētia, quid equidē est homo, quid hēc immortalis natura, cor Psl. 8. poralisq; substatia, ut sancti, immortali, simplicissimi creatoris puer & filius, amic⁹ & ele-ctus nōminet? Veruntamen de uno ex nostris scriptū est, Et obediuit deus uoci hominis: Deut. 10. Exod. 7. Itēq; de altero, Ecce constituit te deū Pharaonis. Sed & de oībus nōbis, Dedit eis potestātā Johā. 1. Matt. 6. tem̄ filios dei fieri. Ideoq; altissimum precari orsi, cum fidūtia de promissus: Pater noster qui es in cœlis, deū & iudicēm nostrāq; creatorēm patriē appellātes. Dēmū, dō superadmi-rande deus, dō om̄iu sapientissime gubernator sup̄glublīm̄ tūc bonitatis dōna ēatenus lar-

V z ḡtēt

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI

Ceterum tamquam super effluenter hominibus impartitus es, ut de ipso omnium gratiarum fonte sancto utique spiritu scriptura prohibeat: Spiritus (inquietus) nondum erat datus, quia IESVS neicum erat glorificatus: nempe dudum certe datus (nisi fallor) exitit, qui loquutus est per prophetas, qui Moysen erudituit, qui beatissimum David induit, suumque organum efficit, qui ipsius quoque Jeremiam in utero sanctorificauit: ueruntamen in ea nondum plenitudine ipsius ab hominibus gratia participata fuisti, ut adueniente & item in carnato dei unigenito, nondum tamuisibiliter, nondum tamen exuberanter communicari dignatus es: alius ille uere que adorandus paracletus. Deinceps igitur apostolos operatus es, quorum tementibus ad instar soni uehementis impetusq; fluminis, omnem eis linguam sancti q; sapientiam erudiens. Amplius uero, si dolum corda tanta fidei flamma, tanto que tuae & uere superaltissime uniuersorum confervator atque plasmator, charitatis ardore uulnus rasti, ut pro deo nedum sua, sed & se quoque in omnem cruciatum sponte impenderent. Electis tuis multiformem gratiam largitus es, huic uirginitatis castitatem, illi anachoretoes perfectionem tribuens: hunc confessione, illum sacerdotio adornasti. Porro, alteri sermonem sapientiae, alteri uero scientiae, & item signorum ac prodigiorum: alteri potestatem praeficitis: hunc spiritu uaticinandi implere, illi autem cordium arcana reuelare dignatus es: hunc fidei fortitudine ac zelo, hunc spei longanimitate eius certitudine uehementer roborasti: uulnerasti hunc charitate tuae sanctissima, & omnium praesentium temporaliumque contemptum ac derelictionem alijs donastis: illum mititate atque clementia, istum humilitatem atque patientiam, & item stabilitatem ac obedientiam, hunc tam singulariter splendore fecisti: deuotione hunc praecepimus, hunc contemplatione profundum, hunc morum honestatem compositum, lumenq; statuisti. Præterea, ceteris hunc prexulisti, ut alios quoque erudias, atq; ad te reducas. Alium synceritatem cordis pacemq; mentis, & in sancto exercitio tuoq; ministeris feruentem fecisti. Alterum præ reliquis discretum, & alium ceteris eminenter exemplarem operatus es. Zelo insuper salutis proximorum ac religionis augmenti quosdam tam mirabiliter constituiti accensos. Hec omnia ð bone IESV, ð inscrutabilis ueritas, ð incircumscripribilis splendor, tuus spiritus efficit & praeficit, cum tamen ipse idem utiq; & simplex incommutabilisq; perseveret.

Articulus x xiiii. De ineffabili dignatione spiritus sancti in eo quod tam super effluenter humanis dignatus est metibus dari atq; infundi.

Fecit autem deus hominem ab initio rectum, originalem ei concreando iustitiam, per quam sine difficultate & pugna, caro spiritui, sensus rationi, ratio quoque in cunctis deo parebat. Et haec quidem originalis iustitia supernaturale donum exitit, eratq; ea in uniuersam primorum parentum posteritatem transfundenda, si transgressus non fuisset homo protoplastus. Denique, tota uitus iustitiae huius ex ordine depen debat rationis ad deum, ideoq; ratione per inobedientiam à deo auersa, facta est caro rebel lis spiritui, pars quoque sensitivæ rationi. Vnde motus & affectiones, que in appetitu sensitivo inferioriç; parte hominis insurgunt, passiones uocantur, & uitutes ideo impeditre dicuntur, quoniam rationis lumen iudiciumq; obtenebrant ratione autē obnubilata, actus uitutis quoq; ex directione rationis dependet, impeditur. Enimvero cū operationem unius potentia uehemens occupatio circa alterius potentie operationem impedit, ideo impetus passionis rationem obducit, ne debitum finem rectumq; dictamen consideret; & q; fuerit uehementior passionis incursum, eo rationem magis à luce ueritatis excusat, bestia lemī hominem efficit, ita ut in instar bruti illuc feratur, quod passio irrationalis impellit. Propterā tam secundum philosophos quam theologos, ad hoc totum studiū rationis est uerendum, ut passiones sibi subiectas, ne inordinate infuriant, & si insurgunt, ne in actum irrefrenare procedant. Nempe ut princeps philosophorum nos docet, passiones secundum se nec laudabiles nec uituperabiles sunt, quoniam à natura insunt, & propter ea qua à natura habemus, non laudamus nec uituperamus; & neq; primū motus, qui pure naturales sunt, nec in nostra potestate consistunt, culpabiles sunt; porro, si ratione moderarentur, laudabiles sunt; si autem, culpabiles erunt, quemadmodum de motu ira uidemus. Poteſt nāq; ira bene ac male assumi. Igitur ad hoc ut ratio passionibus dominetur, in primis quidem necessaria est magna prudētia, cœta cognitione, & inter bonum & malum uera dilectio. Verumtamen sola cognitione non utiq; sufficit, sed & ipse insuper uitutes habituales extremitatibus passionum, uidelicet et excessu atq; defectu, oppositæ exiguntur. Non enim ad refrenandā iram sufficit cognitione quomodo ira moderanda sit, sed manuētudo quoq; requiritur, cognitione autem præexistit, ut per eam habitum uitutis sortiri conetur. Itaq; si in ipso exordio antequam boni malitiae discretionem habemus, malo resistere non ualeamus. Dum autem discretionem habemus, si malum non uitamus, trāsgredimur. Cum autem uitutibus ad ipsiæ studia incipiimus, in principio sepius inordinatos passionum impulsus sentimus: quo autē magis proficimus, eo rarius atq; debilius talia patimur. Ut uitutibus uero adeptis, uel non infuriant, aut si oriuntur, sine difficultate pelluntur. Itaq; si lumen rationis in nobis forte est, infuriantur ortus passionum cito aduertimus, eadem spernimus, dientes inter nos. Eni inordinatis summa motio, in praua affectio, in contemptibili passio. Et qui sic agere potest, signum est quod lumen rationis in ipso forte est, passionibus dominans, uitutibus formatum. Si autem peccata passionesq; dominantur capiti nostrot, & si in ipso passionum feruore ac impetu taliter eas aduertere & reprobare ne quimus, saltem præsentि tali cessante incursum, erubescamus, ad rationem redemus, eiususcum dicio acquisentes, de præterito malo pœnitamus; & denou, ne in simile malum in futu rum illabamur, prouidi circumspecti simus. Etenim sic agere, est uitutibus rite intendere, atq; ueraciter studiolum esse. Tale autem conuenit ut quisq; ad illarum passionum reformationem constantius laboriosusq; impendere egeret, ad quas uel ex harmonia naturæ, uel certe ex pessima confuetudine proniore se sentit. Nempe quo huius sanctissimi studij maior est labor, eo fructus erit copiosior, atq; honor sublimior. Omnia enim magna uolētia est necessaria, & in ipso conamine multa pœna, sed cōsideratio fructus & spes præmij horrorem tollit laboris, & uim flagelli diminuit. Circa præinducta autem expedit facire, q; peccatum voluntatis contingit duplicitate secundum Aristotelem in Ethicis, uel ex passionis inclinatione, ut iam explanatum est, uel ex certa malitia, que utiq; corruptiva est finis, ut quæ propter habitum uitiosum quod infeliciter inuolutus est, ex electione præfisinis peccat. Quemadmodum habituatus luxurie habitu, in ipsa delectatione Venerea fine sibi constituit, eamq; non propter passionis uigorem, sed propter seipsum desiderat. Et taliter peccans secundum Philosopham VII. Ethicorum, impenitens dicitur: secundū theolo-

DE DISTANTIA PERFECTIONIS DIVINAE ET HVM. 259

ologos uero, induratus: sed primo modo peccas, passione cessante, celeriter penitet.

Articulus xx. Quod licet deo propriū sit, ut proprium honorem & gloriam à creaturis requirat, uicissim tamen hominibus fas sit, ut seipso collaudent, & impēium honore æquani miter ferat.

Cum rectitudi uirtutum in cognitione ueritatis fundetur, secundū præhabita, sicut diuinus intellectus uere agnoscit solum deū à seipso summe bonū & sanctum, sic diuinā quoq; iustitia exigit, ut solus deus diligatur, & honoretur propter seipsum, nichilominus nec ueritate nec humilitate obstante, potest interdū homo seipsum honorabile esse tam uerbo quam factō ostendere, debitumq; honorem exigere. Et huius quidem exemplum in Christo, cuius tota uita est nostra doctrina, præcessit. Nempe cū quandā curasit, eidē præcepit: Vide nemini dixeris, alteri uero, quē sanauē rat. Vade ait, & narra quāta tibi fecerit deus. Cōformiter qñq; in regē à populo eligendus clam fugit; opportunō autē tempore principibus Iudeorū populū ipsum regē esse clamant, indignantibus respondens: Sinite inquit eos. Dico enim uobis, quia si hi tacuerint, faxā Iohā. 18. clamabunt. Sic quoq; quemadmodū dixit per prophetā: Ego autē sum uermis & non homo; atq; per seipsum, Filius hominis non habet ubi caput suū reclinet, sic etiā de se per prophetā locutus est. Et adorabat eum oēs reges, oēs gentes seruerit ei. Et p seipsum, Ego inquit, & pater unū sumus. Et Pilato, Regnum meum (ait) non est de hoc mundo. Et denou al fert. Ego sum lux mundi, pluraq; alia. Aduertendū est itaq; q; secundū superioris exigentiam atq; imperiū, inferiora operari moterūq; debent: cū ergo charitas sit omnium uitutum regina & finis, ideo secundū charitatis exigentia, cæterae uitutū op erationes exercēt, exhibendaeq; sunt. Porro, cū eadem charitate gratuita diligamus deum & proximos, sicut diuinā charitate exigimur deū super oīa diligere, sic charitas fraternalis requirit, ut proximos amemus tanq; nosipos; qui autē alium diligat sicut seipsum, illius quoq; profectum sicut & propriū optare procurareq; debet, ut potest. Cum ergo absq; diuinis honoris iniuria & item propriæ detrimēto salutis confratris succurrere ualeo, exigit charitas ut sic agam. Cumq; opera & exempla simil iuncta magis audiēti pro sint quam nuda uerba, potest plus exhortator, inq; debet confratris gratiam atq; misericordiā, bonaq; opera que à deo forūtis est, aliquid ad dei gloriam humiliiter pädere, quatenus in audiente fidē adaugeat, spemq; confortet, & ad similiū moueat. Hoc enim sanctissimi uiri, ipse & diuinis simus Paulus ubertim ut scripturæ eorum testantur fecerunt. Verūtamen hæc propriæ gratiae publicatio circumspecta esse debet, & ab omni uanitate immunis. Denique, triāni fallor in ea pensanda sim, uidelicet qualitas propriam excellentiam (id est gratiam) manifestans, conditio eius cui aperitur, & intentio finis. Si enim ipse manufactans nondū in anis gloriae proclivitatem euāfuit, laqueum sibi tendit, dum se commendabilē referat. Rursum, considerare oportet an is qui audit, ex tali gratiae publicatione proficiet. Forstā enim non credendo irridebit. Finis quoq; est intuenda intentio, quatenus homo propriam gloriam nullatenus finaliter querat, nec sibi quippiam attribui uelit, sed ad diuinæ laudem clementia omnia fiant. Verūtamen prælatus & doctor, & qui audienti affectuose optat prodesse, debitum potest honorem liceat exigere, non propter seipsum, sed ne si ipse per naturam, instruētio sua sit audienti in anis. Nempe dum persona uispenditur, doctrina quoq; ubertim contemnitur. Et ob id qui aliū docere præsumit, se omnino exemplarem honorabilē exhibere tenet. Alioqui, quātum in se est, finem facie scripture, uidelicet utilitatē audietis euacuat; & secundū Thomā, eo ipso q; nō implet qd docet, mortalitē peccat.

Articulus XXI. Quæ uitutes deo proprie infinit, & quæ non.

Voniam præsentis editionis intentio est, inter perfectionem diuinam atq; humana distinctiones ostendere, cōgruit in tueri quæ uitutes proprie deo conueniant, & quæ nobis. Contemplandū ergo, q; uitutes quæ simpliciter ad perfectionē pertinent, deo proprie atq; naturaliter infinit, ut sapientia, charitas, iustitia, que autē imperfectionē quandā circa subiecta sua insinuat, quemadmodū uitutes mortales, que passiones directe refrenat, deo proprie nō conuenient, secundū ueritatem effectus, sed secundū conformitatē effectus. Hęc q; ppæ uitutes p̄supponunt ea, qbus proprie infinit passionibus, affici posse, atq; eas reformatione egere. Passiones uero sensitivo appetitu dūta xat conueniūt: nā cū corporali quadā trāsinutatione nascunt secundum Philosopham. Ideo uitutes, que eas ordinant, nō nisi improprie deo conueniūt. Māsuetudo em & misericordia nō sic deo conueniūt, quasi in ipso ira quā mansuetudo refrenet, uel cōpassio quā misere-

Y ricor

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

ricordia dirigat, esse possint, sed quoniam ira est appetitus vindictae, cuius vindictae illatione manuetudo relaxata ideo dum deus iustitia ultione indulget, mansuetus seu mitis phibetur. Denique, cum misericordia secundum quod uirtus est, alienae miserie tanquam propriæ succurrere studeat, propterea dum deus in miserijs subuenit, easque relevat, & operi impenitit nobis, cōpati, itemque misericors dicitur, non quod ei cōpassio cōperat qui substancialiter gloriosus est & totaliter felix, sed quoniam sic misericordia subuenit, ut & nos eis quibus compatimur. Sic quoque potestia deo ascribitur, sicuti scriptum est. Poenitet me quod constituerim Saul regem super Israel, non quod deo dolor conueniat, sed quoniam in ista poenitentia se habet, dum effectus eius non ptingit ad id ad quod ipse eum insituit. Præterea, uirtutes quæ proprie deo cōuenient, nobis non nisi secundum quandam participationem debilem cōpetunt, sicut sapientia quæ in presenti habemus, & secundum Aristotelē minimæ est, & secundum Apostolum, non nisi ex fide est Iesu Christi, sed & charitatis præceptum in presenti exilio perferre implere nequimus, ideoque nec perfecta iustitia exhibere deo ualemus. Hęc namque uirtus nunc quidem in nobis inchoantur, in patria uero proficiunt. Fides enim ueræ sapientiae inchoatio est, quæ utique in patria non auferitur, sed usione perficitur. Nam & Maria optimam partem quæ non auferetur elegit. Itaque, quoniam in presenti huius uitæ statu deus sicuti est nec cognoscere, nec tenere, neque amare ualemus, nolens tamen clementissimus deus ueræ sapientiae, firmationis ac perfectæ dilectionis nos iam esse prouersus expertes, tres nobis theologicas nunc præstat uirtutes, fidem, spem, charitatem, quibus diuinæ beatitudini nunc pro uirtutibus conformemur, atque ad eandem in futuro fortiori efficaciter disponamur. Fidei namque successio, spei tentio, charitatis fructus. Enim uero, quæ uita dei aliud non fit, nisi sua æternæ ueritatis contemplatio, atque immensa bonitatis dilectio, huic uitæ nunc utrumque consiformari satagit, dum eum ex fide speculamur, & per charitatem secundum peregrinationis possibiliter istius uitæ diligimus, præstolantes in spe consummationem finali.

Articulus XII. De numero & subiecto ac distinctione passionum, & qualiter rationi subdendæ sint atque ad deum ordinanda.

Prettere nobilior sensus interior, qui in hoībus quædam uirtutis cogitatione, in brutis uero estimatiuā uocat, hoc habet officium, ut ex speciebus sensatis species insenatas eliciat, quemadmodū agnus uiso lupo mox per uim estimatiuā, ex formaluī quæ uideat, specie inimicitiae elicit, & protinus fugit. Matre uero conspecta, specie amicitiae cōcipit, atque ad eam concurrexit. Conformiter quoque, in hōe uirtutis cogitatione apprehendit sensibilia sensuū exteriori, sub proprietate conuenientiæ uel discōuenientiæ, seu boni aut mali. Appetitus autem sensituū cū ex cognitione sensitiva procedat, statim cū aliquid sub ratione boni uel conuenientiæ ei proponitur, inclinatur, atque afficit, ut illi coniungatur, sicut delectabilis secundum gustuū uel tactuū sibi proposito, appetit illud. Cum autem proponitur ei aliquid sub ratione mali atque nocui, abhorret id & fugit. Hæc ergo inclinationes seu affectiones, que hoc modo in appetitu sensitivo insurgunt, passiones dicuntur. Vnde secundum Euostathium, passio est motus appetitus sensitivū, sub phantasia boni uel mali. Omnes equidem passiones in appetitu sensitivo subiectae cōsuntur, quæ numerus atque distinctio sumuntur secundum quod appetitus sensitivus ad aliquod fugiendum uel prosequendum diuertere mode inclinat. Porro appetitus sensitivus duplex est, cōcupiscibilis & irascibilis. Per concupiscibilem inclinatur homo ad bonum sensitibile, secundum se absolute acceptum; per irascibilem autem mouetur ad bonum sensitibile arduū, ea aggrediendo, que concupiscibilem à re cōcupita impediunt. Sex uero passiones sunt in cōcupiscibili, quæ tres, uidelicet amor, desiderium, & delectatio seu gaudium, sunt circa bonum; amor enim ex apprehensione boni sensitibilis, i. cōuenientiæ nascit inquantu appetitus cōcupiscibilis mouet in rem sub ratione boni concepta, sicut quis amat pecuniam uel mulierem. Desiderium autem est respectu futuri boni, dum scilicet appetitus inclinat in appetibile secundum sensitivū quod non habet, sicut esuries appetit escam, ad quam festinat. Gaudium uero seu delectatio, aliud non est nisi quædam qætatio in re concupita, & oritur ex unione ipsius appetitus ad appetibile. Porro aliæ sex passiones, que concupiscibili insunt, odiū, fuga & tristitia, sunt respectu mali, & opposito modo sumuntur. Odiū enim nascit ex apprehensione mali ad appetitū cōcupiscibilem, sicut & amor ex apprehensione boni. Fuga ergo est purus appetitus à malo futuro fugit. Tristitia autem ex coniunctione mali inconvenientis cū ipso appetitu procedit, & opponit gaudio. Paræmpter sex sunt passiones in appetitu irascibili, quæ duæ, uidelicet spes & despicio, sunt respectu ardui boni absentis. Spes enim est, dum appetitus manet stans in fractus, reputans sibi esse possibile ardus bonū ad quod in-

Gala. 3.

Lucas. 10.

Passio quæ dicitur.

DE DISTANTIA PERFECTIONIS DIVINAE ET HVM. 260

inclinatur, unde & terribilia aggreditur: dum autem cadit & frangitur, desperatio oritur. Sic ergo appetitus irascibilis non nisi in bonū absens mouetur; quoniam dum iam adeptus est, desinit esse difficile. Alię uero quatuor passiones, uidelicet audacia, timor, mansuetudo & ira, sunt respectu mali arduit: Audacia namque est, per quam mala futura aggreditur; timor, quod ab eo & aggressu deficitur. Mansuetudo quoque & ira, sunt respectu mali presentis; mansuetudo quod est, dum appetitus ab ultione contra malū prefens prouersus cōstermitur, oīnoque deficit: ira autem est, dum appetitus ex ipsa passione ad vindictam ardescit, & uelut ignitur. Sic itaque duodecim sunt passiones in gressu. Verecundia ergo passio est, & ad timorem reducitur. Est enim verecundia timor de re mala seu turpi. Superbia etiā non est passio solum, sed passionis excessus & uitium, quoniam est appetitus inordinatus. Passiones autem secundum se nec bona nec uitiosae sunt, sed naturales motus, cū uero ratione ordinatur, tunc homo uirtuosus efficitur. Enim uero, quoniam uniuersa que in homine sunt, ad deum uerā beatitudinem ordinanda sunt, tunc passiones istae rationi subduntur, cum secundum exigētiā ultimi finis regulantur: cum uidelicet nihil amamus, nihil desideramus de sensibilibus bonis, nec gaudentiam in eis, nisi in quantum ad deum nos adiuuat. Possumus enim & cibum & potum & multa sensibilia licito appetere, dummodo ad rationis profectum ordinate optentur. Denique, de nullo sensibili male dolendum est nec tristandum, in quantum per ipsum à deo abducimur. Hoc igitur modo oīes passiones rationi subduntur, dum uirtutibus moralibus moderatur. Nā & ipse appetitus inferior sensitivus, appetitus intellectu naturaliter subdit, eiusque imperio parere tenetur. Aduentus autem est, quod in notione passionis uirtutumque moralium, propria nobis noīa cerebro deficiunt ideo multa passionū nomina iam assignata, frequenter noīre uirtutum dicunt, illasque præsentem, quæ cū passionibus magis cōueniuntur, quæ ad modū mansuetudo nunc passio dicta est, & tamen per mansuetudo uirtus vocatur, ira refrenans & ordinans. Sic ergo spes, amor & gaudium, interdū accipiuntur in bono atque pro ipsis uirtutibus, sed & tristitia quæ secundum deum est, magna pfectio iure censetur. Vehementer ergo incessanterque conuenit passiones prætractas ratione, uirtutibusque formare. Téperer mititas ira: nec irascitur de alio, nisi quo deū offendimus, atque ab eo elōgamur. Nil uero nos de ēo elongat, nisi propria nostra uoluntas consentiatur omni peccatiū ab ea dependent: & ob id, propria uoluntatis auctorisationi ac nostris peccatis potissimum irascimur. Injuria autem extirpescitur repugnat, nil potest menti nocere, si uoluntas cōsensum suū à malo uoluerit prohibere. De nullo sensibili temporali, quod bono gaudeamus, nisi ad deū proficiat: neque ad aduersis aut iniuriis contristemur, quoniam per patientiam animi non solū non nocent, sed potius occidentaliter profund. Affectiones quæ circa cibos potūque consistunt, temperātia ordinat, carnisque pruritū continetia frenet. Contēptum nři humilitatis uincit, illata autem conuictia, ferat patientiā. Et ad hoc iungiter uigilemus, ut oīes affectiones sensitivas secundum diuinā legem dilectionē, quod sincerā regamus, nulli optantes placere, nisi deo: nullū querentes honore, nisi in eō nullū labore fugientes pro ipso: omnē quietem spernentes, non existentem in eo. Ad hoc laborare, incipientiū est: in hoc procedere, proficientiū: hoc autem implere, perfectiori est: quod secundum Aristotelē pertinet ad uirtutem heroicam; secundum Macrobiū uero, ad animum purgatum. Profectus autem secundum Macrobiū, Aristoteles. ad uirtutes purgatorias pertinet: initū quoque, ad uirtutes politicas.

Articulus XIIII. De uita contemplativa atque diuina.

Igitur dum pars hominis inferior sic passionibus pulsis reformata est, ipsa pars hominis superior, in qua supradicte trinitatis imago resplendet, omnī diuinae illūmī nationū capax existit. Tunc nēpe intellectus seu ratio, sapientiæ sedes efficitur, uoluntas diuina amore ignitur: memoria quoque intellectualis, que secundum Aristotelē est locū intelligibiliū speciei, formas intelligibiles stabiliter retinet, atque intellectu prompte & uelut continue format & actuat. Propter quod intellectus in diuinorum speculatiōne stabilitur, & nec ipsa uoluntas à spūalium dilectione propter sensuū affectuum inordinatiū ac immundū auertitur, sed tota mens hominis fortis cōstansque efficitur. Denique, secundum Platōnē & Aristotelē, anima descendit prudēs, mitigatis uidelicet, itemque cessanti bus sensitiviis passionib⁹, motibus & actibus: ideoque eo purius, stabilius ac excellentius diuina contemperatur, diligit & reuolutus, quo à passionū tumultu exteriori & impletu ampli⁹ se gregatur. Et hæc est uita contemplativa, dum se homo quantū præsentū uitæ status permittit, ab oīibus rebus mundanis atque carnalibus toto affectu se iungit: neque de his quæ ad corporis sensum pertinent, amplius curat quæ necessitas exigit, & ad spūalia exercitia continuantur.

Macrobius.

Macrobius.

pro.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

da, proficuū fore ratio censersipsum quoq; intellectū ac superiorem affectum diuinis to-
taliter mācipat, immiscet & occupat, prout humanæ fragilitati possibile est. Porro uita ta-
lis, dignissime utiq; perhibetur diuina: est enim diuinæ uite sumilima: dei enim uita non ni-
si sui ipsius contemplatio est atq; dilectio. Cum q; uita dei stabilis sit, incōmutabilis & cetera
na, quo homo in uita haec contemplatiæ uite stabilius ualeat, sicut eum di-
uiniorem esse, deo amabiliorē, & futuræ beatitudinis copiosius gloria munera dū, at-
q; ad altiorē chorū angelicum transferendū. Insuper, cum in deo sit æterni uerbi pro-
ductio & amoris spiratio, tunc mens nostra deo gignēti spirantiq; cōformatur, cum in se
ipsa uerbum quoddam mentale ac internū conceptu de diuinitate intellectualiter for-
mat, apprehendit se concipit, atq; in eius quem intelligit dilectione flammascit. Hoc aut
neceſſe est fieri, dum anima deum contemplatur & amat. Concipit enim de deo rationem
dei, scilicet quod sit summa quædam essentia, æterna omnino & immensa. Porro, quam li-
benter sit deus cum tali anima, constat, sic redimus ei qui dicit: Deliciæ meæ esse cum filiis
hominum. Et denuo: Ego, inquit, sto ad ostium & pulso, si quis mihi aperuerit, intrabo ad
illum, & cenam agni uocati sunt. Sed & beati quos tu bone Iesu inhabitas, in quorum præcordijs
cenam, cum quibus tam deliciose quietescit. Quid Christiano felicius, cui nō solum promit
tuntur regna cœlorum in futuro, sed cum quo esse, habitare atq; cenare, sunt deliciæ dei
cœli, in præsenti hoc seculo. Anima equidem que hanc diuinam cœliformemq; uitam du-
cere in terris fatigit, infast speculi clarissimi, tereti & peruti, diuinæ lucis & gratiae fulcepti
ua est, & purissimis meditationibus, ignitis ardoribus, sacrosanctis geminitibus, atq; copio-
fissimis gratiæ augmentis & donis à benignissimo creatore adornatur, impletur & perfici-
tur. Etenim quo se homo magis disponit, eo deus munificentius tribuit.

Articulus XXIII. De excellentia quorundam emeritoꝝ hominum.

Quo autem diuinas omnipotentis dei proprietates creatura eminentius partici-
pat, eo deiformior est atque præstantior. Propriissimæ uero dei proprietates,
quæ ei conueniunt in ordine ad creatu, sunt uniuersalis rerū causalitas, ac pro-
videntialis dispositio: Hoc nempe quod omnium entium principium est, & pro-
uidens cunctis, seu uniuersa disponens, ipſi quoque barbari deum appellant. Deus ergo
benedictus & sanctus, qui ideo uniuersum mundum molitus est, ut in diuersis rerum na-
turis atque ordinib; diuina bonitatis perfectione multiformiter atque ordinatissime relu-
ceret, non solum rebus creatis communicauit esse, uiuere, sentire, intelligere & cætera do-
na, quibus singulæ in seipsis perfectæ sunt, & secundum proprias species competenter ox-
natae: sed & uia causalem prouidentiamq; gubernatiuam quibusdam largitus est. Nam
ut Dionysius ait, Hoc diuinæ legis immutabile decretum est, ut inferiora regantur à deo
per superiora. Videmus nanque quod corpora inferiora à corporibus cœlestibus dispo-
nuntur. Similiter in hierarchijs cœlestibus angelis inferiorum ordinum à spiritibus altiorum
ordinum purgantur, illuminantur, perficiuntur, reguntur, mittuntur. Parformiter decet,
ut homines declinioris gradus à superioribus gubernentur hominibus: & omnino secun-
dum naturalem ordinem iusq; naturæ, sapientiores cæteris & uirtuosiores præesse debe-
rent. Veruntamen non obstante sapientissima prouidentia dei, frequenter præsunt, qui
omni prælatione prorsus indigni sunt, qui autem ad aliorum regimē apti essent, non præ-
feruntur: quod quare contingat, non semper innotescit: tantum autem scimus, quoniam
teſte ſcriptura, propter peccata populi facit deus regnare hypocritā. Deniq; nō uocati à
deo ſeipſos piculofisi me ac ſupbifime ingerunt aliq; & ubertim exigētibus culpis ſuis, ad
dānationis ſue ampliore pnicie ſinunt à deo adipisci qd cupiūt. Nihilomin⁹ alij ſunt uiri,
animi uigore florētes, omni humilitate fundati, & emeriti, i. excellentis meriti rite uocati, q
ſibi pſis nō affumunt honorē, ſed deo prouiderūt ac inspiratē, ad filiationē uocatūr. Et quē
admodū ſeipſos ante rōnabiliter ordinabat atq; regebat, ſic nunc cōmifit ſibi gregi ſo-
licite inſtruūt, regūt & cuſtodiūt. Hi iſi cæteris diuiniores cēſendi ſunt: qm⁹ ut Dionysius
ait, oīm diuinissimum est ēē dei cooperatorē, reducēdo uidelicet proximos ad ultimū ſinē, ue-
rāq; beatitudinē, orādo, exhortādo, increpādo, & qd cōmodius est, uirtuose exēplariterq;
uiuēdo. Porro ſi principe aploꝝ iubēt, nō iā dūtaxat, pbis, ſed dyſcolis qd dñis obedire
tenemur, dū tñ uera ſalutē, diuinæq; legi aduerſa nō iubeat, quātum agis fideli⁹ ac mode-
ſtis platis tanq; ſummi dei uicarijs, nos obediē oportet. Prorsus, q; p̄tati refiſtit, dei ſe ordi-
nationi oponit; & utiq; oīs mali origo, ſupiori refiſtere ſed nec facile ſe ſubditis plati
can

Prouer. 8.
Apoc. 2.

Luc. 14.

Dionysius.

Iob. 34.

1. Pet. 2.

Rom. 11.

DE DISTANTIA PERFECTIONIS DIVINAE ET HVM. 261

cand⁹ eft: imd si ratio aliq; modo admittit, facta eius pie interpretanda ſunt: ſi uero facta eius
excusationem non habent, agendum eft quemadmodū in epiftola ad Demophilū mona-
chum Dionysius ait: Nempe dum oportunitas adefit, inſinuanda ſunt opera eius superiori
prælato, illiq; cā atq; iudicium cōmittenda ſunt. Interim uero prælate, q; iniquo reueren-
tia exhibenda eft, nō propter uirtutē personæ, ſed ob dignitatē prælatū, imd propter eū
à quo oīs prælatū atq; potestas defēdunt. Ex his feq; uideatur, q; q; spiritualē prælationē for-
titius ſunt, & in ſpūali alioꝝ ductione p̄ficiunt, in altiori ſtatu cōficiat, quā q; ſibi ſoli prouidet
per uitā contéplatiuā, nō tñ ſequitur, q; contéplatiuā ſit inde nobilior uitā actiua: qm⁹ actus
& opera, que ad ſpūalem p̄ficiunt, in contemplatione fundantur, nec adhuc ſunt niſi que-
dam extenſio contéplatiuē uitā ad opus. Porro actiua uitā, cuius Martha ſpeciem gessit,
& à Christo contéplatiuā uitā signobilior fertur, ad ea p̄fertiū exercitia pertinet, quæ
p̄ficiunt uirtutē corporalibusq; neceſſitabus neceſſaria administrat, quemadmodum Martha
iliā fatigebat.

Luc. 10.

Articulus XXV. Quibus uirtutibus affimilemur Christo ut homini.

Contemplandū eft in ſuoper, q; Christus iniquitū homo, à primo maternæ conce-
ptionis instanti, erat uerus comprehēſor & nunq; uiator, quantū ad ſupremā aīc
partet, & hoc propter hypostaticā ſeu personalē humanitatē cum uerbo unionē
ideoq; nāq; erat in Christo fides & ſpes, ſed perfectissima charitas: ſed loco fidei
habuit uifionē per ſpeciē, & tale atq; tam clarā, ut modo: nunq; eī in p̄fimio essentiali pro-
fecit, nec ſibi qcq; in eo meruit. Loco aut ſpej habuit tentiōne p̄ficiat: charitatē aut habu-
it etiā creatu, non talē quale habent uiatores, ſed tale ac tantā ut modū: utputa que non pro-
cedat, q; ad actū ex fide, ſed ex ſpecie. Preterea ſcd in Damascenū libro 2. non erant in Chri-
ſto etiam ſcd qd hō eft, confiliū & electio: Confiliū nāq; eft appetit inquisitiuus de his
qua in nobis ſunt: Vnde confiliari, ignorantiſt eſt: electio q; ex consilio manat: eft eī eli-
gere duobus propositis, aliud p̄aceptare. Nihilominus confiliū atq; electio etiā deo in-
terdū attribuunt: ideoq; & Christo ut homini, ſed minus proprie, ſ. relinquēdo quod in ra-
tione confiliū & electione de imperfectione cōficit. Deniq; grā in Chřio aucta nō eft, neq;
uirtutes p̄ acquisitionē & ſtudiū eft adeptus: tota eft natura humana in eo p̄fecta eft, omni
uirtute & gratia, in his que ad interiorē aīc pertinēt perfectionē, à primo conceptionis ma-
terne momento. Scdm corporales uero in detrahibileſ defectus, erat uiator: ſituit eī atq;
elutij. Ex his patet utreūq; quādmodum c̄teri oīs a Christo adhuc in mūdo uerſante
diſtincti ſunt. Omnes nanq; eo excepto uiatores ſunt, & in uirtutibus & gratia in deſinen-
ter proficer eſt: & quo in conuerſatione ſua caput ſuum christū eminētius aſequi-
tur, eo nunc Christo amplius conformantur per gratiam, & poſtremo ſimilores ei erunt
per gloriam. Ipſe nanq; eft uia p̄ quam, ueritas in qua, & uita ad quam tota noſtra tendit (ſi
non erramus) intentio. Interim ipſe Christus ut homo, plenus eft gratiæ & ueritatis, & de
plenitudine eius accepimus omnes, ḡfam pro gratiæ, i. p̄fimium pro merito, cum tamen tā
meritū q; p̄fimium gratia dei eft: quoniam utrūq; donū eius eft. Lex quippe per Moyſen
data eft, ueritas aut & gratia per Iesum Christū facta eft. Veritas qdēm, q; ipſe in ſeipſo oīs
prophetas uerificat. Gratia aut, quoniam ipſe Christus qui noui testamentū institutor eft,
dei hominūq; mediator exiſtit, & per eum omnis dei misericordia & gratia in nos abun-
dantissime fluxit & fluit. Ideoq; tempus nouæ legis, tempus gratiæ iure uocatur.

Fides & ſpes
in Chřio ſe
uerſantur

Ioh. 14.

Iohann. 1.

Articulus XXVI. Quemadmodum per misericordiam & iuſtitiam affimilemur deo.

FRequerenter omnia opera dei, que circa creaturas exercer, uel misericordiæ attri-
buunt, aut certe iuſtitiæ. Nēpe uniuersæ uiax dñi misericordia & ueritas, i. clemen-
tia & æquitas. Quod enim quodam indurat, iuſtitiæ eft: quod aut nōnullos illuſ-
trat & ſaluat, ad misericordiam ſpectat. Vide ergo ſeueritatem & bonitatem dei.
Circa quod aduertere expedit, q; ut Anſelmuſ teſtatur, omne opus dei ad iuſtitiam eius po-
test reduci. Nam licet misericordiæ aſcribamus, q; qbusdam misereſt p̄ alii ex parte eoz
qbus misereſt, tamen ex parte dei miserentis hoc ipſum ad iuſtitia pertinet, qm⁹ tam bōnus
eſt deus, ut iuſtitiū ſit ei his misereret, q; non merent. Veruntamen cur potius misereſt unij q
alteri, iſti q; illi, nō ſcicitari, ſi non uis iudicari. Voluntas dei prima retum cāuſa eft, p̄tūm
cauſa non eft cauſa. Rurſus quoq; tam ſanctus & æquus eſt deus, ut iuſtitiū ſit eum quibus-
dam malignis damnationem rependere. Cum ergo creationem mundi merita nulla p̄-
ceſſerint, deus tamen liberūm & gloriouſus in inſcrutabili æterna ſuā ſapienſia fonte,

Pſal. 24.

Ioah. 1.

Rom. 9.

Roman. 11.

X 5 dispo-

disposuit, quibus miseretur, quos item relinquere, quatenus in quibusdam sua benignitas, in ceteris uero & equitas sua luceret. Deniq; prima gratia dei infusio & iustificatio imp; ex parte recipientium omnino ad misericordiam pertinent: nulla enim merita praecesserunt. Remuneratio autem, gratia quoque adiutorio, tam ex parte dei q; nostri, ad misericordiam: itemq; iustitiam spectat. Iustum quippe est, ut deus bonus & rectis corde felicitatis mercedem impendat tam propter & equitatem diuinam, quam meritorum nostrorum exigentia. Et rursus, cum deus semper ultra condignum retribuat, constat q; remuneratio nostra sanctimonie ad misericordia q; pertineat. Porro induratio seu derelictio qua reprobos defert, damnatio quoque qua eos eternaliter torquet, non solum ad iustitiam, sed ad pietatem quoque reducitur. Semper enim circa demerita punit, etiā in inferno: Non enim oblitus est uer misereri deus, nec continebit in sua misericordias suas: quoniam miseratione eius super omnia opera eius. Et rursus, in presenti nullū in tantū relinquere, quantū meretur: Nam sicut super secundū Sententiarū Thomas fatetur: Hoc ad minus obtinet in quolibet quantūcumque magno peccatore custodia proprii angeli, quod eū à malis plurimis retrahit, qui& in Antichristo in horne peccati, in filio perditionis, in familiarī illo uale Luciferi, in inimico dei, in prole diaboli ita erit, quod angelus bonus qui ei deputabitur, à malis eum aliquibus retrahet: omnino ergo in omni opere dei misericordia iustitia miscetur. Et quoniā in quibusdam misericordia, in aliquibus uero iustitia euidentius splendet, ideo quedā opera misericordia, quedā autē iustitia merito ascribuntur. In his autē misericordia atque iustitia actibus deo potissimum conformati debemus, quoniam in hoc lus nostra tota consistit, quēadmodū multa scriptura loca nos erudiunt: Beati enim misericordes: sed & beati qui esurū iustitia. Et David: Misericordia inquit, & iudicium cātabit tibi domine. Quare: quia misericordia & ueritate diligit deus. Iustus nanque dominus, & iustitas dilexit: Vnūquodque enim diligit suū simile. Omnis itaque actio nostra in misericordia aut iustitia est fundanda. Denique, in omni quod agimus misericordia & iustitia operationes cōmisdende sunt: quandoque tamen misericordia, uicissim uero iustitia uehe mentius insistit dū innitendū que est. Ad cuius cōmixtionis moderamen seruandum discrētio necessaria est. Quod sanctus Propheta ait: Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me. Bonitatem id est pietatem, & disciplinam hoc est iustitia rigorē, scientiam id est discretionem unūquodque ordinate agendi. Enīmuero iustitia circa nos ipsos, misericordia autē circa proximos potissimum exhibere, atque ubilibet prætactā misericordia iustitia q; mixturā obliterare debemus. Iustitia autē circa nos ipsos in hoc consistit, ut sicut totū quod habemus & sumus, ab adorāto ac ēterno deo suscepimus: sic in eius obsequiū umidipsum totaliter ad laudē ipsius & gloriā expendamus: interim quoq; ut corpus anima, sensuq; rationi subdamus. Misericordia uero circa proximos est, eortū defectibus suis in anima suis in corpore compati, & eos dē sicut proprios pro uitribus reueare: nec in hoc inter amicū inimicūq; distingueret, propter eum qui pro nobis, (cū adhuc inimici effemus) mori dignatus est, ut sumus filii patris coelestis, qui solem expandit super bonos & impios, atq; dona naturae & bona fortuna largitur uniuersis. Verūtamen quatenus in omnibus his misericordia & iustitia tēperatissime miscentur, contuendū quēadmodū nobis ipsi misericordes & proximis quoq; iusti esse debemus. Erit enim in primis rationabile obsequiū nostrū, & quo ad hoc nobis ipsi iubemur uicissim esse propiciū. Scriptū quippe est: Misericordia anima tua placens deo. Ille enim anima sua salubriter miseretur, qui de propriis suis defectibus cōtristatur, & ne propter eos in gehennā tormenta mergatur, in presenti eos deplangit atq; castigat. Ex itaq; unusquisq; sibi in primis iustus atq; misericors: iustus, ut pro peccatis suis digne satisfaciat, sc̄p diuino cultui secundū omnia quā in ipso sunt, mancipet, nō corporali quieti, nec sensuali appetitui amplius quā natura requirit indulget. Istud ad rigorem pertinere videtur, sed ueraciter ad misericordia pertinet: dum utiq; anima sibi ipsi cōpatiens, pro uitandis penitētiis sponte se nunc subdit temporalia afflictioni & uerē penitentiae: nam & hoc ex sincera charitate procedit. Qui autē diligit iniquitatē, qui deum sine ullo timore offendit, qui penitentia spernit, qui nunc momentaneā satisfactionē deuicit, is plane odit anima suā, quoniam ēterne mortis discrimini subdit eandē. Porro alijs etiam esse debemus misericordes & iusti, maxime tamen misericordes, quatenus deū imitemur, cuius miserationes sunt super omnia opera eius: Non enim debemus proximos iudicare, damnare, contemnere, sed nos ipsos. Si uero p̄occupatus fuerit frater in aliquo delicto, qui ueraciter Ispū & charitatius spiritualiter est, huiusmodi in spiritu benignitatis corripe

Psalm. 108.

Mat. 5.

Rom. 12.

Eccles. 30.

corripere debet & orare pro ipso, omniq; in quacunq; necessitate posito, & pro uitribus cō filium auxiliūq; p̄f̄stare. Et hic uiscera misericordie induit, qui peccati in se non iam indignatur, sed cōpatitur: & quicquid in fratre imperfectionis cernitur, ad fragilitatē referit humanam, atq; ut ualer excusat. Nihilominus & iusti esse debemus ad proximōs: Cum enim sciamus nullum malum manere posse inultū, quod ad hoc debemus affectū nūtri diuinā cō formare iustitiae, desiderando ut frater in presenti conterat & dōlet, ac p̄cūtētia fructus exoluit, & ut deus q; quos amat, arguit & castigat: sic eum in hac uita emendet, ne eū postmodū sua iudicialis sententia dānet. Hāc quoq; iustitiae exhibitor ad pastores p̄cipue re-

Iob. 2.4.
Apocal. 8
Heb. 12

Articulus XXVII. De deiformi assimilatione per gratiam. Spicit.
Rētere intelligere congruit, q; grātia gratū faciens, de qua nō est sermo, est quēdam supernaturālē p̄fectio atq; que ei à solo deo per creationē infusa dī, cuius primā infusionē nullus meref. Est nāq; ḡa inchoatio luminis gloriae, atq; similitudo quedā diuinę nature, infinite quodāmodo existens efficaciam. Per eam etēm constiuitur homo in quodā supnaturālē diuinoq; esse, p̄ quod ad oēs opationes aeternę uite meritarias, efficax & idoneus efficitur. Cum eqdē ultimus finis ac uera felicitas hoīs sit dei per speciem uisio, & summe diuinitatis supdulcis fruitio, que utiq; finis infinitē quodāmodo dignitatis est, atq; omnem creati intellectus naturalem facultatē transcendentis: ideo ex puris naturalibus nullus eam adipisci potest, sed per operationes ex dono gratiae, quae supernaturale est donum, p̄ce dens eam metetur. Enīmuero agere presupponit esse, quod em nō est, agere negat. Itaq; ad hoc q; aliquid operetur actus alicuius p̄fectionis aut ordinis, requirunt ut proportionabiliter ad hoc dispositū sit: Nō cōm̄ potest res aliqua esse discursua & admirativa, nisi rōnalis existat: sic nec homo, nec angelus aliquid supernaturālis beatitudinis meritorum facere potest, nisi primo in quodā supernaturāli constituta sit esse. Hoc autē hominē in talis supernaturāli esse formaliter constitutus, est gratia: Qm̄ scđm Dionysium, sicut res per formam naturalē sortitur esse naturale atq; specificum, sic per gratia collocatiū esse diuino & ad promerendū idoneo. Ideoq; sicut unitus entis non est nisi una substantialis forma: sic grātia cōm̄ essentiā quidem est una, estq; subiectu in essentiā aīar, & est uita eiusdē. Nam sicut ab anima procedunt naturales potentiae cōnaturalēs p̄ actus, sic à grā sicut à radice, profluit oēs uirtutes ac meritorij actus. Sic ergo quoniam ad supernaturālem dei contemplationem nō peruenit, nisi per supernaturālia proportionata p̄ media, necessaria est hominē ḡa, per quam deo supernaturāliter cōformatur, & quodāmodo infinitē dignitatis efficit: quoniā per eam infinitē excellētia p̄tēm̄ promeretur. Propterea dona grātiae lumenq; gloriae totius naturalis perfectionis conditionem, dignitatem ordinēm̄ exceedunt. Nec alicuius creaturā seu mentis creat̄e supernaturāles perfectio-nes confitere queunt. Cum deniq; omnes uirtutes gratia ista extinguitur, tota protinus spiritualis uita mentis corrumpitur: unde omnes uirtutes gratia simul perduntur, unaq; omnes actus meritorij perimuntur.

Articulus XXVIII. De transformatione mentis in deū p̄mer charitatem.

Tanta est prouida sapientia itemq; charitatis nobilitas, ut inter magnos theolo-gos non mediocris contentio sit, an potius in actu sapientiae q; charitatis, beatitudi-no essentialiter principaliter p̄ cōsūtāt. De actū em̄ sapientiae Ch̄r̄s ad patrē: Haec est, inqt, uita eterna, ut cognoscāt te solū uerū dēū, & quē misisti Iesum Ch̄rm̄. Ve runtamē de charitate nihilominus idē ipse testat: qm̄ in ea tota lex p̄det & prophete. De niq; tāta est sapientie & charitatis perfecio, ut filio dei appropriet sapientia, p̄p̄sancto dilec-tio. Vnde in nobis p̄stantissima intellectus perfectio est sapientia uoluntatisq; charitas. Charitas nāq; oīm uirtutū prima atq; nouissima est: ipsa quippe ex ḡa procedit absq; im-dio: & sine ea nulla uirtus meritoria ē, ed q; ipsius sit cāteret uirtutū opationes im-petrare, formare & ordinare. Et ideo quoq; oīm uirtutū finis cōset, qm̄ ad eam tanq; ad dñam, sin-gulare referuntur. Tribus igitur existentibus uirtutibus theologicis, fide, spe & charitate, maior horum est charitas: quoniam in ipsa fine gratia esse non ualeat, & deo nos int̄imius ac in separabilius necfit. Ipsa q; oīm actuū ceterāz uirtutum causa ab Aplo dī: Est enim patiēs, benigna, nō inflatur, non querit quā sua sunt. Deniq; primus eius effectus est, affectū deo unire: scđus, in deū transponere: tertius, indissolubiliter colligere: quod enim amor diuinus in nobis fortius crescit, ed anima in deo sincerus transformatur & figitur. Nam ab alijs cū tis magis aueritur, & in illo uno, quod solum necessarium est, deiformius simplificatur, uniuersaq; insuper diuinæ uoluntatis mandata delectabilius ogatur: Omni enim uirtute & forma

1 Cor. 13

Ibidem.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI

Matt. 11

& forma charitas iucundius operatur & pronius. Ipsa quoq; duras vias omnesq; tribulatones pro Christo facit esse iugum leue, & onus suave. Nam si ueraciter æstuans fuerit, nilei penalius erit, quæ propter miserrimi corporis huius necessitudines uarias, totiesa dei uacatione atq; preconio oportere aulli. Sed & propter amorem dñi nostri Iesu Christi, faciet nos tam charitatiuos ad proximos, sicut ad nosipos. Quò em Christum magis diligimus, eò honorem & fructum passionis & sanguinis eius ardentiis optare debemus. Quoniam ergo ille pro omnibus nobis animam posuit, ac super pretiosissimum sanguinem largissime & affectuissime fudit, ideo fructum eius in omnibus desiderare debemus, & pro uiribus ad hoc cooperari, ac summo precauere conamine, ne nostro demerito salus alterius vel impediat uel minuatur, in modo etenus uitare conabimur scandalum dispendiūq; confratru, uti & proprium. Sin aut; non perfecte amamus Christum, nec eius desideramus, ut decet, honorem proximorumq; salutem.

1. Iohann. 3.

2. Cor. 5

Luc. 22

Cant. 5

Deut. 6

Mat. 22

NVNC filii dei sumus, & nō dum apparuit quid erimus; scimus aut qm cum appa
ruerit, similes ei erimus, qm uidetur eum sicuti est in nunc quidem non uide
mus eum sicuti est, q; non uidemus eum in seipso, sed in creaturis dñxat; per
fidem namq; ambulamus, nō per specie. Cum uero deum per specie uiderimus,
tunc ipsum lumen diuinum, seu diuinam essentia in seipsa clara felicitate, atq; irrepescu
so atq; immediato prospectu cernemus, cernendo amabimus, amando fruemur, fruendo ue
re beati, & in affectu totaliter quieti contentatiq; erimus. Hæc nempe est mensa, quæ Christ
us dilectis & electis suis, q; tempore tentationis constantes persistunt, dispositus: Ut eda
tis, inquit, & bibatis sup mēlam mēam in regno meo. Et alibi: Come dite ait, amici & bibite, &
inebriamini charismati. Et utiq; rite omnino amicos appellat, quos ad mensam talem inu
rat. Hoc quippe ad dilectionem amicitiae pertinet, ut qd alium ad propriæ felicitatis & glo
riæ participationem assuumat. Cum ergo deus supereffensialis & bonus, electas suas crea
turæ ad æternæ sue beatitudinis communionē admittit, cum seipsum eis ad fruentū im
pendit, cum omnia bona sua eis sine uelamento ostendit, omnemq; uoluntatem eorum ad
implerit, cum id quod est ipse per naturam, sunt ipsi per gratiam; dum immēta sua dulcedi
ne atq; laetitia sic tota eorum corda afficit, al pergit & latiat, ut undique omni iucunditate
sic supereffluant, q; seipso præsuauitate & gloria, quibus prorsus intus forisq; occupati
sunt, uix capere queant, tunc utiq; recte amici dicuntur, & diuinæ amicitiae communio
nem feliciter experientur. Enim uero tunc perfecte & plene eisimiles erimus. Tunc namq;
& non ante perfecte adimplebimus illud charitatis preceptum: Diliges dominum deum tu
um ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & in tota mente tua, & ex omni fortitudine tua.
Tunc quidem preferimq; post resurrectionem beatam, totaliter & semper in actu inauer
tibiliter deo erimus conuicti. Ipsa enim uoluntas diuinam bonitatē æstuantissima ac incel
sabilis dilectione amat, amplectetur & desiderabit. Intellectus in diuinæ ueritatis clarita
tem mergerit, & diuine lucis immediato contuitu æternaliter in deo figetur: Appetitus
uero inferior, sensitius quoq; & caro, in nullo penitus mentem à diuina contempla
tione impedit, sed ei perfecte ad nutrum obedient atq; inenarrabili acciden
tali premio uenusta repletatq; erunt. Ideoq; in deum prorsus trāsforma
bimur, & quasi in diuinæ pulchritudinis incircumscriptibile abyl
sum absorpi, in deo stabiliemur, mergemur, unumq; efficie
mur, ut sit omnino deus omnia in omnibus. Ad cuius
beatitudinis gloriam dignetur nos nūc quidē
per cordis munditiam sanctamq; conuer
sationem disponere, atq; post præ
fens exilii sine dilatione trā
ferre deus sublimis &
benedictus,
A M E N.

D. Diony.

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHUSIANI DE LAUDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS
Maria, Libri Quatuor.



REVERENDIS. VE

NERABILIBVS EXIMIIS QVE VIRIS, DOMINIS AC MAGISTRIS, D. IOHANNI Schoenraide De cano, ceterisq; Canonis omnibus insignis Ecclesiae beatae Marie Aquensis, Gerardus Calicificis ab Hamont Procurator, & Theodoricus Loer à Stratis Vicarius Cartusie Coloniensis, S. P. D.



BEATAM me dicent mulieres. Cum Lia uxor Iacob patriarchæ, peperisset filios quatuor, & per ancillam suam quam marito suo dederat cōiugem, acquisisset adhuc filios duos, Ieratra est uehementer. Beatam me (inquietus) dicent mulieres: quanto magis sancta Anna sciens se genuisse filiam, futuram regis Messiacæ matrem, potius dicere, Beata me dicere mulieres. Videmus q*uod* filii ac filiæ ualde specialiter ac naturaliter diligat auros suos & auias, & econuerso. Credendum est ergo, q*uod* Christus nō mediocria gratia, ac uirtutu charismata contulerit parentibus suis dilectissime matris, à quibus & ipse tam reuerrime amabatur, etiā si ante ipsius incarnationem obisse dicant. Hinc quod in libro apocrifo de ortu summae & bñdicit Maria narrat, uero: apparet, cū dicit: Vita Joachim & Annae cōiugis suæ erat simplex, recta & pia, oemq*i* substantia suā tristis diuiserūt: una pars templa ac tēpli ministris, alia pauperibus & peregrinis, tertia sibi ac suae familie deputantes, q*uod* & aliqui demū in euangelica lege feciſi leguntur. Itaq*i* quod de parentibus beati Iohannis Baptiste Lucas euangelista referit, parentibus q*uod* gloriōfissimæ Mariæ, excellenter creditur conuenire, cū dicitur: Erant iusti ambo ante deū, incedentes in oībus mandatis & iustificationibus dñi sine querela. Sic demum Joachim similiſuit beato Iob, de q*uod* ait scriptura: Erat Iob uir simplex & rectus, ac timens deū, & recedens a malo. Hinc ait Honori anachoreta: Beata Anna pro glorioſe filiis sua reuerētia inter oīes m̄fes mulieres uere beatæ & benedictæ est appellāda in qua noīs fui redundante g*ra* (siquidē Anna gratia interpretatur) accelerata sunt diuini & antiqui cōſilij sacra mysteria: quoniam in sacratissima eius filia aperiti cœperunt uniuersa sacramenta cœlestis sacra signacula, quæ à seculis clausa fuerunt & signata. Etenim beatitudine omnium beatitudinum, & benedictio omnium beneficiorum, in beatissimam uirginem in plenitudine charitatis diuina copiosissime redundaverūt, ex quafons uiuus bñdictionis æternæ, stolidijs gratiae affluentis humano generi largissime atque dulcissime emanavit. Benedictum est in æternum beati Joachim genitoris syncerissimæ uirginis honorabile meritum, omnipotenti deo multa dignatione bene-

DE LAUDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS MARIAE 269

ne placitum & acceptum, cuius præcelsa gloria meretur esse in æterna præclaræ laudis memoria.

Articulus XI. Quod serenissima ac suauissima uirgo Maria fuit à seculis multiplicitate presignata ac prophetata.

APeriatur terra, & germinet saluatorem. Tanta est excellentia Christi, tātaq*i* di agnitas mysteriorum ipsius, ut non solum ipse ac eius mysteria ab exordio mundi cœperint presignari, prænuntiari & collaudari in lege naturæ, atque in lege scripta ac prophetis clarius presignari, copiosiusq*i* describi, sed etiam personæ adiplum eminentius ac uicinius pertinentes, presignatae ac prænuntiatæ leguntur. Vnde de beatissimo Christi præcursori Isaias & Malachias, Psalmista quoq*i* prophetatio scuntur. Verum quoniam præstantissima ac diuinissima genitrix Christi præ ceteris inessa biliter excellentius atque propinquius spectat ad ipsum, decetissimum fuit de ipsa tam in lege naturæ quam in lege scripta præcedere uaria ac præclara oracula, signa, uaticinia & genitrix mirificæ, supernaturalia quoque mysteria. Denique, cernimus quod reges & principes magni & prouidi magnalia peracturi, & suam potentiam, munificetiam aut excellētiam monstraturi, non sine prænuntiatione id agant, sed præcones præmittant, locum ac tempus prædicant, congruentibusq*i* præambulis intentū prævenient opus excelsum, quatenus interim ad illius intuitum alijs præparentur ac confluant. Sic dominus in aie statim mensa, pater gloriae, ab æterno insituens ac disponens super dilectissimum unigenitum suum fieri hominem in plenitudine temporum fineq*i* seculorum, hoc ipsum à mundi primordio exorsus est reuelare, presignare, prædicere, atque ad credendum & amplectendū tantum mysterium ac beneficium suum, corda hominum præparare, erudire, accenderet. Hoc est quod iustus Zacharias in suo falso est cantico loquens nanque de dgo: Exedit, inquit, cornu salutis nobis in domo David pueri sui: sicut locutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt prophetarum eius. Hinc gloriosus princeps apostolorum ait: Omnes prophete at Samuel & deinceps, annuntiauerunt dies istos. Vnde & ipsam dominus ac salvator in euangelio est locutus: Oportet impleri omnia quæ scripta sunt de me in lege & psalmis & prophetis. Itaque de hac præelectissima arque sanctissima uirgine, in qua, ex qua, & per quam implenda erant excellentissima Christi mysteria, quam pater eternus prælegit sibi in sponsa singularem, in comparationem, in ueram unicui & coequalis sui filii matrem, quam & uerbum eternum sibi in amantisimam elegit genitricem, quam spiritus sanctus elegit sibi in summum sacrarum atque purissimum templum, & in parentem illius à quo ipse eternaliter incomprehensibiliterque procedit: de hac inquam tanta ac tali, decuit totū supergloriosissimam trinitatem, per patriarchas & prophetas prefari, signa & figuræ præmittere, supernaturalia insinuare. De hac omnium fortissima ac uictoriōfissima mulierum, purissima uirginum, fecundissima matrum, in mudi exordio dixit sub typō serpentis, dabo: Inimicities ponam inter te & mulierem. Ipsa conteret caput tuum, & tu infidelis calcaneo eius. De ipsa quoq*i* & adorando filio eius locutus est Balaam: Orient stella ex Iacob & exurget uirga. Et ut alia habet translatio, Virgo de Israel. Præterea, ad signandum omnipotentem dei filium puritate huius incomparabilis uirginis attrahēdum, eiusq*i* sancto amore uincendum, & in eius sinu reclinandum, Balaam superfortissimum creatorum fortitudini unicornis comparauit, dicendo: Dominus deus eduxit eum de Aegypto, cuius fortitudo simili est rhinocerotis. De hac sua desideratissima filia ac dignissima domina, multa locutus est David in Psalmis: Astitit, inquietus, regina à dextris tuis in uestitu deaurato. Itemq*i*, Audi filia & uide, & inclina aurem tuā, & concupiscet rex decorēt tuum, quoniam ipse est dominus deus tuus. Et denovo, Veritas de terra orta est. Ac rursus, Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. De hac optima delectabilissimæ Maria uaticinatus est plurima sanctus & inclitus Iasaias: Ecce, inquietus, uirgo concepit & pariet filium. & Egredietur uirga de radice Iesie, & flos de radice eius ascendet. & rursus, Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum: periat terra, & germinet saluatorem. Insuper, in persona dei loquens, Accessi, inquit, ad prophetissam, & concepit. Itemq*i*, Antequā parturiret, peperit. Hinc sanctificatus in utero Ieremias predixit: Nouum faciet dominus super terram: mulier circumdat uirum. De ipsa quoq*i* in Canticis diffusus ceteris uaticinatus est Salomon, qui in Proverbiis de ea legitur scisitatus: Mulierem fortē q*uod* inuenierit. Amplius, illustrissimam han Mariam omnī creaturarum prorsus dignissimam, presignauit lux illa, seu lucida nubeula in exordio facta, de qua die quartο legit sol for-

aa *ma*

lal. 45

Mal. 3.

Luke. 1.

Actu. 3.

Luke. 24.

Gen. 3.

Num. 24.

Psal. 44.

Eodem.

Psalm. 84. 85.

Isaia. 7. 11.

Isaia. 45.

Isaia. 8. 65.

Ier. 1. 21.

Pro. 3.

Reg. 18.

Gen. 11.

Gen. 7.
Exo. 10.25.
Exod. 37.
Exo. 25.
3. Reg. 5.
Iudic. 6.
Ezech. 4.4.
Num. 17.
Exo. 3.15.
Iudic. 4.5.
Tobit. 3.
Hebrei. 12.
Judith. 3.

matus, sic de virginē p̄ae colenda natus est Christus. Hanc om̄ium dominam seculorum, sine qua nemo saluat⁹, p̄afigurauit arca, extra quam nemo eus sit diluvium. Hanc signa uit tabernaculum Moysi, hanc arca testamenti, hanc propiciatoriū & uelamentum. In ipsa eadem deus legis uerissime commorari, & in natura assumpta circuſcribi dignatus est. Ipsa in se continuita manna celeste, pane uite qui de celo descendit. Per ipsam reconciliamus altissimo: Ipsam p̄afigurauit candelabrum templi, thronus Salomonis, uellus Gedeonis, porta clausa Ezechieli monstrata, per quā deus Israhel est ingressus, & quē principi manifesta clausa Virga quoq; Aaron, quae floruit ac protulit fructum, non radicata in terra, nec irrigata ab aliquo; rubusetiam ardens, nec Iesus. Ipsam nomine & effectu p̄afigurauit Maria soror Moysi, prophetissa Lahe, Delbora, Sara, Hester, Judith, & Bechabée, imo de his p̄afigurationibus innumerabilia ac p̄ae clara possent induci, de quibus hec pauca sufficiat tetigisse. Neq; incongruum est, gratiosissimā incomparabilemq; Mariam per tam diuerſa atq; per coniugatas ac uiduas figurari. Tanta quippe est excellentia eius, tot commendabiles proprietates ipsius, tot p̄aeclarissimi sunt illius effectus, quōd per pauca factis p̄afigurari ac designari nequivit: imo cūcta p̄acta atq; omissa pariter sumpta, à plena & cōdigna significatione ac p̄aeſtimatione eius ineffabiliter deficiunt & occubunt.

Articulus XII. De oblatione ac commoratione virginis benedictæ in templo.

Suscipimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. Sicut ex p̄ahabitis in noteſcitur, deuotissimi parentes suauissimæ & incomparabilis uirginis, quam ex annuntiatione angelica ac promiſione accepérunt diuina, uouerunt se deo oblatores & eius mancipatores obsequijs, quod & fideliter implauerit. Etenim ablactatam facrosanctam gratiosissimamq; infantulam duxerunt ad templum: & ſicut non ſolum in libro de Ortu ipfius apocrypho legitur, ſed & a sanctis quoq; quibusdam patribus Epiphanius ac alijs recitat, poſuerunt gloriosam uirgunculam circiter trium annorum, in iſimo quindecim graduum, per quos ascendebatur in templum in monte ſitum; quofacto, puella ſanctissima per ſe absque ducentis ac leuantis ſubſidio ascendit per uniueros grauifilios, non fine ingenti intuentum admiratione, ac ſi perfectæ fuifet etatatis. Nec hoc incredibile uideatur, cum & in quibusdam infantulis, ubera adhuc materna ſugentibus, uifa ſint ſigna & opera p̄cipue deuotionis: Quemadmodum in ſancto & magno p̄aſule Christi Seruatio, qui in ſua infantia atque lactatione frequenter per duos aut tres dies ab uberum ſuſtione abſtinuit, & inter nutrientis lactantisq; brachia, oculos ſaþe ad coeum leuauit. Sic & electus dei pontifex Nicolaus, cum infantulus baptizaretur, ſterit ere flūſſecun da quoque quartæ ferijs ſemel duntaxat ubera ſuſxit. Si tam gratiola p̄uenit ſunt, illuſtrati, conformati & moti famuli ſaluatoris, ad p̄efigurandum excellentiam futuræ eorum deuotionis ac fancitatis, quid ſentendum eft de electissima matre omnipotens, quæ incomprehensibiliter & incomparabiliter gratiositate operabatur in ſanctissima illa uirguncula, mox matre ſua futura, cuius mentem & corpus ſupernaturaliter ac ſpecialiſlimate gubernauit ac roborauit: & ſi gloriosus Iohannes baptista adhuc in utero matris CHRISTVM cognouit, & de eius p̄aſtentia exultauit, uſu rationis miraculoſe p̄aenatus, cur non amantissima dei, que à nullo illuſtrium uincitur, imo & ſuperat uniueros, credat ex ſupernaturali illuminatione, ante ſolitum tempus uſu rationis frequenter p̄uenita, & ante coætaneas ſuas, affiduum & compleatum rationis uſum ſortita. Postremo, decentiſſimum fuit, ut p̄aelecta concipere dominum templi, in ipſo templo consecratur, obſequereturq; domino, & ſuam infantiam in exercitiis expenderet ſacris, atq; ibidem inſtruueretur literis ſanctis.

Articulus XIII. Cur filius dei non elegit naſci ex uirginē opulen-
ta, potentia, temporaliterq; regnante.

Infirmā & abiecta mīdi elegit deus. Dicitū eft qđ toti nobilitatis fontem unigenitū dei, regem regū, p̄aſulem ſummu, dominū Iefum Christum decuit ex illuſtri & regia, patriarchali p̄oſtſicali, qđ ſtirpenaci; unde cōueniens uideſt, ut ex immedia-
ta filia regis, regina poteti, temporalit p̄fidetē ac diuite naſceret. Cur ergo ex pueſſa la-
bro deſpōſata uoluit gigni? Et rñdendū qđ ſapiētia dei uerbū eternū, unigenitū p̄tis, cūcta ſapiētē diſponēs ac deceptiſſime faciēs, atq; i nūero, p̄odere ac mēlura cōſtituēs uniueraſa, ſic elegit ex illuſtrissima naſci adolescētula, ut tñ proximi & propinquū parētes illius non
eſſent excellenter potentes, locupletes, aut nobiles ſecūdum reputationē humanam, ſeu

ix xta

lūxta ſeculi huius curſum, cuius rei cauſe rationabiles assignantur: Prima eft ne promulgatio euangelice legi poſter aſcribi poſteſtat, nobilitati aut opulentiae genitricis Christi, aut cognitorum & propinquorum ipfius. Ēadem cauſa noſtuit in Ierusalem urbe metropoli gigni ſed in Nazareth modico oppidulo concipi, atq; Berthlehem ciuitate parua generari. Hinc quoq; idiora, plebeios, impotentes & pauperes elegit conſtituitq; apostolos, ne omni miraculo mirabilior, cōuerſio mundi ad arduissimam legem, & incomprehensibilem fidem catholicam aſcriberetur sapientiae, eloquentiae, uerſutiae, potentiæ aut dignitati p̄aeſicatorum legis ac fidei Christianae, ſed in omnibus agnoscatur operata diuinitas, quae non per aliquid p̄aeſitorū, ſed per ſigila, prodigia, miracula, ac uaria ſpirituſanci chari, ita non ſolum uulgi ignobile, ſed philofophos quoque & oratores, reges & principes, ſcribas, facerdotes qđ Mofaica legi ac fidei CHRISTI ſubiecit. Secunda huius rei ratio aſsignatur, quoniam filius dei deſcendit in mūdum hunc, quatenus uerbo & exemplo oſtenderet, uniueraſa mundi huius magnalia, nobilitatem, poſteſtatem, diuitias, delicias & honores, deſiderio futuræ, cœleſtis ac ſempiternæ felicitatis eſſe paruipendia ac relinquaſta: proprieſter quod in maxima paupertate, humilitate, abiectione qđ uixit in ſeculo iſto: atque in omnibus quod carni moleſtitus eft, elegit ut ipſum in talibus efficaciter in uitam initentur, qui ueraciter appellari cupiunt Christiani, & per gratiam CHRISTI ſaluari. Tertia cauſa eft, quoniam primus CHRISTI aduentus ſuit p̄aenituitus in omni paupertate & humilitate futurus, iuxta illud Zacharie: Ecce rex tuus uenit tibi iuſtus & ſaluator, ipſe pauper & ascēdens ſuper aſinam. Quarta, ne filius dei uidetur mundanam proſpectatē beatificare, & magnos ſeculi huius pauperibus humilibusq; p̄aſſerre. Hinc ait Apostleſ: Videte uocationē ueſtrā fratres, quia non multi ſapiētes ſe cundū carnē, nō multi poſtēs, nō multi nobiles ſunt inter nos. Hinc ſup Luca ait Ambroſius, circa illud Angelus ad paſtores ait: Non gymnaſia, nō rhetores eſſunt, ſed ſimpli cem deus plebem aſſumpit, quae audita phalerare neſciuit. Quinta, ut merito paupertatis humilitatisq; CHRISTI ſpiritualiter per dona gratie locupletemur, & eternaliter per dona gloriae felicitemur. Vnde de CHRISTO ait Apostleſ: Propter nos egenus factus eft, ut illius inopia nos diuites eſſemus.

Articulus XIII. Quōd beatissima & admirabilissima uirgo maria uerisſi-
me facta ſit & exiſtat genitrix ueri dei.

Paruſus natus eft nobis, filius datus eft nobis, & uocabitur admirabilis, confiliarius, deus, fortis, pater futuri ſeculi, p̄iſceps pacis. Hec eft ſumma ſapiētiae Christianæ, hæc plenitudo theologicæ ueritatis, quōd deus eternus & uerus, ſic uere unus & ſimplex eft in deitatis ſentia, ut nihilominus uere trinus ſit in perſonis, atq; quōd unigenitus dei patris patri adorando cōſubſtantialis, coequalis & coeterius, uerē factus fit homo, aſſumendo naturam humanam ex intēnitate ſereneſſima qđ Maria, hoc eft, ex purissimiſ eius ſanguinibus formando ſibi corpus humanum, nō uiformata, uirili, humana, ſed uirtute oñi potenti, diuina, cui cōpetit agere cum uoluerit in instanti. Sic qđ corpori illi in ſtantanea ſupernaturaliterq; formato & organizato, in ſtantanea tipe creationem infudit animam rationalē, quam eodem in ſtantate tanta plenitudine grātia ac uirtutum, tanto decoro donorum & fructuum, tanto ſplendore ac eminentia ſapiētiae ac diuinorum chariſmatum, tanta claritate beatificis uifionis diuinę eſſentię, tanta delectatione atque dulcedine gloriosę fruitioſis increatę bonitatis, tanta p̄fectione toruſ ſanctitatis, dohis quoque gratiae gratis datae impluit, perfudit, ac ſpeciosiſſime decorauit, quantum ipſa anima extitit capax, & capere potuita quōd tota elius capacitas tunc ſuit impleta. Eodem quoque in ſtantante animam illam profuſ pulcherrimam ac carnem ea animatam, hoc eft, perfectam humanitatem ſuę deitati immediate coniuxit, & in ſeipſo ac in ſuo eſſe personali increato ſuppoſitauit, ita quōd uere factus eft homo, eo quo ab æterno preordinauit, momento ac modo, ab qđ ſuę mutatione, p̄ernante utriusq; nature naturali proprietate inuiolata. In hac uerbi æterni incarnatione, ſumme & excellentiſſime incomprehensibiliterq; apparuit, ac reluet ineffabilis charitas dei ad nos, inæſtimabilis qđ qđ dignatio ac infinita pietas eius in nobis, ſed & copioſiſſima liberalitas eius: & primo ac maximē apparuerunt hæc omnia in ipſa natura humana, quā ſibi ita inuiuit deinde in p̄eclariffima uirgine Maria dignissima, ex qua eam accepit atque aſſumpit, ita quōd ipſam uenerandissimam ſanctissimamq; Mariam effecit propriam matrem: deinceps in omnibus nobis, quorum naturā ſic exaltauit, & quibus in ſpecie ſpecialiſſima ſic ſimilis eft effectus.

Aa 2 88

christus cut
humili loco
hæc uolue-
ria.

Cauſa II.

Cauſa III.

Cauſa III.

i. Corin. I.

Luce. 2.

Cauſa V.

2. Cor. 6.

i. Corin. 9.

Christianæ

ſapiētiae

luminæ.

E & quorum sororem fecit suam propriam genitricem. Præterea, non sine sapientissima ratione, non sine profundissimo consilio, non sine multiplici causa, nō absque copiofissimo fructu, sic factus est homo. Non enim factum est hoc tantum ad ostendendum charitatem, pietatem & munificentiam eius ad genus humanum, & specialiter ad suos electos, & ad suas præelectissimas creaturas, uidelicet CHRISTI humanitatem ac Mariam dulcissimam: sed item ad subueniendum indigentibus, damnis atque periculostius humani generis, quod nec conuenientius neque salubrius poterat reparari, redimi & saluari, quam per incarnationem & passionem unigeniti filii dei. nec enim pura creatura fuit idonea & condigna totum genus humanum ab originali culpa caterisq; peccatis suis mundare, à potestate daemonum liberare, ab æterna damnatione eripere, & gratiam reformationis eidem mereri, ac satisfacere pro omnibus in communi, atque æternam beatitudinem cunctis recuperare: imd ad haec omnia peragenda congruentissimum fuit ipsum deum deum uerū fieri hominem: cui ex parte naturæ assumptus, competebat satisfacere & mereri ex unita uera deitate & immediata ac hypoistica unitone cum uerbo æterno, conueniebat ipsi uerbo incarnato homini factio, efficacia, idoneitasq; immensa ad taliter succurrentum, medendum, atque saluandum, prout istud in aliis opusculis diffusus est ostensum. Postremo, sicut non decuit unigenitum dei, humanam naturam ad personalem sui assumere unionem, nisi tanta diuinorum charismatum plenitudine decoratam, quod maioris ornatu & pulchritudini interioris capax non fuit, ita non decuit ipsum dei patris unicum filium humanitatem assumere, nisi ex uirgine tantæ perfectionis ac puritatis, quod puræ creature subsisteti in esse creato non decuit ampliorem conferri.

Articulus xV. Quod dignitas & gratia, puritas & excellentia Mariæ dulcissime, sit quodammodo infinita.

Psal. 44.

A Stit regina à dextris tuis in uestitu deaurato, circu data uarietate. Dignitas creature est assimilari suo creatori pro posse: & quo creatori excellētius conformatur, eo deiformior digniorq; efficitur. Cum ergo beatissima uirgo Maria eundem conceperit, pepererit, & inde etiblister habeat filium quem pater eternus, constat quod ei comparentalis existat atq; similitudinē quemille genuit ab æterno sine matre, ipsa optima uirgo genuit in tempore absq; patre, id est, uiro ad eius fecundationē non concurrente. O quām incomprehensibilis est dignitas & excellentia ista, illū habere filiū, quem tota indesinēter adorat subtletas angelicorū spirituū, omnisq; ciuiū exercitus supernorū: quē polus, tellus pontusq; contremūt, ac ipsa numina perhorreficiunt, à quo totū uniuersum in celanter dependet. Intuere pro uiribus quāta sit gloriosissimæ huius Mariæ autoritas & potestas, excellentia & dignitas, quæ mater est eius, & maternam haber autoritatem in illū, à quo omnis profluxit potentia, omnis processit autoritas & dignitas universa, imd cuius comparatione totus mundus est tanquam pului exiguus, qui uniuersis ac singulis penitus infinita & prorsus incomparabiliter maior, perfectior, dignior, felicitorq; centetur. O quām inæstimabilis est huius honorabilitas matris, quām incomparabilis excellentia huius felicissime genitricis. Denicē secundū philosophica documenta, resiliunt nobiliores, quæ maioris & altioris extat fecunditatis & causalitatis: imd iuxta Philosophū, unumquodq; in sua specie & natura perhibetur pfectum, dum potest sibi simile generare. Nōne igit nobilissima ac pfectissima rite asseritur, & quodammodo infinita excellentia esse conuincit, quæ cōcepit & genuit deū deo, germē maiestatis oīno immēsae, quæ mater & causa est eius à q; omni causalitas, cuius fructus ac filius omnem effectū & fructum ac filium excellentia simpliciter infinita transcendent: Insup, sicut uirginea mater deo filio ex se nato propinquissima est, ita quoq; idē extat similitima. Cū igitur nō ad men surā datus sit spūs sanctus, & omnis grā eius filio uirginis secundū humanā naturā ipsius, innoteſcit q; plenitudini ac suo modo, infinitati grā atq; internę munditiae Chri gratiatis, puritasq; Mariæ sanctissimæ, p̄r cunctis uehemētissime appropinquet. Ampli, sicut ait Philosophus, dijs, magistris atq; parentibus nō potest reddi equalenstia qua lege ac regula quis ille excipiatur, qui propriam cōdidit matrem, cui multo plus cōtulit, q; ab easus cōpitim hilominus certū est, q; tñ cōtulit ac retribuit suę m̄fi, q; tñ tali genitrici tā fidelissimę, affectuosissimę, obsequiosissimę atq; hūilimę m̄fi à tali ac tā filio decuit cōdonari. Vey quæ mens queat cōcipere, quæ lingua exprimere, qd & quantū decuerit filiū bonitatis ac maiestatis immēsae, charitatis ac munificentiae infinitae, & supabundantissimę liberalitatis,

Ioh. 40.

Mariæ nobilissima ac pfectissima.

sua tam dilectissimę & amoroſissimę date & rependere matri, p̄serrim cum ipse det omni bus affluenter, neq; improprietatē: imd cum ipse querat occasionem p̄fstanti, miserēdi, ac infinitas indeficientesq; suas diuinitas cōmunicandi, cui generale & proprium, delectabile & innatum est scipsum communicare, opulentiam suam immēsā undiq; exuberanter diffundere, gratiarum charismata imparti, subuenire, mederi, saluare ac ingiter misereſti. Postremo, quamvis maternitas dei secundū se assumpta, dicatur donum gratiæ gratis datae, propter quod bene differuit Augustinus, q; excellentissima uirgo maria fuit felicior concipiendo christum per fidem mente, quam concipiēdo eum corporaliter uentre, attamen quia maternitas ista fuit in benedicta & præamanda Maria eo modo quo decuit, puta cum comproportionata & correspondent plenitudine uirtutum ac donorū gratiæ gratum facientis: p̄atet q; ipsa dignissima sit tam ex parte donorū gratiæ gratis data, q; grā gratificantis: atq; ex hac dignitate & excellētia, qua ipsa esti mater dei, insunt & cōp̄tunt ei alij plurime prorogatiq; excellentiæ ac priuilegia, q; ḡbus dicendū est infra.

Articulus XVI. Quid per intertemeratā diuinissimā Mariam sol & luna, imd cūcta cœlestia, & elemēta ac inferiora, dignitatē p̄cipuā sunt fortita.

D Eus qui fecit mundū & omnia quæ in ipso sunt, manib; humanis non colitur, Adu. 17. nec indiget aliquid. Non ob suipius in indigentia, coimmodū aut profectū persest & inuariabilis deus condidit quicquā, sed ad creaturarū utilitatem cūcta creaturā. & quanto creator omnipotens ad suas creaturas gratiosius atq; propria quius se inclinat & applicat, tanto creaturæ sublimius exaltantur, & magis dignificantur, atq; cur afferit Leo papa ipsius ad ima inclinatio, est nostra ad summa protectio. Denique omnis creatura aliqd diuinę participat bonitatis, & per hoc suo creatori aliquo modo assūlat. Non q; aliquid uniuoce creatori ac creature conueniat, aut eadē in utrīs q; existat natura. Cum ergo ex te dū uere beatissima ac uenerabilissima uirgo Maria creator eterni creatarū naturā assūpsit, atq; in proprio esse in creato ac psonali suppositauerit etiā, factū ueraciter homo, conflat q; primū in te & per te dū uniuerso, maxime & profundissime in clinavit se ad creatu, propingissime quoq; applicuerit se eisdem intūtū, q; q; omnia fecit, factus est aliquid omnium: & qui infinita ac proufus incomparabili dignitate & excellentia transcedit cuncta opera sua, factus est eiūdēm speciei cum aliquibus illotū, imd & summis cūcta in genere. Eiusdem quippe rationis ac speciei est humanitas quāta assūpsit, cū humanitate hominum cæterorum, atq; per eam cum omni crea subtantia conuenit saltem in genere: sicut per hoc potissimum sublimauit, honorauit & dignificantur creatu, presertim ea quorum assūpsit naturam. Insuper per hoc q; ex splendidissima ac deificatissima uirgine Maria deus factus est homo, & conuersatus est in mundo, usus est in propria persona creaturarum suarum obsequiis, terram calcās, aerem attrahens, aquis se abluens, refidensq; ad ignem, cibis ac potibus uescens, imd & corpus ex elementis mixtum accipiens: hæc autē est p̄cipua dignificatio creature, q; sic creatori suo in p̄pria eius persona ministraverunt. Itaq; ex hac terra illa promissionis, oīm inquinata sceleribus Amorē, facta est terra sancta: quia in ea cōuersari, commorari & ambulare elegit atq; dignatus est creator ipius. Sol quoq; & luna, ac sydera in ministeriū gentibus cūcta creatu, ex hoc dignificationem grādēm adepta sunt, quid suo supdignissimo creatori luxerunt & obsecuta noscunt. Conformater orbes cœlestes, qui suum incircucriptibilem creatorē intrare continuerunt, & concluserunt hominem factum. Simili modo angeli sancti, qui super ipsum hominis filium descenderunt & ascenderunt, atq; in deserto ministraverunt eidem. Præterea, orbes cœlestes, sydera ac planetæ, elementa & mixta, indecentiam quandam & ignobilitatem incurrit, ac passa uidentur per hoc, quid indignis uitiosisq; seruierunt hominibus atq; idololatri. Verum per benignissimam excellentissimamq; Mariam, ecōuerſo, multo maiores decentiam ac nobilitatem recuperasse & obtinuisse cernuntur, dū proprio creatori in suipius psona impenderunt obsequiū. O si tanti honoris habuissent notitia, q; hilariter hoc fecissent. Amplius, ab excellentia creatoris distabat olīn in infinitū totius cōditio creature. Sed per bñdicitā suauissimamq; Mariā, atq; in medio uteri ei⁹ castissimi, facta est unio creatoris ac creature immēdiata, & in unā conuerterunt personā, deus & homo, increata & creata natura. Ecce quantū oīs creatura, & totū uniuersum tenet suo modo honorare & amare maria deitatem. Merito gloriosissima uirgo creaturis oībus est p̄plata, p̄ quantum dignificationē sortita est omnis natura creatu. Ecce quantū gaudent mechanici, quantū putant se honorari, si princeps aut rex terre ipso, dignus ferre uestē eos, cum

Per uirginē
Mariam de-
us se ad crea-
ta cōuerit.

Per uirginē
Mariā, unio
creatoris &
creature fa-
cta est.

signo officij eorundem. Multum ergo sublimata est omnis creatura, dum ex benedicta & summa maria creator omnipotens indutus est creata natura.

Articulus XVII. De supernaturali dignitate & admirabili puritate corporis
sacratissimae uirginis. Et q[uod] p[ro] illud dignificata sunt corpora o[mn]i[n]m[us].

Loriscate & portate deum in corpore uestro. Corpus humanu[m] quamuis in sua

t. Corf. 6.

Fal. 4.

Corpusnostru[m] per part[em] Marie inspe[ctio]ne reforu[m].

Coparatio.

Fal. 4.

Corpus Mariae creatori acceptissimum fuit.

Gadmodum anima rationalis præ ceteris formis substantialibus magnæ est dignitatis, sic corpus eius præ corporibus ceteris mixtis est dignius, ac nobilioris complexio[n]is, atq[ue] ad ampliorem elementariu[m] qualitatuum temperaturam & equalitatem redactu[m]. Sed ex primis trah[er]egressioni parentu[m] somnis est infectu[m], pronu[m] ad uitia, ac rebelle anima factum, hinc moriendo necessitatem incurrit. Porro per gloriostate Marie sanctissimæ salutis, partum ac uteri eius uirginis fructu[m] salutificum, liberatum est corpus nostrum, & reformatum in spe merito Christi, reformandum in re & glorificandum in resurrectione futura. Mundatu[m] est quoq[ue] reatu somnis in baptismo. Insuper, sicut corpus humanum uehementer uillificatur anima repugnando, concupiscētis ac uitis seruendo, atq[ue] ad creatoris iniuriam uilissimi turpissimi miscerib[us] gula ac luxuriae inherendo, quod fit cloacafœdissima, meretricia massa, voluntaria dæmonum, spurcita ac putredo iniquitatum; si[ci] ipsum corpus præclare nobilitatur ratione obediendo, uirtuosisq[ue] actibus insistendo, sanctæ sobrietati ac flagrantissime castitati uacando, sicut prebendo le instrumentum cultui ac honorificetia dei in omni exercitio uirtuoso; quod quam gratia ac placitum sit regi omnipotenti, ipse frequenter ac euidenter ostendit in sanctorum corporibus, quæ post separationem ab animalibus preseruauit in monumentis, per plurima annorum curricula resolutione & putrefactione atq[ue] foetore, i[m]d[ic]o hæc honorauit fragrantissimo se odore, & per præclaras atq[ue] innumeras mirificauit ea miracula, intatum, quod ex eorum contactu reuixerunt defuncti, mundati fuerunt leprosi, liberati obfessi. Quatisdem miraculis honorauit beatissimorum martyrum corpora, tam in eorum martyrijs, q[uod] postea longum est recitare. Videmus quoq[ue] in quanto honore habeantur sanctorum reliquiae, i[m]o & materiae in se uiles, quæ sanctorum corpora terigerunt, & ad ea aliquo modo pertinuerunt, ut uestes, baculi & capilli ipsorum. Itaque innotefecit, quod quanto incomparabilis uirginis sacratissimum corpus fuit ab omni labe peccati, etiam uenialis, magis immunit, rationi quoq[ue] ac legi diuinæ magis subiectum, & excellētissima castitate amplius decoratum, in quo nunguam fuit ne minimus quidem motus inordinatus aut stimulus, atq[ue] in summa sobrietate omnij ex exercitio sancto, incessabilius ac eminentius exercitatum, eo nobilius ac dignius est effectum; & certum est, quod in his omnibus, incluyim[us] & inexternum benedicta MARIAE corpus ineffabilis excellentiæ fuit. Ideo acceptissimum extiit creatori; & quanto per naturam erat declivius, tanto per gratiam & uirtutes factum est sublimius, dignius atq[ue] nobilius. Præterea, aliunde inestimabiliter dignatum est præstantissimum Mariæ pristinum corpus, primo ex eo, quod eius portione ac substantia sumptum & formatum est corpus illud desificantum, quod in unitatem personæ sibi assumpit uerbum aternum. O prouersus incomparabilis domina, pretiosissima uirgo Maria, cuius portio modica a uerbo aeterno assumpita, ad redimendum totum genus humani fuit idonea; Secundo, quoniam in castissimo utero eius quiete & cōmoratus est membris noui dei unigenitus homo factus & nutritus mundis ipsius sanguinibus. Si uirtus exiit de Christo inter homines conuerante, & sanavit omnes, quā uirtus intra totum mensis emanauit ex eo in uas illud mundissimum, in q[uod] ipse fecit sic personaliter habitauit. Si quis per horā teneat in manu rem odoriferā, p[ro]fumam, suauem, nonne manus eius contrahit inde fragrantiam & uirtutem? Quantā ergo suauitatem, dignitatem, munditiam conferunt immaculatissima uiscera benedictæ Marie ex causa diuina habitat[ur] in ea, præsentia eius qui est essentialiter & incircumscripibiliter ac superplenissime sanctus, dignus, suavis ac uirtuosus. Tertio, quoniam uerum deum ex se uere & corporaliter natu[m] hæc optima & benignissima uirgo Maria suo felicissimo corpore quotidie cum summa charitate, reverentia & humilitate honorauit, nutritu[m], lactauit, circunferebat, amplectebatur, deosculabatur & contraclauit, impendens adorando infantulo, quod infantibus solent impetrare genitrices. Quis in horum confederatione fatigatur, & non prouersus deficit? quis electissima uirginis dignificationem capere queat? quis non totis præcordijs tantè dignati, excellentiæ ac beatitudini eius singulari[us]q[ue] cogratuletur? Certe o[mn]i[us] amabilissima

uir-

uirgo tam dignificata est ex prætaciis tua illustrissima caro, ut nullius puræ creature corporis, nec ccelorum, nec planitarum ei ualeat in nobilitate & dignitate equari,

Articulus XVIII. De dignitate & sanctitate singulorum membrorum uirginea[m] matris: & de copiosa iucunditate ipsius in presentia, contrestatione & de osculatione unigeniti sui.

Batus uenter qui te portauit Christe, & ubera quæ suxisti. Cum dominus & salvator cœlestis doctrinæ fluenta euangelizanda effunderet, una mulierum, sacre menter admirans, ex interiori abundantia protulit suauissimum uerbum iam allegatum. Deniq[ue] quam uere & eminenter, q[uod] singulariter & supernaturaliter dignificata, beatificata & ut sic loquar, deificata sint omnia secundissimæ uirginis membra, ex Christi uerbis docemur, quibus suis dixit discipulis: Beati oculi qui uident quæ uos uidetis, & auresque audiunt quæ uos auditis. Dico enim uobis, q[uod] multi reges & prophetæ uoluerunt uidere que uos uidetis, & nō uiderunt: & audire quæ auditis, & nō audierunt. Si ergo comedantur & beatificantur à Christo oculi & aures, qui eum uiderunt & audierunt: & si tam magnum ac salubre frumentu[m] saluatoris uidere & audire in carne, quod sancti prophete & reges hoc audidisse optauerunt, q[uod] magnum, saluberrimum ac desiderabilissimum fuit, ipsum dei patris unicum filium, castissimo uentre concipere, portare, nutritare, cōrectare, & non solum interiori exteriori q[uod] uisit uide, ut dominum deum ac salvatorem; atq[ue] audire, ut magistrum & predicatorem, sed etiam ipsum quotidie per tot annos ad libitum intueri & audire, ut unicum & amantissimum filium, in modo ut ei dignissime subditum, ut cœlestem sp[irit]ualem & specialissimum sponsum, ut familiarissime & amorissime cohabitato[re] domesticum. Beatissimi ergo sunt oculi summæ suauissimæ & aeternaliter benedictæ Marig, qui deum incarnatum ita uiderunt: beatissime aures eius, qui Christum sic audierunt: beatissimus tactus eius, qui illum assidue ac maternaliter corporaliter tractauit: beatissimus gustus eius, q[uod] cum rege cœloq[ue] quotidie comedit & bibit: beatissimus eius olfactus, q[uod] dulci saluatoris odore frequenter est immutatus. Sacratissima ac suauissima ubera eius, qui universitatis opifici alimoniam præbere electa sunt. Felicissimum os & labia uenerabilissimæ & præclarissimæ prosus Marig, quæ deum ex se natum infantulum, toties & tam affectuo fissima atq[ue] purissima affectione sunt osculata. Beatissime manus glorificande Marie, quæ filium dei ac suum tam crebro in se tenerum, circumferebant, duxerunt, & obsequia infantibus debita exhibuerunt eidem. Beatissimum pectus eius & brachia, iuxta quod & inter que dei filius, toties in sua infantia pie creditur quievisse. Beatissimum collu[m] eius, ad q[uod] puer Iesu uera sugens uirginea, toties sua extendit brachiola: beatissimi pedes eius & crura, quibus processit ad prætacitam obsequia, & eum tam intra se nondum foris natum, quam extra iam genitum baualuit. Beatissima ac splendidissima uiscera eius, in quibus omnipotens uirtus, sapientia, uirtus & incorpore, tot membris requieuit. Sic & certa eius membra rite beatissima prædicantur, & quod minus honestum apparere posset in ea, singulari[r] honestate, castitate & gratia, ipsa desuper honestatum agnoscitur, hec oculo mundo sunt contemplanda. Sic q[uod] de his uiri deuoti ac cœlitus illustrati, sinceriter ac devote sunt elocuti: O beatissima mater ac uirgo purissima, quam sancta, suauia, pura quæ oscula, tenellis getis, ac labijs atq[ue] clarissimis Christi infantili oculis hilariter ac reuertissime impressisti. O felices purissimiq[ue] amplexus, quibus sanctus sanctorum, sanctitas ipsa immensa, & mater sanctitatis ac pulchritudine dilectionis se in uicem amplectebantur. Quis cor[de]s tui arcana nobis poterit referare? Optima & præcamabilissima uirgo Maria, qualiter cogitatum tuum ad utru[m]q[ue] flectebas, dum unum eundemq[ue] filium dei ac tuum in manibus tenens, nec adorares ut deum altissimum, nec osculareris ut tuum puerulum. Quid latitie habuisti in mente, dum tales ac tantum filium tuis sacris lactasti ueribus, & circumferebas tuis brachijs sanctis, quæ ipsum souebas in gremio, reclinasti in cunis & lecto, & osculabaris ore sereno. O quanta, quam in comparabiliter grandia, quam unice ac saluberrime singularia sunt hæc o[mn]i benedicta ac diuinissima uirgo Maria, quantum dilexit & qualiter prelegit te de omnipotens, q[uod] te honorauit, q[uod] familiarissime & gratiosissime tecu[m] egit, q[uod] tu eum diligere, & qualiter ei regari teneris. O delectabilissima dñia, o admirabilis ac felicissima creatura, o q[uod] uere dixisti, q[uod] misericordia magna q[uod] potes, q[uod] grata ac h[ab]ili mente cecinistit

Loc. vii

Loc. viii

D. DIONYSII A^V RICKEL CARTHVSIANI

Zu. 1	Magnificat anima mea dominum, et sinceriter fatebaris, Exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Ecce uenerans & magnus illi patriarcha abraham pater tuus, in modo potius seruus ac filius tuus, exultauit ut uidetur diem christi filii tui, uidit & gauisus est, qui tamen filius tuus non uidit, nisi in spiritu aut figura. Et si tantus uir ex imaginaria, spirituali aut typica uisitione christi futuri ita gauisus est, atque cum tam in genti affectu ipsum optauit uidebitur, pre corde aliter tu felicissima mēs, laudabilissima semper maria, in ipsius christi filij tu gaudet debes presentia & aspectu. Certe tanto plus quanto amplius enim amasti, quo clarius cognovisti, quo familiarius cohabitasti, quo licentius contrectasti. Postremo, symeon ille iustus ac tumoratus, uiso filio tuo, quem tam diu ac feruide fuerat prestolatus, gauisus est uehementer, in modo ineffabiliter, apprehenditque puerum IESVM in ulnis suis, & benedixit deum patrem ac dixit: Nunc dimittis seruum tuum dñe secundūm verbum tuum in pace. Verum sanctus & sapiens senex ille te domino gloriose maria, & affectuosisima mater, sapienter preauisauit, & contra futuros dolores congrue premunivit, admonens te sic de filij tuis maiestate atque praesentia gloriari, ut nihilominus scires te cum illo, & propter illum multa passuram. Hinc dixit ad te de filio tuo: Ecce positus est hic in ruinam & resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur: & tu ipius anima pertransibit gladius.
Iu. 2	Articulus XIX. Quod prefatū iunctūtātī benedictā ac uirgineq; matris, admixtūtū fūtū frequenter dolor & inceror multiplex & amarus.
IbideM	Filiū matris meæ pugnauerunt contra me. Filii matris beatissimae uirginis fuerunt Iudei, filii synagogae, quod Christum perseguendo, eius quoque genitricem grauitate fixerunt. Itaque sancta & gloria uirgo maria excepta non fuit a lege & regulâ illa communis, multe tribulationes iustorum, in modo quo iustior, perfectior, atque in charitate dei ac proximorum erat feruenter, ed in uita hac plures & acerbiores habuit afflictiones. Primo autem fuit pia compassione afflita, dum Christo ex se nato statim uidit eum frigore affici, eiusque uagitum ac ploratum audiuit, & dum eum in duro reclinavit præsepio. Secundo & gravis condolebat, dum puer sanctus circuicidebatur, non sine graui dolore, cum esset complexionis tenerrima, & uteretur plenarie rōne. Tertio, dum iustus Symeonis prophetia audiuit dicentes: ecce positus est hic in ruinam & resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur: & tuam ipsius animam pertransibit gladius. Ex quibus uerbis considerauit dilectissimum filium suum a multis Iudeis spernendum ac crucifigendum, quod & ante cognovit. Quarto, quando percepit filium suum in Aegyptum esse transferendum ad fugie, dum perfecutionem Herodis, & quod impius ille inquisitorus esset innocentissimum infante ad occidendum. Quinto, quando ad audiuit occasione filii sui trucidatos esse a crudeli & ambitiosissimo illo tyranno plurimos pueros innocentes, quos parentibus & amicis, potissimum matribus, pessima uirgo condoluit uehementer. Sexto, dum unicum filium suum charissimum natum, paucis inuolvento, ac deinde assidue intuendo, audiendo & iuxta se collocando, meditabatur quod crudeliter esset ab impiis crucifigendus perforandus & occidens, ex qua die ditatione fuit in sacratissima atque mitissima & affectuosisima matre tenerima profluis, pessima, frequē & nimis amara copassio, afflictio, angustia interdum pene usque ad extasim & defectum. Veruntamen ex spiritu sancti dispositione talis consideratio & afflictio in benedictissima matre moderamen habebant, & ex intuitione copiosissimi consolaberrimi fructus passionis dominice, reueamen & consolationem sortiebant. Septimo, quando quesuit eum, & post triduum quesitum inuenit in templo. Octauo, quando aduerterit quemadmodum Iudei increduli & ingratii Christum persequebantur detrahendo, murmurando, irridendo, blasphemando, obseruando: & quando eduxerunt eum ad precipitum, dum atque dum cum lapidare uolebant. Nonno, dum enim audiuit passionem suam prædictae, præsertim in domo Symonis leprosi, suo super eum pretioso unguento, ac deinde clarissime in domo marthæ. Decimo, quando in die cœnæ recepsit ab eo, sciens eum in die sequente crucifigendum. Undecimo, quando audiuit eum iam esse captum. Duodecimo, dum primitus uidit eum in manibus hostiū lamentabiliter inmutatus: & exinde in tota filii sui passione ei fidelissime, inde sinenter ac uehemeritissime fuit copatiens. In grauissimo quoque malo fit dolore quoque filius suus a morte resurgens, ei primo apparuisse credens est. Eritatio sua uisus est allo quebatur & consolabatur, quanto nouerat ea præ ceteris cordialius sibi consoluisse. Attamen Christosepulto, benignissima uirgo ex consideratione glori filii sui, & mox futura resurrectione ipsius, atque ex contemplatione multiplicis fructus passionis Christi, quoddam habuit consolatoriū reueamen. Tertiodecimo, quando loca passionis sui filii visuata
Cant. 1	
Psal. 3:	
Mulier uirginis & Marie tribulationes.	
Iu. 2	
Luc. 2	
Luc. 14	
Mar. 14.	

DE LAVDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS MARIA

uitabat: tunc enim diligentissime ad memoriam reuocauit ea quæ Christus in illis sustinuit locis. Quartodecimo, quando attendit ea quæ fideles sustinuerunt pro Christo, quibus condoliuit p̄fissima domina. Quemadmodum etiam fertur in Actis: Quod uiri timorati, qui Stephanum sepelierunt, fecerunt planctum magnum super eum. Insuper sacratissima uirgo Maria omni spirituali amore plenissima, de infidelium Iudeorum execratione, obduratione, ingratisudine, damnatione, maxime tristabatur. Sicut & apud Marcum legitur: Contristatus est Iesus super cæcitate cordis corum. Hinc ipsa uerissim medicere potuit illud apostoli Pauli: Tristitia mihi est magna & dolor continuus cordi meo pro Iudeis. Denique his concordat quæ in revelationibus sancte Brigitte recitantur, in quarum una legitur excellentissima uirgo sancte Brigitte retulisse: Quādo considerabam manibus & pedibus filii mei loca, in quibus erat clausus perfrādus, quem scđm prophetas scui crucifigendū, tunc oculi mei lachrymis replēbātur, & cor meum quasi præ tristitia scindebatur. Et dum filius meus inspexit oculos meos lachrymātes, condoliuit mihi & tristabatur quasi ad mortem. Cum uero considerabam potentiam deitatis eius, iterum consolabar, sciens qđ ipse sic ueller & taliter expediret, video cōm uolūtatem mēa conformari uolūtati ipsius, & sic semper letitia mea mixta exiit cum dolore. In alia quoqđ reuelatione dicitissima uirgo Maria ait ad Brigitam: Liceret sciebam filium meum ex inspiratione diuina pasturū, ramen ex uerbis Symonis, quibus dixit, gladium perfrāsturum animam meam, & filium meum possum in signum cui contradiceretur, grauius perforauit dolor iste cor meum. Qui quoqđ assump̄ta fuī in corpore & anima, non à meo defuit corde, licet ex consolatione spiritus sancti temperabatur. Nam quoties aspiciebam filium meum, quoties eum pannis inuolui, quoties manus eius ac pedes inspexi, toties animus meus quasi nouo dolore absorptus ēt quoniā cogitauit qualiter crucifigeretur. Insuper quoties audiuī obprobria filii mei & mendacia contra eum prolata atqđ insidias ei positas, toties animus meus motus est dolore, ita quod uix potuit se tenere: sed uitute dei, dolor meus modum honestatemqđ habuit, ne leuitas & impatientia in me notarentur. Patiebar quoqđ dolorem ex tribulatione apostolorum & aliorum discipulorum: video non discedat dolor iste ab anima tua: quoniā nisi essent tribulationes, paucissimi saluarentur. Cum autem quodam tempore, cogitante me de passione filii mei, uidere t̄ me incertissimam, dixit: Non credis mater qđ ego in partem, & pater in me est? Nūqđ tu polluta es in ingressu meo, aut in egressu meo tribulata? Cur moreo contraheris? Voluntas enim patris mei est me pari mortem: in eo uoluntas mea est cū patre. Quod aut̄ habeo de patre, pati non potest, sed caro quam sumpsi de te, patietur, ut caro aliorum redimatur, & spiritus saluenter.

Articulus XX. Commendatio uteri virginis ac maternitatis

Benedictus fructus uentris tui. Quam excellenter, supernaturaliter ac singulariter honorauit deus omnipotens uirginem benedictam, quam inestimabiliter sublimauerit suauissimam, admirabilem diuinissimam Mariam, nulla mens penetrare, nulla potest lingua effari. Certe in preuagabiliſſima hac Maria optima uehementer, copioſiſſime adimpluit, quod primo Regum effatur: Quicūq; glorificauerit me, glorificabo eum. Erenim quoniam beatissima & in aeternum uenerandissima uirgo Maria creatorem suum totis uiribus honorauit, ipſe quoq; adorandus creator, deus in circumscrip-
tibilis maiestatis ipsam tanto sublimauit honore etiam in hac uita, quod personas creatræ non potuit major honor ac dignitas exhiberi, faciendo eam suipius genitricem uerissimam. Tanta quoq; plenitudine gratia ac uitrum, donorum & fructuum, beatitudinum ac meritorum hic ipsam ornando ac superimplendo, quod puræ creaturæ in esse creato subsistenti non decuit plus conferri. Denique, nonne ista est dignitas serenissimæ uirginis quasi immensa, quod is qui est uerbum æternum, naturalis, in circumscrip-
tus, adorandus filius dei patris, appellatur & est fructus uentris præstantissimæ uirginis huius? O glorioſissima domina, superexaltata Maria, quanta est excellētia ista, quod fructus & uni caproles mentis paternæ genitoris altissimi & immensi, factus est, & uocari dignatur fructus uteri tui. Ecce unigenitus filius qui est in sinu patris, qui aeternaliter manet & conquiescit in luce paternæ mentis, descendit o domina gratiosa, o regina dignissima in uterum tuum per incarnationis mysterium, & in eo conclusit se ipsum, efficiens se filium tuu & uterū tui mundissimum fructū. Nō immerito locutus est deuotus tuus Bernardus: O uenter ecclis diffusior, orbe terrarum capacior. Nonne cellula illa uteri uirginis, in qua continebat &

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

circumscrip^tus erat in natura assumpta is quem nec capere potest, nec circumscribere machina uniuersi, facta est per effectum hunc celo-dissimilat, totumq^m mundo capacior. O defuper honoratissima & ineffabiliter prelecta maria, quam totum cuiusq^m singularia membra, specia liter quoq^m uterum profus & exquisitum taliter honorauit & dignificauit altissimum: nempe uenter tuus dei filio consecratus, tam uere & eminenter factus est thronus dei, ut nec ali quis angeloz, nec aliquis celestium orbium, nec celum empyreum, nec anima ulla iustitiae tam appropriate ac uere dicatur thronus dei, ut sacratissimus uterus tuus. Nec enim in ali quo illo cōmoratus est, aut resedit uel requieuit deus maiestatis incircumscrip^te per commensurationem realem, per circumscriptionem inclusionem, per continentiam filiale, sed duntaxat in te atq^m in medio uentris tui dignissimi ita cōmoratus est, resedit & regnauit dei filius deus uerus. O summa & benedicta maria uirgo purissima. Deniq^m ex hoc priuilegio tuo appellationes dignissime tuo sacro cōueniunt uentri & omnium decus & ornamenti creaturæ. Hinc nanq^m tuipsa & uirginalis ac fœcundissimus uterus tuus uerissime cōmēdatur & appellat thalamus dei, cubiculum sponsi cœlestis, domus & mansio creatoris, tabernaculum saluatoris, sacrum uirum spiritus sancti, templum altissimi, hortus deliciarum, paradi sus cœlestium gaudiq^m, mysticarum secretarum nuptiarum, quibus unita est uerbo æternæ naturæ humana & ipsa quoq^m ecclesia. O q^m cōueniēter, q^m deuote locutus est tibi fidelis Bernardus. Iam igit^m utes tu tanq^m sacratissimum dei templū totus mūndus ueneret, quia in eo sa*l*us mundi est initia*l*a. Ibi decorum in dūtus est filius dei, & p̄flecta*l* su*z* ecclesiæ formosus in stola candida exultanter occurrit, desideriū dū osculū porrigen*s*, & ecclesiam sibi de*sp*ōsans. Hortus deliciarum est nobis sacratissimus tuus uer⁹ maria, q*z* ex eo multiplicis gaudij flores colligimus, quoties mēte recolimus, q*m* magna multitudine dulcedinis uniuerso orbi inde profluxerit.

Articulus XXI. De fecunditate gloriose ac generose Marie.

TNtrans in domum meam, conquiescam cum sapientia. Non enim habet amaritudinem conuersatio eius, nec tedium conuictus illius, sed gaudium & letitiam. Cogit unufq; quam dulce, quam consolatorium, quam appetibile sibi esset per unam horam uidere Iesum in ea dispositione, apparatu ac maturitate, quibus quotidie in sua dignissimæ præsentia matris ibat & conuersabat, tam in sua infantia quam in pueritia, ad conscientia ac iuuentute; qd delectabilis fuit conspicere puerum illum speciosum forma p̄fisi Iis hominum, omni morali uenustate decoratissimum, in cunctis ordinatisimis se habentem; & certe quo præstantissima uirgo Maria unicum filium suum p̄ cunctis feruentissime diligebat, tam naturali qd infuso spiritali amore; quo item excellentiam adorandi filii sui clarus nouerat, & syncerius atq; profundius contemplabatur, eo præcordialis in eius præsentia & p̄ceptu, in eius colloquio & coniuictu, in eius exemplaritate & sanctitate delectabatur; Et quia cognovit se tam p̄electam, p̄ dilectam, p̄ frequentam, totq; ac tantis beneficijs præuētam & adimploram, imd in comparabiliter sublimatam ac dignificatam, & paulopost multo præclarius eleuandam & glorificandam ab ipso. Deniq; filius uirginis mitis & humilis, uniuersaq; intuens atq; certissime sciens, suæ electissimæ ac purissimæ matris dignitatem, uirtuositatem, ferueuissimam charitatem, maximam quoq; & humiliam reverentia ad se reddidit ei uicem, & amorofe, familiariter ac benevolentissime habuit se ad eam, cum nunq; inter eos aliquid eveniret, quo unus alteri displiceret, aut alteri offendiceret oculos; imd in se inuicem & actibus suis complacentia mutua maximq; haberet fiducie. Refert beatus & illustrissimus Clemens, qd dum glorioſus princeps apostolorum Petrus, post Christi resurrectionem recordabatur dulcissimæ conuersationis Christi secū habite, lachrymas continere nequit. Si tam dulciter Christus in uirili etate cū apostolis uerfabatur, quam suauissime uixit cū suā delectissima matre, p̄fertim in pueritia sua. Nempe ut Iſaias prædixit, Nō erat tristis nec turbulenter erat uero disertissimus & suauissimus decoratus facundia, delectabilisq; affatu nec uerborum eius sapientiali dulcedine benignissima mater poterat satiari. Inſu per subditus fuit prōptissime tam optimæ matris qd eius nistro. Est demū probabile, quod studiosa ac docilissima uirgo scies sapientiā filii sui, in quo nouerat omnes sapientiæ ac scientiæ thesaurose esse absconditos, imd quē sciuīt essentialiter sapientiē & ipsam sapientiam esse, interrogauit eū de multis, & informationem ab ipso suscepit. Qui uifq; ad tricesimū circiter annū cum sua commoratus est tranquillissima matre, cui uniuersi mores, incessus, affatus, aspectus & actus sui præcharisimi filii, erant summe accepti, placiti ac iucundi: quanquam (ut tactum est supra) affectuofissima atq; p̄fissima uirgo uicissim afflcta sit ac plurimū contristata, suū filii intuendo ex consideratione futura passionis ipsius; cui nihil minus dolori rursum consolatio fuit admixta, ex cōsideratione resurrectionis filii sui & copiosissimi fructus suę salutis p̄ passionis. O incomparabilis p̄ electissima ab æterno Maria, ad hanc familiarissimā, suauissimā, saluberrimā, diuturnam, amoroſissimā ac maternā habitationem cum deo incarnato præordinata. Hinc in reuelationib; sanctæ Brigitæ felicissima uirgo Maria ad ipsam Brigitā fertur locuta; Nūc quare poteris, quid egeris filius meus in toto tempore suæ etatis ante quā pateretur. Respondeo, qd si uerbo euangelii subditus erat parentibus; nec mirabilia defuerunt pueris eius, quando creature seruerunt ei ut creator suo; quādo idola obmutuerunt, & pluia corruerunt ad eius aduentū in Aegypto; quando Magi p̄dixerunt filii meū magnorum futuro; existere signū, quando & ministeria angeloz super eum apparuēt; quando nec aliqua immunditia ascendit super eū, nec perplexitas in capillis eius apparuit. Porro

DE LAVDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS MARIAE

279

go cum uenit ad maiore ætatem, in oſonibus erat continuus, & obediens ascendit nobiscū in Ierusalem ad festa statuta. Cui⁹ uifus atq; locutio sic mirabilis fuit, ut multi tribulati inter se dicerent: Eamus ad filiū Mariæ, à quo possumus consolari. Crescēs uero ætate & sci entia, qua ab initio plenus erat, laborabat manibus suis qd; ea que erant decentia: & loquebatur nobis separatim uerba consolatoria, & uerba deitatis, ita ut indicibili gaudio re pleremur. Cum uero in paupertate, timoribus, difficultatibus p̄fessus, non fecit nobis aurum & argentū, sed hortabat ad sapientiā, & mirabiliter preseruati sumus ab emulis. Ne cessaria prouenerūt nobis ex piage mentiū compunctione, qd; ex nostro labore. Post hæc aut conferebat filius meus in domo cū aduenientibus amicis familiariter de lege & eius significacionibus & figuris. Disputabat qd; cum sapientibus aliqñ in aperto, ita ut mirarentur, dicentes: Ecce filius Ioseph docet magistros: aliusq; magnus sp̄ns loquitur in eo. Insuper, tam obediens fuit, ut quā Ioseph calu diceret ei, Fac hoc aut illud, mox faciebat; quia sic occultauit suę deitatis potentia, ut nisi à me, & qd; à Ioseph sciri non posset: Qui uidi mus lunū admirabile eum multoties circumfulsū, & angelicas uoces sup̄ cum cātantes audiuius. Vidi mus item qd; spiritus immundi qui p̄ exorcistas in lege nr̄a probatos eiq; nō ualebant, egrediebātur ad præsentia filij mei. Hæc ibi. Præterea, quod in hac reuelatione iam tacitū est, qd Christus cum ad maiore uenisset ætatem, in oſonibus erat continuus, non est ita intelligendum, quasi ante & in sua infantia nō orauerit pro mūdi salute, imd ab incarnationis exordio fuit in pleno uſu & exercitio rōnis, & orauit pro suis, salte mentaliter & secrete. Quād uero dicit creuiste in sc̄iētia, intelligendū est quantū ad manifestationē. Postremo, p̄fertur cū amicis aduenientibus cōtulisse de lege & cū sapientibus dīputasse, uideb̄ credibile, eo qd Lucas euāgelistā dicat eum profecisse ætate, grā & sapientia corā deo & ho minib⁹, etiā cū 12. erat annos: qd de sapientia & grā qd ad manifestationē accipit. Et rursus, ex hoc qd scribit ipſum duodenā in Ierusalē remansisse, atq; inuentū in medio doctoꝝ auidenter interrogantēq; illos, ita qd oēs mirabatur sup̄ prudētia & respōſis ipsius.

Articulus XXXI. De beatitudine Mariæ dulcissimæ in hac uita.

Auda & lætare filia Sion, quia ecce ego uenio & habitabo in medio tui. De uirtutibus, donis, perfectione & felicitate amabilissimæ ac serenissimæ Mariæ, p̄fserunt quantum ad animā eius, in sequentibus erit sermo idcirco quod nūc de beatitudine beatissime uirginis tūgere opto, de beatitudine ad exteriorē eius hoīem, seu ad corpus ipsius quodammodo p̄tinetē intelligo. Magnū reputamus quād cū Moysē locutus est deus facie ad faciem, hicut loqui solet homo ad suū amicum: quæ tñ locutio per subiectam extitit creaturam, hoc est, per angelum sanctū in dei psona apparetē argi, loquentem. Magnū etiam arbitramur, quād Dauid rex & alij quidam quasi ad libitū receperunt diuinā oracula & respōſa quanto magis præclarissimum fuit, quād incomparabilis uirgo Maria, non angelum tantum sue legatum, sed ipsum uerum dominū angelorū, deum uerum, omnipotentem, inimelum sibi habuit coabitatē, colloquentē, confulente, cōſolantem, docentem: & non solum sic habuit eum sibi coniūctum ut deum ac dominum, sed item ut filium & amicum. Deniq; si ut ait scripture) beati sunt qui Heliā uiderūt, & amici eius decorati fuerunt, quanto plus beata, beator & beatissima hæc Maria, quæ deum Heliā uidit assidue ad oculum clare, imd oculis mentis ac corporis gaudioſe, & singularissimam ac intentissimam, prorsusq; familiarissimam cum ipso amicitudinē habuit mutuā. In super, nō immitterit beatificam Marthā quam Chrs elegit in hospitam, & Mariam eius sororem, quam elegit in deuotissimam auditricē. Lazarum quoq; fratre illaꝝ, quē in amicum elegit: Nōne ergo incōparabiliter plus beatificanda est summa & unica hæc Maria à deo eternaliter p̄clecta in amantisimam matrem, in continua & diuturnam cohabitatem, in quotidianā ac secretissimā auditricē, in specialissimā feruētissimāq; amicā, & in singularem ac spiritualissimam sponsam! Amplius, merito commendamus feminas illas egregias, Iohannam, Sulannam ac similes, quæ in euangelio leguntur Christum mente & corpore esse securi, & ei de suis facultatibus ministrasse. Quād commēdabilissima ergo est hæc optimā ac sua uirissima uirgo Maria, quæ non solū de suis laboribus sibi ac deo filio suo necessaria exhibuit uictui, imd etiam de purissimo sanguine suo p̄rbeuit ei in incarnationis materiam, atque uirgineo suorum sacratissimorum uerum latice eduxit eumdem. Præterea, in palatiis imperatorum & regum non mediocriter reputantur, qui ad ipsius imperatoris aut regis latus assistunt, & secretorum ipsius sunt confici, ac circa ipsius occupantur personam: qualiter ergo diuinissimam excellentissimam que MARIAM po-

poterimus satis aut digne beatificare seu admirari, quæ regi celorum, præceptor angelorum spirituum, dominatori umuersorum, materna autoritate, lumina & inuiolabili familiaritate, gratissima obsequiostate, integerima charitate inseparabiliter ac proxime aspit, sicut predixit Psalmista: Aspit regina a dextris tuis in uestitu deaurato, id est, in spirituali amictu, charitatis seruore ornato. Adhuc, regina Saba uisa sapientia Salomonis & excellētia eius, dixit ad eum: Beati uiri tui & beati serui tui hi, qui astant corā te semper, & audiūt sapientiam tuā: quanto amplius beatissima gloria Maria, quæ corā ipsa sapientia æterna uere ex ipsa uirgine incarnata stetit assidue, ac sapientissima uerba iphus audiuuit cōtinue. Præterea, cum gaudiū sit diffusio animi in conceptu boni, & oratur ex unione potentie cum obiecto conuenienter, quis poterit excogitare, effari, describere, quantū tu ò syncerissima & affectuosissima Maria gaudebas, dum unigenitus filium tuū, qui secundū suam deitatē est bonitatis penitus infinitus, atq; secundū naturam assumptā omni melior creatura, uidebas quotidie coram te ire, stare, sedere, eiusq; mores ac gestus cernebas, & uerba audiebas illius, qui tibi tam notus, tam charus, tam munificus, tam familiarissim⁹ fuit: a quo sciebas te tam præelectam, tam summe dilectā, tam incomparabilibus beneficijs honoratā & honorandā. Postremo, cū beatitudō creaturæ sit unio eius cum creatore, q; mira & speciissima fuit ò optimā Maria tua beatitudē & gloria, etiā in hac uita, quæ tam incomparabiliter fuisti filio tuo vero deo coniuncta, & unū cū eo effecta, & cū eo tam familiarissime uerbaris: q; accē p̄ & gaudiosa extitit tibi tam prædilecti & unici, tam speciosi ac uirtuosissimi tui prælentia, cohabitatio atq; cōmuniō, quem quanto plus diligebas, tanto plus in eius pulchritudine, bonitate, coniunctione gaudebas: Nempe si (ut a scriptura) filius sapiens gloria est parentis, quantū tu optima parens gloriabar is in filio tuo essentialiter sapiente, qui est sapientia infinita, ut deus, & secundū naturā assumptam tanta fuit sapientia adimplētus, quod tota eius intellectus creati capacitas fuit omnino repleta. Videmus quod partes in sobole sua bene disposita in naturalibus bonisq; in dolis uehementer latentur, spe- rantes q; ad magna sit perducenda aut promouenda: & si parens mediocris agnoscat filium suū in episcopū pronouendū, non pax gloriatur in ipso. Tu ergo ò omnium felicissima matrū in tuo filio uehementissime latabar is, qui omnibus donis naturae ac gratia fuit in excellentiā termino speciosissime decoratus. Quem tecū tam humiliiter, tam reverenter, obedienter, amoroſe ac familariter cōuersantem certissime noueras per totum mundum in summo honore habendū, in celo & in terra dominatur: q; iustum iam habentem cōm̄ potestatē in celo & terra. O quam consolatoriū & iucundum extitit tibi esse, uiuere, com- municare & cōmorari cum illo, quem considerabas tam amoroſe & dulciter, tam humili me, filialiter, obedienter se habere ad te, qui est angelorū felicitas, uirtus & sapientia dei patris, deus creator, dominus & saluator tuus, ò celeberrima domina, ò uirgo pulcherrima, ò piissima mater: nunquid unquā pater aut mater tantam habuit consolationem & delectationem in sobole sua in seculo isto, quātum tu benedicta MARIA in prole tua unica tam præclaras?

Articulus XXII. De florido lectulo sponsi cœlestis & eius singularis sponsæ uirginea & genitricis.
Lectulus noster floridus. Christus in sua infantesia instar aliorum infantium in multis se habuit, præsentia uirginis, genitricis suscipiendo materna obsequia, lactea alimenta, & quæ piæ affectuose matres suis florid exhibere infantulis prædictis. Deniq; Christus uirilis factus ætatis, suos ad se uenientes discipulos in sancto consuevit recipere oculo: Multo magis est credendum, quod in infantia ac pueritia constitutus, suam dulcissimam, dilectissimam, atque sanctissimam matrem, adhuc adolescentem, ueruculam, crebro sit osculatus: Ipsa quoq; affectuosa mater ac pudicissima uirgo, unicuius uteru pignus tempore opportuno in suo lectulo secum collocauit, & ex sincerissimo tunc amore amplectebatur & de osculabatur etiudem cum reverentia & honestate extrema, & quem iam amplectebatur ut filium, iam adorauit ut uerum deum. O quam floridus lectulus, in quo sanctitas ipsa, sanctus sanctorum, fons totius munditiae, & mater ipsa ex spiritualissima pariter quiescebat. Nonne melior, desiderabilior, spiritualiter iucundior fuit una nox talis super milia noctium, quas alia cū suis expendunt sponsis? Quis nō ueller cunctis mundi ac carnis semper carere delicijs pro una huiusmodi nocte? Scimus optimam & perfectissimam uirgo Maria, quod carnem filij tui non sensuali amore nec carnaliter diligebas, sed prorsus purissime, & tamen hanc naturali ac spirituali amore intēse ambas.

bas. Hinc ex corporali cōtactu, deosculatōne, amplexu dilectissimi filij tui, spiritualib⁹ accē
debaris affectib⁹; & ad deitatis filij tui contēplationē eleuabā mens tua, mysteriūq; incar-
nationis filij dei ex te factę, ad memorię sapientissime reuocasti, bñficia desuper tibi exhibi-
ta attendisti; sic ex hōre recordatione omnipotenti ex te nato, imo toti superbeatissime
trinitati precordialissimas grates egisti ac obtulisti. Itaq; in te d̄ diuinissima ac purificatil-
sensuali adhuc circa ipsum detentis & affectatis. Nisi ego abiero, paracletus nō ueniet ad
uos. O pr̄eamabilissima ac felicissima virgo Maria, cū quali devotione, cū quanta trāquilitate
ac spirituali uicunditate transiſti ad lectulū, amplexatura & deosculatura in ipso non
Ioseph fabrum lignariū, sed Iesum puez adorandū, totius mundi fabricatorem, cuius cō-
tactus te spiritualiter deletabat intense, purissime. Sic uiri excellēter heroici Paulus & An-
tonius, Barlaam & Iosaphat, Iacob quoq; patriarcha & filius eius Ioseph, se invicē ample-
ctentes deosculabātur, & spiritualibus cupitis amplexibus uix poterant satiari. O benedi-
cta & pr̄eamāda Maria, q̄ modico somnoeras contēta, q̄ altis considerationibus, q̄ ignitis
affectibus, q̄ internis ac diuinis exercitiis uocabas in lectulo, & syncerissime exultabas in
tuo tibi pr̄esente infantio, deliciosissimo speciosissimo obiecto.

Articulus xxxii. De hilari nissa regis Messie, ac eius genitricis uirginem.

VEniat dilectus meus in horū suū, ut comedat fructū pomorum suorum. De
primitiua sancta ecclesiā iherusalem congregata scriptū est, quemadmodum
recepto spiritus sancto, fideles illi sumebant cibā cum exultatione & simplicitate
cordis, collaudantes deum: quanto magis est credendū, q̄ beatissima ac spir-
itus sancto plenissima Maria cū unigenito suo, ablactando à lacte, auulso ab ubere, sobrijs
sumpfit cibū cū gaudio spirituali & colabina simplicitate. Nonne deliciosum fuit spe-
ctaculū, sedere ad refectionē cum unigenito dei ac suo, & ex eodē cū eo a sculo cibū acci-
pere & potare? Deniq̄, & id pie uide credendū, q̄ humilimus & obedientissimus filius il-
le mēsam frequēter parauit suę dignissimę matri, apōnēda apposuit, remouēda remouit
sic & postea dixit: Ego in medio urī suū sicut q̄ ministrat; & sicut post cœnā suam no-
uisserunt hymnū & gratias & actionem exoluītita q̄cīdile ad mensam creditur benedictio-
nem dedisse, & gratias retulisse. O domina magna, o celestis regina, cui uescienti rex regū
& deus deoꝝ conuescitur & ministrat.

Articul^o x^o XXIII. De corporali pulchritudine benedicte & gloriose Marie.

Vam pulchra es amica mea, quam pulchra es. Credendum est, talem & tam speci
osam fuisse Mariam sanctissimam, ut summi astronomi scribant, nasci uitriginem
in prima facie signi Virginis, urpata quod fuit virgo munda, puerilla immacula-
ta, corpore speciosa, uultu uenusta, habitu q[uod] modesta, ut patet ex dictis supra
29. Articulo. Deniq[ue], sicut autorem naturae, fontem pulchritudinis universae, reparatorem
corruptorum, atque deformatorum reformatorem, decutit nasci ex virgine inuolata, pe-
nitus incorrupta, sic & ex pulchra prorsus immaculata. Deniq[ue], in scripturis commendan-
tur personæ uitriuq[ue] sexus de pulchritudine corporali, qui bene & uirtuose usi sunt ea, p[ro]p-
terum cui & de ipsomet dño Iesu Christo sit scriptum: Speciosus forma pr[ed] filijs hominu[m]. Re-
becca quoq[ue], Rachel, Judith & Hester, de eximia pulchritudine in scripturis laudatur. Si-
militer fractissime uirgines Catharina, Vrufila, Agatha, Hagnes, Barbara, Dorothea, Mar-
gareta, multæ paliae, in suis Legēdis de pulchritudine corporali laudantur. Hinc creden-
dum censem, cunctis illis uirginibus p[re]stantissimam hanc Mariæ fuisse & esse etiā corporaliter
formis morem. Præterea, tanto plus commendatur quisq[ue] de mundi contemptu & uitriginitate
seruata, quanto ad ea q[uod] m[odest]iæ sunt aptior, & ad carnis delicias appetibilior ex naturali dispo-
sitione esse uide. Ut ergo serenissima uirgo Maria de oīn mundanorum contemptu, & ite de
sua purissima castitate commendabilior esset, decuit eā esse prorsus pulcherrimam, & in cui
etis naturalibus optime in suo g[ra]uio disposita. Etenim sicut incöntinentia uituperabilior est
in deformibus, sic continetia laudabilior est in pulchrit. Siquidem speciositas apta, sed rara
est pudicitie comes. Deniq[ue], de hac re scribit Albertus: Ordō ē in rebus naturalibus, corpo-
ribus humanis. Natura nanq[ue] facit aliqd pulchru[m], aliqd pulchrius, ergo aliquid erit pul-
cherrimum secundū naturā, natura em̄ habet terminū in quā potest, & non ultra. Aut ergo
ali cubi attinget terminū illū aut nusquam si nusquam, ergo deficit respectu operationū suarū
q[ue] est contra Philosophū dicentem: *Natura non abundat superflui, nec deficit in necessariis* ergo natura habet aliquid suum summum, Corpus autem naturale, quandoque for-

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI

matur à causa & corpore naturali, ipsa natura creata immediate per se & simpliciter, ope
rante naturaliter: Aliquando uero corpus formatur deo supernaturaliter operante, ergo
alicubi summū est in corpore humano, deo operāte, & alicubi summum natura operante,
sic & natura operans est immediate sub deo operante: similiter, summū natura operantis
est immediate sub summo dei agentis. Quemadmodū ergo corpus Christi, quod deus
pernaturaliter per se ipsum formauit, ē perfectissimum atq; pulcherrimum in natura, quod
potuit secundum statum uiae, sic corpus beatissime uirginis ad hoc immediate ordinatū,
fuit pulcherrimum secundum statum uiae, quod natura per se operans facere potest.

Psal. 44

Hester, 2.
Lucie, 9.

Iob, 42

Pulchritudo corporis
in tribus cō-
sistit.

Maria opti-
mis precia
sunt mortis

Honorius

Canti. 4

Canti. 3.

Maria nobilis-
sime fuit
complexio-

Ideo dicimus, quod sicut dominus noster Iesus Christus fuit speciosus forma p̄e filii ho-
minū, sic glorioſissima uirgo speciosa atq; pulcherrima fuit inter filias hominum: & quod
ipsa habuit summū & perfectissimum in pulchritudine, quod potuit est in mortali corpo-
re secundum statum uiae, operante natura. Hæc Albertus. Ex quibus consequens
est, quod sacratissima uirgo Maria fuit corporaliter pulchrior ipsa Hester, de qua legitur:
Erat Hester formosus ualde & incredibili pulchritudine, omnī oculis amabilis & gratia-
sa uidebatur. Similiter quod pulchrior fuit quam̄ Judith, de qua fertur in libro eius: Erat
eleganti aspectu nimis, & considerabant faciem eius, & erat stupor in oculis eorum, & di-
cebant: Non est talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine, & in sensu uerboꝝ.
Item quod pulchrior fuerit filiabus beati Iob, de quibus recitat: Non sunt inuētae mu-
lieres speciolae sicut filie Iob, in inuera terra. Præterea, iuxta doctrinam Philosophi, pul-
chritudo corporis consistit in tribus, puta in eleganti corporis quantitate, in cōgrua mem-
bro dispositione & proportione ad inuicem, & in uiuido ac uenusto & pulchro colore: idcir-
co in his fuit dignissima uirgo Maria excellens post filiū suū. Nam & regulariter talis ge-
nerat calem, tantus tantum, nisi error aut impotentia impediat, aut per viam accidentis ali-
ter fiat. Porro optimus color, ex albo & rubro est permixtus. Præterea aduertendum, quod
corporalem optime Marię speciositatem mirabiliter uenustabat pulchritudo moralis, in
compositione atq; faceta mox & actuum, apparatuq; uultus & exteriori maturitate con-
sistens, in ḡbus omnibus diuinissima, probissima, ac maturissima uirgo Maria maxime p̄e-
fulgebat. Interior quoq; pulchritudo mentis sua & supernaturalis fuit ita exube-
rans, quod miro modo radiauit in facie eius, incessu, actu, moribus p̄forans. Hinc Hon-
orius anachoreta differuit: Benedicta uirginis huius totū corp̄ est rite uenerabile, sum-
mo creatori singulari prærogativa semper amabile, uniuersis quoq; angelis & hominib⁹
incestanter honorabile. Totum etenim uirginæ matris corpus erat incomparabiliter pulchi-
tudine speciosum, inæstimabili suauitatis dulcedine gratiosum, & omni habitu dñe sua in
beneplicto dei decenter & admirabiliter gloriosum. Tota etenim pulchra fuit, nec ullā
in ea unquam macula extitit. Omnis uigor, omnis intellectus ac sensus ipsius à spūsancto rege
batur: à quo ipsa non per diuisam, sed per integrā gratiam replebatur.

Articulus x x V. De p̄cipua bonitate harmonie & complexionis Marię dignissimam,

Væ est ista quæ aſcenſit delicijs affluens, innixa super dilectionum suum: Ex dictis
conſat, quod sicut beatissima uirgo Maria fuit pulcherrima corpore, ita & no-
bilissima atq; tenerrima complexione: etiā decentissimum fuit, ut optimæ esset
complexionis, ex cuius substantia purissimisq; sanguinibus accipiens & for-
mandum fuit corpus auctori nature, & totius domino creature hypostaticæ uniuersitatis
ut & corpus illud oportuit esse in omni dispositione & complexione præclarū & optimū.
Insuper, molles ac teneri carne, apud ſunt mēte ac indolis bonæ complexionisq; bonitas,
ad ſcientiam ac uirtutes diſponit. Decuit aut̄ electissimam uirginem & termæ ſapientię ma-
trem, esse ingeniosam, dōcilem, indolisq; præclaræ, & ad omniū perfectionē uirtutū apud
simam: idcirco post Christum præclarissimam fuit complexionis, atq; ex naturali dispositi-
one, quieta, modeſta, nitis, pudica & tacitura. Amplius, cum ſimilitudo ſit cauſa amoris,
inter eos qui in complexione & moribus multa conformes ſunt, maior ac naturalior ſo-
let eſſe dilectio: Idcirco inter Christū & uirginē eius matrem, decuit eē complexionem
ſimilimam, quē admodum & amore non ſolum inuifum, ſed etiam naturalem ac præci-
puum. Insuper, eoꝝ qui in complexionis bonitate atq; ingenio in indolis præclaritate ma-
gis communicant, dulcior & conuenientior cohabitatio & conuerſatio exat. Cohabitati-
onem autē & conuerſationē filij dei ac eius præstantissimæ genitricis in ſeculo iſto, oportuit
ſua uifissimam conuenientiſſimā exiſtere: idcirco in harmoniæ & qualitate benedicta
& ſerenissima uirgo Maria fuit ſuo ſimilima filio. Amplius, ſicut nobilissima extitit Chi-

DE LAUDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS MARIAE

281

ſi complexio, ſic decuit eum proportionato lacte in ſua foueri infantia: Lac ergo uirgina
lium ubiq; deiferat matris, optimè fuit diſpositionis, quod eminētiā exigit bonæ comple-
xionis. Ideo uirgo hæc unica, per quam reparata & reformata ſunt inuertas, que deum
concepit natura, fuit in ſuo ſexu omni naturali perfectione ſublimiter decorata. Nec de-
cuit tenerrimum ac nobilissimæ complexionis infantulum ac puerum Iefum conrecta-
ri & educari, amplecti, deoſculari, confringi, niſi à matre uirginca, in naturalibus atq; gra-
uitatis elegantissime perornata, de qua ipſe in Cāticis uerißime confeſtatur: Tota pulchra
es amica mea, & macula non est in te. Etenim à planta pedis uisque ad uerticem capitis, nil
penitus fuit in ea neq; in anima, neq; in corpore indecens, reprehensibile, indecorum: imd
totum fuit diuinæ ſapientia circino formatum, pulcherrime circumcidum ab omni ſuper-
fluitate, plenissime ac ſpeciosissime operatum. nempe, ſicut Chriſti humanitatem propter
eius personalē cum deo unionem decuit omni perfectione naturæ & gratiæ, in termini-
no excellentiæ præfulgeret: ita ipſius genitricis personā post unigeniti ſuū humanitatem,
operebat in oibus ſic ornari: qm̄ poſt hypothatā cum deo coniunctionem, non est alia
tam uicinā, ut uinio matris dei cuī deo filio ſuo.

Canti. 4

Articulus x XXVI. An aliquis supernaturalis atque ſenſibilis ſplendor in be-
atiſſimam Mariæ apparet uultu, ſuauitatisq; odor in ſacra

Puichra es amica mea, ſuauis & deora ſicut Ierusalem. In libello de Ortū & uita
benedictæ Maritæ apocrypho recitat, quod cum effet triū annorum, tāma-
turo gressu ambulabat, & pfectissime loquebatur, quaſi trīginta eſſet annorum: ita
orationibus inſiſtbat, & facies eius ſplendebat, ut uix posſet in eius uultum quis
quam intendere. Sed hæc apocrypha reputantur: quanquam ut tacitum eſſet ſupra, credibi-
le extinetur, quod uſu rationis fuit anticipatus in ea, & quod ſupernaturaliter roboreba-
tur corpore & anima ad diuinā obsequia. Denique, diſpositio cordis ſelucere ſolet in uil-
tu, prætermi in oculis: propter quod in Pronerbis Salomon protestatur: Quomodo in
aquis resplendent uultus proſcientium, ſic corda hominū maniſta ſunt prudentibus.

Canti. 6.

In Ecclesiſtico quoque legitur: Ex uisu cognoscitur uir, & ab occuſu faciei cognoscitur
ſenſatus. Hinc in Ecclesiſtico habetur: Sapientia hominis lucent in uultu eius. Itaq; quo ana-
bilissima & gratioſissima uirgo Maria adhuc infantula & adolescētula abundatioribus di-
uinorum charismatum iuinfusionibus fuit præuentus, eo hæc ipſa exuberatia magis in eius
refulſit uultu ac uisu: & quo quotidie in omni gloria & uirtute, in omni luce contemplationis
theorice, in mysticæ theologie ſplendore, in puritate interna & sanctitate angelica excelle-
rentius copioſiusq; proficit, eo interior illa cœleſtis ac diuina ſynceritas luminosa, euiden-
tius in ſacratiſſimam Marię facie apparebat, atq; ut quidā etiā magni dicunt doctores, uisib⁹
liter radiabat. Veruntamen moderatione diuina reor radiationem huiusmodi fuſſe tēpe-
ratā, ut conuerſationi hominum effet portabilis, & ne excellētia eius ante tempus oppor-
tunum nimium pāderetur. Deniq; de multis sanctis legitur patribus, q; uultu prætende-
bant ac deferebat angelicum, & ſpē dida quadam uenustate ornabātur in facie, per qđ ab
intuitibus sancti effe lunt agniti: qui & uicissim uisi ſunt ignē luciſtuatq; gerere uultum:
Cāp̄a ſecreto contemplationi & feruore orationum ſuauis progrederetur in publicū, ui-
debat ſeoſo quodā colore, diuinoq; lumine effe perfusi: cur non talia multo excellētius
liceat de ſanctissima, illuminatissima & gratioſissima ſuſpicari Maria, que p̄e uniuersis fre-
quenti raptā fuit in diuitiis gloriae dei, atq; in ſup ſplendidissimam deitatis absorptā ab yſ-
sum: Præterea, quidam patrum sanctoꝝ tam abſtinētiſſime ac ſobriſſime leguntur uixiſ-
ſe, quod sancta eorum corporuſcula adhuc in terris animata & conuerſantia, dulciter redol-
ebant. Similiter caſtitatis perfectæ fragrātia potest redundare in corpus. Cur igitur nō
putetur credible, q; mun diuina acquirit uirtus ſuauitatis uirginis caro ſupercaſtissima,
quaſi nec in cibo nec potu unquam exceſſit, quod patribus quantū uis sanctis non conue-
nit, dulcem fit ſortita oſorem, præfertim quia & optimè fuit complexionis, ordinatissime
quoq; & ualde naturaliter ſemper uixit. Insuper, ex afſilio diuine prolis contactu & de-
portatione eius in utero extitit uehementer deificata, & quaſi inuēta ſuauitatis fontem,
datorem & cauſam totuſibus tulit in uentre, tot annis conrectauit, ſouit, amplexa eſt,
potuit utiq; non mediocrē in de contrahere mēti corporisq; dulcedinem, poteratq; dul-
cedo interior redundare ac odorari in corpore. Nēpe (ut optimè dixit Ambroſius) incom-
prehensibilis filius, incoprehensibiliter operabatur in matre. Amplius, praetactam hanc lu-

Prope. 27.

Ecclesi. 19

Ecclesi. 8

Ambroſius
Cc. mino

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

minositatem ac redolentiam uirginea & carnis gloriose MARIAE post filii sui ascensionem, sancti spiritus missionem auctas fuisse opinor, quatenus filio plene glorificato in celis, mater quoque munditiae clarificationem quandam paulatim sortiretur in terris, & sanctitatis eius sublimitas in tibiis suis notescerer cunctis, ad omnipotentis honorem, intuentiumque & distinctionem. Hinc merito creditur, ex solo sanctissima Marij intuitu plurimos iudeorum atque gentilium fuisse copunctos, attonitos, & conuersos.

Articulus XXXVII. In qua aetate gratiosissima uirgo concepit Christum.

Soror nostra paruula est, & ubera non habet. Quid faciens sorori nostrae in die quando alloquenda est? Dixerunt quamplures, etiam eruditii, quod sacratissima Maria circa quintundecimum suae aetatis annum conceperit dei filium. Porro Albertus circa hoc argumentatur, & uerius opinatur, quod in ea concepit aetate, qua perfecta fuit corporis statu & quantitate, & quod circa eandem sit desponsata aetatem, & inter cetera argumentatur sic: A corpore beatissima uirginis formabatur corpus CHRISTI perfectissimum secundum naturam: quia ex corpore tali formatur corpus tale, & ex magis tali magis tale. Corpus autem perfectissimum secundum statum non est ante statu uirginis que annorum: ergo corpus beatissima uirginis debuit esse ad minus uirginis, quaque annorum dum CHRISTVM concepit. Itaque supponendo, quod in beatissima uirgine fuit omnis congruentia tam ex parte naturae, quam ex parte gratiae, ad hoc ut mater dei fieret, credimus quod deum concepit tali aetate, quia perfecta fuit statu corporis & quantitate, & quod circa eandem quantitatem aetatis fuerit desponsata, tanto tempore spatio dempto, quanto sponsalia matrimonium solent procedere, duorum uidelicet mensium. Hae Albertus. Cuius non obstantibus dictis, uerius puto, quod uirgo dignissima circa quintundecimum conceperit annum. Nec argumentatio ad oppositum introducta concludit, cum & experientia doceat, ex iuuenientibus nondum sedecim annorum nasci frequentier magnos atque fortissimos uiros: & dato quod hoc secundum naturam fieret, tam in gloriofa & benedictissima uirgine Maria aliter fieri potuit & congruebat: quia in eotum fuit supra naturam, & ipsa a spiritu sancto uirtutem conceptiuam & generativa accepit. Denique, Iudei connubia filiarum suarum non consueuerunt differre tam diu, atque (ut tactum est supra) dulcissima ac prissima uirgo Maria in templo fuit oblati, impletum tempore, quo uirgines in templo deseruentes consueuerunt despontari, felicissima uirgo cum ceteris de templo in sua remissa est, ac despontata. Istud etiam cōsonat expositis quibusdam, super illud Cantorum: Soror nostra paruula est, & ubera non habet dicensibus quod electissima uirgo Maria, in tenera aetate filium dei concepit.

Articulus XXXVIII. Quod ea que de incarnatione filij dei, & excellentia sanctissimae Marie afferimus, deitati non derogent.

Deus qui diues ē in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos CHRISTO, cuius gratia estis saluti. Eius huius seculi, perdidis hereticis, Iudeis, Saracenis, ac ceteris filiis perditionis a lumine fidei alienis, uisum est deo esse iniuriosum, ac eius excellente, perfectione & glorie, derogare, quod dicimus unigenitum dei uerum deū, temporaliter conceptum, & natu ex muliere, iacuisse in uentre, immunditiae naturalibus non carente, circuncisum, passum & crucifixum fuisse, atque tam uiles denominations sortitum, ac per materni uteri portam & gressum. Hinc quidam hereticī, ut Hebion & Heluidius, negauerunt eam uirginem esse: Alij, ut Cherintus, Photinus, Diocorus, afferuerunt eam non deum, sed purum hominem peperisse: Alij finxerunt eam genuisse quidem deum, sed non uerum deum, ut Arrius & Eunomius, affirmantes Christum esse puram creaturam, & tamen cōcēti ac terre creatorem: Alij mentiti sunt eam non hominem uerum, sed phantasticum generasse, ut Manicheus: Alij blasphemantes, dixerunt filium dei nihil ex ipsa sumpta se, sed per ipsam tanquam per aqueductum dūtaxat transisse, ut Valentinus. Verum hos omnes damnant catholica fides. Et utiq; uitiosi fuerunt caligine excēcati, non intuentes sincere, qd abhorreat, qd diligat deus. Nōne ipse ubiq; uere est p̄fens, & oia penetrat, & ipsas illab̄ reḡ essentias, estq; int̄mior atq; uicinior cūctis, qd essentialis pars suo toti? Non ergo naturales immunditiae materiales ue fordes, sed uitiose abhorret impuritatis, spūalesq; maculas, gratias ac virtutis contrarias. Porro, carnem humanam rationi obedientē, castitate ornatā, virtuosog; actuū instrumentū, tanq; hostiā sanctā acceptat, & tanq;

Ephe. 2.

Hereticorum
de Maria p̄f
dia.

DE LAVDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS MARIAE 28

templum suum inhabitat, sicut ait Apostolus: Nescitis quoniam membra uestra templum sunt spiritus sancti? Itemq; Glorificate (inquit) & portate deū in corpore uestro. Videamus quantum miraculis mirificet & honores sanctoꝝ reliquias. Sitā honorat mortua corpora, quantum adhuc animata, & sanctis exercitiis dedita, amat & ueneratur. Ea tero quae ex naturali institutione ac diuina ordinatione habemus, non sp̄ntriā pure naturalia, seu corporaliter tantum immunda, non detestatur: in modo quo femina est sexu fragilior, ac natura infirmior, eo si sancte, casta & spiritualiter uixit, gloriostor est coram deo, uictoriosior, ac celesti sposo acceptior. Mundus igitur acie mentis intuenda sunt ista, & sacratissimam spiritualissimamq; Mariam, cum debita reverentia ac munditia contemplēmur, mysteria quoque Christi. Vere nanque dixit Apostolus: Omnia munda in mundis. Coinqūnatis autem & infidelibus nihil est mundus nisi iniquitatē sunt eorum metis & conscientia. Confitentur se nosse, deum factis autem negant. Præterea, si deum credimus incarnatum, & ex uirgine natum, atque in assumptione humanitatis circumscriptum, ut deitatem eius seu divinam naturam fateamur eternali in uariabilem, inuariatam, impassibilem, immortalem. Hinc nasci ex uirgine, educari, crescere, pati, crucifigi, sepeliri, circumscribi, ac confamilia, competunt ipsi ratione naturę assumptionē absque iniuria & derrogatione, mutatione a clæsione propriæ deitatis & assumptoris persona in propria sua natura, in modo in benedicta uerbi eterni incarnatione, in eius mundissima ex illibatissima atque sanctissima uirgine nativitate in eius salutifera passione, in finita bonitas eius, pietas, charitas, dignatio, liberalitas, omnipotētia, sapientia, iustitia, ineffabiliter, pulcherrime, profundissime & euidentissime reprobantur, reluent, commendantur, cōtemplariq; ualent, prout hoc supra est tactum, & alibi clarius demonstratum. Ad laudem & gloriam omnipotētis, qui est super omnia deus sublimis & benedictus. Amen.

<sup>1. Cor. 6.
Ibidem</sup>

<sup>Tit. 1.
Luc. 2.
Marc. 6.
Marc. 27.
Lucas. ap.</sup>

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHUSIANI DE LAVDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS

Mariae, Liber Secundus.



APIENTIA ubi inuenitur? & quis est locus intelligentie? Sapientiam, aliquid nobilissimum esse, cōstat ex eo quod ipse metus deus in scripturis frequenter sapientia nominatur. Ipse est enim sapientia invenit, eterna, immensa: à qua omnis sapientia, omnis sc̄ientia, omnis ueritas que ipse non est, fontaliter manat. Rursus, sapientiam esse dignissimum quiddam, hinc patet, quod sapientia dei patris Christus dominus in actu sapientiae beatitudinem nostram confistere, in modo actu sapientiae beatitudinem nostram esse disseruit loquendo ad patrem: Hec est uita eterna, ut cognoscāt te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Et quoniam similitudo est causa amoris, sors sapientiae deus altissimus neminem diligit, nullum amat aut approbat nisi sapientem, id est, salutarem sapientiam (qua est donum spiritus sancti) habentem, iuxta illud Sapientie: Neminem diligit deus, nisi qui cum sapientia in habitat. Vnde de carentibus luce sapientiae humanis scriptum est: Quia non habuerunt sapientiam, perierunt propter suam insipientiam. Hinc unigenitus filius dei ad hoc uenit in mundum hunc, ut sapientiam hanc nobis communicaret, atque ad eius nos induceret actum, hoc est, ad salutem deitatis notitiam, prout in prima sua Canonica sanctus facetur Iohannes apostolus, Scimus, inquietus, quoniam filius dei uenit, & dedit nobis sensum ut cognoscamus deum uerum. Denique, hoc est quod tempore passionis stans ipse omnium iudex coram iudice homine dixit: Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam ueritati. Hinc ait Gregorius: Angelorum hominumq; naturam ad cognoscendum se dominus fecit. Voluit equidem nos iuue beatitudinis esse particeps! Eius autem beatitudo immensa ac eternalis, quid aliud est nisi sui ipsius plena, perfecta & comprehensiva cognitio, ad quam participandam nos condidit, cuius participatione ei excellētissime assimilatur rationalis intellectualisq; creatura, prout in prima sua epistola sanctus testatur Iohannes: Charissimi, nunc filij dei fu-

^{Iob. 38.}

^{Sap. 8.}

^{Bartuch. 5.}

^{Iohann. 10.}

^{Iohann. 10.}

Cc 2 mus,

mus, & nō dūm apparuit quod erimus. Scimus quoniā cum apparuerit, similes ei erimus, quoniā uidebimus eum sicuti est. Ideo uniuersorū creator iussit, ut ei in uita p̄senti cōformari per sapientiam & uirtutes conemur, quatenus uitæ huius finito circulo, ad plena riam iamplius conformitatem beatificam perducamus. Ad recuperandam, promeren dam & dandam nobis beatitudinē istam, æterna & increata ac iugenita dei patris sapientia, uerbū eternū, unigenitus dei dignatus est fieri homo & filius uirginis, atq; inter homines conuersari, quatenus per assumptā ex benedicta ac gloriosissima uirgine humanitatē nos informaret, redimeret & saluaret, q; de suis mysterijs suācēditate ēā potissime & in primis instruxit, & salutari hāc sapientia gratiosissime adimplevit, quā ab æterno sibi præcepit in matrem, de cuius præclarissimā & inæternū dulcissimā uirginis laudibus, quā in primo est tractatū libello, quantum ad ea quā ad tantā uirginis sacratissimum ac deiſificatum potissime spectant corpusculum, nunc in secūdo isto Tractatu restat differere de eiusdem uirginis gloriſicandæ præconijs ad sincerissimam atq; mundissimam eius pertinētibus mentem, hoc est, de sapientia & scientia, de prudentia, arte & induſtrijs eis, de altitudine contemplationum ipſius, & de quotidiano profectu eiusdem in omnibus iſis, atque in primis p̄mittenda sunt aliqua de eminentia eius puritatis, & de plenitudine gratiæ eius.

Articulus I. Qualiter intelligendum fit uerbum sancti Anselmi, dicitis optimam p̄fissimamq; Mariam, tanta puritate resplendens, q; maior sub deo intelligi nequit.

Psal. 44

Concupiscet rex decorem tuum. Certū omnino est, decentissimū extitisse, ut deus puritatis immensus, qui essentialiter & incircumscribilibiter sanctus est, ac sanctitas infinita, non nisi ex purissima uirgine naceretur, & sicut humanitatē à uerbo æterno hypostaticē assumendam de cuit tanta plenitudine gratiæ, sapientiæ, uirtutum, donorū, imo & beatificæ uisionis ornari ac adimpleri, q; rationalis creature capacitate capere plus nequit, sicut felicissimam illā puellam à uerbo eterno ac adorando in uerā matrem præelectam ac assumendam, decuit tāta puritate nitere ac decorari, q; post humanitatē Christi nō potest rationali aut intellectuali creaturæ maior puritas conuenire, inesse, aut condonari. Vix ex hoc uerbū illud Anselmi uideatur nō posse saluari. Si enim, imo q; puritas humanitatis Christi extitit maior & ineffabiliter major puritate uirginis benedictæ, non splenduit ipsa tāta puritate, quod sub deo maior nequit intelligi, cū maior ea sub deo sit, & esse noscatur in Christi humanitate. Ex eadem ratione uideatur uerum non esse, quod ait Albertus, tantam fuisse sacratissimam uirginis puritatem, quod pura creatura maioris puritatis capax esse nequiverit, cum Christi humanitas pura creatura existat, cuius caro fuit & est purior ac sanctior carne dulcissimæ uirginis anima quoque illius purior extat & sanctior præstantissimæ uirginis anima. Insuper, excellētissima uirgo Maria fuit uiatrīx, & quādiu hic uixit in corpore, profecit quotidie, ergo dum filii dei concepit ac peperit, non nitebat tanta puritate, ut poste. Amplius, ipsa in die sancto Petero tecum glorioſus apostolus accepit spiritum sanctum, nunc dubium quin copioſius q; quisquam illorum, ergo tunc uehementer creuit in puritate & in omni sapientia ac uirtute. Insuper, maior & præclarior facta est puritas matris totius munditiae, quando de uia & fide ad patriā ac speciem, seu beatificam uisionem perducta est, quia ex tunc ineffabiliter clarior contemplata est superbeatissimam trinitatem. Non ergo in uita hac tanta nituit puritate, quod fūb deo maior non ualeat intelligi. Præterea, iuxta diuinū Dionysij documenta, supremum ordinis inferioris cum infimo superioris ordinis magnam habet convenientiam, non tamē attingit illius perfectionem seu dignitatem. Cum ergo præclarissima uirgo Maria fuerit in hoc mundo uiatrīx, quamuis altissima, non tamē uideat existēs in terra ad infiniti puritatem angelī peruenisse, præsertim cum sancti in patria propinquū usatq; lypidius increata lumini ac fonti munditiae sint uniti, q; uiatores. Adhuc autem, cū puritas creatoris in infinitū sit maior omni puritate creaτa, possunt inter puritatem dei & uirginis beatissimę puritatem innumerabiles gradus puritatis imaginari sive intelligi. Deus quoque cum si illimitata ac proſus infinita potentia, potest omni creaτa forma perfectiorem producere. Potuit item gloriosissimæ MARIAE uitam in hoc seculo prolongare, quo factio, profecisset in puritate. Cui & tanta poterat puritatem adhucere, quantam habuit Petrus aut Paulus. Non igitur ad summū puritatis gradum sub deo pertigisse uideatur. Multa in hāc modū obiecti queūt, que id potissime exigūt, ut declaret qualiter

præ-

præinducti Anselmi uerbum sit intelligendum: quocirca pensandum, q; autoritas hæc Anselmi, à diuersis, uarijs modis exponitur: Quidā nāq; exponunt dicētes, quod puritate seu satisfactione Marie maior nequit intelligi sub deo & sub Ch̄o, qui deus est, quoniā Christus fuit sine originali peccato cōceptus, & uirgo beata quāuis in originali cōcepta, secundū istos, tñ ab illo mox fuit purgata, non qui dēm eodē instanti q; anima eius fuit crea ta, sed cito post hoc. Hæc autē responsio superficialis uidetur: & eis præsertim nō placet, qui affirmāt, & bene, beatissimā uirginē in originali nō esse cōceptā. Porro, alij plenius dicunt, quod sacramentum Maria fuit in utero sanctificata per gratiam singularē, qua removit & abstulit culpam originalem & pronitatem pecandi, non solum mortaliter, sed uenialiter quoque. Et addunt, quod tres fuerunt sanctifications matris Christifergit: Prima sanctificatione eius fuit in utero matris, tres habens effectus: uidelicet, originalis culpe expiationem, & gratiæ infusionem, ac tantam fomitis restrictionem, quod non posset in aliqd duci peccatum, quamvis secundum essentiam remaneret. Secunda sanctificatione uirginis gloriae fuit, in spiritu sancti obumbratione & filij dei conceptione, quā tribus præmissis effectibus superaddidit duos, puta omnimodam fomitis extinctionem & confirmationem in bono. Itaque prius poterat tantum non peccare, iam nō posset peccare. Tertia sanctificatione eius fuit in filij dei inhabitatione, qui nonē mensibus in eius utero uirginis manuit, quae sanctificatione cunctis prædictis duos effectus addebat: Vnus fuit, quod omnes dispositions fomitis abstulit, sicut interdum morbus curatus est, & tamen aliquæ eius reliquæ manent curandæ. Secundus fuit consecratio seu de dedicatio sanctissimæ uirginis ad diuinā præscīe, ita quod etiam usibus humanis seu mundanis licet, utputa matrimoniali bus, impossibile eset eam aptari, quia tunc non solum mens eius, sed etiam corpus lucere de itatis resplenduit. Itaque ex prima sanctificatione benedictissima uirgo Maria excellebat puritate omnes baptizatos, in quibus fomes non intantum refringuit, quin in eis remaneat pronitas mortaliter, uenialiterq; peccandi. Ex secunda sanctificatione excellebat puritatem Adæ, quam habuit ante lapsum, quia in statu innocentiae non fuit confirmatus in bono. Per confirmationem quoq; illam angelos excellebat, qui quamvis confirmati erāt in bono, tamen nec crescere possunt in præmio substanciali, quemadmodum neq; decreſcere. Beatissima autem Maria proficer potuit, non deficere. Deniq; in puritate sanctificationis, quam fortita est ex superuentione spiritu sancti & ex preuentia dei, omnem etiā ex cellit creaturam. Cum etenim esse matrem dei, sit suprema dignitas, quæ puræ potest creature concessa. Hæc secundum horum positionem fuit tacitū, que itē displiceret eis, qui amātissimū dei affirmant non esse in originali peccato conceptam. Aliqua quoq; continentur in horum positione quæ transiliui, quia aut ueritate aut certitudine carēt, imo & quædam eorum quæ secundum hos dicta sunt, patiuntur instantiā. Porro Albertus in libro suo de laudibus felicissimæ uirginis super his loquitur: Hæc puritas domina nostra, ab originali peccato, non dico distantia, sed segregatio, & ad primam increasq; lucem quam tum possibile est puræ creature, deiformis approximatio. Vide secundū rem, nihil est aliud puritas ista, nisi peccati originalis deletio, somitisp; extincō & gratuitæ uirtutū ultimatio, & summa & ultimata perfectio. Concedimus etiam, quod in beatissima uirginē secundum statum uia fuit gratia deiformior quam in angelis & hoc dico quantum ad substantiam, id est, essentiam gratiæ, non quo ad actum seu operationem ipſius, quemadmodum & de charitate eiusdem dicendum est. Dicimus item quod hanc puritatem in summa quatuor gradibus ascendit beata uirgo. Primo enim purificata fuit per sanctificationem suam in utero. Secundo, in uirtutum exercitio: Tertio, in spiritu sancti superuentione: Quarto, in filij dei conceptione. Hæc Albertus. Qui etiam in his uerbis præsupponit Mariam dignissimam in omni originali conceptam, de qua re ex rationabili supersedeo causa. Porro ad principale respondendo queſitum, reor dicendum, quod puritas beatissimæ concessa MARIAE in seculo isto extitit tanta, quod nulli creature pure in esse crea tio subsistenti concessa est maior, imo neque æqualis, per quod solvitur, quod de humanitate seu anima Christi objicitur. Illa quippe quamvis in se pura fuerit creatura, non tamē unquam fuit subsistens in esse creato, sed eodem momento fuit producta, atq; ad hypostaticum esse uerbi æterni assumpta, & in illo suppositata. Præterea, considerata infinita dignitate & excellentia Christi secundum suam deitatem ex una parte, & declinitate ac nihileitate beatissimæ uirginis, quam habuit ex se ipsa ut creatura ex nihilo facta, talis & tan-

Tres sancti
cationes Ma
rie.Est marie
dei, supre
ma dignitas.

Albertus.

Ce ta

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI

ta fuit puritas & sanctitas eius, q̄ non decuit purę creaturem in esse creato subsistēti dari ma forem, nec parē, in dō intantum puritas eius ac sanctitas, omnium ceterarū rationalium ac intellectualium creaturarū puritatem & sanctitatem exēst, præsentim quantum ad habitum atq̄ essentiam & acceptationem puritatis & gratiæ, sapientie ac uirtutum & donorum, quantum in his decuit matrem ueri dei, ministris eius p̄ferri. Veruntamen actualis contemplatio, actualis p̄fueror dilectionis non erant in ea tam excellēter saltem cōtinue, quemadmodū in beatis deo indefiniter fruēibus. Nihilominus cōtemplatio & dilectio sacrofandæ Mariæ, quibus in hac uita contemplabatur diligebatq̄ deum, fuerūt deo ita accepta, tamq̄ efficaces, uirtuosæ, pretiosæ ac meritioræ, q̄ per eas promeruit ad eminentiorem & clariorem deitatis contemplationem, ardentiorem quoq; & perfectiorem ipsius dilectionem & fruitionem promoueri in patria, quām aliquis sanctorū aut beatorū habet in regno illo cœlesti. Et per hæc pater ad cuncta obiecta solutio. De quotidiano aut & indefiniti dulcedine Mariæ, profectu in omnia grā, uirtute & dono, infra dicetur.

Articulus XXIX. Qualiter plenitudo gratiæ inerat uirgini gloriōsa.

Lucas.

Lucas.

Aet. a.

Aspectus m̄a
rie peccato-
rum extin-
xit.

In gressu angelus ad Mariam, ait: Ave gratia plena. Multi theologi tradūt gratiam gratificantem, seu gratum facientem, realiter esse distinctā à charitate, & alia quacunq; uirtute, & iuxta hoc doctrinam dicendū, q̄ suauissima uirgo Maria fuit plena gratia gratificante, habituali, perficieente essentiam animæ eius, atq; ponente eam in esse supernaturali, deiformi, ad promerendū idoneo. Sunt autē diuersi atq; multiplices plenitudo dñis gradus. Siquidem de beato & magno Iohanne, ut nondū nato ex utero Gabriel factus p̄dixit. Sp̄s sancto replebit adhuc ex utero matris sue. De q̄ certū est, q̄ postea multo plenior factus est gratia, & usq; ad ultimū uitę suę in hoc seculo diem crevit in grā. Similiter de apostolis scriptum est: Repleti sunt oēs spiritus sancto, de quibus id patet, q̄ ex diere plementis illiū q̄tidie proficerunt in charitate & gratia, & in donis ceteris q̄ uirtutibus. Sic itaq; electissima uirgo Maria in matris sua utero multo copiosius fuit repleta sp̄sancto & gratia, quām sanctus Iohannes Baptista: atq; ex eo q̄ uti cœpit ratione assidue. Creuit quoq; quotidie in gratia, sapientia & uirtute, & sicq; ex iugis exercitatione interna, facta est ingenti gratia plena, quādo ad eā missus Gabriel angelus dixit: Ave grā plena. Nec tunc gratia fuit ita plena, quin mox replenda fuit grā ineffabiliter ampliori, charitate maiori, omnīq; uirtute ac dono exuberatiōi, per incrementa, augmēta seu profectus & completiones illoꝝ, atq; per additamenta seu adiectiones quorundam supernaturalium diuinorum charismatum. Vnde angelus dixit ad eā: Sp̄s sancto supueniet in te, & uirtus talis simi obūbrabit tibi. Insup, in salutatione illa angelica, per gratiā potest intelligi cōgeries uniuersarū uirtutum infusaꝝ & gratuitaꝝ, ac septem donoꝝ, una cum gratia gratiæ faciente, & beatitudinibus octo, atq; duodecim fructibus sp̄s, quibus oībus Maria p̄fissima plena tunc fuit, quantū ad suū pertinuit statū. Vēz in superuentione sp̄sancti, & conceptio ne filii dei, aucta sunt uehementer in ea omnia ista superna charismata. Deinde, in tam diurna deportatione diuina adorādē, p̄ prolis in utero, postea q̄q̄ q̄tidie usq; ad horā suę fe licissimę assumptionis, p̄sertim in die celeberrimo Pentecostes, q̄n cū ceteris in cœnaculo congregatis, p̄c oībus illis abundatissime sp̄m faciūt accepit, prout hēc in frā plenius exponent. De hac plenitudo grā Marię dignissimę, scribit Hēricus de Hassia: Ave Maria grā plena plena totaliter, plena permanenter, plena sufficiēt, plena inq; grā plenitudo omnium uirtutum, certitudine credendarum omnium ueritatum, gratia illustratio nis propheticæ, cōtemplationis excellentissime, grā optimæ cōpaginis naturalis, singulatissime pulchritudinis corporalis, de cētissimæ habitu dñis moralist, q̄m oīm artifex deus ad ipſiū formationē in utero supernaturaliter cōcurrēt, filio suo dignū habitaculū fabr̄atur, cā intrinsecus oīm gratificatiū charismatiū & dignificantiū habituū plenitudo, adornauit, ut etiā in exteriore eius effigie grā diuina tā copiose efficaciter p̄laceret, q̄ eius aspectus carnalitū effusus extingueret, peccatoꝝ corda cōpungere, mundanoꝝ homi num desideria ad cœlestia eleuaret, speculūq; munditiae uniuersis confisteret cōtra peccata. Impleuit eā deus in uōtre, p̄fentia in habitat̄is diuinitatis in corde, grā charitatissimā ore, grā affabilitate in manib⁹, grā misericordiæ & largitatis. Gratissima quoq; maturitate, in gressu in uultu, pudicissima puritate in intellectu, prudētia in cogitatu, munditiae mode stia, in auditu perātia, in affectu uere cūdīa, in aspectu, atq; in oī sensu & corporis gestu, relictia uirtutū p̄cipua. Hēricus. Præterea ad intelligendum lucidius, qualiter plenitudo aliter competat Christo, aliter uirgini benedictę, pensandum quād in tertia parte sum.

DE LAUDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS MARIAE.

284

Summū suā sanctus Thomas conscribit: Plenitudo (inquiens) grā attendi potest dupli citer: Vno modo ex parte grā, alio modo ex parte habentis grā. Ex parte grā, dicitur esse plenitudo ex eo, quid quis pertinet ad summū grā gradum, & quantū ad eius essentiā, & quātum ad eius uirtutē: quia uidelicet habet grā, & in maxima excellētia qua potest haberet, & in maxima extētione ad oēs grā effectus. Scđo attendit plenitudo grā ex parte subiecti, q̄i aliquis habet plene grā secundū suā conditionē, siue secundū intentionem, pro ut grā est in eo intensa usq; ad terminum ei p̄fixum à deo, iuxta illud: Vnicuiq; nostrum data est grā, secundū mensuram donationis Christi, siue etiā secundū uirtutem, in qua nū habet facultatem gratiæ ad omnia quæ pertinent ad suū statum siue officium: & talis gratia plenitudo non est propria Christo, sed alijs communicatur; sicq; beata uirgo dicitur grā plena, non ex parte gratiæ, quia non habuit gratiā in excellētia summa qua potest haberi, nec ad omnes effectus gratiæ, cum horum utrunq; Christo sit proprium: sed dicitur gratia plena, quia habebat gratiam sufficientem ad statum, ad quem erat electa diuinus, ut scilicet esset mater dei. Insuper, in eadem Summa, quæstione 26, testatur: Illos quos deus ad aliquid elegit, ita preparat ac disponit, ut ad id ad quod eliguntur, inueniantur idonei. Ideo tanta eam gratia plenitudo decorauit, ut decuit eam ornari ad hoc secundū modusram sapientiæ: & sic beata uirgo p̄c ceteris Christo fuit propinquior, sic ad plenitudinem gratie Christi amplius propinquauit. Eterat triplex perfectio gratiæ in Maria: Una quā dispositiua ad hoc, quād fieret mater dei, ex presentia filij dei in eius ute ro incarнатi, & hēc fuit maior quam primaria fuit in eius glorificatione, quādo coniuncta est ultimo fini per gratiam consummatam. Præterea de plenitudo gratiæ uirginis uenerabilissimè scribit Albertus in libro de laudibus eius: Beatisima uirgo grā fuit plena: Primo, q̄m omnes grās generales & speciales omnium creaturarū in summo habebar. Secundo quia & illas grās habuit, à quibus omnis creatura vacuafuit: Tertio, q̄m eius grā tanta fuit, quād pura creatura non fuit majoris gratiæ capax: Quarto, q̄m increata grām q̄i deus est, totā in se cōtinuit. hēc Albertus prolixē declarat, & sane intelligēdā sunt, cū certū sit cā pacitate aīe Christi maiorē grām suscepisse q̄ fuit grā Mariæ dignissimę. Vēz ut tacū est, non decuit purę creaturem in esse creato subsistenti grām conferri maiorem, q̄ uirgini matris dei electe, inoꝝ nec gratiam ei æqualem, sed ualde minorem. Deniq; sicut ponit natura naturans uidelicet deus autor naturæ, & natura naturata, id est, à deo instituta & facta, sicut uerba Alberti præacta, est gratia increata quasi gratia gratiæ, id est, omnem gratiam creatam producens, & est ipsa pietas seu misericordia creatoris, de qua gratia potest intelligi, quād plenitudo gratiæ dicitur se Mariæ dulcissimę totam atq; totaliter infusisse, utputa filius dei in uterum eius descēdens, & ex ea carnē astūmens: Alia appellatur gratia gratiata, hoc est producta, causata, infusa.

Articulus III. De excellentia doni sapientiæ gloriissimæ uirginis Mariæ.

Sapientia in animas sanctas se trāfert. Sanctorum patrum & catholicorum doctorum doctrina est, septem dona spiritus sancti inseparabiliter esse charitati cōiunctas & quanto quisvis in charitate diuina extat perfectior, tanto in dono sapientiæ eminētio esse censetur. Ideo sicut suauissima uirgo Maria fuit in dei amore inextimabiliter feruens præ ceteris sanctis & uiatoribus uniuersis, ita in sapientia, quæ est domini, præ omnibus excellentissima fuit. Porro, septem dona spiritus sancti sunt habitus supernaturales infusi, per quos mens creati fit prompte docilis, mobilis ac dirigibilis à spiritu sancto, p̄ficiuntq; dona hēc ipsas theologicas tres uirtutes expediendo, habilitando & promptificando eas ad exeundum in actus ipsarum. Itaq; per donum sapientiæ cognoscit & contēplatur mens deum & ea quæ dei sunt cum gustu interno, & discernit ea ab alijs ac bene iudicat de eisdem, cum conformitate & connaturalitate affectus ad ea, utputa, quād soli deo sit summe, pure ac finaliter inhaerendum, quod que spiritualia, diuina, & terrena incomparabiliter cunctis creatis, uanis, sensibilibus & caducis sint preferenda. Itaque in habitibus donum sapientiæ, cognitio atque affectio mentis circa diuina connexæ sunt & concordant. Quemadmodū etiam assignantur gradus tres charitatis, ita & tres sunt sapientiæ huius gradus: ita quād tertius gradus charitatis ac sapientiæ inest perfectis, convenit quæ personis heroicis. Habet quoque hic tertius doni sapientiæ gradus latitudinem grandem, & speciales gradus diuersos, atq; multiplicem perfectionis distinctionem & ordinem, secundum quod unus sanctus est sanctior alio, secundū innumerabiles distinctiones, gradus ac differentias perfectionis & sanctitatis. Vnde elicuitur, q̄ sicut Maria p̄fis-

Ephes. 4

Maria quā
gratia plena.

Triplexi
Marie gratia
perfectio.

Albertus.

gratia deo
plena.

Sapientia.

Cc 4 finia

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

¹ Pet. 2
Psal. 72
Thes. 3
Psal. 30
Isaie. 45
Proverb. 11

Isaie. 66

Iob. 28

1. Cor. 11

fima uniuersis sanctis post Christum ineffabiliter extitit sanctior, ita & in dono sapientiae maior, perfectior atq[ue] splendidior. Propterea prae oibus inestimabiliter, secretissime, suavis fime, frequentissime, exuberantissime gustauit, experiebatur & sapuit pleno mentis ore, q[uod] dulcis sit deus, q[uod] bonus deus Israel his qui recti sunt corde, q[uod] bonus d[omi]n[u]s sperantibus in se, anime querentibus illum, q[uod] magna sit multitudo dulcedinis eius, q[uod] uere ipse sit deus absconditus omn[is] secreto secretor, intus c[on]fidissime micans, & menti purgatae ad intuendu[m] ac de gustandu[m] dignat[er], clementer & copiose se pandens. Pr[et]erea, Proverbio xii. a[et] scriptura: Vbi fuerit humilitas, ibi & sapientia: quod de sapientia ista (quod donum est) potissimum in telligitur. Humilitas quippe mente deo directe subiicit ac subternit ad suscipiens ab eo lumen ac radios sapientie salutaris. Quemadmodum ergo amabilissima uirgo Maria, cuius inestimabilitate fuit humilior, imo in totius humilitatis abysso profundior, ac prorsus constantior: ita in dono sapientie radiantissima ac splendidissima fuit, in propinquissimo stans contactu sapientie in creatu[m] recipiendum in definerenter ac liberalissime ab eadem sapientia, viuis, illuminationes recentes, assidue, lucidissimas & feruentes, quibus benignissima acq[ui] humilissima mens deferit uirginis ac uirginea[m] matris indefinenter reficiebat, recreabatur & exuberauit. Insuper Ioseph ultimo, iuxta translationem antiquam ait pater eternus: Super quem requiescerit sp[iritu]s meus, nisi super quietum & humilem? Quemadmodum autem diuinissima Maria fuit humiliata, ita sine dubio quietissima fuit mente, imo & corpore, quatum ei fuit possibilis: solitaria diligens loca uelut turtur pudicissima, nec sine pregnati causa usq[ue] foras egrediens. Porro mente quietissima fuit, quippe in qua nulla unquam passionum perturbatum in quietudo, nullus strepitus culpe, nullus tumultuatu[m] cogitationum, aut flus et quantum desideriorum inordinatus tumultus, sed iugis tranquillitas, atq[ue] in omni euenu pax stabilis & interna. Idcirco sp[iritu]s sanctus cum septem donis suis clarissimis in cordeseru[n]dissima Mariae, cum inenarrabili plenitudine incessabiliter requieuit, & in dono sapientie eam pulcherrime, imo & incomparabiliter uenustauit. Amplius, puritas cordis ad sapientiae incrementum ac complementum summe disponit: In maluolum namq[ue] anima non introbit sapientia, nec habitabit in corpore subditu peccatis, sed sicut preallegatum est, sapientia in animas sanctas se transfert. Cum igitur sicut expostum est, pulcherrima uirgo Maria tantu[m] splenduit puritate ac sanctitate, q[uod] sub deo maiori nequit intelligi, constat q[uod] in creatu[m] superum nescientissima ac superopulentissima sapientia in animam benedictae Mariæ se copiosissime trastulerit atq[ue] infuderit, & donum sapientie tam indicibiliter in ipsa proficerit, q[uod] præ omni pura creatura in esse creato subsistens, h[ab]et ipsa prestantissima sapientia mater, in sapientia dono incomparabilis modo prefulget. Adhuc autem Ioseph 28. inducit: Quæ docebit d[omi]s sapientia, & quem in intelligere faciet auditum: ablatos a lacte, auulos ab ubere, hoc est, eos q[uod] a carnalibus abstinent oblectamentis. Vnde & in Iob asserit: Sapientia non inuenitur in terra suauiter uiuentium. Quemadmodum ergo optima uirgo sp[iritu]alissima Maria, ab omni carnali mollicitate omniq[ue] sensuali oblectione immunitissima fuit, & m[od]o ac carni maxime mortua, sic in dono sapientiae illuminationis erat. Pr[et]erea, q[uod] fontis sapientie & primo ac summo totius sapientiae causali principio propinquius extat, copiosus utiq[ue] illuminatur, & repletur ab illo: idcirco quod deo incarnato uirginea mater eius, præ cuius exiit propinquior, ed sapientiae dono fuit repletior. Nec dubium, quin tanto sit mater propinquior dei unigenito ex ipsa incarnato, quanto mater præ seruis proli propinquior perhibetur. Postremo quo sacramentissima uirgo Maria mundissima suo creatori ex ipsa incarnato ac genito charior fuit atq[ue] similior, eo diuitias gratiae sue, fluenta sapientiæ, superna charismata, adorandum creator ei exuberatius comunicauit, & eam sibi in omni sapientia, sanctitate & honestate fecit similiam, quia & per hoc mutua eorum conuersatio in seculo isto dulcior, cœnientior, familiarior & amorosior fuit. Siquidem similitudo est causa amoris, & similius unio magis connaturalis agnoscitur: Ideo mutua conueratio sapientium, in quibus non est immode[r]antia passionum nec peccati offensio, extat suauior.

Articulus III. De excellentia glorificande Mariæ in sapientia, quæ est donum gratiae gratis datae.

Alij per spiritum datur sermo sapientie, alijs sermo scientie. Hæc uerba Apostoli de sapientia, quæ est donum gratiae gratis datae intelliguntur. Hæc autem sapientia est notitia diuinorum atq[ue] cognitio scripturarum, per quam quis scit ea quæ fidei sunt declarare, defendere, persuadere, ita q[uod] nouit rōnes & argumenta credendorū, per quæ aduersarijs fidei ualeat resistere; quæ sapientia ad doctores ac prælatos spectat potissimum.

DE LAUDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS MARIAE.

183

tissime. Et potest sapientia ista à malis ac bonis haberi hominibus, sicut & cetera dona gratiae gratis datae: potest quoq[ue] tam ex diuina & supernatura[m] infusione, q[uod] ex instructio[n]e humana seu studio obtineri. Denique, in hac sapientia credit celeberrima atq[ue] m[od]estissima uirgo Maria præ cunctis doctotoribus & prælatis ecclesiæ, præ uniuersis aplis ac prophetis, præ euangelistis & patriarchis excellētissima ac illuminationis extitisse, & ipsas scripturas intellexisse, profundius, ordinē quoq[ue] & nexu, cōsonantia ac rōnabilitate credibili agnouisse lymphidius, intrinseci ipsi quoq[ue] gloriosi apostoli habuerunt ad eam refugia, & illuminationem accepérunt ab ea. Quædammodum namq[ue] diuine scripture, quo ad eam principale intentum, in ea & p[ro] ea excellentius sunt impletæ: sic datum est ei illas clarius penetrare, & de earum mysterijs decuit eam à sp[iritu] sancto lucidius edoceri ac gratiosius illustrari. Cum enim ueraciter dicat apostolus Paulus: Nos non spiritum huius mundi accepimus, sed sp[iritu] qui ex deo est, ut sciamus quæ à deo donata sunt nobis: quanto magis præstantissima & illuminationis uirgo deuota exunctione & irradiatione sp[iritu] sancti cognovit dona sibi desup imparita, & qua liter in ea ac per eam essent completae prophetarum scripture, qui omnes, ut etiā Hebreorum fatentur doctores, non sunt locuti, nisi super dies Messie, id est, de Christi aduentu signibusq[ue] mysterijs eius, quem eleclissima ac honestissima uirgo Maria concepit ac peperit. Denique, ipsa de beneficijs sibi desuper condonatis, sicut totis uiribus deo gratissima, idcirco hac ipsa beneficia eorumq[ue] dignitatem ac eminentiam clarissime ac profundissime quatum puræ extitit creaturæ uirtrici possibile, intellectu putata, quanta dignitas sit eis matrem dei, quata charitas, pietas, sapientia, iustitia, omnipotentia deifuit, q[uod] per incarnationem & mortem uerbi æterni genus redemit humanum, q[uod] decentissimum iuit per filium dei incarnationem ac passionem mundum saluari. Pr[et]erea, felicissima Maria sicut corpore fuit pulcherrima cōplexionisq[ue] optimæ, ita ingeniosissima fuit mente, si uidiosa ac docilis ualde: idcirco ad recipiendum copiosissimas illuminationes a sp[iritu] sancto fuit aptissima. Nec dubium, quin eā quotidie affluentissime illustrauit, quæ eum concepit & peperit, laetauit & enutravit, à quo ipse uere æternitaliterq[ue] proce dicit. Amplius, sicut prehabitu[m] est, puritas efficit hominem diuine illustrationis capacem, & quo intellectus extiterit purior, eo ad sapientiale illuminationem dispositor digniorq[ue] consistit. Ideo sicut præstantissima uirgo Maria fuit post Christum summa & incomparabilis puritate ornata, sic & in sapientia ista & scripturarum notitia, omni quoq[ue] illustratione superna fuisse excellētissima est credenda. Adhuc autem, sicut euangelista testatur, benedicta uirgo Maria conservabat in corde suo, non dubium quin cum diligentia maxima omnia uerba quæ erant de Christo, quæ ipsa à pastoribus, ab Elisabeth, à Magis, à Symone, ab Anna, & presentim ab angelo sancto audiuit, & ea in sūd contulit corde. Denique certissimum est, q[uod] uerba ab ore unigeniti fui prædicti cando prolata diligenter aufcultauit, atq[ue] præ ceteris sapientissime intellectu, sicut per istam assiduam seruam ac feruam diuinorum eloquiorum cōservationem, reuolutionem, collationem, summe profecit in sapientiali intelligentiæ scripturam, tum ex naturali ingenij acuminè, tum ex supernaturali gratiae lumine, tum ex habitibus sapientibus ac scintialibus acquisitis atq[ue] infusis, potissimum uero ex frequentissima, gratiosissima ac prorsus plenissima illustratione æternæ & increatae sapientiae, quam concepit, peperit, & nutritu[m] est. Infup[er] in omni genere principium est maximum, & in ordine suo potissimum: & quod illi extat uicinius, est ei similius. Christus autem fons sapientiae in excelsis, in uniuersitate fidelium & sapientium ac legislatorum est caput & uertex, causa uniuersaliq[ue] dator illuminationis totius. Hinc deificatissima mater ipsius, post eū in omni ecclesia præ cunctis præfuslit in omni sapientia, scientia intelligentiæ, scripturarum. Denique, ut recitat Cæstianus, sancti patres edocuerunt, q[uod] in uera, profunda ac salutari scriptura, sancta notitia cupiens crescere, non opus habet libros multos reuoluere, sed puritate internæ studere, in qua quanto plus creuerit, tanto copiosiori diuinae illustrationis radio delupet perfundetur. Ideo, quo Maria dulcissima præ cunctis in omni exercitatione interna, occupatione uirtuosa, puritate splendida emittit, abundauit, effulgit, ed ad intelligentiam sacra eloqua, diuina mysteria scripturarum que abdita exuberantius ac lymphidius docebatur diuinum. Deinde, pensamus quod Iacobus hortatur & affirmat apostolus: Si quis indiget sapientia, postulete à deo, qui dat omnibus affluenter & non impropperat, & dabitur ei: postulete autem in fide nihil haesitans. Vnde & Psalmista: Accedite (inquit) ad eū & illuminamini. Itaq[ue], quo in comparabilis dñia feruentius, frequenter, fidelius ac fiduciarius dñm exorauit pro sapientia & uirtute, eō celeri & copioſi exaudiebat ac repleba

i. Cor. 4

Maria graciā
sua fuit de
beneficijs su
bi collatis.

Luca.
Luc. 2.
Mat. 2.

Ecccl.

Cassianus.

Psalms.

Iacob.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

i.Pet.

plebatur ab illo. Hinc electissima uirgo Maria paratissima & summe idonea fuit ad reddere
du ratione omni posse esse de fide & spe, omni doctrina & prædicatione euangelice legi.
Articulus V. An deuera uirgo Maria habuerit etiam usum & ministerium
prefate sapientie atq; scientie, alios informando.

Prover.ii

Onsum aperuit sapientie & lex clementie in lingua eius. Videntur quidam do-
ctores sentire, q; benignissima uirgo Maria, sapientia & scientia, prout sunt dor-
na grę gratis datę, uia non fuerit ad aliorum ministerium, informationem, profe-
ctum, quoniam mulierum non est euangelizare, dicete Apostolo: Mulierem do-
cere non permitto, sed esse in silentio. Hinc in tertia parte Summe sue, quęst. 26. afferit Tho-
mas: Virgo beata habuit usum sapientie in contemplando, non aut in docendo, quia non co-
ueniebat sexui muliebri. Albertus quoq; in libro de Laudibus beatissime virginis: Quæda
(inquit) dona gratiae gratis dantur in proprium profectum sui & non aliorum, ut dona
instructionis beatissime dominę. Sed his obuiare uidetur, q; super pretracta yba, Maria cō-
seruabat omnia uerba hęc, aliqui dicunt expositores, q; ideo uerba illa memoriter tenuit,
ut ea postmodum alijs, tempore opportuno exponeret ac doceret: imò secundum Bedę &
alios, Lucas euangelista specialiter creditur a felicissima & serenissima Maria instructus de
his, que ipse solus de ea & mysterijs filij eius conscripsit. Hinc & Lira super pretracta afferit
uerba: Maria prudenter attēdebat quomodo prophetiū implēbatur in puer nato, & ista
collatio erat ei ual delectabilis, ac toti ecclesię plurimum utilis: quia secundū Hierony-
mum in Sermone de beate uirginis assumptione, ipsa post filij sui ascensionem remansit ad te-
pus in terris cū sanctis apostolis, ut eos plenius de uerbo instrueret in carnato, de quo ipsa
plenius fuit docta per spiritum sanctū, quod ipsa familiarius uiderat atq; tractauerat ipso
pter quod de ipso melius exprimerem poterat, secundum quod ait Hieronymus, quod melius
us nouimus, melius & proferimus: Hęc Lira Deniq; sanctarum uirginum multitudine ele-
cta legitur mundissimę uirginis post Christi ascensionem cohabitasse, quas sapientissima &
seruissima uirgo creditur opportunis instruxisse temporibus. Postremo, supra ex epi-
stolis sancti Ignatii est probatum, qualiter multe excellentes persone ex paganismō ad Chri-
stum conuerse in exordio primitiū ecclesie, maxime optauerunt Mariam dignissimā intu-
eri, audire, atq; de singulis plenī informari ab ea, quorū desiderijs pijs misericordissima do-
mina dulciter ac utilissime acquieuit: & haec arbitror uera esse. Porro, ad uerba Thomę &
Alberti poterit dici, q; intelligenda sint de publica prædicatione & doctrinatione ad po-
pulum, non de instructione priuata.

v.Iohann.

Articulus VI. De naturali sapientia & scientia glorificādę Marię.
Non necesse habetis ut aliquis doceat uos, sed unctio docet uos de oībus. Quem
admodum sanctus Epiphanius & Damascenus fatentur, optimę uirgo Maria
adhuc adolescentula in templo ubi uirgines docebātur, est enuita, nec dubius
quin præuenta à spiritu sancto circa scripturas studiosissima fuit, & cum omni
reuerentia se ad illas gerezebat, vnde sanctus testatur Hieronymus, q; legit in Iсаia. Ecce uir-
go concipiēt, instruēt aūt scholasticā à grāmaticā sumit exordiū. Deniq; de Susanā re-
citat, q; parentes eius cum essentiū, erudierunt filiā suā secundum legem Moyſi. Con-
formiter est credendum, q; sacratissime Marię parentes, qui erāt secundum præinducta ex-
cellenter iusti, ipsam in templo fecerunt in scripturis legis ac prophetarę doceri, in quibus
multa continent de regē productione, distinctione, ornatu, proprietate & ordine, de mudi
dispositione, de cursu & influxu cœlog, planetarę ac syde, q; ad naturale spectat philo-
sophiā, & tam ex lumine naturali q; ex humana instructione, supernaturali q; ex informatiōne
queunt agnoscī ac discī. In omni etenim creatura & presertim in uniuersa machina mū-
diali, in elementorum situ, alteratione & subsistentia, in ordinatione, gubernatione q; mun-
di, in angelicis spiritibus & eorundem ordinibus, in anima rōnali totoq; homine reluent,
ac cognoscunt omnipotentia sapientia, bonitas supergloriosissimi conditoris, qui per
Iсаiam hortat̄ est. Leuate in excellum oculos ueistros, & uidete quis creauit hęc. Vnde ad
Romanos scripsit Apostolus: In uisibilia dei per qua facta sunt, conspicuunt: sempiter-
na quoq; uirtus eius & diuitiæ, ita ut sint inexcusabiles, qui scilicet deum uege non cogno-
uerunt, uel cognitum non debite coluerunt, cum causa in suo effectu respłēdeat, & crea-
toris cognitione ex creaturę notitia possit facilime deprehendi quātum ad quia est: Proper
quod dicitur: Vanisunt omnes homines, quibus non subest scientia dei, & de his que uidē-
tur bona, nō potuerunt intelligere eum qui est: A magnitudine enim speciei creature po-
terit

Isa.27.

Danielis

Isaie.51.
Romani.1.

Sepher.13

DE LAUDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS MARIAE 286

Res natura
ad cognitio-
nē qđ ualeat

terit creator eorum cognoscibiliter uideri. Hinc sanctus pater Antonius dixit, ipsam rerū
naturali fuisse sui studij librum, ex quo ad tantam deuenit scientiam. Potissime autem in
scripturis eruditio, & ultra hoc, dono sapientie ac scientie eminentē repleti, atq; in sancta de-
uotione & charitatis seruore exercitati, ex consideratione naturalium rerum qđ adorandi
contemplationem creatoris subito & facilime, iucunde & feruide, acute atq; sepiissime ele-
uatur, etiā inter dum cum admiratio & dulci fletu ex intuitu rerum paruarum, ut flō & ac
graminum. Deniq; ad sapientiā istā diuinorum naturalem, ac creaturę & scientiā scholasti-
cā, plurimum confertigenj subtilitas, puritas cordis, trāquilitas conuertonis, assidui-
tas exercitationis interne, in qbus omnibus excellentissima uirgo Maria ineffabiliter pre-
fulgebat, quemadmodum & in prætractis bonis gratuitis. Idcirco ex omni parte fuit apri-
simā ad huiusmodi naturalem sapientiā atq; scientiā, quas partim ex proprio studio ac lu-
mine naturali, partim ex scholastica informatiōe, & maxime ex diuina & angelica illustra-
tione posse dedit. & ex charitate & ḡf, ex fide & dono infuse sapientie actus illarum sapien-
tie ac scientie formauit, initiauit, produxit, sicutq; actus illi meritorū erant. O quam subtili-
ter & profunde illuminatissima uirgo, ordinem uniuersi atē debat, cœlestium corporum
magnitudinem, pulchritudinem, caualitatem, pensuāt angelicorum spirituum naturas,
potestates, actiones, eminentias in naturalibus & gratuitis considerauit. Opera quoq; sex
dierum, distinctiones & ornatus eorum aduertit, quatenus ex omnium hoḡ unigeniti dei
ex se incarnati & geniti magis perpendet dignitatem, perfectionem excellentiam, im-
mensam, ac per hoc ineffabilem magnitudinem dignitatis diuinae & beneficiorum sibi
dēsuper exhibitorum, & per eam toti humano generi præstitutorum euidentius pondera-
ret, maioremq; gratiarum actionem referret datori. O quam celestine ac subtilissime ex
creaturis ad creatorē, ex uisibilis ad inuisibiliā, ex corporalibus ad incorporalia, ex tē-
poralibus & caduciis ad æternā ac diuina suam syncerissimam, luminosissimam ac sapientis
simam transfluit mente.

Articulus VII. Quod sacratissimā Marię uita fuit maxime
contemplatiua.

Sapien.8

Intrans in domum meam conquisescam cum sapientia, non enim habet amaritudinē
conuersatio eius, nec tedium conuictus illius, sed gaudium & lētitiam. Quid miruē,
si decor & ornamentum totius creaturæ suaissima ac dignissima uirgo Maria, uita-
uit pro uiribus publicum, amauit secretum, & domi libertius residebat, quæ omni-
um creatorē ac dominum, sapientiam increatam, eternam, immensam habuit sibi corpō
raliter, familiariter, imò & obediēt ac amorofissime cohabitanṭ in domo sua materi-
ali, spūialiter uero ac gratiosissime in domo sua interiori, hoc est, in mente propriā, de qua
in Ecclesiastico fertur: Nisi in timore dei tenueris te instāter, cito subuertetur domus tua.
Denique, contemplatiua uita, ut ait Gregorius, est charitatem dei ac proximi feruenter ac
sincere teneret, soli conditoris desiderio inhārere, ut terrenum iam habere nil libeat, sed
calcatis solitudinibus cunctis externis, ad uidendum clare per speciem creatoris faci-
ēt animus in ardescat. Itaque quō ita gloriōfissimā incomparabilē Marię excellentius
inerat, ed uita ipsius sublimis fuit contemplatiua. Verum quid certius, quam benedictam
Marię in charitate syncerissima dei & proximorum ineffabiliter p̄ cunctis ardentiissimā
exitissime, prout hoc infra multipliciter ostendetur. Et erat beatissima uirgo aut indefinē-
ter aut pene indefinēter semper actualiter deo per charitatem unita, & sacris desideriis
actiūs, ad plenam ac beatificam diuini uultus intuitionem in defessa anhelans, suspirans
ac properans: nec unquam circa temporalia inordinate sollicita, utputa de omnipotentiis
paternalissima ac singularissima circa se prouidentia prorsus certissima. Interim tantę per-
fections fuit hęc summa uirgo Maria, q; per exercitū uitae actiūs, per spūialia & corporalia
misericordiæ opera, per occupationes exteriores & actiones humanas, per allocutiones &
deambulationes ab exercitijs uitae contemplatiuae non impeditabatur: & si forsitan inter-
dum ad horulā exercitū illa contemplatiua interpolationē accepert per actiūs exercitū
uitae, mox cum uehemētiori ad ea redibat seruore. Insuper serenissima uirgo Maria in afe-
ctum syncerissimę ac ardentiissimę charitatis ineffabiliter fuit cōuerfa, trasformata, absor-
pta, ab omni passionē ingetudine & inordinatione, omniō liberrima, in omni uirtute morali
summe pfecta, donq; sapientia in termino excellētē splēdidissime adimpleta: idcirco in uita
contemplatiua fuit maxie stabilita & feruida. Amplius, ex p̄imur q; usus sit quasi altera que-
dā natura, faciēs prōptissime opari ac rei actioni q; uisitate stabiliter immortari. Illustrissima
autē

Maria quā
fuerit perfec-
tionis.

Maria uirg-
inis exercitiū

Ecc. 27.
Vita cōtem-
platiua quę.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

autem atque sanctissima uirgo Maria ab hora qua coepit assidue uti ratione, in exercitiis uitae contemplatiue praetactis, in orationibus seruidis, in meditationibus puris, in deuotissimis dei laudibus & spiritualibus canticis exercitauit se ualde fixe, frequenter, affectuosisse & pure, atque in omnibus his mirabiliter & incomparabiliter profecit quotidie; ideo tempore procedente, facta est uita ipsius contemplatiuissima, immo eminentius contemplativa, quam uita Ade in statu innocentiae, quemadmodum in charitate sapientissima, latria omniq[ue] uirtute & donec ualde perfectior fuit illo, & inter uita beatorum ac uiatoribus in cunctis modo propinquas, & proxima uite angelice. Incomprehensibilis enim incomprehensibiliter ac liberalissime operabatur, irradiauit, communicauit, calefecit, monuit, excitauit, perfecit, unituit in anima uerbi dilectionis matris, que luce sapientiae, charitatis seruore, exercitatione interna tam copiofissime fuit referita, p[ro]fusa, assueta, quod nequaquam poterat obliuisci sui dilecti, neque, ab intimis & secretissimis illius amplexibus abstinere, immo incessanter seruebat in illo. At uero tot & tanta, immo tam incomparabilia beneficia ei fuerunt collata, tot supernaturalia ac magnificissima dei opera fuit in seipso experta, tot & tanta audiuit uerba cœlestia ac diuina ab angelo sancto, ab Elisabeth & Zacharia, à pastoribus, à Symone & Anna, à magis, deinde à proprio filio secum dignissime conuersante, quod horum utriusque nequaquam poterat obliuisci, sed continuu[m] horum memoria, collatio, contemplatio, admiratio ineratmenti eius, & ipsa excellētissime creditur adimplisse illud Deuteronomij: Erunt uerba dñi in corde tuo, & meditaberis ea fedens in domino tua, & ambulans in itinere, & dormiens atque confurgens. Postremo ipsa incomparabiliter felix ac dulcis Maria, tot annis habuit secum presens & sibi coniuens, domesticæ cōmorans totius contemplationis obiectum, sapientiae fontem, ueritatem æternam, deum incarnatum, dei patris ac suum unicum filium, quem tam corporalibus & spiritualibus sincerissime, reuerentissime & affectuosisse intuebatur, atque ex tanto diuino, quotidiano, assiduo seruentissimo, atque perfectu in omni perfectione, stabilitate ac plenitudine uite contemplativa indicabiliter creuit quietissima ac tranquillissima uirgo, quae sic quiescendo prudentissima fuit.

Articulus VIII. Quod mitissima atque dulcissima uirgo Maria præ omnibus sanctis, post Christum in hac uita altissimam contemplationum splendore resplenduit.

Trahitur sapientia de occultis, & abscondita est ab oculis omnium uiuentium. Cōtemplatio quæ est amorosa ac sapida dei cognitionis, actus est sapientiae quæ est dominum; & sicut iuxta præhabita, sacratissima uirgo Maria præ cunctis uiatoribus, dono sapientiæ incomparabiliter fuit ornata, splendidissime decorata, ineffabiliterque impleta; sic præ uiatoribus uniuersis clarius atque profundius in uita hac contemplata est deum, & intellexit diuinam, cœlestia ac æternam, immo quantum purè extitit in quo[u]m possibile creatura in esse creato subsistenti, stabiliter, pure, seruentiter, & quasi continua fuit diuino, rum contemplationi intenta, mysteriorumque Christi sedula ac deuotissima meditatrix, intuitumque purissimam ac seruentissimam mentis in increatâ simplicissimam deitatis ac superbeatissimam trinitatis lucem lymphidissime figens, amorosissime ac deliciose demergens, abyssum quoque incomprehensibilium iudiciorum ipsius profundus speculans, & arcant supersapientiale conſilium eius de modo saluandi genus humanum sublimius penetrans, tantoque evidentius mysteria incarnationis & nativitatis Christi intelligens, quanto singularius datum est ei illa in seipso felicissime experiri, eademque in ea & per ea impleti. Præterea iuxta prædicta, per tertium ac suprimum sapientiæ donum fit homo quasi secretarius & consiliarius dei. Idcirco quod præstatissima uirgo Maria in hoc supremo sapientiæ dono fuit infabiliter cunctis perfectior, eo eminentius ac familiarius fuit præ uniuersis cōſiliaria & secretaria omnipotentis, atque ex revelatione & intuitione diuina, nouit plura secreta & secretiora mysteria, etiam clariusque alii sancti, ita quod mente gratissima, excellentissime dicere potuit creatoris. Incerta & occulta sapientiae tuæ manifestasti mihi. Insuper per charitatem mens creatu coniungitur deo potissimum; & quo in charitate fuerit sincerior, seruentior atque perfectior, eo intimus ac familiarius deo unitur, copiosius quoque ab ipso illuminatur, erudit, ac unguit. Electis etenim suis preceptibus, deus adorandus essentialiter bonus & substantia liter charitas ipsa, sua pandit secreta, sicut in Genesi ait: Num celare potero Abraham quod facturus sum? Vnde & Amos dixit propheta: Non faciet dominus uerbum, nisi secretum suum revelauerit ad seruos suos prophetas. Ideo electissime ac dilectissimæ sua sponsæ, immo & precha-

DE LAVDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS MARIAE.

287

issime matris excellentissimam cōdonauit diuinorum intuitionem. Amplius, egregia & propinq[ue]a contemplandi dispositio est puritas mentis, iuxta quod ait saluator: Beati mundo corde, quoniam p[ro]p[ter]a deum uidebunt. Vnde ut tactu est supradicta sapientia in alias sanctas transserit. Id circa quod misericordissima uirgo Maria cunctis ceteris fuit in puritate p[re]clarior, eo & in acuminie acferuore contemplationis sublimior. Insuper ut tradunt doctores, formes & ois inclinatio ad peccandum, immo & peccadi possibilis, ablatu[rum] erat à Maria mundissima, ita quod corp[us] non traxit mente ipsius deorum, nec ulla unquam inordinata affectio, distractio, fragilitas, uirtuosissima mente eius à contemplationis lumine reuocauit, neque occupatio ulla extiterit, immo omne quod egit extrinsecus, assidue retulit ad dei honorē ac uera salutē. Nulla quodque otiositas, nulla omisio aut negligentia unquam habuit locū in ea; ideo inde sinenter, continue aut suum assidue memor extitit dei, cogitauit salubria, cōtemplabat diuinam, & p[re]cristiane adimpleuit illud Apostoli: Omne quodcumque facitis in verbo aut opere, oīa in noīe dñi nři Iesu Chri agite, g[ra]tas agentes deo p[ro]p[ter]a ipsum. Et quod dixit Psalmista: Benedic dñm in omni tpe, sp[iritu] laus eius in ore meo. Denique, tres isti effectus hierarchici, purgari, illuminari & perfici, adiunctorum sunt conexi, siue quod ad maiorem purgationem sequitur illuminatio maior, ad maiorem quodque illuminatione major p[ro]fectio: Ideo sicut unica uirgo Maria cunctis erat incomparabiliter purgator atque p[ro]fectio, ita & p[re]te uniuersis sanctis ineffabiliter illuminatissima & cōtemplatiuissima existit. At uero de eminentia cognitionis Mariæ altissimæ, sicut Bernardus: Quis illa forsan excepta, quod sola in se hoc meruit experiri, intellectu ualeat capere aut ratione discernere, qualiter inaccessibilis ille splendor uirginis se infuderit uisceribus, quia nimis res erat in sacramento & quod sola p[ro]p[ter]a trinitas in sola & cui sola uirginis uultus opari, ei soli datus est nosse cui datum est felicitas experiri. Dicatur ergo, spiritualis cunctus supueniet in te, quod utique sua potentia fecundabit, & uirgo altissimi obubrabit tibi, hoc est, illu[m] modu[m] quo de spiritu sancto concipiatur, Ch[ristus] dei uirtus & dei sapientia sic in secretissimo suo cōfilio cōteget, quatenus quodnotus est p[ro]prius, notus sit tibi; ac si angelus uirginis responderes: Quid à me requiris quod mox in teipso expieries, scies, & feliciter scies, sed illo doctore quod actore meo pot doceri, nisi à donante nec addisciri, nisi à succipiente. Adhuc autem cum dñs dicat: Non uidebit me ho[m]e & uiuet, dicitur, quod quanto alijs perfectius moritur uita p[re]senti, & omni priuato amori ac carnalitati atque inordinate omni affectioni omniq[ue] culpe, tanto ad contemplationem est aptior, immo ad contemplandū altissime magis doneus. Porro, beatissima dñna & regina cœlorum, uite carnali, mundane, presenti omniq[ue] culpe & inordinationi ac priuato amori fuit plenissime mortua, & cū Ap[osto]lo, immo ap[osto]lo excellētissime dicere poterat: Vivo autem non ego, uiuit yō in me Ch[ristus]. Idcirco in altitudine, claritate, stabilitate & perfectione cōtemplationis fuit ineffabiliter modo p[re]clarat siquidem super omnes uiatores penitus mortua fuit in mundo & carni, & uita peccati extinctio iam fomite, si refuscabiliter mortua fuit in ea. Ideo sacratissima uirgo Maria perfectissime p[re] omnibus adimpleuit, quod ad Colossenses hortatur Apostolus: Que sursum sunt que rite, ubi Ch[ristus] est in dextera dei sedes; que sursum sunt sapientia, non que super terrā: Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cū Ch[risto] in deo. O quod p[re]clarissime, uita spiritualissime cœlestis uirginis fuit cū Ch[risto] in deo abscondita, utputa summa interna atque angelica. Vnde & cetero, ueratio eius p[re]cipue fuit in cœlis; sicutque sanctuarium dei ingressa, habitavit infra sanctas altas, & superne curie per contemplationem cœliformem extitit p[re]sens, sup se iugiter eleuata, stansq[ue] inde sinenter in contactu solis iustitia, à quo illu[m]munitabatur assidue, prorsus liberalissime. His consonat illud beati Gregorij: A gaudiis liber in hac carne uiuentibus, sed tamen inestimabili uirtute crescentibus, potest clari[tas] dei uideri, si tamen huic uite funditus moriar. Certumque est, nullam unquam puram creaturam fuisse huic uite tamen puram ac integrę mortuam, ut be nedicta uenerabilissimam Mariam. Idcirco ipsa p[re]cunctis in uita hac claritate dei est lymphidissime contemplata. Postremo, beatitudine, & p[ro]fectio uite huius, est inchoatio quædam & p[re]gustatio felicitatis supernæ; & beatitudo illa cœlestis correspondet beatitudini uite, quædam modum finis medio, & p[re]mio merito: Ideo sicut amatissima dei incomparabiliter maior est in beatitudine consummata & uisione per speciem, ita in uita hac in beatitudine inchoata, & contemplatione per anagogicum lumen, fuit cunctis p[re]fulgens.

Articulus IX. Desp[er]sus contemplationis, & q[uod] gloriole in illis p[re]eminens

fuit getitrix uirginalis.

Acessistis ad montem Sion & ciuitatem dei uiuentis, & Ierusalem cœlestem, & in multitudinem milium angelorum frequentiam, & ecclesiam primituorum, q[uod] conscripti sunt in cœlis, & iudicem omniū deum & sp[iritu] iustorum, perfectorum. Accessus iste Christi fideliūm

Marie uita,
angelicæ uite
se proxima.

Luc. 1
2u. 2
Matt. 3.

Deut. 6

Iob. 28

Pal. 50

Gen. 18.

Matt. 5.
Sapien. 7.
Maria tomis.
& omni
peccandi libi
dine tanata;

Col. 3.
Psal. 32.

Luc. 1.
1. Cor. 11.
Exod. 33.

Gala. 3.

Col. 3.
Philip. 4.

Gregorius

Heb. 13.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI,

frividium ad militarem ac triphantem ecclesiam, ad angelorum phalagam, ad iudicem dei & spiritus sanctum, iustorum & perfectorum sanctificatorem ac habitatorem, est spūialis per fidem & charitatem contemplationis gratiam. De quo accessu at Psalmographus: Accedit ad eum & illuminamini. Atque apostolus: Adeamus cum fiducia ad thronum gratiae eius. Tāguntur quoque in praedicta autoritate apostoli diversa contemplationis obiecta, scđm quae quidam species quasdam contemplationis assignant. Porro, sanctus bernardus assignat contemplationis species quatuor, quae prima est, admiratio maiestatis, hoc est, contumio incomprehensibilis deitatis cum ingenti admiratione infinitè excellentiè ac incomprehensibilitatis ipsius, ita ut homo huic contemplationis specie intentus, dicere queat illud Job: Digne est inuenire non possumus, & enarrari non potest: id est non audebit contemplari oēs, qui sibi uidentur esse sapientes. Secunda species contemplationis, est consideratio iudiciorum altissimorum, in quorum consideratione & discussione contemplator deficiens, dicere potest: O altitudo diuinitarum scientie & sapientie dei, quae incomprehensibilias sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiae eius. Tertia est speculatio beneficiorum dei, ex quorum intuitu dicere congruit contemplanti: Quid retribuam dñi pro omnibus quae retribuit mihi? Itemque: Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributions eius. Et rursus cum Isaiae: Misericordia domini recordabor, laude dominū super omnibus quae reddidit nobis, & quae largitus est nobis secundum indulgentiam suam. Quarta est diuinorum attentio promissorum, quae teste apostolo, nec oculus uidit, nec auris audiuīt, nec in cor hoīs ascenderunt, haec sunt bona gloriae quae præparauit dominus suis electis. In his contemplationis speciebus glorioissima maria fuit altissima in emperio quo in seipso fuit humilior, quo propriam nullitate, tamen profundis intellexit, & ea ex quā cōsideratione seipsum profundissime humiliauit, frequentius acutiusque penituit, et uehementius admirabatur, quod deus maiestatis immensitatem gratiōissime, dignatissime ac munificentissime egit, cum ea, quae sublimitas illa prorsus illimitata tam incomprehensibiliter se exinanuit, tamque superpiissime & humiliter circa ipsam se habuit ac taliter conuefabatur cum ea. Infuper, quo sacratissima uirgo maria in seipso humilior fuit ac purior, sapientior & illuminatior, atque incircumscripibilis maiestati per charismata sublimiora propinqua familiariusque unita, et infinita excellētia dei lym pidiis ei resplenduit, & eo plus maiestatis infinitatem ac glorie plenitudinem perfectionis omnimodam admirabat immensitatē, & sedens obstupuit, & præ admiratione defecit, atque ex comparatione cohabitantis sibi ex se nati incomprehensibilis dei humilitate in seipsum in effabil modo, ac tāte maiestatis & humilitatis filii sui respectu, seipsum & omnia suam dignitatem ac humilitatem reputauit prōnihil. Præterea quā imperscrutabilia secreta & iusta sunt dei iudicia, qualiter ab exordio inter electos reprobosque discernit, qualiter semper fuerunt pauci electi, quōd abrahā priarcham & eius posteritatem ex isaac elegit, & gentiles usq[ue] legis predicationē reliquit, & quōd exinde relictus fuit iudeos & saluatorus gentiles, contemplabat maria sanctissima, timorata ac sobria mente, quod etiā in cantico eius ostendit: Dispergit inquit superbos mente cordis sui. Depoluit potes de se, & exaltauit humiles. Amplius, ut patet ex prædictis, beneficia dei tā għallia q̄ specialia, itemq[ue] singularia sibi soli collata, tanto clarius intellexit, quo præ caeteris magis grata extitit deo omnium beneficiorum datori, & quanto plus beneficia quādam generalia ac specialia per ipsam hominibus sunt donata, atque quo ipsa omnium fonti bonorum uicinus fuit unita, & supernaturalius ac eminentius assimilata ac cōsors effecta: Nempe ex ea & per eā deus noster factus est frater noster, creator noster factus est noster salvator, iudex noster factus est noster adiuvatus: & dñs scientias, factus est magister noster ac legislator: & dñs angelorum, inter hoīes conuerſari dignatus est. Quāta fuit ista, uirgo purissima præ ceteris uiatorib⁹ profundius intellexit, tāng q̄ cōcaūsa & suo mō hoīz origo. Simili mō q̄ta fit dignitas & excellētia, p̄missio altissimi, munera glīg, ac totius felicitatis æternae, ipsa præ cūctis uiatorib⁹ valde sp̄éciedius intuebat, eo quod propter illa hoīz recuperāda unigenitus dei p̄ris, fact⁹ fuit filius eius, & tot & tāta fecit ac p̄tulit. Etem ex dignitate legati, magnitudo caulefōlet pp̄dī. Cōformiter, ex ua lore & eminentia pretij, pretiositasem p̄p̄t boni & obtēti pensat. Contemplabat ergo sapientissima uirgo maria sp̄p̄citatam mirabiliter, quādmodū ad angelicę beatitudinis equalitatem & ueritatem fact⁹ sit hōz, q̄ sp̄tissima bona sint nobis p̄parata in celis, & orauit aspide, imo etiā tuatissime, ut ad hoīes p̄ducatis & doluit uehemeter, quod tā multi ea si uilipendunt ac p̄dūt. Deniq[ue], sp̄es contemplationis adhuc aliter distinguunt & assignantur, ut prima uocet suū naturalis cōtemplatio adorāde trinitatis: scđa dicā naturalis speculatio simplicissimae deitatis:

**Alia species
contemplatio-
nis assigna-
tio.**

Plat. 3.
Fig. 4.

Contemp
raneous specie

Kob

¶
¶
¶

Ifa G4
1.Cox.3

Luc. 17.

ECCLESIASTES

LUC.

Baru

DE LAUDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS MARIA

28

tertia, consideratio assumptae humanitatis; quarta, intuitio naturalium effectuum; quinta inspectio supernaturalem operem, utrum donoꝝ ḡfæ ac glorie de qua distinctione specierum contemplationis, in opusculo de contemplatione tractauit. Itaq; in his contemplationibus illuminatissima ac splendidissima uirgo Maria cunctis inestimabiliter fuit perfectior. Cum enim superbeatissima trinitatis elegerit eā in summā consortem, familiarissimam amicam, in comparentale dei patris, in uerū genitricē filii eius, in matrē illius à quo spūslanctus uere procedit, in præstissimū paracletū adorādi sacrarū, dubiū nullū relinquit, qm ualde preeminentiore sui cognitionē tā electissime & incōparabili cōulerit uirginis, ut & ipsa tantā grām clarissimū contemplādo gratior esset dator. Coformiter, qm̄ deus ex ipso uoluit incarnari, suę deitatis perspicaciore contemplationē præstitū ei, humanitatē quoq; uerbi ex se incarnationi ac eius mysteriū tāto familiarius lucidiusq; cognouit, qto certius & experientius sciuīt, quō uerbum æternū fuit in ea, & ex ea incarnatū & natū, educatū & contredictum ab ea, cōmoratū & conuersatum cum ipsa, atq; in eius præsentiā fermocinatū, signa & prodigia ogatum. Postremo, dona nature & ḡfæ ac glorie tanto sapientialius contemplabatur, quāto de oīn hōg; nōtūtia eminentius decuit illustratricē edoceri matrē actoris omnium horum ab ipso unigenito suo, qd dona sua in propriā dilectissima, amorofissima atq; purissima matre specialius munificientiusq; locauit, auxit, perfecit.

Articulus X. Quod ad mysticę theologie pfectiōnem, affectuissima ac
mitissima uirgo p̄e cunctis uiatoribus excellenter puenit.

ait scriptura. Ante omnem actum procedat te consilii stabile. Itaq[ue] per splendidissimum do-
num intellectus apertissima atque pretissima fuit serenissima uirgo Maria, ea quae fidei sunt
subtilissime intueri, nexu & ordine, consonantia ac rationabilitate credibili, dum omnia
comportatur, delectabiliter contemplari, dignitatem quoq[ue] suam, & gratias suarum emi-
nentia considerare, ac per haec deo deuotissimas redondere grates. Per donum uero con-
silia fuit familiarissime ac specialissime assueta moueri a spiritu sancto, in omni consiliari ne-
gotio, in tantum, quod ipsa unica uirgo fuit summe idonea, etiam alij saluberrima confer-
re consilia.

Articulus XI. Quam praeclarae prudentiae fuit suauissima
ac diuinissima uirgo Maria.

Dicit sapientia, foror mea es, & prudentiam uoca amica. Prudentia appellatur re-
cta agibilium ratio, id est uirtus intellectualem, docens quod agendum, quid caue-
ndum, atque ad agenda inclinans, & cauenda abhorrens. Frequenter quoq[ue] solet
prudentia sumi pro discretione. Quemadmodum ergo sapientia ueratur circa
diuina, sic prudentia circa humanitatem directrix actu huandis, atque de medijs ad ob-
tinendum finem intentum, ac commodi prouidens & disponens. Quis ergo nunc sacratissime
uirginis Marie prudentiam satius queat mirari aut digne laudare, cum ipsa in compara-
bilis d[omi]ni in omni conuersatione sua, in omni domus sua regimine, in omni sua electione,
nunquam excesserit neque errauerit, uerum in cunctis habuerit se irreprehensibiliter ordinata,
regia iugiter uia incendens, & nunquam ad dexteram aut sinistram declinans, summe adim-
plens illud Apostoli: Omnia decet & secundum ordinem sunt in uobis. Vere prudentissimi
ma prouis Maris, quae sic feruentissima fuit, ut nihilominus in cunctis discretissima fuerit,
rationabilissimum deo obsequium incessabiliter offerens, quae nec in cibo, potu, somno, ue-
stitu, uerbo, actu, dispositione, nec in aliquo uitae sua processu unquam uenialiter saltu pec-
cauit. O quam superhumanum, quam admirabile, quam gratusissimum fuit hoc, quam miseri
cordissime, paternalter & incessabiliter deus omnipotens suam prae dilectionem spon-
sam, matrem ac filiam custodivit, direxit, protexit in omnibus. Haec summa benedictio Ma-
rie prudentia ab omni praeceptione, in confederatione, inconstantia, negligencia & tor-
pore praeseruauit eandem, & ipsam ineffabiliter quotidie fecit proficere. Nempe ut magnus
ait Antonius, Nulla uirtus tam cito & expedite hominem ad perfectionem perducit, sic
ut discretio quae est prudentia. Ideo discretissima uirgo proficit celerrime. Denique, p[ro] con-
summatam istam prudentiam Maria deuota, sacerrimum illud felicium uirginum ceterum
viginti, ut fertur, collegium eius obsequio deditarum optime gubernauit, ordinatisissime
semper direxit, corporalia ad sp[irit]ualia rectissime ordinauit: custodita & diligens in uniuersi-
tate maxime fuit, preteritorum habens reminiscientiam, presentium intelligentiam, futurorum
prouidentiam consummatam, undiq[ue] oculata, in singulis circumspecta, & in cunctis summe
modesta, solers ac docilis tanquam totius uirtutatis simulacrum & exemplar. Ideo fuit
similima uiro prudenti domino Iesu Christo, edificans dominum suu[m] mentis atque suu[m] fru-
ctu[m] eternorum uirtutum supra petram solidissimae humilitatis, firmissimam filialis timoris, ac in-
terioris custodie cordialis.

Articulus XII. De perfectione scientiae & cognitionis suu[m] me

& benedictae Mariæ secundum quosdam.

Concupiscentia sapientiae deducit ad regnum perpetuum. De multiplicitate sapien-
tia atque scientia Mariæ dignissime, & de incomparabili eius excellentia in eis-
dem, introducta sunt multa. Hinc in libro de laudibus beatissimae uirginis scri-
bit Albertus: Beatissima uirgo in cognitione sua plura habuit privilegia: Primum
est perfecta cognitione trinitatis dei fine medio, quam habuit in uia per specialem grati-
tia. Secundum, est perfecta cognitione mysterij incarnationis, & haec habuit per gratiam & expe-
riemtiam singularem. Tertium, est cognitione sue prædestinationis, quam habuit per revelationem & causam. Quartum, est cognitione atque spirituum per proprias species, quain
habuit dispositio per naturam, & completie per gratiam; & secundum hanc uidit angelos & animas ac demones. Quintum, est perfecta cognitione omnium ad statum uis pertinente-
ium, quam habuit per gratiae infusionem & inspirationem; & hoc comprehendit perfec-
tio etiam

Mariae con-
silio dono ple-
nitissima.
Sapientia
Eccl. 37

Prudentia
Prudentia

Deut. 28
1. Cor. 14

Maria in co-
gnitione sua
multa habu-
it privilegia

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

Etiam cognitionem scripturarum, & operandorum ac contemplandorum. Sextum est cognitio omnium circa se futurorum, quam habuit per revelationem & in speculo beatorum. Septimum, est cognitio omnium ad statum patris pertinentium, quam habuit per contemplationis revelationem. Octavum, est cognitio statuum omnium creaturarum, quam habuit per naturam & gratiam & revelationem. Nonus est, quod habuit in actu matutinam & vespertinam cognitionem: Matutinam, per gratiam: Vespertinam, per naturam. Decimum, est conclusio ex predictis, quod proprio loquendo, nullius rei habuit ignorantiam, ita quod beatissima uirgo sufficiens perfecta fuit per habitum nature & gratie, exire in operationes, & consequi finem cuiuslibet scientiae: & haec scientia exiuit in actum & operationem, quod ubi, qualiter & quantum ordinabatur sibi in beatitudinem, ac aliis in salutem. Habuit enim perfectam cognitionem omnium ad suam beatitudinem secundum statum uiae pertinentium, & nullorum inutilium atque ad gratiam impertinentium, sed per totum fuit gratiae plena. Vnde omnia quae fuerunt in ipsis anima, uel naturalia uel acquisita, sic erant gratia informata, uel cum gratia coniuncta, ut iam omnia essent gratuita. Vnde omnis scientia eius fuit gratuita, omnis dilectio eius gratuita, omnis operatio gratuita sine omni restrictione, largissima & uerissima interpretatione esset omnifaria gratia plena. Hec Albertus. Cuius uerba recitatue magis quam assertorie introduxi, que & satis obscurauidentur. Quamuis nanque benedictissima uirgo Maria creditur deum in hac uita interdum per speciem contemplata, non tamen appetet quod habuerit perfectam trinitatis cogitationem sine medio, cum omnis cognitione fiat per intelligibilem formam tanquam per medium. Verantamen in uisione qua cernitur deus, seu trinitas adora da facie ad faciem, medium illud seu intelligibilis species non differt realiter ab obiecto. Nempe sic deus uideri non potest per formam creatam, sed quoniam inessabilem eminentiam scientiae atque notitiae. Maria sanctissime nequaquam cupio minuere aut arcere, immo magis extollere, idcirco de praetatis Alberti uerbis pertranseo, nec contra ea cito se arguere opto, que bono animo credo prolata.

Articulus XXIII. Qualiter benignissima uirgo MARIA dicatur mudi saluatrix, & filio suo cooperata in mundi redēptione.

Vocab nomen eius IESVM. Ipse enim salutum faciet populum suum a peccatis eorum. Solus unigenitus dei uocator & est mundi saluator, hoc est, humani generis redemptor & liberator, tanquam qui pretium soluit pro captiuis redēptione, seipsum pro illis tradidō in mortem, suumq; sanguinem effundendo, ita quod uirtus & idoneitas conueniebat eius humanitati ex deitate unitate ipsius seruatio, meritum ac solutio assumptae humanitati: sicq; passio CHRISTI per modū causæ instrumentalis ac meritorie est causa nostræ redēptionis atque salutis. Verantamen, sicut facta est nostra redēptionis, muliere suggerente & cooperante, quæ uirum induxit ad uenitum suum fructus, sic nostra redēptionis per feminam est effecta. Etenim uirgo purissima redēptorem nobis produxit, & sue merito sanctitatis de congruo nobis promeruit redēptoris aduentum quod autem est causa causæ, dicitur esse causa causæ. Et quamvis filius uirginis sit & mundi creator, non tamen ob hunc ipsa uocatur mundi creatrix: quia creare ex diuinitate competit CHRISTO, quam non sumpfit nec habet à matre: Redimere autem & saluare modo præacto, ex humanitate sua CHRISTO ascribitur. Verantamen saluare per modum causæ principalis & efficientis, utputa peccata dimittendo, gratiam infundendo, ac salutem ueram præstatando, competit CHRISTO ex diuinitatis natura, sicut & toti superbeatissimæ trinitati, & unicuique diuinæ persona, iuxta illud Isaiae XLV. Deus iustus & saluans non est præter me, iuxta' que illud Osee XIII. Ego dominus deus tuus, & saluator non est præter me. Insuper, amantissima dei uirgo Christifera, dici potest mundi saluatrix propter eminentiam, uirtutatem, & meritum suæ cōpassionis, qua patienti filio fidelissime ac acerbissime condolendo, excellenter promeruit, ut per ipsam, hoc est, per preces eius ac merita, uirtus ac meritum passionis Christi communicetur hominibus. Ipsa quoq; eis q; à gratia CHRISTI, prolapsi sunt, rursus procurat eandem, & regnum misericordie ei comisum est. Vnde ipsa est singulariter ac potestissimū refugij perditorum, spes miserorum, aduocata & recedularix omni iniquoq; ad eam confugientium. Denique, tanta est plenitudo & exuberantia meritorum, piissimæ uirginis, q; & uirtute ipsius deus omnipotens oibus nobis misereat subuenit, & ipsa illud Apostoli excellētissime potuit præstari. Suppleo ea quæ desunt passionū Christi in carne mea pro corpore eius,

Alberti uerba pellunt.

Mat. I.

Gen. 9.

2. Cor. 9.
Coloss. 1.

DE LAVDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS MARIAE

294

zus, quod ē ecclæsia. Itēq; Gaudeo in passionibus meis pro uobis. Amplius, si Paulo Christi minister licuit dicere de Iudeis, Vt saluos faciam aliquos ex eis quanto magis potestis simæ matris Christi ascribitur, quod sit eorum saluatrix quibus indefiniter auxiliatur, pro quorum solicitatur salute, quorum est fidelissima aduocata, affectuosisimæ mater, reconciliatrix piissima, adiutrix & protectrix assida.

Articulus XXIII. Quām conuenienter Maria dignissima nūc ueretur mudi illuminatrix & de beneficis nobis per ipsam collatis.

Ego sum radix & genus David, stella splendida & matutina. Inter priuilegia uirginis matris concilia continetur, quod ipsa est stella maris, id est, procellarior & in quiete mundi istius, uidelicet humani generis in hoc seculo peregrinantis per circuitum terrarum, ac deviantis. Quemadmodū enī in firmamento stella illa quæ dicitur stella maris, est situ sublimis, & uelut immobilis, uirgaq; dirigenς, & attrahens ferrum, & circa ipsum orbis uersatricis optimam incopabilisq; Maria in ecclæsia militati fuit, & in ecclæsia triphantib; nūc est, summa & maxima constans, exules diriges, uiam salutis uenientib; incedentes, inducatores emollientis, & circa ipsam mundus uersatur. Præterea esse recreaticem, illuminatricem, saluatricem, mundi, dñs & saluator sue dilectissimæ, electissimæ ac præstantissimæ genitrici cōmunicauit in quadruplici genere cause. Ipsa namq; primo facta est causa efficiens nostræ reparationis & illuminationis, quoniam reparatorem & illuminatorem omnino nō habet, ipsa concepit ac peperit nobis, & rursus, quoniam precibus suis ac metitis, uenit, gram ac salutem nobis procurat, facta est etiam nūc reparationis causa materialis, quia ex eius purissimis sanguinibus sumptu & formati est corpus saluatoris. Causa quodq; formans & exemplaris, quoniam luce græ sug, & suaru splendore uirtutum atq; ex oplo sue conuersationis sanctissimæ, præbet omnibus nobis formam uiuendi, & uiuam rediundi a tenebris ad salutem. Est etiam causa finalis nostræ reparationis, quoniam salus hostia principaleiter ordinatur ad gloriam Christi, deinde aliquo modo ad gloriam suæ matris, quæad modū profectus & salus subditorum bonorum, ad suorum gloriam praalatorū, prout Theſalonicensibus scribit Apostolus: Quæ est spes nostra & corona gloriae? Nōne uos in aduentu dñi nostri Iesu Christi: Ex his innotescit multitudo & magnitudo beneficiorū nobis defup per Mariam dulcissimā præstitorū, nēpe ex ipsa & per ipsam, deus noster factus est frater noster: dñs noster, factus est noster minister, creator noster, factus est noster saluator nūdex noster, factus est noster mediator, reconciliator & adiutor. Qui etiam usq; in hinc, p ipsius fructu & opere, facti sum⁹ filij græ, quicq; bonitatis & græ diuinitus obtineamus, p ipsam acgrimus. Per ipsam a iugo peccati, à pœnitis inferni sumus erexit, spem meri sumq; pterne salutis adepti. O græ præclarissimæ ac celeberrima es uirgo Maria, ardentissima luciūssimæ lucernæ, luminosissima lampas igne diuino accesa, pterno lumine imprægnata, quæ luce incircumscrip̄ta infra corporculū ex te sumptu mahente, intra uirginea uiscera deferens, tātēq; lucis radis int̄ra te exuberanter nūmis micabas: quæ tere & copiose mundum illuminasti, dum se dētibus in tenebris & umbra mortis. Jumen hoc peperisti, & suū ostendisti hoībus creatorē detentis quoq; in lymbo, desideratissimū protulisti libera torē. Ex te & per te illū suscepimus, per quem ueritas & græ facta est: qui est doctor iustitiae, legislator perfectus, fons sapientiae, cādor lucis aeternæ, speculum maiestatis diuinæ. Quem quia in sua nō potuisse capere puritatem, nec ipsu in sua infinita conspicere claritate, nostrā ex te assumptū naturā, sicq; seipsum prebuit nobis uisibilē, audibilem, atque tractabilem. In te & per te habemus in omni necessitate subsidiū, in omni mercordie solatium, in omni tentatione reuelamen, in omni indigentia opem. De tot & tatis b̄ficijs nobis de super ex te & per te collatis, deo nequaq; condigne regatari ualechius.

Articulus XXV. Quid diuiniſſima uirgo Maria certissime præ-

gnouit filium suum passutum.

Suscipit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ, sicut locutus est ad pater nos tristis. In uerbis cantici sui dulcissimi benedictissima uirgo Maria insinuavit se scire, qualiter olim deus multifariæ misericordiæ modis locutus fuit patribus per pro pheras de filiis sui aduentu ad redimendum gehus humanū. Nec fuit illuminatissima uirgo Maria de carnali numero Iudeorum, q; pūtabant Chrm̄i uenturum in potestate & gloria in primo suo aduentu, ad redimendum Iudeos de captivitate temporalis, humana, & ad regnandum potenter in seculo isto, atq; ad subiiciendū gentiles dominio Iudeorum, ut usq; in p̄fensi putat carnales, exceptati & obstinati Iudei. Sed fuit sapientissima uit

Eccl. 2. 80

Maria cuius
efficiens, ma
terialis for
mula & fu
ndat.

1. Theſla.

Ephe. 6.

Luke. 1.

Iacob. 4.

Sapien. 7.

Hebr. 4.

go de spiritualium catalogo Israelitarum, sciens prophetas esse de duplice Christi aduentu locutus: primo, in humilitate, paupertate & occultatione, ut iudicaretur & pateretur; & de secundo, in maiestate & gloria, ut iudicaretur & uniuersos. Et item quod primo ueniret ad regnum non solum Israelicam plebem, sed & totum genus humanum a spiritu captiuitate diaboli ac iugo peccati. Hec nouerat speciosissima ac morigeratissima uirgo; idcirco Christi aduentum deuotione ardentissima a spirabat. Denique, non lacuit illuminatissimam dominam, quod prophetis patuit cunctis, quemadmodum in Actibus princeps apostolicus ordinis ait: Deus qui prouuntiauit per os omnium prophetarum suorum, pati Christum suum, impleuit sic. Nouerat quoque (nif fallor) domina prophetarum undissimam uirgo Maria, quod de tempore aduentu Christi praedixerat Daniel, & Iacob patriarcha in Genesi: Non auferetur (inquietus) sceptrum de Iuda, donec ueniat qui mittet eum est: quod optima uirgo uidebat ablatum. Etenim horum ignorantiam redarguit Christus in pharisaeis, dicens: Facta uespera, dicitis: Serenum erit: rubicundum est enim celum, & mane, Hodie tempestas, rutilat enim triste celum. Faciem ergo celum dijudicare nos sis, signa autem temporum non potestis. Hæc itaque ignorantia longe fuisse credenda est a sapientissima mente Mariae. Ideo sicut teste Ambrofio, legit in Isaia, Ecce uirgo concipiet & pariet filium, sic in eodem legit propheta: Tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est. Vulneratus est propter iniurias nostras. Cuius liuore sanati sumus. Hæc quoque tam ex priuata sui dilectioni protestatione, q̄ ex publica eius sermocinatione cognovit: nec ignorauit, q̄ tertio die resurgeret.

Articulus xvi. De excellentissimo Mariæ purissimæ incremento in donis spiritus sancti, in missione & infusione eiusdem paracleti.

Iohann. 16.
Actus. 1.

Luc. 24.

Maria p̄ offi-
bus donis spi-
ritus sancti
accipit.

Corin. 12.

Cum uenerit paracletus, ille docebit uos omnem ueritatem. Quemadmodum Lucas euangelista docet in Actibus, cum CHRISTVS coram discipulis ascendisset à monte Oliveti in celum, regredi sunt inde Ierusalem, & ascenderat in cœnaculum, ubi tunc eis nouissimam fecerat Christus cenam: & ibi perseverabat unanimiter in oratione cum beatissima matre & uirgine, alijs p̄femini sancti, implentes quod apud Lucam CHRISTVS legitur eis iussisse: Egō, inquietus, mittam promissum patris mei in uos. Vos autem sedete in civitate, quo adiuuamini uirtute ex alto. Itaq; à die ascensionis usque in horam diei Pentecostes, in qua spiritum sanctum receperunt, fratissimum illud collegium orationibus ieunisq; deuotissime insistebat, per hęc & consimilia exercitia sancta interna, ad susceptionem spiritus sancti se præparans. Porro, adueniens spiritus sanctus, unumquemque illorum tanto copiose adimpleuit, quanto capacior fuit ac dignior, q̄s deuotius præparauit. Ideo sicut solas renissima uirgo Maria, caritatis illis cunctis fuit præstantior, capacior, excellentiusq; disposita, sic sola plus de supernis charismatisbus tūc collatis a spiritu sancto accepit, atq; p̄ oib; illis in charitatis ardore, sapientie luce, notitia scripturarum, omnīq; uirtute ineffabiliter tunc profecit. In dono quoque linguarum & propheticā gratia, in discretione spirituum & interpretatione sermonum, id est, facultate exponentiū sacrī uerba eloquuntur: ceteris quoque prætaxis gratie gratis datae muneribus, tunc p̄ omnibus crevit. Præterea, feruens charitatis affectio purissima ac propinquissima est dispositio ad suscipiendum charismata meliora, abundantiore influxum spiritus sancti, incrementum gratiae, omniumq; profectum uirtutū. Etenim amoris intensa affectio aperit mentem, ac eam uiri dilecti reddit copiose caparem. Hinc, sicut licetissima creaturarum, incomparabilis uirgo Maria fuit p̄ cunctis & singulis illis in singularissima charitatis feruore ineffabiliter magis perfecta, sic p̄ omnibus illis charismata paracleti exuberantissime sumpsit. Nempe cum in charitate dei & proximorum fuerit mirabilissime & stuans, & fructum passionis unigenitisui, hoc est, hominum conuersationem affectuofissime cupiens, in dñi uiae maiestatis honorem summe affectans, non dubium, quād pro gratissimo illo spiritu sancti aduentu, ardentissime ac instantissime infra tempus illud orauerit, sine cuius influxu, ope & gratia, nouerat nullum illoru posse impleri. Idcirco per desideria illa summe ignita, diuina atq; purissima, ad abundantissimā & incōparabilem sp̄sanctisusceptionē disponebatur. Deniq; sp̄sanctus cuius opulētia ac munificētia nō est finis, uas illud electissimum & familiarissimum suū sacrariū, præstantissimā genitricē ipsius, a q̄ ipse eternalē p̄fuit, totāq; deitatis plenitudinē accepit, sp̄sam ac filia suā prius charissimā, in q̄ potissimum sibi cōplacuit, singularissimē uisitauit, glorissime adipleuit, atq;

præ omnibus liberalissime superimpleuit. Amplius, cum humilitas sit p̄cipua ad copiōsorem spiritus sancti impletionem aptatio, certum omnino, quod sicut sacratissima Maria fuit tunc profundissima humilitate p̄ cunctis incomparabiliter decorata, sic ad exuberantissimam susceptionem paracleti, dispositissima fuit, & inestimabiliter replebatur eodem p̄z omnibus, quemadmodum de cū amantisissimam matrem ueri dei p̄ eius ministris munificentissime uisitari, & quia ad eam oēs etiā sancti apostoli erāt refugū habituri, atq; in ipsa tanquam in purissimo speculo ipsum dominum conspecturi. Adhuc autem, ut ueritas contestatur, Habenti dabitur & abundabit, quod sp̄alium possessione dixitiam uerificatur. Profectus nanque de profectu exoritur, & merita meritis faciunt incrementa: & sicut unum uitium transiit ad aliud, sic una actio uirtus ad aliam allicit, & quantum quis in quacunq; uirtute aut domo extat perfectior, tanto ualidior est ad proficiendum in illis, exercendo le in eisdem. Ideo quanto benedictissima ac dulcissima uirgo Maria ante illam paracleti missionem, fuit p̄ cæteris cunctis in omni sanctitatis purior, in sapientia omni splendidior, in sincerissima charitate dei ac proximorum feruentior, in omni uirtute & dono perfectior, ita in omnibus his p̄ cæteris incomparabilia suscepit incrementem in illa sp̄sancti infusione plenissima. Sicq; deinceps suarum orationum incomparabilis efficacia & feruore, suorum sanctissimorum defideriorum potentissimo assidue & quigore, suæ conuersationis uirtuosissimæ exuberantissimis meritis, omni die promeruit innumerabilibus peccatoribus gratiam conuersationis, conuerſis profectum, proficientibus perfictionem: & fuit totius ecclesiae fidelissima & efficacissima custos.

Articulus XXVII. De profectu theorico contemplationis asfidia, & uehementissimo profectu quotidiano misericordis similitudine & tranquillitate uirginis Mariæ post ascensionem filii sui.

Fasciculus myrræ dilectus meus mihi, inter ubera mea cōmorabitur. Deus & salvator mox ascensurus in celum, dixit apostolis: Ecce ego uobis ī sum omnibus diebus, & paulo ante, Nō relinquam uos orphanos. Et rursus, Tristitia uesta uertitur in gaudium. Hac spirituali & consolatoria p̄ficiētia manit Christus potissimum cum sua dignissima ac dñeissima matre, quam tanto frequentius internis refouebat solatis, quanto plus illa aspirabat ad ipsius p̄ficiētia faciem. Deniq; quanto plus spretuit cuncta terrena solatia, tanto diuinis ac cælestibus consolationibus dignior fuit. Hoe quoque aduertere possumus, quod quamdiu beatissima uirginea mater p̄ficiētia habuit filium suum in terris, & quaminter tolerare potuit huius incolatum exiliū, dilationēq; gloriae. Iam uero filio eius in alta scandente polo suruam, iam & matris suæ dulcissimæ coronis cum illo ascenderat, & filio suo in summo cœli empyreū refidere, mens affectuofissime genitricis immobiliter fixum fuit in illo, intentumq; illi in definiter ac feruide, nec aliud potuit cogitare aut intueri, nisi dilectum & cæteram dilectorū ideo contemplationibus diuinorum p̄ solito fuit fixa, nec occupatio circa persecutions & afflictiones filii mortutiū eam à contemplatione retraxit. Præterea, si Paulo dicere licuit, Nostra conuersatio in celis est, itemq; Viuo aut iam non ego, viuū uero in me Christus, quād magis mitissimæ ac sp̄ialissimæ uirginis conuersatio iam tota fuit in celo, & purissimæ erat ab omni amo reprobato, uiuens in cunctis secundum dei uoluntatem, p̄ceptum, consilium & doctrinam, ad ipsius gloriam & honorem. Sicq; contéplatio atq; dilectio, oratio, laudatio, totaq; occupatio p̄ficiētis matris, claritati beatificæ uisionis, feruori charitatis ciuium supernotorū, canticis & affectibus beatorum ac uite paradisi cœlestis quotidie, in dñi asfidie magis ac magis appropinquauit, conformabatur, inhaesit & perfult. Infupere, decentissimum exitit, ut sicut filio patienti ipsa semper summe ac fidelissime erat compatiens, ita illo glorificato, ipsa p̄ solito futuræ beatitudinis participatione gaudebat, pregebat, reficeretur, contemplationibus fulciretur, iamq; quodammodo in terra glorificari inciperet, atq; angelicum preferret apparatum in uultu, ad insinuandum cœliformem munditiam, deiformemq; sanctimoniam suæ mentis, cuius splendor sapientialis, sinceritas perfectionalis, tranquillitas diuinalis, abundantissima uirtus & gratia sic forinsecus in omni tuo gestu, sermone, incessu ac facie resplendebant, & p̄clarissima ac glorificadissima uirgo Maria, ut hæc ipsa intuentibus te sincere, essent sufficiens argumentum ueritatis fidei Christianæ, atq; ex tui aspectu, ex uerborum tuorum auditu, ex totius conuersationistu contemplatione, euidenter pateret cernentibus euangelice ueritas legis. Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui est super omnia deus sublimis & benedictus. Amen.

Cant. 25.
Matt. 26.
Iohann. 14.
Iohann. 16.

Phil. 3.
Gal. 4.

Actibus ma-
rie quotidie
magis ac ma-
gis beatorū
affelici, co-
formabatur,

D. DIONYSII ARICKEL

CARTHUSIANI DE LAVDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS Mariæ, Liber Tertius.

Cantr. 6



Eodem.

Psal. 44

Ecclibin*is*
scrip*tris* q*uia*
dicantur.
Gene. 25.
Eodem.
Adolescen*tis*.

Hebr. 4.

Luc. 1.

1. Cor. 12.
Exodi. 33.

Na est columba mea, perfecta mea. Sicut optimus sanctus affirmat Hieronymus, sicut comparatione dei nullus est bonus, quantumlibet virtuosus, ita respectu Mariæ sanctissimæ, nulla est perfecta, quantumlibet virtutum predita: imo sicut luna & sydera ac planetae in se pulchra ac splendida, comparatione solidis occubunt ne quod apparentiæ virgines & feminæ multè fuerunt eximiae sanctitatis, & usq; ad martyrii beatitudinem uictoriose uiriliter egerūt, attamen per respectum ad electissimam dei matrem, imperfecte consistunt. Hinc ad infinitum præclarissimum benedictissimum virginis Mariæ excellētiam, sponsus cœlestis uerbis iam ex Caticis allegatis, præmisit: Sexaginta sunt reginae, & octoginta cœcubinæ, & adolescentulæ non est numerus. In quibus uerbis (ut super Caticum scripti) per reginas intelligitur animæ uirtuosa, sanctæ, perfectæ, quæ ceteris eminenti, sicut reginae ancillæ: atq; ad assiduos summi regis amplexus purissimos introducitur, propter quod reginae non immerito nuncupantur. Et item, quoniam carni & concupiscentiæ passionibus dominatur tam plene, ut recte uocentur reginæ: Nihilominus inter eas est ordo, secundū quod una est sanctior alia est tertiæ glorioissima uirgo Maria omnium earum regina, imperatrix, & incomparabilis domina, & ceteræ uelut pedissequi eius sunt, sicut ait Psalmista: Adducentur regi uirgines post eam. Porro per concubinæ interliguntur animæ proficiens, quæ nondum sponso cœlesti tam familiares & pure effectæ sunt, ut reginae dicantur, sed instar concubinæ minus principales existunt in eam assidue, ut reginae, cupitis ac mundis disruntur amplexibus. Etenim in scripturis concubinæ feruntur non solum fornicularæ & illegitimæ conthorales, sed etiam secundariæ ac minus principales uxores, sicut in Genesi Bala & Zelpha interdu nuncupatur uxores, interdu concubinæ beati Iacob patriarchæ. Similiter Agar & Cethura, nunc uxores, interdu concubinæ sancti Abrahæ in Genesi nominatur. At uero per adolescentulas, aīæ incipiētum designatur, quæ instar adolescentulæ adhuc lasciuæ sustinent motus, & cleues sunt, nondum spūiales: attamen spōlo lugno per fidem gratiæ baptismi & obseruationem decalogi sunt cōiunctæ, quæ maior est numerus, quemadmodū & proficiens major est numerus q̄ perfectiori. Etem quod aliqua sunt pfectiora ac eminētiora, tanto sunt in uita, hac pfectiora, & sicut in tota militati ecclesia unus est pōtis ex summis, cui soli inest plenitudo ecclesiastica potestatis, cuius respectu alijs prælati quātumlibet excellentes, sunt subditæ ac modice potestatis sive autoritatis: ita in uniuersa triumphati ecclesia, imo in tota electorū uniuersitate inter electas creaturas in esse creato subfectores, una sola est pfecta & summa deo charissima, incomparabiliter magna, & super omnium angelicorum ordinum altitudines eleuata, atq; cœlesti propinq̄issima sponso. Haec est p̄fissa, purissima, dulcissima uirgo Maria, eterno patri comparatalis, unigeniti dei mater, electissimæ, mundissimæ ac splendidissimæ templi adorandi paracleti spūlancit de cuius uirtutibus in hac tertia parte huius opusculi loq; quis proflus dignissimus, opto: confidens de eius ineffabili pietate materna, ac misericordissima ope superna.

Articulus I. De claritate & certitudine fidei præamanda & glorificandæ Mariæ.

Beatæ quæ credidisti. Cognitio uiatorum in beatissima uirgine Maria intantū ap̄ propinquauit & assimilata est uisioni beatorum & comprehensorum, quantum fieri potest aut decet in persona creatuæ trinitate. Et sicut suauissima uirgo Maria p̄ cunctis incomparabilitate similius fuit aīe Christi in sanctitate, ita & in cognitionis sinceritate. Porro anima christi aīe creationis exordio deitatem adorandā uidit clare per speciem. Ostensum est autem in precedentib; libello, q̄ dignissima uirgo Marianon solū uidit deū perspeciem in hac uita, ut Paulus ac Moyse, sed etiā clarius, & (ut uerisimilius est) item frequenter. Talis autem uiso uehemētissime robora fidei. Nam & in uiatoribus sic deum cernentibus manet fides, quātum ad habitum, quæ uisione tali cœstante, ex eadem mihi & ineffabile clarificatione & certificatione referuat, ita ut homo ambigere nequeat, quin

DE LAVDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS MARIAE. 296

quin fides & lex, per quarum tenore ac meritū ad tam supernaturale elevatus est uisitare, sunt uere diuinae ac omnipotenti accepte. Præterea, fides est totius spūalis structuræ om̄iq; uirtutum & actuum uirtuosorum ac meritorum in uita hac fundamentum, sine qua nihil est meritorium, & sine qua impossibile est deo placere, aut ad ipsum accedere, seu spiritualiter uiuere, dicente Ap̄ostolo: Accedentes ad deum oportet credere. Et item, Iustus ex fide uiuit. Ideo uolens altissimum in electissima matre uirginea, perfectissimam uniuersarum machinam uirtutum construere, collocauit in ipsa firmissimum fidei fundamentum, omni certitudine ac claritate ineffabiliter roboratum. Idcirco ut tactum est libello præhabito, Maria dulcissima habuit fidem cum rōnibus credendorum, & purissimam mentis diligentia in gradu altissimo. Amplius, præstans enim est, q̄ in dono sapientiæ, in sublimitate & puritate contemplationis, in splendore mysticæ theologie uniuersos uiatores incomparabiliter uicit atq; transcendit gloriosissima uirgo Maria: & ex talibus homo immobiliter ratificatur & illustratur in fide, int̄m ut quamvis totus mundus à fide corrueret, ipse de fidei ueritate non posset ambigere: & dato q̄ ex poenarum formidine aut acerbitate, fidem negaret ore, corde tamen non posset eam negare, dum conferret in se uite fidei argumenta. Interim quāuis sacratissima uirgo Maria dicitur in hac uita fidem iugiter habuisse, ita q̄ per fidem actus suos direxit ac ordinavit ad supernaturalem finem, & multa supernaturalia ac incomprehensibilia credidit esse uera, quæ rō non comprehendit humana: nihilominus habuit multas cognitiones diuinæ non ex fide immediate elicitas, sed ex perfectissimo sapientiæ dono, donoq; intellectus, atq; interdum ad horā ex lumine gloria: ex singulari quoq; & supernaturali gratiosissima experientia: ex suauissimo future felicitatis prægusto, cuius felicitatis pignus & arra, participationemq; ualde præcipuum fortis est in uita presenti, & istæ cognitiones excellentissima uirginis altiores fuerūt notitia fidei, & præter eam, imo & altiores notitia raptus & extasis cognitionisq; Ad eam ante ruinam. Tu igitur præfatisimæ incomparabilis Maria in fide uicisti & excessisti sc̄m p̄fem Abrahā p̄trarchā: qui quis de fidei sumitatem specialiter cōmemdetur, quippe qui contra spem in spem credit, & pater credentia noſat, tñ pollicitatione detuper de filij sibi ex sterili coiuge nascitur facta audita, quasi uacillans locutus est deo sibi p̄ angelū promittenti: Virūna Ilmael uiat corā te. Sic & promissione sibi facta de possidēda Chanaan terra, dixit: Dñe deus unde possum hoc scire, q̄ possesturus sim eam. Tu aut̄ electissima dei, audita annūtiatione angelica, de incomprehensibili & superarduissimo mysterio in te fiendo, hoc est, de filio dei uero deo in te & ex te incarnando ac nasciturō, non respondisti: Vnde hoc sc̄iā, aut quale erit mihi signū: sed ad oportunitatē & ueritatē dei sapienter aspiciēs, fidelissimam mēte dixisti: Ecce ancilla domini, fiat mihi sc̄dm uerbum tuū. In quo etiam admirabili, sapientissimo sobrium respōso, tua humilitas, tua cōfūtatio, tua discretio, tua magnanimitas in clyte resp̄lerunt. Deniq; Moyses legislator, Aaron primū p̄tificem, Gedeonem uirorum fortissimum constat dubitate subinde in fide. Similiter Zachariam sancti præcursoris progenitorē. Quāta sunt ergo bene dictissima uirgo Maria p̄conçona tua, que tales ac tātos uiros uici in fide, que legislatore constat, pontifice primo prudentior, iudice Israēl fortior, sacerdote præstantior es, inuentaque ex angelica apparitione, ex incarnationis filij dei experientia, ex propriæ fecunditatis & integritatis experimentis, ex uerbis & factis pastorum, atq; Magorum, ex prophetia Zachariæ & ybis Elisabeth, ex uaticinio Symonis & sermonibus Annæ, atq; ex alijs pene innumeris & iā partim p̄tactis, preferunt ex copiosissimis ac frequentissimis illuminatiōibus, uisitatiōibus, infirmatiōibus, consolatiōibus, spūlanciōibus, creuisti, profecisti & summe pfecta es facta in fide, quæ robore fidei tuā dicendo, Ecce ancilla dñi, fiat mihi se cundum uerbum tuū: monte illum altissimū, oīm montium monte, uerbum aeternum, fecisti de summo cœlo, & pris eterni sinu in hoc mare descendere, & in utrum tuum mundissimum per incarnationis mysterium mox uenire.

Articulus II. De perfectione & excellentia spei in deiformi & serenissima uirgine Maria.

Sperain deo tuo sp̄. Spes, definitur esse certa expectatio futuræ beatitudinis, ex ḡra dei meritisq; speratis proueniens. Quæ descriptio dat de spe formata, i. uirtuosis actiōbus decorata, atq; de actu hīmōi spei. Porro spes, q̄ uirtus theologica & habitus uocatur in suis, sic p̄t describi: Spes ē uirtus, q̄ quā certitudinaliter præstolamur æternā salutē, ex pietate dei & proprijs meritis. Nēpe, futurā felicitatē sine meritoris actib; cōseq uelle, aut putare se posse acq̄rere, stultitia est & p̄sumptio. Itaq; spes duob; innitit, utputa pietati

Ee 4 & ḡæ

Heb. 11

Ibidem,
Rom. 8

Gene. 28.
Gene. 12.
Rom. 4.

Gene. 19.
Gene. 15.

Luc. 1.

Exod. 32.
Exod. 2.Judic. 5.
Luc. 1.

Exod. 2.
Marc. 8.
Luc. 1.

Luc.

Osee. 12.
Spes quid.

D. DIONYSII A^R RICKEL CARTHUSIANI,

& gratie primo ac principaliter: deinde meritis. Et ex primo horum duorum, spes certitudinem habet. Certum est namque ex parte diuina misericordie non erit defectus nostra salutis, sed ex secundo, spes timorem habet annexum: Primo, quoniam sine revelatione cognoscere non ualeamus quod spem habeamus formatam, que sine charitate formata cōsistere nequit, cum sine charitate nō meritiorum cōseatur: Secundo, quod et si uel probabiliter uel certitudiniter nobis constet, quod charitas & meriti uite aeternae in nobis sint, ignoramus tamen in charitate & meritis uerae salutis simus finaliter permāsumi ac morituri, nisi de hoc quod desuper certificemur. Propter hoc horrunt Apostolus, Qui stat, uideat ne cadat. Itaque certitudo spei nostrae conditionalis esse afferitur, ut puta quod saluamur, si in charitate & actibus uirtutis transerimus. Est quoque certitudo spei nostrae coniecturalis atque probabilis, non absoluta: si quidem ex eiusdem signis, quibus probabiliter scire ualeamus nos esse in charitate, etiam agno scire possumus, quod spem formatam & opera meritiora habeamus. Porro apostoli, præsertim post receptionem primitiæ spissanceti, certi erant: se esse ac perseverare debere in charitate, immo & in militant ecclesia esse præcipuo in triuiphante quoque ecclesia proportionabiliter tales futuros. Hinc de eminentia dignitatis & meriti ac premij apostolorum, multa in Apoc. Iohannes scribit apostolus: in qua uita perfona loquitur Paulus: Certus sum, quaeque mors, neque uita, neque creatura alia poterit nos separare à charitate dei quae est in Christo Iesu domino nostro. Quauis autem apostoli & calix quodam sancti ista de se, ex speciali gratia & gratiosa revelatione nouerunt, non tam oportet putare, quod certitudinaliter nouerunt se omnibus illis magis electos ac sanctiores, quibus reuera electiores & sanctiores fuerunt: sicut quis felix archi apostolus Petrus certissime se ceteris apostolis in ecclesiastica potestate nouit maiorem, non tam oportet fateri, quod sciuit, quibus apostolis fuit electio & sanctior gloriostarum fururum in celis: quis probabiliter forsitan sciuit, quibusdam illorum se sanctiorem & electio rem confidere. At uero gloriosissima & unica uirgo Maria, ex specialissima revelatione & gratia certissime sciuit se electissimam esse atque sanctissimam omni hominum post unigenitum suum, & super uniuersos angelorum ordines exaltandam ex hoc, quod sciuit se esse matrem ueri adorandi dei, & pre omni pura creatura in esse creato subuenti electam. Ideo certitudo spei sua fuit aboluta & maxima, summe quoque consolatoria & iucunda, quia certissime nouerat se ad tam summam & ineffabilem beatitudinem perducendam. Eternum illud apostoli: Gloriamur in spe gloriae filiorum dei, ipsa portissime & iucundissime dicere potuit, ut puta tam certificata de his, ueraque genitrix totius salutis ac omni salvatoris. Denique, cum spes ex gratia meritisque procedat, sicut gratia dei & merita copiosa in Maria dulcissima incomparabiliter abundabat, & sicut ipsa hoc certissime nouerat, sic plane spes eius incomparabiliter magna, perfecta, certa & consolatoria extitit. Quæadmodum etiam claritas sua notitia fuit ineffabiliter superior cognitione fidei secundum cursum communem: sic certitudo sua expectationis proportionabiliter extitit major certitudine expectationis spei in uiatoriis ceteris. Præterea, spes pietatis diuinæ præsertim innititur: & quantoque propriæ defectuositate & insufficiencia clarius noscit, atque immensitatē misericordiae dei lympidius contemplatur, eo plus configuit ad deum, & ab omni propriarium uirium presumptione recedit. Itaque sicut utriusque istius saluberrima ac lympidissima agnitus excellentissime uirginis cum incipit parabilis eminētia est collata, sicut ipsa perfectissimam habuit spem in deo, & in ipso totum suum firmissime immobiliter: fixit fiduciam, cui & tanquam principali cause, cuncta sua attribuit merita, & refluxit pure in omnium fontem honorum. Amplius, multe sunt que parunt, augent & conseruant confidentiam unius in alio, ut puta certitudo bonitatis & constantiae eius, in quoque confidit: experimentalis quoque familiaritas illius ad se, & experientia charitatis, comunicatio beneficiorum, & degustatio suauitatis ipsius: In quibus oibus celeberrima ac diuinissima uirgo Maria circa deum altissimum maxime abundauit: Nepe, ut patuit, dei & proprietatum ipsius profundissima extitit contemplatrix: Familiarissima quoque extitit ei, ut puta ex senato unigenito suo, ac deo patri, tanquam suo comparenti atque spiritu sancto, tanquam suæ mentis inhabitatori suauissimo incessanti. Cōformiter, charitatem dei ad se fuit eminentissime & frequentissime, præsus experta: quippe cuius ille tamquam spes etiam ac dignissime coenivit, int̄mū ut fieret filius eius: sic & beneficia eius manifestissime sciuit se accepisse, & abundantissime degustauit quod dulcis sit dominus, quod infinita sit magnitudo & copia dulcedinis eius. Idcirco ex oibus his habuit spem superfectam & supplenam in deo: Nihilominus cum summa reuerentia habuit se ad illum, nec familiaritas illa peperit contemptum aut paruipensionem, seu reuerentia detrahentem, immo auxit dilectionem, admirationem, humilitatem & ueneriam.

1 Cor. 10.

Roman. 8

Apoc. 4.

Rom. 3.

Rom. 5.

1 Pet. 2.
Psal. 50

DE LAUDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS MARIAE.

297

uenerationem ad maiestatem & pietatem illius immensam, qui tam familiariter ac dignanter habuit se ad ipsam. Hinc cum in nuptijs dixisset dilectio: Vinum non habent: & ille quasi dux respodisset, Quid mihi & tibi mulier? ipsa nihilominus certa de filij bonitate, quod in dubitanter suam impleret petitionem, dixit ministris: Quod cunguis dixit uobis facite. Ete nim si sancto Iob dicere licuit: Etiam si occiderit me, in eo sperabo: quanto magis mitissima Christifera uirgo in omni euentu immobiliter confidebat in illo.

Ioh. 1:2
Iob. 1:2

Articulus III. De ardentiſſima atque puriſſima charitate diuinæ & gratiæ Mariæ ad deum.

Feliciter floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Quamvis charitas fit uitus infusa, tamen interior actus eius, uidelicet actualis dilectio dei, ex multis procedit, crescit, perfectur, excitatur, fuetur & inflamatut. Interdum quippe aſſertur, quod bonitas rei amatæ fit causa dilectionis: Interdum, quod cognitio quandoque, quod similitudo aliquando, quod propinquitas: nonnullaque, quod beneficacia, frequenter, quod disposicio affectuitem, quod pulchritudo, probitas, strenuitas operis, manuetudo, societas, humilitas, quae tamen ad praetacta queunt reduci. Itaque bonitas rei amatæ est causa dilectionis tamquam materia circa quam & obiectum. Similiter pulchritudo, probitas, strenuitas, mansuetudo, humilitas, sapientia, scientia, ingeniositas, quae omnia & eis similia mouent & excitant uoluntatem ad diligendum. Porro, cognitio est causa dilectionis tamquam uia ad eam, & sicut ostendens rem esse amabilem. Propinquitas quoque similitudo & beneficentia sunt incitamenta amoris: similiter dilectio quam habet & sentit diligens in dilecto. Ex parte etiam diligentis causa dilectionis sunt bonitas & inter se uis affectu, recollectio cordis, puritas, quiete, reformatio, imperturbatio mentis. Ideo ubi haec magis conueniunt, praestosunt & abundant, ibi est maior, seruentior, purior perfectio in dilectio. Nunc ergo penitimus pro uiribus, & quantum donauerit dominus, qualiter ista inter deum & beatissimum fuerunt Mariam: & constat in primis, quod pura incomparabilis ac prætorius infinita sit bonitas dei, in infinitum amabilior quam a pura possit creatura amari. Deinde, ex introductis in secundo libello est euident, quod serenissima & præamabilissima uirgo Maria deum in hac uita multum præclare cognovit: interdum quidem per speciem, quandoque per excellētissimum sapientiam donum, aliquando per mysticæ theologicæ profundiſſimum uisionem, ac alijs modis: immo per affiduum splendidiſſimum illuminationem spiritus sancti, per familiarē instrutionem cohabitantis sibi uerbi aeterni ueri dei ex senati. Item per fidem, rationibus credendorum, purificataque mentis intelligentia lympidissime decoratam. Per donum intellectus acutissime penetrantis ac perspicientis ea quae fidei sunt. Per sapientiam, quae est donum gratiae gratia data, atque per sapientiam naturalem scholasticam acquisitam, quae utramque sapientiam fuit in sincerissima, per charitatem & sapientiam, quae est donum: & per gratiam gratam facientem formata, & in actibus suis merita facta. Infuper, similitudo mentis sacratissimæ Mariæ ad deum, per dona gratuita, & merita copiosa, per actus uirtutum, per uitæ imitationem tanto extitit maior atque splendidior, quo uirtutes infuse, gratia, dona cum actibus suis incomparabiliter excellentiores erant in ipsa, & quo conuersatio ac præsertim interna exercitatio eius purior, sanctior, ac deiformior, hoc est, magis contemplativa extiterat. Propinquitas demum inter benedictissimam Mariam & deum altissimum facta est tanta, quod ille factus est unigenitus filius eius & ipsa, unica mater illius. Beneficentiam uero dei in Maria dignissima nemo potest exprimere: ipse namque omnipotens eam gratiosissime ac liberalissime prorsus præuenit, omni benedictione uirtutis ac gratiae atque dulcedinem sue & copiose sanctificauit in utero, nondum ratione uentem, & tandem dedit ei seipsum in filium: sicutque in apice dignitatis puræ creaturæ possibili, eam præclarissime collocauit, hoc est, in statu maternitatis ueri dei, per quam comparentalis effecta deo parti, quod est dignitas quodammodo infinita, ut in primo libello elucidatum est plenus. Denique pulchritudo, probitas, strenuitas operum dei, seu Christi ex optima uirginitate natu, manuetudo, humilitas, sapientia, ingeniositas & societas eius ad ipsam, nec plene intelligi, nec digna queunt à nobis laudari: & tandem utcumque nostris cordibus innotescunt. Interim, cor purissimum admirabilissimam Mariam, adamant dum sincere fuit apertissimum, ut pura intensissima affectu dotatum, ab omni inquietudine passionis ac uitiorum liberrimum, à somnitio purgatissimum, ab omni distractione & inordinatione penitus alienum, immo & plenitudine donorum gratuito, incomparabiliter plenum. Ita ergo ex his elucescit, quam in comparabi liter

Canticz.
Actus inter
orcharitatis,
ex multis, quod
cedit.

Liter & omnino ineffabiliter mitissima & uere dulcissima uirgo Maria prefusit & arsit, abdauit, exuberavit, effebuit, ebulivit, in calluit in syncerissimum deitatis ac supessentialis trinitatis amore, presertim in amore filii dei a sui secundum naturam eius utramq; potissime secundum diuinam. Ipsa equidem felicissima uirgo, mundissima mater, bonitatem & pulchritudinem omnemq; perfectionem, sapientiam & excellentiam deitatis praecunctis, ut tactum est, lymphidissime intellectus, inspexit, perpendit, oem quoq; filii sui secundum natu ram eius assumptam, virtuositatem, sapientiam, misericordiam, humilitatem, decorum, dignationem, familiaritatem & societatem ad se. Et strenuissima opera eius secundum utramq; ipsius naturam, preclarus nouit, diligentius atq; subtilius considerauit, frequentiusq; & qua si indesinenter attendit. Intuebatur se ab illo assumptioni in amantissimam matrem, in singularē spōsam, in preclarissimā filiā, in summa amicā, in domesticā & familiarissimā cohabitarice, in affectuōfissimā enutricē, in fidelissimā secretariā, in sapientissimā unicāq; discipulā. Quis iam uel ex minima parte queat concipere, quantum ex omnium horum assidua & incessabili diligentissima ac profundiſtima contemplatione, tuō mater uirginea ac diuina, dōcecelesis regina, dōsupergloriosissimā trinitatis consocia, dōuenerabilissima atq; sanctissima uirgo Maria, purissimo ac feruentissimo accēdebaris amore, qualiter ex his in sancta & ceteris formis dilectione creuisti atq; cōtinue profecisti. Nōne quasi totaliter in diuinissimā charitatis affectum transformabar, & in uiscera sancti ac puri amoris conuertebaris? Certe excellentissime unus cum dilecto spūs, una mens, una uoluntas per amoris iñhaſionem & per p̄cipuum uitæ conformitatem fiebas. Oim electissima ac beatissima creaturæ, quæ liter ex ea hora quā filium patris aeterni ex te inuiolatissima ac integrerrima matre natū uidisti, & ipsum naturaliter cōtrectare, lactare, amplecti, deosculari, deferre cōcepti, in ipsius accendebaris & proficiebas amore. Deinde dum coram te cōcepit deambulare, tibi conuesci ac ministrare, dum eius innocentissimam atq; sanctissimam conuerstationem intuebaris; dum eius modestiam & decorum, māsuetudinem, humilitatem & probitatem, omni hoīra corporalibus atq; mentalibus oculis aspexisti, dum deinceps uidisti ipsius miracula, & doctrinam audisti, certe in omnibus his inestimabiliter & prorsus inenarrabiliter tu purissima & ad amādum ap̄tissima in sanctæ charitatis ardoribus profecisti, in pura irreflexa dilectione creuisti, & in ipsa perfectione amoris assidue efficiebaris perfectior. Nempe q̄s nostrum quantumlibet turus, defectuōsus, irreformatus, non uehementer emolliretur & creceret in amore, proficeret in uirtute & delectatur in domino, si uel uno die conspiceret Christum aut angelum in Christi persona in ea effigie ac dispositione & morum probitate coram te ambulare & conuertari, in quibus tu eum quotidie corā te ambulātem & conuerfant ē uidebas in pueritia sua. O preclarissima, celeberrima ac speciosissima uirgo, quārū ergo tu tranquillissima, affectuōfissima ac virtuosissima dōha profecisti continue ex quo uidianā cohabitantis & conuidentis tibi in inspectione filii dei ex tenati & pueri tui facti. Horum considerationi & contēplationi magis quām recitationi & explanationi oportet nos immori: & tamē rufus ad loquendum de his impellit affectio. Nonne dō uirgo, dō mater, dō domina, dō saluatrix, miseratrix & consolatrix nostra, nonne in amore totaliter inflammatris, & igne diuini amoris quasi comburebaris, dum deum tuū ex te natum uidebas tecū taliter conuertantem, te dulcissime alloquentem, tibi humilime ministratē: & nunc uera abruptus affectio, & silentium indicit miratio.

Articulus III. De naturali dilectione Mariæ illuſtrissimæ, ad filium suum unigenitum, secundum naturā eius assumptionē.

Ordinavit in me charitatem. Quāuis ordinatissima & sapientissima uirgo Maria, unigenitum suum secundum q̄d deus est, incomparabiliter plus dilexit, quam se secundum q̄d homo, nihilominus, ipsum secundum naturam assumptionē, naturali amore uehementissime diligebat. Primo q̄m filius suus sic erat. Porro, amor materni cordis ad filium, presertim ad unigenitū intensus est, & uehementis uade. Quod & in matre uidua solet potissime ita esse. Propter q̄d David Jonathan defens, locutus est: Sicut mater unicū amat filium suum, ita te diligebam. Deniq; amor iste tanto est plenior, & tanto de die in die fit maior, quo filius in omnibus uoluntati parentis magis concordat, & placet consolatoriusq; conficit. Certum est autē uoluntatem Iesu Christi, & omnem conuertationem ipsius uoluntati suę matris in cunctis concordissimam placentissimam & suisse, atq; in multis consolatoriis ualde in aliq; bus equidem tristitiam habuit, bona actione dilectissimi filii sicut dum ea ignorante in Ierusalem mansit, duodecim factus annorum. Et

Phil. 1,6

Cont.2

3. Reg.1

dum uidit eum à scribis & Phatis eis obseruari, irrideri, ac blasphemari. Et breuiter inter matrem illam purissimam, filiumq; sanctissimum ardētissima fuit etiam naturalis dilectio, qui nunquam feinuicem in aliquo offendunt, & quorum uterq; sciuīt & experibatur se alio summe ac syncerissime diligi. Prēterea quo parens & proles in complexione extant si miliores in complexione extant similes eo est inter ipsos dilectio naturalis feruentior. Certiñ est ex declaratis in primo libello, q̄ post Christum excellentissimæ & optimæ complexioneis consistent, elec̄tissima uirgo fuit complexione nobilissimæ atq; tenerissimæ, & complexione filii sui similius. Ideo & ex hac parte ad feinuicem naturaliter maxime affiebant. Insuper, quo aliqui sunt magis conformes in moribus, eo sunt inuicē chartores: & constat q̄ p̄e cunctis hoībus deus incarnatus & irreprehensibilis, ac mortigeratissima mater eius fuerūt in omni probitate morum sublimi, quippe in quibus solis nunq; aliqd fuit morum honestati contrarium. Amplius, hi in quibus est natura uiuacior, & affectiuā uis naturaliter maior ac melior, in eisdem est maior dilectio naturalis ac mutua, nec dubiū, qui in Christo ac matre eius uirginea fuerit natura uiuacissima ac recētissima. Affectiuā quoq; uisfortissima & aptissime prorsus disposita. Ideo sine dubio fuit dilectionis naturalis maxima inter eos. Adhuc aut, quo p̄ia mater conspiciat problem suam esse indolis melioris, & sapientiorem ac pulchriorē sibi p̄magis obedientem, eo ualidius ad ipsum afficitur. Et manifestum q̄ felicissima uirgo Maria certissime nouit unicum filium suū in omnibus his etiā secundum naturam assumptionē excellētissimū esse. De quo nouerat scriptū, & uidiū implētū illud psalmistē: Speciosus forma p̄e filiis hoīm. Quem & secundum superiorē uiae animarē partem cognouit esse comprehensore. Hinc & naturali dilectione uehementissime eū dilexit, scđm natura qua & filius eius erat, nec ambiguū, qn̄ & deitatem naturali dilexit amore etiam ampliusq; sc̄ipsum. Presertim, qm̄ omnis naturalis sua dilectio fuit charitate & supernaturali amore perfecte iugiterq; formata. Rursus, cum parents naturaliter appetat prolis suę profectum, prosperitatem & promotionem, beatissima uirgo tanto feruentius filiū suū dilexit, quanto ad maiora eum nouerat prouehendum, siue secundum existentiam, aut certe secundum manifestationem. Nouerat autem eum, qui secum in tanta humilitate, paupertateq; uixit toto orbe terrarum pro iero deo quod erat esse colēdum & corpore ac inferioribus uiribus glorificandum, uiuos & mortuos iudicaturum, atq; in tota militante ac triumphante ecclesia regnaturum. Insuper cernimus, qd dum sublimis cum inferiorē persona, proba & discreta, familiarius atq; dignantius conuercitur, eo inferior in amore superioris illius cordialius inflammatur. Ideo co Maria prorsus humiliata, probissima, discretissima, in suis oculis minima, attendens filium altissimū & coalitissimū deo patri secum tam suū perhumilime, familiarissime, dignatissime conuersante, in amore ipsius ineffabiliter cōtuit, inestimabiliterq; incaluit. Prēterea, in omni naturali p̄fectione deus hō, & mater eius dignissima oibus prūfuserūt. Quāta aut & q̄ uere mirāda, fortis ac singularis dilectio etiā natura lis fuerit inter Auilū & Anūcū, narrat eos legēda, & tñ inter Christū & eius in cōparabile genitricē dilectio naturalis extitit maior ac fortior. Postremo, q̄tū primi parētes dilexerūt innocentē Abel, Abrahā ipsū Isaac, Jacob filiū suū Ioseph, Davidq; Ionathā, sacra docet scriptura. Veruntñ illoq; omni mutua dilectionē indicibiliter uicit mutua dilectio naturalis Chii ac matris suę mūdiissimam, quoq; tñ mutua charitas supernaturalis infusa, multis oīno majoris ac fortior, quā & naturalis illa dilectio mutua uehementissime fuit, auxit, p̄fecit in bāndicissima uirgine, q̄tū ad actū. Porro charitas aīc Chii a sua infusione fuit æque p̄fecta, nec creuit nisi quātum ad manifestationē & opera.

Art. V. De feruentissima charitate ad proxios, ac calidissimō zelo aīc Marię sanctissimę. Gredimini & uidete filię Sion regē Salomonē in diademate, quo coronauit eū matrem sua in die despōtationis illius, & in die lētitie cordis eius. Agnouit & sapientissime ac frequentissime cōsiderauit illuminatissima uirgo Maria unigenitū dei patris ideo hoīem factū, quatenus suę incarnationis mysterio hoīes deificaret, suęq; mortis merito ac sanguinis pretio genus liberaret humanū à potestate diaboli & iugo pecatū, ac peccatis inferni atq; cœlestis beatitudinis eidē mereret coronā. Ad hāc pagenda, ad mundū saluādū, ad cōuertendū Iudeos & paganos, ad cōstituendū ex oībus unū ouile, & Ioānso, unā ecclēsiā, nouerat iuxta prophetas, oracula suū filiū aduenisse, deīq; filiū, suū filiū factū esse: sicq; cognouit se propter ḡdītōrē & reparationē ad tantā excellētiā, ad dei mīnitatiē assumptionē: atq; ex hoc qdā debito, saltē cōdecēte se astrigi, p̄tōrib⁹ misereri, & eore optate ac p̄curare salutē. Hinc iugiter p̄ferti ex ea hora q̄ filiū dei cōcepit, zelo salutis pximorum uehe-

Mat. 15,
Iohann. 18.

Pst. 44.

1. Thess. 4.

Gene. 45.
Gene. 48.
Gen. 48
1. Reg. 45.

C. 3.

Ioānso.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

mentissime fuit accensa. Hinc inter beatissimam Mariam & nos est mutua dilectionis maxima causam & ipsa recognoscit se peccatoribus suo modo debere q̄ mater dei effecta est. Nos quoq; cognoscimus nos per eius salutifērē fructū esse redemptos, imo & ipsam de congruo quodammodo meruisse salvatoris aduentum. Præterea, quo deum unum ac trinum ardenter, puriusq; dilexit, eo ipius honorē & cultū fortius affectauit, ut scilicet ipse omnibus rōnabilibus creaturis debite honoraretur ac coleretur, quod aliud nihil fuit nisi zelo humanae salutis ex sancta charitate seruera. Amplius, quo unigenitum suum etiā secundum naturam ex se sumptam amauit ardentius, eo fuat passionis fructū & sanguinis sui effusionem ac meritum uehementius appetit operari ac dilatar, atq; intentum consequi finem in hominum conuerstatione & finali saluatione eorum, quod fuit tam diuinę q̄ humanae dilectionis actio uere p̄cipua. Hinc in charitate proximorum ardenterissima ac perfectissima fuit, & in ea ac zelo diuini honoris, & humanae salutis ipsos quoq; Moysen & He liam ac Paulum, miro & ineffabili modo excessit ac uicit. Propterera de Iudeorum exce catione, ingratitu dñe, peruersitate uehementissime doluit; & dum uidit eos suo filio eis eu gelizanti, ac eorum salutem querenti resistere, ac mala pro bonis rependere, grauissime tristabatur, illis condoluit uehementer. Et nunc ut sacratissima Maria flāmigeram ad homines dilectionem clarius cognoscamus, intueamur quātum & qualiter præfati sancti ui ri charitate arserint proximorum atq; diuini zelo honoris. Nōne pro plebe ceruicis durissimae, pro gente incredula, pro rebellibus & ingratis sanctus Moyses domum exorauit? Aut dimitte populo hanc noxam, aut dele me de libro quem scripsisti. O quātus ardor ue ri amoris. Eodem affectu locutus est Paulus uas aeternæ electionis: Optabam ego ipse ana thema esse à Christo pro fratribus meis Iudeis. Itaq; preceptum charitatis dei & proximi benedictissima uirgo Maria p̄e cunctis ineffabiliter, excellēter impleuit, quippe quā nū quam motum aut actum uel inclinationem à charitatē plenitudine retrahētem aut impēdientem in se sensit aut habuit. Insuper, ipsa cognovit se desuper constitutam dei & homi num mediaticem, fidelium matrem, ecclesiæ adiucatam, miserorum refugium, pietatis reginam. Idcirco materna charitate iungiter affectuissime ac fidelissime suum impleuit officium, hoīm procurando conuersationē: & tanq; amorosisima nutrix ac genitrix universorum dilectione formatur, & ficit in ceteris uitribus, ita in charitate dei ac proximum est Christo similia, & post eum altissima, ac tantum perfectior alijs, quantum præstantissimā dei matrem decuit eius ministris esse perfectiorem. Postremo, cum dicat salvator: Ma iorem hac charitatē nemo habet, ut animā suam ponat q̄s pro amicis suis. Etia istud ipsa pleno impleuit affectu, & si possibile, deo & uoce placitum extitit, libentissime una cum filio suo, & item pro filio suo, id est, pro eretionis illius à morte, acerbissimā mortem sustinuit sed & animam filii sui, q̄a plus q̄ propriam diligebat, aliquo modo tradebat in morte, q̄uis enim naturali affectu appetitus p̄sensitio, ac conditionaliter desiderauit filium suū non pati, sicut & ipfem filius, dicens: Pater, si possibile est transeat à me calix iste, nihilo minus ex deliberata rōne & superiori absoluta q̄ voluntate uoluit eum pro mūdi moris lute, inquit, deus ita pr̄cordinauit ac uoluit, & maluit amarissimum suum temporaliter pati, corporaliter & occidi, q̄ electos aeterna felicitate destitui, ac super beatissimam trinitatē suo honore & cultu quos ex Christi passione fuerat habitura, priuari: nihilo minus alio respectu de sui filii passione uehementissime tristabatur, prout de hoc infra magis tractabit, atq; ad istud spectat quod in articuli huius exordio ex themate est inductum, in quo sapientissima ac feruentissima uirgo Maria hortatur filias Sion, i. fidelium speculatorumq; amimas, ut egrediantur de luto fecis, de usico ac actibus carnalitatis, & per fidem, charitatem, compassionem ac imitationem, contemplētur regem Salomonem, uidelicet Christum, rum & summum pacificum, in diademate quo coronauit eum mater sua, i. in assumpta humanitate & eiudē acerbissima passione, qua humanitate eum coronauit, uexit, ornauit sua genitrix benedicta in die desponsationis ipsius, hoc est, in hora incarnationis & conceptionis qua illum intemperata concepit, in qua filius eius sibi despontauit eccleiam, imo & ipsam quam assumpit naturam, quam sibi intime copulauit, atq; plenissime fecit, quod factum est in die lātitiae cordis eius, q̄a tunc exultauit ut gigas ad currēdam uiam, & lātitiae eius tunc erant esse & demorari in medio singularis ac amantissima sponsa & mar tris sue purissimæ.

Articulus VI. Quām plene & eminenter glorificanda & optima uirgo Maria, duo charitatis præcepta in hac uita impleuit,

Respon

Exod. 32.
Actu. 9.
Roman. 9.

Mat. 26.

Cat. 3.

Pal. 10.
Proverb. 8

DE LAVDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS MARIAE.

299

R ESpondit Iesu, Primum omnium mā datum est, Diliges dominum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente, & ex tota uirtute: secundū autem simile est illi, Diliges proximum tuum tanquam te ipsum. Hot primum charitatis diuinæ præceptū, tribus modis exponitur, & tribus modis impletur. Pri mo etenim exponitur, ut sic deum totis corde, mente, anima & fortitudine diligamus, ut ei ac eius spirituali amore, nil amplius diligamus nec proponamus, nec quicq; charitati contrarium admittamus. Istudq; om̄ib; est necessariū ad salutē: & ita impletur istud præceptum cunctis qui diuinæ & ecclesiastica obseruant mandata. Secundo exponitur ut non solum sic deum rotis corde, mente, anima, uiribusq; amemus, q̄ charitati diuinæ contraria deuitemus, sed ea quoq; abijcamus & relinquamus, quae quis in se non existant illicita, tñ solent habere multa mala annexa, suntq; ruine propinquæ, & incrementū ac perfectionem charitatis diuinæ solent p̄cipue impedire, ut sunt uxor & eius amplexus, temporales diuitie & cognati, propria quoq; uoluntas. Ideo sapientia dei patriis non iusit, sed consuluit a fidelibus ita propter deum relinqxi, quatenus creatori puris uacent, liberius obsequiatur, atq; in eius amore proficiunt plenius: sicq; p̄ceptum charitatis à ueris religiosis impletur, quorum non est circa communia tantum languere, sed ad perfectionem quotidie tendere. Tertio exponitur hoc præceptum, ut totis corde, mente, anima & uirtute indefinenter feramur actualiter per charitatem in deum secundum extremum & maximum pos senostrū, quod scđm cōsum cursum neq; fieri in hac uita, nec puris uiatoribus extat possibile. Verū in patria à beatis ita impletur p̄ceptū hoc. Porro, perfecte illi impletioni huius p̄cepti celeberrima & incōparabilis nostra dñia ac regina in hac uita p̄e cūctis puris uiatoribus incōparabiliter propinquauit & excellētissime se intinxit, imo interdū ad horā ad eā perfecte ac excellēter p̄ducta est, dum scilicet deū per specie uidit; qua uisio subtrahit, p̄clarissima ac diuinissima uirgo mansit ad eleuatas ac feruidas deitatis contemplationes & delectationes prorsus assiduas sive continuas maxime expedita, utputa om̄ino cōfirmata in gratia, in qua nullū impedimentum charitatis nec impeditiuū incrementi aut p̄fectionis diuinæ amoris habuit locū: imo diuitias, delicias & honores seculi hui⁹ plenissime abnegauit: ab omni sensuali & carnali amore fuit prorsus immunitis, sed & uoluntas eius, uoluntati diuinę in deuitaliter, inaueritibiliter & p̄fecte fuit subiecta, obediens, conformata. Sicq; gloriōse impletuit, quod sanctus pater eius David propheta & patriarcha admonuit eam in sp̄itū: Audi, in quietis filia & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populi tuum & domum patris tui. Verūnt̄, q̄a dilectio cognitionem consequit, & ex ea procedit ac oritur, qđiu electissima ac dilectissima dei mater Maria deum non uidit in seipso clare per speciem, nō potuit indisrupte & scđm extremum suū posse instar beator, & fieri in ipsum. Attī, ex plenitudine gratie sue, ex sua feruentissima charitate, ex assiduitate, diuturnitate & claritate contemplationis sapientiae sue, ex iugis suo profectu & illuminatione superna ac exercitatione & inflammatione interna, toties tāq; perfecte, pure ac feruide ferebatur in deum, ut mēti uiatrici ac pure creature dñi adhuc peregrinanti atq; in ualle hac lachrymarum uianti fuit possibile. Nempe charitas ignis est, & charitas tam perfecta, tam summa & feruida non cessat aſſidue ſurfum mouere, aſcendere, aspirare, ac dilecto unire amantemq; ſi paulum interrumpat, mox fortior redit ac uehementius incaleſcit, tanq; separationis impatiens. Sicq; inter perfectionem animæ Christi comprehendentis & alios uiatores pectos ac sanctos, Maria sanctissima ſe habuit medio modo in contemplādo ac diuigendo,

Articulus VII. De amorosis & ignitis affectibus beatissimæ matris ac domi nge, quibus feruebat, ſacraloca ſui filij uisitando post ascensionem ipſius.

TN meditatione mea ex aſſectione tñgnis. Obiectum uoluntatis est bonum intellectuali ter apprehensum & cognitum: ideo quod obiectum aſſiduum considerationum & affectionum Mariæ clarissimæ fuit præstatius, utputa dei filius incarnatus: & quod ipsa illum profundius contemplabatur clariusq; cognovit, ed ex consideratione tñ summi & amabilissimi boni, imo tam dilectissimi atq; dignissimi filii, & mysteriorum ac beneficiorum ipius, inflammabatur ualidius, & trahabat ardenter, ſuspitor frequentius. Preſertim post gloriosam & iucundam ſuī dilecti ascensionem, & maxime dum ſacra ipius uisitauit in ſp̄exit gloca, in quibus noſtræ ſalutis peregit mysteria in quibus p̄te dicitur & p̄secutiones uifinuit, in quibus ter orans, ſanguinem ſudans, fuit angustiatus, horrēscens

Ff & uſq;

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

Ephes. 5.

Ephes. 6.

Ad Cor. 1.

Psal. 93.

2. Cor. 1.

Psal. 41.

Hieronymus.

& usq; ad mortem penalissime, rationabiliter ac uoluntarie contristatus, captus, ligatus, consputus, flagellatus, irrisus, blasphematus, de iudice adiudicem ignominiosissime tractus, spinis coronatus, falsissime accusatus, dñjudicatus, ac proprijs humeris crucem sibi subiulans ad locum supplicij opprobriofissime ductus, clavis perfossus, in cruce uiolentissime distentus, acetō & felle poratus, illusus, occisus. O quāndis p̄jū compassionum affectibus in horum recordatione affligebatur: quantas lachrymas fudit: quomodo sacrificauit & mactauit seipsum deo hostiam prorsus acceptam. Hæc quoq; pensando, non minus de copiosissimo passionis filii sui secum, de omni saluberrimo mysterio eius effectu consolabatur & gaudebat in domino. Deniq; pretacta iam intuens, reminiscens, perpendens, quād ardētissime putas, fructum desiderauit omnium horum, quæ pro hominibus filius eius assump̄it, fecit ac perlit: hoc est, homini cōuersationem atq; salutem, tam Iudeos, quām paganos: quām sapē & affectuosissime, quām humiliiter & lachrymose orauit pro eis: puto, q̄ ex inextimabili deuotione ac pietate sacra loca frequenter oculabat, lachrymis irrigauit, & pro mundi salute inenarrabilibus intercessit genitibus, potissimum cū legamus quodam post sacrorum uisitationes locorum in monte caluarie tanta deuotione, tanto feruore succensos, tanta compassione concuscos, ut non soli ad extasim defectionem quiūrū, sed item ad cordis scissionem deuenierint, & mortui fuerint asportati. Deinde, cū tu innocētissima & affectuosissima, illuminatissima totiq; mūdo uenerādissima ac celebrissima, virgo Maria, dū locū ac cēlonis amātissimi tui filij uisitabas, & qualiter ascenderat recolebas, cum quanto angelorum sanctorum beatarumq; animarum exercitu, cum quāto gaudio & triumpho, & quemadmodum angeli glorijs tunc dixerunt apostolis, Viri Galilæi &c, uehementer gloriarib; & glorificatissimo filio congratulabaris, si tamen, ut huic quoq; letitiæ admiseretur tristitia, sicut in omni uita tua in seculo isto, consolationibus & spirituali bus in curis atq; tuis affidue erant admixtæ p̄ie tristitiae afflictiones, & uarietate interna, intratum, q̄ tota uita tua in mundo hoc fuit quasi continuu quoddam martyrii, cui nihilominus erant copiose permixtæ interne letitiae, ita q̄ uerissime psallere poteras: Secundum multitudinem dolos meos in corde meo, consolations tuæ laetificauerunt animam meam. Et ite: Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita per Christum abundat consolatio nostra. Nēpe, glorijs Christi recolendo ascensionē suspirasti ad eius praesentiam, & ipsa dispensatio tua dilatio fuit tibi amorosissime matris molestia. Contéplabar tunc oēm beatitudinē filij tui, & uehementissime congaudebase idē, q̄ post flagella, sputa, flagra, opprobria, spinas & crucē, edit ad dexterā patris; ipsumq; regē ex te beatissima natū, in tanto decore conficer affectasti, tuq; ardētissime charitatis separatio, expectatio, & huius incolatus exilij fuerant affectua. Tunc dō op̄ia pr̄edulcisissima virgo Maria, ex felici experientia, ex charitatis uehementia dicere potuisti, Quādmodū desiderat ceruus ad fontes aquas, ita desiderata aia mea ad te deus. Situit aia mea ad delī fontē uiuū, q̄ ueniā & apparebo ante faciem dei: Certe ex his innotescit, q̄ conuenienter dixit Hieronymus: Considerate attentius, qbus ardoribus afficiebatur hēc uirgo, dū cuncta quæ audierat, uiderat, nouerat, mentece uoluit: quibus tunc cremabatur sanctas affectionū incendijs. Etem ab omni terrena soliditudine, praua inquietudine, ab omni culpa & distractione penitus aliena, ad charitatem excessus, ad contemplationum uolatus, ad inflammationem indefinentes fuit prorsus aptissima, & nobilissima ac perfectissima uirgo, in cuius uisceribus tot requieuerat mensibus, ino in cuius pr̄cordijs tot habitauerat annis. Is qui essentialiter charitas est, filius paternæ dilectionis, deus bonitatis imminet, dilectionisq; infinita, fuit in uiscera sancti amoris, in affectus p̄z dilectionis, in ignē superne affectionis, pene tota conuersa. Postremo, si de apostolo Paulo dicere licuit Iohāni Chrysostomo, Sicut ferrū in ignē missum, totū quasifignis efficitur: sic Paulus charitate accensus, to tus quasi charitas factus est. Et ite: Paulus ac si totū mundū genuisset, ita pro oīm laborauit salute. Et sicut indigentissimus p̄ circa phreneticū afficit filiū, cuius q̄to plus iniurijs cibisq; pulsatur, rāto ampli illū deplorat, & ipsius miseraf̄ insaniāt̄ Paulus circa incredulos & ingratos afficiebat, & bona reddebat promalit: quāto magis hæc de incomparabili atq; sanctissima sunt proferenda Maria, que indubitate ineffabiliter plus quam Paulus deo ac proximorum fuit charitate succensa, & indefinenter fuit sollicita, anxia, studiosa, preferuenda pro mundi conuersione, pro uniuersorum salute, pro diuulgatione euangelicæ legis plenaria: cuius sanctitate, precibus ac metiis spiritus sanctus innumerabilium tetigit hominū corda, animasq; conuertit innumeratas.

Articulus

DE LAVDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS MARIAE. 300

Articulus VIII. Quid ad originalis iustitiae perfectionem & eminentiam, illustrissima uirgo Maria præclarissime est perducta.

Eccles. 7.

Deu s hominē fecit rectū. Creator omni potens infinite bonus & diues a liberalis, non in puris naturalibus cōdidit p̄mos nōs parētes, sed ut docet scriptura, originale eis cōcreauit iustitiam, per quam caro per omnia prompte obediens erat spūi: sensitua pars, rationi ratio atq; uoluntas, deo nec confungebat in carne aut sensitua parte aliquis motus rationi contrarius, ne illa penalitas, quam diu ratio manit creatori subiecta, ac uoluntas diuino precepto. Est p̄ probabilis in multorū opinio, q̄ in gratia quoq; gratum faciente, uirtutibusq; & donis eiānnexi producti fuerunt homines protoplasti. Cum itaq; in electissima dei gloria Maria ex nimia gratia præuentione, caro aduersus spiritum nunquam concupierit, nec morus culpabilis in ea surrexit, nec sensitua pars fuerit rationi in ea unquam tenetis, ipsa q̄ ratio ac uoluntas in eadē fuerint deo plenarie inuertibiliterq; subiectæ, atque promptissime obedientes, constat q̄ eminenter ad originalis iustitiae conformitatem peruenierit, & quām in excellestissima uirgine incomparabiliterq; amanda Maria dulcissima, fuerint pœna, labor, mœror, timor, afflictio: quæ in primis parentibus ante lapsum esse nequibat, nihilominus defera uirgo indefiniti profectu ad tantam celeriter peruenit perfectionem eminentiamq; uirtutum moralium, intellectualium theologicarum atq; donorum ac fructuum, q̄ in his primis parentes uehementer transcedit, etiam quantum ad actus illōs: & ita non solum ad originalē illam innocentiam, iustitiamq; concendit, uerūmetia uirtutis etiam excellentiam ac confirmationem in bono, multo sublimiore fortita est, intantum, q̄ nec pecare ualebat. O incomparabilis & unica uirgo, que innocentia uestem tam immunit, in seruauit, in quo tidie omniq; hora priorem, splendidiorē ac cœliformiorem exhibuit deo.

Gala. 5.

Articulus IX. Quām excellenter mores ac cardinales uirtutes erant ac p̄fugiebant in ipsa.

Prouer. 32.

Mulierem forte q̄s inueniet: Nouerat Salomon, q̄ sicut per fœnam decepta & infatuatam perire mundus ita ex fœmina sapiente ac insuperabili, dependet quodammodo mundi salus. Rursus, agnouit de eadem muliere deum in exordio seculorum dixisse serpentem tartareo: Ipsa conteret caput tuum. Itaq; inuenies sapientissimum Salomon, genus humanum non sine hac fœmina liberandum, nec ante eius nativitatem, perfectionem ac robur uirtutum, regem Messiam esse uenturum, ino potius ex ea gigendum, affectuoso ac suspirante locutus est corde: Mulierem forte quis inueniet: Nempe sapiens ille perpendens fœminæ sexus debilitatem, inconstantiam, defectu statim, mollitem, atq; ad filii dei conceptionem exigit mulierem uirtuosam, constantem, perfectam, totius fœminæ leuitatis, mollitatis, imperfectionis uirtutem plenissimam, ita exorbus est: Mulierem forte quis inueniet: tāquam dicitararo & difficulter inuenietur, nisi desuper mundo prouideatur, mittatur, donetur. Vnde sic eam forte p̄fertādam cognoscens, defuturo per modum p̄teriti loquens, Accinxit (inquit) fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum. De qua deno in Cantico admiratorie sciscitur: Quæ est ista, uelut aurora consurgens, pulchritudinē luna, electa ut sol, terribilis ut castorum acies ordinata: O uere omnipotens fortissima mulierum, quæ humanæ perditionis calcavit autorem, atq; amissione beatitudinis reparatorem produxit. Hæc omnino morali uirtute fuit summe ornata, insuperabiliterq; armata: morales quippe uirtutes dicuntur, quæ circa passiones ueriantur, refrenando & reformando ac moderando easdem. Verū famen una eorum pura, prudenter, rationis est directua, & in ratione tanquam in subiecto constituit, aliarumq; uirtutum moralium moderatur ac dirigit actus: Alio circa operationes intenta est, id est iustitia, cuiq; quod siuū est rediens, & uoluntati inhaeret. Ceteræ in appetitu sensituo à quibusdam esse dicuntur, & certe in eos sunt aut per esse fit aut per quādam impressionē. Cum itaq; in sacratissima uirginē Maria appetitus sensitius inferior, cuius motus & inclinationes naturales uocantur passiones, fuerit rationi ac uoluntati inuolabiliter subditus, indeuabiliterq; obediens, ac prorsus promptissime seruens, constat q̄ uirtutes morales in benedicta & in supernaturali Maria fuerunt, prout dicuntur, uirtutes purgati animi, atq; heroicæ ac perfectæ: quarūt sunt quatuor cardinales, pura prudenter, iustitia, fortitudo & temperantia: sicut p̄ prudentia secundum Macrobium, est cuncta mundana, contemplatione ciuinorum contemnere, & tanquam aliud nihil sit, omnem cogitatum, in superna defigere, ac sola diuina cognoscere. Fortitudinis est, passiones iam rectas ampliusq; scireneq;

Gene. 3.

Prouer. 32.

Prouer. 32.

Cantic.

Ff. 2 sentire

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

sentire. Temperantia est, terrenas cupiditates & carnis illecebras iam repressas de cetero obliuisci. Iustitia vero est, sic deo in bonis coniungi, ut feruet cum eo fœdus perpetuum. Si ergo uirtutes hec secundum philosophos atque theologos, competit hominibus heroicis & perfectis, quanto magis incomparabiliter perfectae diuinæ uirginis omnium perfectorum ac sanctorum mater ac dominæ. Ipsa uerissime passiones nesciuit, id est, immoderantiam passionis nunquam in se sensit aut habuit, ac menti diuinæ inauertibiliter fuit unita ac conformata. Nihilominus habuit has ceterasque uirtutes morales, prout homo per eas bene & corde cetera se habet in cōuersatione sociali, humana, domestica, ad eos inter quos conuersatur: superior namque gradus uirtutum, perfectionem inferioris gradus includit, & aliquid eis superaddit perfectionis. Sic dignissima uirgo Maria, per prudetiam inter alias ordinatisse se habebat, & media sua ad finem intentum irreprefensibiliter disponebat, cuncta discretissime agens. Per temperantiam quoque in usu alimentorum tam moderatissime habuit se, & taliter ieiunauit atque abstinevit, quæ nec in minimo in eisdem unquam excessit. Per fortitudinem etiam in aduersis & arduis extitit constans, & passionem timoris uictoriosissime superauit, paratiſſima mori pro deo, pro fidei ueritate, pro defensione iustitiae; neque sine iniuria timidiſti succubuit unquam. Per iustitiam autem, non solum unicuique dedit quod debuit ei, sed plurimum cunctis supererogauit, uniuersos & difcians, iuuans, consolans: & sicut totum quod fuit ac habuit, à creatore adorando ac summo accepit: ita se tota & omnia quod habuit, omnipotenti, ac cultui atque amori ipsius intergerime mācipauit, exhibuit & rependit, prout de his infra plenius est tangendum.

Articulus X. De temperantia, honestate, pudicitia, modestia ac uerecundia purissimæ uirginis gloriosæ Mariæ.

Roman. 13

Gen. 3.

2. Reg. 19.
Heb. 14.

Psl. 62
Ecc. 15.

Mariae mo-
destia oibus
notasuit.

CVRAM carnis ne feceritis in desiderijs. Contraria contraria curari discuntur: hinc infinita dei sapientia ordinavit, ut sicut prima femina per intemperantiam cecidit: sic saluatrix & reparatrix haec femina, in omni temperantia excellentissime præfulget. Etenim de perditrice femina illa scriptum est: Videlicet mulier lignum quod bonum est ad uerendum, & pulchrum oculis ad uidendum, aspectusque delectabilis: & tulit de fructu eius & comedit, deditque suo, qui & comedit. Haec uero saluifica mulier dicit potuit illud secundi Regum: Numquid delectare me potest cibus aut potus? Illud quoque, quod locuta est sancta Hester, eius figura: Nunquam lætata est ancilla tua nisi in te deus Israel. Spiritualissima namque & delicatissima uirgo Maria, spiritualibus actionibus affectissima, & diuinis atque coelestibus refertissima consolationibus, id est, inebriata internis saporibus, & tanquam adipe ac pinguedine refecta & impinguata coelestibus alimentis, pane uitæ & intellectus, aqua sapientiae salutaris, pane substantiali, & omni actione gratiosus uitali, nequaquam ad corporalia pabula aut pocula afficiebatur inordinate, nec in eis delectari sensuūliter quivit, nec per usum talium à spiritualibus exercitiis suis intermissione impediobatur. Denique legimus spiritualites & sanctos uiros ad corporalem refectionem, quasi ad carcerem saepius accessisse, atque in ipsa mensa frequenter à sensibus abstractos corporeis, raptos ad dominum: Quantomagis omnis huiuscmodi perfectio excellentius existit in Maria sanctissima, quamvis absque huiuscmodi exteriori inditio. Amplius, gustus & tactus uehementius in hominibus sunt infecti, difficultusque curantur: idcirco uirtutibusque bus delectationes & actus, gustus & tactus refrenantur ac moderantur, ut pro subrietate & castitate, quæ sunt partes temperantie, fuit glorioſissima uirgo Maria mulier saluativa, ac totius spiritualitatis magistrus & specialius atque preclarius decoranda, quippe que fontem totius munditiae, lumen æternale, uniuersæ sanctitatis originem concipere, parere, lactare, conrectare, amplecti, deosculari & enutrire exstitit preelecta. O supernaturalis & ineffabilis laus Mariæ, o exuberantissima gratia plenitudo, o inuolabilis ordinatissima discrecio in uiuendo, quod felicissima creatura in rebus & actibus ac necessitatibus illis quotidie anis non unquam excessit, nec in minimo est prolapsus nonquam in cibo, potu, somno, uerbo, cogitatu automissione recessit à medio. Hinc prosus honestissimæ fuit uite, & modestia eius omnibus erat nota: nec fuit qui malum loqueretur de ea: Fuitque sapientia prudore extreme ornata. Omne quod probitati derogat, & offendit, est diuinæ præsentie, toroerde detestans: Nempe honestum dicitur, quasi status honoris: honor nero

DE LAUDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS MARIAE

501

vero debetur uirtutis: Ideo sicut electissima uirgo Maria fuit uirtuosissima, sic & honestissima fuisse censetur. Attamen honestas ad temperantiam specialiter pertinet: quoniam sicut in uirtutibus & delectatiōibus tacitus & gustus est maxima in honestas, turpitudo, brutalitas: ita in uirtute & actibus temperantie, præcipua consistit honestas. Vide & casti ac sobrii, specialiter appellantur honesti. Præterea, uerecundia proprieta sumpta, fertur laudabilis passio & non uirtus, sed dispositio ad uirtutes, retrahens à peccatis: estque iuxta Philosophum laudanda in iuuenibus, potius quam in senibus: Est quippe uerecundia tertiæ gloriationis, ut afferit Damascenus, hoc est, timor incurrēndi quid confusione condignum. Atque secundum Philosophum, est timor de re turpi tanquam ardito ad uitandum. Iuuenes autem com muniter imperfecti sunt & proni ad mala culpæ, quæ turpia sunt, quia uitare est ipsis difficile: properterea commendabile est in ipsis, uerecundum existere. Senes uero debent esse in uirtutibus stabiliti, & turpia posse faciliter uincere ac uitare: ideo non commendatur in eis uerecundia ista, quæ nihilominus in eis multo commendabilior est quam sine uerecundia peccare. Sicut sunt multi etiam senes, in quibus affectio boni honesti pene sopita est, & bono honesto præferunt utile ac delectabile bonum, hoc est, commoda atque solatia suæ, quam uirtuti contraria. Exercitati autem in uirtutibus & perfecti, rebus in honestis ac turpis faciliter queunt resistere: Idcirco non habet in eis uerecundia locum, secundum istum loquendi modum. & iuxta Philosophum, quia non apprehendunt in honesta & turpia ut ardua ad uitandum nihilominus habituferi ut dispositum est, quod si incidet turpia, nox uerecundarentur. Hinc & Iohanne contestante apostolo: Perfecta charitas foras mitit timorem. Itaque quoniam bene dictissima uirgo Maria ad uirtutum perfectionem detenit celestis, non uideatur ei uerecundia pro tunc proprio competit, præsertim quoniam scilicet se in gratia confirmata in interdum ramen uerecundia pro uirtute aut pro pudicitia bona accipitur: & sic gloriouse Mariæ uere ascribitur. Postremo, quia secundum theologica documenta, in laqueorum mediò conuenerunt, iustus quoque septies cadit in die, atque in multis offendimus omnes, nec sine continuo auxilio gratiae deitatem nos peccata effugere, oportet nos iugiter coram deo de tantis defectuositatibus nostris & culpis uere cūdari, ac speciali purodore incessanter ornari, ne in conspectu uultus diuini in honeste nos habeamus.

I. Johanni. 4:1

Propterea 2:4
Iacob. 3:1

Articulus XI. De fortitudine, constantia ac stabilitate inuictissimæ ac uictoriōsisissimæ Mariæ clarissimæ.

Iacob. 4:6

Philippi. 2

Propterea 10:
Matth. 7:1

Ecclesiastes 17:4

O Visperat in domino, mutabuntur fortitudinem. Virtus, robur est in etatis: ideo nisi praestatissima uirgo Maria fuisset ineffabili cunctarum uirtutum robore uehementissimo corroborata, nequaquam sic euafisset, non solum uniuersorum mortaliū, sed uenialium quoque omnium peccatorum ruinam. Quæ ergo in capo seculi huius, in stadio peregrinationis istius, in humili sexu, in fragili carne, in medio nationis prauissimæ steret immobilis, semper inuicta, semper uictoriola contra aciem uitorum, contra turbas inuisibilium inimicorum, contra persecutiones filio suo ac sibi illatas fuit omni uirtutissima, prorius fortissima, in omni euictu tranquilla & constans. Quid enim instabilitatem, inconstantiam, fluctuationem, infirmitatem menti inducit, nisi passiones & uitia? A quibus sicut celeberrima uirgo fuit liberima, constat quod in omni constantia, stabilitate firmitateque animi fuit completa. Nempe ut Salomon dixit: Iustus quasi fundamentum æternum. Et de obedientiæ sic ait Saluator: Omnis qui audit uerba haec & facit ea, assimilabitur uiro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram: & descendit pluia & uenerunt flumina, & flauerunt uenti & irruerunt in domum illâ, & non cecidit fundata erat su pra petra. Beatissima ergo uirgo, quæ in cunctis obedientissima extitit creatori, immobilis fuit in eo, nec à regia uia flexibilis ex incidet, nequacunque aduersitatum, tribulationum, temptationum aut uarietatum: quod ita dem innotescit, si quæ de plenitudine sapientie eius secundo libello sunt introducta, pensentur. Etenim teste scriptura: Homo sanctus in sapientiam uanet ut sol, statutus autem in ueritate ut luna: Ideo plenitudinem sapientie & lucem splendissimam intelligentiam eius nulla potuit tentatio, miseror, uarietas ita obtruire, ut de ueritate & æquitate fieret dubitans aut tracillans. Talem decuit esse felicissimam matrem eius, qui est uirtus & sapientia patris, doctissima fortis & potens, dominus uirtutum rex gloriae, quem princeps huius mundi fuerat superandus, quam omnium uirtutum oporuit esse exemplar formamque uitæ. Nonne omnipotentem decuit sic roborare uirginem quam elegit in matre? De qua cōuenienter dixit Hieronymus: Talibus decebat uirginem oppigne

ff. 3 tab.

vari munib[us], ut esset gratia plena, qua dedit coelis gloriā, terris deum pacemq[ue] refudit, fidem gentibus, finem uitę, ordinem uitę, moribus disciplinam. De cuius excellētia potentiq[ue] gratia, & mirabilib[us] per eam & in ea completis, denuo protestatur sanctus Hieronymus: Quod natura non habuit, usus nesciuit, ignorauit ratio, mens non capit humana, paucet cōclūm, stupet terra, creatura omnis etiam cœlestis miratur, hoc totum est quod p[ro] Gabrielem Marię diuinus nuntiatur, & per Christum impletur. Insuper, cum dicat Apo[stolus]: Optimum est gratia stabilit[er] cor, certum est naturā per gratiam stabilit[er], & mētem uitrib[us] figi. Incomparabilis ergo fuit stabilitatis ac firmatis, cui tam excellentissima gratia plenitudo consummatioq[ue] uirtutum erant impressæ. Legitur quoq[ue] primo Regum de Anna, q[uod] uultus eius non sunt amplius in diuersa mutati. Sed et de sancto Martino scripsit Seuerus, Nemo illum unquam uidit iratum, nemo miserentem, nemo ridentem, sed uno & eodem iugiter permanens uulu, angelici uultus exhibuit apparatum. Solomon etiā, Nō contristabit[ur] inquit iustum quiquid ei acciderit. Si h[ec] & consimilia de sanctis utriusq[ue] se xusuere confcripta sunt, quanto magis de sancta sanctarum, de præclarissima matre sancti sanctorum, & plane de incomparabili genitrici dei deorum? H[ec] hisq[ue] maiora uerissime astrui queunt: hanc equidem filiis ille opulentiae ac munificentie penitus infinitè p[ro] omni bus incomparabiliter adimpleuit uirtutibus, deiformemq[ue] uniformitatem eidem lagitus est.

Articulus XII. De iustitia Mariæ rectissimæ.

Recte diligunt te. Rectum est quod nulla curuitate distortum est, nulla obliquitate deflectitur: sicut in corporalibus rebus primo uidemus in linea; ideo recta est mens creata, quæ linealiter tendit in deum, & in suum redit principium, atq[ue] in ipso t[er]ra in ultimo fine defigitur ac quiescit, hoc est, cuius tota intentio est sincera, tota affectio pura, tota conuersatio uirtuosa: quod nec cogitatu[n]t, nec uerbo, nec actu à diuine beneplacito uoluntatis discordat, auertitur seu recedit. Q[uod] p[ro]cūctis puris uatoriis Mariae competit gloriæ, cuius uita nulli fuit culpæ obnoxia, cuius summa & tota intentio fuit honorificentia creatoris, cuius uniuersa affectio fuit dei dilectio, aut ad dei amorem bene & sincere relata, cuius tota conuersatio, actio, passio fuit sub ordine diuini amoris irreprehensibiliter posita ita q[uod] quicq[ue] egit aut pertulit, compendissime ac optime ordinavit ad dei amoremq[ue] honorem, & ad proficiendum per illud in sancta dilectione, id est in iustitia fuit in ea. Deniq[ue], prout sanctus fateretur Hilarius, Hoc potissimum deo tenemur, ut eum omnis sensus noster, omnis uirtus, uita & actio nostra loquantur ac uenerentur, quatenus sicut quicquid sumus, possumus & habemus, desuper sumplimus, dicente Apostolo: Quid habes quod nō acceperisti? Sic totum referamus in deum, & in eius amorem ac cultum omne illud integraliter conuertamus, nec aliquid nostri nobis seruimus: in omni dictione ac honorificentia conditoris ac saluatoris toraliter mancipemus totis uitib[us] nostris: quod nullum mortalium tam gloriose implesse, ut amandissimam glorificandissimamq[ue] Mariam certissimum est: quippe quæ tota agilitate & alacritate, omnifere, elusa signaria, fuit creatoris contemplationi, amori, obsequio in definenter, & quātum possibile fuit, actualiter semper intenta. Itaq[ue] quod debuit deo, exhibuit ei pro uitibus, quamquam de condigno non poterat æquivalens reddere deo, præsertim pro supernaturalibus beneficis eius, & maxime quod eam assumpti in matrem. Preterea, quāuis ceteri sancti rependerint deo per gratiarum actionem cultum & actionem scipios, & quicquid diuinitus accepérunt, quantum eorum infirmitati fuit possibile, et nulla tamen rationalis persona sic deo rependit quod ab ipso recepit, ut id quod sua substantia est, fiat & sit aliquid dei & de eius substantia seu natura: Nec sic ut id quod ex substantia sua emanat, conuertatur in naturam atq[ue] substantiam dei: Nec sic deo seruivit, tanquam indigens ipse seruitor creature. Sed h[ec] tria tu o[ste] benedictissima uirgo Maria, deo altissimo uere exhibuistit nempe ex tua substantia natus est, & portio tuae carnis facta est caro ipsius, sicut incarnatio nis p[re]buit ei materiam, & carnis naturam. Deinde aliusti eu[er]dem in utero, & natum ex utero tuo laclastis, & educasti ipsum uirgineo mundissimum tuorum uberum lacte: sed & quotidie ministrasti ei in propria sua persona, & pabulum uitæ parasti ei assidue. H[ec] omnia persona dei & deus ipse accepit à te, atq[ue] intantum obligauit te tibi dignatione, non necessitate. Pro aliorum quoq[ue] conuersione & inductione ad amandum & honorandum proprium creatorem, fecisti quod tuū erat, & proximos summe edificasti, eisq[ue] in spūaliō maximē subuenisti, & gratia tibi plenissime impertitā, eis copiole cōmunicasti, sicut naturalis

ralis illud legis p[re]ceptum, Quod tibi uis fieri, fac alteri, perfectissime adimplesti, & iusta per oia ad proximos exitisti. Postremo, & q[uod] tibi p[re]tebaris, tibi moderatissime p[re]buit. Corpori etenim suo tenetur homo sustentatione, directione & gubernacione, ut faciat illud seruire spiritui. Animæ quoq[ue] sua tenetur ex ratione custodiā, & sibi p[re] directione ad ueram salutē, quemadmodū in Ecclesiastico fertur: Deus ab initio constituit in hominē, & reliquit eum in manu confisiū sicut Adiecit p[re]cepta sua. Apposuit tibi ignem & aquam: ad quod uolueris porrige manū tuam. Porro, gratioſissimam Mariam h[ec] suo corpori, suo cordi, sua personæ perfectissime impeditissime non oportet probare, cu[m] in p[re]stissimi aigue mundissimi corporis sui educatione nunquam à regia discesserit uia, uersus magis aut minus. Cor quoq[ue] suum sanctissimum ab omni custodiuit iugiter lab[or]e, & quicquid suum fuit, profusa strenue fecit salute, cooperans gratię. O glorioſissima uirgo Maria, quantū in uirtute iustitiae resplenduit anima tua, & quantum per eam placuisse altissimo: similitudo namq[ue] dilectionis est ratio. Et de illo ait scripturæ: Quoniam iustus dominus & iustitas dilexit, & quitatem uidit uultus eius. Nam ut etiā sapientes huius mundi tecum sunt: Iustitia est p[re]clarissima uirtus, & nechesperus neq[ue] Lucifer est ita admirabilis. In eanamq[ue] uirtutis splendor est maximus. Nec tam pulchre sol fulget in cōclū, ut in anima tua raduit iustitia, quæ tamen circa proximos fuit in omnibus contemplata misericordie, iuxta censuram uere prudentis.

Articulus XIII. De misericordia & pietate glorioſae Mariæ.

B[ea]ntia crevit mecum misericordia. Misericordia uirtus est, qua proximis cōdō lob. gr. lemus in eorum miserijs, & pro posse subuenimus eisdem. Haec uirtus in charitate fundatur, & ex dilectione procedit. Ideo sicut benignissima uirgo Maria p[re] cunctis, uiceribus charitatis redundat, repleta est, & superabundat, ita p[re] uniuersis misericordiis diffinita comprobatur. Insuper, pietas ex bonitate emanat: Bonum namq[ue] est sui ipsius communicatiū ac diffusiu[m]. Ideo sicut fons infinitæ & incomprehensibilis bonitatis, suam dilectissimam matrem, suæ immensa bonitatis liberalissima participatio replete, ita deiformi pietate replete eandem. Ideo prorsus piissima est, & sicut deo esentialiter & incircumscribibiliter bono ac pio proprium est misericordiæ semper & parcere, quoniam ex seipso id conuenit ipsi, trasci uero & ulcisci, punire, damnare, ex aliorum peruersitate: sic p[re]stantissimæ uirginis, misericordia subuenient, indulgere ac parcere proprium est. Implevit equidem excellenter quod hotatur Apostolus: Imitatores dei esto[re] sicut filii charismati. Sicq[ue] ipsa tanquam filia uere charissima imitata est deum in ista proprietate dignissima, in omni pietate & misericordia. Deniq[ue], deo maiestatis immensæ nihil similis, nihil propinquius quam electissima mater eius Maria. Idcirco in pietate & misericordia est deo in cōparabiliter p[re] cunctis conformior: & sicut unicuiq[ue] connaturale ac deletabile est facere illud, q[uod] ipsi est propriū, & ad quod connatā sicut ingenitā haber inclinationē, sic ferentissimæ & optimæ matris uirgineæ connaturale atq[ue] iucundū est misericordiæ subuenire, paupertimis condolere, misericordiæ cunctis ad se configurantibus exhibete. Præterea, sapientissimus deus unicuiq[ue] infundit ac tribuit dona, per quæ extat idoneus ad exequendum suū officiū, ad quod est diuinitus ordinatus ac institutus. Si enī natura non deficit in necessarijs, multo utiq[ue] minus g[ra]tia. Benedicta uero, sacerissimamq[ue] Mariam omnipotens deus ab eterno elegit in matrē & aduocatā, in custodē & mediatrice uniuersorum fidelium ac totius ecclesiæ. Matrem uero & aduocatā, custoditricē ac mediatrice pietas & misericordia potissimum decent, & tāto copiosiores, quāto maiora sunt misericordiæ pericula, q[uod] maior indigētia, quo plures egeni ac miseri. Idcirco Mariā dignissimam tam innumerabilium misericordiæ, in omni miserrimorū ac indigentissimorum matrē & aduocatā, d[omi]n[u]p[er]t[er] esse omnifarie misericordissimam atq[ue] piissimam, p[ro]fertim cum miseri & exules isti, quod diuinus constituta est mater & aduocata, sicut grauisimis & ineffabilibus, irre recuperabilibus ac æternis periculis perpetuæ damnationis expositi, atrocissimis, fortissimis & uerutissimis inimicis circundati, omni fragilitate, inopia, calamitate repleti. H[ec] ergo pericula clementissima & sapientissima illa Maria, clarissime ac diligentissime intuens, multo plus q[uod] ipsimet miseri, uehementissime condoler eis, & paratisima est misericordiæ auxiliari, & uisq[ue] in finem astare & adiuuare. Insuper, seruo ingratu, duro, immisericordi domini in euangelio loquuntur: Serue nequā, omne debitū dimisi tibi quoniam rogasti me. Nōne ergo oportuit & Mauth. te misericordiæ seruui tui, sicut & ego misertus sum tui: Quo constat, unūqueq[ue] tāto misericordiæ esse debere, quāto maiore desup misericordiæ fortit[er]. Piissima aut[em] uirgo Maria

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI,

præ omni creatura persona, summa & incomparabilem, prorsusq; ineffabilem misericordia & pietatem est consecuta, utputa abundantissima benedictione diuinæ dulcedinis omnino praeventa, in utero sanctificata ac spūsancto repleta, deinde ab oīni culpa etiam ueniali misericordissime praeservata, mater sui creatoris ac salvatoris effecta, ad incomp̄arabilem gratiæ ac gloriæ excellentiæ plenitudo dinemq; perducta. Nec misericordia dei solū constitit in remissione culparum, sed etiam in largitione p̄reuentioneq; gratiarum. Adhuc autem, unum quodq; contrahere solet proprietates & qualitates eius cui magis unitur, & quod propinquius ei coniungitur, & quod infra ipsum continetur, cōmoratur, ac diurne quiescit. Non ne ergo uenerandissima uirgo Maria in uiscera misericordiae ac pietatis pene tota conuerfa est, omniq; pietate & misericordia exuberantissime & superflue tissime est repleta, quæ fonti totius pietatis & misericordiae tam propinquissime ac familiarissime est unita, quæ ilum uere concepit, atq; ex se incarnatū, intrasē tot mēsibus baulauit, ac natum ex se tot annis contraetauit, fuit, cohabitareq; habuit. Quāto pietatis odore inde perfusa est, quanta misericordiae largitate ex illo impleta est, quanta tortus benignitatis affluentia est inde respersa. Si quis ad horulam teneat in manu herbā fragrantem aut odorifērē pomū, nonne manus eius hinc contrahit odore suauissimō & rebus illis amotis, adhuc manet in manu odoris suauitas. Quanto magis diuinissima uirgo Maria ex tam familiarī & etiam coniunctione cū illo, quis substantialiter & interminabiliter pius, misericorsq; constitit, in sua uissimū totius pietatis ac misericordiae affectum cōmutata censetur, & uere p̄fissima peribetur, in tantū, ut rite mater gratiæ, regina misericordiae, imperatrix clementiæ nuncupe tur: quā trinitas deus in regni sui sumptū consorte, & regno iustitiae sibi ipsi retēto, regnū misericordie illi commisit. Nec illos condēnet, qui ad thronū confugiūt misericordie p̄fissimæ matris, cuius meritū & precibusnī decrevit esse negandū. Postremo, propter miseros subleuandos, tanta gratiæ plenitudo est glorificande Marij tam misericordissime cōdonata. Decentissimū ergo est, ut de plenitudine misericordiae fuāe communicet misericordia, præsentim cum & princeps apostolorū dicat: Vnusquisq; sicut accepit gratiæ, in alterutru illam cōmunicantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei. Tactum est quoq; & certi, q; felicissima uirgo Maria, quāto plus cupit fructū passionis & sanguinis filij sui, tanto paratior est misericordie subuenire quoq; saluentur. Insuper, ad præsidentes & principes, ad reges & imperatores misericordia spectat potissime, quemadmodū Salomon logatur: Firmatur clementia thronus regis. In cuius rei signū, rex apum caret aculeo. Tullius quoq; in laudibus Iulij imperatoris ait: Nulla te uirtus tam cōmendabilem reddit ut pietastua. Vnde et Assuerus rex. Dum om̄ibus, inquit, prouinciis imperare, uoluī ne aquaquā magnitudine abuti potentia, sed cū clementia & lenitate gubernare subiectos. Hinc quo maior, latior, ac uniuersalior est autoritas & potestas, regnum ac dominatio beatissime de seru matris, quæ iuste maternitatis dei, & quia cōparentalis est patriæ eterno, uerissime creditur, est & uocatur angelorum & hominū imperatrix, regina coeli, domina mundi, tāople nior & exuberantior est pietas ac misericordia eius. Postremo, sexum foeminei p̄cipue decent dulcor clementiæ ac lenitas pietatis: & quāto persona lexus huiusmodi maior est atq; potentior, tanto eā esse magis piam concedet & clementem.

Articulus XIII. De magnitudine pietatis & misericordiae admirabilis ac cœlestis Mariæ, ex uerbis patrum sanctorum.

Tobi. 4.

Bernardus

Quomodo poteris, ita esto misericors. Si multū tibifuerit, abundanter tribue. O quām præclarissime adimpleuit Maria dignissima hanc doctrinā. Quemadmodū enim abundantissima fuit, & est in opulencia spirituali, in plenitudine gratiæ, in omni benedictione cœlesti, sic & copiosissime semp̄ inuocantibus se subuenit, atque ad omnes per cuncta tempora se extendet, sicut deuotus pater ait Bernardus: Quis oī bene dicta misericordie tuę longitudinē, latitudinem, sublimitatem & profundum queat inue stigare? Nam longitudine eius usq; ad nouissimū diē inuocatibus se subuenit universis, latitudo eius replet orhem terrarū, ut tua quoq; misericordia plena sit omnis terra, sic & sublimitas eius supernæ ciuitatis fecit in staurationem. Et profunditas eius, sedentibus in tenebris & umbra mortis, obtinuit redēptionē. Deniq; tam opulenta est gratia & misericordia sacratissima uirginis, ut se cōmunicet cunctis, creatorisq; gloriam uideat au gere. Vnde rurus testatur Bernardus: Maria omnibus misericordiæ lūnū aperit, ut de plenitudine eius accipiāt uniuersi, captiuū redēptionē, & grī curationem, tristes confortationem, peccatores ueniā, iusti gratiam, angelū lāetitiam, tota trinitas gloriā, persona filij car-

tis

DE LAVDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS MARIAE

303

nis humanae substantiam. Nempe ut denuo Bernardus disseruit, quemadmodū sol in differe renter oritur super bonos & malos, sic Maria præterita non discutit merita, sed se omnibus exorabilem, omnibus clementissimā præbet, omnium necessitates amplissimum misera tur affectu. Etenim sicut uas liquore plenum, si quo modo moueat, defacili effundit liq; remisic beatissima uirgo si precibus moueat, gratiā mox effundet. Ideo dico uobis charissimi, si pie a nobis fuerit pulsata, non deerit uestræ necessitatib; qm̄ misericors est & misericordia mater. Si enim compasita est in opia ac uerecundia illorum, à quibus fuerat invitata in nuptijs, multo magis compatietur uobis, si pie fuerit invocata. Hinc iter Bernar dus disseruit: O Maria p̄fissima, tu peccatorē quātūlabet scđū nō horres, nō despicias: sed si ad te suspirauerit tuuq; interuentum penitentis corde petierit, tu illū à damnationis bathro pia retrahis manu, ac toti mēdo despectū, materno affectu amplectaris, fous, nec deseris, quoq; tremendo iudicii reconciles misericordia. Sileat ergo misericordiam tuā si quis inuocat te in suis necessitatibus sibi merinerit defuisse. Etenim quando misererit non poterit mater om̄ipotens, & quando misererit non uelit mater misericordiae. In manibus tuis beatissima sunt omnes thesauri miserationum dei repositi. Absit ergo, ut cesset manus tua à munere. Hinc quoq; dixit Anselmus: Ofcemina mirabiliter singularis & singulariter mirabilis, per quam homines saluantur, animæ de purgatorio liberantur, angelii lætitiantur. Ofcemina plena & superplena gratia, de cuius plenitudinis abudantia respersa reuicit omnis creatura humana. O uirgo benedicta, per cuius benedictionē benedicitur nō solum omnis creatura à creatore, sed etiā creator à creaturis. His cōsonat uerbum Bernardi, dicentis: O Maria, in te merito respiciunt oculi omnis creatura, quoniam in te, ex te, & per te benigna manus om̄ipotentis, quicq; creauerat, recreauit. In te angelii lāetitiam, iusti gratiā, peccatores misericordiæ inuenerūt. Sicq; omnibus gñationibus gratiā genuit, dum om̄ini creatorē toti seculo peperisti.

Articulus XV. De religione & deuotione benignissimæ ac sublimis Matris.

Pallam deo meo quām diu sum. Religio seu latrā, est uirtus moralis, parsq; iustitiae, cultum & ceremoniam offerens deo. Cuius uirtutis actus sunt orare, adorare, laudare, atfisimū, uovere & sacrificiū ei offerre, decimas atq; primitias soluere eius ministris. Interior quoq; & elicitus actus latrā, est promptitudo uoluntatis ad ea quae dei sunt, que promptitudo uoluntatis uocatur deuotio. Deuotio quoq; in terdum uocatur feruor bona uoluntatis ad colendum altissimum, quod redit in idem: uel de uotio appellatur huiusmodi feruor, quia ex charitatis feruore procedit deuotio inspiratiue, sicq; descriptio illa deuotionis, est prædicatio per causam. Tertio, deuotio describitur, quod sit quedam teneritudo cordis, qua q; ex conceptu atq; affectu boni faciliter inflexum resolutur, quod est descriptio & prædicatio per effectum. Denique, cum deuotio sit promptitudo & feruor actusq; uoluntatis, certum est quod ex p̄ceptu apprehensione, meditatione seu contemplatione intellectus oriatur potentiae. Immediatus tamen ex charitate, quæ efficit mentem ad actus diuini cultus promptam & expeditam. Itaq; quoq; felicissima & incomparabilis uirgo Maria fuit in diuino amore feruētior, & in diuinoq; contemplatione profundior, eo utiq; gerat deuotior: hoc est, promptior & alacrior ad omnem actum cultus diuini, ad orandum, pfallendum & laudandum suum creatorem ac salvatorem. Porro, quām ardētissima & incomparabiliter stabilis ac perfecta fuerat in charitate diuina & insapientia salutari, in superioribus est ostensum. Vnde certissimum est quod diuina & electissima uirgo Maria, fuit p̄ omnibus sanctis ineffabiliter prompta & feruida ad praetextos actus diuinos, ac stabilitissima in eisdem, iugiterq; intenta, orationibus prorsus purissimis, deuotissimis dei præconijs, psalmis & hymnis, ac reuerentialissime adorationi om̄ipotentis, & quātū in interdum in exterioribus occupata, aut cum hominibus loquens a uocali oratione & laudatione dei cessavit, ab intimis tamen & deuotissimis menta libus orationibus & laudibus dei non desstit, quād admodum nec a contemplationibus, meditationibus, affectionibusq; diuini. Quippe, quæ tantæ fuit perfectionis, tantæ plenitudinis, tamq; assidue illustrationis & inflamationis a spūsancto, q; per exteriora ab interioribus non impediebatur. Præterea, quoniam iuxta præhabita, deuotio ex consideratione & charitatis affectione emanat, ideo ea quoq; consideratio exstāt diuinior, & q; ex sua natura magis idonea sunt charitatē accendere, utputa meliora, maiorem possunt deuotionem cauare in mente, & in ipsis maior ac altior consistit deuotio, ut ē deitatis Christi, adorādaq; tūtis. Veruntamen ex parte imperfectionis n̄rē frequenter cōtingit, q; cōsideratio huma-

ni,

nitatis Christi & passionis ac ceterorum ministeriorum & actuum eius, ad deuotionem & comprehenditionem magis nos incitarunt etiam sancti Leges & quia & ex sensibilibus artibus humanis ad diuinogenitoritatem & amorem erigimus. Porro, perfecti ex contemplatione & fervido diuinorum amore, ex consideratione infinitae bonitatis, honorabilitatis & excellentiae dei, ex superbeatissima trinitatis intuitu, & ex consideratione communicationis & emanationis eius ad intra, ac mutua intuitionis, dilectionis, complacentiae ac fruitionis, ad deuotionem potissimum excitantur. Gloriosissima autem uirgo Maria tam in deuotione ex consideratione humanitatis & mysteriorum Christi nascitur, qui in deuotione ex contemplatione deitatis filii sui ac super beatissimam trinitatis surgere, perfectissima fuit, quemadmodum & in utraque illa cognitione atque delectatione. Denique, ipsa omni creaturae electissima, ac prorsus dignissima uirgo, se tota in obsequio filii sui secundum ipsum humanitatem deuotissime, reverentissime & assidue occupauit, maternam ei ministracionem in cunctis impendens & faciendo hoc ipsum, diuinitate ipsius ac superessentialis trinitatis charitatem, pietatem & munificientiam contemplabatur clarissime, ex qua contemplatione ad inestimabilem quebatur deuotionem, & offerebat seipsum totam deo in holocaustum continue ex summa deuotione. Amplius, religio cuius actus existit deuotio, dicitur a relegando, quoniam mentem a uanis & caducis relegat, ac deo efficit inhaerentem. Ideo religiosi vocantur, qui a sensibilibus & terrenis se alienantes ac sequestrati, mente libera ac sincera deo intenti sunt. Hinc Maria dulcissima tantum religiosi deo in holocaustum continet, quanto mens eius longius ac purius fuerat relegata ab omni affectu & actu a Christo & eius intuitu ac amore impudente. Hinc quaque in adolecentia sua antequam filii dei conceperit, quatenus omnipotenti posset mundiore corpore, puriorque mente perfectius obsequi & uacare, uirginitate sua deo promisit, uel absolute, uel sub honestissima conditione, uidelicet, nisi deus aliter secum disponeret: alias archangelo conceperum ei annuntiante, cum esset despontata, non tam constanter respodisset, ac inquisivisset. Quomodo fiet istud, quoniam uire non cognosco? Postremo, deuotioni tanto solet maior contingere spiritalis iunctunitas, quanto ipsa deuotio a laicorum fieri uenteretur, & quoque persona deuota est magis perfecta. Vnde uisq[ue] nancet, delectabile est agere ea ad quae uehementer afficitur. Ideo quo benedicta & gloria uirgo Maria fuit in omni uirtute, preuentim in actibus charitatis ac sapientiae magis perfecta, eo actibus deuotionis fuit ferventius, iucundius, stabilius & intenta, quamvis consolacioni & alacritati ipsius frequenter fuerit mixta pia quaedam tristitia ex dilecti absentia, & propter mundi peccata, atque ex consideratione passionis unigeniti sui interna compassio, prout diffusus est ostendum. Itaque in aliis actibus deuotionis, scilicet cordis, oris & operis, incomparabiliter deuotissima fuit, sacratissima domina, in omni promptitudine & affectione interna, in omni oratione & claudatione ac adoratione uocali, in omni prostratione, genuflexione, inclinatione in oblatione & sacrificeatione, cuius corde & corpore, tanquam in electissimo templo habitauit dei filius incarnatus.

Articulus XVI. De mansuetudine & patientia excellentissime uirginis Mariæ.

Natura sum, sed formosa filia Ierusalæ. Vnigenito suo, deo, dei filio incarnato, preelectissima mater eius uirginem fuit in cunctis genitum muneribus proxima atque similius. Etenim in omni genere ac ordine rerum primus, est maximus & magnus perfectum in genere ac ordine illo, sicut in unitate sensibiliter lucidorum, sol est maxime lucidus, estque primum illud in ordine & genere suo: mensura & regulam, secundum idque quanto aliquid illi propinquius est: tanto in ordine illo existat perfectus. Quemadmodum ergo amantissima dei prior cunctis uiatoribus fuit Christus, incomparabiliter in omni perfectione charitatis ac sapientiae, ceterarum quoque uirtutum & donorum conformior, sic & in aduersitatum patientissima ac tranquillissima tolerans & consummator exitisse censem, in tantum, quod nec contra Herodem Christum adhuc infantulum perferquentem, nec contra scribas & phariseos ac sacerdotes, dilectissimum filium suum usq[ue] ad acerbissimam & ignominiosissimam mortem crudeliter ac multipliciter persequentes, unquam indignatione, impatiencia, iram, murmurationem aut auersione edocerunt: quin potius illorum peruerstatis condoluit, & orauit pro eis. Durante quoque amarissima Christi passione, cum uideret unicū sui uirginea uenitris fructū tam ferocissime contrarelati, tores blasphemias & crimina obiecti ei audiret, atque in cruce confossum & fixum, ac miserabilissime diffundum consiperet, nullatenus aduersus scuamissimos illos homicidas, immodice & deicidas, commota est, nec indiscreto zelo permota, sed inestimabilem mansuetudinem patientiam seruauit: nec ex suauissimo, tranquillissimo, mitissimo ac patetissimo corde illo materno dei,

Matt. 1.

Lucæ. 1.

canit. 1.

Matt. 2.

Sep. 2.

Lucæ. 1.

Mat. 27

ferae uirginis poterat emanare impatiens uerbum, amaritudo, toruus aspectus, indignatio dura, iracundia, fumas, murmuratio siue contentio: quippe quod tortu in uiscera charitatis & pietatis, in affectum mititatis ac patientiae, in affectum humilitatis & bonitatis erat conuersum, immobiliterque mutatus. Denique, commendatur uiri eximij de mititate praecipua, de patientia magna. Nonne de seipso tanquam de alio sanctus Moyses in Numeris scriptus? Erat Moyses uir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. Sic & David loquens de se, Memento (inquit) domine David & omnis malueritatis eius. Porro beatum lob de patientia specialiter collaudari, liber ipsius factetur. Sed quid hō & consimilium mansuetudo & patientia ad tuandum amabilissima & suauissima uirgo Maria patientiam ac mititatem? Nonne legifer ille Moyses rebellium prauitatem exasperatus dominū exorauit, Ne respicias ad sacrificia eorum, moxque horribiliter sunt plagati. Aegyptium quoque rigorose occidit, & multa idololatriarū milia iussit interfici. Sic & David improbitate Naval commotus, iurauit se illum interemptus, & super aduersarios suos Ammonitas circumagit ferrata carpente, diuinitusq[ue] culturis. Joseph denique fratres suos vindicauit & affixit ad lumen. Iob uero disputans contra amicos, multa dura & increpatoria ei locutus est uerba. Sed nunquid tale quid mitissima ac patientissima domina, suis aut filiis sui persecutoribus locuta est unquam? Christo autem tanquam iudici, rigor quoque iustitiae & iudicialis censura attrahuntur. Et quanquam uirtuosissima uirgo etiam omni decore iustitiae fuerit decorata, tamen omnium mater & aduocata ac mediatrix effecta, misericordia & miseratione in cunctis exercere elegit, mansuetudinem demonstrauit, patientia est ampliata. Patientia namque est omnium probatrix uirtutum, & charitas patientis est. Mansuetudo quoque reddit hominem multum amabilem, atque diuine illuminationis ac supernae consolationis capacem, sicut ait scriptura: Filii in mansuetudine opera tua fac, & super hominū gloriam diligenter. Et rursus, Maria fueta autem habet editabunt terram, & delectabuntur in multitidine pacis. Hinc incepit parabiliter perfectam & sanctam, sapientem ac supernis consolationibus asuetam Mariam, summa & incomparabiliter mansuetudo & patientia decuerunt. Propter quod ait Bernardus: Revolute diligentius euangelica historie seriem uniuersam, & si forte quid increpatoriū, si quid durū, si quod denique signum tenuis indignationis occurserit in Maria, de cetero suspectū habebas & accedere ueraritis. Quod si plena magis oīs pietatis & gratiae, plena mansuetudinis & misericordiae inuenieris, quae ad illam pertinet, gratias age illi, q[uod] talen tibi mediatrix benignissima miseratione prouidit, in qua nihil posset esse suspectū.

Articulus XVII. De ineffabili ac profundissima humilitate Mariæ altissime.

Respexit humilitatem ancillæ suæ. Cū beatissima & admirabilissima uirgo Maria cunctis esset uirtutibus in termino excellentiæ præ cunctis uiatoribus incepit parabiliter plena, ipsa tamen humilitatem suam assertat à deo clementer respectam per approbationem & acceptationem, quia ut pleniū dictum est supra primo libro benedictissima uirgo per humilitatem præcipue disponebatur ad tam super naturalem sui elevationem, quia facta est mater dei altissimi, cum dicat saluatoris: Qui se habilitat, exaltabitur. Ideo quoque dixit: Respexit humilitatem ancillæ suæ, ut innuat se non meritis suis de condigno tam incomparabiliter sublimatam in matrem dei, sed omnipotentem deum approbabasse in eajam suipius corā deo depressionem, quia se maiestati diuinæ prostrauit bassissime, & comparatione illius se uehemētissime paruipendit, ac prorsus indignissimam reputauit ad tantum mysterium in se, ex se, & per se compleendum. Denique, quando deus uoluit eam super omnem puram creaturam in esse creato subsistentem eleuare, tam in donis gratiae gratificantis, quam in donis gratiae gratia datae, dedit ei in primis perfectissimam ac profundissimam humilitatem, quia humilitas ad omnium diuinorum charismatum susceptionem, profectum ac perfectionem disponit, & quanto quis crescit in sancta humilitate, tanto sit aptior ad proficiendum in omni ceterarum uirtutum atque donorum completionem. Nempe (ut constat) quemadmodum pluviarii fluenta ad ualitatem confluunt concava, & quo uales fuerint profundiore, eo sunt plurimum imbrum susceptiæ, abundantioresq[ue] aquæ colliguntur in eis, ita quo cor humilium fuerit, tanto copiose ei infunditur gratia, iuxta quod ait scripturam: Deus superbis resitit, humilibus autem dat gratiam. Hinc deus uirtutum rex gloriae, uolens unicam illam sacratissimam & singularissimum uirginem MARIAM, quam sibi ab æterno præelegit in matrem, in comparabili gratia, plenitudine adimplere in uita hac, atque in comparabili felicitate, honore & gloria in coelesti extollere patria, implevit eā in primis summa & profundissima humili-

tate

Jacob. 4.

1. Pet. 5.

Psal. 23.

Ecclesiastes 3.

Psal. 36.

Num. 12.

Psal. 131.

1ob. 1.

Iacob. 5.

Exod. 32.

Num. 15.

Exod. 12.

1. Pata. 20.

Gene. 44.

1. Corin. 15.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI

rate in via. Deniq; perfecta humiliatio suipius, ex duplice depe det cognitione, uidelicet creatoris ac suipius. Quo enim intellectualis creatura bene disposita, creatoris sui maestatem, perfectionem, excellentiāq; immensam clarius contemplatur, eo comparatione ilius seipsum profundius deprimit, uehementius parvipendit, & cordialius humiliare cognoscitur. Hinc Abrāhā loquens cum deo, & illius eminentia pensans, Loquar (inquit) ad dominū meum, cum sim puluis & cinis. Ruisus, quo quis seipsum lypidius noscit, omnē uidelicet suam defectuositatē, proprietatem, indigentiam, nihileitatem, dependentiamq; inde finitem a deo, eo profundius humiliat semetipsum. Porro, q; incomparabiliter, clare acfa pientialiter amantissima virgo Maria in hac uita contemplata fit deum, quām etiam ueris me seipsum & omnem suam proprietatem cognoverit, patet ex introduc̄tis in secūdo libel lo. Ideo innotescit q; ex parte utriusq; cognitionis istius, in omni extiterit humiliatis infabiliter summa, incōparabiliterq; perfecta, sicq; in totius humiliatis fundo defixa, Oceanoq; demersa, q; applaudentibus turbis filio eius atq; dicentibus, Bene oīa fecit. & Nunquam apparuit sic in Israel. & Propheta magnus surrexit in nobis. & Hic ē uere propheta qui uenturus est in mundū, ac rursus, Benedictus qui uenit in nomine dñi, o fannū ex celsis, nūquam inaniter est gauisa, nec spiritali elatione hinc mota. Deniq; per missionē praeacleti, cum ab uniuersis fidelibus uera dei genitrix crederetur, atq; in summa post deum admiratione uenerationēq; haberetur, ac cultu hyperduliae coleretur, cum ad eam cōspiciendam multæ & excellentes personæ ex diuersis mundi partibus conuenirent, & undiq; diffunderetur fama ipsius, nunquā ex tantis suis honorificijs atq; preconijs, quacūq; uanitate aut superbia est pulsata, sed in profundissima humiliatis māfū immobilitate quo plus reputabatur, honorabatur, laudabatur ab omnibus, eo amplius humiliatus se uigiter. Et in cunctis totū bonum suum deo cū precordialis gratiarum actione ac purissima humiliatis attribuens, & tanto pfectius feilli in omni obediētia subdēs, quātū plura & eminentiora ab ipso beneficia fuit sortita, plenissime implēs q; dait scriptura: Quantum maior es, humilia te in omnibus. Erant etenim ei semper aperti duo libri, id est, duæ illuminationes interne; unus fuit liber sapientialis, in quo ea quæ dei sunt, & omnem excellētiā eius contemplabatur perlucide ac profunde; alter fuit liber scientialis, in quo seipsum & ea quæ sua erant, intuebatur clarissime; sicq; cum admiratione & reuerentia summa dixit: O deus meus, quid tu & quid ego? Vnde, quo deum gratiosius ac magis dignanter feci egis se conspexit, eo uehementius mirabatur, regreditabatur, & humiliabat le penitus. Quoeti am suam paruitatem ac qualitatē comparatione in infinitate excellētiā dei lypidius nouerat, atq; pronihiilo reputauit, eo profundorem suipius humiliationem concepit. Adhuc cum fuerit docilima ac obedientissima Christi discipula, perfectissime didicit ab eodē, qd dixit: Discite a me quia misericordia & humilis corde; praefertim quoniam uidit illum cuius immensam optimè uenerat maiestatem, tam humiliatim ac obedientier secum & coram eāq; tidei conuersantem, cuius exemplaritatem & uirtuositatem ineffabiliter & difficiliter, & accendebarunt indefinenter. Insuper in Actib⁹ apostolorum describitur, quemadmodum missio & infuso paracletorū cōstituti sunt septem diaconi, & paulo ante Matthias pro Iuda, multaq; alia recitantur ibidē gesta, ueruntamē in toto libro illo nihil legiſ p̄dignissima uirgo Maria egisse, dixisse aut ordinasse, aut materna autoritate ullatenus atētasse, uel se in troniſſe de aliquo. O quām immensa, incomparabilis humiliatis summa & gloriae Maria, quantum nostram confundis stultissimam, damnabilissimamq; superbiā, quoniam non obstante quōd sumus omni fragilitate, defectuositate ac culpis repleti, grauitatisq; & pene innumeris periculis circundati, & incerti an simus electi an reprobati, an amore an odio digni, tamen ceteris nostris miserijs ac uitis hanc quoq; adjacimus impietatem, infaniam, peruersitatem, quōd extollimus ac alijs preferimus noī metipos, non metuentes se creta ac inequa iudicia dei, qui superbis resiste, & humilibus dat gratiam. Et ut totius magistrata humiliatis fatetur, Dispersit superbos mente cordis sui. O uere beatissima uirginis glorificandæ humiliatis, tam secunda, tam digna & deo patri ita gratissima, quōd per ditomundo peperit saluatorem, quōd excētatis & imperitis genuit lumen æternum & sapiētiā incretam, quōd hominibus generauit deum ac dominum uniuersorum, uiam errantibus, ueritatem deceptis, uitam mortalibus, imō & mortuisque sua fecūditate angelicam reparauit ruinam, detentos in limbo perduxit ad gloriam. O amabilissima ac delectabilissima uirgo Maria mundissima, quām fortis & insuperabilis, quām perfecta atque immobilis fuit tua humiliatis, quæ nullo p̄z conio, nulla promotione, nulla sui honorifi-

Gene. 18

Marc. 7.
Matt. 9.
Luc. 7.
Iohā. 6.
P̄al. 17.
Matt. 21.
Marc. 11
Luc. 13.
Iohā. 12.

Eccles. 5.

Mat. 11.

Aetu. 6.

Eccles. 9.

Jacob. 4.
1. Petr. 5.
Lucas. 1.

DE LAUDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS MARIAE

305

catione poterat slecti, aut qualicunque uanitate seu elatione aut complacētia uana pulſari. Vide archangelum tibi apparentem, audis illum te excellētissime salutante, te cunctis sc̄emis p̄ferebantem, tibi incomparabiliter grandis promittentem, te unigenitum dei conceptoram annuntiantem. Audis dicentem & tibi sp̄ondentem, quod nunquā crea tur rationalis neque angelica sibi dici & sp̄onderi audiuit, utputa: Spiritus sahactus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod naſetur ex te sanctum, uocabitur filius dei. Quo promisso, aduertis te omnium creaturā reginam ac dominam mox futurā. Nec tamen tantis p̄aconijs, tantis p̄aerogatiis, tantis honorib⁹ mens tua extollitur, nec ulla tangitur uanitate, sed respondet humiliū: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Hinc apte ait Bernardus: Non magnum est humiliē esse in abiectione, sed magna prorsus & rara uirtus est humiliatis honorata. Si me miserum homuncionem, ecclesia simulationibus meis decepta, ad aliquem uel mediocrem prouexit honorem, deo nimirum hoc permittēt, uel propter mea, uel propter subditorum pecata, nonne statim oblitus quis fuerim, talen me reputo, qualis ab hominibus qui cor non uident, sum reputatus: Namē credo, quoniam conscientiam non attendo: & tanto me est mosanciōrem, quo me cerno superiore. At illa quæ mater dei eligebat, humiliatatem non obliuiscerat. Et rursus: O Maria dignissima, tu spiriti elationis ea humiliatis contristi uirtutē quam ita in te respexit dominus, ut eius merito super omnes choros angelorum te dignam ducere et sublimare. Nunquam enim super omnes ordines angelorum sublimata ascendistis, nisi prius infra omnes homines humiliatis descendistis. O uirgo sublimis, ad quantam altitudinem uerti tem tuum extendis. Certe usq; ad thronum maiestatis, quoniam in profundissimum misisti radices humiliatis. Postremo, sicut in triumphante ecclēsia unusquisque angelicorum spirituum est tanto humilior, quanto sublimior: non quōd superior inferiore se reputet uilior em, sed quōd tanto humilius ac reuerentialius se deo subiectat, quo & illius maiestatem & suam propriam cōditionem clarius intuerit. Eō modo beatissima uirgo MARIA, & etiam CHRISTI anima, dicuntur uisse humiliū, & sub omni se homine humiliasse, quām agnouerint se omnium creaturarum electissis atq; dignissimas esse.

Articulus XVIII. De obeđitia, diligentia, ac quōdītiano, imō affiduo incessa biliq; profectu sapientissimæ ac deiformis Maris.

Quæ p̄cepit tibi deus, illa cogita semper. Obedientiam intantum coim̄dat scriptura, ut deus omnipotens supra omnem, naturam, ordinemq; confitens, obedientibus sibi obedire dicatur: quia quo quis diuina uoluntatis im p̄terio, suam uoluntatem integrus p̄mptusq; subiec̄t, eo uolūtati illius ac precibus citius ac copiosius acquiescit altissimus, ita ut per modum obedientis se habere cernatur. Hinc scriptum est in libro Iosue: Dixit Iosue dominus: Sol cōtra Gabaon ne inō Iosue. 10. uariis, stetitq; sol in medio cœli, & non festinavit descendere spatiō unius diei, obidente deo uocihominis. Si quidē Iosue ille fuit deo eminenter ac perfecte obediens, quemadmodum in ipius libro legitur: Non præteriuit Iosue de uniuersis mandatis domini ne unum quidem uerbum. Verūtamen sicut in ceteris uirtutibus, ita in sancta obedientia, electissima ac singularissima uirgo Maria ipsius Iosue incōparabiliter uicit, p̄cepitq; charitatis p̄te cunctis p̄eclarissime adimpleuit, & conformiter reliquas p̄ceptas uirtutū tāples nūfissime, deuotissime, seruentissime atq; humiliatē consummauit, ac se totā creatori tāples gerrime subdidit, q; deus adorandus p̄ nimia cōplacentia sua ad ipsam, descendit in eā, & habitauit in medio uerti uirginei eius, factus homo ex ea, & uere nascēs ex ipsa. Sicq; in propria persona subiec̄t se illi, ut marri dignissime, profusa charitatemq; ita iuxta deside riū felicissimā matris, nō sol, sed solis creator, sol sapientiae atq; iustitiae stetit in medio cœli, militantis ecclēsiae, q; in euangēlio & Apocalypsi ubertim regnū cœlorū uocatur: ac ipsa uolente, descendit cū ea, & fuit subditus ei. Deniq; cū filio dicerit potuit excellētē, Quæ placita sunt deo patti, facio semper. Om̄i etenim actū suo, motu ac passione deū hontauit, promeruit & profec̄tis, sicq; inelyte adimpleuit illud Psalmi: In lege domini uolūtas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Iutē ac merito tibi dī p̄estantissima ac speciōfissima dīa, subiectur ac obedit omnis creatura cœlestis, terrestris, ac intermedia, qm̄ om̄i unū conditor deus tibi ut matris fuit subiectus. Euangēlica quoq; consilia dī sponsa dei chārissima, gratiōe implet̄. Hinc in Reuelationib⁹ sancta Brigitta, seruentissima ac honestissima uirgo Maria ait ad illā: A principio cū audire & intelligere deū esse, semper sollicita

Eccles. 1.
Matt. 25.
Apoc. 1.
Lucas. 1.
Iohā. 8.
P̄al. 6.

Gg. &

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

& timorata fui de salute & obseruantia mea. Cum autem plenius audissem ipsum deum et se creatorem meum & judicem omnium actuum meorum, intime eum dilexi, omniq[ue] ho-
ra timui & cogitau[er]e, ne eum uerbo aut facto offendiderem. Deinde, cum audissem eum de-
disse legem & precepta populo Israeli, atque cu[m] eis tot & tanta mirabilia perpetrasse, pro-
posui firmiter in animo meo, nihil nisi ipsum diligere: & amara mihi erat munera omnia
uehementer. Post h[oc], auditio quod nascitus esset de uirgine, & redemptus genus hu-
manum, tanta circa eum fui charitate affecta, quod nihil nisi deum cogitau[er]e aut uolui. Ego
me elongau[er]e, quantum potui, a praefentia atq[ue] colloquij parentum & amicorum: omnia
quoq[ue] que habere potui, indigentibus dedi, nihil nisi uictum tenuem & uestitum mihi re-
seruans, & nulla mihi nisi deus complacuerunt, cui omniem uoluntatem meam commisi ac
subdidi, & nouis quotidie inflambar estib[us], desiderijsq[ue] amoris. Hinc constat, q[uod] summa
& optima uirgo Maria fuit filiali amore repleta.

Articulus XIX. De ueris spiritualibus, copiosis ac indeficienti-
bus gloriis Mariae diuitiis.

Eph[es].3:1

Iohann.1.

Jacob.1.

Gen[esi]e.2:
Exodus.24

Ioh[ah]el.

Cant.4.

Deus de uobis secundum diuitias gloriae suae. Veræ diuitiae rationalis crea-
ræ sunt, quæ ei inuite auferri non queunt, ut sunt interna charismata spiritus san-
cti, gratia gratum faciens, uirtutes & dona, beatitudines & fructus, virtusq[ue]
actus ac merita. His sacris diuitiis, ut constat ex præinductis, adeo fuit repleta
beatissima uirgo Maria præ omnibus sanctis, ut decuit electissimam matrem dei præ mi-
nistris eius repleri, ditar[er]e, exuberare, ornari ab unigenito filio suo, fonte munificentiae ini-
nitæ ac opulentiae prorsus immensa. Denique, cum ipsa constituta sit desuper mater gra-
tia, mater misericordie, refugium pauperum, regina clementiae, mater ac misericatrix cun-
ctorum fideliuum, decuit eam tanta spiritualium diuitiar[um] plenitudine ad impleri, ut de ple-
nitudine sua uniuersis queat communicare, cunctisq[ue] misericordiis subuenire, solum mundum
illuminare, ac omniu[m] indigentias locupletare. Hinc spiritualiter prorsus diutissima fuit, exu-
berantissima in omni sapientia, charitate, gratia, omniq[ue] abundantia deiformi. Quid namq[ue]
omnipotens sue non daret electissima genitrici? Nam & deus diues perhibetur, non pecu-
nia, sed omnipotencia. Vnde quemadmodum liberalissima fuit benedictissima uirgo Ma-
ria ad dandum, ita & potentissima fuit ad prosequendum & succurrendum. Et sic ut regnum
misericordiae ei commissum est, ita & diuitiae gratiar[um] & redudictissime sunt collate ab eo,
qui dat omnibus affluenter. Praeterea, adeo diues fuit, quod ipsum uniuersarum diuitiarum
fontem, causam, autorem, infinitissimam seipso diuitiis plenum genuit, effudit, exhibuit nobis.
Sic p[ro]p[ter]e fons processit de rivo, & mater uirginea facta est fons fluminis gloriose, qui o[mn]i ter-
ram, id est, totam irrigat ac perfundit ecclesiast. O beatissima & præamabilissima uirgo Ma-
ria, quæ gloriose dicuntur de te. Vere in plenitudine sanctorum detentio tua, quæ uniu-
ersos patriarchas fide uicisti, prophetas lumine, prophetar[um]q[ue] spiritu transcedisti, zelo quo
que diuini honoris ac fraternalis salutis uerasti apostolos, fortitudine martyres, deuotio-
ne confessores, castimonia uirgines, secunditate coniugatos, puritate sanctitatemq[ue] ange-
los. Nempe opulentissimum ac pretiosissimum illud balsamum deitatis, exuberantissima
unda gratiar[um] ac uirtutis, fons bonitatis immensa, tanta liberalitate ac plenitudine tibi in-
fluxit, atque seipsum infudit, ut copiosissime effuat circumquaquam. Plane tu digne uocaris
gratias plena, quæ sola hanc gratiam quam nulla alia meruit, consecuta es, ut totius gratiar[um]
repleteris auctore. Rechte dixit de te deuotissimus puer tuus Bernardus: O diues in omnes
& super omnes Maria, cuius substantia modica pars assumpta, sufficit soluere torius mun-
di peccata, imo & graiarum recuperare charismata, promerer[et]q[ue] nobis gaudia sempiter-
na. O tu fidelis MARIA, quæ salutis antidotum uiris ac mulieribus propinasti, de plenitu-
dine tua accipimus uitueris: & omne quod, dat tibi filius tuus, uenit ad te: & eum qui uenit
ad te, nō ejus foras nec ullum eoy[us] permittis perire, quos dedit tibi excelsus, quos per te
speciali pietate ac munere decreuit saluare.

Articulus XX. Quam amanda ac ueneranda sit nobis uirginea ma-
ter salutis, quam multa ac magna sint nobis per eam
collata beneficia deserper.

Vulneraistic cor meum soror mea sponsa, vulneraistic cor meum. Vnumquodque
tantum habet de amabilitate, quantu[m] de bonitate, cum bonum sit ipius ap-
petitus obiectum. Est quoque res nobis amabilis, non solum quoniam in seipso est
bona, sed etiā quoniam bona est, id est, utilis ac necessaria, delectabilisq[ue]

DE LAUDIBVS GLORIOSÆ VIRGINIS MARIAE

366

beneficia. Insuper, naturale est homini affici ad res pulchras, suaves & pias. Nec aliquid nat-
uralius quam amare confortem naturæ. Ex his pensamus quam amanda & ueneranda,
imo quam amandissima ac uenerandissima sit nobis summa & benedictissima uirgo MA-
RIA. Primo nāque amabilis nobis est, ob similitudinem suam nobiscum in specie, & quia
in naturalibus optimæ fuit dispositionis, utputa egregie complexionis, prorsus pulcher
rima corpore & moribus summe uenusta, ingeniosissima & optimæ inclinationis. Deinde,
quoniam acquisitis uirtutibus atque scientijs fuit excellentissime perornata, prout hoc se-
cundo libello est declaratum. Tertio & præcipue, quoniam in donis gratiæ gratum faci-
ens, hoc est, in omni uirtute insita, in donis spiritus sancti, in octo beatitudinibus, in quo
decimfratribus, ita omni merito & profectu fuit post CHRISTI humanitatem ineffabili-
ter incomparabiliter & perfecta. Quarto, quoniam nunquam peccauit, utputa prorsus in
nocentissima, in illis uirtutibus portissime decorata fuit & est, que faciunt hominem homi
ni magis amabilem, hoc est, omni pietate & misericordia, omni liberalitate ac charitate, omni
innocentia simplicitateq[ue] sancta, & synteritate penitus columbina. His omnibus in termini
no excellentiæ fuit plenissima. Quinto, propter excellentiam eius in donis gratiæ gratis
data, & maxime quoniam ueri dei mater existit, quod est dignitas summa, puræ creatu-
ræ in esse creare subsistenti cōmunicabilis, ob quā etiā ab omni intellectuali rationaliçcre-
atura, honore hyperdulce adoranda est & colenda. Dulia quippe est uirtus, per quam cre-
aturis rationalibus reverentia debita exhibetur. Hyperdulia uero est, per quam excellen-
tissimis creaturis, ut humanitat Christi, glorijsq[ue] uirginis debitum & decentem exhibe-
mus honorem. Sexto, propter inæstimabilem eminentiam eius in omni felicitate & glo-
ria æternali, in omni glorificatione & glorijsissima pulchritudine, supernaturali bonita-
te atq[ue] dulcedine eius, de quibus in sequenti libello tractabitur. Septimo, propter charita-
tem & pietatem, omninoq[ue] benevolentiam & misericordiam eius ad nos, quoniam ipsa pri-
or dilexit nos, & misericordissime ac piissime afficitur circa nos, & nostrum profectum ac
salutem appetit summe. Ideo quod Iohannes apostolus ait, Charissimi, diligamus deum,
quoniam ipse prior dilexit nos, etiam proportionabiliter applicari potest genitrici illius,
dicendo: Charissimi, diligamus Mariam, quoniam ipsa prior dilexit nos, & post deum ma-
xime amat nos. Octavo, propter beneficia quæ per eam sumus foriti, & propter præstan-
tissima ac supnaturalia bona, que ipsa uel deus per ipsam contulit nobis. Nepe per ipsam
& per benedictum fructum uirginis uteri eius, deus creator & iudex noster, factus est fra-
ter, salvator, aduocatusq[ue] noster. Per ipsam & prole[rum] ipsius adorādam, dignissimam, liberati-
sumus à peccatis inferni, à iugo peccati, à potestate in diuina seruitute diaboli, ab ori-
ginali infectione, à multiplici calamitate, atq[ue] altissimo sumus reconciliati, serui & filii dei
effecti, haeredes gratiæ ac gloriæ constituti, Christiformes ac deiformes facti, imo deus no-
ster factus est similis nobis in natura, gratia & gloria, & super omniem angelicam dignita-
tem & gloriam, exaltata est nostra natura; sicq[ue] eterniter sumus recuperati & saluati per
ipsam. Non, quoniam ipsa est constituta mater & aduocata, protetrix, dominia ac regina,
mediatrixq[ue] nostra, fidelissima, potentissima, atq[ue] piissima. Si ergo parētes nostros secundū
carne amamus & ueneremur, quanto magis matre hanc nostram secundum gratiam & glo-
riam, diligere ac honorare debeimus. Decimo, propter beneficia eius quotidiana, assidue
& indefinita, quoniam iugiter orat pro nobis, & nos ad se confugientes, ipsamq[ue] inuocati
es, misericordissime inscribit & exaudiit, nosq[ue] recociliat Christo, gratiæ & profectum no-
bis procurat, nosq[ue] tuef, nec uhquā in toto kelinquit nos, & aduerarios nostre salutis cru-
delissimos ac callidissimos dæmones ipsa reprimit, cōp[ro]pelit, refrenat, dépellebit, conculebat;
Undecimo, quia per ipsam, per eius merita atq[ue] suffragia, per eius directionem & opem spe-
ramus, & quantum in ipsa est, indubitanter adipiscemur felicitatem æternam, atq[ue] in mor-
te protegemur ab ea, & in iudicio inox post mortem assiliet etiā penas quoque purgatorijs, si
illud inciderim, misericordissima mater ac dominia ipsissime nobis diminuet. Ecce quan-
copiosa, ingens ac multiplē nobis est causa ac ratiō ardentissime diligendi, fiducialissime
inuocandi, ac sincerasq[ue] honorandi præstantissimam, suauissimamq[ue] Mariam, in seipso
bonam & pulchram, nobis quoque tam charitatiuam, piam, necessariam, utilem, benefi-
cam, consolatoriam. Certe post deum eam unicē, præcipue ac deuotissime debeimus diligē-
re, uenerari, laudare & colere, atque tristuerā motuia ac incitatione amandi uenerandiq[ue]
eam, in unum colligere pariterq[ue] pensare, quatenus ex eorum consideratione, amabilissi-
mam ac uenerabilissimam illam feruētius, puriusq[ue] amemus, ac perfectius honoremus. Et
i. Ioh[ah]el. 4
Lucas.1.
! Ioh[ah]el. 23

Gg 2 ita

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

Cont. 4

Ita ex corde dicamus ei ueraciter: *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa.* Soror in qua mea, per communionem naturae sponsa singularis ac amissima sponsi cœlestis, quæ nō solum summi & supernobilissimi, super pulcherrimi, superditissimi, sapientissimi ac omnipotens illius sponsi, sponsa esse & uocari es digna, uerum etiam ex inæstimabili tua pietate & gratia, sponsa esse & uocari non despicias omnium te sincere amantium, quamvis adhuc defectuosorum ac pauperum, infirmorum atq[ue] in multis quotidie culpabilium. Accedit datur cor meum tuo sancto amore præ amabilissima mater, o uirgo mundissima, o domina summa, ita ut tuus amore omnem carnalitatem detester, & quicquid tuae sanctitatis est offensuum, abominer iugiter ac devitem. Illuminetur anima mea splendore cœtropolationis tuæ excellentissima dignitatis ac puritatis, ut te semper pure contemplar, ac diligenter uenerer. Repleantur mens mea & os meum inde sinenter tuis sanctis & gloriois præconijs, o omnium decus, ornamentum ac gloria creaturarum, uniuersoru[m] imperatix angelorum spiritum, potentissima uictrix ac refrenatrix cunctorum spirituum malignorum. Diligam te mater ac dominam meam, cuius quanto maior est dignitas & maiestas, tanto abundanter extat dignatio ac uisceris pietas. Idcirco, quamvis totus indignissimus, uialis, foedus & aspernabilis, tamen confidenter accedo te o regina misericordia, ad te suspirio, ad te anima mea leuo, ad te ingemiscit spiritus meus, ad te stellat oculus meus. Te intuendo accendor, te diligendo resoluor, te apprehendendo consolatur, exhilarat & liquefit anima mea. Eſſundam ficut aquam cor meum coram te domina: aperiā tibi & confitebor ante conspectum clementiae tuae miseras meas, culpas & negligētias meas, pericula quibus expositus sum, indigentias quibus inuoluer. O tota mitissima, dulcissima, & misericordissima uirgo Maria, genitrix filij dei, comparentalis eterno patri, templum atq[ue] craterum spiritus sancti, laudabo te & inuocabo assidue. Exultabit cor meum laudante, exaltabo & magnificabo te in sempiternum genitrix uitæ, imperatrix uenia, recuperatrix gratiae, que misericordia tuam nunquam abstulisti a me, nec errantem, auersum, in gratium deseruisti, inq[ue] adolescentulæ adhuc uel potius puerulo, & inter bonum & malum discernere nondum ualeant, præueniente pietate dulcissima, conuolisti nominis tui affectum ac tuus puerus amorem. Hanc precor o[mn]i optima domina misericordia tuam continuare & conservare digneris in me usque in finem. O quam bene ait Bernardus: Altius in tunc amini quanto devotionis affectu Mariam à nobis uoluit honorari, qui totius boni plenitudinem collocauit in ea, ut proinde si quid spei in nobis est, si quid gratiae, si quid salutis, ab ea nouetis redundare. Et rursus: Quicquid in Maria gestum est, totum puritas & simplicitas, totum gratia & ueritas fuit, totum misericordia & iustitia, que de cœlo prospexit. Anselmus quoque recte differit: Os sancta, & inter sanctos post deum singulariter sancta Maria, mater admirabilis uirginitatis, uirgo amabilis fecunditatis, que filium altissimi genuisti, que perdito humano generi salvatorē peperisti, præfulgens tanta sanctitate, supereminēstanta dignitate, quam utiq[ue] certum est, non minorē predicta est potestate ac pietate. Hinc loquitur Augustinus: Maria hominē diuinat in uita & in morte. Quomodo? Audi Christiane. Anima in baptismo Christo uero sposo per fidem def̄p̄tatur, & per spiritum sanctum dotatur, ac hæres dei cum angelis deputatur. Sed dum peccatis inficitur, Christum sponsum mox abiicit, & diabolus se coniungit, atq[ue] adulteria eius efficit, sicq[ue] deo & regno cœlesti iusti priuat. O triste & stultum concubium, Christum sponsum pro uili uolitate ac culpa abiçere, & pessimo hosti se subdere. Sed Maria mater gratiae cū ipsa sit dei genitrix, & peccatorū adiutrix, ostendit filio peccatis & ubera, sicq[ue] ueniam reo efflagitat: uidens hoc filius, ostendit patri latus & uulnera, sicq[ue] ab eo misericordia impetrat. Sic ergo Maria peccatorē in uita iuuat, & per eius opem & gratia, anima peccatoris rufus fit templum spiritus sancti, sponsa Christi, filia regis æterni, hæres regni dei. Deinde, Maria iuuat in morte. Quomodo & quare? Audi Christiane. Maria propter necessitatem peccatorum facta est mater regis celorum. Atque intantum est exaltata, quod à dexteris filij est locata super choros angelorum. Et haec uirgo faceta, uirgo honesta & discreta aduertit ac recognoscit. Et quoniam tam honorem propter peccatores suscepit, eos iuuare & pro ipsis coram deo aduocare non definit. Nec eum pœnitentem in morte reliquit, sed à diabolo protegit, à culpa erigit, à pena eripit, atque in gloriam introducit. Propter omnia beneficia ista tam grata, maria uirgo beata, iuste & pulchre mediatrix, auxiliatrix, recuperatrix, illuminatrix atq[ue] adiutrix est nuncupata.

Articulus

DE LAUDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS MARIAE

307

Articulus XXI. De dulcedine uirginis gloriæ.

Prae deus, essentialiter, incomparabiliter & interminabiliter dulcis, à quo uniuersa dulcedo creata manauit, infiniteq[ue] distat ac deficit, immensitatē suæ dulcedinis electissimæ suę matrē copiosissime communicauit, impressit, atque tam dulcem eā in seipso ac omnibus nobis effecit, ut nec sine sensibili quadam suauitate ualeamus ipsam recolere: nec ipsa portam pīæ memorie potest intrare, quin insitæ fibi exuberantissimæ suauitatis odorem respèrgat. O dulcis, delectabilis & amena, o redolentissima, preuans lissima, merito dulcis uocaris, quæ in teipso tam suavis & gaudiosa confitit, omnīq[ue] menti bene disposita tam dulciter ac consolatore sapit, quæ desolatos laetificas, miseris foues, animis ungis, imo uniuersam triumphantem ac militantem ecclesiam dulcedine tua mira ac magna magnifice ac clementer reficias, exhilaras & perfundis. Dulcis domin⁹, dulcis domin⁹: quoniam ille dominus meus, misericordia mea: hæc domina mea, misericordiæ porta, Ille nihil gratiæ & uirtutis, nihil spiritualis latitiae & consolationis internæ habere nos uoluit, nec dare decrevit nisi per manus Marie, in qua nihil unquam fuit distortum, nil indignabundum, nihil reprehensibili amaritudini mixtum. Tu suauissima uirgo mater es floris misericordiæ, mater solis iustitiae, mater fontis sapientie, mater regis glorii, genitrix dulcedinis summae, suauitatisq[ue] uniuersæ. Hinc omni pietate, & quietate, sapientia, felicitate, suauitate & gloria usque ad summum & quantum capere potuisti, es repleta, ac prorsus plenissima: ad quam deuotus puer tuus Bernardus synceriter est locutus: Orthus deliciarum nobis est tu sacratissimus uterus o Maria, quia ex eo multiplices gaudi flores colligimus, quoties mente recolimus, quam magna multitudo dulcedinis uniuerso orbi inde profluxit. O fons uoluptris deifice, utere uirgine, ex quo natus est fructus ille ac filius, qui ex mente dei patris est æternaliter genitus. Quid nisi delicias dixerim, decus uirginis, cum munere fecunditatis, inq[ue] cum fructu prolixiæ, humilitatis insigni di Cantic. 4, stillans charitatis favum, uisceris misericordiæ, plenitudinem gratiae, prærogatiuam gloriæ singularis? Ideo quicunque incerto deprimeris, desolatione affligeris, aduersitatibus prægrauari, hanc p[ro]fissimam prorsusq[ue] suauissimam accede, implora, contemplare MARIAM, & cito senties eius opem: perseuera inuocare eius misericordiæ, & celeriter experiens consolacionem mentalem.

Articulus XXII. De supernaturali ac plena pulchritudine Mariæ dignissime.

Concupiscet rex decorem tuum. Pulchrum ad sui amorem inclinat & allicit in tuuentum. Et sicut bonum ac appetibile dicitur per comparationem ad appetitum potentiam, sic uerum ac pulchrum per respectum ad potentiam intellectuam. Pulchritudo quoque consequitur formam rei: & sicut forma est ornamentum materiæ, sic gratia est ornamentum naturæ, decor q[uod] animæ. Porro de naturali & corporali pulchritudine uirginis benedictæ, dictum est primo libello. De excellentia quoque pulchritudinis, quæ fuit in intellectu eiusdem ex plenitudine sapientie, scientie atq[ue] prudentie multiplicis, ceterorūq[ue] habituum & actuum, quibus intellectuua uis prestata tissimum uirginis ineffabiliter extitit decorata, & ab omni errore ac ignorantia aliena, patet ex introductis in libello secundo do. Nunc quoq[ue] ex habitis in libello hoc tertio, potest utq[ue] patere de pulchritudine potentiae affectuæ seu uoluntatis diuinæ, ac præclarissime matris. In omni nang[ue] uirtute, præsertim in charitate hanc potentiam pulchritudinante, perficiens, dignificante, fuit amantissima dei perfecte plena ac plene perfecta, quantu[m] puræ creaturae conferri quivit aut decuit. Hinc uerissime tota pulchra laudatur, in qua nunquam uila extitit macula culpa, sed splendensissimus nitor gratiae, uniuersa splendor uirtutum, claritasq[ue] dono, in summo, ardentissimus feruor diuini amoris, copiosissimus zelus diuini honoris ac fraternalis salutis, exuberantia meritorum ac omnium interiorum ornatum, in qua singula uires modis fibi congruentibus erant, prefatis charismatibus gratia, in termino excellentiae cœliformiter ac Christiformiter perornatae. Quid miri, si tam speciosissimæ puella, tam honestissimæ uirginis, tam perfectæ adolescentulæ speciem concipiuit. Psal. 44 rex summus, princeps coelorum, gloriæ dominus, nec cessavit quousq[ue] fieret filius eius, & habitaret in medio eius, ac deinceps cōuersaretur cū ea in terra, atq[ue] se inuicem purissime amplecterentur, deoscularentur & contrectarentur. Certe non aliud filium q[uod] dei habere decuit uirginem, præsertim uirginem talem: nec aliam, matrem quam uirginem tam præclarar

Gg 3 ha

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI

habere decebat deum. Te ò sacratissima uirgo Maria sibi ipsi tam amabilé, tam desiderabilé, tam summe & singulariter, tam plene atq; totaliter complacentē fecit alíssimus deus pater, qui te uoluit habere cōparentalem: deus filius, qui te elegit in matrē: deus spūssanus, qui te sibi preparauit in formosissimū ac toto orbe famosissimū templum, atq; in eius præstantissimā genitricem, à quo ipse uere procedit per emanationē admira eternā. Tu am ò felicissima domina ac regina celestis, tuam specie & decorem nō solū sol & luna, sed uniuersi electi ac ciues superni mirantur, admirandoq; intuentur, ac in tuēdo inflammatur, sicq; in te & de te uehementer, imò ineffabiliter delestantur. Tu amantissima domina in utero tuæ matris sanctificata, egressa es pulchra, mox q; ut rationis cōpos es facta, in tantum quotidie in pulchritudine illa interna profecisti, tantu m̄ p̄tus in duxisti decorē, tantam sanctitatem atque perfectionem, quod omnium supernorum ciuium in te prouocasti aspectum, & denū iphius regis ac creatoris uniuersi fore ad te animum inclinasti, ac de um deorum de summo cœlo in terram, de sinu patris in medium tui castissimi ventris transiisti. O uirgo prorsus mundissima, in cuius gremiū omnipotens ille thinoceros caput suum ac uertice reclinavit, scīq; à te o potentissima capi permisit. Ecce quomodo pulchritudo tua interna eum attraxit. Postremo, quemadmodū corporalis pulchritudo ex eleganti statura & proportionata membris, cohabitidine, atq; uiuendo quodam superfuso resulat colore, sic pulchritudo prætracta interior, ex complemento perfectionis tanquā ex spiritali eleganti statura, & ex uirtuoforum habituum actuūm peiorum apta connexione & contemplatione, & item ex discreta directione, se recta intentione resulfare uidetur, id eo sicut hæc omnia in comparabiliter extiterunt & præfulserunt in uirgine benedicta, sic & pulchritudo eius interna, in cōparabiliter fuit grandis, iucunda, oblectans & attractiva.

Articulus XXIII. De perpetua uirginitate Mariæ sanctissimæ, & de immunitate eius ab omni peccato.

Psal. 49
Num. 22.

Epist. 6

In corruptio facit eē proximum deo. Aeternum & inuariabile uerbum unigenitum summi patris, decuit de in te gerrima uirgine nasci. Et sicut habuit patrem sine matre in cœlo, sic congeruentissimum fuit eum habere matrem sine patre in terris. Nec decuit unigenitū dei duos habere p̄fes immediatos. Rursum, quemadmodū purissima è generatio eius greca, sic & purissimā quantū possibile erat, oportuit esse eius generationē temporalem ac maternalem. Filium quoq; dei tam excellentem ac patri æterno & qualem, specialis imò & singularissima ex uirgine puranatiuitas condecebatur. Nec condecens erat matrem tanti filii postmodum generationi vacare carnali. Ideo sicut per omnipotentiam deitatis Christus surrexit de clauso sepulchro, ita eadem uirtute processit ex clauso uirginis utero, tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Nec cōparentalem deo patri & singularē ac unicā sp̄onsum iphius sicut unquā, presertim post uerbi in se incarnationē, uiro misceri. Conformiter, nullatenus decuit matrē dei illa unquā culpa fuscari, & ea per quam ceteri sunt saluati, & per quā corrupti ac perditū & peccato obnoxii, sunt reintegri, recuperati, purgati, decuit ulli unquā corruptioni, perditioni ac culpe quantūlibet mortis dicere subiacere, nec deo in aliquo dispicere, sed potius (sicut præ habitum est) tanq; puritate pollere, ut sub deo maior non possit intelligi. Hinc imp̄issimi, miserrimi ac odibilissimi hæretici, Hebion, Cherintus, Heluidius, his contradicentes, eternaliter sunt confusi, damnati & reprobati. Absit absit, ut in amantissima ac spiritualissima & diuinissima dei sponsa ac matre dicatur unquam carnalis libido fuisse, aut sensualitatis motio ulla, imò hoc ipsum in sui filiū dedecus redundasset. Præterea, si his obhiciatur quod Augustinus dicit: eam in passione sui filiū dubitasse, nempe in Quæstionibus noui & ueteris testamenti, expōens illud Lucæ secundo, Tuam iphius animam pertransibit gladius, ait per gladium illū, dubitationem MARIÆ intelligi, qua in morte CHRISTI quodam dubitauit stupore. Cui uidetur confonare, quod dicit Basilius: Beatissima uirgo afflens cruci, & aspiciens singula post Gabrieles annuntiationem, post ineffabilem diuinam conceptionis notitiam, post ingentem miraculorum ostensionem, animo fluctuabat: ex una scilicet parte uidens eum pati abiecta, & ex alia parte considerans eius mirificare respondendum, quod sapientissima & constantissima uirgo, quæ & filiū sui passionem passionis que modum, clare ac distinctionem præ cognovit magis quam David, Isaías, Daniel, aut aliquis propheta, in passione iphius nullatenus dubitauit, imò fidelissima mansit. Ideo uerba Augustini & Basili exponuntur non de dubitatione infidelitatis, sed admirationis, naturali-

DE LAVDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS MARIAE. 503

pietatis, qua q; de ueritate aliquā omnīto certissimus miratur, & per modum dubitantis stupor seu discutit qualiter res possit se ita habere, dū uidet rei accidere, quæ uidentur ei maxime disconuenire, quæ admodum innocentissimo atq; altissimo filio dei tam acerbissima & ignominiosissima passio minime competebat, & maxime disconueniebat per respectum ad eius dignitatem, innocentiam, uirtutes ac merita.

Articulus XXIII. De uehementissima affectuosisimae Mariæ compassione in filiū sui passione.

Ioan. 15.

Nonne dominus fecit sanctos suos enarrare uirtutia sua, quē confirmauit omni potens dominus stabilis in gloria sua? In Aurea legenda sanctorum ad probandum, in expiratione & assumptione excellentissime uirginis conuenisse apostolos, allegatur diuinus Dionysius 4. capitulo de diuinis nominibus loquens ad Timotheū: Nos ut nosti & multi ex fratribus nostris ad uisionem corporis, quod deum suscepit & principis uitæ cōuenimus. Praefato autem erat Iacobus frater domini, & Petrus eximia & maxima theologia summitas. Deinde placuit ut post uisionem uniuersi summi sacerdotes hymnizarent, prout unusquisq^m esset idoneus, immense uirtutē bonitatē uiuifi cejsum firmatus. Hanc autoritatē Albertus quoq^m allegat ad persuadendū Mariam dignissimā in corpore & aīa esse assumptā, hac utens translatione, qm & apud ipsos deo acceptos nostros hierarchs, qm nos, ut nosti, & ipsoz multi nostroz sanctoz fratrū cōuenimus ad uisionē vel diuisionē corporis uitæ principis, & quod deū suscepit. Aderat aut & frater dñi Iacobus & Petrus summa & prouectissima theologia summitas. Super quā uerba, ut ad dit Albertus, glossa uult maxime, qm in dormitione dñae noſtre fuerūt prædicti apostoli, & beatus Dionysius & magister suus Hierotheus. Et post assumptionē corporis fecerit collationē, & Hierotheus fuit rapt⁹. Sicq^m uidet approbare hic Dionysii textus cū glossis suis, qd legit de assumptione gloriose uirginis corporalithāc Albertus. Insup, tertia habet trālatio, qm & ipfis deo acceptabilibus, nostris summis sacerdotibus, quō & nos, ut aestimat, & tu & multi sanctoz fratrū nostroz in uisionem uitā inchoantis, & deū recipiēt corporis conuenimus: Aderat aut & dei frater Iacobus & Petrus uertex & honorabilissima theologia summitas. Deinde post uisionē placuit laudare summos sacerdotes, prout unusq^m erat idoneus, multū potenter diuinitate infirmitatis uirtutē. Hāc theologissimi Dionysii yōba obscura sunt, & fateor qd ad prædictū sensum ualeant applicari. Nihilominus ab alijs alter exponuntur, qui per corpus uitæ principis intelligent corpus Christi, quod uitam gratia inchoauit, & deum suscepit, quoniam templum extitit deitatis, qua personali unioni assumptionis est in persona uerbi aeterni. Hinc Abbas Vercellensis, qui in libris diuini Dionysii studiosissimum se per uiginti annos fuisse testatur, transtulitq^m eosdem non ut alij trālatores, in stylo difficulti, sed ad stylum facilimūtū interpretatus est locum istum: Perfectiōnem Hierothei Dionysius sanctus insinuat ex trāscendentia atq^m extatica laude diuinæ bonitatis humanæ infirmitatem assumptionis in ciuitate Ierusalem iuxta sepulchrum domini, in praesentiā sanctorum apostolorum Petri, Iacobi & Iohannis, Dionysii, Timothei & aliōz spiritualium uiroz conuenientiū ad tractandū de mysterio incarnationis dominicæ, cui etiā disputationi beatus Paulus interfuisse ostenditur. Hāc Vercellensis. Hāc magni atq^m seraphici Dionysii uerba, tam diligenter multipliciter p^r induxi, ut eorū clarissimū innotescat sententia: nempe si constaret diuinissimum uirum Dionysium omnifide dignissimum prædictis se dormitione & assumptioni excellentissimam Mariæ interfuisse cum sanctis apostolis aliisq^m discipulis, uix quisquā catholicorum, ut reor, aliter qd Dionysius scriptis, sentiret. Præterea, fateor me non scire certo, quem & duobus sensibus magis Dionysius sanctus intenderit. Deniq^m tactum est supra primolibro, quemadmodū magnus ille Dionysius

Apoc. 18.

Ecc. 4. 2.

Gala. 4.

Hh 3 us lega

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI

us legatur à Grecia uenisse Ierusalem ad uidendum corporali intuitu beatissimam uirginem adhuc in carne uiuentem: quod Vbertinus libro quarto de vita saluatoris testatur, ac plenus recitat, dicens: Dum Dionysius ad uidendum Marianam uirginem sanctissimam introductus fuisset, uidit tantum splendorem & multititudinem angelorum innumerabilem circa eam, ipsamque uirginem tanta luce fulgere, ut referatur dixisse, quod eam adorasset prae magnitudine glorie, in qua eam uidebat, nisi euangelica fide de alia deitate fuisset certificatus. Hæc cui deuotus & doctor facultatis theologicæ Vbertinus. Ex his nō fallor, suspicari quis posset, qd in preallegatis uerbis ipse magnus theologus Dionysius de hoc suo aduentu in Ierusalem sit locutus: & qd factum sit hoc tempore illo de quo scribit apostolus Paulus: Deinde post annos quatuordecim ueni Ierosolymam uidere Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim: cum autem apostolorum uidi neminem, nisi Iacobum & Iohannem. Potuit equidē esse qd uas electionis tunc secū adduxit prae clarissimos suos discipulos, Dionysium, Thymotheum, forsan & Hierotheum: cupientes excellentissimam illam in carne conspicere, quā crediderunt uerum deum conceperis ac peperisti. Quid autem his obiecti posset, sequentur loqueretur articulo. Sed quicquid de re ista dicatur, firmiter & indubitate summe teneo, qd diuina, deiformis & deificata Maria superdignissima uirgo, in corpore & anima sit assumpta, atq; plenissime glorificata.

Articulus VI. Quādiu mundissima uirgo Maria post Christi ascensionē uixerit in hoc mundo.

Sapiens

Omnia in mensura, & numero, & pondere constitueristi. De protractione temporis numeroq; annorum, quo uirgo mitissima Maria dulcissima post sui filii ascensionē uixit in carne mortali, non habetur certitudo plenaria, ed quod fideles & uirtus oœiæ utriusq; sexus personæ, de hoc diuersimode legendi sensisse atq; scriptissime. Nō pote in revelationibus Elisabeth fertur uirgo benedicta dixisse, qd post ascensionem filii tui uixerit in hoc mundo uno anno & tot diebus, quot sunt à die ascensionis usq; ad festum assumptionis: & qd beatissima uirgo, quadragesto die post suam expirationem resurexit, & glorificata atq; assumpta sit corpore. Alij opinantur, quād modum & in Passionali factio rum habet, qd duodecim annis post Christi uixit ascensionem. Porro, Epiphanius protestatur, qd post ascensionem saluatoris uixit uigintiquatuor annis: atq; qd quinto decimo anno uita sue genuit dhm: sicq; in toto uixerit septuaginta duobus annis in isto exilio. At vero sancta Brigitta in Revelationibus suis affirmat, qd mater Christi uixerit post Christi ascensionem quindecim annis in seculo isto. Vnde elicitur, quod si quinto decimo aut sextodecimo anno uitæ sua peperit redemptorem, qui trinitatem tribus annis & tanto plus, sicut à nativitate eius est usq; ad diem paraseuen, quo exiit crucifixus, uixit in mundo hoc: & ipsa post filii sui ascensionem quindecim uixit annis, quod in toto uixit in terris, sexaginta duobus annis aut circiter, quod uerius aestimatur. Porro, quod recitatio illa Elisabeth nō est, uidetur ex multis quæ precedentib; articulo partim sunt tacta. Etenim ante conuersationem beati Dionysii à Paulo apostolo, multi fluxerunt anni à Christi ascensione, ut ex epistolis Pauli apostolorumq; Actibus colligi potest. Insuper, introductum est primo libro, quem admodum sanctus martyr ac p̄f̄l Ignatius interdum ad beatissimam scriptit: Mariam ipse autem Ignatius à Iohanne apostolo fuit conuersus pluribus annis, ut creditur, post ascensionem domini saluatoris. Quod autem beatus Ignatius interdum, ino & frequenter gloriosissimæ scriptit Mariæ, sanctus testatur Bernardus Sermone septimo super psalmum, Qui habitat, loquens: Magnus uero Ignatius, discipuli quem diligerat Iesu auditor, martyr noster, cuius reliquias nostra est dicta paupertas, Mariam sanctissimam in plurib; quas ad eam scriptit epistolis, Christiferam confalat. Egregius plane titulus & commendatio honoris immensi: nempe cui seruire regnare est hunc gestare, non onerari est, sed ornari. Itaq; credibilis aestimatur, quod gloriosissima uirgo quindecim circiter superuixerit annis post ascensionem altissimi redemptoris, quia & tot aut circiter annis feretur apostoliante suā diuisionem in Iudea & eius circuitu prædicasse. Postremo, ex prætractis elicit, quod circa revelationes personarum fidelium, præfertim simplicium atq; foemineum sexus grandis adhibenda sit cautio, ne contingat deceptio & falsitas misceatur. Nō enim concordari posse uidentur in hac re prætractæ revelationes Elisabeth ac Brigittæ. Cumq; revelationi diuinæ falsum subesse non queat, altera talium saluari non ualeat.

Articulus

Gala. 1.

Actu. 9

Sapiens

Epiphanius.

Bernardus.
Psal. 90
Iohan. 9

DE LAUDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS MARIAE

314

Articulus VII. Ex Reuelationibus sanctæ Brigittæ, de modo & tempore assumptionis præstantissimæ uirginis.

Ego in altissimis habitui, & thronus meus in columna nubis. Sexto libro Reuelationis sanctæ Brigittæ recitat in signissima uirgo Maria dixisse ad Brigittam. Patiebar ex uehementi desiderio peruenienti ad filium meum, postquam ascendi in cælum, quoniam longa uox quam habebam in mundo post ascensionem ipsius, meū auxit dolorem. Eodem libro fertur MARIA dignissima Brigittæ reuelasse: Ego post ascensionem filii mei longo tempore uixi in mundo, & hoc uoluit deus, ut uisa patientia mea & moribus meis, plures animæ converterentur ad deum, apostoli quoq; alij qd electi roborarentur. Et etiam naturalis dispositio corporis mei hoc exigebat, ut diutius uiuere, ut mea augeretur corona. Porro, quod assumptione mea non multis cognitafuit, nec à pluribus prædicata, hoc uoluit deus filius meus, ut prius insfigeretur cordibus hominum credulitas suæ ascensionis, quoniam corda humana tarda erant & dura ad credendum ascensionem ipsius, quanto magis si prædicata fuisset et statim in initio fidei assumptionis mea. Insuper, benignissima uirgo MARIA libro eodem loquitur Brigittæ: Dum quadam die multum anxiarer desiderio pertinendi ad filium meum, uidi angelum fulgentem mihi dicentem: Deus & dominus noster filius tuus, misit me tibi annuntiare, quod te pusiam fit, quo corporaliter ad eum peruenies: Venienti amici filii tui, qui corpus tuum sepelient. Quod dicto, disparuit angelus. Et ego me præparauit ad exitum, circuiens omnia loca, in quibus filius meus fuerat passus. Cumq; quadam die animus meus fuisset in admiratione diuinæ charitatis suspenitus, anima mea in ipsa contemplatione charitatis illius, tanta fuit exultatione repleta, qd seipsum uix capere poterat, atque in ipsa consideratione à corpore fuit soluta. Verum quæ & quām magna uideatur tunc anima mea, & quali honore honorauerit eam pater & filius & spiritus sanctus, atque à quali & quanta angelorum multitudine fuit exaltata, nec capere posses, nec tibi in hac uita dicere uolo. Porro, qui mecum tunc erat in domo dum tradidit spiritum, bene nouerunt ex insolito lumine, qualia diuina mecum tunc agebantur. Post hanc, amici filii mei diuinitus missi, sepelierunt corpus meum in Iosa phatulle, cum quibus fuerunt angeli infiniti ut atomi solis. Maligni autem spiritus non audebant appropinquare. Quindecim uero diebus iacuit corpus meum sepultum in terra. Deinde, cum multitudine angelorum fuit assumptum in cælum, & hoc tempus nequaquam maximo mysterio caruit, quia in septima hora erit resurrectio corporum, & in octava compleetur beatitudo animalium ac corporum. Postremo, septimo stuarum Reuelationum libro afferit Brigitta sancta: Quum essem in valle Iosaphat, orans ad beatissimam uirginis MARIAE sepulchrum, apparuit mihi cum splendore nimio, dicens: Attende filia: Ego postquam filius meus ascendit in cælum, uixi in mundo per quindecim annos: & tanto diutius, quantum est à festo ascensionis filii mei usque ad diem obitus mei, & tunc mortua iacui in isto sepulchro per quindecim dies. Deinde fui cum corpore assumpta in cælum, cum infinito gaudio & honore. Scias quoq; qd nullū corpus humanū in cælo est, nisi benedictus corpus filii mei & corpus meū. Hæc loco præallegato. At uero circa ultimum uerbū hic dicitur, qd scilicet nullū corpus humanū est in cælo empyreio, præter corpus Christi ac uirginis benedictæ, pensandū, qd sicut Hieronymus tangit in sermone, multi antiqui doctores ante ipsum dixerūt, eos qd resurrexerunt cū Chfo, postea nō obisse, sed glorificatos esse in corpore & aīa cū dño saluatorib; qd aliter ueri testes non essent siue resurrectionis in corpore ultra nō morituro: qd etiā Albert⁹ Magnus atq; Vlricus, ac alij quidē defendunt. Et sicut sanctus refert Hieronymus, hoc ipsum quidā de David rege, propheta, ac patriarcha dixerūt, eo qd ap̄ls Petrus aīd de ipso, Sepulchrū eius apud nos est, & nō dixit: Corpus eius aut ossa apud nos sunt. Idē de felici Iohāne euāgelista qd dixit, qd in sepulchro eius nō nisi māna fuit inuentu. Hieronymus etiā sup̄ Isaīā differuit, qd Iacob patriarcha & Ioseph, ac ceteri filii Iacob idcirco uoluerūt in terra ita sepeliti, secundū nōnullos, qd nouerūt in terra illa dei filii moritū ac resurrectus, qd tenus simul cū illo ibidē resurgerēt: sed ut ait Hieronymus, istud totū securius cōmittit deo. Postremo, VI. libro p̄tactio misericor dissima uirgo Maria narrat locuta ad Brigittā: Hieronymus non dubitauit de assumptione mea in cælum cum corpore. Sed qm̄ deus usq; ad tēp̄s Hieronymi non reuelauit aper te huius rei ueritatem, ideo maluit p̄f̄c credere, qd non ostensa à deo, diffinire.

Articulus VIII. Introductio testimonij Iohannis Damasceni de assumptione plenaria Mariæ p̄f̄missimæ.

Hh 4 Hg

Actu. 9

Gen. 49, 50.

Septen. v.

Hec est speciosior sole, & super omnem dispositionem stellarum, luci comparata inuenitur prior. Iohannes Damascenus uirgo & doctor eximius, praeclarus philo sophus ac profundus theologus, cui abscissum manu legitur potentissima uirgo Maria refutasse, qui & eidem excellentissime virginis Mariæ fuit multum deuotus, de eius gloriissima ac integrali loquès assumptione: Hodie, inquit, sacratissima uirgo Maria cœlesti templo inuehitur: hodie sacra & animata arca, qua si intra se tulit artificem, in templo non manufacto reponitur: hodie sacratissima columba, simplex & innocens, euolans ex arca, id est, ex corpore suo quod deum suscepit, pedibus suis requiem adiuvenit: hodie immaculissima uirgo, terrenarum nescia passionum, in cœlestibus intellectibus erudita, non in terram abiit, sed uere cœlum animatum uocata, in cœlestibus tabernaculis habitat: quamvis enim naturaliter beatissima atque facerrima anima tua a glorioso corpore tuo separaretur, & sepulturae corpus tuum traderetur, ueruntamen corpus tuum dignissimum non manet in morte, nec dissoluitur corruptione. Cuius enim parentis uirginitas inuolata permanit, huius & migratis corporis irrefolutum per omnia perfuerat, & ad meliorem sanctiorem uitam traducitur, non morte solutum, sed in eterna secula per mansurum. Quemadmodum enim sol iste lucifluus sub lunari corpore latens ad breue, quodammodo uideatur deficere, quamvis suo lumine non priuetur: sic tu fons uerii indeficientisq; luminis, & in consumptus thesaurus, quamvis breui temporis interuallo sis morti addicta, tamen copiose nobis infundis perpetui luminis claritatem. Hinc sacra obdormitio tua, non tam mors q; transmigratio & aduentus est appellanda. Discedens namq; a corpore, aduenis cœlo, tibi obuiant angeli atq; archangeli, ascensum tuum horret spiritus im mundi. Non iusti beatissima uirgo in cœlum, sicut Helias, neq; ut Paulus in cœlum tertium ascendisti, sed usq; ad regalem tui thronū filii attigisti. Mors aliorū sanctoꝝ benedicitur, eo q; ipsos beatos exhibet. In te autem hoc ita locū non habet. Mors enim tua non est beatitudo tua, nec transmigrationis tua est pfectio tuam nec recessus largitus tibi beatitudo dñis securitatem. Omnia nanc; bonoꝝ, quam humana mente mentem excedunt, tu principiū, tu medium & finis. Tu asecuras & tua perfectio, est Christi conceptio & diuina inhabitatione. Vnde uere dixisti, non à morte, sed ab ipsa conceptione ab omnibus generationibus te beatificari. Sine te mors non tā beatificauit, sed tu potius mortem clarificasti, soluēs eius incertitudinem, & mortem conuertens in gaudium. Quomodo corruptio aliquid in tuū corpus auderet, quod ipsam uitam portauit? Porro apostoli qui ubiq; terrarū dispersi, hominū pīscationi uacabant, diuina iussio quasi sagena que dam seu nubes Ierusalem contulit, uelocius aquilis colligens eos. Tunc primi parentes Adam & Eva exclamauerūt: Veni ad nos o sacrum & salutifer Christi cellarium, que nostrū implesti desiderium. Econtra, sancti aderant adhuc in carne mortali uiuentes, dicebant: Mane nobiscū consolatio nostra. Non reliquias nos orphanos, quam habemus laborū solatiū, refrigeriumq; fudoꝝ. Tibi uiuenti conuiuere, tibi morienti commori, gloriōsum. Nobis enim h̄c uita quomodo erit uita, destitutis tua præsentia? Hæc & similia (ut arbitror) apostoli cū reliqua plenitudine ecclie siæ crebris singulibus querelas interrumpentibus proponebant. At illa conuersa ad filium, ait: Tu dilectis filiis, quoſ fratres appellare complacuit, de meo recessu dolentibus, si as consolator, & p impositionē manuum mearū appone benedictionem super benedictio nem eorū. Deinde extensis manum, fidelium collegiū benedit, & addidit: In manu tu as commendo sp̄itum meum. Suscipe animam meam tibi dilectam, quam in culpatā seruasti. Tibi & non terræ corpus meum commedo. Custodi illud integrū, quod inhabitare tibi complacuit. Transfer me ad te, ut ubi tu es meorum uiscerum partus, sim & ego tibi cohabitās. Ibi tunc talia sunt auditia. Surge dilecta mea, pulchra in mulieribus. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Quæ beatissima uirgo audiens, commendat in manus filii sp̄itum suum, & migrat cum ipso in cœlum, regnatura in sempiternū. Perfusi q; lachrymus sancti apostoli, infiugunt oscula tabernaculo domini, benedictione & sanctitate ex contactu sacratissimi corporis adimpleti. Hæc Damascenus.

Articulus IX. Qualiter sup̄ gloriissima trinitas uenienti ad cœlos electissimam uirginis obuiavit, & q; incomparabiliter gloriose eā suscepit & glorificauit.

Vna est columba mea, immaculata mea, perfecta mea. Pius & iustus deus, unū quenq; ex hoc seculo sanctum ad se uenientem, tanto amorofius suscipit, tanto iucundius amplexatur, tanto suauius deosculatur, tanto sublimius felicitat, tanto clarius se ei ostendit, & tanto uicinus sibi eum coniungit, quanto ardenti

us atq; syncerius ipse ab illo fuit in hoc mundo dilectus & concupitus, quātoꝝ purius ac perfectius ab illo extitit honoratus: & quanto rationalis creatura in vita presenti seipsum totalius, p̄ceptiū ac reuerētialis exhibet, offert & mancipat creatori, & eius amori ac cuius tui, tanto in patria illa cœlesti creator omnipotens semetipsum liberaliter ac gloriōsus repentinat ac tribuit se illi in præmiū, in sortem & possessionē aeternam. Si itaq; iuxta præhabita recte pensemus ac rite intueamur, quam summe & incomparabiliter, q; pure atq; totaliter, quam perfecte & inæstimabiliter, reuerenter, benignissima & incomparabilis uirgo Maria in creatoris ac salvatoris sui arserit charitate, fulserit cultu, excesserit seruitute, & in ei contemplatione, ad hæsiōne, honoratione indeſinenter quieverit, occupata intentaque fuerit, poterimus utcunq; pro posse intelligere, quam incomparabiliter gloriose, reuerenter, iucundis sit a superbenedicta trinitate sucepta, amplexata, deosculata, ac lumine gloriō ad impleta, beatifica uisio remunerata, sua uisissima deitatis fructuosa ac superimpleta, & in totius sup̄essentialis supersancta cœlestis trinitatis consortium eleuata, atque ineffabiliter excellenter assumpta ad gustandum plenarie, ad uidendum clarissime, quam infinite dulcis ac speciosus sit deus, & quæ, qualis ac quanta sit beatitudo & gloria superaltissime trinitatis, qualiter tres superfelicissime & superpræstantissime personæ se inuicem externaliter, superclarissime intueantur, supereruentissime diligent, superdulcissime perfruuntur: qualiter filius a manatione ad intra & generatione aeterna producatur a patre, & spiritus sanctus a eternaliꝝ ac super delicioſissime profuit ab utroq;: quanta sit huius superuenerandissimæ trinitatis complacentia mutua, q; super infinita laetitia, quam immensa sit abyssus sapientia eius, quanta profunditas iudiciorū ipsius, quanta incomprehensibilitas maiestatis ipsius, q; prorsus immensa excellētia eius. Ecce in omnibus his p̄electissima uirgo Maria p̄ omni mente creatiū esse creato subsistēt, ram incomparabiliter summe, perfecte & proxime est deitatis luci immerſa, trinitatis abysso abforpita, totiusq; secreti secretoria facta, totius gloriō confors effecta, quantū sine hypostatica unione & sub personali coniunctione dari potuit aut decuit creatura. Et sicut uere ac prorsus felicissima uirgo fuit in uita hac p̄ cunctis adorandæ trinitati familiarissima, utputa deo patri comparentis, eiusq; singularis & unica sponsa, atque unigeniti dei genitrix uera, ac spiritus sanctorum, thalamus, tronus, triclinium, ita in regno cœlesti est supersublimi trinitatis familiarissime ac secretissime iuncta, eiusq; perspicacissima, profundissima ac deliciosis macontemplatrix effecta. Denig, sicut præ cunctis fuit in ualle hac lachrymarum ḡra plena, meritisq; abundans, & Christo compassa, & ei in propria persona corporaliter ac spiritaliter seruens, ita in paradiſo cœlesti est incomparabiliter gloria plena, p̄mis copiosa, Christo cōglorificata, ac pxime iuncta. Itaq; sp̄sue singulari, charissime, fidelissime, pulcherrimæ, sanctissimæ, cōparentali, de huius uite miserijs ad cœlestē thalamū ascēdenti deo pater iucundissime ac gloriosissime obuiavit, amplexū & osculū inestimabilis dignationis, sua unitatis & pacis ſibens & imprimēs ei unigenitus p̄ dei filiū matrē ſuā dignissimā cōſimili obuiatione, deosculacione, amplexu honoravit, ſuiccepit, astrinxit, ſic & ſp̄ſanctus uas fuit dilectissimū atq; mundissimū pari obuiatione cōpletēt, tā summe & singularit̄ adimplevit illud oī felicitate, donis ac dotibꝝ glorie, q; eminēter illud ante impleuerat oī dono ḡre ac uirtutū. Ideo recte disseruit Augustinus: Te o Maria ipse rex regū, ut matrē uerā & de corā ſponsam p̄ omnibus diligens, amoris amplexu ſibi consociat. Itēq; Nec migra Maria, ut dignetur tibi congaudere deus regnans in cœlis, quē parvulum ex te hominem natum, tores eos osculata in terris. Hinc & Bernardus optime contestat: Profundissime ultra credi ualeat, diuinæ sapientiæ Maria penetrauit abyssum, ut quātum sine personali unionē cōditio patit creature, luci illi inaccessibili uideat immerſa. De hac materia logi Vberti mus: Nō ſolū Iesuſ hō laureat corpore glorificato, ſed ipſe rex deo trinitatis cōfīſimē uirginis triūphaliter occurrit & obuiavit nō locali motu, ſed cōplacētia fauorali, glorificatio ne diuinali, & influētia principalis. Nā p̄ quādā appropriationē occurrit & amplexat̄ ſp̄ſam caſtissimē dilectionis, singularissimē ſeſcūdationis, ac ſolicitudinē educationis uni geniti filii dei. Blac corā cœleſti curia p̄ dulcissime amplexat & recognoscit eſe mīrem dignissimā unici filii ſui. Vbi bñdictissima uirgo recepit fontalē ſeſcūdationem ad generādum oī electos, & etiā angelosctōs in gusto qđam & gradu expientiæ diuiniorū atq; ex hoc habet a p̄e rationē potestatis & ſublimitatis imperialis, poſt filiū ſuū ſup̄ oīm naturā creatam. Occurrit etiam ei filius eius, omnibus manifestans hanc genitricem ſui uerissimam, que ipsum concepit, peperit, nuttiuit, ac fidelissime ſocialuit in natura humana assumpta.

Ideo

Plat. 44.

Plat. 36.

Apoc. 39.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI,

Ideo filiali reverentia eam dicitur adorasse, ut matrem dignissimam. O bone Iesu omnipotens eternus deus, quid est quod mulierem adoras? Adoro (inquit) per duliam, quoniam duo faciunt eam adorandam, videlicet ratio maternitatis, & meritum humilitatis. Maternitas quippe fuit in ea singularis, humilitas incomparabilis. Adorat ergo IESVS matrem, non qualemcumque, sed matrem singularis sufficientiae, singularis magnificentiae & singularis diligentiae singularis in quam sufficientia, quoniam sine semine utri sola de spiritu sancto concepit: singularis magnificentiae, quoniam nulla praeter eam deum genuit, nulla praeter eam post partu virgo permanens singularis diligenter, quoniam nulla unquam mater tantum dilexit atque sollicita fuit pro filio, immo nec oes aliae simili sumptu, quantum ad dilectionis sollicitudinis substantiam. Quemadmodum ergo in conceptione filii dei nullum habuit solum, sic in isto honore nullum habet consimilem. Huc quoque honorem requirit in virginem erit abysmalis humilitatis. Nam qui se humiliat, exaltabitur. Et quia in humiliata non habuit puram creaturam parem, in exaltatione non habebit consortem. Denique triplex ponitur modus premarandi uirtutes. Primus, per euacuationem, ut in fide & speibus euacuat, succedit tunc uisio clara, & spei tentio gloria. Secundus, per completionem, sicut in charitate & in pluribus uirtutibus cardinalibus, quibus in patria addetur completeio sine defectu. Tertius, per oppositionem, sicut in paupertate, elurie, lucitu & humilitate, quibus deus prompti regnum, saturitatem, consolationem & exaltationem. Vide igitur qualiter in beata virginem & reginam profundissima eius humilitas ac bonitas dei uidetur contendere. Maria se humiliante, & deo hanc exaltante, immo Maria non solum se humiliante, sed & in humilitate sub omni creatura se abysstante, & deo eam non solum exaltante, sed & super omnem angelicam creaturam eam magnificante. Sicque eam deus sublimis ut sim illeris matrem, reverenter secundum quod homo adorat, atque ad eam honore insimili corporaliter ac filialiter se inclinat. O stupendum priuilegium, & inaudita dignitas fastigium, ut a virginina matre ista, se dei filius recognoscere videatur habere esse humanum. Quid non debuit cōcedere virginini matri, quā taliter uoluit honorare? Certe isto honoris respectu nō respiceret dei filii milleies mille millia Seraphin, & infinites infinitos, quia non possunt deū amare ut filii, nec frui eo ut fructu uteri sui. In hac assumptione beatissimam genitrix dei, tanquam altera Hester, de triclinio feminag, (id est, de militari ecclesia) adducta est per totam militiam coelestis exercitus, ad cubiculum sponsi coelestis dei patris: quoniam omnes hierarchiae coelestes uiderunt eam ascendentem, atque deliciis diuinorum amplexum affluentem, innixam super dilectum suum. Certe ipsi soli ac filio eius in plenitudine natæ sunt deliciae mutuo & amplexum, que eundem habet sponsum ac filium. Insuper tunc sacratissimæ virginis occurrit spiritus sanctus, recognoscens eam esse filiuam fornacem, ac suę mirabile operationis eximiam officinam, in qua & de qua formatu est corpus mundissimum filio dei, & summa creato est anima Christi. Ostenditque spiritus sanctus uniuersis beatis, quod in hac officina, & per eam fabrefecit, quicquid in gratia mirificum operatur, & quod in hac totum ignem operationis uirtus incluit, & quod unquam dare dispossuit creaturæ. Sic igitur tota trinitas adoranda uniformi & concordi uoluntate ac charitate, inestimabilem virginem ostendit esse suam sponsam, incommunicabilis charitatis, reginam coeli inatigibilis dignitatis, mundi dominam imparticipabilis bonitatis, electorum omnium genitricem inexhaustibilis benignitatis, omnium hostium dei conculturatricem triumphalissimam insuperabilis strenuitatis, omnium thesauro & coelestiū dispensatricem largissimam profusæ complacentia uoluntatis. Hæc Vbertinus.

Articulus X. De summa & ineffabili felicitate & gloria aman-

tissime dei Marie.

EN dilectus meus loquitur mihi. Surge, propria amica mea, columba mea, forma mea, & ueni. Iam enim hiems transiit, imber abiit. Estantiale premium beatorum est beatifica uisio deitatis, hoc est, facialis clara, immediata ac fructuua contemplatio ueri dei, unius ac trinitatis, qui sicut est uere unus & simplex in essentia, ita est uere trinus in personis. Porro, haec uisio gloria correspondet perfectioni charitatis, ita quod quanto in dei amore feruentior, perfectior & exalterit quispiam, tanto clarius deum videbit, & delicioius eo fruetur. Cum igitur iuxta prehabita virgo dignissima in charitate dei fuerit summe incomparabiliter quam perfecta, hoc est, in charitatis substancialitate & habitu in hac uita, & etiam in actu charitatis pre omni puro uiatore, immo etiam in actu charitatistæ meritorio, quod per eum promeruerit deum clarissime intueri in celo pre omni intellec-

tu

DE LAVDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS MARIAE:

316

etu angelico, spirituque coelesti. Credendum est equidem, quod sacratissima uirgo MARIA sepiissime in hac uita habuit perfectiores, feruentiores ac puriores affectiones & conuersiones mentis ad deum, quam quocunque angelici spiritus ante suam confirmationem & beatificationem uisionem, quam meruerunt se libere conuerterendo ad creatorem per amoris coniunctionem. Omnes autem angelorum beatorum, de quocunque sint ordine, suam confirmationem & beatitudinem una conuerzione ad deum promeruerunt. Cum itaque MARIA dulcissima in omni sua conuersatione in seculo isto fuerit atque profecerit, immo & perfectissima pre omni pura creatura extiterit, in continuis aut certe assiduis charitatis sanctæ affectibus, ardoribus, aspiracionibus, desiderijs, & amoris purissimis, ex excellentibus, contemplatiuis, flammigeris, extaticis, deiformibus ac diuinis, constat quod præ preciis angelicis mentibus etiam Seraphicis, meruit in comparabiliter deo approximare, uniri, immegeri per profundissimam atque clarissimam superbene dictæ trinitatis uisionem, fruitionem, amplexum, ideo omni iucunditate, felicitate & gloria ineffabiliter est repleta; & nunc lympidissime uides facie ad faciem, quam misericordissime, gratiosissime, amor ossum, & incomparabiliter munificissime, familiariissime ac magnifice tota trinitas adoranda egit cum ea, ita ut deus patet faceret eam sibi comparatalem, & filius dei efficeretur filius eius, & spiritus sanctus eam in summum ac unicum templum, thronum, triclinium, immo & in summam spousam charissimam, amicam, secretariam, confiliariam, filiam & consortem assumeret. Hæc inquam, & omnem gratiam, gloriam, excellentiam, laudem, honorem ac potestatem sibi collatas a deo consipientes, superineffabiliter delectatur in ipso, & supereretur ineffabilem diligere eum, & cum inexcogitabiliter ardore, gratiarum actione, laude atque laetitia, incessanter & inauertibiliiter inspicit ipsum, uidetque omnem non solum militantem, sed & triumphantem ecclesiam, sibi subiectam ac seruientem, sequitur tam immensa felicitate & gloria externaliter ac plenissime securatam. Praeterea, de tanta beatitudine Marie dignissimè diffuse loquitur Vbertinus, inter cetera dicens: Si considerentur quæ dicta sunt de occurso glorioissimæ trinitatis in ascensione Marie, bene appetat quod ipsa per se inestimabiliter plus participat de gloria trinitatis beatæ, quam omnis pura creatura alia simul sumpta. Quod probo ex hoc evidenter, quoniam firmiter tenet ecclesia, quod ipsa est super omnes angelorum ordines eleuata. Ideo alter ab ea & inferior ipsa ad sedem Luciferi assumetur, quoniam de hominibus omnium angelorum ruina supplebitur. Sed nulli catholico ac deuoto est dubium, quin beata uirgo in hora qua facta est mater dei, plus habuit de substantialitate glorie, quam pura alia qua creatura: uel ad minus insanus est, qui eam cuicunque maximo non æquaret. Sed quid addidit super hoc plenitudo ex superuentione spiritus sancti, generatioque materna atque inestimabilis amor? Quantum autem superaddidit in gratia in hac uita, tantum in gloria in futura. Nihil ergo est gratiae uel glorie in omni creatura inferiori simul sumpta, que non sit multo præcellentius in MARIA, secundum Dionysii documenta, dicentes quod omnia dona inferiorum angelorum præcellentius a superioribus angelis possidentur. Et quantum gradus materni amoris ac dignitatis maternæ requirit, tantum præ omnibus & super omnes participat gloriam dei & inestimabilem fruitionem trinitatis. Vnde consequitur, quod benedictissima uirgo Maria super omnes ordines angelorum & hominum beatorum simul sumptorum, improprioportabiliter est prælata. Hæc Vbertinus. Quocirca pensandum, quod ista maioritas glorie dupliciter posset intelligi. Primo, quantum ad specificam dignitatem seu perfectionem maiorem in gradu aut specie, iuxta quem modum, modicum aurum est, incomparabiliter dignius quamque massa argenti, & sensituum vegetatio. Secundo, quantum ad graduelam quandam additionem. Et primo modo intellegit Vbertinus: nam subdit: Nec hic attendas copiosam multitudinem aliorum, quia hoc nihil facit ad substanciali rem majoritatis glorie, quia in spiritualibus idem est malus & melius. Denique, gratia & gloria sunt quedam tota potestatu in totis autem in potestatu suis pars supraea plus continet de perfectione generis sui, quam totum residuum. Itaque in glorificatione MARIAE facta est summa & ultima referatio deitatis fontalis, ita ut nunquam debeat tantum referari alicui creaturæ, sicut referata est MARIÆ sanctissimæ, quoniam ipsa tantum accepit de gloria dei, quantum donabile est puræ creaturæ in sempiternum.

Articulus XL. De processione illa solennissima, qua deus incantatus, suam præstantissimam genitricem migrantem a corpore, deduxit cum uniuersitate coelestis militie usq; in summum coelum.

Quæ est

Cantic. 8.

Exod. 20.
Deut. 5.
Matt. 15.
Mark. 7.
Ephes. 6.

Lucas. 1.

Cantic. 5.
Isaias. 53.
Actus. 8.
Isaias. 64.
1. Corin. 2.

Cantic. 6.

Quae est ista quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum suum: Sicut in sermone de beatissimæ Marie assumptione ait Hieronymus, ad gloriosissimæ virginis exequias sancti angelij famulabantur, & uniuersi celorum curia: congratulabantur. Nec mitum, quoniam honor matris est honor illius, qui ex ea nasci dignatus est, quem omnisi celorum ordo ueneratur & adorat super se eleuatum cum patre. Consequenter Hieronymus probat istud per locum à maiori, adjiciens: Legimus frequenter ad funera sanctoru quorundam sanctos angelos aduenisse, & ad eorum exequias præfatis obsequiis sicut animas sanctoru cum hymnis & canticis ac laudibus detulisse ad celos, ubi & utriusque sexus chori cōmemoratur auditæ, ac laudes ceciniſſe in terra: & quod perspicacius est, eosdem sanctos nonnunquam multo lumine resplenduisse: in super, & adhuc uiuentes in carne, ibidem miri odoris sensisse fragratiā. Quod si interdum ad recreandam & corroborandā spem astantiū salvator noster ob meritæ electorum fuorum amplius comprobanda ac declaranda, tanta & talia dignatus est exhibere circa morientes, quanto magis eius genitrici dicit obitus sui credendum est, celorum militium cum suis agminibus festive obuiam aduenisse, eamq; ingenti lumine circūfusisse, & usque ad thronum sibi olim ante mundi confituationē paratū, cum laudibus & canticis spiritualibus perduxisse. Nulli dubium est, totam illam celestem Jerusalēm ineſtabili tunc laetitia exultasse, atq; in aestimabili charitate tunc iucundatam. Nec immerito. Creditur enim quod ipse salvator omnium, per se, totus festivus occurrit, eamq; cum gaudio secum in throno gloriae collocauit. Alias, qualiter impluit quod in lege præcepit, Honora patrem tuū & matrē tuā. Hæc Hieronymus. O, q; cogitare sufficiat, q; gloriose ēa die mūdi regina processit, & quāto deuotionis affectu tota in eius occursum celestium legionū multitudo prodierit: quibus canticis ad thronum glorie sit deducta, q; placido uultu, quā serena facie, quā diuinis amplexibus à filio sit suscepta, ac super omnem creaturam exaltata, eo honore, quo tantam matrem à tanto decuit filio exaltari ac honorari. Hinc quoq; dicit Bernardus: O quām glorioſa apparet in ascensu suo uirgo Maria, cuius ascendentis dignitatē & gloriā admiratur partus ac filius eius. Hinc Christo occurrente suā beatissima genitrici, rotā trinitas obuiam illi procedit in filio. Quod si angelorū dominus obuiam illi procedit, totus gratulabundus atq; congratulans, quisputas angelorū retro tardauit, quin regina suā & matri regis æterni cum festinatione & gaudio, obuiam currens non exilierit. Talis processio à principio nunquam facta fuit, nisi tunc dum Christus cœlum ascendit. Obuiam processerunt uirginea matri dei Cherubim ac Seraphim cum Thronis & Dominationibus, ceterisq; choris angelicis. Et a sumptuam ac eleuataum super se reginam, splendidis honorant obsequijs. Cumq; serenisima uirgo Maria in cœlum deducitur, præ nimia exultatione cœlestes curiae deo cum iubilo resonantibus organis gloriam concinunt: Angeli & Archangeli, Principatus & potestates, pro susceptione tantæ matris ac uirginis, choros ante illam diuinis concentibus agunt: inter quos Gabriel archangelus felicissime Mariæ familiaris simus, ut puta ipsius paronymphus, illi post Christum nimis occurrit, & quasi cantor ceteros ad cantandum prouocans, sua uisimū illud glorioſe Mariae canticum inchoans, ait: Ave Maria gratia plena, dominus tecum &c. Qui catus dum ab alijs repetitur modulatis uocibus & organo uariante, in iubilatione uirgo mater deducit. Hinc rursum ait Bernardus: Felicia prorū oscula labijs Christi lactentis à uirginea matre impressa, cui mater p̄fissima uirginale applaudebit in gremio. Verum nunquid nonse licio a censebimus oscula illa, quæ ab ore sedentis in throno & in dextera patris, hodie na die Maria glorioſa uiscepit, cum ascenderet thronum gloriae, epithalamium cœtuens ac dicens, Osculetur me osculo oris sui? Denique, Christi generationem & Mariæ assumptionem quis enarrabit? Quantum enim gratiae præ ceteris adeptæ est in terris, tantum & in cœlis obtineat gloriae singularis. Quod si oculus non uidit, nec auris audiat, nec in cor hominis ascenderunt que præparauit deus diligentibus se, quid præparauit gigantile, & (quod omnibus certum est) præ omnibus se amanti? His conponat quod scribit Hieronymus: Maria quanto uirtute altissimi ad sublimiora extollitur, tanto clarius resulat in gloria. Plena siquidem deo, plena gratia, plena uirtutibus, nō poret non plene possidere gloriam claritatis æternæ, quam utique accepit plenissime. Hanc itaq; uiderunt filii Sion, beatisissimamq; prædicauerunt, & regine laudauerunt eandem: in modo tantam uiderunt ipsam, quantum nullus explicare potest mortaliū. De hac celeberrima processione logutus Vberinus: O, quis sufficiet exprimere cœlestis curiae solennitatem, quando surrexit Iesus rex te-

festivus & letus, decorèq; regio laureatus, & totam cōmovit ciuitatem supernā, ut omnes coeli ciues occurrerent matrī uirginī ascendentī. Tunc implebatur quod in libris Regum a. Reg. 6. narratur: Adduxit Dauid arcā dei cum gaudiō, & erant cum eo septem chorū psallētū. Sic etenim deduxit Christus matrem suam charissimā cum iubilo summō, & erat cum eo cœlestium spirituum, patriarcharū, prophetarū, a postolorum tunc defunctorum, martyrum, confessorum ac uirginum turbē. Omnipotens solennitas, & inexpressibilis iubilus, qui nec plene exprimi ualeat neq; taceri. Nam salua reverentia ascensionis Christi, assumptio ista uirginis benedictę, atq; processio eius assumptionis, aliquid excellentius habuit quo ad triumphalem occursum præ Christi ascensione, cui ascendentī soli occurtere poterant angelii. Porro, matrī ascendentī filius eius cum tota curia, tam angelorū quām animalium beatarū occurrentes, solenniter euexit eam ad beatissimę confistorū sessionis. Hinc denuo deuotissimus protestatur Bernardus: Sublimis ista dies & splendidior sole resulges, in qua uirgo regalis ad thronum dei patris uechitur, atque in summā trinitatis throno reposita, naturam etiā angelicam sollicitat ad uidendum. Tota cōglomeratur angelorum frequentia, ut uideant reginam ledentem à dextris domini uirtutū, in uesitu deaurato, in corpore immaculato, circundatā uarietate, uirtutum multiplicitate, distinctam. Hec est illa dies, quæ cœlorum officinas sublimiori gaudio cumulauit, annua mundo, continua angelis, hominēs angelis sanctis continuans, angelosq; hominibus felici cōfederatione coniungens. Hac solennissimā processionē ò optima domina meruiti ac receperisti pro illa processione dolorissimamq; misericordiam, qua cū dilectissimo filio tuo ad eius crucifixionis loci penalissime processisti.

Psal. 44.
Apoc. 17
Psal. 44.

Articulus XII. Adhuc de eadē materia, & quod syncerissima uirgo Maria.

per omnes choros angelorum cœlestantia, Christum ore ad os al-

Ioquens, & oculo ad oculum intuens.

Vidi speciosam sicut columbam ascendentem desuper tuis aquarum, cuius in- cantic. 11. estabilis odor erat nimis in uestimentis eius, & sicut dies uerni circundabat eam flores rotarum & lilia conuallium. Recte expōnuntur hæc uerba de inno centissima illa simplicissimāq; columba ac pudicissima turtore, glorioſa Maria, quæ in statu columbæ extitit speciosa, quia illius columbæ speciem ac simplicitatem secundum Hieronymum præmonstravit, quæ super dominū uenit, docuitq; Iohannem. Cuius insestabilis odor erat nimis in uestimentis (id est, in uirtutibus ac meritis) eius. Ad cuius profecto odoris fragrantiam, laeta decurrit omnis illa cœlestis Ierusalem. Circundabant quoq; eam flores rotarum ac lilia conuallium, eo quod omnes anime martyrio rubricate, brachis eam dilectionis perpetua complectuntur. Consimiliter anime uirginatis spēdore candidatæ, atque in ualle humilitatis enutrige, eam circumdantes, eidem deuotissime obsequuntur, quæ singulari commendatur prūlegio, & immenso datur mercimonio. Quemadmodum enim comparatione dei nemo bonus, sic comparatione matris dei nulla perfecta, quamvis eximia comprehendetur. Etenim sicut uirgo incomparabilis & incomparabiliter dignior ac sanctior est uirginibus ceteris, sic & assumptionis eius solennitas incomparabilis est ceteris sanctorum solennitatibus, & admiranda ipsi quoque angelicis spiritibus. Ipsi etenim die beatissima uirgo alternabitibus hymnidicis angelorum choris, intravit feliciter pascua æternæ uirginitatis, & usque ad cœlitudinem throni peruenit, atq; prima post CHRISTVM glorioſa refedit. Vnde confidenter de ipsa cātā ecclesia, quod de nullo aliorum fas est dicere, quod scilicet ultra angelorum merita ordinesq; transcedit, cum eleuata est ad cœli palatium in dexteram patris. Hinc denum ait Bernardus, qui de beatissima uirgine ceteris gratiosius atque deuotius uidetur esse locutus: Fatoq; imperitiam meam, & puillanimitatem propriā non abscondo. Non est quod amplius me delectet, sed nec est quod magis me terreat, quām sermonē facere & habere de gloria uirginis matris. A laudibus siquidem humana mortalitas non debet cessare, cum hominis sc̄la natura super spiritus immortales exaltatur in uirgine, de cuius laude & gloria nec file, re patitur deuotio, nec dignum aliquid potest concepero cogitatio, aut ineruditā parturi re locutio. Nam ipsi cœlestis curiae principes in tantæ nouitatis consideratione clamāt nō sine admiratione. Quæ est ista quæ ascendit de deserto: id est, de sub sole, ubi non est nisi labor & afflictio spūs. Ascēdit inq; delicijs affluens spūlibus. Quid nisi delicias dixerim de cus uirginatis cū munere fecunditatis, humiliatis insigne, fauū charitatis distillante uiscera misericordie, pulchritudinē gratie, prærogatiuam gloriae singularis? Ascēdens ergo

Cantic. 8.

li

spē

speciosa, facta est suavis etia angelis sanctis. Hec Bernardus. In super beatissimam diham effusa per omnia angelicorum ordinum altitudines eleuata, & collocata iuxta solium filii sui, multipliciter comprobatur. Primo, quoniam rex & regina ab eodem principatu, regno ac dignitate denoiantur, sicut rex Francie & regina Francie, ab eodem regno nostra sue praesidenti fortius sunt. Sed sicut Christus vocat rex celorum, sic benedicta uirgo Maria regina celorum asseritur. Dignitas autem Christi, & regnum principatus eius, incomparabiliter est super dignitates omnia angelicorum spirituum ergo & dignitas, regnum ac potestas sacratissime uirginis. Amplius, plus transcendit dignissima uirgo Maria Seraphin, & Seraphin Cherubin. Sed tanta est excellentia Seraphin super Cherubin, quod ad diuersos pertinet chorous; ergo praeclarissima domina super Seraphin est protrecta, & seraphico ordine altior est effecta. Denique, oes angelici sparsus sunt servi creaturis, & comparantur ad uirginem summam, ut servi ad diham: deo ipsa lugubris uniuersos illorum ordinum est sublimata, tanto sublimius, quanto matrem regis creatoris omnium uirginitatis, prefigi decuit & superferri in mansionibus ministriorum & ordinibus angelorum, sanctorum, ad dexteram filii collocata. Rursus, ad gloriam Seraphin homines ponunt pingere, non autem ad gradum, dignitatem & gloria uirginis benedictae: que cum sit uera genitrix dei, ure, titulus ac priuilegio maternitatis istius, praelata est omni personae creatræ regina & imperatrix ad dominum angelorum. Postremo, decetissimum fuit, Christus de uiuenterum ac dei sapientia, propriâ matre in donis gratiae ac diuinis gloriis, & tamen in donis gratiæ gratificatis, quoniam in donis gratiae gratis datur, oib[us] suis præferre ministriis modis incomparabiliter collocare, exaltare & honorare p[ro] illis.

Articulus XIII. De ineffabili iucunditate, quam habet beatissima uirgo Ma-

ria in uisione corporali ac interiori humanitatis filii sui.

Egregiūm filiū Sion, & uidete regem Salomonem in diademe quo coronauit eū mater sua. Sicut laetatur creator omnipotens in operibus suis, sic & mentes creature in sui creatoris effectibus iucundantur. Etenim gloria domini plenum est opus eius: ideo dixit Psalmographus: Delectasti me domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo. Quemadmodum autem essentiale præmium beatorum in uisione diuinæ consistit esse, sic eorundem præmium accidentale, in creaturarum speculatione consistit, per relationem earum ad creatorem. Talis namque cognitio delectabilis eis est, in quantum conditoris magnificientiam, omnipotenciam, perfectionem & sapientiam in suis contineat effectibus. Denique, quo creatura aliqua fuerit perfectior, de formior, speciosior, ac magis dilecta, deo quoque magis propinquia, tanto in eius intuitione beati plus delectantur, & deum in suis benedicunt operibus. Certum est autem, solam CHRISTI humanitatem toti residuo entis creati, deo esse chariorem, pulchriorem, perfectiorem, cum ipsa ad increatū & hypostaticū esse uerbi æterni, assumpta sit & supposita in illo, totaque eius capacitas plenissima est impleta omni dono gratiae, omni quoque munere gloriae. Omnes etiam beati in patria, diligunt eam propter omni creaturam: idcirco in eius agnitione post deum potissimum gloriantur, imo plus collerantur in eius intuitu, quoniam in totius residui contéplatu. Nec omnia delectamenta & gaudia etiā similis uite presentis, quæ uero quia delectationi, quæ habet in humanitatis Christi aspectu. Præterea, in humanitatis illius contemplatione exultat non solū, quoniam ipsa in se tamen bona, tam dulcis, tam amabilis & decora cōsistit, sed etiā propter beatitudinem eius hoc est, propter bona que per ea sunt cōsecuti, quia per ea est reparata ruina celestis Ierusalem: atque in ipsa humanitate a uerbo eterno assumpta, clarissima quoniam in toto creato residuo opotentia, bonitatē, charitatē, pietatē, misericordia, iustitia, sapientia & munificētia creatoris cōspicuit. Specialius autem glorianter in humanitatis assumpione intuitu, anima sancte iam beatæ atque post corpora suo resuscitatione, hoiles p[ro]destinati gloriabantur, p[ro]pterea in ei[us] aspectu exteriori & interiori. Nunc uero singularissime, p[ro]cordialissime & exuberantissime gloriariis tu domini dñissima ac excellētissima uirgo Maria, in contēplatione clarissima, sensibili & intellectuali glorificatissime humanitatis p[ro]dilectissima ac unici filii tui. Et quanto propter ceteris cōscitis filiū tuū dignissimum secundū utramque ei[us] naturā clari contēplatis, atque feruētius amas, tanto in ore eius intuitu, & in eius humanitatis interiori ac exteriori p[ro]fecto aspectu ineffabiliter lucidaris, & cum ineffimabiliter letitias ei[us] incessabilitate intueris humanitatem, pr̄fus pulcherrimam. Amplius, quoniam plura ac maiora cōsecuta est, adepta est bona per Christi incarnationem, eo plus diligens eius humanitatem, & deliciosius atque affectuosius inspirans eam. Certum est, quod per Christi incarnationem sis facta genitrix dei, domina mundi, angelorum regina, & mater totius militantis ac triumphantis ecclesie: idcirco in contēplatione humanitatis filii tui, est tibi benignissima mater inexcogitabilis gloria & dulcedo.

Hebr. 1.

1. Cor. 1.

Cantic. 3.
Psal. 103.Ecclesi. 42.
Psal. 91.

Rursus, quo cum unigenito tuo in hac uita es familiarius ac amoris fructus conuersata, & quanto fidelius ac cordialius ei in omni eius persecutio[n]e, aduersitate, labore, angustia, irrisio[n]e, blasphemia, passione & morte condoluisisti ac astifisti, conuinc utiq[ue] in omni honore, exaltatione, glorificatione, prosperitate, decore, gloria humanitatis filii tui gloriosus gaudes, epularis, tripudias, & regem in decoro suo cernunt oculi tui, allogunt lingua tua, osculari os tuum, amplexantur brachia tua, astringit sibi pectus tuum, contrectat manus tua dignissima, & iuxta omne desiderium ac placitum tuum, frueris eo purissime atque dulcissime in eternum. Postremo, o præcharissima & optima domina, quo ipse tibi propinquor es, & quo magis es unum cum eo, quo maior mūrus tui & eius communio, eo felicior in ipsis humanitatis aspectu letaris. Porro ipse est unicus fructus uentris tui, singularis sp[iritu]is tuis, summus amicus tuus, dominus & saluator tuus: idcirco in eius humanitatis aspectu inenarrabiliter gloriariis. Nunc ergo o uenerandissima & prædictissima uirgo marter ac domina, nunc cum omni iucunditate & gloria uide & intuere, ac æternaliter sine interpolatione conspice unigeniti tuum in lumine celo, in throno altissimo felicissime residentem, celo & terræ, omnium creature imperiosissime præsidentem, p[ro]c cunctis electis Psal. 103. incomparabiliter pulchrum ac radientem, gloria & honore coronatum, amictum lumen Eph[es]. 3. tangui[u]m ueste in cuius nomine flebitur omne genu celesti, terrestrium & inferno Philip. 2. rumicu[u]s aduersarij sunt confusi, cuius persecutores æternaliter sunt damnati, quoniam olim P[ro]p[ter]a. uidisti in cruce suspensum, distetum, irrisum, blasphematum, factum opprobrium hominum, deformatum ut leprosum, & acerbissima atque ignominiosissima morte peremptum Match. 37. tibi quoque uehementissime compatientem. Ecce nunc laudant eum astra matutina, & iubilante omnes filii dei: & ipse delectatur in te, & gaudent in tuo aspectu, omnis felicitati ac gloria tua congratulatur.

Articulus XIII. De honore & gloria, quam deus incarnatus suæ dilectissimam matrem coram uniuersis beatis in triumphanti eccl[esi]e.

sia incessanter impedit.

Ostende mihi faciem tuā, sonet uox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Si uerum est, quod tu domine Iesu Christe in euangelio de teipso & de tuis protestari electis, Amē dico uobis, quod p[ro]cinctus es, & faciet illos discubere, & transiens ministrabit illis: si in quam sic in tuo celesti palatio tuos honoras electos, qualiter æternaliter ueneraris tuam amantissimam matrem: qualiter reficias eam? Tu quippe dixisti in nouissima cena apostolus: Vos estis qui permanistis Lue. 22. mecum in tentationibus meis: & ego dispono uobis regnum, ut edatis & bibatis super menum meum in regno meo. Verunt[ur] hi quibus hoc ipsum dixisti, paulo post fugerunt a te, & in extrema tua persecutio[n]e ac amarissima passione te reliquerunt. Nonne ergo tuæ fidelissimæ ac cōstantissimæ genitrici deliciatissimam ac singularissimam parasti & exhibuisti, indefinitèque exhibes refectionem, quæ te nunq[ue] reliquit, neq[ue] te unq[ue] offendit? Denique, ipsa te fugiter totis viribus honoravit, tuis doctrinis promptissime obedivit, tibi in cunctis reuertentissime, humiliante ac amarissime ministravit. Idcirco promeruit à te in celesti paracliso præclarissime honorari: & quam inter homines conuersando es ueneratus in terris, nunc inter beatos regnando decetissime ueneraris in eccl[esi]is. Tu namque toti celesti militiae, cunctis angelorum agminibus & uniuersis beatis iustis, ut matris tuae benedictæ in cunctis obedient, sicut & tibi: & eam honorent hyperbolice cultu, quemadmodum & te secundum humanitatem assumptam. Præterea, tu dixisti: Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo: Ideo tuam præstantissimam genitricem, Lue. 12. quæ te non solum nunquam erubuit, nec tempore tuæ ignominiosissime passionis à te usquam recepsit, imo circa te se semper reuerentialissime habuit, & præ nimia humilitate ex consideratione excellentiæ tuæ, leuius matrem tuam audebat uocare, se quod tuam ancillam Lue. 10. maluit nuncupare. Hanc inquam, nunc coram patre celesti, coram superbeatissima trinitate, coram uniuersa eccl[esi]e triumphantis confitebris, honoras, commendas, oibus testans, pandens, amantiás, quod ipse sit tua dignissima atque charissima mater, cui nil negas, cuius faciem nunquam confundis, à qua uulnus tuum nunquam auertis: & quanto ipsa p[er]fissa uirgo, mater ac domina, seipsam profundius humiliavit in terra, & nunc usq[ue] in cœlo humiliat, tanto uersa uice tu deus sabaoth, rex glorie, iudex iustissime, & omnium sapientissimus moderator ac ordinator, magis ac magis eam exaltasti & honorasti, exaltas atque honoras: & pro reuerentia eius, meritis eius ac precibus, toti modo misereris, parcis & sub- Psal. 13.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

uenis. Postremo, in militanti ecclesia per præclarata miracula, per innumerabilin signa, per basilicarum structuras, per fidelium deuotas culturas, tuam ut decet dignissimam matrem ab exordio primiciae ecclesiæ, præsertim à tempore suæ assumptionis, copiosissime honorasti.

Articulus XV. De dilectione ac ueneratione, quas uniuersa trium phans ecclesia impedit regnæ cœli.

TV gloria Ierusalem, tu laetitia Israel, tu honorificentia populi tui, quia fecisti uiriliter, & subuenisti ruinae populi tui. Ostēsum est paulo ante, quemadmodum accidentale premium & secundarium gaudium omnium beatorum, in uisione humanitatis Christi consistant: deinde uero, in contemplatione deferat genitris, summa & gloriose Mariæ, uniuersi ciues coelestes potissimum gloriantur ac deflectantur, & ipsam potissimum ac suauissime amant, reverentissime uenerantur, ac deuotissime laudent, ac summe magnificant, admirantur, extollunt: quoniam ipsa post CHRISTI humilitatem, est maxima bonitatis, summa pietatis, altissima dignitatis, splendidissima formositatis, dulcissima pietatis, sublimissima potentie, eminentissima sapientiae, plenissima munificencie, sed & saluberrimæ fructuositatis. Nam & per ipsam reparatum est genus humanum, ac instauratum coeleste palarium: quoniam ipsa sacratissima uirgo conceperit & peperit, lacauit & enuiriuit omnium saluatorem, tantumq; prærogatiua & excellenti, amueruit saltem de congruo. Porro anima, beata tanto specialius, feruentius ac honori, ficiens eam diligunt, uenerantur, colunt, collaudant, quāto plus in specie ei propinquat. & quo maiora pluraq; bona per eam fortitiae sunt, atq; quo gratiosius per eam adiutare sunt, ad euadendum laqueos & tormenta damnationis aeternæ, & item ad obtinendum charismata gratiarum in uia, ac munera gloriae in patria: & qui in his magis misericorditer ad ea adiutare sunt, eam eterniter gratiantur quantum ad hoc amplius amant, laudant, glorificant, atq; precordialius regnatiuntur eidem. O, quanta est beatitudine, charitas & con cordia ciuium supernorum, quanta ordinatio, bonitas, confirmatione, eorum, quanta subiectio & obedientia sub creatore omnipotente, ubi nullus coelestium illorum angelicorum spirituum, immaterialium substantiarum, nobilissimaq; creaturarum, deiformium mentium, simplicissimorum incorporaliū animorū, inuidet mulieri ipfis tam eminenter prelatæ, tam incoparabiliter super se exaltata, nec ei subiici dignatur. Non spernunt in ea sexus humilitatem, carnis conditionem aut inferioritatem naturæ, inq; præcordialiter fauent ei omnem excellentiam eius, & uniuersæ exaltationi ac gloriæ eius intime congratulanter, ac ipsam reginam summam atque humilissimam magnifice uenerantur, humiliiterq; collaudant uniuersi & singulilli. Præterea, quid mirum, si eam ita extollunt, & illi se libenter subiiciunt, quam à deo creatore suo cernunt sic præelectam ac predilectam, in qua & ex qua uident deum hominem factum, cui & ipsi uniuersitatis cōdītorem, regem ccelorum, deum deorum uident uisse obediēt ac subditum, inq; adhuc & in eternum exhibent & imponentem honorem præcipuum, ut propriæ genitrici per quam in superintuent ornum ciuium supernorum felicitatem & gloriam tam ineffabiliter esse auctam. In ipsa ergo post CHRISTVM uehementissime iucundantur, quia post Christi humanitatem sacratissima uirgo Maria est præclarissimum splendidissimumq; simulacrum contemplandi altissimum: in quo plâne simulacro, adorant trinitatis bonitatem, pietatem, charitatem, omni potentiam, sapientiam, liberalitatem, misericordiam, equitatem, ympidissimam, ac iucunditate contemplantur, & deu laudant in ipsa, ac ipsam in deo, qui le tam charitatibus ac liberaissime comunicauit ac dedit uirgini taurę, atq; per eam oia tam sapienter & clementer refecit, sicut per primæ foemina omnia fuerant deformata, inq; per hanc multo plus profuit q; illa nocuerat. Nempe per hanc consert, quicquid gratie dare decreuit, ut patuit supra. Unde conuenienter dixit Hieronymus: Hec est uirgo, quæ sola uniuersam hereticam perimit prauitatem, sola post deum in omni nos roborat ueritatem, suisq; meritis nos deo commendat, ac precibus iugiter auxiliatur. Etenim teste Bernardi, ipsa est nostra fidelissima mediatrix & aduocata, ostendens filio iudici peccati & ubera, & indefinenter interpellans proximis, pro periclitantibus in mari hoc præceloso, pro pereuntibus in hoc mundo inamundo. O, quām indicibiliter omnes beatissimæ iucundantur in ea, in tam speciosissima dñna, in tam fecundissima, mundissima, saluberrima ac diuinissima matre, in tam sanctissima atq; humiliissima in partice, in tā benignissima adiutrice, per quā tot bñficia sunt adepti, de cui plenitude suscipiunt uniuersi, que tā pulcherrimū ornamentū est curię supiorę patrie beatoe, tam

Iudicij.

Psalm. 49.
Lucas. 2.

Psalm. 103.

Iohann. 1.

DE LAUDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS MARIAE

312

ram uenuſiſſimus ac pulcherrimus flos paradisi cœlestis, tam amoroſiſſima uniuersorum amatrix, per quam deus & conditor noster factus est salvator & frater noster, in qua quod declinius est, per naturam copiosus uenustatum & honoratum est per gratiam singularem, & per incomparabilem gloriam. Vnde optime dixit electus Bernardus: Quod in terra non fuit dignior locus utero uirginali, & cellula eius uirginea, ubi deum recepit, incarnauit, tulit & aluit. Nec post thronum Christi in celo est altior locus, quam ubi Christus suam matrem locauit. Innotescit quoq; ex introducis, quam ueraciter idem disseruit sc̄tus. Summa gloria dñ Maria, est post dñm te uidere, tibi adhædere, & in tuae protectionis munimine demorari. Hæc est beatissima illa, in qua ut sanctus ille facetur, extruxit sibi domum sapientia cœlestis & aeternalis, quæ adeo uirginis mentem repleuit, ut de plenitudine mentis fecundaretur caro ipfius, & uirgo singulari gratia eandem sapientiam carne tec̄tā pareret, quam prius pura concepit. Postremo, haec est mulier illa dignissima, cuius pulchritudo & species est in ornamenti domus suæ, domus supnæ, domus totius triumphantis ecclesiæ, sicut sol ortens in mundo in altissimi deo est in ornamentum totius mundi sensibilis. Vnde diuinus Dionysius uerius docuit & conscripsit, quod etiam summi ordines angelorum, Throni, Cherubin ac Seraphin purgantur, illuminantur ac perfriciuntur ab ea, multo præclarius sine dubio, quam inferiores ordines à quo cunque chorus superior, secundum quod ipsa unica & incomparabilis uirgo in omnib; sapientia, scientia & diuinorum notitiae secretorum incomparabiliter superat uniuerosos ciues cœlestes. Ideo que de exuberantissima plenitudine sua inferioribus communicat & diffundit.

Articulus XVI. De iucunditate & gloria

quam habet optima uirgo Maria in cunctis electis & beatis.

Quæ est spes noſtra, aut gaudium, aut corona gloriæ? nonne uos ante dominum? Vnuersi beati Christi ſanguine liberati, & gratia eius renati, ſunt ſpirituales filii eius ac filiæ. Naturale autem eſt matris gloriari in ſobole prolis ſue, dum ſoboli illi bene ſucce dit. Ideo in omnibus animabus beatis, felicissima Maria intime gloriatur; atq; quo uniueros & singulos ciues coelestes clarius noſcit, ac plenū diligi, eo de uniuersorum & singulorum ſalute, decore & gloria cordialius delectatur, cunctis quoque congratulatur, & uniuersum illum triumphantis ecclesiæ exercitum copiosissimum, pulcherrimum, iucundissimum, ordinatissimum atq; ſanctissimum cum inæstimabili iucunditate, complacentia, congratulatione, charitate & benevolentia intuetur, tanquam opus & agmen, curiam & militiam unigeniti filii ſuitim & tanquam ministros ac filios uos, quia per ipsam ſunt omnes ſalutati aut inſtaurati. Amplius, delectabile eſt habere bonum optatum, & bono concupito uniri. Ideo, quo præstantissima ac feruentissima uirgo MARIÆ in hac uita affectuofius concupuit uniuersorum conuersio- nem, gratiam & ſalutem, & quo pro cunctis intensius exoravit ac fortius laborauit, eo de ipsorum adepta ſalute cordialius gratulatur, atq; de ea ſuperbenedictæ trinitati deo- viis iucundius emper regnatiuntur. Præterea, quo benedictum & adorandum ſtructum, uentris ſui uirginei amat ardentius, eo fructificationem ſue paſſionis ac mortis iugiter affectauit, & affectat intensius. Idecirco in tam innumerabilibus milibus animarum ſanctarum cernens paſſionem ſui filii ſaluberrime fructificasse, uehementissime gaudeat de omni umillorum ſalute. Insuper dictum eſt, quod quicquid gratiae ac uirtutis conferunt hominibus, per Mariam dulcissimam diſtribuitur ipfis, ideo ipsa uere uocatur mater gratiae, maria & regina misericordie: hinc ipsa in beatis animabus tanquam in ſobole ſua mirabiliter delectatur: nempe & meritis ac precibus ſeruifissimæ dominæ noſtræ post preces & merita Christi, etiam ipfis apostolis poſt eorum ruinam data eſt gratia reparationis: & quicquid boni per apostolos & eorum coadiutores, ſuccelfores & ſecatores in mundo eſt geſtum, ſplendidissimum atq; piissimum uirgini poſt filiū eius eſt ascribendū. Vnde afferit Vbertinus. Ipsi dignissima uirgo singulariter totum mysticum corpus cum uero Christi corpori ſuo portauit in utero, & in continuis cordis ſui doloribus assimilata doloribus ſui filii, partuuit. Cui attribuitur tota corona duodecim aploꝝ, qm̄ meritis eius fuerūt uocati, atq; per eius instructionem edociti. Per eius quoq; ſuſpiria & orationes ſpiritualiter repletæ. Vnde & uirgini sancte singulariter attribuitur tota per apostolos facta mundi uictoria. Tuigit deliciofissima, tenetrisma & illuſtrissima uirgo Maria, in sanctis patriarchis tang

Thess. 2.

ii 3 in

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI

Iohann. 19 in tuis progenitoribus ac mysticis presignatoribus gloriari. In sanctis quoq; prophetis tanquam in prænuntiatoribus mysteriorum filii tui, ac tuæ personæ ac dignitatis, atq; in omnibus sanctis ueteris testamenti, ac legis naturæ, qui tuum desiderauerunt aduentum, sine cuius præcessu nouerant regem Messiam non esse uenturum. Gaudes demum præcipue in sanctis apostolis, tanquam in filii tui summis præconibus charissimis, patribus, ac totius mundi cōuersoribus ac magistris: per quorum prædicationem, uirtutes, miracula, frūctificauit passio filii tui, & mundus conueritus est. Præcipuū autem gaudes in tuo adoptiū filio & custode Iohanne apostolo, quemadmodum & in paranympho tuo Gabriele angelo: sic & in sanctis tuis parentibus, in consanguineis tuis apostolis ac ceteris sanctis tue parentele electis personis, atq; in fidelissimo tuo ministro, custode ac sponio, castissimo Ioseph. In sc̄eminis quoq; sanctis, tibi in mundo familiaribus, & filio tuo fidelibus, preferim in prælecta illa Magdalena. Item in uictoriois martyribus tanquam in filii tui efficacissimis testibus strenuumis, & militibus. In confessoribus uiris heroicis, & potissimum infâris uirginibus, tuis specialibus dilectricibus, filiabus, adolescentibus & annulis charissimis: sic q; in ceteris, quanto tibi in hac uita fuerūt deuotiores, & in tuo sancto amore feruentiores, ac zelo fraterne salutis atq; diuini honoris magis fuerunt succenti, & pro Christi honore ac proximorum salute plus laborauerunt, & plura ac grauiora perpetuis sunt. His omnibus tanquam diademat coronaris, & tanquam sponsa ornata suis monilibus, decoraris. Hæc animæ sanctæ post te regi regum adducuntur, cui regrantur ac iubilant incanterat; à cuius super dulci amplexu & amorosissimo prorsus affatu nunquam amueris, quem cordetenus facientiusq; indefinenter gaudiosissime intueris.

Articulus XVII. De dotibus glorificatissimi corporis felicissimæ uirginis.

Sapiens. **F**lgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundinetu discurrent. Vniuersi domestici patris coelestis uestantur duplicitibus, hoc est, plena glorificatione animæ & corporis. Etenim corpus quod modo cooperatur animæ & ei obedit in actibus bonis, & tribulationum ac passionum, quæ dei amore sustinentur, est particeps glorificationis quoq; & premij erit consors. Vnde dixit Apostolus: Saluatorem expectamus dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Et rursus: Operet (inquit) corruptibile hoc induere incorruptelâ, & mortale hoc induere immortalitatem: Itaq; ponuntur quatuor dotes corporum glorificatorum, uidelicet claritas, impassibilitas, agilitas atq; subtilitas. Veruntamen Anselmus uidetur ponere septem: Erunt, inquiens, beatitudines corporis, pulchritudo, uelocitas, fortitudo, libertas, sanitas, diuinitas & uoluptas. Sed hæc septem ad præacta quatuor reducuntur & continentur sub eis, utputa pulchritudo sub claritate; uelocitas, libertas ac fortitudo, subagilitate; sanitas & diuinitas, sub impassibilitate; uoluptas autem concernit omnia iam prefata. Erunt quoq; corpora glorificata odoris prorsus dulcissimi; & omnia ista erât in corporibus sanctis per redundantiam quandam ab anima per modum meritorie causæ, sed effectuæ erunt à deo. Ideo quo maior fuerit animæ beatitudo & essentiale premij eius, ed hæ dotes eminentius erunt in corpore. Atq; quo anima in creatæ luci propinquius unita exenterit, profundiq; immersa, ac clarius per contemplationem intenta, eo caro erit sp̄ē didior, pulchrior, agilior, uoluptuosior, dulcior, liberior atq; robustior. Si igitur præinduta penserit, in quibus ostendum est quâm incomparabiliter & inæstimabiliter grâdis, copiosa, exuberans sit beatitudo animæ sacratissimæ uirginis post beatitudinem animæ Chri, poterimus utcunq; coniçere, imaginari, intelligere, quâm omnino inestabiliter abundet. Mariae sanctissimæ corpus iam glorificatum in uinueris dotibus & proprietatibus ac felicitatibus nunc prætactus. O quâm inenarrabiliter speciosum, clarum & splendidum, imd̄ superclarissimum est, corpus intemerata ac bene dicta Maris, cuius anima lumine increatum profundissime ac radiantissime est, immersa, quantum sine personali unioni communi cari quit aut decuit creature. Deniq; prout ait saluator: Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum: non utiq; solum sicut modo sol fulget ac radiat, sed etiam sicut splendebit post generale iudicium, dum mundo innouato erit lux lunæ sicut modo est lux solis: & lux solis septies major quam modo est, ut Isaías prædixit. Præterea creditur, quod lux illa glorie gratiose præstanda, omne lumen naturæ excedit. Et si corpora inanimata tanto lumine supernaturaliter uestientur, quanta claritate & luce uenustabuntur ac induetur corpora rationabilium creaturarum deo frumentum, in creato lumini immersarum, in quibus lux interior

Elaia. 64

Sapientia.

Philip. 3

1 Cori. 15

Corporis glorificatorum doctriæ qualior.

Mat. 13
Isaia. 50

DE LAUDIBVS GLORIOSÆ VIRGINIS MARIAE 320

gerior omnem naturalem lucem & claritatem incomparabiliter uincet, in æstimatione & transcender. Hinc creditur, q; etiam in inferiorum sanctorum corpora glorificata erunt sole innouato clariora & pulchriora. Quo dato, quis iam poterit enumerare, cōcipere aut effari q; incompliciter, q; abundantissime corpus deferere uirginis, caro principis uitæ, que deum in se suscepit uitamq; inchoauit, clarior, candidior, speciosior erit sole etiâ innouato. Certe tunc sol & luna pulchritudine & splendor uirginei carnis deificatæ Mariæ admirabuntur, & eius comparatione nec stelle splendebit. Tunc per oculum amplitudinem coeli emprei serenissima uirgo Maria splendidissima sua indeficientissimæ claritatis radios fundet, & suæ fragrantiam suavitatis undiq; sparget, totaniq; cœlestem patriam uenit stabit ac delectabit, ac omnium animas in sui admirationem suspedet, in dñm & nunc interim agit hec omnia. Præterea, si consideremus q; deificatum & supernaturalissime ac gratiolissime dignificatum & exaltatum sit Mariæ sanctissimæ corpus in uita presenti ex incarnatione uerbi aeterni in se & ex se facta, ex concepcione filii dei, ex inhabitacione tam diuina ueri der in utero eius, ex educatione, lactatione & cõrectatione assidue sanctorum, ex familiarissima & materna cõuerxatione cum ipso, ex sanctificatione ipsi in utero matris concessâ, ex virtuosissima exercitatione in omni actu perfecto, ex immunitate peccati, atq; plenissima libelevatione sub recte rationis imperio, poterimus aliqualiter capere q; iustissimum decentissimumq; extiterit innocentissimæ uirginis corpus taliter à suo filio glorificari & adornari in celo. Nempe quo in uita hac caro illa uirginea, deo altissimo singularius, familiarius & propinquius communicans, & coniuncta, eo est nunc ab illo sublimius exuberantisq; glorificata. O quis capere queat, qualiter modo splendeant ubera illa purissima, quæ regi gloria aluerunt, & ex diuini oris contactu assiduo honorabilissima erat facta. Sic & uenter ille castissimus, in quo tot mensibus sops totius decoris, sops immense dulcedinis, deus maiestatis & claritatis in circu scripte incarnatus quæuit & habuit. Nō ne inestimabilis claritate, decore, suauitate repletus illud uirgine uim ac matrem, juxta quod unigenitus dei tortes requeuit, & quem pudicissima, affectuosa sima ac honestissima matre toties pectori suo cum summe charitatis ardore purissimo applicuit & astrinxit. Sic demū manus eius eburneæ, oculi eius syderei, labia eius dulcissimæ & breniter, singula membra excellentissime dñe ac regine indicibiliter sunt glorificata, & omni suauitate ac uenustate exuberantisime incomprensibiliter pfusa, repleta & superimpta, q; facialiter intueri, sensibiliiter percipere, atq; experimentaliter degustare, iucundissimum prorsus est, & oia gaudia mundi incomparabiliter uincens. O quam beatissima es uirgo & mater piaissima, quantum tibi congandere debemus, quantu te laudare, amare, ac uenerari tenemur!

Articulus XVIII. An prestantissima uirgo Maria tripli aureola, ac tripli fructu deforetur in gloria.

Hec est que nesciuit ihesu in delicto, habebit fructu in respectione aliarū sanctarū. Tres ponuntur beatoe aureole, que oib; arduis priuilegiisq; competit ac donant: per quæ specialis uictoria obtinet, & in q; specialis difficultas ac pena solet confistere, ut in martyrio, uirginitate ac docendi exercitio efficiaci. Cū ergo dicat Apłs. Mulieri docere non pmitto, uideat beatissima uirgo, doctor aureola non habere. Rursus, cum nullam unq; habuerit inclinationem fomitis ad Venerem, nec difficultate in resistendo cōcupiscentijs, uideat nec uirginitatib; possidere aureolam. Amplius, soli itolati patendi, aut interiori compunctioni non debet aureola martyris, sed reali martyrio. Cū itaq; uirgo dignissima in pace uitæ finierit, nō uideat aureola martyris decorari. Et respodendum, q; Maria sanctissima que à nullo illustri superata, omniq; gra ac gloria & decoro prefulget prætatis tribus aureolis, præclarissime decorat; sicut & ipsa est uirgo uirginis aplorumq; doctrix, & euangelistarumq; directrix, ut supra libro 2. est declarat, ipsa benedictissima uirgo per yba & quaf dā epłas docuit multas triuissq; sexus psonas, tā ex Iudaismo & ex paganismō conuertas. Tempore quoq; passionis Chri facta est plus q; martyr, mēre & corpore uehementissime prorsus afficta, & dolens intantum, q; nisi diuinitus fuisset conseruata, spiritum exhalasset; prout de isto suprà tertio libro multa sunt introducta. Amplius, in ipsa fuit castitas triplex in summo: utputa uirginalis, coniugalis ac uiduialis. Nam & ante connubium uirginitatem promisit. In coniugio uirgo permanit, post obitum sponsi in sancta perseuerauit uiduitate: ideo fructus centesimus castitati uirginali correspondet. Fructus quoque sexagesimus, qui castitati uiduali debetur, fructus item tricesimus, castimo

Cant.

Tertio.

castimonie coniugal proportionatus in gloriofissima atq; purissima virgine inuenientur plenissime, quae omni nobilitate, plenitudine & excellente gratia ac glorie incomparabili est præfulgens. Nunc ergo ò misericordissima, præelectissima & affectuofissima uirgo Maria mater dulcissima & præclarissima domina, spirituallissima ac diuinissima creatura in æternum dignissima: hoc imperitie meæ opusculum, hoc paruitatis meæ præconium patienter admitte, benignissime suifice, clementissima dignatione accepta, nec iuste despicias, qd ego immundus, nullus ac indignissimus te laudare præsumpsi, & tua describere præconia usurpare, sed solitam tuam benignitatem ostende in me: & capud omnium iudicem iustum tuum filium adorandum, præsumptionem, insufficiantem, indignatatem meam excusa, meq; sub alas misericordiae tuæ maternæ indefinenter custodi, conserua & salua. Ad laudem & gloriam omnipotens, qui est super omnia deus sublimis & benedictus. Amé.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI DE MVTVA COGNITIONE SANCTO, rum in patria, Liber Vnus.

PRAEFATIO.

ATER gloriae dei uobis spiritum sapientie in agnitione eius. Hec sunt uerba Pauli apostoli ad Ephesios. Sapientiam sacra scriptura multipliciter laudat, uarioscq; ac sublimes eius actus ascribit. Sapientia nonq; efficit hominem amicum, quemadmodum in libro sapientie legitur: Neminem diligit deus, nisi qui cum Sapientia inhabitat. Christus quoq; apud Iohannem ait apostolis: Iam nō dicā uos seruos, sed amicos: quia omnia quæcumq; audiui à patre meo, notaſi ci uobis. Hinc rursus protestat scriptura: Sapientia in alias sanctas se transferit, prophetas & amicos dei constitutus. Vt autem fugibilius, nihil horribilius est qd dei inimicū confidere: sic plane nihil appetibilius, nihil præclarius qd esse deitatum. Sapientiam ergo, per quam mens creatrix dei creatoris sui sit amica, ardenter ac maxime debemus diligere: propter quod ad Colossenses scribit apostolus: Postulamus ut impleamini agnitione voluntatis dei in omni sapientia & intellectu spirituali, ut ambuleris digne deo per omnia, crescentes in scientia dei. Secundo per sapientiam uisescunt homini cuncta hæc inferiora carnalia ac terrena: pretiosaque chara & dulcia fiunt ei superna, divina ac spiritualia bona. Sapientia quippe est saporosa diuinorum notitia, per quæ anima gustat & uidet qd dulcis est dominus gustato auctu spiritu, desipit omnis caro, secundum Gregorium: id est, supernis atq; internis gustatis delicijs, carnales delectationes uilescunt. Tertio, sapientia omni peccato resistit ac præualeat quia per eam homo uitam suam gubernat, iuxta regulas iuris diuini seu legis eternæ præcepta, & in ratione conitabilitate ac costans efficitur, secundum scriptum est: Homo sanctus in sapientia manet ut sol: nā stultus mutatur ut luna. Et Apelles ait: Libenter suffertis insipientes, cū sitis ipsi sapientes. Erigez diuina affirmas scriptura: Sapientia uincit malitiam. Signū itaq; uere sapientie, uita est uirtuosa, potissimum conuersationem sue ta, iuxta illud Iacobi: Quis sapiens & disciplinatus inter uos, ostendat ex bona conuersatione operationem suam in manu etudine sapientie. Quāvis enim universa peccata, specialiter tamen ira & impatientia sapientie contrariantur: propter quod Salomon loquitor: Ira in suis stulti requiescit: & qui impatiens est, operatur stultitiam. Postremo intantum sapientia comendat scriptura, ut summū hoīs bonū, uidelicet felicitatem in ea cōstituat, prout apd Iohannem assert filius dei, alloquens patrem: Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solū uerū deum, & quem misisti Iesum Christum. Sed & tempore passionis dixit saluator: Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundū, ut testimonium perhibe ueritati. Ideo ait Cylillus, qd semper etiam usq; ad finem uitæ sapientia studere debemus. Vez hęc omnia de sapientia naturali infusa ac salutari, illa præcipue quę est unum ac primum septem dona sp̄iritus

Ephes.1.

Sapien.7.

ibidem
Iohann.7.
Sapien.7.

Col.1.

Psal.14.
Gregorius.Eccles.27.
2.Cor.11.
Sapien.7.

Iacob.3.

Eccles.7

Iohan.17

Iohan.18.
Cyrillus.

ritus sancti sunt intelligenda, de quā sapientie primo inducitur: In maleuolam animā non introibit sapientia. Hanc equidem sapientia nullus in mortali existens uicio, habet. Est autē & alia sapientia scholastica, quę per studium obtinet seu discitur, quę duplex cōsistit, ut pūra philosophica & theologicalis. Qm ergo tanta sapientiae extat nobilitas, hinc anima tua prædilecta ac uenerabilis frater Gulielme, in hac ultima tua ètate sapientie auidā me rogauit instanter, quatenus aliquid tibi conscribā, de modo quo hoīes electi scīnūce noscēt & cernēt in regno coelesti. Et quidem de ista materia doctores catholici copiose subtiliter qd scriperunt, sed qm laicus es, & hęc ipsa quę tibi scribo, in Teuthonicum transfigerit optas, cogitauit ut iuxta tuā capacitate scribat. Eapropter planius, facilius qd quo potero, loquar.

Articulus I. Propter quid rationalem creaturam deus creauit.

Eus gloriōsus & sanctus, qui in seipso infinite perfectus, diues ac plenus est, nec aliquo egit, ex suę purissime bonitatis superexuberati plenitudine, atq; ex sue æternae dilectionis liberalissima benevolentiā totum mundum creauit, ut scilicet suam perfectionem, bonitatem ac felicitatem entibus cōmuni caret, ad sui ipsius gloriā & honorem. Bonum enim est sui diffusum, id est, suę bonitatis cōmunicatiūm (sic Aristoteles docet) Amor quoniam proprium sibi reseruat, sed communicat bonū quod haber dilecto (prout diuinus Dionysius profitebatur). Hinc in libro de doctria Chriſtiana afferit Augustinus: Quia bonus est deus, ideo lumen: & primo capitulo libri de diuinis nominibus sanctus ac magnus Dionysius astruit, qd diuinus amor non reliquit deum sine germine esse: hoc ipsum & gentiles philosophi alij qualiter cognoverunt: Plato enim, quę Augustinus duodecimo de Trinitate nobilem uocat philosophum, ait in primo Timaei, qd deus optimus existens, omniq; prorsus carens inuidia, ideo uniuersa instituit, ut singula diuine bonitatis aliquid partiperent: quędam namq; ab ipso participant esse, quędam uero esse & uiuere, alia uero esse, uiuere & sentire, cetera autē esse, uiuere, sentire & intelligere: & ista duxit atq; diuinę felicitatis capaciam sūt, creatore suū contēplando, diligendo & ipso fruendo. Ideo rationalem intellectualemq; creaturā, uidelicet hominem & angelum condidit deus, ut suę æternę atq; immensę beatitudinē ipsa sit particeps, diuitias glorię suę uolens emonstrare & communicare, ut & ipsa in ipso beata sit: & quod ipse creator habet & est per naturam, creaturā hęc habeat & sit per gratiam. Hinc magister Sententias ait lib. 2. Tanta est bonitas dei, ut suę beatitudinis qua externaliter beatus est, alios uelit esse particeps: sic fecit deus rōnale creaturā, quęsumū bonū intelligeret, intelligendo amaret, a mādo possideret, possidēdo frueretur. Et si queritur, ad quid creatura sit rationalis creatura. Respondeatur, ad laudandum deum, ad seruendum ei, ad fruendum eo: in quibus proficit ipsa, nō deus. Hinc duodecimo de Ciuitate dei loquitur Augustinus. Porro, qmagna sit laus rationali creature deo adhucere ut ei uiuat, inde sapiat; illo gaudeat, tantoq; bono sine morre, sine errore, sine molestia perfruatur, quis digne cogitare possit aut eloqui?

Articulus II. Quod propter supernatūlēm beatitudinem rationalem creaturam deus considerit.

OVAMIS omnipotenti deus sublimis & benedicti in totius mundi creatione, sapientia in gubernatione, bonitas ipsius in creaturarum conseruatione euidenter ac eminenter respendet, ueruntamen in hoc omnipotētia, sapientia & bonitas amabilissimi ac serenissimi dei multo, in dī & ineffabiliter euidentius eminentius pr̄lucent, qd non propter naturalem felicitatem ac finem dātaxat, sed & propter supernatūlēm finem seu beatitudinem, rationalem & intellectualem creaturam plasmat. Non enim satis uisum est optimo atq; p̄fissimo creatori naturalem beatitudinem comunicare rationabilibus creaturis. Verum supernatūlēm felicitatem ei conferre decreuit: In quo utiq; eius bonitas, sapientia & potestas tanto sublimius pr̄clariusq; refulgent, quo supernatūlēs felicitas naturali beatitudini extat prestantior. Quae ergo est felicitas naturalis, quę item beatitudine supernatūlēs? Dicendum, qd naturalis felicitas est contemplatio dei, ad quam intellectualem creaturam per dona naturae ualeat pertingere, utputa per naturale lumen rationis, & per scientias acquisitas, eo modo quo deus creator ex rebus creatis potest agnoscere. De hac felicitate loquitur philosophi. Ait enim Aristoteles decimo Ethicorum, quod in speculacione optimi speculabilis, scilicet primę summę p̄ueritatis, beatitudine constituit. Hanc quoq; naturalem felicitatem quidam elegantes philosophi ualde desiderauerunt ac magnipenderunt. Refert nancj decimo de Ciuitate dei Augustinus,

Kk

Pl

Sapientia
scholastica
duplex.

1. Cor. 8.
Ephes. 2.
Psal. 15.
Augustinus.

Dionysius.

Mag. Selen.
Heb. 3.
Gene. 2.
Sapien. 2.

Felicitas na-
turalis que-
stic.

Aristoteles.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

Bentito su
per natura
lēs quae.
1 Cor. 13

Iohann.

Augustinus.

Heb. 4
Psal. 138

Bonaentura

Psal. 103.
Psal. 145

Mag. S. Thoma

Plotinum Platonicum scripsisse, qd contemplatio dei tantq pulchritudinis uisio est, & tan-
to amore dignissima, ut sine hac quibuslibet alijs bonis homo sit prædictus & abundans in
felicissimus sit. Præterea, supernaturalis beatitudo, ad quam creatus est homo, est contem-
platio diuinæ essentia in seipso, clara & immediate: quam Apostolus nominat uisio dei
per speciem, seu facie ad faciem: quia in hac beatifica ac desiderabilissima & deliciosa uisio
conspicitur deus benedictus sicut est in sua claritate & gloria infinita, nō per simi-
litudines creaturarum, sed per ipsammet increatam lucem ac diuinam essentiam, mēti cre-
atae per modum intelligibilis forme unitam, prout sanctus Thomas in Summa contra ge-
tites profunde disseruit. De hac felicitate ait in prima sua epistola Iohannes apostolus: Cha-
rissimi, nunc filii dei sumus, & nō dum appariuit quid erimus: scimus quoniam cum appa-
ruerit, similes ei, scilicet deo, erimus: quia uidebimus eum secuti est. De hac uera, plena, coe-
lesti, sempiterna ac supernaturali felicitate philosophi nil loqui sciuerunt: nō impossibile
eam putabant omni menti creatæ angelicæ & humanae. Quoniam itaq; ob tantam beauti-
tudinem conditum sumus, non negligamus nosipos, nec deo altissimo sumus ingratii, nec pro
pter ista terrena, caduca, temporales honores, aut immundæ carnis turpia oblectamenta,
eterna hac gloria nos priueimus: sed bonum ac munificientissimum deum ardentem ame-
mus, solicite honoremus, iaq; inde sinenter in uera iustitia deo orissime ministremus.

Articulus III. Quomodo deus omnia in seipso cognoscit

VT innotescat quomodo beati omnia uident in deo, dicendum paulisper, quo-
modo deus adorandus & felix, omnia in seipso cōspiciat. Nil quippe uideri po-
test aut nosci, nisi per aliquam eius similitudinem uidente & agnoscente cō-
sistenterem. Cum igitur deus sit infinitus, omnisq; creatura finita, difficile forte
apparet, quomodo in deo sint similitudines creature, cum finiti & infiniti nulla existat
proportio: & quicquid in deo simplicissimo est, deus est. Est ergo sciendum, qd inter deum
& creature est proportio ac similitudo imitativa, non naturalis. Per hoc itaq; quod sapie-
tissimus deus intuetur suam essentiam, perfectionem & bonitatem, ut à rebus creatis imita-
bilem seu participabilem secundum aliquem gradum seu speciem entitatis, bonitatis seu
perfectionis, prout creatura aliquo modo participare & imitari potest perfectionem & bo-
nitatem proprij creatoris: per hęc in quaam diuinā essentia appellatur & est exemplar, id est,
& quasi intelligibilis similitudo omnis rei creatæ. Rursum, per hoc qd deus omnipotensiam
suam perfecte cognoscit, uidet & scit uniuersa & singula in quaue sua omnipotensia potest,
et quae ei subiecta sunt aut subiecti sunt: sicq; cognoscit plenissime atq; certissime non
duntaxat uniuersa quae sunt, fuerint & erunt: sed & cuncta, iaq; utiq; infinita quae nec sunt
nec unquam erunt: omnia itaq; splendet, continetur ac presentantur in diuina essentia seu
in deo tanquam in primo fonte ac summa origine, atq; causaliter ac principali uirtute, prout
Augustinus in libro octoginta trium quæstionum, & illustrissimus doctor Bonaventura
declarant.

Articulus III. Qd beati deum clare uidentes, non compre- hendunt deum, nec omnia uident in eo, quæ in eius essentia splendet aut continetur.

Quoniam deus in seipso uere, essentialiter ac perfectionaliter infinitus cōsistit, ita
qd sua bonitatis & excellētiae nullus est finis, sua sapientia nullus est numerus,
sua maiestas & perfectionis nulla prorsus extat mensura: id eo à nullacrea-
tura potest comprehendēti, id est, tam perfecte, clara & plene cognosci, scit ex
sua natura cognoscibilis est: sed ipse solus comprehendēti seipsum: creatura uero cum finitæ
capacitatib; sit atq; potentia, distat ac deficit in infinite à dei dignissimi plenaria comprehen-
sione. Deniq; precedentis articulo patuit, qd in diuina essentia eiusq; omnipotentia splen-
det & continetur penitus infinita: & certum est, qd intellectus creatus cum sit finitus in eis
posse & agere, nequeat infinita cognoscere: idcirco sancti deo fruētes, quis diuinā essentia,
sapientiam ac oporētiā clara inspiciat, non tñ oīa uidet in ea quæ continetur ac uident in
ipsa, iaq; in infinitum pauciora in ea conspiciunt: sed quo maioris fuerint meriti, quo deū
ardētius amauerunt, quo in maiori puritate ei ministraverunt, eo ipsum clarissimē deētabili-
liusq; conspectant, & plura in ipso cognoscunt: & in hoc doctores concordes sunt. Aliqui
tñ dixerunt, prout quarto Sententiage narrat Magister, qd uidentes diuinā essentia oīa uidet
in ea, que deus scit, sc̄iēta uisionis, id est, oīa præterita, præfentia & futura. Sed ut S. Thomas
alijq; doctoresibi declarat, dictū illoꝝ repugnat documentis sc̄tōꝝ, potissimum b. Dionysio, qd
in libro

DE MVTVA COGNITIONE SANCTO. IN PATRIA 322

in libro de Hierarchia angelica docet, qd angeli superiores purgant inferiores à nescientia
quorundam diuinorum operum dei mysteriorumq; gratia, & de eisdem illuminant infe-
riores. Insuper docet, qd Christus secundum humanitatem assumptus, & item uirgo Maria
etiam summos angelicorum spirituum de dei opere mysterijs effectum gratia eius
illuminant. Septimo quoq; capitulo angelicę Hierarchię ostendit, qd Christo post passionē
& resurrectionem ascendente in celum, angeli sancti tres quæstiones fecerūt, in quarum
prima inferiores a superioribus edociti sunt. Constat ergo, qd angelini non uident in deo qd
quid agitur & est in creaturis.

Articulus V. Quæ sunt illa quæ omnes beati uident inde sinenter in uerbo.

IN libro Confessionum S. Augustinus ait ad deū: Dñe, creasti nōs propter te: & in qui-
etum est cor nostrum, donec ueniat ad te. Hinc mente humanā nō potest satiare atq;
plenarie quietare, nisi deus creator, qui est bonum in commutabili & immensumur
de nec intellectus noster penitus potest quiescere, nisi summa tieritatem, quæ deus est,
clare beatificeq; cognoscet: nec uoluntas nra potest finaliter satiare, nisi summa bonitatem,
qua deus est, fructuie adepta sit. Omnes ergo deum clare cernentes, omnia sciūt conspi-
ciuntq; in eo, qua naturaliter scire desiderant, utputa totum ordinem uniuersi, omnesq; spe-
cies rerum ac gñia & uirtutes, ac proprietates eaq; illa quoq; indiuersa quæ non plurifica-
tur, sed in uno eōq; salutare tota natura specifica, sicut sunt sol, luna & phœnix, quæ est uni-
ca uis. Sciant insuper singularia hæc inferioria, & quosdam actus eorum, in quantum spé-
cialis ratio idipsum efflagitat, aut per species sibi diuinit̄ inditas cognoscere talia possunt.
Verantū interiores actus nostros, qui exmerita libertate nostra procedunt, uidelicet affecti-
ones uoluntatis, & cordium meditationes, certitudinaliter scire non valent, nisi ex reuelatione
diuina: quanq; conjecturaliter talia possint per p̄dēre ex actibus exterioribus & sen-
tientiis pureq; naturalibus. Hac materiā pleniū prosequi, maiores indiget difficultate, idcir-
co omittit. Verū Albertus Magnus in libro suo de quatuor coequis, & Thomas in Sū-
ma contra gentiles libro 2. Durandus quoq; de sancto Portiano super secundum Senten-
tias, ista diligenter pertractat. Præterea dici non potest qd utiq; electabili & iutēdium sit
præfato modo cognoscere totum ordinē uniuersi, & omnītū entitū naturas specificas, ui-
res ac proprietates, cetera quoq; prædicta, uidelicet choros & ordines omnium angeloi-
rum, uirtutes, naturas ac proprietates cælestiū orbium, omnītū stellarū & planetarū ac
elementorū, formas mixtorū, naturas & tuires cunctorum animalium, uniuersarum gē-
marum ac herbarum, & ceterorum in inuenientiū ab ilium nobis in hac uita igitorū.

Augustinus.

Thomas/
Albertus.

Articulus VI. Autoritates quædam sanctoꝝ, ex quibus alicui apparetē po-
test, qd beati uideant in deo, quicquid in toto ambitu creature, seu in toto
mundo consistit: & quomodo autoritates illæ sint intelligendæ.

Diuina essentia est uelut splendidissimum speculum, in quo omnia clarissime pre-
sentantur ac lucent: nam ipsa est exemplar, similitudo & ratio omnium regū qui
autem inspicit speculum, intuetur ea quæ refluant in speculo. Cū ergo uniuer-
si beati diuinam essentiam in seipso clara conspiciant, uidetur qd omnia uident
in ea quæ in ipsa erūt, & maxime omnia ea quæ fuerint, sunt aut erūt. Præterea Augu-
stinus super Genesim dicit, qd ea quæ temporaliter in materia sunt, deus in principio ange-
lorū mentibus premonstrat. Isidorus quoq; Omnia inquit, angelī sciunt in uerbo, id est,
filio dei, ante quam fiant. Insuper Gregorius protestatur: Illi qui claritatem lucis diuinę in
seipso conspiciunt, nihil agitur in creaturis quod intueri non possint. Postremo, maius est
uidere diuinam essentiam quam cetera uniuersa: cum ergo diuinam conspicient beati el-
lentiam, uidetur qd aliorū nō prorsus ignoren, præterea cum dicat Gregorius, Quid est
qd nesciant, qui deū cuncta sciēnt? Ad ista dicendum, qd deus sublimis & benedi-
ctus est omnium rerum speculum uiuum ac uoluntatiū, prout sanctus Thomas dedit
quarto Sententiā: id eo se ostendit mentibus beatorum prout uult, & ut decet ex par-
te ipsorum, uidelicet secundum capacitatem, dispositionem & dignitatem meriti eorum-
dem, quemadmodum Guilielmus Parisiensis describit: id eo non oportet, ut intuentes spé-
culum illud æternale & exemplar, omnia quæ in ipso continentur atq; resurgent, intue-
antur. Deniq; uerba Augustini & Isidori intelligi possunt de omnibus nō simpliciter, sed
per modum distributionis accommodare, scilicet de omnibus in genere, & item in sp̄cierē uel
de omnibus ad angelos speciale respectum habentibus, seu eorum beatitudinem cōcer-

Augustinus.

Gregorius

Kk 2 nes

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI

Thomas.

Augustinus.

Augustinus.

Gregorius.

Anselmus.

Dionysius.

Daniel.

Ioh. sc.
Psal. II.

mentibus. Ad uerba uero Gregorij Thomas respondet, q[uod] in uisione beatifica est sufficiencia ad omnia singularissime cognoscenda, ex parte diuinæ essentie i[de]o sancti quicquid uidere aut scire desiderant, aut ad eos seu felicitate eorum pertinet, in ipsa agnoscunt, horum nihil ignorant. Ad id clementum quod ultimo tactum est, respondetur: q[uod] licet sit maius uidere diuinam essentiam q[uod] cetera uniuersa, non est tamen maius, in modo minus uidere diuinam essentiam, & uidere illam simulcum ea & in ea cetera uniuersa: Idcirco non sequitur, quod uidetes diuinam essentiam omnia contemplentur in ea, que reluent in ea. Preterea aduertendum, quod sicut diuinitas est ens omnino perfectum, sic eius clara facialis q[uod] uisus ad plenam arcti perfectam beatitudinem sufficit: idcirco non sequitur, quod beatitudo sanctorum sit imperfecta, si non omnia sciant que in diuina splendent ac representantur essentia. Hinc uidens diuinam essentiam, quamvis aliud nihil cognosceret, uere & perfecte beatus est: nec est perfectior ex hoc, quod aliquid aliud cum ea uidet, nisi in quantum eam perfectius uidet. Propter quod quinto Confessionum loquitur Augustinus: In felix homo qui omnia illa, scilicet creaturas, scit, te autem ignorat: beatus autem qui te scit, etiam si illa nesciat: qui uero te & illa nouit, non propter illa beatior, sed propter te tantum beatus.

Articulus VII. Quod sancti in regno coelesti distinctissime noscunt omnes secum in regno existentes: & de innumerabili multitudine angelorum.

Dodecimo de Ciuitate dei assentit Augustinus, quod angelii sancti cum deo & inter se sanctam habeant societatem, sicut una ciuitas dei: eadem autem est ratio de animabus beatis, ita quod ipse cum deo & inter se atque cum angelis societatem sanctam fortiter sunt: qui autem societate junguntur, seiuicem noscunt. Preterea secundum Gregorium aliosq[ue] doctores, ex electis hominibus & angelis sanctis fit una triumphans ecclesia: quia & homines secundum uarietatem meritorum ad diversos assumuntur choros seu ordines angelorum, sicut omnes beati concives sunt supernae Ierusalem, & summa uniuersitatem concordia ac maxima charitate nequantur, & unusquisque de alterius beatitudine gloriatur: quod esse non posset, nisi seiuicem distincte & perfecte cognoscerent. Haec nempe cognitio mutua ad plenitudinem felicitatis eorum exigit, & ad accidentale pertinet præmium, quod ex mutua communione, præsentia, & aspectu concipiunt, quod enim seiuicem ardenter complectuntur amore, tanto ex mutuo a pedu[m] inseparabiliter copiosius gratulantur, & de omnifelicitate sua ac gloria sibi inuicem abundantius cordialiusq[ue] congaudet. Et sicut eorum pulchritudo, ornatus, opulentia, beatitudo, latitia nobis in uita hac incomprehensibilis est, ita incomprehensibile nobis est, q[uod] cordialissime ac hilarissime de mutua sua societate, ac de omni sua felicitate ac gloria sibi mutuo congratulentur, & intra se glorientur. Veruntamen ista eorum laetitia accidentaleq[ue] præmium quasi nullius est reputationis, respectu præmij & gaudij essentialis, quod ex superexaltati ac beatissimi præsentia sortitur: sicut & deus solus uniuersis simul creatis incomparabiliter melior, amabilior, pulchrior, dulcior, præstantiorq[ue] conficit. Porro, secundum Gregorium & Anselmum in libro, Cur deus homo: tot homines electi perducentur ad regnum coeleste, quod in eo angelii stantes & boni manserunt: qui quo sunt, à nobis comprehendi non ualeat in secundum diuinum Dionysium, angelorum multitudine spirituum, quasi incomparabiliter maior est omni multitudine corporalium rerum. Vnde per illud Danielis, Milia milium ministrabant ei, & decies milies cetera milia assistebant ei: nō infinituar aliquis certus numerus angelorum, sed per numerum determinatum, exprimitur numerus indeterminatus: & per numeros illos perfectos ac maximos in se taliter repetitos, datur intelligi multitudine angelorum penitus inestimabilis, & quodammodo infinita: propter quod scriptum est: Nunquid est numerus militum eius? scilicet dei, in modo utiq[ue] sicut testante Psalmista, Deus secundum altitudinem suam multiplicauit filios hominum, ita & angelos. Veruntamen ex scripturis aliquantiter potest perpendi, quād inestimabilis sit angelorum multitudo spirituum. Constat enim, q[uod] quilibet homo in mundo hoc uiuens, tam fidelis q[uod] infidelis, speciale habeat angelum sui custodem: in modo secundum doctores, etiam pueri in utero materno antequam dignuntur, angelum habent: sed & Antichristus angelum bonum habebit, qui etiam filium illius perditionis ab aliquibus retrahet malis, secundum Thomam

& Ale-

DE LAUDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS MARIAE.

325

Alexander de
Hales
Dionysius.

Deuter. 7. 14.
26.

Nume 26.

Damascen.
Rabanus.

Augustinus.
Plato cum se
quacib[us] eius.

Aristoteles
cum suis
sequacib[us].

Thomas.
Bonaventura
Io. Scotus.

& Alexandrum de Hales, qui fuit maximus (erat) frater minor deuotissimus homo) tuis sui theologus. Omnes autem angeli isti, qui singulos custodiunt homines, de infimo sunt ordine angelorum secundum Dionysium. Ad minus ergo tot angelici spiritus de infimo choro seu ordine angelorum, quot modo sunt homines in toto mundo uiuentes: quis dubium non sit, quin sint plures. Insuper, secundum beatissimum, in modo ut uerbis Damasceni utar, secundum sacra titillium, diuinissimum ac theologicissimum Dionysium, quo angelicoz spiritu chor[us] est altior, sed plures angelici spiritus continentur in eo: sicq[ue] quasi inestimabiliter plures sunt angelici spiritus de ordine Seraphin (q[uod] est ordo supremus) q[uod] de infimo choro angelico. Sed q[uod] aestimare queat, quod nūc hoies in mundo existant: Nonne innumerabiles sunt, q[uod] etiam ex scripturis perpendere possumus: siquidem in Deuteronomio Moyses ait ad populum Israël: Te elegit dominus deus tuus, ut sis ei populus pecularis: non q[uod] cunctas gentes nūero uincebas, cū fatis oibus populis pauciores. Ecce secundum uerbū hoc Moysi, pro tunica filij Israël erant cuncte: risationibus pauciores, & tamen protunc erant cōmunitur sexaginta milia uiorum, sicut in libro scribit Numerorus, mulieribus parvulisq[ue] exceptis. Parvuli autem uocantur, q[uod] citra uicesimum annum fuerunt, qui forte simul cum puellis fuerunt non pauciores q[uod] uiri: & forte mulieres uirtutis nō fuerunt pauciores. Si igitur tunc tot erant plures in populo Israël cunctis gentibus pauciore, q[uod] innumerabiles in toto mundo fuerunt: & tamen multe terræ inhabitabiles exierunt, que interim habitari coepérunt. Constat igitur q[uod] inestimabilis sit multitudine supernoz spirituum, qui sunt plures plenidissimi atque fortissimi milites omnipotens dei, quoq[ue] oīm natura, uirtutes, proprietates beatitudinesq[ue] cognoscere iucundissimum erit. Veruntamen possit aliquis obsecrare, q[uod] secundum Damascenum species specialissime angelicorum spirituum soli deo creatori sunt agniti. Rabanus quoq[ue] dicit, q[uod] soli deo cōpetit scire, quod angelica natura in sua puritate subsistit. Ad hanc dicendum est, q[uod] uerba istoq[ue] intelligenda sunt per exclusionem uiatorum & inclusionem beatorum, ita q[uod] soli deo illa sunt agniti per respectum ad uiatorum. Ex istis charissime frater aliquantiter patet, quod homines electi seiuicem in regno coelesti cognoscēt atque insipient. Omnes quippe seiuicem uidebūt ac noscent in increata luce sui creatoris, in quo uidebunt ac noscent oīs suos concuies. Videbunt ac noscent se etiam per species intelligibiles sibi à deo impressas, per quas & angelicus sp[iritu]s, & oīm rerum naturas ac ordinem uniuersi cognoscēt. Quemadmodū anima Christi, licet a primo suo creationis insta tū uideat deum clare per essentiam, & uniuersa in ipso, nūhilominus per species seu similitudines res intelligibiles sibi à principio sui cōcreatas, eadem uideat ac nouit secundum oīs doctores. Postremo, quod homines electi uidebunt se etiam oculo corporali post generale resurrectionem & diem iudicij, in fratre deo prestante, dicetur.

Articulus VIII. Quomodo anima rationalis à corpore separata intelligat.

Sicut in libris de Trinitate & Ciuitate dei, ac alijs locis sepius recitat Augustinus, quod secundum philosophi, ut Plato atque Platonici posuerunt, scientias & uirtutes ac intelligibiles rei species animabus concreatas, ita q[uod] nostrum addiscere esset rem in sciencia, que sciimus, eo q[uod] anima per dimensionem suam in corpore obliuiscere se potest. Hec autem positio quantum ad ipsum fundamentum non solum est falsa, sed & fidei sanctæ contraria: ponebat namq[ue] philosophi isti animas ante corpora esse creatas. Alij autem philosophi, sicut Aristoteles cum suis sequacibus, posuerunt animam non procedere corpus, & intellectum nostrum in principio sui esse ut tabulam, in qua nihil est pictum aut scriptum: et ista positio consonat fidei nostre. Cum itaque queritur quod anima à corpore separata post hanc uitam intelligat. Si quæstio intelligatur de naturali animarum separatarum cognitione, habet difficultatem præcipuam de animabus innocentium infantum, qui ante discretionis tempora mortuorum, in quoq[ue] animabus cum recessunt à corpore, non sunt scientiae & species intelligibiles acquisiti nec concretae. Et quodquis quæstio ista de animabus puerorum baptizatorum separatis facilius solui posset, quia mox producuntur ad regnum celorum, ubi omnia uidentur in deo, & per similitudines rerum eis desuper inditas, seu à deo impressas: tamē de animabus infantum non baptizatorum remanet difficultas, quomodo illuminantur, & quae, quanta & qualiter noscunt. In qua questione etiam magni doctores satis discordare uidentur: nā & Thomas & Bonaventura, & Iohannes Scotus, qui vocatur doctor subtilis, diuersimode loquuntur, idcirco pertransito: quia materia difficultis est, & intantum dico, quia ut omnes isti concorditer dicunt, huiusmodi animæ separatae aliquam suscipiunt illuminationem à deo & angelis, per quam naturalia & ordinem rerum aliquo modo intelligunt. De animabus autem eorum qui scientia prædicta erant in hac uita, dicitur quod tanto maiores illu-

Kk 5 mina

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI

imationem à deo & angelis sortiuntur, quo in hac uita per scientias, uirtutes & species intelligibiles acquisitas fuerunt magis dispositi: & istud de naturali earum cognitione assertur. Ceterum secundum Christianam fidem ueritatem loquendo, animæ tales cum ad regnum celeste peruenient, ex revelatione diuina atq; angelica scire possunt ea quæ aguntur in mundo seu uita presenti, itemq; per animas hinc decedentes, & illuc peruenientes. Similiter animæ quæ in purgatorio detinentur, per sanctos angelos & animas illuc uenientes multa agnoscunt. Dicit autem Thomas in prima parte Summa, quest. 88. & etiam quest. 89. qui aīle parate à corpore per species intelligibiles eis à deo influxas nō intelligit singulæ omnia, sed ea duntaxat ad qua: aliquomodo determinant, id est, ad quæ specialem habitudinem habent, siue per precedentem cognitionem, aut præiuani affectionem, uel per naturalem aut diuinam ordinationem: sic enim & oēs beati eos specialiter noscunt, qui colunt seu inuocant eos in speciali. Porro, de animalibus beatis de frumentis dicit Gregorius, nequaquam esse putandum, quignorense ea quæ foris aguntur, id est, que in mundo hic sunt sed quicquid presentialiter hinc agitur aut est, noscant. Augustinus aut in libro de Cura mortuorum aliter dicit, scribens qui mortui quis beati, non sciunt quæ hic agunt, & quid eoz filij agant & allegat Augustinus pro te quod Isaiae 63, scriptum est in persona populi Iudeorum: Abraham nec uici nos, & Israël, scilicet Jacob patriarcha, ignorauit nos. Vnde patriarchæ illi defuncti ignorasse uident facta posteriori⁹ suo. Allegat quoq; pro se, qui mater sua defuncta eum non uisitauit. Verū ut Thomas exponit, Augustinus scribit hinc uerba dubitanter, sive opinando magis qui afferendo. Argumenta etiā Augustini pretracta nihil cōcludunt, quia tempore quo uerba illa Isaiae scripta sunt, patriarchæ erant in lymbo patrū, nondū beati. Sed & uerba illa Isaiae multipliciter exponuntur. Nec segitur, qui mater eius defuncta facta uanecuit, quicum post mortem non uisitauit. Visitations enim & apparitions mortuorum secundum dispositionem sapientie dei aguntur & subtrahunt ex causis occulti.

Articulus IX. De dotois beatorum in patria cœlestis paradisi.

Vando electi de hoc seculo aut purgatorio in regnum cœlestis transferuntur, datur eis quedam supernaturalia dona eos adornantia, qui ornatus a magistris, dotes uocantis sunt, dotes hec septem, quæ tres prime principales spectant ad animam, scilicet uisio, fructus, tentio: quæ etiā tribus uirtutibus theologicis correspondunt: fidei quippe succedit correspondens qui uisio: spei, tentio, charitatis fructus. Aliæ quatuor dotes spectant ad corpus, ut puta claritas, agilitas, impassibilitas, subtilitas: pro quas dotes corpora beatorū glorificabuntur, & aībus plenissime subiicientur, ita qui actum contemplationis ac fruitionis beatifica nō mō impedient, immo aīt felicitate gloriam augementantur. Nunc em̄ durante hac uita, corpus corruptibile aggrauat animam, deprimitq; terrena inhabitatio intellectum multa cogitantem: tunc uero corpora electorum omnino impassibiliā & immortalia, erunt agilia, clara atq; subtilia, tantouicagiliora seu nobiliora, clariora ac subtiliora, quo anima fuerit deo magis gloriose, propinque ac intime copulata: siquidē beatitudo, claritas & gloria animæ redundabit in corporis video quo anima diuina increta, qui luce magis perfunditur & impletur, & quo summa bonitate suauius fruictur, eomagis claritas, agilitas subtilitas, & redundabit in corpore. Veruntamen natura carnis seu corporis permanebit, ita quod corpora glorificata solida erunt, carnem & ossa habentia, sicut & Christus post resurrectionem apparet apostolis: Palpate (inquit) & uideite, quia spiritus carni & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Hinc corpora illa dicuntur futura spiritualia atq; subtilia, non quod in spirituale conuerterentur naturam, sed quantumad proprietates spiritualis naturæ, seu per effectum spiritualis potentie, & quia dominio aīe erūt plene subiecta erunt quoq; aliorum corporum penetrativa. Postremo, quia proprietas gratia excedit proprietatem naturæ, merito credimus quod corpora glorificata erūt sole clariora. Hinc Christus in euangelio ait: Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Et sapientia tertio legitur: Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto diffurrent. Augustinus quoq; tertio de cōciitate dei. In corporibus inquit, glorificatis, natura carnis remanente, nulla omnino corruptibilitas aut tarditas remanebit. Et ut alibi scribit, ubique; uoluerit anima ibi protinus erit corpus: immo secundum Anselmum, in momento glorificata corpora mouebuntur, id est, in tempore breuissimo, non tam enī instanti.

Articulus X. De claritate corporum glorificatorum: & an exunt transparentia,

Iam

DE LAUDIBVS GLORIOSAE VIRGINIS MARIAE 324

Tam dictū est, quod corpora beatorū clara ac splendida erūt, tantoq; clariora, qui interna lux anime fuerit maior, hoc est, qui lumen glorie, quo anima ad dei beatificum intūtum disponitur, perfectius splendidiusque extiterit, & quo increatae æternæque creatoris lucis mens intimius fuerit iuncta. Sed tūc quæstio oris. An corpora ista glorificata ac lucida, erūt etiā puia, transparēta seu translucēta. Et rēdēnt quidā qui nō. Vnde in compendio theologie, quidincipit, Veritatis theologie, dicitur: qui aliqd fertur clarae dupliciter: Primo, quia est peruīū, sicut uirū; secundo, quia est lucidū, sicut stella. Corpora autē glorificata, ut consequenter ibi assertur, non erūt peruīū, sed lucida. Sed istud non reor teneendum: primo, quoniam sanctoꝝ patrum dictis manifeste repugnat. Ait namq; S. Gregorius, Iob. 28. Moraliū super illud Iob: Non adæquabitur ei (puta sapientiæ) aurum uel uitrum quod in regno patriæ cœlestis, ipsa etiam corporis harmonia corporalibus oculis patebit. Ex quest. sequitur, quod omnia corporis uiscera, juncturae ac dispositioꝝ, corporeo oculo videbuntur. Præterea, B. Augustinus X XII. de Civitate dei capite ultimo loquitur: Omnia membra & uiscera incorruptibilis (scilicet glorificati) corporis, proficiunt aībus dei. Omnes quippe harmoniæ corporis, quæ nunc latet intrinsecus, tūc nō latebit, sed in eis mirabilis pulchritudo cernetur, atq; ex omnibus mens in amore pulchritudinis sui creatoris succeditur. Hinc S. Thomas super quartū Sententiaꝝ, assertus huic sententiae cōsentendū: quia pro Thomas. eam magis saluator dignitas corporis glorificati. Sed & dominus Iohannes Ruybroick, Iohannes Ruybroick. uir magnæ illuminationis, scribit in libro de regno electorum, qui corpora glorificata transparentia erunt. Ex quibus elicitor, qui unū corpus glorificatum cernetur in corporalibus oculis per alium, ita quod corpus glorificatum non abscondet ab oculis quæ retro ipsum sunt. Erunt quoq; colorata pulcherrime, secundū exigentia dispositionis suæ naturæ, partiūq; suarū, & color ille per claritatem adiunctam miro modo ornabitur.

Articulus XI. Quod beati secreta conscientia & cognitione suas mutuo intuent.

Sicut in Moralibus super Iob loco allegato articulo præcedenti ait Gregorius: In illa supernorum ciuium societate, corda electorum libit in uicem claritate fulget & puritate translucent: & cum unius cuiusque uultus attendit, simul & conscientia penetratur: Ibi quippre unius cuiusque mentē ab alterius oculis membroꝝ corpulentia nō abscondit, sed patebit animis: quipro autē in hac mortalī carne uiuimus, cognitiones nostras in alterutru nō uideimus. Illa aut superna ciuitas, quæ sua uicissim singulis corda manifestat, ex auro simili uirto mundo construēta dicitur, ut designetur auro clara, uistro perspicua. De qua ciuitate cœlesti Iohannes ait in Apocalypsi: Eterna strutura muri ei⁹ ex auro mundo simili uirto mundo. Deniq; his concordat quod 22. de Civitate dei afferit Augustinus: Patebunt etiā cognitiones nostræ tunc in uicem nobis: plura' qui; alia ad id pertinentia Augustinus differunt. Ex hac aut mutua agnitione interior, sibi in uicem ineffabiliter congaudebunt. Certū est enim, qui unusquisque beatorū de alio sciet, qualiter mens eius intenta sit deo contemplando, amando, fruendo, & omnia in ipso uidentio, & quomodo oēs conscientiæ suos ardentiſſime diligat. Veruntamen inferiores beatū, superiorum inferiores actus non ita perfecte, distincte & clare cognoscunt, ut superiores. Ante finale quoque iudicium in inferiores angelū & beati à superioribus de aliquibus mysterijs gratiæ ac diuinis operibus, quæ inferiores ante non nouerunt, illustrantur ac edocentur, ut supra iam dictum est. Idcirco fateri oportet, quod inferiores beatū iam interim non sciant in particulari, quicquid in mentibus superiorum intellectualiter continetur, splendor & est, de huiusmodi effectibus dei.

Articulus XII. Solutio ad principale quæstum.

Ex omnibus preinductis uenerabilis atq; chariflissime frater claret solutio ad id, quod principaliter interrogasti. Quomodo scilicet homines electi se in uicem uidebūt ac noscent in regno cœlorū. Dico ergo, quod uisio & cognitione duplex est, scilicet corporalis & spiritualis, seu exterior & interior, uel sensitiva & intellectiva. Si itaq;ue de cognitione ac uisione corporali, exteriori ac sensitiva loquamus, dicendū, quod sancti post die iudicij in corporibus suis glorificatis uidebunt ac noscent se mutuo, corpora sua intus & extra cernendo, immo perspiciendo, uidelicet ipsam complexiōnem, harmoniam, renes, uenas, neruos & musculos, interiorumque sensuum organa, & quicquid sub pellicula corporeum est, lucidissime ac iucundissime intuendo: nec aliquid impuritatis aut indecentiæ in illis erit corporibus. Porro, si de interiori, spirituali, intellectuali cognitione ac uisione loquamur, dicendum quod animæ beatæ modo se in uicem omnesque ange-

Kk 4 los

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

Ios sanctos uident, & noscunt per species seu similitudines intelligibiles sibi à deo impressas seu inditas: uidet quoq; se inuicem in diuina essentia, illam beatifice contemplādo. Taliter autem se inuicem intuendo, cognoscunt mutuo omnia dona naturæ, gratia & gloriae sibi diuinis condonata: conscientias quoq; cogitationes & affectiones iuxta modū in præcedenti articulo assignatum: imò ut affirmat Gregorius, Vnusquisque tunc magis conspicabilis erit alij, quam in hac uita sit sibi metipsi. Postremo, beati in corporibus glorificatis dei secundum diuinam suam naturam corporali oculo non uidebunt, imò nec angelos, nec proprias animas, tanquā uisibile per se, sed ut uisibile per accidens, inquantu[m] diuinæ naturæ excellentia, perfectio & maiestas, tunc in omnibus rebus, quas corporaliter sunt uisuri, eminentissime apparebit. Nihil aut uisibile est per se, nisi sit aliquid suū habens materialiter & uisum per radiū uisualem immutans, suamq; similitudinem uisui corporaliter seu materialiter imprimens. Ideo deus omnipotens & excelsus, cū sit simplicissimus spūs, angelii quoq; & animæ, cum sint immateriales essentiae, non sunt corporali oculo quāvis glorificato uisibles directe per se. Augustinus tamen uicem secundo de ciuitate dei, querit: quoniam hāc, uidelicet, An deus ab oculis glorificatis possit uideri, prolixè mouet, discutit, atq; determinat. Sed ratiō eius uirū taliter tacta est. Solent præterea nonnulli simpliciores inquirere, An corpora glorificata erunt uestita an nuda. Ego tamen in nullo doctore eam quæstionē legi motam neq; solutā. Et puto, quod doctores magni ac solidi reputant puerilem, & rangi indignā. Nihilominus quidam minus (ut arbitror) eruditū dicunt, q; erunt uestita, & quod uestes illa tenuissime erunt ac peruig, mirabiliterq; decorē. Sed contra hoc obijici potest: si enim uestita erunt, hoc erit uel propter nuditatem occultandā, uel propter frigus uel cauma pellendū, aut propter ornatū. Primiū dici nō potest, cum uestes illa dicuntur peruiæ ac transparentes; nam quoq; ex uerbis Gregorij & Augustini innoutuit, quod corpora glorificata tam transfluentia erunt, quod eorum harmonia ac uisibilitas, iuncturæ & ossa corporalibus oculis uidebuntur: quod esse non potest, si uestimenta illa corporum nuditatē occultarent ab oculis. Secundū etiā dici non potest, quoniam uulnæ perfrigere aut calor, imò nulla pœna aut incommoda erit in regno coelorum, quemadmodū Ieremia profatur: Non percutiet eos ætius & sol. Sed nec tertius congrue dici potest, quoniam corpora glorificata pene ineffabiliter pulchriora erunt & ornatoria, q; sunt aliqua uestimenta, imò sole & cunctis syderibus uenustiora, honestiora, q; erunt. Deniq; Adam & Eva in paradiſo ante peccatum nudis fuerunt, nec erubuerunt, neq; ex mutuo alpestru[m] aliquā inde centem motionē perpessi sunt. Beati autē erunt confirmati in bono, eorumq; corpora pene incomparabiliter splendidiora erunt ac pulchriora, q; fuerunt corpora Adæ & Eue in paradiſo. Minus ergo eis competit, uestimenta habere extrinseca atq; corporea, q; Adæ & Eue. Si autem alij cubi scriptum est, q; erunt uestita, intelligendum est de uestimentis metaphorice dictis, ut uestes dicantur ornatus, splendor & decor exterior corporis, & decentissimi mores ipsius. Nam & de deo scriptū est in libro Psalmog: Domini regnabit, decorem indutus est, & item, confessione & decorem induisti, amictus lumen sic uestimento. Sic intelligendum existimo, quod in Reuelationibus sanctæ Brigitæ legitur bene dicta uirgo Christifera dixisse ad Brigittam: Ego talia habeo uestimenta in ceilo, qualia filius meus, scilicet Iesus Christus.

Articulus XIII. De essentia perfectione ac maiestate dei æterni.

Verius intelligatur, quām beatum ac iucundissimū sit deo frui, & quām deſiderabile ac nobile sit ei in uita hac per charitatem & gratia firmiter adhæreſe, reuerenter seruire, affectuose uniri: quām etiam uile, impium atque miserrimum sit eum offendere, in honorare, non amare, sed perdere; aliquid de natura & excellentia, felicitate & gloria superbenedicti & supergloriosissimi dei dicendum uideatur, simpliciter tamen & plane, ut ab omnibus capi possit. Itaq; prout in Exodo legitur, cum deus uiuus & tierus Moysen ad filios Israel destinaret, Moyses q; ad deum dixisset, Quod est nomen tuū, deus statim respōdit: Ego sum qui sum. Hæc dices filii israel: QVI EST, misit me ad uos. Ex hoc dicunt doctores, præfertim sanctus Hilarius & Damascenus, quod proprium nomen dei est, ESSE, seu QVI EST; sic quod esse, uere, plene ac propriissime competit deo, in tantu[m], quod sicut comparatione infinita sapientiae dei nullus est sapiens, cum & Salomon dicat, Stultissimus sum uirorum, & Ieremias propheta, Stultus inquit factus est omnis homo à scientia sua, & sicut comparatione lucis diuinæ, supersplendissimæ & immensæ, nihil creatū est clarum aut candidum, sicut in libro Job scribitur:

Ecce

DE MVTVA COGNITIONE SANCT. IN PATRIA.

325
Job. 15.
Job. 25.

Ecce ecclis non sunt mundi in conspectu eius. Et denuo, Ecce luna non splendet, & stellæ non sunt mundæ coram eo: sic comparatione increati, æterni diuinis esse, nulla creatura dicitur esse: imò potius fertur non esse & nihil, quam esse aut aliiquid: quoniam à plenitudine, p[er]fectione & puritate diuiniti esse, distat & deficit infinite. Deus ergo est ipsum esse æternum, primum & increaturn, plenum, perfectum, immensum, ita quod quicquid ad eminem p[er]fectionem, nobilitatem ac beatitudinem ipsius esse pertinet, hoc cum infinita plenitudine, gloria & excellentiæ, simplicissime competit deo, imò hoc est ipsem deus: ita quod in esse diuinitu[m] absque omni additamento & compositione continetur simplicissime & perfecte, quicquid perfectionis & gloriae est. Porro, in rebus creatis uideremus aliqua esse: sed esse eorum non est uitale, idcirco est imperfectum est ergo diuinitu[m] est uitale. Quædam uero sunt & uitale, non autem intelligunt, ut sunt bruta, ideo sunt imperfecta: Est ergo diuinitu[m], est uitale & intellectuale. Quædam autem sunt, uisunt, & intelligunt sed entitatis, uisualitatis & intellectualitatis eorum est finis: & quicquid sunt & habent, non à seipsis, sed aliiinde sortiti sunt: idcirco non sunt omnino perfecta, sed imperfecta, indigentia ac dependentia. Illic nempe incipit entis imperfectio & non esse, non uiuere, non intelligere, ubi ipsius perfectio & esse, uiuere ac intelligere finiuntur. Est ergo diuinitu[m] cum sit omnino perfectum, ita est uitale & intellectuale, ut eius uisualitatis & intellectualitatis nullus sit finis: nec esse istud diuinitu[m] est aliquid indigens aut depedens, sed simplicissimum ac nobilissimum est in seipso, ita quod quicquid in ipso esse assertur, est ipsummet esse diuinitu[m]. Insuper, est intellectuale non est prouersus perfectum, nisi omni uirtute & sapientia decoretur, nisi omni sanctitate, pulchritudine, suauitate orietur: esse ergo diuinitu[m] est uirtuosum ac sapientiale, sanctum, pulchrum ac dulce: & ita de ceteris, quicquid absolute simpliciterq; loquendo melius atque præstantius est habere quām carere, id competit deo, & id ipsum est deus cum perfectione penitus infinita. Itaque in deo est, & ipsem est deus est bonitas intermitata, sapientia infinita, potestas immensa, uoluntas liberrima, sanctitas incircumscripta, pulchritudo illimitata, dulcedo immensura, dilectio ardentissima, delectatio exuberantissima, beatitudo omnifaræ infinita. Similiter, cum immensa perfectione conueniunt deo adorando & superexaltato iustitia, misericordia, inuariabilitas, æternitas, pax, opulentia, serenitas, omnisque omnino dignitas ac maiestas. Ecce talis ac tantus est dominus deus noster omnipotens & excensus, de cuius perfectione summe gaudere, cuius beatitudini summe congratulari debemus: quem præ omnibus ac super omnia ardenter amare, jugiter honorare temtemur. Praeterea, secundum nostram sanctissimam fidem, deus noster unus & trinus est, ita quod pater & filius ac spiritus sanctus, sunt tres personæ coeteræ, coæquales & consubstantiales, & unus ueru[m] ac simplicissimus deus, ita quod trium personarum est una essentia, una sapientia, una potestas, una maiestas, una pulchritudo, una beatitudo: & quicquid absoluta perfectionis est in una eatur, est in tribus, sic unique, quod quelibet harum trium super excellentissimorum ac super sanctissimorum & super beatissimorum personarum est infinita dignitatis, perfectionis, felicitatis, dulcedenis, gloriae ac uirtutis: & quicquid filius est & habet, à patre æternō suscepit: quicquid enim spiritus sanctus est & habet, à patre & filio tanquā ab uno principio suscepit. Ideo quod liber harum personarum infinitam in se habet felicitatem & gloriam, & unaquæque eorum diligitaliam amore penitus infinito, superardentissimo & superdulcissimo: & unaquæque habet in alia complacentiam prorsus infinitam, & delectationem uerissime interminatam. Aeternaliter quoque intuentur se inuicem deliciissime atq; clarissime, & fruuntur se inuicem cum uoluptate infinita ac supermundissima: sic gloria, pax & suauitas domini dei nostri, in seipso est omnifaræ plena, perfecta, immensa: & si uere ac sincere diligimus eum, debemus de hoc cordialissime exultare. Quo etenim aliquis sincerus atq; ferventius diligit aliquem, eo de felicitate, perfectione & gloria eius abundantius gaudeat.

Articulus XIII. De ineffabili & inæstimabili gaudio præmij essentialis sanctorum in regno cœlesti.

Psalm. 11.
Hebri. 1.
Psalm. 18.
Tobit. 13.
Ierem. 29.
Apollonius 4. 14.
19. 22.
Isaiah 60.
Deuteronomio 6.
Ecclesiastes 1.
Zacharia 14. 6.
Matthew 19. 23.
John 8.
Gala. 5.
Ephesians 4. 1.
1 Timothy 2.
Sapiens 7.

Pulchrum uocamus, quod uisum delectat: & dulce, quod delectabiliter sapit: & quo aliquid pulchrius fuerit, eo eius aspectus deliciosior est: quo autem suauius extat, eo unio gustus & usus, leu fruitio eius sentitur iucundior. Cum ergo deus altissimus & æternus sit ipsa pulchritudo penitus infinita, sapientialis ac uiua, dñs

ag.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

accidentalis, sed substancialis, inquit potius superessentialis, in seipso purissime inuaritabiliterque subsistens, atque ab omnibus per infinitam excellentiam separata & superexaltata nonne inaequimabiliter gaudiosum est, hunc superpulcherrimum deum, hancque infinitam, super splendidissimam pulchritudinem, primam, exemplarem ac supermundissimam in seipso clare ac immediate conspicere, cum ipsa eternaliter habitare, ab eius intuitu nunquam cefare? Porro, quam incomparabilis, amoenissima atque gratissima sit pulchritudo & claritas dei adorandi ac benedicti, ex diligentia creaturarum consideratione potest perpendi. Ecce enim, quanta est speciositas & claritas solis, lunae, planetarum, stellarum, ceterorum ac elementorum, quam delectabiliter tempore æternali terra ornatur fructibus, herbis, graminibus, floribus, arboribus & uirgultis: & si in faciebus quorundam hominum mortalium tantam pulchritudinem posuit deus, ut intuentes facies tam decoras plurimum delectentur, & diutius inspiciendo uix lassentur, ipsumque tempus eis breve uidetur, cum tamen facies hominis sit uilis & corruptibilis materiae portio parua; quam pulcher est ipse creator omnipotens, cuius essentia est lux superpurissima, prorsus immensa: & ipsa haec lux est sapientia inæcpta, ueritas interminata, sanctitas cuius nullus est finis. Præterea, cum deus uero peramabilis, superdesiderabilis ac supergratiosissimus, sit in seipso infinita suauitatis, inquit utique ipsa dulcedo fontana, inuenitur, nonne eius fructus, eius gustus & sapor internus, ineffabiliter iucundissimus, deliciosissimus, & cōficitur? Et si corporalia alimenta ac potus nonnulli tam delectabiliter sapient, si corporum unio tatum delectat, quam uoluptuosisissima est beatifica illa fruitura, quia mēs creata, dulcedine dei inæcpta, purissima & immensa in seipso ad libitum fruatur, eamque in suo fonte experitur, gustat, & ea ad plenū intus in aeternum reficitur; nonne excecati, insipientes atque miserrimi comprobantur, qui tantafelicitate le priuant propter præsentis uitæ delectationes impuras, feceras ac bestias, propter caducos honores, ac pereuntis diuitias? Nunc igitur mentis puritatem amemus: quia ut Salomon loquitur, Qui diligit cordis munditiam, amicum habebit regem: de quo ait Apostolus: Regi autem seculorum immortalis, inuisibili, soli deo honor & gloria. Quid autem est ista cordis munditia, nisi detestatio omnis carnalis affectionis, expulsio totius mundani amoris, atque immunitas a peccato, decor gratiae & uirtutum, diuinī amoris sinceritas? De huius munditiæ amatoribus, qui à peccato uelut à colubro fugiunt, qui oem iniustitiam tanquam uenenum abhorrent, saluator differunt. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Porro, haec præscripta æternæ ueritatis ac summam bonitatis uisus fruictua, est essestiale præmium electorum, correspondens feruori charitatis diuinæ, ita quod quanto quis iam de um ardentius puriusque dilexerit, tanto eum clarius cernet, atque iucundius eodem fruerit. Haec itaque est uita beatorum in regno celesti, deum incessabiliter intueri, eo iucundissime frui, ipsum cum inæstimabili feruore amare, eius infinita beatitudini cordialissime congaudere, ipsum securissime stringere ac tenere, totisque uiribus pfectissime reuereri, laudibus eius nunquam cessare, & omni bono impleri. Postrem, summa perfectio quam in uita præsenti possum obtinere, est, ut huic cœlesti felicissima uite nunc quotidie quantum possibile est, propinquemus, uidelicet contemplationi dei ac supernum, per illuminatam fidem ac luminosum sapientiam donum, frequenter & quantum uolumen iugiter insistendo, soli deo finaliter propter se pure adhaerendo, eius suauitate iam prægustando, eum quotidie ardentius diligendo, eius felicitati & gloriæ congratulando, ipsum intra nos sanctę charitatis brachia amplectendo, ac zelo feruido in omnibus honoro, orationibus ac laudibus eius incessanter uacando. O quam felix ac nobilis est talis uita, sicut & incomprehensibiliter uilis est coram deo uita carnalis. Itaque qui gloriatur in domino glorietur: & qui stat, uideat ne cedat; & quo quis plura a deo gratiarum charitatis fortuitus est, eo plus regratietur, amet, subdatur, obediatur. Qui autem in uito carnalitatis & uitiorum facet fecit, consurgat, id est pecciteat, nec differat: quia neficimus diem neque horam.

Articulus XV. De accidentalis præmio beatorum.

Accidentale præmium beatorum in summi regis palatio, in cœlesti paradiſo, est beatitudo & gloria, quam habent sancti ex mutua societate, intuitione, dilectione ac communione: sicutque beatitudo ista consistit in creatura ad creatorem relata, id est, in ordine eius ad deum. Potissimum quoque felicitas ista, que est accidentalis & secundaria merces, consistit in aspectu humanitatis Christi, & in omni pulchritudine eius interiori & exteriori accidentalí, quæ sola omnium beatorum pulchritudinē uite

canit.
Sapi. 16.
Psal. 99. 37.
65. 14.

Prou. 22.
Sapien. 7.
1. Tim. 1. 6.

Eccles. 21.
Job 19.
Matth. 5.
Lucas 6.
Psal. 33.
Zeph. 1.

1. Cor. 1.
Rom. 2.
2. Cor. 10.
Phil. 1.
Ephes. 4.
Mat. 24.

DE MVTVA COGNITIONE SANCTO. IN PATRIA 326

cit, nec cogitare aut concipere possumus, quam deliciosissimus erit iste aspectus, præser-tim beatis hominibus, qui corpore glorificati, corporalibus oculis exteriorē corporis Christi pulchritudinem intuebuntur, & de suæ naturæ glorificatione in Christo ineffabili liter lætabuntur ac gratias agent, & ipsam Christi humanitatem affectuissime diligenti, quia per eam & eius acerbissimam passionem saluati sunt, & propter bonitatem, sanctitatem ac pulchritudinem eius. Deinde, beatitudo ista & gloria in uisione beate uirginis Maria conficit, quæ beatissima uirgo indicibilis speciositate post Christum resplendet, omniumque beatorum oculis gratissima amabilissima monstratur. Ineffabiliterque delectabile erit, uidere mutuam dilectionem, delectationem, complacentiam, unionemque Iesu Christi ac matris eius uirginea. Deinde beatitudo ista & gloria conficit in omnium angelicorum ordinum, ac beatorum hominum uisione clarissima. O, quam iucundissimum erit, uidere ac noscere inexcogitabilem magnitudinem, multitudinem, pulchritudinem, perfectionem, dignitatem, & gloriam omnium angelicorum spirituum: intueri quomodo sacratissime iliae mentes de ordine illo altissimo Seraphim, in dei amore ardente, quomodo spiritus universi de ordine Cherubim in creatoris sui contemplatione clarissime lucent, & ita de cæteris choris angelicis. Nec dubium quin infimi angelii pulchritudo, ornatus & splendor, omnium huius mundi uisibilium rerum pulchritudinem uincat. Insuper, beatissimorum apostolorum uenustatem, excellentiam & gloriam intueri, martyrumque innumerabilem, uictoriostum exercitum, confessorum lucidissimam turbam, uirgiuum purissimam collectionem, totiusque celestis curia præclaram militum, sapientissimam conexione, pulcherrimam ordinationem. Denique, cum unum ciuem cœlestem in suo decore & gloria cernere, omnem gaudium prefigens uitæ transcendat, quam iucundum erit, tam innumerabilem supernorum multitudinem in suo decore & gloria feliciter sine fine inspicere, uidere glorificata corpora electorum in tanto splendore, ornatu ac uenustate, in quibus omnibus erit etiam quædam decentissima ac delectabilissima pulchritudo, moralis uidelicet, ordinatissima omnium membrorum habito, dispositio, modestia siue facetia, quæ & in uulnibus maxime apparet. Erunt quippe in illis beatis hominibus uenustissimi mores, nec aliquod membra sine præuio infallibilis rationis iudicio unquam mouebit. Ibi erit omnium inuiolabilis æterna concordia, mutua complacentia, charitas perfectissima. Eruntque omnia corda uoluntati diuinæ plenarie ac inauertibiliter conformata, atque in deo inseparabiliter confirmata. Tantæ ergo beatitudinis desiderio, & supergloriosi dei amore, nunc peccatis uiriliter resistamus, carnem cum uitiosi & concupiscentijs crucifigamus, Absit nobis gloriari nisi in cruce domini nostri IESU CHRISTI, per quem nobis crucifixus fit mundus, & nos mundo: Per arctum uiam (id est, penitentiale uitam) infatigabili corde tendamus ad patriam electorum, & super omnia atque præ omnibus deum filialiter metuamus, ne scilicet eum in aliquo offendamus, eumque pure ac feruide diligamus: primo ac potissimum propter premium & immen-sam ipsius bonitatem: deinde, propter beneficia eius innumerabilia, ac promissa celestia, qui est super omnia deus sublimis & benidictus. Amen.

Apoc. 1. 1.
Necm. 1.
1. Cor. 43. 44.
Offic. 7
Gala. 3.
Tit. 2.
Psal. 44.

Psal. 10. 26.

Gala. 5. 6.

Matt. 7.

4. Regij. 17.
Deut. 4.

1. Reg. 12.

Iudit. 16

Psal. 33.

Prou. 24.

Ecces. 5. 1.

Matt. 10.

Apoc. 14.

1. Petri

D. Dionysii

D.DIONYSII A RICKEL

CARTHVSIANI EPISTOLA, QVA RESPONDET
quibusdam quæstionib; quam, quia huic loco non
peccime quadraret, apponēdam duximus.

REVERENDO AC PROBO VIRO, DOMINO AC MAGISTRO
Arnoldo Capion, doctori Iuris & aduocato &c. dño & p̄ceptorí suo charissimo.

ELO deiferuere. Reuerende dñe docto^r, libellus de modo corripiēdi & iudicādi, quem cupit dñatio tua, est in domo ordinis nr̄i prope Leodiū & uenerabilis pater Prior dominus illi^o, mittet pietati tuae: uel si placet, mittas ad eum ut mittat. Multa alia opuscula continetur in libro illo, in quo inter capta p̄ficiat. Cōposui etiā speciale Tractatulū contra suadendā haud scio, an & ille Tractatus cōtineatur in libro prædicto. Porro ad ea dictio tua quaerit, puto dicendum, q̄ infirmitates ille denouantur à sanctis: non à sacerdotiis, sed à fratribus suis, quia fratres sunt.

Quæstio 1. quæ circumspectio tua quærit, puto dicendū, q[uod] infirmitates ille deo[n]i autur à sanctis non quia infligant ab eis, sed potius quia ob speciale meritū eorundē, datū est eis privilegium quoddā virtutis curādi huiusmodi morbos. Nihilominus ad commēdandam iustitiam dei & merita p[re]claras auctor[um], legūtur interdū quidā in seipsis atq[ue] in posteris suis plagati, propter injurias sanctis illatas, ut in Legēda S. Remigii patet de gutturosis. Et idē fert de patie-

Quæstio 2. ORI peccata parentū, q̄bus secundū corpus exorti sunt. Præterea, qd tangis de liberatio
ne ægrorum per egypti hostes, uidet, quia si materiæ tales offeratur deo ad reuerentia suorum sat
etiam, ad imperandū patrocinia ipsorum, nec in ipsa æquiparatione habeat fidutia, quasi
æqualitas pôderit specialiū item sortiat efficiēdi qd petitur; sed ideo egypti ponderatio adhibe
atur, ut aliquid boni ac lictici denotetur, utputo ad designandum cōager te totū offeratur deo &

sancto qui in uocat, seu aliqd tale, non apparet esse sup stitiosum nec illicitum: Alias uidetur prophani. Et huic respōsioni cōcordare, mō uim conferre uidetur, qđ Thomas scribit in Secūda secundē quæstione XCVI. in solutione quæstionis qua queritur: Ansuspenſis sa croz̄ uerbis ad colla fit licita. Vbi inter cetera ait: Caendū est, ne cū uerbi diuinis & sa crisi, quā aliquid coniugantur, ut sunt quidā characteres, prēter signum crucis: et ne spes habeatur in modo scribendi uel ligandi, aut simili uanitate, quæ ad reuerentia dei non per

Questio 3. tinet. Hæc Thomas. Amplius, quod quæritur, cur cura ignis S. Antonio potius ascribitur, à beato Laurentio, qui ignis incendio coronā est adeptus martyrii: uidetur ita soluendū

Ita & **40.**
Roma. **II.**
Proue. **11.**
Questio **4.**
debemus immoderate aut curiose inquirere. Quis enim consiliarius eius fuit? & ipse dividit dona sua prout vult, qui solus nouit omnium corda & secretissima merita uniuersorum, & quod amplius deceat fieri, unde & Salomon: Spiritu inquit potederat est deus. Postremo, quod nesciis cum manegarim? Cor meum dilectione in te, sed etiam in aliis, ut scilicet in fratribus.

tangis, cur peregrini? Cor meum oblatione tua non loquar, nisi medicatim collectam, etiam si abundant. Quocirca uidetur, si medicatio illa ex tenacia seu cupiditate procederet, plane illicita esset, & oblatione minus accepta; quae non est accepta ex opere opato, sed solù ex opere operante, i.e. deuotione, fide & pietate offerentis. Si autem medicatio fiat pro maiori mendicantis humiliatione, & ut materia illa humiliiter postulata, atque ex alijs charitate & pie tate seu liberalitate milericorditer prefita, reddatur acceptior, commendabile esse uidetur, praesertim si & taliter mendicantes, de rebus proprijs pauperibus communicent largius, pro eo qd; pauperes dona, i.e. elemosynas, que pauperibus potius essent erogandæ, praesertim, seu saltæ accepisse uidetur. Ista pro praesenti occurrit, quæ sapientiae tuae iudicio discutienda & emendanda relinquimus.

Tuae dominationis orator & seruus, frater
Dionysius Carthusiensis in Ryremunda

REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC D.D. THEODERICO
HEZIO THE OLOGO ETC. CATHEDRALIS ECCLESIAE S. LAMBERTI LEO-
dienis canonico & clergeo dignissimo, F. Theodericus Loer à Stratton ordinis & domus Carthu-
sien, in Colonia humilis monachus & Vicarius. S. P. D.



PONTIFICIS maximus, Romani inquit praestulis, super universalem ecclesiam unica summa iuris, mihi Hezi cognate coniunctissime, tot tantisque iuriis testamento ex eius, autoritatibus & rationibus firmata & comprobata est, priscorumque patrum eruditissimorum iuxta & sanctissimum sententia altera, argumentis efficacissimis defens, ut communis omnium vere orthodoxorum consensus subreplet, & hactenus universi populi Christiani consuetudinibus habeat, credat & obseruat, ipsum lumenum ecclesie antistitem Petri successor, Christi in terris uicarii, a deo ipso institutum, plena in oes gressus & natu res ac sup universu cle & populi gerere potestate a deo in nemo sanx metis & cōpositione insiciari queat, ipsum unicū esse principi, q̄ cuncta modere, ad quod inferiores episcopi recurrit, cuiusq; autoritate cōstituta (si q̄ fieri debet legitima) connotetur. Qd ad bonum reipublicae, Christianae fidei & ecclesiae defensionem, moxq; correctionem spectat, sublustrer statutum. Quæ oia & si ex facis literis, pdita sunt, plurimi tū huius nīf seculi penitentie gricta frōte, nihil reformidā oibis uribus ad hoc eniti, ut hāc pōtificia maiestatē labefactet & penitus evenerit, ad qd errores nō modo Grecor, sed & Latinor (nōne Hussitas & Wycliffistav, at id gen plurū hæreticor, olim publice cū suis autoribus diuinis) excitare fatigut. Porro nū oīcē episopos & sacerdos tes pars inter se est facultate cōtendit, nūc uero, ueluti suis ipsius & assertorū oblieti, continuo os omni autoritatē priuata, alios euidit non inferiores est, aliter est, q̄ generatum est hoc honore dignitāt. Rursus sūmū sacerdotiū nihil nisi merita tyrannidē blasphematis, mulis calūnis & iniurias afficit. Hinc nullū afferunt ratione q̄ cōficiat adferre queat, nullū ut ex facis literis locū cui nitat, indicat: sed sua temeritate impudenter adserit, q̄ nūq; probare poterit. Quis potius cōtrā, rationi cōsentanei est, ut sit uīq; alijs Monachū uītū ut aliqd caput primariu in populo Christiano, ad qd causa magis ambiguae & difficiliore re ferat, quē admodū oīlū iudicis cōstituit ērāt, ut ueteris legis historia recēset, adiutoria ad sumnum sacerdotiū referre, cuius iudicio & decreto standiū erat. Chis proinde uiuetis dei filius legifer nō & sumus, secundū ordine Melchischedech sacerdos, ubi corporalē plenaria lū mīdo subterahre statuile, noluit tū fine capite uicario reliquere, ut nobis cī maneret, cī autoritas cōdictis diebus usq; ad cōsummatum nō seculi. Hinc iure opimo & benigna sua, p̄uidet actū est, ut nobis de opportunitate prouideret uicario, q̄ uītū cōstituit, eide claves regni celorum promittet ob fidei cōfessionē, ac tandem post multiplicis charitatis protestationē tribus, ad ecclesię utilitatem & necessitatem. Quāuis ita q̄ de Petri eius suis successorib; potestate plenissima illi a Chro collata ap̄stolis sine scriptura, autoritates nō pauca, q̄bus idērē fidēi p̄figurare, promitteret & iā factū cēstaret, uarie tū de hac pro ingenior, uarietate disceptatur est. At q̄ties hāc quæstio in dubiū cōtroversia reticuata fuit, toties mō temp̄ determinatū ē pro lītū sed ap̄ostolica & rī autoritate: aduerſarij assertis, reprobatis & profusi re cōditis machinis, arietibus & tornēis, q̄bus hāc sedē impetrē & subruere statuebat, diu ulis & amotis, ut ppetus in concussa p̄maneat: nēc cōtra quā nec potestates aereas in coelos, nec port inferiori p̄alebit. Et ne propaginato, huius fanēcē sedis oīlū oīa uetus istifina in mediū adferat monumēta, instituti mei est mi cognate tibi nō mō nīl Dionysij, a Rickel libro de Vita & regimine p̄suli & officio Archidiacōnor, De Vita Canonico, & Curatore cū religiis oibis subflegeti buo in hoc I. Tomo nūcupatū dēdicare: sed qd p̄cipiū est q̄ maxie doctissimos tres libros de summi p̄ficiis & cōclitōs gloriū iurisdictiōe & autoritate, q̄s hocce tēpo, & tuo nōcōflectatos euulgados oppōtere cōsummatū: nihil subdubitas eos tū liberos fore à Theoninis dētibus, sīrā rabidi canes tū patrocinij uirga arccat. Nec q̄ erit admodū graue tibi cōsummato theologo & iurii perito protonotario & scriptoriā ap̄ostolico, sanctissimi dñi nīl papaz acolyto in Romana curia diu uesti, ei⁹ doctrinā rueri, q̄ nihil habet qd nō ex facis literis aut priscor, patrū decretis, & doctoꝝ scriptis profectū sit (cūq; rei mei tētes non res erit cōfessimū in theologia & iurib; summi, q̄s examini, ne qd temete ageat, cōmīsa est). Ex argumētu qd tractat Neotericus haud est neglegēt. Vbi eqdē lib. hos Diony siū nostri (ut multos alios pergantur, cū reueredissimi patris & dñi D. Thomaz Caeterian cardinalis S. Sixti, ex ordine Prædicatorū lib. de Cōparatione autoritatis papaz & cōcīlii seu ecclesie uniuersali cōuleris, absnegatio intelliges, hūc ab illius sententiā nō abesse: nīl q̄ q̄s p̄fuso tēpori, stilo, phrasī, mō & ratione tractādū inseruerit. Veli tētia cauſa & occasio alia fuit, licet ad utrigit intēto: nēpē defendāti uītū, unicū summū q̄ Romāni pon. sup̄ uniuersalē ecclesie maiestatē, dignitatē & potestate. In q̄s tū ille errasse dicere, hic nā aceritū defensor, utriusq; cōmūne sententia tutabit. Prōptiore uero animū defendandi Dionysii in tē desidero, q̄ hactenus in me & tōrī ordine nostri multiplici bīuolēcia & largissimis declarasti bīficij, quib; nositos tibi deuinixisti. Possem hic q̄tū pauca adfignare ratioes, cur nō honor q̄ maxie tibi la de fert, debuit, ut inter plurimos nobilitate, dignitate, & corporis dobtū p̄clarissimis uirois Dionysio fōfauēt, te in präsentia de legerim Meccenatē & horū p̄fatorib; librotū patronū, nīs uererer rursus abs te incipiāt ac plus fati se cōmande uelim: q̄ manus recipia oibis honoribus dignus es, q̄ uebris amullos p̄fatoꝝ cōtracōtū & extollū. Cur alioq; subterē tuū amicū synce & q̄ in me am & piūm adfecit, q̄e multiplicib; bīficij dulcissimisq; ad me ep̄stolis sape declarasti: multoq; tuo cōfisiō, q̄ uītū rārēt, ita qd p̄fuderet nihil meisq; profitisit? Nō interim qd semp pro tua humiliante uitā, nimius sim mortalitātū laudator, hoc unico oīa inuolua uerbo, te tātis abs me astimari tantūq; amari, ut reer nūq; fatis te cōmētari posse: siquidē per publicā famā, nō ignoramus te si laude digni p̄cceleare, uicis facile si extra laudes plēa colloquādis: in q̄s ex aquo uirtus cū sc̄ētia pugnet, ut in re neutra p̄cē habere uidearis. Atq; hinc ut p̄te docti & indoc̄t, nobiles & ignobiles fœculares & spirituales, nō mō infimi & medij uerūtū summatē & p̄incipes, nō securusq; unū ex paucissimis soli, amēt & obseruat: imo q̄h perinde habet de tētē dicti queat, q̄s sic p̄fuderet cōstitutionē & mīrū uītū cādōrē, diuino munere (cū oīa accepta fētē debet) deinde cōḡ copulati, ut sis, in quō solū, solatium multorū, longa desideriū uita. Vale felix mi om̄amātissime cognate, & perge promouere Dionysij sū, cuiū amare pauperē cognati, ut hacten solit⁹. Ex Agrippinē nostra Cartusia ipsi S. Barbare, nōt̄ dom⁹ singulare patrone, terris. Anno 1531.

D. DIONYSII ARICKEL'

CARTHUSIANI, DE AVTORITATE, OFFICIO, DIGNITATE
summi pontificis & generalium conciliorum, Liber primus.

PROLOGVS.



Lucus. 30

Eccles. 4
1. Petri. 5
Iacob. 4

CONFITEOR TIBI PATER DOMINE COELI
& terrae, quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus,
& reuelasti ea parvulis. Etiam pater, quia sic placuit
ante te. Haec sunt uerba unigeniti filii dei ad patrem aeternam
scripta, in quibus Christus secundum naturam assumptus gloria
agit patri aeterno, eo quod sua supernaturalia documenta uerita-
ta fidei Christianae mysteria legiisque euangelica sacramenta,
humilibus reuelauit, que sapientibus atque prudentibus, id est
sugibis quod in oculis proprieatis magni & doctri sunt, occultauit;
quod ad modum enim humilitatis efficit mentem diuine illustrati-
onis capacem, quod substernit & subiicit eam deo altissimo, ita
superbia facit eam ad suscipienda gratias, charismata profusa-
indignam, eo quod reddat eam creatori suo inobedientem atque rebelle. Hinc scriptum est: Quoniam
magnus es, humilitas in oibus, & cor a deo inuenies gratiam, quoniam ab humilibus honoratur.
In eodem quoque libro habet: Deus super his resistit, humilibus autem dat gloriam. Quod uerbū tam
est ponderis, ut sacratissimi apostoli Petrus & Iacobus illud allegent in scriptis suis canonici.
Itaque qui sapientiae dono perfundi, qui defuplustrari ac edoceri, qui incerta & occulta sapi-
entiae dei sibi manifestari desiderat, humilitate se uestiat, immo in oibus profundissime se ipsum
humiliter. Denique, sicut in exordio primitiae ecclesiae deus omnipotens per humilios Christi
discipulos sanctos apostolos fidem a legi euangelica in toto orbe disseminauit, plantauit, se-
mantauit: sic usque in presentem per tales hanc ipsam fidem a legi sanctissimam in suo conservauit
uigorem, ita ut nec a tyranis, neque hereticis, neque a falsis fratribus potuerit haec fides & lex
extirpari. Vnde sperandum est, quod nunc quoque similiter suæ succurret ecclesiae, eccl-
esiasticam unitatem reformando in ea.

Articulus primus. De motu editionis huius tractatus.

O Varto capitulo de Divinis noibus magnus ille theologus fidelis Dionysius pte-
stat. Bonitas diuina dicitur lumen, propriam plenitudinem oculi mente illuminans, & in-
tellectualia ac rationalia, scilicet hoies ac angelos in superfuso radio cogregans
& concordans quod admodum enim ignorantia seu ratio humana in quantum est de-
fectiva, est diuinitus ab initio eius, quod ducti sunt in errores multiplices, ut in hereticis & schi-
smaticis multitudine constat: ita praesentia siue infusio lucis diuina est coadunativa copia &
illustrans, & conseruans seu reducens eos a multis opinionibus ad unam ueram, consistentem, di-
uinam & inuiolabilem ueritatem. Itaque causa tantum uaria, tamen discordantia opinione in his quae sta-
tu ecclesiastice & a iure concernunt salutem, est carentia illustrationis supradictae, quia deus sublimis &
benedictus iam iusto iudicio subtrahit multis, quia indigni sunt ea. Hinc contra se mutuo alter-
canit, unusq[ue] alter, hereticus atque schismaticus noscat. Hinc fidelibus, ne in hinc schisma
labitur, maxime necessaria est illuminatio instructio diuina, ut naturale lumen rationis per lumen
gratiae confortetur, directione fidei spiritus in oibus concordem, quod uniuersitatem christifidelium summe ne-
cessarium est cognoscere. Aproposito & oratione: Deus patietur & solat in det uobis id ipsum sapere in alia
rurum secundum Iesum Christum, ut unanimes uno ore honorificeris deum & patrem domini nostri Iesu
Christi. Et iterum Philipus, affectuissime exhortatus: Si qua consolatio in Christo, si quod solatium chari-
titatis, si qua societas spiritus, si qua misericordia, implete gaudissi meum, ut id est sapiatis,
unanimes id ipsum sentientes, nihil agentes pro contentione neque per inanem gloriam, sed per humilitatem
supiores sibi inuicem arbitratates, non quod sunt singuli considerantes, sed quod alios. Præterea, ganas
prohdolor in ecclesia dei periculosisimum schisma emerit, in quo opinione multifarie dissidentes
nascuntur, quibusdam quod papalo queritur atque scribetur, alios vero quod per concilio, uerbo & scripto
agetur, quod in diversificatio in hoc presentem consistit, quod una pars dicit papam esse supra concilium
alia autem affirmat, quod concilium sit supra papam. Iecirco de hac re quod spiritus, scilicet spiritus utique ueritatis
& pietatis dignatus est aut dare dignabitur, scribere cogitauit, tanto humilius hoc ipsum
exordiens tanto que minus de uitibus meis presumens, quanto minorem me esse co-
gnosco.

Roma. 13
Phil. 2

DE AVTORITATE PAPÆ ET GENERAL CONCIL.

328

gnosco & impotentior est ad ista, quanto etiam difficultior presens extat materia: nempe al-
tissimum & uere arduissimum est istud negotium, nec sine specialissima opere ac gratia spi-
ritus sancti poterit expediri. Eius ergo illuminationem, directionem & confirmationem in
cunctis cordialissime inuoco, qui naturaliter bonus est, in amorem plus, dulcis & liberalis.

Articulus II. De uniuersali autoritate ac presidentia Papæ super totam ecclesiam.

am, seu uniuersos fideles simul acceptos, secundum sanctos catholicosque

doctores, tam Græcos quam Latinos.

Eorum qui nunc pro Basileenam, seu etiam pro quoqua; geniali concilio loquuntur &
scribunt, aliqui dicunt, quod Papa pro tanto summus pontifex appellatur, & ple-
nitudinem patris habere assertur, quia quæcumque particularē ecclesiæ habet purgatoriu-
m, illuminare atque perficere, & super qualibet ecclesiastica personam patrem plenam fortifi-
car, quasi non & tota ecclesia simul sumpta habeat tanquam uerus pastor ipsius purgare, illumi-
nare, perficere, & quasimodo oibus simul acceptis fidelibus praesidit, nec super omnes pariter patrem
iurisdictionem habeat. Vident autem hi ualde extremum causam hac, atque patrum Papalis ac dignitatis
ratione aliud derogare, siue quodammodo contraria: sicut & quidam illoz qui quasi pro Papa lo-
quuntur & scribunt, uidetur nimis multum attribuere Papam, dicentes quod a nullio in terra neg-
at geniali concilio legitime congregato queat iudicari, reprobari, absoluiri: quoniam patrem in terra
super seno haber maiorem. Vnde inter hos sita extrema, videtur media via procedendū sic ex-

tollenda est summi pontificis dignitas ac prius, ut genialium conciliorum autoritas nullatenus de-
roget, & insuper sic preconizanda & magnificanda est genialium conciliorum autoritas, ut patrum
& excellenter Papam vel determinatur. Et quod ad hanc tam idoneam, nisi quod supplementum il-
le paracletus spissans, cuius inspiratio dat intelligentiam, gratiosam & uehemeter adiuue-

riat qui ab exordio in figura, abiecta est, siu la mundi elegit, ut iuxta Apostolum, sapientes &
fores confundat, in cuius pietate atque subtilio toru mea fiducia est. Vnde nec presumptionis
me arbitrio arguendum, quod scribere iusta terauerim, presertim cum in defensione ueritatis fidei
& eorum quod fidei concernunt, oes sumus aequalis, ut assertit Augustinus, & Thomas allegat. Nunc
ergo iuxta tenore articuli huius, probandum per testes idoneos, sanctosque doctores ac pa-
tres, quod Papam toti & uniuersali ecclesie praesidit, sicut pastor, princeps, caput & dux super

eam lumini pontifici sui potestatem, & iurisdictionem ordinatam, ordinate possidentis su-
per ipsam, ita quod ratione commissi subiace Christo offici habet totam ecclesiam purgare, il-
luminare, perficere, seu uerbo & opere pascere, quantum ipsi possibile fuerit: & quod per se-
quuntur implere, alijs debet committere & mediate uel immediate, quod idcirco in partem solici-
tudinis vocari dicuntur. At quippe Chrysostomus super illud, Sequere me: Si dixerit ali-
quis, Qualiter ergo Iacobus thronum assumpit, et erofolymum illud utiq[ue] dicam, quoniam
Christus Petrum orbis terrarum inthronizavit magistrum. Et iterum ait ibidem Chrysostomus: Magna Christus Petro praedixit, & orbem terrarum ei commisit. Theophilus
Theophilus
quoque circa eundem locum testatur: In hoc quod dominus dicit Petro, Sequere me, cun-
ctorum fideliem, ei prælaturam instituit, & denuo in persona CHRISTI ait ad Petrum: Te
nunc dirigo ad orbis pontificatum. Prætereas super illud, Dicit simoni Petru[m], scribit
Theophilus: Commissionem omnium mundi commendat Petro, & non alijs. Vbi & Chrysostomus ait: Præteriens dominus alias Petro de talibus loquitur, puta de suis ouibus pascere
dis. Eximius enim apostolorum erat Petrus, & os discipulorum, & uerter collegij. Augustinus
Augustinus
nunc etiam ait: Confidenti Petro amorem suum, commendat Ch[ristus] quesitus, dicens: Pa-
tio agnos meos, tanquam non esset ubi ostenderet Petrus amorem suum ad Ch[ristum], nisi esset pa-
stor fidelis sub principe pastorum. Denique, super illud, Sedens Iesus docebat de nauicula
Lucas. 5
turbas, tangit Ambrosius, quod tota ecclesia uis est Petri: & quod non turbatur illa quod Pe-
trum habet: turbatur illa, quod Iuda habet. Amplius, super illud, Assumpsit Iesus Petru[m] &
Iacobum & Iohannem, asserti Damascenus: Petrum assumpsit, quasi praefidens futurum to-
atu eccl[esi]e, sed Iacobum assumpsit, tanquam mortuum pro Christo. ante alios apostolos:
Iohannes uero, tanquam theologæ purissimum organum. Similiter super illud, Faciamus h[abitu]m
tria tabernacula, Damascenus disseruit: Non te o[ste] Petre dominus tabernacula, sed uniu-
ersalis ecclesiæ constructorem constituit. Adhuc autem, super illud, Inuitus eum (scilicet
Iohannes 1. Petri) Iesus dixit, scribit Beda: Inuitus est eum non exterioribus oculis soli, sed & exter-
no diuinitatis intuitu, uidit cordis eius simplicitatem & animi sublimitatem, cuius meritum toti
preferendum esset ecclesiæ. Præterea, super illud, Ait autem ei (scilicet Christo) Petrus: Do-
mine, ad nos dicis hanc parabolam, an ad o[ste]s ait Theophilus: Petrus, cui iam commissi ec-

i. Cor. 1.
Papa primi-
copsis & ca-
pucinorum
tati uniuersali
ecclesie.

Iohann. 21.

Theophilus

Iohann. 21.

Augustinus

Iohann. 21.

Petrus

Ambrosius

Lucas. 9

Iohannes 1.

Beda

Lucas. 9

L. 2 cle-

Iohann. 18. clesia fuerat, quasi omniū curam gerens, inquirit. At uero super illud, Dicit Petrus ancilla officia, scribit Chrysostomus: Petrus orbis terrarum doctor & magister, peccauit homo passibilis super omnes homines ordinatur, ut dū ipse in alijs suas recolit passiones, mitieis se p̄beat & benignū. Insuper, sup *illud*, As̄cēdit Simon Petrus & traxit rete &c. ait Gregorius: Petro sancta ecclesia est commissa; ipsi specialiter dicitur: Pasce oves meas. Porro super illud, Ego pro te rogaui ut non deficiat fides tua, Theophilus in persona Christi loquitur Petro: Tu aliquando conuersus confirmā fr̄atres tuos, quasi dicat, Post quā mene gato ploraueris ac paenitueris, corroborā cōperos. Hoc enim te decet, qui meum robur es ac petra ecclesie. Hoc autem, ait Theophilus, intelligendū est non solum de apostolis qui tunc erant, ut roborarentur à Petro, sed & de omnibus qui usq; in finem mādi futuri sunt fidelibus. Postremo, quidam deuotus ordinis nostri, tertio uolumine uitæ Iesu Christi cōscriptis: Pastorem omnium fidelium, apostolorum & principem ac summū uicarium in tota eccl̄ia Christi Petrum p̄fēcit, cum ei dixit, Pasce oves meas. Ex quibus omnibus auctoritatibus p̄cinductis lapenter pensatis, clarissime atq; certissime patet, q̄ Papa toti eccl̄ie p̄fēcīt, seu cunctis fidelibus simili sumptis suministrā, plenam ac p̄fūscalem autoritatem ac p̄sidentiam, p̄testatē & p̄lēationem habens diuinū super eam in terris, tam sub Ch̄o, & secundū mensurā ac legem sibi à Christo p̄fixam, uidelicet in his quae ad pontificis sui officiū seu magisteriū p̄tinent, ita q̄ in talibus Papa est inter Christū coelē p̄fēcīt, & inter totā eccl̄ia in terris peregrinatē, medius & sequester, tanq̄ immedia & propriū Ch̄i uicariū, ac totius eccl̄ie uniuersalis pastor ac p̄tífex, princeps, iudex & p̄ses. Quād modū enī q̄cunq; episcopus Pap̄e subiectus, ad suā particularē eccl̄ie, quam toram iuxta officiū sui exigentiam, habet purgare, illuminare, perficere, gubernare & iudicare, ita dominus Papa ad totam comparatur eccl̄iam. Partes autem non constituit totum, nisi simul sumptis, cum dicat Boethius. In entibus aggregatis unius est forma. Sed & facile est probare, q̄ si Papa omnē seu quācumq; particularē eccl̄iam habet purgare, illuminare, perficere, q̄ etiam uniuersalem & totā eccl̄iam habet purgare, illuminare, perficere. Vnde eo ipso, q̄ Papa est summus cōmūnīs pastor & pontifex totius eccl̄ie, habet totam quantitū ipsi possibile est, uerbo & doctrina modis p̄p̄fēcīt, purgare, illuminare, perficere. Cōuocatio q̄q; seu cōfīstentia gñalī cōcilij non derogat p̄testati papali, nec sedente gñalī concilio, Papa definit esse Papa ratione residentiae cōcilij. Vnde nec definit esse summus p̄fālatus, pastor & caput eccl̄ie in hoc mundo, q̄uis pro tunc quantum ad aliquid, aliter habere se debet q̄temporibus alijs. Sed hoc nunc tetigisse sufficiat, q̄m id, sp̄ rituālē p̄fāstante, clarius est pāndēdū. Cāterē palam est, ea q̄ue de Petri autoritate & p̄fēdītā dīctā sunt, de successib⁹is quoq; ip̄fūs debere intelligi.

Articulus III. De mirabili excellentia & plenitudine p̄testatis domini Papae, ex uerbis sancti Bernardi ad Eugenium Papam, ex quibus p̄habita confirmantur.

Bernard⁹ de picinudine p̄p̄fēcīt Pap̄e
Secundo libro de Consideratione deuotissimil Bernardus ad Eugenij Papam loquuntur: Parem sup terram non habes. Si ergo Papa sup terram p̄rē nō habet, q̄ue habet maiorem? Sed hoc infra magis tractandū est. Insuper scribit Bernardus Eugenio Papae: Indagēmus diligētius quis sis, quam geras pro tempore personam in eccl̄ia dei. Quis esset sacerdos magnus, summus pontifex. Tu princeps episcoporum, tu h̄eres apostolorum, tu primatus Abel, gubernator Noe, patriarchatus Abrahā, ordine Melchis dec, dignitate Aaron, autoritate Moyses, iudicatus Samuel, p̄testate Petrus, uincione Christus. Tu es cui claves tradirā, cui oues creditas sunt. Sunt quidem & alijs celi ianitores & gregū pastores sed tu tanto gloriosius, quanto & differentius, utrumq; p̄a cāteris nomen hereditasti. Habēt illi assignatos sibi greges singuli singulos: tibi uniuersi sunt crediti. Nec modo ouii, sed & pastor tu unus omniū es p̄storū. Vnde id probem quāris? Ex uerbo domini. Cui enim non dico episcoporum, sed etiam apostolorum sic abolute & indiscrete tota commissā sunt oues: Si amas me Petre, pasce oues meas. Quās? Illius uel ilius populus ciuitatis aut regionis, aut certe regni? Oves meas ingr. Cui non planū nō de signasse aliq; sed assignasse oes? Nihil excipi, ubi distinguit nihil. Et forte p̄sentēs cōdīci puli cāteri erāt, cū cōmītēs uni, unitatē oībus cōmēdat, & in uno grege & uno pastore, secundū illud: Vna est colubā mea, formolā mea, p̄fecta mea. Vbi unitas, ibi p̄fēctio. Reliqui numeri perfectionem non habēt, sed diuisionem, recedētes ab unitate. Inde est, quod alijs singuli singulas fortisunt p̄lebes, sc̄iētes sacramētū. Deniq; Iacobus qui uidebatur coluo

columna ē esse, una cōtētus est Ieroſolyma, Petro uniuersitatē cēdens: quo cēdētē, q̄s alter ingrat se Petri p̄rogatiū: ergo iuxta Canones tuos, alij in partē sollicitudinis, tu in p̄lē nitidū p̄testatis uocatus es. Aliorum p̄testas certis limitibus coactūtū: tua extendi tur in iplos, qui potestatē super alios accepērunt. Nonnē si causa extiterit in episcopo cēlum claudere, tu ipsum ab episcopatu deponerē & etiā fatā tradere potes? Stat ergo inconcūsum priuilegiū tuū tibi, tam in datis clauib⁹, q̄n ouibus comitētatis. Accipe aliud, qđ nīlominus p̄rogatiū cōfirmat: Discipuli nāuigabant, & dñs apparet in litore sc̄ies Petrus quia dominus est, in mare se misit, & sic tenuit ad ipsum, alij nāuigio p̄uenientibus. Quid istud? Nempe signum est singularis pontificij Petri, per quod nō nāuem unam, ut ceteri quisq; suam, sed seculum ipsum suscepērūt gubernandū mare ē seculum extinaues, eccl̄iae. Inde est, q̄ altera uice in studio grādīs sup aquas, unicū se Ch̄i uicā rūm designauit: qui non uni populo, sed cunctis p̄cessit debet. Si quidēm aqua multe, populi multi. Ita cum quisq; cāterōs habeat suam, tibi una cōmissā ēst grandissimā nauis, facta ex omnibus, ipsa uniuersalis eccl̄ia, rotō orbe diffūtabilitiā māndū ēst creditus, & omnī eccl̄iarū sollicitudo relīcta est tibi. Nōne ex his beatissimi illūnitatis simiūq; Bernardi eloqujs, luce clarissim⁹ constat, q̄ totius eccl̄ie p̄sū pariter sumpt̄, Papa sit pastor, p̄fēlatus & pontifex, habēs eā dirigere, gubernare, purgare, illuminare, perficere, atq; eidē p̄o utrīb⁹ p̄ se & coadiutores suos sollicite, p̄fēlatur. Elucēscit demū ex dictis, q̄ uniuersis p̄incipales dignitates ac p̄testates eccl̄iaſtīcā, ut p̄a primatus, patriarchatus, episcopat⁹, ordo, autoritas iudicaria, & papatus, in summo pontifice contīnētūt sed de hoc infra clausis est tractandum.

Articulus III. De p̄testate, dignitate ac p̄fēdītā Papae secundū Thomā in Sāma contra gentiles, & super secundū Sententiāz.

Sanc̄tus Thomas III. libro Sāmū sua cōtrā gentiles, de ista materia inter cāterā scribit: Manifestū est, q̄ quis populi fideles distinguātur p̄ diuersas dioceses & ciuitates, tñ sicut una est eccl̄ia, ita oportet ēss̄ unū populu Ch̄istianū. Sicut ergo in uno sp̄ciali populo unius particularis eccl̄ie regitur unus episcopus, q̄ sit totius illius populi caput, ita in populo Ch̄istiano regitur, q̄ sit unius totius eccl̄ie caput, sc̄ilicet Papa. Prēterea, ad unitatē eccl̄ie regitur, q̄ dēs fideles in fide cōtinētānt. Circa uero ea q̄ue fidei sunt, contingit questio[n]es mouērē p̄ diuerſitātē aut sententiāz diuide re eccl̄ia, nī in unitate per unius sententiā cōſervāretur. Oportet ergo q̄ sit unius, q̄ toti eccl̄ie p̄fēt. Manifestū est aut, q̄ Ch̄is eccl̄ia in necessarijs nō defuit, quā dilexit, & pro eā sanguinē suū fudit, cū & defynagoga dicatur p̄ dīctū. Quid ultra debui facere ui[n]dē neq; & non feci? Non ergo est dubitandū, quin ex ordinatione Ch̄i unius toti eccl̄ie p̄fēt. Prēterea, nulli dubiū esse debet, qn eccl̄ie regnū sit optime dispositū, utputa p̄ eu dispositū, per quē reges regnānt, & legū conditores recta discernūt. Optimū aut regnum multitudinis est, ut regatū per unū qđ patet ex fine regētis. Pax enī & unitas subditorū, est finis regētis. Vnūtatis aut congrētior cāusa est unū q̄ multi. Manifestū est ergo, regnū eccl̄ie sic est dispositū, ut unū toti eccl̄ie p̄fēt, seu uniuersis p̄fēlatur. Si autē q̄s dīcat, q̄ unū caput & unū p̄fēt est Ch̄is, q̄ est unius eccl̄ie sp̄sū, nō sufficienter r̄det. Manifestū est enī, quod oīa eccl̄iaſtīcā sacramēta ipse Ch̄is p̄fēcit; ipse est enim q̄ baptizat, ipse q̄ peccata remittit. Ipse est uerū sacerdōs, q̄ le obtulit in arā crucis, & cuius uirtute corp̄ eius in altari q̄tide cōfēratur; & tñ quoniam corporaliter nō erat cū oībus fidelibus p̄mat surus p̄fēntialiter, elegit ministros, per q̄s p̄dīcta sacramēta fidelibus dīpēfaret. Eadē ergo ratione, qā p̄fēntialē corporalē erat eccl̄ie subtracturus, op̄ortuit ut alij cōmīte re, q̄ le sui uniuersalis eccl̄ie gereret curā. Hīc est qđ Petru dīxit ante ascensionē, Paſce oues meas. & ante passionē. Tu alij cōuocāt, cōfirināfrēs tuos. Et ei soli promisit: Tibi dabo claves regni cōeloz, ut ostenderet p̄tās claves p̄rē eū ad alios deriuāda, ad conferuāndū eccl̄ie unitatē. Non autē dici p̄fēt, qđ etiā Petru dignitatē hanc dederit, nō tñ ad alios deriuāt. Manifestū est enī, quod Ch̄is eccl̄ia sit institutū, ut esset usq; ad finē seculi duratura, secundū illud: Sup solū Dauid & sup regnū ei⁹ sedebit, ut cōfitinet illud & corroboret in iudicio & iustitia, atmodū & usq; in sempiternū. Manifestū est ergo, qđ illi illos q̄tū erāt in ministerio, cōfītitū, ut eōs p̄tās deriuārē ad posterōs p̄rō utilitate eccl̄ie, usq; ad seculi finē, p̄fērūtū cū ipse dīcat: Ecce ego nobiscū sum oībus diebus usq; ad cōfītētātionē seculi. Per hoc autē excludit p̄fēmptuosus error q̄rūndā, q̄ se subducere hi cōfītētā in obediētā & correctionē Petri, successore eius Rōmanū pontifice, uniuersalis eccl̄ie

Vna est eccl̄ia carbo-licia, cuius ca-p̄fēt papa

Johann. 12.
Luce. 22.

Luce. 22.

Matth. 26.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI

siæ pastore esse non recognoscentes. Hæc oīa fuit uerba Thomæ loco præallegato, in quibus clarissime assertur & probat, qd Papa uniuersitè presit ecclesiæ, & toti multitudini Chri^tianorum præsideat: qd patet, qd nō solū quicunq; particularē ecclesiæ habeat purgare, illuminare, gubernare & iudicare, sed etiā uniuersitatem ac totā ex oībus resultatēm seu adūnatā. Verumtā in his uerbis thomæ præhabitatis aliqua continetur, quæ sanū regunt intellectū, ut qd ait Chri^tm soli Petro promisisse: Tibi dabo claves regni cœlogie: & qd p̄tā claviū per eū ad alios deriuata sit. Hoc qd p̄tā sic accipi uolunt, qd & cæteri quoq; apliā Pe^rtro & per Petru, & nō immediate à Chri^to p̄tāem clavium sint fortiti. Idcirco de hoc infra plenius loqui oportet. Amplius, super II. Sententiaꝝ distinctione ultima assertit Thomas, qd p̄tā superior atq; inferior duplicit se habet: aut ita, qd potestas inferior ex toto oriātā p̄tā superiori; & tunc tota uirtus inferioris fundatur sup̄ uirtutē superioris: & ita se habet potestas dei ad oīm p̄tāem creatā: sic etiā se habet p̄tā imperatoris ad p̄tāem proco^sulū, itēq; qd p̄tā Papæ ad oīm sp̄ualem potestatē in ecclesiæ: quia ab ipso Papa gradū dignitatū diuerſi in ecclesiæ & disponūtur & ordinantur: unde eius p̄tā est qdādam ecclesiæ fundamētū. Secūdo, potestas superior & inferior ita se habet, qd ambo oriūtur ex una quadā summa p̄tā, quæ unā alteri subdit secundū qd uult: & tunc una non est superior alia, nisi in qbus una ūponitur alteri à sup̄emna potestate. Sicq; se habent potestas archiepisco^ppi atq; episcopi, descendentes à Papæ p̄tā. Hęc eadē Durādus de S. Portiano, scribit super II. Sententiaꝝ. Insup̄ assertit Thomas, qd sp̄uali p̄tā secularis p̄tā in Papa coniūgitur, qui utriusq; potestatis uidelicet spiritualis & secularis plenitudinē tenet & apicem. Vnde si ratione ē & perspexerit, regē ignauū poterit regno priuare, & digniori illud p̄tāre, sicut cōsta aliq; peractū, prout in traclarū deducet. Postremo, & hoc plenius infra scruta^{dū} ac discutiendū est, qd Thomas affirmat oīm sp̄ualem ecclesiæ p̄tāem ex toto à Papa oriātā.

Articulus V. De dispositione ecclesiasticæ hierarchiæ instar hierarchiæ angelicæ. secundū diuīnū Dionysii, S. Bernardi, B. Thomæ & Hugonis de S. Victore: ex qbus probatur, quod in toto ecclesiæ unus summus præsideat pontifex.

Primo capitulo Angelicæ hierarchiæ Magni^o Dionysius ait: Sæcta ordinatio dei dignata est facere nām sanctissimam hierarchiæ imitatiōē Angelicæ hierarchiæ. Edenuo: Ordinationes inq; congregatiōē sensibiliū ordinate dispositas, imagines sunt ordinationū quæ sunt in cœlestib; ordinibus, ad dei imitationē ordinatis. Itaq; sicut in toto triuampanti ecclesiæ, atq; in toto Angelicæ hierarchiæ est unus summus omnibus præsidens, scilicet deus ita in militari ecclesiæ seu ecclesiastica hierarchia est unus summus Christi & dei uicarius, uniuersis & singulis fidelibus, utputa toti & universali ecclesiæ præfens, scilicet Papa. Porro, ut III. capitulo Angelicæ hierarchiæ Dionysius docet: hierarchia est sancta rationaliū personæ congregatio, per gradus atq; officia ordinate distingta, cū sciētia & opatione sibi cōpetenti, ad dei conformitatē (prout ipsi possibile est) assimilata, atq; p̄ illuminationis sibi diuinitus infusas, iuxta uniuersiūsq; capacitate, ad dei imitationē sursum acta. Septimo aut̄ capitulo Angelicæ hierarchiæ testatur: Ordo hierarchiæ est, alios purgare, alios purgariatis illuminare, alios illuminari, alios perficiere, alios perfici. Quoq; uero sit purgare, illuminare, perficere: quoq; item purgari, illuminari, perfici, III. capitulo Angelicæ hierarchiæ docet: Cuiusordo (inquiēs) hierarchiæ est, ut inferiores purgentur, illuminentur & perficiantur: superiores uero purget, illuminent, atq; perficiant inferiores suos. Vnde & IX. Angelicæ hierarchiæ capitulo ait: Ghāliter à deo ordinatum est, ut inferiores per superiores participent illuminationibus diuinis. Itaq; ex his certissime innoteſcit, qd eo ipso quo Papa toti præest ecclesiæ simili accepte, quemadmodum deus toti cœlesti præsideat curia simili sumptu, competit Papæ ratione sui officii totam ecclesiæ purgare, illuminare, perficere, gubernare & iudicare, plenam habet potestate & iurisdictionem super eam: tamē secundū menuram & legem sibi diuinitus præstittutā, cui subiici debet: & quā si recedat, obediendū est deo magis qd ipsi. Prætere此 a his cōcordat, quod tertio libro de Consideratione sanctus Bernardus ait: Non uilem reputes hanc formam, scilicet ecclesiasticam ordinationem, quia in terris est exemplar habens cœlo. Neq; enim filius potest facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem, præfertim cum ei sub Moyſi nomine dictum sit: Vide omnia facias secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Videbat hoc qui dicebat, scilicet Iohannes in Apocalypsi: Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem, nouam, descendenter de cœlo, à deo paratam. Ego em propter similitudinem dictum reor, quod sicut illic Seraphin & Cherubin & cæteri, qui usq;

hierarchia
quid.

Bernardus.

Iohann. 5.
Exodi. 25.
Apoc. 11.

DE AVTORITA. PAPÆ ET GENERA. CONCIL.

30

ad Archangelos & Angelos ordinantur, sub uno sunt capite deo: ita hic quoque sub uno summo pontifice primates uel patriarchæ, archiepiscopi, episcopi & reliqui sunt in hunc modum. Non est parvū pendendum quod & deum habet autorem, & de cœlo ducit originem. Insuper S. Thomas 4. libro Summæ contra gentiles sic arguit: Ecclesia militans ab eccl^{esi}a triūphante & similitudinē deriuatur: ad quod allegat autortates iam in ybis b. Bernardi præhabitatis in Ecclesia triumphantē præsidentes unus, qd etiā præsidentes in toto uniuerso, scilicet deus: ergo & in ecclesia militante unus est qd præfet de uniuersis, utputa Papa, hinc Iohelis p̄ dī: Congregabunt filij Iuda & filij Israhel pariter, & ponent sibi caput unū. De nīq; sup̄ angelicā hierarchiā multa de haec re scribit Hugo de S. Victore, inter cetera dicens: Quia per uisibilā conuenienter inuisibilā demonstrātur: idcirco diuina sapia quæ oīa dispoluit, & ad similitudinē angelicæ hierarchiæ, quæ inuisibiliter ordinata erat in cœlis, humānā hierarchiā inuisibiliter formauit, ut essent quoq; holibus sicut in angelis potestate& principatus, sancti uidelicet, cōuenientissime coordinati sub una. Albertus quoq; in libro de quatuor coæquevis multa pulchra de haec ipsa cōscribit materia, quæ breuitati studiū omittit, præfertim cū ad demonstrandum propōsitum, ista sufficere & supsufficere uideantur: quibus tñ id adiūcio, quod nono Ecclesiasticæ hierarchiæ ea, Dionysius loquitur: Nostra hierarchia per ordines diuinitus angelicæ hierarchiæ conformata, & ad dei imitationē ac deiformes angelicæ hierarchiæ distinctiones, ut mortalibus congruit, continetur.

Thomae.

Hugoi.

Albertus.

Articulus VI. De potestate & excellentia Papæ, atq; de casibus ad ipsum specialiter pertinentibus ex Raymundo, & ex S. Iohanne Piatata, item ex Summa confessorum.

V Tuitetur prolixitas, quæ in tribus prætaciis habent autoribus, uno decreui attingere, præfertim quia pro maxima parte coincidunt: sed & Summa Pisanæ causas à Raymundo positos allegat, & aliquos supradedit. Porro, in summa confessorum adhuc quædam adduntur, idcirco ex èamagis hęc sump̄allegationes uero quas ex iure copiose allegant, ad uitandā prolixitatem omittit, potissimum quia præfati libri ubiq; habentur, & in eis has inuenire in promptu est. Itaq; dicunt, quod dī Papa est summus inter omnes: ipse enim plenitudinem habet potestatis, alij partem solicitudinis. Item, licet alij apostolis dixerit dominus ut laxarent retia, soli tamen Petro dixit: Dñe filiū tu alium & ei soli præcepit ut p̄scaretur hamo: per quod eius præeminens potestas ac iniuridictio designatur. Item quoniam ipse specialiter est uicarius Iesu Christi, & quodammodo maior homine, minor deo video aduentendum, quod quædam adeo adfaret Papæ & fedi apostolicæ, quod non possunt peralios expediti, nec transuent etiam cum generali mādato, nisi specialiter demandentur. Sunt autem hęc: Questio fiduciæ, translatio episcopi uel electi confirmatio, depositio episcopi, acceptatio, renuntiatio episcopi electi uel confirmatione, exemptione episcoporum, restitutio depositorum ab ordine. Iudiciale diffinitio uel interpretatione suorum privilegiorum: & idem secundum Hostiensem, si dubitetur de rescripto apostolico, scilicet contentioso, ita quod ab alio per iuram rationis solvi non possit. Idem secundum Hostiensem de interpretatione statuti facti per legatum, cuius iurisdictio finita est, nec alij quis ei successit: Mutatio sedis episcopalis, construere de novo sedem episcopalem, subiungere unum episcopatum alteri, diuidere unum episcopatum in duos, unire duos episcopatus in unum. Commutatio uoti ierosolymitanū. Solus Papa potest concedere, ut quis ueniat contra uotum uel iuramentū licitum, uel de quo dubitatur an sit licitum uel illicitum, quod intelligitur secundum Gulielmum, solum in arduis. Solus potest disp̄fare regulariter in criminibus: solus potest consuetudinem ecclesiæ circareligionem amo^{re}, ut de carnis non comedendis & huiusmodi. Solus potest generale concilium celebrare. Solus potest condere legem seu Canonem generalē. Solus potest personam eccl^{esi}asticam suo iure priuare. Solus potest concedere p̄bendam & eccl^{esi}asticam non uacantem: & licet hoc legatus à latere missus non possit, potest tamen sibi retinere p̄ primo uacantem eccl^{esi}asticam secundum Hostiensem: & hoc, si eccl^{esi}asia illa habeat patronum eccl^{esi}asticum secus si secularis esset. Solus potest excommunicatum à se, absoluere. Solus potest excommunicatum à suo legato, qui nolebat obediere diffinitiæ sententiæ, absoluere, si steterit in excōcito p̄ annū. Idem est de excōcito à legato, uel de legato, cuius iurisdictio exp̄irauit, & cui nullus successor. Solus cognoscit simpliciter appellatione remota qd, ut dicit Hostiensis, ab ipso appellari nō potest, & ipse solus sic cauas committit appellatione remota.

Papa p̄tā
diuinem habet
potestatis:
Luc. 5.

Papa major
homine, mi-
nor deo.
Causa in qd
bus solus Pa-
pa disporit
aut dispensat:

L1 4 Solus

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

Solus cognoscit de causis ad eum delatis per appellationem uel relationem solus ordinatus diaconum, quem ipse meritorum suorum ordinavit subdiaconum. Solus concedit pallium uel scdm Guliel. mū & glossam, etiam illi, q̄ concedēdī habet priuilegium, ut patriarche. Solus dispensat cū bigamo, solus cum illegitime nato, uel defectum etatis habente, ut promoueat ad dignitatem ecclesiasticam, personatum uel curam animalium: similiter cum illo qui nō est in lacris, uel alias de iure indignus ut in episcopum promoueat. Idem potest etiā dici de omnibus defectibus quantum ad promouēdos in episcopos: Nam sacrilegi instar est, dubitate utrum dignus sit quem princeps elegerit. Solus dispensat ut alijs habeat plura beneficia curam animalium habentia, uel plures dignitates uel personatus in eadem ecclēsia, licet curam non habeat animalium. Solus utitur pallio, semper & ubiq. Solus potest cōferre ordine subdiaconalē die dñico & alijs p̄cipuis festis. Solū ad eum appellatur, omis- sis alijs iudicib⁹ intermedij. Addit⁹ Hostienis, q̄ legatus idem uidetur habere priuilegium, quod obtinet tñi de consuetudine, similiter patriarcha. Solus absoluuit excommunicatum scienter cōmunicando cum illo, si per hoc intendit eum aboluere. Dicitur tamē, q̄ si papa salutat aliquem excommunicatum in literis, non propterea habēdus est pro absoluto, quia huiusmodi literæ impetrantur aliqui per subreptionem. Itemmaiora negotia ad eum sunt referenda, et iste causus plures sub se continet. I. dispensationem in Symonia & homicidio uoluntario, & cum illo qui in excommunicatione celebravit uel recepit ordines. Addit⁹ etiam Hostienis alios casus, ut quod compleat defectum regis, regno uacante item imperatoris, uacante imperio, secundum Hostienem quoq; non iudicatur papa de aliquo, nisi de heresi: & hoc uerū dicitur, nisi se submittat iurisdictioni alterius. Item ipsomet seipsum deponit. Prohibet etiam fieri professionem in religione infra decimū octauum annum: quod tñ ibi speciale est, propter loci asperitatem, sed secuse est alibi, ut dicunt Innocentius & Bernardus ibi in glossa: quia profiteri possunt post annos pubertatis tam masculi q̄ feminæ. Item ad solum papam p̄mitit dispensatio cum irregularibus. Item electum in imperatore confirmat, & consecrat, aut cassat, uel etiam imperatore remittit. Et quādocim⁹ principis secularis, si fuerit negligens & inutilis circa regnum & iustitiam, uel circa hæresim extirpationem, potest p̄ papam deponi. Vnde Zacharias papa depositus Lodowicū regem Francorum, & Innocentius tertius Ottonem imperatorem, & Innocentius quartus Fredericū imperatorem. Item prout uictori electionem que nō dum facta est, si fiat, irritam fieri & inanē. Solus habet canonizare sanctos. Item q̄ ualeat, facit non ualere, & cōtra. Item nulli legi sub iacet, decet tamen euimur a seruare. Sententia etiā eiusius facit. Potest monachū contra uoluntatem tam suam q̄ abbatis de claustrō extrahere, & alicui episcopo uel principi in sacerdum assignare, uel secum tenere. Item in matrimonio in multis casibus ipse solus dispense potest, ut in gradibus prohibitis. Potest quoq; laxare & artare matrimonii impedimenta. Item ordinatur eodem die quo consecratur. Insignia episcopalia concedere potest abbatis. Item laico concedere potest spūlia, sicut ius eligendi. Concedit secundum quosdam presbyteris, ut christinae possint infantes in fonte. Summum in ecclēsia tenet locum, estq; plenus uicarius Christi. Plutes etiam casus includunt in supradictis. Notandum quodq; q̄ licet Hugo notauit, q̄ papam potest concedere simplici sacerdoti, & confirmet & quod christina conficiat, & omnes ordines conferat preter episcopalem quem nō haberet: & quod uirgines consecret, & quod etiam concedere possit diacono conferre diaconatum ordinemq; minores: & cui libet habenti ordinem, possit concedere quod conserat illum ordinem p̄ sacerdoti, ut dicit, concedere diaconi uel inferiori clericō & laico, quod cōsecret virginēs: si tñ talis consecratio possit fieri ab sacerdoti Missa, alia nō: tandem opinionem etiā Raymundus ponit. Veruntamen secundum quosdam, rutius est dicere, quod ea que sunt ordinis nō potest alijs demandare qui non habent ordinem, qui exigunt ad exequēdum id quod de mandaturis ea que sunt iurisdictionis potest. Thomas sup quartū Sententia, dist. leptima dicit, quod probabilius dicitur, quod papa potest committere sacerdoti, quod confirmet, sed non alterū quia hoc pertinet ad p̄fectionem corporis mystici, sup quod papa habet plenitudinem potestatis: sed non possit simplici sacerdoti committere quod ordinaret ali quem in sacerdotem: possit autem committere simplici sacerdoti conferre ordines minores. Postremo in his multa iam dicta sunt, que intelligentiam sanam requirunt, ut quod papa nulli subiaceat legi, & quædam similia, de quibus clarius erit loquendum.

Articulus VII. De excellentia potestate ac præsidentia Papæ secundum Bonaventuram & Durandum de sancto Portiano, item secundum Duran-

Note.

Causa in q̄ bus solus pa-
pa disponit
aut dispesat.

dum

DE AVTORIT. PAPÆ ET GENERAL. CONCIL.

331

Ductor deuotus dominus Bonaventura in Breuiloquio suo sexta parte duodecimo capitulo ait: Excellentia quanto magis descendit, tanto plus dilatatur: & quanto magis ascendit, tanto magis unitur. Hinc est quod plures sunt episcoli, pauciores archiepiscopi, paucissimi patriarchæ, & unus pater patrum, qui Papa merito appellatur, tanquam unus, primus & summus pater spiritualis omnium patrum, in omnium fidelium hierarcha p̄cipiūs, sponsus unicus, caput indiuīsum, pōtissimum summus, Christi uicarius, fons, origo & regula cunctorum principiatuum ecclēsiasticorum, à quo tanquam à summo deriuatur ordinata potestas, ulq; ad infima ecclēsiæ mēbra, secundum quod exigit præcellens dignitas in ecclēsiastica hierarchia. Deniq; Durandus de sancto Portiano, doct̄or & frater ordinis Prædicatorum, super secundum Sen- tentiārum inter cetera scribit: Omnis potestas iurisdictionis ecclēsiastica deriuatur à Papa, presentim quantum ad illa, ad quæ Christiani tenentur, etiā si proprias ponte non obli- garent se. Iterum ait: A potestate Pape dependet omnis potestas ecclēsiastica, sicut à po- testate imperatoris in imperio dependet omnis potestas secularis. Itemq; Philosophus primo Politic⁹ dicit, quod in omni pluralitate ordinata naturale est atq; expediens, quod unus omnibus principetur, & ceteri sint subiecti: in hoc autem consistit ordo & ratio præ- lationis ergo ordo est in hominibus secundum debitum rationis ac diuinæ ordinationis. His uerbis Durandi concordant, quæ alter Durandus asserit in sua Summa distinctione prima circa principium, dicendo: Christus singulatiter dixit Petro: Tibi dabo claves re- gni colorum ad denordanum ecclēsiæ unitatem, & ut omnes à Petro, & a quolibet suo successore acciperent suæ posteritatis originem, ei q̄ in omnibus tanquam membra capitii obedienti: & hoc pater uice sua quarta questione prima c. quicunq; & in c. loquitur. Rur- sus testatur prima distinctione: Solus Papa habet plenitudinem potestatis plene liberam, quantum ad omnes homines qui sunt uel esse possunt, & quantum ad omnia peccata, que possunt ab homine perpetrari. Prælati uero inferiores habent potestatem liberam, sed alii qualiter limitatam tam quantum ad personas, quam quo ad peccata. Insuper dicit: The- saurum ecclēsiæ de quo dantur indulgentiae, nullus dispēsare potest nisi illi, qui uice Chri- sti spirituale matrimonium contrahunt cum ecclēsia, ut Papa, qui est sponsus uniuersalis totius ecclēsiæ: & fratres sui episcopi, contrā contrahunt spirituale matrimonium cum ali- qua particulari ecclēsia. Papa quoq; potest ubiq; indulgentiam dare, quoniam habet potestatem plenariam super thesaurem ecclēsiæ, & ad ipsū pertinet totius uniuersalis ecclēsiæ cura. Præterea ex doctoribus istis possem utiq; multo plura hanc materiam concerne- tia allegare, sed breuitati studendum est. Vnde ex omnibus jam inductis certissime inno- tescit, q̄ dominus Papa habet totam militantem ecclēsiam pariter sumptum gubernare ac iudicare, purgare, illuminare, perficere, atq; eidem præcipere legem & condere tanquam summus pastor, pater & pontifex, p̄f̄es & iudex ipsius in terra, plena habēs super ipsam autoritatem, potestatis & iurisdictionis in his, in quibus Petro succedit, & in quibus Christus suas ei uices comisit, hoc est, secundum mensuram & exigentiam sui officij, seu in his quæ magisterium suū concernunt: & istud asserere in nullo, prout in frā deo prestante ostendam, derogat aut obuiat autoritati generalium conciliorum. Hinc nempe Alanus ad Clementem Papam scribit, q̄ habet totum mundum illuminare. Et Nicolaus de Lyra super illud, Sequere me, asserit: Cōmititur Petro super ecclēsiam uniuersale regiminis of- ficii. Et denuo super illud, Sic eum uolo manere, loquitur exponenti: Non uolo eum, puta Iohannem sequi me, quantum ad prælacionis officium in regimine uniuersalis ecclēsiae tecum. Plura demum similia sup euangelistas scribit Nicolaus de Gorra. Quid aut̄ est uniuersalis ecclēsia, nisi tota & una, cōmuni ecclēsia ex oībus particularibus ecclēsias cō- stans, resūtales seu cōgregata? Nō ergo dūtaxat quācunq; particularē ecclēsā habet Papa purgare, illuminare, perficere, qd huc uicq; sp̄aliter uolui demōstrarer, q; aliter dicit, dispositio & ordinē ecclēsiastice hierarchie, iuxta diuinī Dionysii documenta, nō satis subtiliter cō- Articulus VIII. De subordinatione, limitatione & subiectione. (siderasse censem.)

Multa dicta sunt de eminentia, potestate & præsidētia summi p̄ficiis, que nisi sapiēter intelligent, occasiōne ministrabūt erroris, sicut & iā qbusdam deuia- tionis ac delitationis formi occasionaliter ministrauerūt: qm̄ inordinata affe- ctio rōni unita, facit eā sub cōiueritatis dicto male subsumere: q; rōnem pri- intus in

Bonaventura.

Vnde nate
patri Pape.

Durandus.

A. Papa de-
pēdet oīs po-
testas ecclē-
stica.

24. q. i. c. qui
cum & elo-
gitur.

Prælati in-
fra Papā ha-
bent simili-
tā potestatē.

Papa guber-
nat & iudic-
at in tā mil-
tantē ecclē-
sticā.

Alanus.

Iohann. II.
Iohann. III.

Uniuersalis
ecclēsia qd.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

intus in seipso deordinat, trahit, excæcat. Itaq; magnifica quæ de potestate Papæ inducta sunt, ita sumēda non sunt, quasi Papam nulli subiaceat legi, nulli superiori, nulli regulisti em̄ sic esse, nūq; peccare nec posse peccare: cum iuxta Ambrosium, Peccatum sic legis diuinæ transgressio. Itaq; Papam primis subiectum legi nature, uifaciat alteri quod sibi rōnabiliter uult fieri, aut in casu fieri uellet; nec faciat alteri quod sibi rōnabiliter uult nolle, ut fieri, cum Christus in euangelio dicit: Quocunq; utilitis uifaciat, uobis homines, hęc & uos facite illis. Et scrip̄tū est: Quod tibi nō uis fieri, uide ne alteri feceris. Itaq; ḡfā nāc̄ naturām non tollit, sed perficit: quemadmodum nec peccatum destruit, sed inficit eam, prout quarto capitulo de diuini nominibus beatissimus Dionysius incliteo cīnatur, docet & afferit. Augustinus quoq; Thomas & ceteri eū concorditer sequuntur. Itaq; dona grā & euangelica lex non excipiunt hominem ab obseruatione legis nature, naturalis felicitatis rationis. Rursus Papa subiectum legi diuinæ & euangelicæ legis preceptis, nō solum ut ea ab alijs subiecta faciat & impleri, sed etiā ut eadem implete ipse, astrictus generali illi Christi mandato. Si uis ad uitam regi, serua mandata: im̄d non uerbo tm̄, sed & forma latitudinib; uirtutis exemplarib; uita pascere debet gregē seu oues Christi propter quod secundū Gregorium & alios sanctos, Christus ter locutus est, iussitq; Petro, Pāce oues meas. Insup̄ non excipitur Papa à communione illo uerbo sanctorum: Quo gradus est altior, eo ruina est maior, im̄d quo pluribus est prelatus, eo sollicitior ac uirtuosior esse debet, exempli riore in cunctis. Insup̄, Papa non ita est iudex aut dñs, pastor & legifer, quin superiorem habeat dominum & iudicem, pastorem & legilatem, cuius ipse est seruus & subditus, ouis & cōbidentarius: cum ergo sit Christi uicarius ac minister, secundum Christi legem, testimonia & precepta in cunctis se regere, ac procedere debet, ut sit tanto timoratior, quanto est maior; aliter nec à peccato excusatetur, nec ei obtemperādum confisteret in his que legi & fidei Christi directe contrariantur. Porro, q̄ hęc ita se habeat, p̄ doctoris ac testes cōprobabo idoneos. Ait em̄ diuinus Dionysius tertio angelicæ hierarchiæ capi. Illiciuntur tam superioribus qui p̄ficiunt in omni hierarchia angelica, tam inferioribus qui p̄ficiuntur ab illis, siquid operari, preterq; singulis ordinantur est à deo principe perfectionis. Necesaria enim eis est diuinæ ordinationis obseruatio, ut in suæ felicitatis statu p̄sistant, & deo proportionabiliter conformentur. Insup̄, primo ca, ecclesiasticæ hierarchiæ testatur, Hi erarcha designat uirum diuinum in deo manentem, qui est peritus sanctæ cognitionis, in quo omnis doctrina ad propriam pertinens hierarchiam mundi perficitur. Cum ergo Papa sit summus hierarcha in militanti ecclesia, maxime spectat ad eum, ut diuinus reguletur, & deo per obedienciam cōformetur, atq; quod docet efficaciter operetur. Hinc quarto Ecclesiasticæ hierarchiæ ca, beatus Dionysius fortissime tractat, ut alios in structuero nō præsumat, qui quod docet non fecerit, & quod docens ac præfendens tantæ debet perfectionis cōsistere, ut de sua plenitudine alijs possit cōicare. Hinc Papæ copiosissima illuminatio p̄necessaria est, quā ut fortior purgari præcipue indiget, & deo in omnibus subdi. Præterea septimum Ecclesiasticæ hierarchiæ ca, dicit: Nra hierarchia expellit à se in ordinatione & cōfusionem atq; in suis ordinibus conservat bene ornatum ac stabilem ordinationem iuxta similitudinum congruentiam. Postremo, primo de diuiniis noībus ait ca. Nos sequentes leges hierarchicas, ut scilicet quilibet inter proprios se exerceat terminos ad diuinam, quibus legibus gubernantur ordines oīs angelici. Itaq; si in triumphanti ecclesia nullus beatorum tantæ est excellentia, qui diuinus sibi præstabilitam audeat transgredi legem, quomodo in militanti ecclesia aliqui hoc licet, præsertim homini mortali ac fragili? Hinc quoq; sanctus Bernardus libro de Cōsideratione ad Eugenium multipliciter exhortatus est eum, ut quanto altioris est gradus ac potestatis, tanto maioris studeat esse perfectionis, & quod legibus Christi maxime obedere tenetur. Reprehendit quoq; eundem, q̄ militan tem non rexit ecclesiam secundum imitationem triumphantis ecclesiæ, eo q̄ aliquos inferiorēs subtraxit ab obediencia superiori, suorum uidelicet abbates quosdam ab obedientia episcoporum, atq; episcopos quosdam ab obedientia archiepiscoporum, archiepiscopos quoq; ab obedientia patriarcharum, siue primatum, cum tamen in choris angelicis semper ordo inferiori superiori ordinis subiectus permaneat. Amplius de hac res sanctus Thomas subtiliter tractat in Summa contra gentiles libro 3, ca, 103, ubi ostendit quod in angelis potuit esse p̄ficitur inter cetera sententialiter dicēs duo: Primum est, q̄ quia angelus non fuit subiectus finis, sed ad altiorem ac alium finem ordinabatur, potuit ab illo deficere & peccare, non ordinando proprium bonū, & suam perfectionem in ultimum debitum supremumq; finem, sed pro

DE AVTORIT. PAPAE ET GENERALIVM CONCIL.

332

sed proprio bono inhærendo ut fini. Secundum est, q̄ dum aliquis pluribus superiorib; subest, quoq; unus tenetur alteri siue subiectus, potest recedere ab uno superiorum illogi, non recedendo ab alio: quemadmodum miles qui subest regi & duci militie. Si ergo unus superioris recedat à lege & ordine superioris cui subdit tenetur, ille qui ambobus fuit subiectus, licet im̄d & uirtuose potest se auertere à superiori illo, qui suo superiori non manet obediens & subiectus, & cōuertere se ad supremum superiorē, nam & uitosum esset alter se habere: ordo equidem inferioris principij dependet ab ordine superioris. Itaq; haec ad propositum applicādo, cum finis papæ sit deus, & eius adhaesio siue fructus, si se ad deū & eius honorificientiam non ordinauerit, culpe obnoxius erit, proprium bonum seu com modum aut honorem intendendo siue querendo. Rursus cū Christiani tam papæ q̄ Christo, cuius uicem gerit papa, teneantur esse subiecti, si papa Christo non maneat subiectus, Christiani ei obediens non debet in his, in quibus contra legem atq; doctrinam sibi à Christo prefixam procedit ac agit uel iubet in talibus quippe potestate sua abutitur: & res iste dum est sibi ordinate, quēadmodum Paulus in faciem restituit Petru, utiq; non pro mortali sed ueniali peccato. Nec hoc est repugnare aut superiori inobedire proprio loquēdo, sed eius abusus nō parere, & deo sancto & infallibili magis q̄ homini aperte & inexcusabiliter devianti obediere ac adhaerere. Quod in Actibus Petrus apl̄ docet esse agendum, atq; in Aetate testamenti sancti propheta legunt egis̄, reges & sacerdotes sacrilegos cōstantissime arguendo, sicut in libris Regiū ac Paralip. & itē in Ieremias & Amos clarissime legit. Verū tamen iuxta apostolica documenta prelatibus principibusq; iniustis parendū est, dū modo cōtra deum & æquatē nīl iubant. Postremo de hac subiectione, qua oīs crearamens legi diuinę debet esse subiecta, Hugo & Albertus super uerba beati Dionysii præinducta pulchre loquuntur sed quia haec plana sunt, ad difficultiora est properandum.

Articulus IX. Qualiter liceat summō pontifici dispensare.

Dē plenitudine potestatis papæ iam dicta sunt plurimæ: ueruntamen q̄ corā deo non liceat ei ea uti ad libitum suum, sed solū debeat & aut sapienter, p̄e ac iuste, iam clarissi est pandendū. Porro cū Christus fateali, sicut mādatū dedit mihi pater, sic facios & alibi. Non ueni ut facias uoluntate meam, sed uoluntate eius qui misit me quā magis pao deo in omnibus obediens ac subiecti debet, & instar dei potestate sibi cōcessa uti tātūmodo ordinate, sapientia seu discretione ipsum in oībus dirigente, charitate monēte, pietate, justitia, ceterisq; uirtutibus ipsum ad rite agendum p̄ficiens atq; tra hentibus, ut sic agat sicut approbat deus: dispensandi nāq; potestas in summo cōsistit p̄tince cæterisq; p̄lati, non sicut in dñō aut principali principio, sed tanq; in ministris & instrumentalibus causis atq; uicariis, p̄cepto & domino superioris im̄d summi dei subiectis, qui eis potestatē largitus est in ædificationē, id est, ad hoc ut ea rationabiliter ad subiectos salutē utantur: non in destructionem, id est, non ut ea abutantur ad animasq; perditō nem: im̄d hoc diuinus eis prohibitiū est ab illo, cui omne iniustum inordinatumq; dispielicet, cum essentialiter sanctus & sapiens sit. Minister nāq; & instrumentalis causa moueri & agere debent secundum directionem & uoluntatem dominatoris ac principalis artificis. Vnde ut dispensatio ualeat atq; a culpa coram deo excusat, necesse est ut secundum summi legislatoris omnipotentisq; dei uoluntatem exhibeat, puta ex rationabili causa absque iuriis iniuria, prout sanctus Thomas in Secunda secundæ quæstione 88, alijs doctores concorditer scribunt. Hinc Gulielmus Parisiensis differuit: A multis prudentibus dicitur, quod dispensatio est ius, & non iuriis diminutio aut derogatio seu eius in aliquo laesio. Causa siquidem propter quam dispensatio fit, facit procul dubio ut iustum sit quod indulgetur alioquin non dispensatio, sed iuriis dissipatio esset. Hinc alijs dicunt, quod dispensatio aliud non est, quām latentis & uirtualis intentionis ipsius legislatoris expressio, ita quod si ille adesset, ipse stante tali rationabili causa dispensandi, sic iudicaret agendum ac dispensandum, im̄d sic ageret. Iccircō secundum hanc per dispensationem mutatur materia legis, non eius formale. Nempe formale legis est intentio legislatoris, qua est principale principalius que pensanda in lege. Porro secundum Hostensem, dispensatio est ministericors relaxatio rigoris iuriis, in causa per eum ad quem pertinet canonice facta. Et sic, ait Durandus super Sententias: dispensatio designat motionem obligationis iuriis in casu quantum ad aliquem uel aliquos, quod ablique rationabili causa fieri non licere omnibus constat. Talis uero rationabilis causa dispensandi à doctoribus ponitur duplex, uidelicet urgens necessitas, & uera ac manifesta utilitas: quorum si neutra affuerit

Quād papæ
nō sit obediens,
dum

Iohann. 14
Iohann. 5

Dispensatio q̄
secundū Guiliel-
mū Parisiū

Dispensatio fe-
cūdū Hostien-

Dispensandi
causa duplex

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

affuerit, non dispensatio sed dissipatio iuris erit, & nec dispensator nec dispensationem usurpiens erit à culpa immunis. Hinc sanctus Bernardus scribit Roberto monacho suo atque cognato, quod de licetia papae relictio pristino ordine Cisterciensium rigorosiore, ordinem Cluniacensem introiit leniorerem: Non tibi frustra quis blandiatur de dispensatione apostolica, cuius conscientiam tenet ligatam diuina sententia. Denique idem Bernardus pro quadam culpa Eugenium papam tertio libro de Consideratione fiducialiter increpans inter cetera ait: Sic agendo probatis uos habere plenitudinem potestatis, sed iustitia forte non ita facitis hoc quia potestis, sed utrum & debeat, quæstio est. Honorum & dignitatum gradus & ordines quibusque uos seruare positis estis, non inuidere aut tollere. Quomodo non indecessatis tibi beatissime papa, uoluntate prolegeatis: & quia non est ad quem appellatis, potestatem exercere, negligere rationem? Tu ne maior domino tuo qui ait: Non ueni facere uoluntatem meam? Quang non minus deicti queleti animi est, ueluti rationis expertem, non proportionem sed pro libitate agerent in iudicio agi, sed appetitu, quid tam bestiale! Et si indignus cuique utenti ratione, uiuere ut pecus, quis in te omnium rectore tantam naturæ contumeliam, tantam honoris iniuriam ferat. Sed dicas mihi: Quid, inquis, prohibes dispesare? Non, sed prohibeo dissipare. Non sum tam rudis, ut ignorem uos positos dispensatores, sed in aedificationem, non in destructionem. Denique ut ait Apostolus, quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur: ubi necessitas urget, excusabilis dispensatio est, subtili utilitas provocat, dispensatio laudabilis est: utilitas dico communis, non propria. Nam cum nihil horum est, non plane fidelis dispensatio, sed crudelis dissipatio est. His autem concordant summorum uerba pontificum: ait quippe Gelasius papa: Vbi ne cessitas non est, inconvenerit illa maneat sanctorum patrum decreta. Et Leo papa: Vbi inquit necessitas non est, nullo modo uolentur sanctorum patrum instituta. Ex quibus omnibus eluescit, quando & qualiter dispensatio à culpa excusat: quod rationabiliter sit petenda, quod prudentialiter exhibendas per quod etenim status ecclesiae catenus lapsus est ac defecit, sicut per consuetudinariam, in circumspectam leuemque dispensationem. Itcirco praefatus (quantum congrue fieri ualeat) iusti uerique tenax sit. Sed his obiecti potest in primis, quod superius ex summa Confessorum & ex summa Pisanorum allegatum est, quod papam nulli subiaceat. Sed hoc nec de lege aeternae neque de lege diuina, nec de naturali sumendum est, sed de positivis legibus a praefectis, bus papæ institutis, quæ sub eius cadunt dispensationes quia, ut dicunt iuristi, par in parte potestatem non habet. Secundo obiecti potest, quod secundum praeducta uerba Durandi, papæ potestatem plenam habet & liberam: sed hoc ita intelligendum non est, quasi pro beneficiario suo potestate queat concessa inculpabiliter uti, itcirco potestas papæ libera dicitur respectu non absolute, cum legibus Christi sit subdita: uel dicitur libera, quasi non impedita, & quoniam charitatibus ac liberis ea utendum est.

Articulus X. De præcipua difficultate in negotio ecclesiæ iam uersante, uide.
littera an papam super generale concilium, uel econtra: hoc est, an maior
sit potestas concilii quod papæ, an uice terfa.

Cum iuxta omnia praeducta papam sit uniuersalis seu rotius militantis ecclesiæ concilium acceptæ, quantum ad eos qui sunt tempore, pastor, princeps & pontifex, gubernator & iudex, caput, sponsus & pater, purgator, illuminator atque perfector, uidetur quod absolute loquendo, ipse sit super generale concilium habentem maiorem potestatem quod illud possit quoque illud iudicare, nec habeat iudicari ab illo quoque cesso, multa uidentur inconvenientia sequi. Porro quod generale concilium sit super pacem, & amplioris potestatis seu autoritatis quod ille, ac iudex ipsius, hinc apparet necessario concedendum, quoniam in generali concilio Constantiensi hoc apertissime determinatum est. Sed & uniuersitates seu studia quædam priuilegiata in scriptis suis hoc uidentur concorditer affirmare, quibus contradicere uidetur penitus infecurum, præsertim cum (iuxta illud ueri prouerbii) Vnicuique in sua arte experto & trito credendum sit. Vnde uenerandi sacræ theologiae professores in difficultatibus scripturarum & quæstionibus statum ecclesiæ atque salutem conceruentibus animalium exercitatis fundamentaliter quod edocti, uidentur de hac materia certius iudicare: sunt autem & alia & variae controversiae ac difficultates, in quibus contrafæcunt, fauentes concilio & statu cum domino Eugenio, quæ infra tangendæ sunt.

Articulus XI. Probatio per scripturam canoniam, qua aliqui probant quod concilium generale sit supra papam.

Dicentes

Bernardus.

Iohannes.

147. c. inquiri-
tis & c. necessaria

147. c. & finit.

Potestas pop-
car libera dicitur

DE AVTORITA. PAPAE ET GENERA. CONCIL.

333

Dicentes concilium esse super Papam, assertur concilium immediate habere potestatem & autoritatem à Christo, ipsum quoque concilium immediate atque infallibiliter dirigiri à sp̄sancto in his quæ sunt de integritate fidei & necessitate salutis: quod probat ex eo, quod ait salvator: Si duo ex uobis consenserint de omni re quācumque pertinerint, sicut illis à patre meo: ubi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Quod Cœlestinus Papa ad Synodum Ephesinum de celebratione generalium conciliorum exponit, ut Iudorus in libro de conciliis recitat. Iudorus quoque affirmat sic exponendum. Sed & Thomas circa uerba illa euangelica protestat indubitate esse credendum, generalia concilia infallibiliter regi à sp̄sancto, ex illa Christi promissione certissima. Christus yō in medio suorum fideliū non est absq; autoritate & potestate: cū sine eo nulla creatura aliquid posse dicatur. Præterea Christus promisit ecclesiæ assistentiam indefinitam seu gratias presentiam usq; ad finem seculi duratram, dicens apostolis: Ecce ego uobissem sum cunctis diebus, usq; ad consummationem seculi. Quæ promissio non solum apostolis, sed toti ecclesiæ facta est, ut Augustinus & Beda carteriæ expostores testantur. Nec enim apostoli fuerint usq; ad consummationem seculi in hoc mundo uicturi, simili modo reprobmittit: Ego rogado patrem, & alium paracletum dabit uobis, ut maneat uobissem in eternum. De quo spiritu iterè proficitur: Cum uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos oīm ueritatem. Vnde elicetur, quod circa ueritates necessarias ad salutem, utputa fidei honorumque mortis, ecclesia infallibiliter dirigatur à sp̄sancto. Cum ergo generale concilium in sp̄sancto legitime congregatum, representet uniuersalem ecclesiæ, secundum doctores cōcorditer: seQUITUR quod infallibiliter dirigatur à spiritu sancto, nec possit errare. Quo dato patet, quod Papam posset iudicare atque deponere, si rationabile ac iustum hoc uiderit, in modo quia hoc fecit & fieri posse dictauit, apparent per bene & iuste. Insuper, Christus præceptum fraternalæ correptionis tradens, generaliter est locutus: Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solū sit audierit, iucratuſ es fratrem tuum si autem te non audierit, adhibe tecum unum uel duos, ut in ore duorum uel trium testium sit omne uerbum: quod si non audierit, dic ecclesiæ: si autem ecclesiæ non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Itaque ab hoc præcepto & à lege hac non excipitur Papa: in modo secundum doctores, huic correptioni fraternalæ quoniam Christianus subdi tenetur. Si ergo Papa ecclesiæ seu generale concilium audire noluerit, uidetur tanquam infidelis reprobandus ac dijudicandus ab eo. Ad idem allegatur quod preallegato capitulo loquitur Christus: Si pes tuus, manus seu oculus scandalizat te, erue & procece abs te. Vnde cum Papa dicatur membrum ecclesiæ, si publice & intolerabiliter scandalizauerit eam, uidetur ab ea per depositionem abiiciendus. Postremo Christus promisit ecclesiæ: Porta inferi non præualebunt aduersus eam. Ut autem sanctus ait Hieronymus, per portas inferi intelliguntur errores, scilicet heretici & schismata, atque peccata per quæ intrat atque introit ad inferos. Ex quo trahitur, quod ecclesia ipsa sit confirmata in gratia, neque in peccata ruere possit mortaliter: propter quod de ipsa dicit: Apostolus: Christus dilexit ecclesiæ, & tradidit semetipsum pro ea, ut illam sacrificaret, & exhiberet sibi gloriosam ecclesiæ non habentem maculam neque rugam. Tales autem promissiones non sunt lumen pontificis factæ, nec ei ista conueniunt: propter quod magis standum uideatur iudicio ecclesiæ, & quod illa sit dignior atque poterior, itemque ipsa immideat à Christo iudicari potest statim sortita sit, seu claves regni celorum: sed de hoc necesse est infra inquisitionem facere.

Artic. XII. Quid obiecti possit contra predicta in articulo proximo. (re pleniorum)

Quamvis, sicut ex processu patet, intentionis meæ nequaquam sit, concilioque autoritati generali in aliquo derogatur, ut ueritas clarius innoteat, quod praeductis obiecti queat, cōpendiose perfringānēque quod autoritas euangelica prior ad ducta pro concilio non cōcludat, hinc argui potest: Generale namque concilium integrari potest ex perlonis gratia faciente & charitate, quemadmodum & iam fatentur pro Basiliensi congregatione scribentes ergo autoritas illa, ubi fuerint duo uel tres &c. ad taliter congregatos & conciliantes non potest illa emi autoritas à sanctis doctoribus atque catholicis expostoris ita exponit: Vbi duouel tres, nec dubium quin multo plus, ubi quod plures fuerint congregati, i.e. per fidem & charitatem uniti, non per dissensionem discordiaque diuisi, neque per passionem immoderantia mente dispersi, in nomine meo, i.e. ad honorem & gloriam nominis mei, querentes suam aut allorum salutem, libi sum in medio eorum, ac gesu eius uoluntati precibusque ipsorum. Vnde Origenes circa hec yō loquitur: Ista est causa propter quam non exaudimur orantes, quia non consentimus nobis per omnia super terram, nec couersatione nec

Origenes.

Mm. doctri

Matt. 10

Ephes.

Matt. 18

Johann. 14.

Matt. 18

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

doct̄ina: sicut enim in musicis, nisi suerit consonantia uocum, nō delectat audientem; si in eccl̄esiā, nisi consensum habuerit, non delectatur deus in ea. Hieronymus quoq; testat: Nisi spiritus & anima corpusq; consenserint, nec intra se bellum diuersarum habuerint affectio num, exaudiuntur orantes. Hinc scribit Chrysostomus: Nō dicit Christus simpliciter, ubi congregati fuerint, sed addit, in nomine meo: quasi dicat, si quis propter me principalem amicitiam causam habuerit ad proximum, cum eo ero. Postremo, Rabanus clarus loquens: Ita nomine, inquit, dominici congregati sunt, q; ipsius gratiam acimuluntur, ipsius spiritu seruent, ipsum in oculis & per omnia fidei oculis & mundo corde non desinunt intueri. Preterea, in concilio generali negotium dicit secundum pluralitatem uocum procedere; sed frequenter contingere potest, ut maior pars personarum illuc uocem habentium in charitate & gratia non existat, ergo in certum erit, an sint in Christi nomine congregati, & an in medio illorum sit ipse. Sic quoq; autoritas illa: Ego uobis sum cunctis diebus &c, per gratias in habitationem, non pertinebit ad eos. Preterea, quoniam ad probandum q; Papa possum in istar aliorum corripi, accusari, puniri, deponi, precipue innituntur quidam autoritati qua dicitur: Si peccauerit in te frater tuus &c, contra hoc argumentū quis potest obsecere, quod dicit hoc praeceptum regulariter loquendo sit omnium in omnes, nihilominus quandoq; casus ponuntur, in quibus ab hoc praecepto absolvitur homo: Primus, dum nō est spes de emendatione peccatis, propter quod ait Hieronymus, Frustra nitit, & nihil aliud quam odium querere, extremae dementie est. Secundus est casus, dum timeat effectus probationis, & criminaliter agitur, ubi uidelicet actor ad talionem, si in probatione defeccerit, obligatur. Tertius dum praelato ut iudicis nota est culpa, quoniam reus notarius est uel cōdictus. Quartus, dum meliori operi vel saltem q; bono quis uacat, sicut monachis facere debent. Quintus casus est, dum multitudine uel potestas est in culpa, ubi correptio plus noceret eccl̄iae quam prodest. Hos casus in terioiuolumine de Vita Iesu Christi scribit q;dam deuotus ordinis nostri, quos ex catholicorum collegit scripturis doct̄o. Cum ergo in Papa plenitudo sit potestatis, uide a cōmuni hac legē correctionis fraternalē exceptus. Deniq; Hostiensis manifeste hoc assent, quod scilicet contra Papam nō sit procedendum iuxta modum correctionis fraternalē a Christo in euangelio generaliter traditum. Rursus, in uerbo quo ait saluator, Dic eccl̄iae, per eccl̄iem non uidetur intelligendum generale concilium aut uniuersalis eccl̄iae, sed publica psona, utputa eccl̄iasticus iudex siue prælatus: & hoc scilicet quod p eccl̄iem posset intelligi eccl̄iasticus iudex, assent Durandus in Summa sua distinctione undecima, allegans Chrysostomum exponēdo dicentem, Dic eccl̄iae, id est, his qui præfunt eccl̄iae, scilicet praelato ut iudicis q;oq; exponunt Gorra & Lyra, alijs p cōmunitate interpretantur. Nō ergo ex his y bis probatur Papa a gñali cōcilio iudicadū, m̄d cū iudicē in terra superiorē nō habeat particularē psonā, uidetur a nemī ne iudicari debere, sed a Christo dūtaxat. Insuper, Thomas in secunda scđm frequentes sumit eccl̄iem pro eccl̄iastico iudice, p rōfessum pro summo pontifice. Hæc breuiter tango, non quasi probare intendens p̄aenitentias autoritates pro concilio generali non militare, sed ut ueritas diligenter inquiratur. Potest quippe forsitan q; dicere, quod generale concilium in quantum est exemplar & signum representatū uniuersalem eccl̄iem Christi sponsam electam, sit congregatum in nomine Christi, & dirigat a spiritu sancto, quāuis supposita illa p se seorsum accepta, sint uictiosa. Rursus, cum ait saluator, Dic eccl̄iae, eccl̄iae nomine non solum prælatus seu iudex determinatus, sed & tota eccl̄iae seu generale cōciliū locum iudicis supplens, eius psonam & uicem gerēs potest intelligi.

Articulus XIII. Probat̄o qua aliqui probant concilium esse su per Papam, ex uerbis sanctorum patrum atq; doct̄orum.

Augustinus
 Q Vanta sit uerbis eccl̄iae seu generalis concilij ipsam repræsentatis autoritas & potestas, probatur ex eo quod in libro contra Faustum Manichæum loquitur Augustinus: Ego euangelio non crederem, nisi me autoritas eccl̄iae commoveret. Vnde tanta est autoritas eccl̄iae, ut illa dūtaxat scriptura sacra habenda sit, quam ipse sacram esse declarauit. Hinc omnes doct̄ores catholicis scripta sua determinationi, declarationi & correctioni eccl̄iae merito subiiciunt & cōmittunt. Itaque in omni materia fidei & in eccl̄iasticis cunctis negotijs ad autoritatem eccl̄iae quasi ad canonem

DE AVTORITA. PAPAE ET GENERA. CÖNCIL. 334
 canonem diuinitus inspiratum cū omni ēst réuerentia recurrentum. Porro, his conso nat quod super tertium Sententiæ ait Durandus de sancto Portiano questione qua que rit, an deus fit obiectu fidei, dicens, Quia complexa quæ creduntur sunt plura: inter ea est aliquid primo creditum, quod est ratio credendi alia, & ad quod fit ultima resolutio credi bilium. Hoc autē est credere eccl̄iam regi a spiritu sancto. Credimus nāq; deum esse uniti ac trinum, filium dei esse in carnatum & passum &c, q; scriptura hoc dicit, quam creditus diuinitus inspiratam & teatratam. Ergo credere scripturam diuinitus inspiratā ēst à deo, est ratio credendi ea quæ in scriptura traduntur. Rursus creditus scripturā diuinitus inspiratam, quia eccl̄ia quæ regis a spiritu sancto, hoc approbat. Cum enī multi scriplerint ge stia saluatoris, ut Nicodemus & Nazareus illa sola euāgeliā scriptura recipitur tanq; authētica atq; canonica, eisq; solum fides adhuc habetur, quā approbat eccl̄ia. Hinc contra Maniche os assent Augustinus: Euāgelium Nazarei nō admittit, qm̄ eccl̄ia non admittit. Ergo credere eccl̄ia non errat, tanq; a spiritu sancto directa, est ratio mediumq; credendi scri pturam quam approbat esse diuinitus inspiratam. Et itaq; hoc credere est ratio credēdi ea, quæ in sacra scriptura traduntur, ergo à primō ad ultimum, primum inter credibilias quod est ratio credendi alia, & ad quod fit ultima resolutio credibilium, est credere eccl̄iam regi a spiritu sancto: hæc Durandus. Ex his quidam concludunt, q; maior sit autoritas eccl̄iae q; scripture, magisq; recurrentum sit ad autoritatem eccl̄iae q; ad scripturam diuinam: qd intelligi potest quantum ad manifestationem, ut scriptura dicatur ab eccl̄iae autoritatē habere, in quantum eccl̄iae manifestat atq; determinat scripturam esse à deo: alioqui sacra scriptura realiter non ab hominibus, sed a spiritu sancto autoritatē fortuit. Insup Thomas in secunda secunde que st. s. dīssent: Obiectum fidei est ueritas prima, scđm quod manifestat in scripturis & in doctrina eccl̄iae, & q;unq; non in h̄eret eccl̄ie sicut diuinæ & infallibili regulæ, talis non habet fidem in articulis fidei, sed opinionem lēcēti propriam uolitatem. Rursusq; ait: Omnibus articulis fidei adhuc fides, propter unicū medium, p. propter ue ritatem primā propōositū in scripturis scđm doctrinam eccl̄iesq; intellectis. Ex qbus conclu ditur, eccl̄iam nō posse errare in his quæ sunt fidei ac salutis. Vnde maior uidetur eius au toritas q; Papæ, q; in fide ad moribus potest errare atq; erroris iudicare. At uero S. Ambrosi us ep̄itola 76, testatur: Cum aliquid per synodus fuerit diffinitum, stādum est super illo cuiq; etiam si angelus de celo esset. Rursus circa illud Actū qnto: Congregati erant apo stoli in noīe Iesu, fareat: Ab hac gloriōsa congregatione depēdant cateruata cōcilia, in qbus deūs p̄ est eccl̄ie tutor, filius est ut spiritus, spiritus sanctus ut rex. Nec credendū est q; ibi idē in concilio gñalī sit depēdens aut inēdīcata autoritas, ubi diuina presider maiestas. Ex qbus uerbis ostendit, gñale concilii desup in fallibiliter dirigi, nec simpliciter depēdere tie q; principaliter autoritatē a Papa habere. Hinc Augustinus in ep̄la ad Iauāriū scribit: Cōcilioq; in eccl̄iae dei saluberrima extat autoritas, qbus oīa eccl̄ie terminat in negotiis. Ad huc Hieronymus ait: Oibus cōsideratis puto me nō temere dicere, alios ita est in domo dei, ut ipsi etiam sint eadē domus, que adificari dī supra petrā, q; unica colubā appellat, que spōla pulchra sine macula & ruga, & hortus cōclusus, fonsq; signatus: que domus etiā claves accepit & potest soluēdi atq; ligādi. Hanc domū si q; corripiente corrigeantem p̄ contēperit, sit tibi tanq; ethnicus & publicanus. In quibus y bis Hieronymus attribuit eccl̄ie iudicariam potestatē, q;uā nemī dicit exēptū. Vñ & illud probat, qd cū ait saluator: Dic eccl̄iae, noīe eccl̄ie non solū eccl̄iasticus iudex, sed & tota eccl̄iae seu gñale concilii illa representatū intelligat. Insup Thomas in scđm cōcile q. 12, loquit̄ Maxima autoritatē habet cōsuetudo eccl̄iae, quæ semper in oībus est cōmūndata: q; ipsi doctrina catholicorum doct̄orum ab eccl̄iae haber autoritatem, propter quod magis statutum est altō titati eccl̄iae q; Hieronymi aut Augustini, aut etiā cōciliū doct̄oris. Preterea Petrus de Alia co quodam Cardinalis, doct̄or eximius, edidit librum contra eos, qui assertū Papā nō ēst subiectū gñalī cōcilio, nec iudicari posse ab eo: & q; cōciliū totū suū robur habēret a Papa. Postremo, Gerson Cancellarius Parisenſis, q; cōcilio Constantiensi interfuit, multa de hac scribit materia inter cetera dicēt: Gñale concilii sic est super oīs leges positivas à summis p̄tōficiis editas, q; possit eas mutare, interpretari seu tollere, si uidetur impediūtō aut scandalō esse ad iter eccl̄iasticus unionis: de cōcreta q;cum summoy pontificū potest interpretari, tollere seu mutare. Papa yō in decretā concilio, ita non potest, potissime q; hoc fibi à concilio prohibet. Itaq; dicit: Concilium gñale bullas & processus, ordinationes siue statuta Papæ potest irritare uel annullare, ut determinatum ēst in publica sessione & multo

9 dist. c. quis nesciat.

Augustinus

Hieronymi

Mm. 2. p̄pliciter

Ambroſius

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

pliciter practicatum. Porro consilium generalis quis non possit nec debeat papalis potestatis plenitudinem Petro & eius successoribus a Christo concessam, tollere aut mutare, sed de ea deo gratias agere nihil omnium usum potestatis certis statutis ac legibus limitare in auctorizationem ecclesiae. Hac Cancellarius.

Articulus XIII. De autoritate generalium conciliorum ex dictis summorum pontificum.

OVNIAM generalium auctoritas concilioque libertati Papae uidetur quodammodo obuiare, ipsum sumnum pontificem legibus limitando, illum ipsi subdendo, parvus pendens non est, si ipsi summum pontifices inueniantur pro auctoritate conciliorum generalium quid locuti. Porro, in his que allegabo, loca allegationum omittit, cum certum sit ea in Decretis contineri: & roboretur allegations, his, qui in iure triti non sunt, obscuritatem in legendis quod declaratione in intelligendo adducit. Itaque in primis occurrat quod ait Gelasius Papa: Cōfidi mus, quod nullus iam ueraciter Christianus signore, unus cuiusq; synodi constitutum, quod uniuersaliter ecclesiæ probauit a sensu, nullam magis exequi se dem præ ceteris oportere, quam primam, pura Romanam, i. sumnum pontificem, qui ceteris debet esse totius & ueritatis exemplar. Quo uerbo ostenditur Papa debere generali obediens concilio, ceterisq; in hoc præbere exemplū. Denique, Zozimus Papa testatur: Contra statuta patrum condere aliquid uel mutare, nec huius quidem, i. Romanam, est dis potest auctoritas. Patrum autem statuta appellat, generalium concilioque decreta. Insuper, Damasus Papa ad Aurelium archiepiscopum, sicut in libro Conciliorum refert: Idcirco ait: Blasphemare spiritum sanctum non incongrue uidentur, qui contra sanctos canones non necessitate compulsi, sed libenter, ut præfixum est, aliquid aut proterue agunt, aut loqui præsumunt, aut facere uolentibus sponte consentiunt. Rursusq; afferit: Idcirco norma sanctorum canonum, qui sunt spiritu dei & totius mundi reuerentia cōsecrati, fideliter sunt a nobis sciendi & diligenter pertractanda, ne quo modo sanctorum statuta absq; ineuitabili necessitate (quod ab sit) transgrediamur. Praeterea Leo Papa ad Anatolium Constantiopolitanum testatus est: Illa Nicenorum canonum ordinata conditio, nulla est usquam ex parte subtilis. Celestinus quoq; Papa ad Ephesinam synodū scribit: Spiritus sancti præ sentium iudicat congregatio sacerdotum nec ibi putada est trinitatis diuinitas deesse, que sanctificat concilium. Item Idcirco in libro Cōciliorum uerba Celestini sic recitat: Vale necessarium esse perspici uestrarum in unum conuenisse multitudinem, habens sententie diuinæ fidem, quæ dicit: Vbi duo uel tres congregati fuerint in nomine meo &c. Credibilem beatam sanctam trinitatem diuinitatem huic sacro interesse concilio, & ideo ante cōspectu dei in medio uestrum meam pertulit fidem. Amplius, sanctus & magnus ille Gregorius papa in Registro testatus est: Sicut sancti euangelij quatuor libros, sic quatuor concilia sufficiere & uenerari me fateor: haec tota deuotione cōpactor atq; integerrima fide custodio: cunctas uero quas præfata ueneranda concilia personas respouunt, respou: quas uenerantur, amplector, quia dum uniuersali sunt consensu instituta, seipsum non illa destruit, quis quis præsumperit absoluere quos ligant, aut ligare quos absoluunt. Et certum uidetur, quod omnium generalium conciliorum rite celebratorum una sit ratio. Rursus beatus Gregorius cum Constantiopolitanum episcopum sepe admonisset, ne se uniuersalem dicere, nec præficeret, sic in Registro est locutus: Si in mea correptione deficior, restat ut eccliam debeam adhibere. Sic itaq; pluris fatetur auctoritatem ecclesiæ quam. Similiter Nicolaus Papa Lotharii regem increpans, Si id inquit, non egeris, precaue ne hoc ecclesia sanctæ dicamus. In quorum pontificum uerbis per ecclesiam nil aptius quam generale concilium uidetur signari. Denique his addi possunt plura in argumenta in textibus & glossis contenta, & ex dictis sanctorum patrum accepta, sicut est illud ex uerbis Hieronymi sumptum: Major est auctoritas orbis quam urbis. & quod iterum dicitur: Majoris auctoritatis est constitutio concilij quam Papæ. Raymundus quoq; Hostiensis & ceteri, pene omnes concorditer dicunt, quod Papa propter haeresim sit a concilio deponendus. Martinus deum in Chronicis describit, quemadmodum Marcellinus Papa in idolatria lapsus, ad penitentiam reductus obtulit se synodo corripiendum, iudicandum ac puniendum, seu deponendum. Quæ omnia stare non possent, si concilium super Papam potestatem & iurisdictionem non haberet.

Articulus XV. De auctoritate conciliorum generalium ex his, quæ in gestis conciliorum leguntur,

Legi

DE AVTORITATIBUS PAPÆ ET GENERALIBUS CONCILIIS.

33

LEgitur in gestis magnissimi Nicenij concilij contra Arrij blasphemias celebratis. Haec est fides, quam exposuerunt patres primo aduersus Arrium blasphemantem, & contra oēm heresim extollente se contra catholicam ecclesiam: quā cum auctoribus suis dominant apud Nicenam civitatem trecenti decem & octo in unum cōgregati episcopi. Quod concilium cum quodam excommunicasset, Hos inquit, anathematizat sancta catholica & apostolica ecclesia. In eodē quoq; cōcilio fuit sanctum, quos synodus illa ex cōmunicaret, ne Romanus pontifex ad se uenientes, reciparet. Ex quibus uerbis diligenter pensatis, tria parescunt: Primo, qd ad generali concilium uniuersalem ecclesiam representant. Tertio, quod Papæ legem præfigere potest: & idem scriptis Africanum concilium ad Celestinium Papam. Denique, in gestis Chalcedonensis concilij scribitur: Non licet illum qui damnatus est ab omni synodo, episcopum nominare: Diffinitio omnibus placet. Hac est fides patrum, qui præter eam sapit, hereticus est. Et rursus: Ab electa synodo non licet appellare: hec est fides patrum, qui præter eam sapit, hereticus est. Ex quo infertur, quod in generali concilio est summa sedes iudicij. Insuper, in uerbis Constantinopolitani concilij continetur: Si synodus uniuersalis fuerit congregata, & facta fuerit de sancta Romana ecclesia quævis ambiguitas & controvèrsia, oportet uenierabiliter & cum conuenienti tenuerentia de proposta quæstione cōscitari, & solutionem accipere, non autem audacter sententiam contra senioris Rome summos pontifices ferre. Quibus uerbis innuitur, quod Papa à generali concilio iudicatur, non solum de heresi, sed & de quavis ambiguitate & controvèrsia, quamvis reuerentur hoc fieri debeat. Hinc litera Martini Papæ interrogatoriū suspectos de heresi, ac credant quodlibet generale concilium representare universalem ecclesiam, & nisi hoc credant, hereticī iudicentur. At uero in Africano concilio legitur, quod dum eidem concilio legati Papæ ostendissent literas eius, dicentes compete-re Papæ cognoscere de appellationibus episcoporum iuxta deliberata in primo Niceno concilio, respondit Africanum concilium: Inquirendum esse, an ista in Niceno concilio conuenierentur: siccis ad Græcum misum est pro ueris exemplaribus Nicenij concilij: & quoniam ibi repertum est, quod Papa asservit in litteris suis sponsum fuit, siandum non esse in eo quod petebatur litteris Papæ. Vnde elicitor, quod si Papa uolebat disponere siue afferere contra Canones generalium conciliorum, non præbebat ei asservus. Ad huc, lex Martiani imperatoris per canones confirmata, affirmata: In iniuriam facit iudicio reli-giosissimum synodum, si quis semel iudicata ac recte disposita, renoluere & publice disputare contendit. Constantinus etiam imperator, ut in Niceno fertur concilio, fas est, se concilij illius uenerant sententias, quasi coelitus latet fuisse. Postremo, de hac re in gestis Constantini concilij plura clarissime determinata & scripta habentur, ut est illud: Generale concilium potestatem immediate habet a Christo, cui concilio quilibet cuiuscunq; status, conditionis dignitatis, ut fuerit, etiam si papalis sit dignitatis, obediens tenetur in his, quæ pertinent ad fidem & schismatis extirpationem, ac generali ecclesiæ reformationem in capite & in membris. Item illud: Quicunque cuiuscunq; gradus, status aut dignitatis fuerit, etiam si papalis existat, qui mādatis, statutis seu ordinationibus aut præceptis huius sancti synodi, & cuiuscunq; alterius concilij legitime congregati super præmissis aut ad alia pertinentibus, factis uel faciendis obediens contumaciter contempserit, nisi resipuerit, consigne poenitentie subiiciatur & debite puniatur; etiam ad alia iuris subsidia, si opus fuerit, recurrendo. Idem quoq; concilium depositum Iohannem Papam, ob sceleram, de quibus fuit delatus concilio fecitq; decretum de perpetua generalium conciliorum celebratione in posterum de decennio in decennium; atq; ut Papa iure se seruare fidem, iuxta decreta generalium conciliorum.

Articulus XVI. Iutroductio obiectorum contra prædictas ex quibus appareret, quod Papa à cōcilio non possit iudi

carri neq; deponi.

SVprā articulo sexto, ex Raymundo atq; ex Summa Confessorum & Summa Pisana præhabitū est, quod solus papa conuocat aut celebrat generale concilium: potest ergo illud dissoluere, nec compelli aut inuitus iudicari potest ab illo. Hinc Anacle-tus papa testatur: Electionem summorum pontificum sibi dominus referuavit. Et Bonifacius papa ac marty: Si papas uæ ac fraternæ salutis oblitus, innumerabiles populos secum careruant ducat ad gehennam: cum ipso plagiis multis aeternaliter uapulandos,

Anacle-tus
papa.
Bonifacius
papa.

Mm 3 huus

24. q. 1. maiores,

De isto cōcilio
Ilo uide c. 18.
cur sancti ius
distin.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

huius culpas istic redargueret nullus presumat mortaliū: quoniam cunctos ipse iudicatur, à nemine est iudicandus. Præterea, concilia generalia publica exordiū habuisse sciri buntur temporibus sancti Sylvestri & Constantini magnis sed non instituebant, nisi iubet te Romano pontifice, ut habetur eodem capitulo primo: quā ipsorum conciliorum caput est ipse pontifex & Petri successor, ut habetur in c. firmiter, & 7. quæst. c. Novitianus. Nec aliter concilium congregari potest, nisi per sententiam Romani pontificis, in quæst. c. dum. Hinc dicitur in c. significasti, de electione, qd concilia non postulant præfigere legem Romanæ ecclesiæ, cum omnia concilia eius autoritate sint celebrata, & inde robur sumptus sunt, atq; in eorum statutis Romana patenter excipitur autoritas. Ideo contra regentem superbiore non debent subiecti, transumptive, 21. distin. c. inferior. Et subditus eadem dist. c. nolite, qd filii erga spiritualem patrem deuoti ac sobrii esse debent, ut nulla penitus temeritate ad eius uitam nedum iudicandum, sed nec reprehendendam profiliant. Denique de hoc uidetur expressus textus 21. distin. cano, nunc autem diuinaz ubi habetur, quid dicitur Marcellinus Papa tempore Diocletiani compulsus idolis thurificasset, conuenerunt patres de concilio, quibus sciscitabunt uerum esset: confessus est cum lacrymis, assertus se paratum obediens, qui cuncti sibi ab eis iniungentes, qui dixerunt: Nobis aduersum te non est iudicium, sed causam tuam in finu tuo collige, & te ipsum iudica. Legitur quoq; in chronicis Marini, qd dixerint: Absit quod sumimus pontifex ab aliquo iudicetur; & tunc Marcellinus tulit sententiam extra fe. Iterum hoc probatur eadem disti. canone intanti, ubi patres de concilio damnauerunt Chalcedonensem Diocorum Alexandrinum patrem archam tanquam hereticum, quia præsumpsit Leodium Papam excommunicare. Porro, Dionysius uel Symmachus de adulterio dissimilans, coram quadraginta duob; episcopis, se purgauit, patres uero contra eum in synodo congregati dixerunt: Symmachus quantu ad homines pertinet, sit immunitus: cuius causam totam dei iudicio referuamus, horumque ratio est, quoniam Papa est uicarius dei, & omnibus preest in mundo. Cum ergo sit uice dei in terris, à nemine est iudicandus, nisi à solo deo. 2. q. 6. can. anteriorum, & non a quæst.; ca. cuncta per mundum: ubi textus dicit, qd Romana ecclesia fas habet iudicandi, neq; cuiquā de eius uite iudicare iudicio. Rursus eadem cā 9. q. 3. cano. Nemo, dicitur: qd nemo iudicabit primam sedem. Itemq; eadem cā 9. q. 3. c. aliorum, dicitur: Aliorum causas deus uoluit per homines terminari sed sedis iustus presulem suo sine questione reseruauit arbitrio. Postremo, lege diuina in omni dubio ad apostolicam sedem recurrentem est, ut in cano, per uenerabilem &c. Itaque cum par in parem potestatem non habeat, & Papa totius ecclesiæ pastor & pontifex sit, caputq; concilij iuxta præallegata, non uidetur à generali concilio posse deponi, nec legibus eius stringi, præsentim quoniam in præallegato ca. nemo, assertur. Neq; em ab Augusto, neq; ab omni clero, neq; à regib; neq; à ppolo iudex iudicabitur. Vbi & glossa fatetur, qd si totus mūndus sentiret in aliq; negotio cōtra Papā, uideretur sententia Pa- pa standū. Verunt̄, ut aliqui dicūt, glossa hoc dicit argumētando, non determinando.

Articulus XVII. Solutio obiectionum istarum.

Quoniam ueritati nō ueritas, sed falsitas contraria, ideo qd pro cōcilio scribūt, pindūt etas autoritates quasi unica respōsione soluunt, dicēdo: qd Papa à nemine. Iānulo particulari hoie debeat iudicari, cū hoie particulari & uiatore extet suppositor. Iterum dicūt, qd in prefatis autoritatib; nō est gialis cōciliū exclusum iudicium, qd nō proprie est humanū, sed diuinū, ita iudiciū spūsancti, cōciliū in his, quæ conciliū sunt, gubernatū iuxta qd ap̄ls Iacobus in Actib; cū cæteris qd concilio, de quo ibi agit, interfuerit, in ep̄la cōscríperūt. Vistum est spūsancto & nobis. Præterea cōcedis, qd regula riter loquendo, soli Pape cōpetit cōuocare & célébrare gnale cōciliū, tanq; totius ecclesiæ cōrā gerēti, per cōparationē Papā ad quæcūq; determinatas personas, nō tñ conclusit, quin si imminaret manifesta necessitas celebrandi conciliū, & Papa inexcusabiliter errando, nollet cooperati ad hoc, aut etiam prohiberet, tunc ipsa ecclesia autoritate sibi à Christo concessa, posset celebrare conciliū. Porro quod concilia discuntur autoritatē & robur à Papa habere, non est omnissimæ intelligendum, sed eo modo intelligi potest, quoscriptura dicitur ab ecclesia autoritatē & robur sumptus, uidelicet quantum ad manifestationem seu declarationē, quod ipsa scriptura effet uere diuina & sacra: nō aut quoniam ad existentiā ueritatis scriptura, quā nō habet nisi à deo, cuius in creatuā ueritati innotuit. Insuper, dum generale concilium Papam de heresi aut intolerabili culpa seu à scandalo corripit, iudicat & deponit, non hoc agit superbe aut temere, sed charitatue & iuste atq; consulte, quod uero de Marcellino Papa inducitur non conuincit, ille enim incorrigibil-

A. 18.

DE AVTORIT. PAPAE ET GENERAL CONCIL.

336

si non fuit, sed uere ac humilissime penitens: idcirco ab alijs non fuerat iudicandus: nec pontifex ita se habens, ab aliquo iudicandus est homine. Similiter Symmachus Papae pro hauit de crimine sibi obiecto immunem: ideo causa eius deo fuerat committenda. Postremo, quoniam Paulus apostolus in ep̄stola ad Galatas toti mundo notificat, se Petro principi apostolorum in faciem restitisse, utique pro ueniali peccato, ne quaquam Paulus tam aperte scripisset hoc, si non liceret summō pontifici resistere pro cōfervatione fidei ac boni communis. Vnde & Thomas secunda seculiæ quæstionē XXXIII. docet, quod prælatus manifeste redarguendus, si fidei uel reip. ex eius culpa petiūlū immineat. Vnde Hieronymus asserit: Sal infatuū ad nihil utile est, nisi ut enīia foras, & conculcēta porcis. Quod autē Papa, secundū qd à concilio iudicatur, non superior, sed inferior sit, infra dicetur.

Articulus XIX. An omnis seu tota potestas & autoritas generalis

concilij sue ecclesiæ sit à Papa.

Scribentes quasi pro Papa, & afferentes totā autoritatem conciliorum dependere à papa, omnemq; potestatem ecclesiæ oriri ab ipso, in hoc potissimum fundant se, quod dicitur: Christus Petrus dixit: Tibi dabo claves regni coelorum &c. itemq; Pasce oves meas. Hinc dicunt, qd solus Petrus immediate à Chfo claves ecclesiæ accepit & habuit, cæteri uero apostoli accepérunt eas in immediate à Petru, hoc est à Chfo per Petrum. Ex quibus concludit, qd tota potestas ecclesiæ sit à Petru & successoribus eius, ita qd conciliorū autoritas ac potestas à Papa dependeat & procedat, non immediate à Chfo, propter qd Papa possit ad libitū conciliū dissoluere, eiusq; statuta & canones amovere. Quisius aut̄ studiā prima facie mirabiliter sonet, argui tamē potest qd ita sit. Scriptum est enim in c. Ia dñs, distinctione 19. Dominus Iesu chris munus potestatis clavium ita ad omne apostolorum officia pertinere uoluit, ut in beatissimo Petro summō apostolorū illud principaliiter collocaret, ut ab ipso quasi à quodā capite dona sua uelut in corpus omne diffunderet. Præterea, in Sūma contra gentiles IIII. libro loquitur Thomas: Soli Petrus Christus promisit, Tibi dabo claves regni coelorum, ut ostenderetur p̄tis clavium per eū ad alios derivāda, ad conferuāda unitarie ecclesiæ. Rursus, super II. Sententiæ distinctione ultima scribit: Omnis p̄tis spiritualis in ecclesiæ est à Papa. Et addit. Potestas superior & inferior duplicitate se habent: aut ita quod inferior potestas ex toto oritur à superiori, & tunc tota uirtus inferioris potestatis, fūndatur supra uirtutis superioris; & ideo simpliciter in omnibus est magis obediendum p̄tati superioris talis. Qd inferioris, sicut etiam in naturalib; causa prima plus influit supra causatum cause secundū, quam ipsa causa secunda: & sic se habet potestas fei ad omnem potestatem creatam, & potestas imperatoris ad potestate pro consulis: sic etiam se habet potestas Papæ ad oēm potestatem spūalem in ecclesiæ, quia ab ipso Papa gradus dignitati diuersi in ecclesiæ disponuntur ac ordinantur. Vnde eius potestas est quoddam ecclesiæ fundamentū. Ex his uerbis Thomas sequi uidetur, qd tota concilio potestas à Papa dependeat, & sine eius autoritate nūl ualeat. Sed & Durandus de S. Porti, Durandus anno, preallegata distinctione testat: Omnis p̄tis ecclesiastica oritur totaliter ex potestate Papæ. Et denū, Omnis (ingr) p̄tis iurisdictionis ecclesiastice deriuatur à potestate Papæ, quo ad illa ad quæ Christiani tenentur, quāuis propriā sponte se non obligaret ad ea, qm̄ h̄c intentione est ex ordine prælationis ecclesiastice. Insuper, prout allegatum est supra, Boni futura ualentura affirmat: Papa est fons, origo & regula omnīū principiū ecclesiasticorū, à quo ranquā à summo deriuatur ordinata p̄tis usq; ad infinita ecclesiæ membra, secundum qd exigit præcellens dignitas in ecclesiastice hierarchia. Postremo, Durandus ordinis sancti Frâncisci, ait in Sūma sua distinctione I. Chrs singulariter dixit Petro. Tibi dabo claves regni &c. ad designandum ecclesiæ unitatē, atq; ut omnes à Petro & à cibet eius successo acciperent suę p̄tatis originē, eiq; in oib; obediens. Multa huiusmodi possent adduci, que facilius est allegare quam idonee soluere. Nempe ut difficultas augeratur, & ueritas uigilantius inquiratur, id adiicio, quod super IIII. Sententiæ distinctione 24. asserit Thomas dicendo: Quāuis omnibus apostolis data sit communiter potestas ligandi: atq; soluendi, tamen ut in hac p̄tate aliquis ordo significaretur, primo soli Petro data est, ut ostendatur, quod ab eo ista potestas debeat in alios defere: propter quod ei singulariter dicitur. Confirmat fratres tuos, & Pasce oves meas, id est, loco mei (prout ibidem ait Chrysostomus) præpositus & capitul est fratrū, ut ipsi te in loco meo assumentes, ubiq; terrarum te in throno tuo sedentem prædicent & confirment.

Articulus XIX. Solutio quæstionis istius, & de sex potestatis ecclesiasticis.

Mm + Qui

Thomass.
Hieronymus.

19. distin. &
11. dñs.

Durandus.

Durandus.

Boni futura.

Martinus.

Durandus.

Lucus.

Durandus.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI.

Iohann. 28.

Luce. 22.

1. Cor. II.

Iohann. 20.

Ludolphus.

Matth. 16.

Iohann. 20.

Iohann. 21.

Iohann. 22.

Petrus de Aliaco.

Luce. 22

Marc. 16

Matth. 18.

Quidam scribentium totam ecclesiasticam potestatem à Petro in ceteros, imò & in alios quoq; apostolos descendisse affirmant, qd claves à Christo collatae sunt Petro per uerba quæ dixit ad Petru, Pasce oves meas. Porro, ut intelligat clavis, quam erroneū sit hoc dicere, oportet aduertere, quid sint claves ecclesie, & quando & quomodo sint collatae à Christo sanctis apostolis. Claves ergo ecclesie, quamvis pluraliter designantur & due esse dicuntur, uidelicet potestas discernendi inter p̄ctum & non p̄ctum, & potestas ligandi atq; soluendi, radicaliter tamē & essentialiter una est clavis, sed in effectibus duae, prout Thomas super quartū Sententiarū, & Durandus in Summa sua distinctione I. alijq; doctores cōmuniter dicūt. Rursus, hæc clavis realiter est character seu potestas sacerdotalis, quæ dicitur potestas ordinis seu consecrationis. Eadē quippe potestas est, qua sacerdos corpus Christi uerē & consecrat, etiam ipsos fideles q̄ sunt corpus Christi mysticum, soluit & ligat, prout sanctus Thomas super quartū sententiarū distinctione XXI. testatur, & alij ibidem declarant. Per hāc enim potestatem habet sacerdos duos actus: unum principalem, qui est corpus & sanguinem Christi consecrare; aliū secundariū, qui est soluere & ligare. Nūc ergo uidendū, quomodo saluator dedit apostolo Petro potestatem hanc sacerdotalē: quo uno, patet in alij apostoli potestate hanc immediate à Christo accepert, an à Petro. Itaq; aduertēdum, qd sicut exppositores catholici afluunt, potestate consecrati contulit Christus omnibus simul apostolis in cena, qd dixit: Hoc facite in meam commemorationē. Hinc super quartū Sententiarū, p̄ allegata distinctione Thomas conscripsit: Christus discipulis dedit sacerdotalē potestatē, quantum ad principalem eius actum, ante passionem in cena cum dixit: Accipite & māducate. Vnde subiunxit, Hoc facite in meam commemorationē. Sed post resurrectionē dedit eis potestatem hanc sacerdotalē, quantum ad eius secundariū actum, qui est absoluere & ligare, quando insufflauit in eos & dixit: Accipite spūmā sanctū. Quoꝝ remiseritis p̄ &c. Hinc Henricus de Hassia, circa hęc uerba Canonis. Hæc q̄ t̄iescunḡ feceritis &c. ait in Tractatu suo de Missa: Per hæc uerba Christus instituit discipulos suos sacerdotes noui testamenti, per huius sacrificii oblationem deum partem placaturos. Sed & Ludolphus III. uolumine uite Iesu Christi, circa hęc uerba scribit, quod etiam ex Gorra accepit: Christus in amoris sui recordationē subiunxit. Hoc facite: id est, sacramentū hoc cōfīcite uel celebra te, accipite & date in meam commemorationē: per quæ uerba ordinavit eos in sacerdotes, & dedit eis potestatem confiendi sacramentū corporis & sanguinis sui. Rursus, eodē uolumine ait: Claves Petro promissæ sunt, non datæ, cum ei saluator dixit: Tibi dabo claves regni colorū. Sed ibi ecclesia prelatos eligitur, postmodū uero cum alijs apostolis hanc promissam potestatē accepit, ubi apostoli à Christo episcopis sunt ordinati, cui insufflans in eos, dixit: Accipite spūmā sanctū &c. Sed pastorem omnium fidelium atq; tota ecclesia uicariū suum eū praefecit cum dixit, Pasce oves meas. Hæc Ludolphus ex dictis alioꝝ. Itaq; certissime constat, qd Christus non contulit Petro sacerdotalē potestatem seu claves tunc primo, cum locutus est ei, Pasce oves meas, p̄fertim cum uerba illa prolata sint postq; apostolus dixit, Accipite spūmā sanctū. Quoꝝ remiseritis p̄ctā &c. ut patet. Iterum patet, qd apostoli hanc potestatem non accepérunt à Petro, sed immediate à Christo. Præterea, ut hæc clarius elucescant, pensandum qd ut scribit Petrus de Aliaco: sex potestates ecclesiasticæ leguntur in euangelio à Christo apostolis traditæ, pro ip̄s successoribusq; eorum. Prima est potestas consecrationis, quæ interdum dicitur character seu potestas ordinis, quam contulit Christus, dicens: Hoc facite in meam commemorationē. Secunda est potestas administrationis sacramentorum, & potissimum sacramenti p̄cōnitentiae, qd est potestas clavium, uel spiritualis iurisdictionis in foro conscientiae: & hæc potestas propter diuersitatē effectus a prima distinguitur, quamvis essentialiter idem cum illa existat. Tertia est potestas apostolatus seu p̄dicandi autoritas, quæ data est ei à Christo cū dixit, Euntes p̄dicate &c. Quarta est potestas iudiciorū & correctionis in foro exteriori, p̄ quam timore p̄cōna corriguntur peccata, p̄fertim quæ sunt in scandalū ecclesie, quæ collata est ei ubi loquitur Christus, Si peccauerit in te frater tuus &c. Quinta est potestas dispositionis ministrorū, quo ad determinationem iurisdictionis ecclesiasticæ, ut euictetur confusio dissensionis, nota in populo & inter ministros, si ipsi indistincte atq; æ qualiter de omni populo curam haberent: & hæc potestas collata est Petro & successoribus eius, ubi specialiter dictum est ei, Pasce oves meas. Sexta est potestas accipiendi necessaria uiræ ab his, quibus spiritualia ministrabant, ut hæc potestas declarata est apud Matthæum & Lu-

DE AVTORIT. PAPÆ ET GENERAL. CONCIL.

Matth. 16.
Luce. 22.

& Lucā, ubi habet: In eadē domo manete edētes &c. Dignus est em̄ oparius mercede sua. Preter has sex p̄tates, alia à Chro nō accepert, scđ dum hunc Petru, nisi p̄tatem faciendo miracula à fidei cōfōrtationē, in qua eis nō necessario succedūt ep̄s, alijq; p̄ byteri, qm̄ fidēs modo nō indiget miraculis cōfirmari. Itaq; ex his patet r̄iñō ad oēs autoritates in precedēti articulo politas, ad probandū qd ois p̄tās ecclesiastica deriuēt à Papa. Dicēdum est nāc, qd descēdit ab eo quantū ad dispositionē ministrorū ecclesie, quo ad determinationē iurisdictionis ecclesiasticæ, ut euictetur confusio in tāctū. Præterea cōstat ex prædictis doctore sententijs, qd doctores p̄allegati ne quāc dicere uoluerūt oēm p̄tatem ecclesie sic esse à Papa, quasi ipsi ap̄līa Petro claves aut sacerdotalē accepert p̄tatem. Nec rūtus ita intelligendū est, p̄ predictā qm̄tā ecclesiastica p̄tatem specialiter Petro cōfessam, quā si Chriſibj p̄tatem hanc nō reseruauerit, ad faciēndū actū ipsius preter cōmūnē modū & ordinē à se institutū. Nā & Paulus ap̄līs anteq; uidit Petru, locis uarijs p̄dicauit ex Chriſi cōmissione. Insup, oēm ecclesiastica p̄tatem, autoritatē ac principaliatē à Papa orīti, ita potest intelligi, qd nulla sit p̄tās ecclesiastica, que ab ipso tanq; à plenitudinē p̄tatis habet nō posse procedere, imò quālibet p̄tās talis ab ipso procedere, aut certe procedere potest media re uel immediate. Oēs q̄ppe dignitates & p̄tātes ecclesiasticas potest cōferre. Vnde in expositione quorundā sup̄ Iohannē inueni: Ideo Petro tanq; principaliori int̄er ap̄los & capitū univerialis ecclesie dictū est, Qd cūq; ligaueris sup̄ terrā &c. ut cū sit orto in ecclesia, hec p̄tās credat primo & principaliter residere in summo p̄ofifice S. Petri uicario, atq; ab ipso derivari in archiep̄os & ep̄os, & ab his tanq; à me dīs in simplices sacerdotes, uerūntū quis ois sacerdos in sua ordinatione ligādi ac soluēdi sufficiat p̄tatem, cū iuxta p̄ habitā idē sint character sacerdotalis atq; p̄fata p̄tās, qd etiā clavis uocat, nō tā haber hūf p̄tatis executionē, nīs ip̄sī subiūciat materia, ut pura hoīes, sup̄ q̄s p̄fītūr iurisdictio def̄t seu cura antimaḡ comittitur a superiori qd sicut dat eā inferiori, sic potest ei eā auferre in toto, aut in parte, causa legitima occurrit. Postremo, qd Chriſi Petro singulariter dixit, Tibi dabo claves &c. nō dixit alios excludēdo, sed idcirco ad Petru dixit sermōnē, qd p̄cātētis fuit uenerabilitē Chriſi cōfessus, dicēdō: Tu es Chriſi filius dei uiui. Vnde ibidē ait Hieronymus Mercedē recipit uera cōfessio. Nihilomin⁹ sicut Petrus id pro oībus dixit ap̄līs, sic ip̄sī facta est illa promissio, nō solū ut fuit p̄fona certa, sed ut fuit forus ecclesie grēs p̄sonam re, p̄frentansq; uicē, quemadmodū Augustinus, Ambrosius, Beda, Rabanus cū ceteris mul̄tis expositorib⁹ cōtestant. Afferit etern⁹ Augustin⁹ in sermone de beatissimis Petro & Paulō ap̄līs: Dñs Iesu discipulos suos ante passionē suā (sicut noītis) elegit, q̄s & fratres uocauit, inter q̄s q̄s ubiq; Petrus toti⁹ ecclesie gestabat personā. Prōpter quod audire metuit, Tibi dabo claves regni celorum: q̄s claves ille nō ut unus homo, sed unitas ecclesie accepit.

Articulus XX. De rōnibus, propter quas quidā iam tēpōris afferūt conciliū esse

sup̄ Papam, & de modo loquendi aliquoꝝ in ista materia.

Concilium effe super Papā, quidam nūc taliter argumentantur: Totā ecclesia ēt unum mysticū corporis secundum doctrinam Apostoli, & huius corporis capitū uicariū ac ministeriale seu membrū est Papam membris uero est pars totius, pars autē non est maior suo toto nec sup̄ illud. Præterea, status Papatus est status gratiæ gratis datæ: et status uero ecclesie, est status grātia grātum facientis: status autem gratiæ gratis datæ, est bonis ac malis cōmūnis. Vnde & Iudas proditor fuit apostolus, & Balaam ariolus fuit propheta. Status uero gratiæ grātum facientis, solis competit bonis, ergo status ecclesie atq; concilij generalis illam representantis, est sup̄ Papam seu statū millius, p̄fertim cū dona gratiæ gratis datae ordinentur ad dona gratiæ grātum facientis, sicut mēdiū & inferius ad finē & ad superius, ut Thomas & Petrus de Charēta ac Bonauentura affirmant. Cum ergo finis sit præstator atq; sublimior ordinatis in ipsum, ecclesia sine conciliū erit super Papā. Insup, Papa est minister seu seruus, filiusq; ecclesie, & illa ēt mater ac dominā eiū ergo est sub ea, et ei obedire tenetur. Rursus, ecclesia sic est confirmata in gratiæ, qd errare mortaliterq; peccare nō ualet, quod Papā non competit. Bernardus quoq; libro de Consideratione ad Eugenij scribit, qd Papē nō competit esse dñm ecclesie, sed ministerū, sicq; relinqutur qd ecclesia sit dñia eius, nō ip̄s dñs illius, sed seruus, propter quod sanctus Gregorius scripsit se seruū seruōrē dei, seruō autē competit dominā suā obedire, non uice uerla. Postremo, Papa est propter ecclesiam, tanq; relatus ac ordinatus ad bonū illius, non ecclesia propter Papam. Itaq; cum ecclesia sit confirmata in gratiā, nec possit deuiare ac peccare, ut fertur, cocluditur quod major, altior atq; potentior sit quam Papa.

Art.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI

Articulus XXI. Solutio siue discussio rationum istarum.

Rationes pcedentes articuli breuiter tactae, diligenter sunt discutiendae, soluerande aut declarande. Ad primū ergo argumentū dicēdum, qd pars non est pars ut dignior suo toto, in cludeo de partem in suo toto, quia sic pars est maior seipso, imo sic pars est minor toto; sed intuendum, qd pars & totum multis modis dicuntur, uidelicet proprie ac metaphorice, corporaliter ac spiritualiter. Porro cum dicitur, Pars non est maior suo toto, si pars seorsum accipiatur seu consideretur, & illud quod remanet totum dicatur, sic tam in corporalibus qd in spiritualibus potest contingere, ut pars sit maior & dignior toto seu uniuerso remanenti residuo: imo sic caput hominis, maioris perfectio nis ab aliquibus perhibetur, qd tota corporis moles residua, cum omnes interiores extorio resq; sensus in capite uigeat. Deniq; Abbas seu prior monachalis conuētus, secundū se ac ceptus seu seorsum sumprus, maior est toto residuo monasticae congregacionis, & prætus, pastor ac pater ipsius. Intra tamē hoc clarius exponentur, ubi de dupli majoritate dignitatis seu superioritate dicitur. Itaq; cum dicitur, Ecclesia est quoddam totum, cui³ Papa est membrum, dico qd Papa nequaquam est maior aut dignior tota ecclesia, id est, uniuersa congregatione fidelium, ex Papa ac ceteris uniuersis constante, imo sic ecclesia est maior & dammodo parte illa, iuxta quod ait Aegidius de Roma, qd bonum creatū additum bono creato, facit ipsum maius. Si uero Papa secundum se seorsum accipiatur, & residua fidelium uniuersitas totū dicatur seu tota ecclesia, dico qd Papa sit summus p̄f̄fex, pastor & pr̄f̄fex illius, repræsentans & supplens uicem Chriū circa illam; & ita quod ammodo maior est illa ac altior, dignior atq; potentior. Sed aduertēdum qd duplex est majoritas, dignitas seu potestas: ut pura prælationis seu pr̄f̄fientiæ, & conuerstationis seu uirtutum, aut meritū ita. Prima majoritas pertinet ad dona gratiæ gratis date, ad quam pertinet gradus officiū, dignitatum & principatuū ecclesiasticorū, secundum doctores concorditer. Porro se cunda pertinet ad dona gratiæ gratiæ facientis, quia attendit penes perfectionem charitatis uirtutis aliarum. Loquendo ergo de maioritate prima, dico qd Papa sit quod ammodo maior tota & uniuersali ecclesia, cui non solum diuisim, sed & collectim sumptu p̄f̄fet ac pr̄f̄fider, sicut ostensum est: & propter contrarium afferentes, adhuc probabitur. Itaq; quatum ad id, in quo habet ex officio præf̄felle toti ecclesiæ, eiusq; curam habere, uidelicet ut ecclesia iuxta Christi legem deo deseruit, ipse Papa maior, dignior, superior atq; potenterior est tota ecclesia sibi commissa, cuius ipse est caput, iudex, magister & dux super terrā, tamen sub Christo & iuxta mensurā ac legem sibi à Christo p̄fixā: quoniam inter Christum & ecclesiam taliter sumptam, Papa est medius & proprius, plenus ac generalis Christi uicarius, quemadmodū sanctorum patrum atq; doctorum testimonij est probatum, & sanctus Bernardus apertissime dicit, sanctusq; Thomas ex intentione declarat ac probat, quemadmodū patuit & patebit. Nec istud (prout protinus deducetur) in aliō derogat autoritatē generaliū conciliorum. Ad secundum argumentū & ad quādam ipsi annexa, dicendum qd satis conuincit, ecclesiam eiusq; statutum esse super Papam & statutum Papalem, loquendo de maioritate & superioritate pertinente ad uirtutē ac meritū uite, & id probant sequentia argumenta. Papa enim potest uirtuosus consistere. Verum tamē proprie simpliciter loquendo, maioritas in ecclesia potissimum attendit penes dona gratiæ gratis date, uidelicet secundū gradus potestatum & officiorū seu dignitatum ecclesiasticarum. Vnde Durandus frater Minor, in Summa sua libro II. distinctione LXXVII. afferit, qd maioritas in tribus attenditur, pura in prærogativa ordinis & consecrationis ac dispēfationis. Idem affirmanit Raymūdus, & Summa confessorū, ac Summa Pisanæ: additū qd quartum, uidelicet prærogativa temporis. Postremo refutat solutio argumenti, qua arguit Papa esse inferior ecclesia, cum sit eius minister & filius: quod quia paucis uerbis plene & clare solui non ualeat, de eius solutione plenaria erit sequens articulus.

Articulus XXII. Quomodo summus pontifex dicat filius & minister ecclesia, & ipsa ecclesia mater ac domina eius.

Sicut in prima parte Summae sua quæstione XCVI. sanctus Thomas testatur, aliq; qd doctores conscribunt, dominū dupliciter sumit. Vno modo, prout libertati opponitur: & sic domin⁹ est, qui habet seruum propriū dictū. Seruus autem opponit libero. Libertū uero secundum philosophū dicitur, qd est causa sui: seruile autem qd ordinatur ad aliud. Dominū ergo sic sumptu, est prout aliquis principatur subiectis, non ad illorū utilitatem, sed ad propriū commodū. Porro tale dominū est non solet absq; p̄c-

DE AVTORIT. PAPAE ET GENERAL. CÖNCIL.

338

na inferiorum. Nam sicut unicuiq; naturale est atq; suum, propria perfectionem acquirere & habere, sic triste est ei ut sua perfectio nō sibi p̄f̄psi, sed alteri cedat in commodū. Idcirco tale dominū in statu innocentia non fuisset. Hoc etiā modo Papa de iure non est dñs Christianorū, nec taliter facere aut reputare se debet dñm eotū, quia hoc cupiditatis esset & elationis. propter quod Petrus in I. sua Canonica pastori bus scribit, Nō quasi dominantes in clero, & Paul⁹ suis scribit discipulis, Nō querō quę uia sunt, sed uos, i. salutē uestram, non cōmoda mea. Secundo, dominū dicitur quicquid gubernatio siue prælatio: & sic etiā ille dñari ac dñs perlibet, qui alios dirigit ad utilitatem & felicitatem ipsorum, sed ad bonum communem, quo dñs XIX. de Civitate dei loquitur Augustin⁹. Iusti imperanti hō dominādi libidine, sed officio consulendi. Tale autē dominū fuisset in statu innocentia: & hoc Thomas ibidē multipliciter probat. Hoc etiā modo secundum Hugonē & Albertū est dñm in spirituali regime militantis ac triūphantis ecclesiæ: sc̄q; dñm competit papæ magis, qd alio in tota ecclesia, imo sic ipse dñs & p̄ceptor seu imperator imperatoris ac omnī secularium principium, omnīumq; prelatorum & uniuersorum Christianorū, & ut compendio stringam, ei de iure, etiā nō de facto, cōperit totius mundi dñlum, cum in ipso sit plenitudo utriusq; potestatis secundum Thomam, totusq; mundus cōmissus & creditus sit, secundū illuminatissimū illū magnū Bernardū acq; Alanū. Itaq; Papa est seru⁹ seruorum dei & minister ecclesiæ, non utiq; seruitute subiectio seu imperfectionis, inferioris, in opere, sed seruitute charitatis atq; iustitie, prælationis ac p̄f̄fidentiæ, que majoritati ac dignitati nō derogat, sed cōcordat. Vnde ob eā non cōclu dicit: Papa simpliciter inferior ē ecclesia sibi cōmissa, sed magis superior: & qd ministeriū seu officiū istud ordinat ad bonū ecclie, tantū concludit, quod Papa est inferior ecclesia, seu status principalis statu ecclie, quantum ad excellētiam pertinente ad dona gratiæ gratum facientis, ut clarius dicitur. Ruris, officiū dignitatis Papalis non solum ordinatur ad bonū ecclie, sed etiā ad ipsius Papæ salutē, principaliter p̄p̄d̄ dei honorē. Deniq; de hac seruitute charitatis & regitatis, seu etiam humilitatis, multa scribit Apls. Ait nempe ad Galatas: Per charitatem seruitate iniūcem. Et ad Corinthios: Cum liber esset ex omnibus, omniū me seruum feci, ut plures iucriſacerdotis Rurisq; ait Corinthiis: Non nos metipos p̄d̄ciamus, sed Iesum Christum, nos autē seruos uestros p̄ Iesum. Et denio: Omnia (inquit) uestra sunt, sicut Paulus, sicut Apollo, siue Cephas, si Petrus. Quod autē liberi ministeriū honor, non subiectio debeatur, cōstat ex eo, quod ad Tessalonicenses fatetur: Neq; sumus querentes ab hominibus gloriā, cū possemus uobis honori esse ut Christi apl̄, sed facti sumus parvuli in medio uestrū. Insuper, hoc modo etiā Christus fuit minister ecclesiæ ac discipulorū suoū, qui bus locutus est: nullus hominis nō uenit ministrari, sed ministrari. & Ego in medio uestrū sum sicut qui ministrat. Hinc ad Hebreos dicitur: Christus melius sortit⁹ est ministeriū. Et ad Romanos: Dico Christum ministru fuisse circuncisionis, ministru in qua humilitate, ut Gorra exponit. Fuit demum dñs Jesus subditus illis, uidelicet Mariae & Ioseph, ut Lucas euāgelista describit, nō tamē fuit inferior eis. Præterea, si p̄dictis obiiciatur, qd status ecclesiæ est status libertatis, sicut ait Apostolus: Vos in libertate uocati estis fratres, ergo Papæ non competit domi⁹ nū super fideles, respondendum qd consequentia non ualeat, loquendo de dñlo iuxta secundū statum eius acceptiōne: imo sic in triumphati ecclesia unus angelus alteri dñnatū, unusq; p̄p̄do, Dominationis ordo secundum diuinū Dionysii appellatur. Ecclesiæ etenim status dicitur liber, libertate à seruitute dñmonis & peccati, de qua in secunda sua ep̄stola loquitur beatissimus Petrus: Iniqui sunt serui corruptionis: non autē libertate obedientialis subiectio, aut etiā corporalis p̄p̄oralis seruitutis. Hinc in secunda secunde questione CxIII. Thomas affirmit: Dicuntur filii ecclesiæ libertate à spirituali seruitute peccati, nō à seruitute corporali, quia per gratiā Christi liberamur in presentiā defectibus aīæ, non à defectibus corporis. Durandus qd sup II. Sententia qd Lex (inquit) euāgelica dicitur lex. Dicuntur, perfectæ libertatis, quoniam liberat ab onere ueteris legis & à seruitute peccati, nō à seruitute temporalis. Hinc ad Romanos dicitur: Omnis anima potest statibus sublimioribus subdit⁹, quod de subiectiōne ad iustitiam pertinente prolatū est. De subiectiōne uero humiliatiōis scriptum est: Subiecti estote omniū humanæ creature propter deum. Itaque summus pontifex non ita est minister ecclesiæ, quin etiam iuxta modum iam declaratū sit domin⁹ eius, id est, prelatus & rector, cum et ceteri inferiores ep̄scopi, hoc modo dicitur dñi terrarum plebiūq; suarum, sc̄u ecclesiarum. Vnde & principes ecclesiarum S. Bernardus in qd Bernardus, dam sermone eos appellat sicut ecclesia est subdita Papæ, tanq; summo p̄f̄fici syo. Insp̄p̄,

1. Petri. 5.
2. Corini. 12.

Augustinus

Gala. 5:
1 Corin. 9:
2 Corin. 4:
1 Cor. 2:

1 Thess. 2:

Matt. 20:
Hebr. 8:
Rom. 15:

Luce. 2:
5. Galat. 5:

2. Petri. 2:

Dicuntur,

Rom. 13:

1 Petri. 2:

Papa

Papa non est ita filius ecclesiae, quin etiam sit spiritualis pater ipsius; in modo quantum est Papa, competit ipsi esse patrem ecclesie; primo, ratione prælationis; secundo, ratione instructionis, quoniam habet eam illuminare et tertio, ratione curae ac prouisionis. Nam & Paulus suis scribit discipulis: Filioli mei, quos iterum parturio donec Christus reformetur in uobis. Item, In Christo per euangelium ego uos genui. Idcirco secundum Bonauenturam Papa est pater patrum & uniuersorum fidelium. Atque ut ait Bernardus, ipse est pastor ecclesie ex oibus ecclesie cōgregat, i.e. totius ecclesie coniunctum accepta. Nihilominus Papa uocatur & est filius ecclesie; primo, quoniam in fonte baptismatis spiritualiter regeneratus est in ea & ex ea, quemadmodum Augustinus super Iohannem discernit, quod ecclesia generata ex aqua & spiritu sancto: secundo, in quantum est determinata persona & unus Christianus; tertio, in quantum ab ecclesia, i.e. filii ecclesie adiuuatur, souetur, & dum opus fuerit, dirigatur atque instruitur; sicut fugit ubera eius, de quibus in Cantico legitur: Meliora sunt ubera tua uino, & quis mihi dedit fratrem meum sanguinem ubera matris meae? Postremo, patet ex his, quomodo pater sit frater seu cunctorum fidelium. Eisdem enim modis ac rationibus dicitur frater noster, quibus ecclesia filius appellatur: sed propter communione naturae specificae nobiscum, frater est noster, & propter eandem Christianitatis religionem. Multis etenim modis dicitur aliquis frater alterius, sicut in libro contra Helvidium scribit Hieronymus. Sed ex hoc Papalim maioritatem non derogatur, presertim cum & Christus deus noster factus sit frater noster, secundum Bernardum. Vnde post resurrectionem dixit ad Magdalenam: Vade, dic fratribus meis. & Apostolus ait, Non confunditur frater eos uocare, & debuit per omnia fratribus assimilari. Id autem adiiciendum, quod ecclesia etiam ideo dici potest domina Papæ, quia est sponsa Christi, cuius minister est Papa, & quia in dominis gratiæ gratum faciens eum excedit, & quoniam in quibusdam Papa acquiescere ac pare re habet eidem, ut infra clarius exponetur.

Articulus XXIII. Quomodo competit Christo esse caput ecclesie.

VT clarius innotescat, quomodo Papa dicatur caput ecclesie, primo uidendum qualiter Christus sit caput ecclesie. Itaque, sicut in I. parte Summae sue quæstione VIII. Thomas & Durandus super III. Sententias testatur, quemadmodum tota ecclesia dicitur unus corpus mysticum, per similitudinem ad corpus hominis naturalis, eo quod sicut in corpore naturali sunt multa membra diuersorum actus habentia, sic in ecclesia sunt multæ personæ habentes diuersa dona atque officia, prout in multis locis docet Apostolus sicut in ecclesia dicitur esse aliquod caput ad similitudinem capititis humani. Porro, in capite hominis duo considerantur: primum, est naturalis conuenientia eius cum cæteris membris; secundum, est differentia eius ab illis: quæ differentia consistit in tribus: puta in ordine, quoniam caput est prima pars hominis, incipiendo a superiori: item in perfectione, quoniam in capite uigent omnes sensus exteriores & interiores, cùm in ceteris membris solus sit tactus, in uirtute, quoniam uirtus & motus cæterorum membrorum & gubernatio quedam in actibus eorum, est a capite propter uim sensitivam atque motuam in eo dominante. Igitur Christo, secundum quod homo est, conuenit esse caput ecclesie secundum omnem suas proprietates seu conditiones: quia ut homo, est eiusdem naturæ cùm cæteris hominibus, sicut naturali conuenientia habet cum eis. Differt quoque ab eis in tribus prædictis, puta in ordine, eo quod gratia eius sit altior & prior dignitate, quamvis non tempore: & alij acceperunt gratiam per respectum ad gratiæ eius, dicente Apostolo ad Romanos: Quos preseculi & prædestinavit cōforme fieri imaginis filij sui. Et ad Ephesios, Deus elegit nos in Christo ante mundi constitutionem. Differitque ab alijs in perfectione, quoniam plenitudinem gratiæ habet iuxta illud Iohannis, Vidimus eum plenam gratiam & ueritatem. & Iohannes tertio ait Iohannes Baptista de homine Christo: Non ad mensuram dat deus spiritus homini. Rursus, tanta est gratia Christi, quod influit de plenitudine eius in membra ecclesie, sicut Iohannes ait: De plenitudine eius omnes accepimus. Porro Christus homo influit membris ecclesie gratiam seu spiritalem motum & sensum, non autoritative, sed instrumentaliter & per modum cause meritorie: sed ut deus, influit autoritative. Vnde etiam secundum quod deus, magis ipsi competit esse caput ecclesie, quantum ad tria hæc ultima, quibz caput differat à membris: quia ut deus, magis ipsi competit prioritas, perfectio & uirtus in fluendi, quæ secundum quod homo est: fed quantum ad primum, quod est conuenientia naturalis, non competit ei secundum quod deus est, ratio capititis. Denique, sicut Christus ut homo, est caput ecclesie, sic deus secundum naturam diuinitatis est caput Christi, in quantum

est homo, quia à deo humanitas Christi omne quod habet bonum, accepit. Propriez quod ad Corinthios loquitur Paulus: Caput Christi deus. Preterea, secundum præallegatos alios doctores quam plures, ista est differentia inter corpus hominis naturale & mysticum corpus ecclesie, quod membra corporis naturalis sunt omnia simul, membra autem corporis mystici non sunt omnia simul, neque quantum ad esse naturæ, quoniam corpus ecclesie constituit ex omnibus qui fuerint à principio mundi & nunc sunt, & usq; ad fine seculi erunt, sicut Gregorius in homilia ait, quod sancta ecclesia quæ dicit uinea, ex omnibus constants elec̄tis ab Abel iusto usq; ad ultimum electum, qui in fine seculi nasciturus est, quod electos habuit, tot quasi uuas produxit, uel tot palmites misit. Nec etiam simul sunt, quantum ad esse gratiæ, quia etiam corū quæ in eodem sunt tempore, quidam ad horam gratiæ carēt, postea gratiæ habituri, alij contemporaneis iam eam habentibus. Itaque membra corporis mystici non solū accipiuntur secundū quod sunt in actu, sed etiā secundū quod sunt in potentia, quædam tamē secundū quod sunt in potentia, quæ aliquando reducetur ad actu quædam uero se secundū quod sunt in potentia, nunquid ad actu reducenda: quod primum est secundū triplicem gradū: Primus est secundū unionē per fidem, secundū penes unionē per charitatem & gratiæ usq; tertius secundū unionem beatificam patriæ. Itaque gñaliter accipiendo secundū omnē tempus secullū huius, Christus est caput omnī hominū secundū gradus diuersos. Primo em & principaliter est caput eorum, qui actualiter uniti sunt ei per gloriam. Secundo, eorum qui actu unitur ei per charitatē & gratiæ uiræ. Tertio, eorum qui actualiter unitur ei per fidem. Quarto, eorum qui unitur ipso in potentia, ad actu aliquando reducenda secundū prædestinationē diuinam, quis nondū reducta per adimplitionem. Quinto, eorum q; ei unitur in potentia nunquid ad actu reducenda, ut præficietur seu reprobus nunc uiuetes, q; cū ex hoc seculo discedunt, totaliter desinunt esse membra Christi, quia de cetero non sunt in potentia, ut in Chfo uniantur. Ex his innotescit, non usq; quaquerum dicere eos, q; dicunt illis soli esse membra Christi, qui ei per charitatē coniuncti sunt, eo quod illis duntaxat Christus influit sensum intelligentię spiritualis, & motu charitatis atque uirtutum. Nec enim tales tantummodo ad ecclesiam pertinet militanter, quæ bonos malosq; continet, secundū quod Christus in euāgēlio apostolice docet, cōparans eam lagena misse in mare, & ex omni gñe piscium congregantur. Sed & malii in ecclesia expletū officia ecclesiastica: quotidie quoque cottingit, quotida prædestinatos extra charitatem & gratiam esse tandem perducendos ad eas: q; sdam uero præficietos seu reprobos, esse in charitate & gratia tandem has perdituros, quemadmodum super Iohannem Augustinus diffusè tractat.

Articulus XXV. An Papa sit caput totius militantis ecclesie, & qualiter.

ALegata fuit uita Articulo XVI. In quibus Papa uocatur caput concilij generalis, multiplicitate probatum est, quod totius ecclesie pastor & pontifex summis sit Papa, sed aliquis ista nunc non admittunt, ea uel negantes, uel sic intelligenda dicentes, quod Papa est caput totius ecclesie, id est, omnium particularium ecclesiarum ac singularium personarum. Sed ista non uidetur intentio patrum ac doctorum, qui allegati fuerunt. Papa namq; gerit uices Christi in terra plenarie, ut super secundum Sententiarum assertum Thomas. Cum ergo sit summus ac proprius Christi uicarius, illam ecclesiam Christi ipsi comisit, & illi præest ecclesie tempore suo, ad quam saluandam CHRISTVS in hunc mundum uenit, cuius & ipse principalis pastor, caput, & pontifex fuit: aliter non est plenus Christi uicarius: Christus autem totius ecclesie simul sumptus caput, pastor & pontifex est præcipalius ergo eiusdem ecclesie sic acceptæ caput & pontifex est Papa, omni tempore pontifici sui, sicut sanctus Bernardus clarissime scribit, quod Christus totas oves Petri commisit, nihil omitens quod non commiserit ei. Præterea, conuocatio ac celebra Christi generalis concilij, non est in derogationem potestatis ac prælationis Papalis. Conuocatio ergo & durante concilio, non definit Papa esse pater, pastor, caput & pontifex eorum, quin concilio sunt, quorum ante inceptionem concilij pater, pastor, caput & pontifex summus fuit. Insuper, tota multitudo ecclesie pariter sumptus, est quodam pluralitas à Christo decenter disposita, & congrue ordinata ergo in ea est aliquod primum omnibus præfidelis non solū diuīsim, sed & collectim: & hoc est Papa. Denique, sicut superiorius patuit, sanctus Thomas istud non solum affirmat, sed etiam ex intentione probat in Summa contra gentiles. Sed & super III. Sententias distinctione xxiii. probat id hoc modo: Vbi cuncti sunt multa ordinata in unius, oportet esse aliquod uniuersale regimē super particula regimina, quia in omnibus actibus acquiruntibus (ut dicitur in principio Ethicorum) est

Natura
ordine

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI, LIB. I.

Bonū cōmū ordo secūn dū ordinem finiū. Bonum atū commune dignius est q̄ bonum speciale; ideo sup potestatē regitiū, quāc concerneit bonū speciale, oportet esse p̄tātem regitiū respe. Et cōmūnis bonitatis non posset esse colligatio ad unū. & ideo cū tota ecclēsia sit unū corpus, oportet si ista unitas debet cōfervari, q̄ sit aliqua p̄tā respectu totius ecclēsiae; & h̄c est potestas Papæ. Idcirco q̄ eam negant, schismati appellantur, quasi diui-fores ecclēsticæ unitatis. Constat aut̄, q̄ tota ecclēsia non est unū corpus, sive mysticū sive politicū, nisi in quantum collectiū accipitur, non diuisim. Ideo Papæ conuenient esse pa-storē & caput atq̄ pontificē, p̄ fidem & rectorem totius ecclēsiae sive corporis huius colle-ctiū accepti. Ampli, ex Raynūdo al h̄s̄j autoribus ad hoc uaria iura allegatiib⁹, est ostē sumi p̄ Papæ conueniat ḡfale condere legem, cōstitutionem seu canonem, ad quam uni-versitas Christianorū tenet, etiā simili accepta: qd̄ non eset, nisi sup totam ecclēsiā po-testatē, p̄lēationē ac iurisdictionē haberet. Est igit̄ caput totius militantis ecclēsiae, non utiq̄ primū ac principale absolute loquēdo, quis sit caput primū & principale ecclēsiae respectiū loquendo, uidelicet quantū ad platos & principes in hoc seculo pegrinantes, sed cōparando Papā ad Ch̄m, sic est caput secundariū, ministeriale ac uicariale, seu in-stumentale; & quō hoc sit, Thomas in III. parte ostendit, dicēdo: Caput influit membris dupliciter: uno modo, qd̄ in fluxu intrinseco, secundū qd̄ uirtus motiva ac sensitiva à capite derivatur ad cetera membralia modo, secundū quandā exteriorem gubernationē, prout p̄sum & alios sensus in capite radicatos, dirigi hominē in exteribus actibus. Ch̄o igit̄ propriū est esse caput primo modo, uidelicet q̄tum ad interiorē grāe influxū atq̄ direc-tionē internā: fed cōscido modo principes & prelati subditis influit, hortādo, docēdo, re-gendo, scilicet subditos capita nūcupant. Vnde in libris Regū Sauli dicit: Caput in tribus Israēl factus es. Et Iſaias ait, Senex & honorabilis ipse est caput. Item Amos, Optimates capi-ta populu. Hinc Thomas testatur, q̄ dicūtur iam capita presidentes, inquantū uicē Ch̄i si-gerunt. Cū ergo nullus in tota ecclēsia tam eminenter ac plene gerat uicē Ch̄i ut Pa-pa, palam q̄ ip̄i p̄r̄ cāteris competat esse caput ecclēsiae, imō totius ecclēsiae. Nec ideo se-quitur, q̄ ecclēsia sit monstrosa rāḡ bicipitalis, seu duo capita habēs: quoniam Christus & Papa non sunt capita acque prima, sed subordinata; nec est inconveniens, eiusdē corporis mystici esse plura capita metaphorice dicta, sicut aliquicis particularis ecclēsiae capita sunt plebanus sive decanus, & ep̄s ac Papa & Ch̄s. Postremo, multiplicit̄ in scripturis dicūt ali-qd̄ caput, scilicet ratione etatis, ratione curæ & puisionis, ratione p̄lēationis, ratione prin-cipalitatis, ratione spiritualis regenerationis, ratione paternae dilectionis: & certum est, q̄ om̄ibus his modis Papa sit aut esse possit caput totius ecclēsiae, quā suo est tempore.

Articulus XXVI. De modo loquendi quorundam circa materiam itam.

Quidam distinguūt & ponunt duplex caput ecclēsiae; uidelicet essentiale, quod est Ch̄s, quod errare non potest, spiritualē q̄ motu uirtutū & uitam gratiā in-fluit ecclēsiae; aliud uocant caput accidentiale, utputa Papam, quod caput cum non sit cōfirmatum in grā, potest errare: & eo defuncto, adhuc manet ecclēsia in vita spirituali & potestate ecclēstica sibi à Christo concessa. Et hoc caput dicunt pro-prie dici non posse caput ecclēsiae, quia nō influit ei uitam gratiā & motum operationis uitu-sos. Quoniam autem premisa distinctio possit saluari (quoniam Papa sublato seu mor-tuo ecclēsia sit priuata mēbro suo dignissimo atq̄ altissimo), nec ipsa Papalis potestas sit for-maliter, proprie ac distincē permanens in ecclēsiae, nec ipsa ecclēsia abfque Papa sit usque quaque perfecta; quia ad conseruationem boni status ecclēsiae & ecclēsticæ unitatis in ea, oportet esse in ecclēsiae unum summum pontificem, ad quem in p̄cipiū difficultati-bus, dubitationibus ac necessitatibus recurrit, prout Thomas copiose demonstrat, itaq̄ probatum est, nec ecclēsticī ordinis de centissima pulchritudo in gradibus dignitatum & officiorum sine Papa completa est) ueruntamen nequaquam est consequens, Papā non esse caput ecclēsiae, quia non influit ei sensum & motū. Primo etenim dico, quod licet non influat ei sensum & motum efficienter, ut deus trinitas: nec principaliter meritorie, sicut CHRISTVS ut homo, tamen influit dispositiue ac instrumentali, purgando, illuminando, perficiendo, orando seu gubernando, & sacramenta (quā sunt uasa gratiā) dispensan-do per se & suos ministros. Deniq̄, non solum dicitur aliquis caput, quia efficienter influit sensum & motum, sed & ratione principalitatis ac alij modis, ut dictum est. Alioquin nullus p̄lēatus aut princeps dicetur caput ratione subditorum: quod contra Canonicam esse scripturam, Articulo patuit p̄cedenti. Nam & diabolus secundum beatum Gre-

Oportet etiā ecclēsia unū summi p̄tāti.

duplex qui-dā ponūt caput ecclēsiae

DE AVTORIT. PAPAE ET GENERAL. CONCIL.

340

Gregorium, dicitur caput malorum, quoniam non influit ei motum & sensum seu uitā, put est ma-lorum. Diabolus ca-pit ut est ma-lorum.

Insuper dicunt, q̄ uniuersalis ecclēsia consideratur duplicit̄: Vno modo, ut est corpus mysticū, utputa prout regit donis & charismatibus gratiarum, uiuens semper uita spirituali per fidē & charitatē, ita q̄ Christus eam ut sp̄sam suā respicit & gubernat, nec permittit eam maculari aut separari à se, quoniam ipse ei specialiter spiritualiter q̄ assistit, ab erroribus eā de-fendēs: & sic propriū caput ecclēsiae est Ch̄s, non Papa. Secundo, considerat ecclēsia ut alia quācūm cōmūnitas aut societas politica, que etiā absq̄ influxu diuinoḡ charismatum & su-nes speciali assistentia Ch̄i, quantum est ex humano iudicio, potest debite regi lege huma-nauit diuinū: sicutq̄ Papa posset dici caput ecclēsiae. Istud uidetur imprōpriissime dictum. Papa enim secundū fidem catholicam, est uicarius Christi: ergo eo modo est caput ecclēsiae, quo ipsa ecclēsia est ḡrex Ch̄i & ouile, seu cōgregatio ouiliū ei: non autē est ḡrex Ch̄i & ouile ipsius, proprie loquendo, nisi in quantum est mysticum corpus ipsius. Nec du-bium intelligenti, quin ecclēsiae magis competit esse ḡregem ouileq̄ Ch̄i, inquantū est mysticum corpus charismatibus gratiæ informatum & rectum, quām ut est politica societas. Præterea, hoc uidetur esse contra debitum Papalū officij, regere ecclēsiam sine grati-osa ac speciali assistentia Christi, quia & ipse Papa tenet esse in charitate & gratia, & su-um exhibere officium ex charitate, subditos quoq̄ ad charitatem ceterasq̄ uirtutes, quārum in ipso est, inducere. Sed & ipsa ecclēsia sine charismatibus gratiæ considerata, amit-rationem ecclēsiae, cum iuxta doctrinam sancti Augustini in libris de Ciuitate dei, ecclē-sia sit ciuitas deitciuitate uero dei cōstituit amor dei, crescens usq̄ ad contemptū sui, quē-admodum ciuitatem Babylonis seu daemoniis constituit amor sui, crescens usq̄ ad contem-pustum dei. Insuper, gubernatio qua Christus per gratiarum charismata regit ecclēsiae, non excludit cooperationem inferiorum regentium ac pastoriū, sicut Hugo de sancto Vi-citore super Angelicam hierarchiam pulchre ostendit, & diuus Dionysius in libro Ecclesi-asticæ hierarchiæ testatur. Alias angelis insimul hierarchiæ Angelicæ, homines non dīce-rent custodiare atque dirigere. Hinc ait Apostolus, Dei adiutores sumus, haud dubi-um quin in hominum directione ad ultimum finem ergo ecclēsiae consideratae sub ratio-ne mystici corporis desuper recti, non repugnat, sed penitus congruit secundum ordinem diuinum in statum, præter Christum habere caput & rectorem in terra, qui sit summus ac plenus Christi uicarius: & iste est Papa, sicut beatus Cyrillus in libro Thesaurorum clā-rissime contestatur. At uero etiam dato, quod tota ecclēsia infallibiliter regeretur à Chri-sto, & confirmata esset in gratia, quantum ad omnes ex singulis Christianos, sicut in die Pentecostes confirmati fuerūt apostoli, adhuc decreter & expediret eam habere unū sum-mum caput in terra, uidelicet Papā, qui adhuc esset p̄lēatus, pastor & summus p̄tātis ex eius in seculo isto. Prelatio enī non solū ordinatur ad terrahendū inferiores seu subditos à peccato, sed etiam ad hortandū ac inducendū eos ad meliora ac perfectiōra, unde & ipsi apostoli p̄lēatus fuit ac mansit beatissimus Petrus. In angelicis quoq̄ spiritibus extat p̄lēatio, ut sanctus Dionysius docet in libro Angelicæ hierarchiæ, similiter in innocen-tiā statu fuisse secundū Thomam & alios multos. Ex quibus concluditur uana esse argu-mentatio aliquodq̄, qui dicunt, q̄ ipsa ecclēsia est cōfirmata in bono, nec potest peccare ne-cessari, quoniam regitur à sp̄u sancto, idcirco Papa nō est caput ipsius, nec indiget eo. Por-ta, q̄ ecclēsiam dicunt non posse peccare, & q̄ Christus ap̄icit eam ut sp̄sam, non permit-tens eam à se separari nec maculari, discutiendum est quomodo sit intelligendum. Cōstar-nang q̄ Christus quotidie permittit multas animas sibi per charitatem coniūctas, & per consequens sp̄as suas particulares à se separari, & inquinari per peccata mortalia, ita q̄ sicut adulterae diaboli, qui fuerunt sponsæ Christi, sed uerum est quod Christus nō per-mittit totam ecclēsia à se totaliter separari, imō semp̄ sunt aliqui boni iūi ecclēsiae, prop̄ qd̄ ecclēsia dicitur quodammodo mundū & confirmata in gratia, denominando totū à par-te. Veruntamen etiam boni isti maculantur quotidie per uenialia peccata, nisi quis dicat, q̄ ueniale peccatum maculam non ponat in anima, sed hoc statū quid nominis, cum cer-tum sit, quod ueniale peccatum quantum habet de ratione peccati, tantum quoq̄ habet de ratione iniuridictiæ & maculæ ac offensiæ. Vnde uerbi Apostoli quod allegant, quod Christus dilexit ecclēsiam, & tradidit se pro ea ut illam sanctificaret, mundans eam latacro-aque in uerbo uite, ut exhiberet sibi gloriosam ecclēsiam, non habētem maculam ne gru-potius comperat ecclēsiae in statu futuro, q̄ ei modo conueniat; prōpter quod Tho-

Augustinus

Cor.

Ephes.

Nn

mas

Papa est ui-carius Chri-sti secundū fidem catho-licam.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI LIB. I.

1. Iohann.

mas in tertia parte quæstione V. sic ait: Ecclesiam esse gloriosam non habentem maculam neq; rugam, est ultimus finis ei^r, ad quem per Christi passionem perducitur & hoc erit in statu patræ, nec est in statu uicⁱ, in q; dixerimus quia p̄ctum non habemus, nosipso sedū cimus, ut scriptum est. His uerbis sancti Thomæ concordat expositio Nicolai de Gorra & aliorum multorum, super inducta uerba Apoſtoli.

Articulus XXVII. Determinatio difficultatis præcipue, an scilicet Papa sit super concilium, an econtra.

Tomni gñali cōcilio atq; in tota Chri ecclesia, summā ac præstantissimā personam est se Papam, omnī patrem & patrem, secundū Bonauenturā dubium est, si con cilio Papa interfit per se, aut per suos legatos eius personā representantes. Cū itaq; quaeritur, an Papa sit supra concilium, an econtra, mentio fit de Papa atq; concilio seorsum consideratis seu sumptis. Quidam ita que nunc absolute loquendo audacter respondent, quod gene rale concilium accepit, prout uniuersalem ecclesiam repræsentat, sit super Papam, & maioris autoritatis ac potestatis quam Papa, ita quod Papa tenetur obediē cōcilio, nō econtrario. Verum quia hucusq; probatum & tentum est, quod Papa sit totius seu uniuersalis ecclesiae simul sumptae, non solum diuīsum acceptae, pastori summusq; pontifex, præ latus & caput, potestatis plenitudinem habens, uideretur periculose tam absolute simili citerq; aſſtere, quod concilia sit super Papam, loquendo appropriate de maioritate, di gnitate & potestate, pertinente ad dona gratiæ gratis data, ad quam certum est pertine re iudiciari potestatem, præsidentiali dignitatem, iurisdictionemq; prælationem. Moderatus ergo loquendo, dum quaeritur, An Papa sit super cōcilio, an uice uera, arbitror respondendum, quod ibi sit excedens & exceedit, id est, quod in aliquibus, putat in his, quæ propriæ ac directe spectant ad forum generalis cōcilio, & propter quorum determinacionem seu expeditionem illud celebratur, in his inquam concilium uidetur esse super Papam, ita quod concilium dando uoces seu uota, est liberum, nec Papa potestatem coerciūam habet super illud in huiusmodi causis: magisq; stādū est determinationis seu ordinationi concilij generalis, quam Papæ, qui determinationem seu ordinationem concilij conciliariter faciat, impedire seu reuocare nec debet, nec potest, eo quod concilium à spiritu sancto dirigatur & gubernetur in talibus, quādo concilium ipsum legitime est pro cedens imploratione directionis sp̄iſtanci, & ministras informationes deuit. Porro in ceteris, putat in his, quæ Papalis prælationis mensuram, regulam, magisteriumq; concernūt, Papa est super concilium & super totam ecclesiam, circa quam ipse uices Christi plenarie gerit, secundū sanctum Cyrrillum & Theophilum, beatum Bernardū & Thomam, hoc præ ceteris (ut mihi apparet) clarius exprimentes. Si itaq; inquiratur, quæ sunt in quibus Pa pa est super concilium, & quæ sunt quæ magisterii, regulam & mensuram, Papalis prælati onis respiciunt, dicendum q; omnis uicarius legislatoris ad hoc principaliter ordinatur, ut legem legislatori sui à suis subditis faciat obleruari. Cum ergo Papa sit generalis, summus ac plenus Christi uicarius, hoc ad suæ prælationis mensuram, ad suæ præsidentiali regulam, ad magisterii sui officium primo ac maxime pertinet, ut ad euangelicæ legis adiun pletionem, omnem inducat quantum potest populum Christianum per se & per suos miſtrōs. Cum itaq; generale concilium cōgregetur præcipue propter communū bonum ecclesiar, & propter cauſas animabus salubres, si Papa uellet aliquid agere aut iubere, per quod bonum concilij impeditur, iam ipse Papa trācenderet & exiret regulam & mensuram, magisteriumq; suæ prælationis ac potestatis, quæ data est ipse in ædificationem, & non in destructionem secundum Apostolum, qui etiam protestatur: Nō possumus aliquid contra ueritatem, sed pro ueritate. Præterea, quoniam Paparatione sui officii debet semper præcipuum ac paternam sollicitudinem habere pro bono communis totius ecclesie sibi cōmisi, durante generali concilio posset aliqua ordinare, quæ essent accommoda toti concilio ad imperandum copiosius directionem spiritus sancti, ut bonum ecclesie pleniū sequeretur; & si talia præcipere concilio obseruanda, concilium generale teneretur ipsi ob dire ut summo pontifici & pastoris quia in tali ordinatione ac iussione Papa non exiret, imitantes potestatis suæ sibi Č H R I S T O præfixos. Quo patet, quod in talibus potestate & iurisdictionem habet super generale concilium & sup totam ecclesiam, cui (ut abundanter probatū est) potest generalem legem seu canonem codere. Hinc quantū capere quo, stare

2. Cor. II.

DE AVTORIT. PAPAE ET GENERAL. CONCIL.

341

stare non potest, quod aliqui scribunt, Papam non esse caput concilij, cū principale agens (scilicet Christus) ibi per se immediate operetur: & ideo non esse necesse, aliquā ibi face re mentionem de Papa. Quāuis enim Christus ibi per se immediate operetur interius diri gendo in his quæ conciliariter sunt tractanda, non tamen excludit instrumentalem co operatorem extrinſece cohortantem, aut etiam interius instigantem ac disponentem suppo ſita consulētia, ad suscipiendū influxum sp̄iſtanci copiosum. Vnde nec angelorum inspirations, nec Papæ exhortationes illa immediata operatio seu gubernatio Christi, vel in terior præsidentia sp̄iſtanci, excludit. Postremo, quæ in isto articulo in communī breui ter tacta sunt, in sequentibus articulis diffusus exponentur.

Articulus XXIX. Declaratio exemplaris eorum, quæ in præcedenti articulo sunt inducta.

Quoniam in moralibus magis informant exempla quam generalia documenta, eo q; actiones sint suppositorū, ea quæ dixi, exemplariter declarabo. Ista ergo, ut dixi, sancti simul, q; Papa præfet ac præsidet toti ecclesiae simul accepit, & tam in aliquibus magis est standum ordinationibus, decretis atq; sententijs uniti ueritatis ecclesiae, seu generalis concilij illam repræsentantis, quam Papæ secundum modū in præcedenti articulo explanatum, cuius exempli est, qd in clauſtris collegijs contigit. Nam quamvis Abbas, Decanus seu Prior præfet toti collegio sive conuerti, habet po testem & iurisdictionem super totam congregationem simul acceptam, quæ ad suæ prælationis spectat officium, nihilominus in uarijs cauſis & casibus occurrētibus, in modo in cunctis quæ conuentualiter & conciliariter propōnuntur, quilibet habet libere uocem suam, & prælatus propriam habet uocem: nec cōgregatio tenetur eius iudicio acquiescere, aut eius sententia stare: in modo potius ipse majori & seniori parti congregationis acquiescere obligatur: nec hoc repugnat obedientiis, quam religio ex uoto suo tenentur superiori impēdere. Nempe cum dicitur, In omnibus obediendum est Papæ, intelligendum est per modū distributionis accommoda, putat in omnibus quæ prælatione eius concernunt, prout sanctus Thomas & Durandus, alijsq; doctores circa II. Sententias conscribunt. Deniq; quoniam in concilij speratur directione sp̄iſtanci, in modo in generalibus concilij in dubitate pie præsumitur, hinc rationabile est, in eis maiorem uocū sequi partem. Spiritus nāq; ubi null spirat, ut Christus testatur, & plerūq; inferiori & simpliciori reuelat, quod maiori ac dōcitoris non manifestat, quia ut Salomon loquitur, Cum simplicibus est sermocinatio eius. Hinc in Niceni concilij gestis habetur: Vincat plurima uel plurimorū sententia facerdotū. Præterea, cum concilium sit actus prudentie, sitq; probable, plus prudentia aut cōsiderationis esse in multis, quam in uno aut paucis (Nam & multi oculi uident quod unus nō uidet, & quod a pluribus quaeritur, facilius inuenit) hinc rationabiliter accidit, ut in cōciliatiūs tractatibus secundum uoces procedatur, nec prælatus coerciūam habeat potestatem, ne impediat libertas concilij, nec diuinæ inspirationi obēx ponatur: quia ut ait Apostolus: Vbi sp̄s domini, ibi libertas. Nihilominus in tractatibus illis habet prælatus i. Cor. I. potestatem & iurisdictionem super cōgregationem cōſulentem in alijs, ita quod possit ei prohibere ea, quæ bono concilij ingerunt impedimenta: illa quoq; eis iniungere seu iubere, quæ bono concilij extant accommoda.

Articulus XXX. Quod uniuersae potestates & dignitates ecclesiastice uir tualiter concurrunt & simili existunt in summo pontifice, etiam pfecti

Quod sublimiori modo, q; in ceteris platis atq; principib; Venerabimodum omnium regi cōtratū perfectionis in deo sunt idealiter atq; eā saliter, eminentiōri modo quam in rebus creatiis, ita in summo pontifice concurrunt & sunt omnes potestates & dignitates ecclesiastice uir tualiter & halde præminentier, modōq; altiori, q; in reliquis qui præsumunt aut præsident. Hinc sanctus Thomas Romanus & apostolicē sedis defensor fidelissimus, quem & ego tacillus in hoc sequi cupio & propōno, circa finem secundi Sententias fateatur, quod in Papa est plenitudo & apex utriusq; potestatis, uidelicet spiritualis ac secularis, ita q; omnium spiritualium prælatorum ac secularium principiū potestas & dignitas, præsidentia atq; prælatio conuariant & comprehenduntur & sunt in summo pontifice per modū eminentiōrem ac potētiorem, q; in illis. Hinc in Articulo sexto dictū est, Potest regem in utiliē regno priuare, iludque alteri dare: potest & cōimperatore deponere eiusq; electionē castare & roborare: potest episcopū de episcopatu deijcere, & alia plurima agere, quæ ipsi dunataxat conueniūt.

Nr. 3 Null.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI

Nullus autem alter dat quod ipse non habet. Papæ ergo sunt regna & imperium, ducatus & comita? Deniq; ipse sacerdos, ipse episcopus, episcoporumq; princeps, ipse patriarcha & primas, atq; in omnibus principalis, in ipso plena clauium est potestas. Hinc ut supra allegatum est, sanctus Bernardus differuit, quod Papa ratione sui primatus est Abel, ratione gubernationis est Noe, ratione patriarchatus est Abraham, ratione ordinis Melchise-dec, ratione dignitatis Aaron, ratione autoritatis Moyses, ratione iudicialez autoritatis Samuel, ratione potestatis Petrus, rationeunctionis est CHRISTVS. Hinc demum sanctus **C**yrillus Alexandrinus archiepiscopus, in libro Thesaurorum testatur: Ipsi beati apostoli euangelij atq; epistolis affirmauerunt, in omni doctrina Petrum esse loco CHRISTI in eius ecclesia, Petro locum præstantes in omni concilio & synagoga, in omni loco & confirmatione. Idcirco ut membra maneamus in capite nostro apostolico Romanorum pontificum throno, à quo nostrum est querere, quid credere & quid tenere debeamus, ipsum uenerantes & ipsum rogantes pro omnibus: quoniam ipsis solius est reprehendere, corrigerere, statuere, disponere, soluere & ligare loco illius, qui ipsum edificavit. & nulli ali qd suum est plenū, sed ipsis soli donavit, cui oīnes iure diuino caput inclinat, & primates mun di tanquam ipsis domino Iesu Christo obediunt. His concordat, quod in sermone de apostolis loquitur Augustinus: Quis pescatorem crederet apostolorum fieri principem, & regibus obseruere, reges sanctificare, & regnis omnibus imperare, mundum legibus refraire, dæmones pedibus conculcare? Magna potestas est, quia totius orbis obtinet principatum. Ex quibus sequi uidetur, quod abolute & abfq; distinctione dicendum non sit, potestatem concilij esse super Papam, atq; maiorem potestate ac dignitate papali, quāvis in ali quibus sit super eum, secundum modum præhabitum.

Articulus XXXI. Quæ sunt illa, in quibus potestas atq; autoritas concilij generalis dicitur esse super potestatem & autoritatem Papalem.

Concilium generale non nisi propter causas singulariter magnas & arduas, utputa quæ aliter congrue expediti non queant, congregandum celebrandum est, se omnes fatentur. Porro, haec causæ sunt extirpatio heretica, prauitatis ac schismatis, declaratio fidei, atq; editio symboli ei³, uniuersalis reformatio ecclesie in capite & in membris ipsius. Itaq; in expeditione istori major dicitur potestas concilij generalis, quam Papæ, quoniam Christus promisit ecclesiae seu concilio ipsam representantum, infallibilem directionem & gloriosam assistentiam incessantem, ita quod errare non potest in fide, neq; in his quæ ad bonos pertinent mores, eo quod in talium determinatione regatur immediata spiritus sancto. Vnde & Papa in talibus tenetur stare determinationi ecclesie, seu statutis concilij, tanquam ordinationi ac sententiae spiritus sancti. Cumq; Papa potest errare in fide & moribus, ac ceteris quæ sunt de necessitate salutis, eius iudicio non uidetur ultimate ac certitudinaliter standum in istis, cum non sit infallibilis regula, negin- deuiabile fundatum. Veruntamē sicut præhabitur est, infallibilis ista directio a spiritu sancto, non uidetur pertinere ad maioritatem potestatis ac iurisdictionis præsidentialis, sed potius est supernaturale donum spiritus sancti, actuale magis quam habituale. Idcirco ex hoc non satius probatur, potestas ecclesie esse super potestate Papæ, sic quod maior sit gratia atq; perfectio uniuersalis ecclesie. Vnde beato Petro defuncto, & sancto Clemente, leu Lino fedem Papalem tenente, uiuente adhuc beatissimo euangelista Iohanne, qui confirmatus fuit in gratia, certum est, Clementem seu Linum maiorem fuisse Iohanne potestate ac iuriis dictione, prælationisq; dignitate. Sed & Petrus maior fuit Iohanne, quamvis Iohannes fuerat maior Clemente ac Lino infallibili directione spiritus sancti, seu indeuiabili confirmatione in charitate & gratia. Præterea, cū Papa constitutus sit totius ecclesie summus generalis custos, pastor & pōtifex, fideiq; defensor, ac præcipuarum difficultatum ecclesie determinator, non sic ad generale concilium pertinet hærefes & schismata exsistere, totius ecclesie reformationi intendere, fidem declarare, ac fidei symbolum edere, qn etiam haec ipsa ad Papam ratione sui officij directe pertineant. Ideo neq; ex his satis ostenditur, qp potestas concilij sit absolute loquendo maior potestate Papali, sed quādam ad aliquid: qm haec certius seu ex parte dittus fuit per generale concilium, q per Papam dūtaxat, eo qm maioris gfa atq; subsidij promissio sit facta ecclesia q Papæ. Quonodo autem haec trahant in sequentibus patebit articulis.

Articulus XXXII. An & quomodo ad summum pontificem pertinet symbolum fidei edere.

In hoc

DE AVTORITA. PAPÆ ET GENERA. CÓNCIL.

342

In hoc quidam præcipue preferunt concilium dño Papæ, quia ad concilium pertinet ultimæ determinare, ita ut ei cū omnimoda certitudine à cunctis credatur. Videndū est ergo, an ī istud ad Papalis dignitatis specie officium Hac aut questionē S. Tho mas in scđa scđa q. determinans, ait: Noua editio symboli necessaria est ad uitandū insurgentes cōtra fidem errores; ideo ad illius autoritatē pertinet editio symboli, ad cuius autoritatē pertinet sententialiter determinare ea quæ sunt fidei, ut ab omnibus inconcūsa fide teneantur. Hoc aut pertinet ad autoritatē summī pōtificis, ad quem maiores & difficiiores ecclesiæ quæstiones p̄tinere referuntur, ut dicitur in Decretis distinc. 43, unde & Christus Petro dixit, quem summum pontificem constituit: Egō pro te rogaui, ut nō deficiat fides tua: & tu aliquā conuerlus confirmā fratres tuos. Et huius ratio est, q̄ una est fides totius ecclesiæ: hoc aut seruari non posset, nisi quæstio de fide exorta determinaretur per eum, q̄ toti ecclesiæ præeft, ut sic eius sententia à tota ecclesia firmiter teneatur: & ideo ad autoritatē summī pontificis pertinet noua editio symboli, sicut & omnia alia quæ pertinent ad totam ecclesiam, ut congregare synodus generalem, & alia huiusmodi. Hæc est sancti Thomæ respōsio, cui concordat quod (ut pauloante allegatum est) beatus **C**yrius Alexadrinus patriarcha in libro Thesauro disteruit: A Romano pōtifice nostruſ est quætere qd credere, & qd tenere debeamus, qd ipsis solius ē statuere atq; disponere loco Christi, qui quod suum est, ei soli plenum donauit. Deniq; expōsitores super Matthæum concorditer dicitur præcipue ad Petri successorem pertinet certificatio dubitationum de fide. Vnde & diuinius Dionyſius in libro de Ecclesiastica hierarchia insinuat, qd ad summum hierarcham pertinet difficultorum solutio quæstionum. Sed contra hæc quidam obiectunt, qd cum Papa possit errare, non potest quis eius determinationi atq; sententiae absq; omni formidine tam actuali quam habituali assentire, sed determinationi ecclesiæ, qd errare nō potest, certitudinaliter statut. Idcirco ad gnale cōciliū pertinere uidetur ultima decisio creditorum, quod uerum reor. Nihilominus ad autoritatē Papæ pertinet istud, quamvis persona cui ranta autoritas concessa est, sit similis alijs, mortalis & fragilis atq; peccabilis. Idcirco sententia eius, secundum quod à tali persona procedit, nō ita certitudinaliter statut, sicut sententia uniuersalis ecclesiæ non errantis, ad quam etiam pertinet declarare editionem symboli à summō pontifice factam, esse idoneam. Rursus quādo cōciliū, actu cōgregatum non est, ad papam est potissimum recurrendum: qui etiam imperfectum suum cōsiderans, ardua explicare non solet absq; approbatione ecclesiæ seu sine presentia concilij, ut notatur in ea, ad apostolicę de re iudi. libro 4. Vnde, ut dictum est, quantū ad aliqua præfertur ecclesia seu gnale concilium Papæ. Postremo, ut Thomas testatur, editio symboli à beato Athanasio compilata, facta est potius per modum doctrine q̄ symboli, ut ex ipso modo loquendi apparet, qd qm integrā fidei ueritatem eius doctrina breuiter cōtinet, aut totale summī pontificis fuit recepta, ut quasi regula fidei haberetur.

Articulus XXXIII. An summo pontifici sit magis obediendum in omnibus, quam cuicunq; alteri inferiori potestate seu prelato.

Superius articulo decimo octavo tractum est, quæadmodum scđm Thomā atq; Durandum potestas superior & inferior dupliciter se habent: Primo sic, qp inferior potestas à superiori potestate totaliter oritur & descendit, tūc qd simpliciter magis obediendum est in omnibus potestatis superiori qd inferiori; & ita habet potestas Papæ ad omnem spiritualem potestatem in ecclesia. Hinc magis obediens tenetur Papa, quam alicui inferiori prelato, imo & monachus magis obediens tenetur illi quam suo abbati, absque ulla distinctione. Secundo ita se habent, quod una non oritur ex alia, sed amba oruntur ex quadam potestate suprema, quod unam alteri subdit secundum quod uult: & tunc una non est superior alia, nisi in illis, in quibus una supponitur alia potestate suprema, & in illis duntaxat magis obediendum est potestatis superiori quam inferiori: sicutq; habent se potestas archiepiscopi & episcopi descendentes à potestate Papæ. Veruntamen sicut non nō Ethicorum ait Philosopher, in quibusdam plus obediendum est patri carnali quam dūci exercitus: In quibusdam uero magis obediendum est duci exercitus qd patri carnali: qd inconueniens non est, patrem esse superiorem filio in rebus familiaribus atq; domesticis, ducem uero in bellicis rebus sed ei qui in omnibus existit superior, scilicet deo, & ei qui uices eius gerit plenarie, scilicet Papæ, est magis obediendum simpliciter. Porro, monachus magis tenetur obediens abbatu quām episcopo in his quæ ad statuta regule pertinent: in his aut quæ ad ecclesiasticā ḡnitent disciplinā, magis tenet obediens episcopo: qd in illis abbas

Deset & re
iudicium &c.
ad apostolicę.

Nr. 4 est

Mat. 22

Ephes. 8

Augustinus.

est episcopo subditus; sed Papæ magis q[uod] alicui alijs prælato obediens tenet. Insuper, tam spiritualis quam secularis potestas a potestate diuina procedit: idcirco secularis potestas intantum est subspiritualis, inquitum ei à deo supposita est, putain his quæ ad salutem ait pertinent; idcirco in his magis obediendum est; potestati spirituali quam seculari in his autem quæ ad bonum spectantem civile, magis obediendum est potestati seculari q[uod] spirituali, prout ait salvatori: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: nisi potestati spirituali secularis potestas coniuncta sit, sicut in Papa, qui utriusq[ue] potestatis apicem tenet, illo sic disponente, q[uod] est sacerdos & rex, unigenito scilicet filio dei. Porro quod ait Apostolus, filii obediens parentibus per omnia, non est intelligendum de omnibus a solute, sed de oibus que ad prælationem pertinent. Quamvis aut Durandus Thomas cōsentiat in prefata distinctione potestatis superioris ac inferioris, tamen in hoc contradicit ei, q[uod] assertit monachū in omnibus etiam & in his quæ pertinent ad statuta uel regulæ suæ religionis, magis debere obediens summo pontifici quam abbati; quia licet omnis potestas iurisdictionis ecclesiastice deruetur à Papa, quo ad illa ad que Christiani tenentur, etiam propria sponte se ad ea non obligat, tamen ubi rora potestas prælati super subditum oritur ex sp̄otanea obligatione subdit, quo ad illa in quibus subditus est ita liber, q[uod] contra præceptum Papæ potest ea facere licite, non uidetur q[uod] talis potestas dependeat aliquo modo ex potestate Papæ. Ex quo enim adeo liber sum, q[uod] cōtra præceptum Papæ possum licite hoc facere uel omittere, possumme obligare prout uolo uni, ita q[uod] non alterius; led potestas prælati religiosi super subditum suu quod uota religionis & obseruantias regule, oritur ex sp̄otanea obligatione subdit, quo ad illam in quibus subditus est ita liber, q[uod] contra præceptum Papæ potest licite facere uel omittere, ut uiri pauperas, castitas & cetera similia, quæ Christus uadet. Ergo uidet, q[uod] talis potestas à nullo dependeat quam à potestate Papæ: propter quod in talibus si abbas aliquid præcipiat monacho, puta q[uod] non comedat carnes, & Papa præcipiat contrarium, uidetur q[uod] abbas est obediendum regulariter loquendo: quia in cau posset contingere contrarium. Verbi gratia: Si Papa propter utilitatem ecclesiæ indiger pro aliquo legatione disceret monacho, & præcipiat ei quod uadat, tenetire, non obstante præcepto abbatis dicentis, quod residet in clauſtro iuxta statuta ordinis sui: quia spontanea obligatio eius ad statuta suæ religionis non absoluuit eum ab obligatione quæ erat prius obligatus ecclesiæ: sed si Papa uolens solum ostendere potestatem suam, dicat uolo quod uadas ad forum, & possisire p[otes]t illam finilientia quotiescumq[ue] uolueris, & similia, quæ sunt contra statuta ordinis, & abbas dicat contrarium, uide probabiliter quod abbati est obediendum. Hæc Durandus, Veruntamen positio Thomæ uidetur conformior his, quæ supra articulo sexto dicta sunt ex Raymundo & ex Summa Confessorum atq[ue] ex Summa Pisana, ubi ad hoc iura varia alegantur, ubi inter cetera dictum est, quod Papa potest monachum de clauſtro extrahe re inuitu abbatे inuituq[ue] monacho.

Articulus XXXIII. Quomodo Papa possit à generali concilio iudicari atq[ue] deponi.

Papam propter heresim posse à concilio deponi, superiori etiam ex summis pontificum sententijs est probatum in quo pene omnes doctores concordat, adductis multi, quod pro quoconq[ue] peccato notorio quod scandalizat ecclesiæ, & in quo p[otes]tinax incorrigibilisq[ue] manaret, possit à concilio iudicari, reprobari, deponi. Verū tamen iuxta huc usq[ue] probata haber difficultatem quomodo id licite fieri queat, præterim cum dictum sit, quod Papa sit totius ecclesiæ etiam collectum accepte, pastor, preses, caput & pontifex, sponsus & iudex. Index autem à subditis iudicari non potest nec deponi minor quoq[ue] maiorem soluere uel ligare non potest, in parum potest non habet. Itaq[ue] ad intelligentium quomodo ista stent simul, primo pensandum, quod eidē secundū dixerit, quæ in ipso sunt, inq[ue] & secundū diuersas considerationes eius iudicantis cōueniunt. Nā & in deo, in q[uod] nulla est substancialis distinctio, fundans diuersæ considerationes de ipso cōcepto, & secundū eas diuersa deo cōueniuntur & hoc in creaturis amplius locum habet, in quibus est diuersa cōsiderare, sic q[uod] de eodē diuersa veraciter enuntiant, præterim in hoi in quo maxima cōpositio seu multiplicata inuenit. Aliud quippe cōuenit hoi ratione naturæ, aliud ratione culpe, aliud ratione grā. Hinc & S. Augustinus de beatissimo principe apostoloro: Petro testat super Iohannem: Petrus natura unus homo erat, grā unus Christianus, abundantior grā unus idemq[ue] primus apostolus, sed quādo dictum est ei, Tibi dabo claves, uniuersam significationem ecclæham, hinc quod superius est ostensum, quod Papa secundum diuersa quæ in ipso

ipso sunt, & secundū diuersas sui considerationes uocatur & est pater & princeps ecclesiæ, stemper filius & minister ecclesiæ. Rursus in quantum est unus homo & unus Christianus, similis nobis fragilis atq[ue] mortal is atq[ue] peccabilis, ac legib[us] Christi subiectus, sic est frater noster & membrum ecclesiæ, fraterna quoq[ue] correptionis præcepto subiectus. Porro, ratio ne peccati efficitur inferior, inq[ue] & uisor & damnabilior etiam in simili status Christiano bono seu iusto: sic q[uod] quotidie iudicē habet proprium confessorem, cuius est ipsum ut peccatorem corripere, iudicare, penitentiamq[ue] imponere. Præterea quædam glossa Decreti dicit, q[uod] minimus fidelis maior est Papa infidelis; & ita habet textus Decreti, q[uod] qui iustior fuerit, ille major, q[uod] intelligendus sunt de maiestate iuritus & p[otes]tationis, non iurisdictionis. Vnde & Thomas scđa scđa q[uest] 33. ait: Omnis delinq[ue]s in quantum delinquens, est inferior corripiente: qui quoad hoc quod rite corripit, sanum habet iudicium: sic q[uod] alteri, quāuis simpliciter superiori, hanc spirituali eleemosynam, id est, fraternalm correptionem impendere potest. Deniq[ue] super quartum Sententiæ distinctione decimanona ait: Quidā dicunt q[uod] correptio fraterna non se extendit ad prælatos, quia nō debet homo ponere os in celum: sed hoc nihil est, quia prælati in quantum peccant, non sunt celum: ideo ratione peccati correptio eis debetur, prælati enim ex hoc quod est publica persona, uice & dei super subditos gerens, non amittit ea quæ sunt propria illius singularis personæ: & ideo omnia illa quæ debetur alicui ex fraterno charitatis affectu, qui ad omnes homines est habendus, etiam prælato debentur. Hæc Thomas. His præmissis dicendū, quod Papa scđm q[uod] talis, utputa in quantum summæ ecclesiæ pastor & pontifex, non est à concilio generali sententialiter iudicāsus aut per depositionem puniendus: quia ut talis, est superior & prælaus ac iudex ecclesiæ: sed in quantum esset intolerabiliter uitosus seu criminofus, sic esset inferior, & concilium haberet super eum potestatem ac iurisdictionem à Christo, à quo immediate claves accepit ecclesia, quam repræsentat cōcilium: qui etiam Christus dedit potestatem ecclesiæ abiiciendi membrum scandalizans, infectium ac putridū. Sic ergo gñia concilium potestatem & iurisdictionem habet in Papam, in quantum Papa ratione culpa inferior redditur ipso concilio, inq[ue] insuper & in quantum Papa consideratur ut membrum filius, que ecclesiæ, puta ut determinata persona fidelis seu unus Christianus, uiator peccabilis & in quantum talis est, dicitur ei à concilio lex præfigi, ne sua potestate abutatur, sed debite dirigatur. Ex his patet ad obiecta solutio: par enim potestatem non habet in parem, in quantum est talis, id est aequalis, sed ut aliquo modo extat inferior. Similiter, minor non ligat nec absoluīt maiores, secundum quod maior est, sed in quantum est quodammodo minor: sic nec iudex iudicatur, ut iudex, sed ut publice reus. Porro ut in Summa sua scribit Durandus, regula illa qua dicitur, Minor maiores soluere uel ligare nō potest, in aliis casibus fallit, uidelicet in iudicio penitentie: quia simplex sacerdos absoluīt Papam. Item, cum superior se submittat iudicio inferioris. Item, cum delinq[ue]t superior in prouincia inferioris: tunc enim minor potest illum excommunicare aut aliquo modo punire, presertim si ille non sit eius prelator, secundum quod Gorfridus & Hostiensis testantur. Hinc Thomas in secunda secunda quæstione sexagesima septima dicit, quod quilibet fortitor forum secundum rationem delicti, ita quod qui in territorio alicuius prelator aut principis peccat, ratione culpe subiectus est ei. In Summa quoq[ue] Cōfessorum assertur, q[uod] qui liber Christianus ratione delicti efficitur de foro ecclesiæ. Itaq[ue] constat, quod superior in omnifacie repugnat ab inferiori iudicari. Veruntamen iuxta præmissas distinctiones uidetur subtilius & conuenientius dicendum, quod superior nunquam iudicatur, soluitur aut ligatur ab inferiori, in quantum superior seu secundum id in quo extat superior, sed in quantum inferior, & secundum quo cōprobatur esse inferior. Nēpē & Papa in quantum confitens, est inferior cōfessore suo quoconq[ue], ut talis in quantum cōfessor est Christi, representans plonam & uice & loco ipsius, Papa uero ut cōfessore, peccatoris gerit plonam, sicq[ue] cōfessori suo subiectus, & ille potestatem & iurisdictionem habet in istu scđm q[uod] talis est, nō in quantum est superior eo summusq[ue] pontifex. Hinc Iohannes glossator Decreti in c. Si Papa, 40, distinctione dicit: Papa scandalizans ecclesiæ, & monitus desistere si nō desistit, est censensus hereticus: quia contumacia seu incorrigibilitas est heresis, cum obuier legi naturæ seu rationi naturali quam euāgelica lex dicitur sibi presupponere atq[ue] substertere, ac substerrendo perficere. Hinc non solum dicitur esse contra fidem fideicij doctrinam q[uod] formaliter & directe ei repugnat, sed etiā illud q[uod] repugnat ei, q[uod] illa presupponit, q[uod] est lex nature: sicut & uniuersaliter loquendo, nō solū est cōtra arte sue sciam q[uod] immediate ac pprie repugnat

40. diff. can. n.
papa in glo.

Scilicet.

repugnat principijs artis, sed & illud quod obuiat his quæ ars aut scientia præsupponit, scilicet omne peccatum notorum, in quo quis cōtumaciter manet incorrigibilis, pergit, dicitur esse contra fidem, & reduci ad hæresim. Vnde ob tale peccatum Papa dicitur depo- nendus. Postremo, præhabitus est, qd in his quæ directe ac proprie pertinent ad forum & expeditionem generalis concilii, Papa sit subiectus inferiorq; concilio secundum modum expressum. Cum ergo potissimum ad conciliū pertineat reformatio ecclesie in capite & mēbris, ad quam ualde necessaria est reformatio, si ea indigeat, summi pontificis, ex cuius regi- mine totum bonum ecclesie quodammodo pēdet, quæ admodum scriptum est. Secundū iudicē populi, sic & ministri eius, qualis est rector ciuitatis, tales & habitates in ea. Hinc iustum & rationabile perhibetur, ut Papa præbeat se concilio corrigēdum: quod si facere noluerit, assent eum rite posse deponi.

Articulus XXXV. De rationibus & autoritaribus quas dominus Eugenius in quadam epistola allegat contra Basiliense, ut fertur, concilium.

Vniuersitatē studij Mōtis Pessulani quoniam dñs Eugenius dixit epistola, in qua contra Basiliensem congregationem terribiliter loquitur, uolens probare qd Papa absolute sit supra cōcilium, & maioris potestatis qd illud simpliciter: qd item ipse de plenitudine sua potestatis possit transferre concilium, & ipsum cōcilium à Papa autoritate & firmitatem accipiat. Itaq; inter cetera scribit: Vna est uera fides, una est ecclesia catholica, unaq; est plenitudo ecclesiastica potestatis in b. Petro apostolorum principe collata, que eadē nec maior nec minor in suis successoribus usq; in fine seculi perseverat. Quod potuit Petrus, hoc Syluester, hoc Leo, hoc ceteri potuere pontifices: & quod illi potuerunt, nos possumus. Nec si in prædecessoribus nostris apostolica fides conciliis autoritatē dare consuevit, & legitime facta firmare, perperam uero & inique actitata dānare, tēporibus nostris debet ab hac autoritate cecidisse. Nā & si sumus impares meritis nō tñ imparis p̄tatis. Aliud eñ (inqt beatissimum Leo) sunt merita p̄fessū, aliud iuria & priuilegia sedium. Dedit Nicenæ synodō autoritatē beatissimum. Syluester, synodū conuocando, presidentes uice sua ibidem destinando, gestis conciliis firmitatē roburq; p̄fstrandō. Extant ad ipsum Nicenæ synodi literæ, quibus patres cum summa humilitate depositunt, ut ibidē gesta apostolice sedis autoritate cōfirmeret. Extant ipsius literæ, qbus in synodo Romæ celebrata, habito diligenti discussionis examine, Nicenæ synodi gesta confirmat. Pariter beata memorie Cœlestinus Papa primus Ephesinam synodum apostolica autoritate firmauit, nomine suo certos ibi statuens presidere. Cum uero Nestoriana p̄stille damnata, Eutychiana insurrexisset impietas, & ad illam funditus ablūd scđo apud Ephesum Theodosii iūnioris tēpore synodus uocaretur, eam beatissimus Leo apostolica autoritate firmauit, missis Julio episcopo, Renato presbytero, Hilario diacono, q; suo nomine presiderent. Cum Diocorius Alexandrinus antistes team synodum ad approbationē Eutychianī erroris & arte traxisset, & apostolica presidētibus uim ut subscriberet inferre uoluisset, ac fugam inire coegisset, beatissimus Leo dicit synodum uniuersalem atq; plenariā & apostolica autoritate cōuocatam, sed à uera fide & ecclesiastica regulis deuiantē, eadē autoritate submouit: & damnatis impie factionis autoribus, Chalcedonēsem synodum in correctionē illius cōuocauit in qua eliminata Eutychianī erroris infanía. Diocorius profusa temeritate & impietate mulctatus est. Verum cum terminatō concilio acta synodalia cōfūtiari autētate apostolica patres synodi humiliter postulasset, beatissimus Leo ad dunatā cōfūxit cōfirmāda, quæ ad materiam fidei p̄tinērēt. Quod autē Cōstantinopolitanus sedi in Alexandrinē & Antiochenē sedis p̄ejudicium fuisset indultum, quāmis in ea re præsidētes suo nomine subscrīpserint, tanq; indignū iniustumq; reiecit, afferēs eam synodum ad extingūdā solam hæresim ad conformitatē fidei catholicæ congregatam, & p̄fstitib; suis facultatē in ea sola re fuisse concessam. Extant ipsius beatissimi Leonis literæ, que haec omnia ita se habere testantur. Ex quibus euiderēt elucet, concilia plenariam sp; autoritatē à sede apostolica uiscepisse, nec sine illa aliqd uirtutis aut roboris habuisse, & de ipsis iudicandi apud eandē sp; facultatē iudiciumq; refedisse. Multa insup his similia allegat eu- genius, afferēs synodos multas magnis similitudib; ac dissensiōib; laborasse, atq; in multis errasse, ita qd apostolica fedes nulla synodo p̄fsideat, propria autoritate absolvit, quos synodus inique damnauit: & ponit exemplum de b. Athanasio, quē orientalis synodus dānauit, sed apostolica fedes sucepit & iustificauit. Similiter de Iohanne Chrysostomo, quē catholicorum p̄fsum synodus condēnauit, sed apostolica sedes sola absoluit. Insup seri-

Concilia sp;
autorisatē
a papa uici-
piunt.

bit, qd à Christianae religionis exordio sp; apud apostolicam sedem manit autoritas declara- randi, interpretandi ac dispensandi omnia decreta synodica, nō ex potestate sibi p; synodū quacunq; concessa, sed ex sola plenitudine potestatis in beato Petro Chri uoce collata. Ita qd Eugenius afferit se transtulisse Basiliense concilium, & ferrariense substituisse, propter causas tales ac tantas, qd maiores in dei ecclesia esse non potuerunt ex hac translatione ac substitutione cōciliq; dicit maximum ecclesie dei honorē & fructum iam prouenisse. Secu- ta est quippe, ut ait, Gr̄corum unio, & Armeniorum diuīturnum schisma sublatum est, cū Gr̄ci quasi quingentis annis, & Armenij ferē mille annis à Romanę ecclesiae obedientia de uotioneq; recesserunt.

Articulus XXXVI. Responsio quorundam ad recitata in præcedenti articulo.

In præcedenti articulo contenta sunt multa, contra quæ aliquæ universitates & lite- ratæ personæ scriperunt, scilicet, qd gnalia concilia possint errare, atq; interdum errauerint: quo dato, fateri oportet, qd non immediate ac infallibiliter regantur à spiri- tus sancto, quod prædictus non consonat. Insuper, qd totum robur & autoritatē immediate fortiantur à Papa: qd item Papæ sit præsidere concilio autoritatue & coer- citive, confirmare quoq; & approbare seu reprobare sententias ac decreta concilij, & inter- pretari, declarare, dispensare, q;eas, quibus concessis, sequitur qd concilium generale in nullo sit super Papam, nec concilium in aliquo casu possit deponere illum, nec aliquid ei legem præfigeret: quæ à prædictis discordant. Breuiter, ergo solutiones argumentorum præcedentis articuli tangendo, hoc aduentendum est, qd sicut præhabitum est, psonæ in concilio congregatæ acq; concilio incorporata, uno modo considerantur ut mysticum corpus, quod spiritus sancto dirigitur, seu gratiæ eius charismatibus gubernatur: & sic con- siderati, errare non queunt circa fidem & bonos mores, in his quæ conciliariter tractat, & dum rite procedunt in invocatione spiritus sancti secundum formam conciliaris processu congruentem ac p̄stitutam. Secundo considerantur ut corpus politicū, & ita in his quæ ipsi se quidam eorum determinant & perractant, secundum sensum humanū, seu ut me- lius ualent, secundum qd homines sunt, iuxta dona eis concessa, absq; singulari direccione spiritus sancti, sic possunt errare: sed talia eorum gesta non sunt conciliariter facta, nec spiri- tus sancto attribuenda. Preterea quidam concilia fuerunt provincialia, nō generalia, ut il- la quæ quidam sanctos patres condemnauerunt: provincialibus autem conciliis non semper conueniunt generalium prerogatiū conciliorum in direzione certissima spiritus san- ti. At uero sicut prædictum est, cōcilia generalia habere autoritatē & robur à Papa, uno modo intelligi potest declarative, ita qd Papa tāquam os seu lingua ecclesiæ, verbis aut scriptis fateatur, declarat & cunctis insinuat, ipsum concilium esse aut fuisse legitimate congregatum, continuatum & finitum. Vnde ad totius plebis certificationem & ob-scandala evitanda, atq; pro pace plenius conservanda, tā ipsa concilia quām imperatores quandoq; postulauerunt à Papa confirmari conciliorum decretā, potissimum ne putaretur inter Papā & concilium esse dissensio. Postremo, qd allegatum est, Papam habuisse præsidentiam in generalibus conciliis, conceditur loquendo de præsidentia honoraria à conciliis sponte ac libere pontificibus quibusdam concessa, forte propter eorum sanctitatem sapientiamq; præcipuum. Veruntamen regulariter loquendo, nec Papæ nec eius legatis competit de iu- re, neq; de facili danda est, sine idonea ratione in concilio generali præsidentia autoritatua & coercitiva, nisi quantum ad impedituia bonorum concilij, ne auferatur concilio sua libertas, & ne ab homine potius quam à spiritu sancto regi putetur. Sufficit mihi hæc teti- gisterneq; enim ad particularia quæq; inter dominum Eugenium & Basiliense concilium gesta descendere meum est.

Articulus XXXVII. De utilitate generalium conciliorum.

Quoniam iuxta præhabita in dubitanter credendum est ut iuuenalem Christi ec- cleiam non posse errare in fide & moribus, & per consequens nec gnale concilium illam exemplariter representans, quin ipsum generale cōciliū rite ince- ptum, & ordinare procedens in imploratione spiritus sancti cum debita confu- lens libertate, dirigatur à spiritu sancto, quantum ad agnoscendum ac diffiniendum quid pertineat ad fidem ueritatem, morumq; equitatem. Hinc gnale concilium saluberrimū atq;

Trānslatio eō
cōciliū Basiliēn-
sē Ferrariā,
ubi schismā
Gr̄corū sub-
lata fuit.

Gnalia cōciliū
habere ro-
bur à Papa,
dupliciter in-
tellegiuntur.

aptissimum medium est ad reformationē ecclesiastici status in capite & in mēbris, atq; ad cetera, propter quā celebraū concilium, expediēda, eo q̄ Christus in medio eius sit, & prae fidētem, dirigētem infallibiliter p̄iuantē habeat spiritus sanctū in his, quā rite ac cōciliariter p̄tractantur. Quis enim non diceret quod cunḡ prouinciale, particulare, collegiale sive claustrale concilium saluberrimum esse atq; praeopportunum, si in eo certitudinā liter agnosceretur p̄fidele aliquis homo tantæ sapientiae ac uirtutis, q̄ in directione consiliariorum seu consulentiū non posset errare. Deniq; sicut p̄tractum est, q̄ à pluribus queritur facilius inueniēt nec unus omnia potest considerare, quia ueraciter quasi pro pro uerbo dicitur, Pluribus intentus minor est ad singula sensus. Cū ergo ad ḡiale cōciliū plurimi de omni statu ecclesiae totius hierarchico cōfluant, certum est iuros multos doctifimos & expertos illuc cōcurrere, qui multa ualent denuntiare, considerare & determinare. Cumq; supernaturali adiutorio spiritus sancti innitantur ac fulciantur in his quā conciliariter tractant, constat quām uere salubre sit ḡnialia celebrati concilia. Hinc quidam ḡna le diffinientes concilium dicunt, q̄ sit fidelium congregatio legitima autoritate facta, ad certum locum, ex omni hierarchico totius ecclesiae statu, nulla fidelī persona quā audiri cupit exclusa, ad tractandum & ordinandum salubriter quā eiusdē ecclesie debitum regimē respiciunt in fide ac morib⁹. Præterea his concordat quod etiam Aristoteles, natura li ratione inductus, tertio ait Politicorum: Princeps seu rex associare sibi debet multis sapientes, ut habeat quasi multos oculos intellectuales quoq; utatur consiliis. Vnde q̄ utilia sunt consilia, Salomon in libro Proverbiorum pandit, dicendo: Erit salus ubi multa consilia. Rursusq; ait: Custodi legē atq; consilia, & erit uita aīæ tua, & ambulabis fiducialiter, & pes tuus non impinget. Itaq; qui sapiens est, audit consilia. Magna est ergo sapientium consiliariorum utilitas, scđm quod in Proverbijs Salomō fassus est: Lingua inquietus sapientum, sanitas est. Aurum & multitudine gēmatum & uas pretiosum sunt labia sciētria. Vñ & Sapientia habetur: Multitudine sapientum, sanitas est orbis terrarum. Propterea ḡiale concilii appellatur quasi oculus dexter ecclesie, idcirco qui illud impedire conant, nec Christine ecclesiae uident amici, sed hōstes & propria commoda & priuatōs honores diuinā honoratione ac bono cōmuni impie p̄ferentes. Hinc quoq; in quodam decreto Constantiensis concilii fertur: Frequens ḡnialium conciliorum celebratio, agri dominici p̄cipua est cultura, que uep̄s, spinas & tribulos hēretorum, errorum & schismatum extirpat, excessus corrigit, deformata reformat, & uineam domini ad frugem uberrimam fertilitatis adducit: illo rum uero neglectus, premissa mala disseminant atq; souent.

Articulus XXXVIII. Qualia decet esse ḡnialium conciliorum supposita.

Quamvis, ut tactum est, ḡnali concilio p̄fidentis principalis sit spiritus sanctus, à quo speratur dari direktio in diffinienti, etiam si ipsi qui conciliū celebrat, ḡia careant gratiam faciente & uitiosi consilianti nihilominus pie & rationabiliter est credendum q̄ quanto supposita ipsius concilij fuerint deo chariora seu magis deuota, atq; diuinæ directionis, illuminationis & gratiæ capaciora, eo exuberantius & copiosius illuminabuntur, uengentur & dirigentur a spiritu sancto in conciliaribus factis. Hinc omnino decētissimum saluberrimumq; consitit, ut non solum studeant esse in statu salutis sine peccato mortali uiuere, imò etiam satagant esse p̄fecte deuoti abundantier q̄ uirtuosū, ut in primis reformet seipso, & tam copiofa sint gratia completi, ut de plenitudine sua alis communicet ac diffundant: Quid enim proficit hō si lucretur uniuersum mundum, seipsum aut perdat & detrimētum sui faciat? Rursusq; in Ecclesiastico scriptum est: Quis sibi nequā est, cui bonus erit: & item: Misere uiae tue placēs deo. Deniq; cum ad prouidentiam, cuius actus est concilium, ptineat de hominum actibus seu agēdūs idoneitatem, apta quoq; media inuenire ad obtinēdūm seu conseruandū debitum finē, qui p̄cipue est bonum commune. Hinc scđm Aristotele ceterosc̄ philosophos atq; theologos uera prudentia non nisi uirtuosis inest hominibus, præsertim cum uirtutes cocatenat̄ dicantur, & peccata passionesq; animæ rationem obtenerebent, ne efficaciter iudicet: prudētia aut p̄cipue ad conciliante s̄no fit p̄tinere: idcirco ut in ea abundet, in primis nitanatur purgare & reformare seipso. Postremo, inter septem dona spiritus sancti unum est donum concilij, sumendo concilium pro habitu supernaturali infuso, quo homo fit bene docilis ac faciliter mobilis a spiritu sancto ad inspicendum expedientia media ad fine optatū, & ut sciat alijs ignorat, qđ sit potius eligēdūm ac faciendum dona aut nullis insuntū nisi habentibus charitatem & gratiam: idcirco ut supposita cōciliorum hoc supernaturali de-

Prou. II
Prou. 3
Prou. 12.
Prou. 20.

Matt. 16.
Mar. 8.
Luc 9.
Ecc. 14.
Ecc. 30.

ne

DE AVTORITA. PAPAE ET GENERA. CONCIL.

94

no consiliū impleantur, sicq; à spiritu sancto pleniū dirigantur ac illūstrentur, fatagere debent, ne alicui subiaceat mortali peccato, sed charitate & gratia dei p̄r̄ ceteris decorent.

Articulus XXXIX. Qualiter admonendus, & (si opus fuerit) etiam reprehendendus fit Papa à uiris sanctis seu familiaribus, si bi ad hoc idoneis & de exhortatione facienda summo pontifici,

TEste sancto Hieronymo, quā p̄latū in altiori est gradu seu maiori officio, eo in periculis oris est statu: & quo pluribus p̄est, eo nisi diligens fuerit, maior dānatio erit deo sanctus Augustinus obtestat subiectos, ut p̄latū suum non solum debite reuereatur, sed etiam eidem propter magnitudinem oneris sui misereantur. Cum itaq; Papa uniuerso p̄fideat orbi, omniumq; fidelium cura sibi commisſa sit, & totius ecclesiae generalis gubernatio atq; p̄cipua solicitude, certum est quād in periculosisimo statu sit constitutus, & quo reuerentius obediēdūm, eo & cordialis cōpatiēdūm sit animæ eius. Ipsius demum est adimplere quod in Ecclesiastico scriptum est: Quanto maior es, humilia te in omnibus. Admonendus est ergo cum humilitate & reuerentia maxima, & cum diligentia quoq; p̄cipua. Quād si ex negligētia aut prauitate ipsius, bono communī aut fidei inamineret periculum, reprehendendus esset publice & in stanter. Porro, ut innotescat Lucidius exemplariter p̄fateſcat, qualiter agenda sint ista, breuiter commemorabo quādam uerborum sancti Bernardi, quibus ipse in libro de Consideratione Eugenii sui temporis Papam, uirum utique religiosum & uirtuosum hortatur & increpat. Nempe objiciens illi, quād de sui licentia abbates substrahentur episcopis, episcopi archiepiscopis, archiepiscopi patriarchis, inter cetera ait increpando illum sanctum pontificem summum. Bona n̄ species hēc: Mirum si excusari queat uel opus. Quid tam bestiale, quām non pro ratione, sed pro libitu agere! Et si indignum est unicuique homini ratione utenti uiuere pecus seu brutaliter se habere: quis in te rectore omnium tantum naturæ contumeliam tanq; honoris ferat iniuriam? sic degenerando, quod absit, generale opprobrium fecisti proprium tibi. Quid tam indignum tibi, quām ut totum tenens, nonsis contentus toto? Quā utilitas in sanguine isto: Si nanque extollitur qui subtrahit, & is cui subtrahit uirut, qui subtrahit quomodo innocens erit? Hoc est quod dicitur, Occidiſti & posiedisti. Addē, quād qui audiunt, scandalizantur, indignantur, detrahunt & blasphemant, hoc est, uulnerant ad mortem. Non est arbor bona faciens fructus tales, utputa insolentias, dissolutions, dilapidations, similitates, scandala, odia: quod que magis dolendum, inimicitias graues. Tu ne licitum tibi censes, ecclesiā suis mutile membris, confundere ordinem, perturbare terminos quos posuerunt patres tui: Si uisitiae est unicuique ius suum seruare, auferre cuique sua quād iusto poterit conuenire? Minimū promptū est, ut multa & innumerā pratermittam, qua passim neglegēta iacent, nonnulla etiam ex his quā plantauit dextera tua, monstrare conuulsa. Nonne os tuum in Remensi concilio quādam capitula promulgavit? Quis ea tenuit? quis tenet? falleris, si teneri putas: si non putas, ipse peccasti, aut statuēs que non tenentur, aut que non tenentur, dissimulans. Ecce sanctus ille Bernardus quām fiducialiter, quām audacter reprehendit Eugenium Papam pro re p̄fata sub specie boni admisit. Non ergo indigne ferre debet pontifex summus, si charitatue admoneat, aut seruēde increpet a uiris uirtutum ad hoc magis idoneis, multoq; minus generalis concilij exhortationem aut reprehensionem abīcere debet, imò totius humilitatis, longanimitatis ac corrīgibilitatis seu docibilitatis p̄bēdere se debet exemplum cunctis fidelibus, ut docet Bernardus. Vnde & beatissimus archi apostolus Petrus non solum Pauli reprehensionem seriosam & publicam patētissime tulit, imò & Paulum in secunda epistola sua euidenter laudauit. Qui etiam à couersis Iudeis, sed iudaizantibus acriter interrogatus atque iniuste increpat, qui ad Coronium centurionem fuit ingressus, mansuetissime atque humilime respondit eis ac satisfecit. Postremo, Bernardus exhortans Eugenium: Superest (inquit) ut generaliter super uniuersum ecclesie statum intendat consideratio tuasi plebes clericis, si clerici sacerdotibus, si fæcēdoles deo in ea qua oportet humilitate subiecti sint. Si in monasterijs & religiosis locis serueretur ordo ac uigilēt disciplinas supra dogmata uiget censura ecclesiastica: si uesta ipsorum apostolica mandata ac instituta, ea qua dignum est sollicitudine, obseruetur.

Eccl. 3.

Bernardus

s. Reg. II.

Act. 10

Oo tur

tur, ne quid in agro domini tui aut neglectu incultum, aut fraude subreptum inueniatur. Itaq; iuxta haec uerba Bernardi, Papa ab his quorum interest, affectuofissime est monendum, ut circa singulos ecclesias status existat sollicetus, faciatq; ut potest unumquemq; fideli- um digne ambulare uocazione qua uocatus est: ipsos quoque maiores prælatos, puta epi- scopos atq; consimiles per se & suos legatos sive per scripta hortetur, ut in primis seipso reformat, deinde sacerdotes & clericos, sive collegia atq; cœnobia, præferim quatuor or- dines mendicantium, quorum est euangelizare: ex quorum reformatione, fructus preci- pius sequeretur.

Articulus XL. De his in quibus Papa dispensare aut non potest
aut debet: & an Papa possit Symoniā committere.

Quamvis supra articulo nono quædam dicta sint de dispensatione, & qualiter li- ceat, & quomodo etiam non nunquam nec summo pontifici licita exteti: non tam men descendebatur ibi dem ad determinatas materias, in quibus Papæ non liceat. Nunc ergo inde tractandum est, præsertim cum aliqui quasi in fauorem Papæ iam clamant, quod Symoniā non possit committere, quia res ecclesiæ sunt sue. Insuper dicunt: Papa ita est super omnia iura diuina atque humana, quod dispensare potest. Contra ea uidendum est de ueritate istorum. Primo itaque recito quæ Durandus in Summa sua distinctione sexagesimaquarta de ista scribit materia, primo nanque sic queritur: In quibus casibus Papa non potest dispensare? Et respondet: Papa dispensare non potest in his, quæ sunt contra articulos fidei. Item nec contra generale statutum ecclesiæ. 19. distin- ctione, quod intellige in fidei subuersione: Nam Papa dispensare possit, quod omnes cle- ricis contraherent, cum hoc non sit contra legem dei: quod intellige de clericis futuris, nō de praesentibus in sacris ordinibus constitutis: quoniam tales continentiam uouerunt. Pa- pa dispensare potest contra generale statutum ecclesiæ, sicut Innocentius dispensauit de gradibus consanguinitatis, tribus refecatis, extra de consanguinitate, canone Non debet. Item nec in his quæ sunt contra substantiam monachatus, ut quod monachus habeat pro prium, uel quod abiciat continentiam, ex de statu monachorum, canone Cum ad mona- sterium. Innocentius tamen dicit, quod ex causa necessaria Papa potest dispensare, quod sanctimonialis ducat uitrum, alijs non iut, si rex Saracenorum uellet cu toto regno suo ba- ptizari, si sanctimonialis sibi detur in uxorem, tunc papa dispensare potest: quia sua au- toritas semper intelligitur excepta, uidelicet nisi deus uel eius uicarius aliter uolerit, quod non credo, ait Durandus quoniam uotum & quia ueritudo, quod seruare est præcep- tum prima tabulae, ubi nec deus nec homo proprie dispensare potest. Item, nec in his quæ ex sua natura sunt mala potest dispensare, ut in his quæ sunt prohibita, quia Symoniā, sicut uendere sacramenta, & alia spiritualia sed in his quæ sunt Symoniā, quia prohibita: quemadmodum dare pecuniam pro renuntiatione iuris spiritualis Symoniacum est p constitutionem ecclesiæ. Hæc Bernardus, extra de pacis, canone Cum pridem. Item, nec in causa matrimoniali, ut scilicet matrimonium contractum & consummatum soli posuit quantum ad uinculum, extra de transactis canone Ex parte: uel, quod aliquis simul habeat duas uxores, extra de transactis canone ultimo. Item, nec cum bigamis item, nec in uo- to, nisi ex causa necessaria, distinctione 33. c. si quis. Item nec in gradibus consanguinitatis di- uina lege prohibitis. Item, nec contra quatuor concilia, di. 15. c. sicut, quod th usque quaq; non est uerum secundum Durandum. Nam contra multa quæ sunt statuta in illis cōciliis, dispensare potest, licet nō audeat ea reprobare. hæc Bernardus, extra de statu, c. cu ad mo- nasterium. Item, nec in iuramentis uoluntarijs, sed in coactis bene dispensatis: tamen abfoluit a uoluntario iuramento, absolutio tenet, sed hoc non credo de iuramento ait Durandus, nisi esset illicitum, uel in aliud & equiualeens commutaret, quia iuramentum deo redde- re, est præceptum primæ tabulae, ubi nec deus nec homo dispensat. Item, in homicidio uoluntario non solet dispensare, sed facile in casuali uel dubio. Hæc recitatue scripti in forma sicut ea ponit Durandus. Ex quibus ostenditur, quod papa dispensare non potest con- tra omnia iura diuina. Veruntamen secundum Thomam super quartum Sententiarum distinctione uigesimaquinta, papa dispensare potest cum bigamo, quia (ut ait) bigamia non est adiuncta irregularitas de iure naturali, sed de iure positivo, quod dixit Apo- stolus, Oportet episcopum esse unius uxoris uitrum. Nec iterum est de essentialibus ordinis quod aliquis non sit bigamus. Nam si quis bigamus ad ordines accedit, charakte- rem recipit. Ideo papa potest dispensare in tali irregularitate totaliter, sed episcopus quam-

typ ad minores ordines: & quidam dicunt, quod etiam quantæ ad maiores, in illis qui uoluunt deo in religione seruire, propter uitandum religiosorum discursum. In his uerbis in- quirit Thomas, quod contra ius naturale dispensare non potest. Porro, in Summa Confessio- nis atq; in Summa Pisana ponuntur quatuor casus, in quibus Papa circa ordinem non dispen- sat, id est, dispensare non solet, licet de plenitudine potestatis possit: quia de iure positivo est, ut dicit Gulielmus. Primus casus est, si quis eundem ordinem bis recepit. Secundus, si quis bis scienter fuerit baptizatus: secus, si ignoraret: ut cum quis sub conditione propter dubium iterato baptizatur. Tertius, si quis ex contemptu ecclesiæ fecerit se ab heretico ordinari. Quartus est, si Symoniā interueniat ex parte ordinatoris & ordinati. Hos eti- am casus ponit Durandus. Solet præterea queri, at Papa possit dispensare in uoto solenni continentia religionis. Ad quod Thomas in secunda secundum quæstione sexagesima octa ua, opinjonibus recitat ac reprobatis, responder & fortiter tenet quod non quoniam re- ligiosus defunctus est mundo, consecratusq; deo: idcirco ad mundanam reuocatidus non est, præsertim cum continentia sit religioni essentialiter annexa. Vnde in fine Decretalis, cum ad monasterium, dicitur: Abdicatio proprietatis, sicut etiam custodia castitatis, adeo est an- nexa regulæ monachali, ut contra eam nec summus pontifex possit indulgere. Verunta- men Thomas super quartum Sententiarum distinctione trigesima octaua aliter sentit: & probabilitus dicitur, si communis utilitas totius ecclesiæ uel unitus regni aut prouinciae ex- posceret, posset conuenienter & in uoto continentia & in uoto religionis dispensare, quan- tumcumq; est in solennizatum: Non enim per uotum potest homo deobligari ab eo in quo tenetur alteri. Vnde talis posset immithere necessitas, quod posset alieui iuste prohiberi, ne continentiam uel religionem in uoueret: & eadem necessitate manente, potest etiam dispen- sar in uoto iam facto, præsertim cum uotum non debeat esse impedimentum boni maio- ris, & bonum commune preferendum sit bono unitus persona. Hæc Thomas. Albertus autem affirmit, quod in huiusmodi uoto non liceat dispensare, inter cetera allegans, Quod sancta uirgo N. deo consecrata, non acquiecit hubere regi, promittenti se cum re- gno suo ad fidem convertendum, si ipsa sibi coniunx daretur: nec beatissimus euangelista Matthæus permisit hoc fieri. Insuper ad uerendum, quod diuincta Richardum de media Vil- la super Quartum, Papa dispensare non potest contra ius naturale, nec contra ius diuinum: quia potestas eius est utrumq; illo iure inferior, præsupponitq; illud ut fundameñtum: sed dispensare potest contra statuta apostolorum quorūcūq; si uim immediate non habet ant ex iure diuina aut naturali: Papa quippe equalē, inquit eandem potestatem habet quā Petrus: inferior autem superiore non obligat, nec par pareat. Thomas quodq; in prima se- cundus testatur, quod præcepta quæ continent intentionem legislatoris, quæ respicit pri- mo & principaliter ad bonum commune, secundo ad ordinem iustitiae atq; iuritatis, secundi- dum quem conseruat: bonum commune, indispensabilia sunt: & addit, quod quia huius modi sunt præcepta decalogi, idcirco indisponsabilia extant. Ex quibus omnibus inno- sci, quod Papæ quaqueam sit super omnia iura naturalia ac diuina, ut dispensare ualeat contra ea: ad quod probandum, multorum doctorum possent testimonia allegari: sed ista reor sufficeret, præfertim cum dictum illud nullius sit apparentia. Postremo, ut Thom- as super quartum Sententiarum distinctione uigesima octaua facietur: Si Papa pro aliquo spirituali munus acciperet, Symoniā committeret, sicut & alijs homi potuisse, quoniam Petrus, cuius ipse successor est, primus in nouo testamento symoniæ uitium cōdeinna- uit nec res ecclesiæ sunt ipsius secundum quemlibet modum habendi, sed ut dispensato- ris, qui iuxta voluntatem dominii debet eas præstare, qui in euangello ait: Gratias acce- pitis, gratis date. Hinc in Summa Confessorum libro primo titulo primo questione sexage- simæ præmio apertissime dicitur: Papa potest Symoniā committere, tantoq; grauius, quan- to in altiori gradu consistit. Res enim ecclesiæ non sunt eius ut domini, sed ut dispensato- ris. Vnde si pro aliqua re spirituali recipere aliquam pecuniam de redditibus aliquius ec- clesiæ Symoniacus esset: & idem accideret, si recipere pecuniam ab aliquo laico, non de red- ditibus ecclesiæ.

Articulus XLII. Demonstratione quod Papæ est suprà totam ec-
clesiam simili seu collective acceptam tanquam capi-
put, pastor & pontifex eius.

VT finis huius tractatuli connectatur principio suo, rursus clarissime reor probandum, quod in principio eius constat probatum, utputa quod Papa totius ecclesie coniunctum acceptae presideat, eius rector, princeps & iudex, pastor, caput, sponsus, pontifexque constitutus, quod amplius quam probatum est, non arbitraber probandum, eo quod praedicta hoc ipsum sufficienter & superflue sufficienter demonstrant, sed quoniam interim quum haec scripti, quoddam ad me deuenit opusculum, cuius collectio pro magno reputat in conuentientia afferre, dicens quod Papa nequam quam praest toti & uniuersali ecclesie, nisi ad hunc sensum, quod praest cuicunque particulari ecclesiae, atque cuilibet particulari personae ecclesiasticae. Contra cuius imaginacionem praeferunt plurimas autoritates & rationes copiose supra inductas allegari possent multa Decretales, propositum lucidissime affirmantes, ut est textus qui ait, Papa est rector uniuersalis ecclesie, & alius textus ait, Papam uniuersalem ecclesiam regere illuc presidere. Sed quid necesse est huiusmodi allegare, que utique copiofissime possent adduci: quod si mille huiusmodi autoritates allegarentur, disputeretur, pretactus & alij quidam, omnes una solutione solvunt dicendo, quod accipi debent in sensu quo possunt ualere, non in sensu quo perirent: ut, ubique legitur, Papa praest toti seu uniuersali ecclesiae, exponendum sit ita id est, omni particulari ecclesiae. Contra quam solutionem primo sic quasi pueriter argui potest: Omnes particulares ecclesiae realiter sunt ipsa tota uniuersalis ecclesia simul sumpta: sed uno eodem que tempore Papa presidet omnibus particularibus ecclesiis, ergo & toti & uniuersali ecclesiae simul accepte ab eodem ad idem. Præterea, Papa presidet Romanę ecclesię & ceteris cunctis ecclesiis, que faciunt uniuersalem ecclesiam, ergo uniuersali praest ecclesiae. Insuper, si Papa solum praest cuicunque particulari ecclesiae, accipio unam particulariem ecclesiam, & interrogo, an ei praesideat Papa: & dicitur, quod imo. Addam ergo illi particulari ecclesiae unam aliam particulariem ecclesiam, & scicitor ab his duabus ecclesiis coniunctim accepte praesideat papas: si respondetur quod non, opponam quod imo, quia & si due particulares ecclesiae accipientur ut una & etiam sunt una, quod realiter fieri potest à Papa, qui de duobus episcopatibus potest facere unum, sicut de uno duos, ut supra ostensum est. Si ergo hoc fiat uel consideretur ut factum, adhuc illa ecclesia ex duabus collecta est una particularis ecclesia respectu totius uniuersalis ecclesiae: ergo Papas presidet ei, qui unicuique praest particulari ecclesiae: imo cum sint multe particulares ecclesiae quarum quilibet dignitate autoritateque presulii seu principis sui & numero subditorum excedit multis particulares ecclesias simul acceptas seu realiter unificatas, si Papa presidet unicuique tali particulari ecclesiae, non uidetur cur negetur praesidere ecclesias particularibus paruis & multis pariter sumptis. Rursus fuerunt quidam episcopi, quorum quilibet pluribus particularibus episcopatibus presulii etiam simul seu collectivae confideratis & sumptis, ergo multo plus hoc potest competere papae: si igitur concedatur quod sic, mox illi ecclesiae ex duabus coniunctae adjiciam tertiam, argumentum que ut ante, & queram, quousque queat admitti talis additione: si dicatur, quod quo usque ad medietatem omnium particularium ecclesiarum peruenero: dicam quod ecclesia ex media parte omnium particularium ecclesiarum resulans, adhuc est una particularis ecclesia respectu totius ecclesiae militantis, de qua sola iam sermo est: addam ergo ei ad huc unam particulariem ecclesiam, & tamen adhuc non erit tota seu uniuersalis ecclesia, ergo particularis: Nam quicquid est citra totum, uidetur esse pars seu partialis collectione comparatione totius. Addam ergo ei uniuersas quae restant particulares ecclesias una excepta, & queram an ei sic simul accepte praesideat Papa: & appareat quod imo, quia nondum est uniuersalis ac tota ecclesia. Itaque queram, cum Papa presidet toti illi ecclesiae sic acceptae, itemque particulari ecclesiae residuae seorsum acceptae, an ne possit concedi quod presul toti illi ecclesiae, & huic residue si accipientur coniunctim: & appetat

apparet quod imo: quia coniunctio ista prælationi non obviat, sed magis concordat cum prælatio hoc intendat, ut subiecti sint unum spirituali connectione, & tendant ad unum. Præterea, cum iuxta omnium sanctorum patrum atque doctorum catholicorum documenta & testimonia prædicta beatissimus Petrus, & quilibet eius successor sit plenus Christi uicarius in hoc modo, necesse est cōsideri, quod totius illius ecclesie in terris sit prelatus & pastor & pōtī sex, cuius Christus est princeps, rex, pastor summus, ita quod presul toti populo Christiano simul accepto, suoque type existet, scilicet totus hic populus sit unus gressus Papæ subiectus, cuius ipse est pastor. Denique, plenus uicarius mediocris est inter presidentem principalem & inter totum populum illi principali subiectum simul seu collectiu acceptum, aliter enim non plenarie gereret uices principalis illius. Vnde si rex terrenus committat alicui principi regnum suum plenaria commissione atque cum potestatis plenitude, nullum est dubium quin princeps ille p̄fessus & prouidere habeat toti populo regni sibi commissi simul accepto, secundum quod rex presul ei, quis iste sit princeps uicarialis: cum ergo Papa sit plenus Christi uicarius, constat quod inter Christum in celo regnante, & inter totum populum Christianum in terra peregrinante simul acceptum, Papa sit mediocris tantum summus & plenus Christi uicarius, atque totius ecclesie rector, pastor & pontifex, idcirco à uiris catholicis atque doctissimis theologis ac iuristis Papa dicitur esse supra hominem & infra deum. Nec tamē ex his sequitur, ut quidam quasi derisibiliter arguant, quod Papa est prelatus & pōtī sex sui ipsius: Nepe sic argumentantur: Ad hoc quod Papa presidet toti ecclesiae, requireret quod presidet capitibus & membris omnium ecclesiarum: sed Papa non presidet capitii Romanę ecclesię, quia sibi ipsi presidere non potest. Ecce quod puerile ac facile in tali adua materia argumentum. Cum enim dicit Papa à sanctis doctoribus pater patrum, pastor, pastore, prelatus, p̄fessus & pōtī sex totius ecclesie seu omnium ecclesiarum uniuersorumq; Christianorum, quis non cōsideret hoc dici arguere intelligi per suipius exclusionem, quod admodum deus dicitur creator omnium, & de Christo dicit Apostolus: Dedit illi, scilicet deus pater, nōmē quod est super omne nomē, ut in nomine Iesu omne genu flectatur: & de uirgine gloriosa cantatur illud Proverbiorū ultimum: Tu sola supergredias es uniuersas. Amplius, ista seu quidam eorum qui negant Papam presidere toti ecclesiae collective accepte seu gressu concilio, assertunt quod uniuersalis ecclesia seu grata concilium non habet caput, rectorem, pastorem aut superiorē in terra: quod prima facie uidetur periculose sonare, præsentem cum Christus a censuris in celum loco sui reliquerit Petrum, superius quoque istud improbatum est evidenter. Præterea Christus non sic presidet toti ecclesiae, quin & Michael sit eiusdem princeps ecclesie, prout olim princeps extitit synagogae, ut sancti p̄fes & doctores, Hieronymus, Gregorius, Beda &c. cōmuniter dicunt. Cur ergo præsidentia Christi super totam ecclesiam excludat præsidentiam Papæ super eandem, præsertim cum caput & membra, pastor & gressus, prelatus & subditi esse soleant conuenienterque debeat eiusdem natura uniusque status existere? Insuper in Numeris sanctus Moyses, cum se cito moriturum audisset, deprecatus est dicens: Prouidar deus deus spirituum omnis carnis, hominem qui sit super multititudinem hanc, ne sit populus dominii sicut oves absque pastore: & certum est, quod nōc Moyses, nee Iosue eius successor sic presul multitudinem seu populo filiorum Israelis, qui deus esset princeps pastor, princeps & rex plebis illius, quem fuit populus eius pecularis. Vnde Ezechiel testatur: ego requiram gregem meum, & ego ipse palcam oves meas. Et primo Regum loquitur Samuel: Nō te abicerunt, sed me, ne regnum super eos. Sed & apud Iosaiam scriptum est: Dominus uide nos, dominus legifer noster, dominus rex noster. Hinc Beda, Strabon, Rabanus, & ceteri exppositores scripture, sanctus quoque Thomas & alij concorditer dicunt, quod deus in ueteri testamento habuit ualde specialem curam & prouidentiam Israelicis plebis. Propter quod ait psalmographus: Qui attinuit uerbum suum Jacob, iustitias & iudicia sua Israel: Non fecit taliter omnini nationi. Quibus omnibus non obstantibus, sanctus Moyses reputauit plebem Israel esse sicut oves sine pastore, nisi & hominem sibi præsidentem haberent: & palam est, quod de tota plebe illa Moyses loquebatur. Ergo & populus Christianus simul acceptus seu uniuersalis ecclesia, si pastorem, rectorem & caput non habet in terra, erit ut oves absque pastore, quamvis pastorem, rectorem & caput habeat Christum in celo, imo Christus non solum totius uniuersalis ecclesiae, sed & cuiuslibet particularis ecclesiae & congregationis deuotus est princeps rector, pastor & caput. Nihilominus requiritur rector & pastor secundarius, determinatus & ministerialis, uicarialeque caput: ergo & in uniuersali ecclesia proportionabiliter est pensandum. At uero quidam inculte sic at-

Argum.

Philip. 2.
Prou. II.

Daniel 12.

Num. 27.

Ezecl. 24.
1 Reges
Ilaic. 33.

Psal. 147.

guntur: Tota & uniuersalis ecclesia est Papa cum cætera congregatione fidelium sed tota ista ecclesia non habet caput seu rectorem aut pastorem in terra, ergo totius ecclesiae rector, pastor & caput solus est Christus. Ad quod faciliter responderetur, quod frequenter totum denominationem sortitur à parte, sicut econtrario, ut docet Philosophus: Sic ergo & tota ecclesia prefato modo accepta præter Christum, habet caput in terra, quia in ea includitur actu vel aptitudine una persona cæteris uniuersis à Christo prælata. Porro, hæc omnia, scilicet qd toti populo Christiano simul accepto seu uniuersali ecclesiæ collectiue confideratæ præfuit Papa, sanctus Thomas non solum affirmat, sed etiam ex intentione rationibus autoritatibusq; demonstrat, præsertim in Summa contra errores Græcorum, atq; in Summa contra gentiles, & super secundum & quartum Sententiarum, ut suprā iam patuit qd etiam clarissime innotescit ex uerbis beati Bernardi libro secundo de Consideratione ad Eugenium, ubi ut allegatum est, inter cætera ait: Christus committens omnes oves Petro, unitatem omnibus commendauit in uno gregge & uno pastore. In quibus uerbis clarissime insinuat, qd Petrus post Christū fuit unus pastor omnium oviuum Christi, omnesq; oves fuerint omnis grex Petro commissus ab subditis: particulares uero ecclesiæ non sunt unus grex Christi, nec eius uicarius scilicet Pape, secundum quod partitum seu diuism, sed ut col lective sumuntur: Aliter nempe sunt plures greges, sicut & plures ecclesiæ & plures prælati. Rursusq; ait illuminatissimus ille Bernardus Eugenio Papæ: Cum quisq; cæterorum suam scilicet nauim habeat siue ecclesiam, tibi una commissa est grandissima nauis facta ex omnibus ipsa uniuersalis ecclesia toto orbe diffusa. Nescio quid clarius dici potest. Sed nec ego apertius queo exprimere qd pbaro & inferre intendo, qd illud expressit magnus ille Bernardus: sed qd hæc suprā cōmemorauit, addā quædā ex ybis Bernardi, quæ nōdū adduxi. Ita qd in exordio tertij de Cōsideratione ad Eugenium ait: Cōsidero quæ sub te sunt: quæ nō sunt illa, non est quod dā me querendum putes. Reclius forte quæ non sint queras. Orbe exendum est ei, qui vult explorare quæ non ad tuam pertinet curam. Tu hæres, & orbis tua hereditas. Curandum summopere tibi est, & tota uigilantia considerandum, quomodo qui non sapiunt, sapiant; & qui sapiunt, non desipiant; & qui desipueruere, refipiscant. Ergo & infidelibus debitor es, Iudeis & gentilibus. Interest tua dare operam quam possis, ut inceduli conuertantur ad fidem. Deinde Bernardus de isto prosequitur, & inter cætera docet, qd Papæ commissum est seculum, commissus est mundus, commissa est uniuersitas ipsa, ita ut non solum toti ecclesiæ, sed uniuersitati hominum etiam infidelium fit prælatus. Vnde, sicut quicunq; episcopus comparatur ad suam particularem, cui præfet, ecclesiæ, sic Papa ad totam uniuersalem ecclesiam, iudicē per prius ad eam qd ad quicunq; particularem ecclesiæ quamvis Romanam. Qd enim toti ecclesiæ per se solum solus non præfet, hinc accedit, qd simil in diuersis locis & tentorijs nec faciliter successire in omnibus esse præfide regi nequit: ideo alij in partem solicitudinis dicuntur uocati. Ad istud sunt copiosissime au toritates sanctorum & autenthicorum doctorum præhabite, præfertim sancti Cyrilli in libro Thesaurorum. Sed uide in præscripto eiusdem, qui contra hæc arguit, & potissimum duas au toritates allegat, unam Gregorij, aliamq; Gelafij Papæ. Gregorius namq; Eulogio patriarche Alexandrino, a quo uniuersalis Papa fuit uocatus, sic scribit: In præfatiōne quam ad me direxit, superbe appellationis uocabulum, uniuersalem me Papam uocando, imprimere curauistis: quod peto dulcissima sanctitas uestra ultra non faciat: quia uobis subtrahit, quod alteri plus quam ratio exigit præbetur. Ad quod respondendum quod sanctus Gregorius titulum illum magnitudine humilitatis magis quam zelo ueritatis abhorruit, quia non solum à malo, sed in superab omnisi specie malis secundum doctrinā Ap̄i uoluit abstine re, qm ergo nomine uniuersalis papæ tpe suo insolitus fuit, nec p̄decessores sui illud fibi asciri bere cōsueuerūt, ipse illud tanq; iactantia sonas abhorruit, nec tñ hinc sequit, qd uniuersalis Papa non fuit. Quid enim est uniuersalis Papa, nisi generalis pontifex seu communis episcopus? quod utiq; summo pontifici ueraciter competit, qui sic Romano episcopatu præ fidelit, ut & uniuersis episcopatibus præfuit, tanquā summus hierarcha in tota ecclesia. Rur sus, non sequitur sic: Noluit sic uocari, ergo non fuit, nec ita uocari ueraciter potuit. Nam & Iohannes Baptista negavit se esse prophetam. & Paulus dixit, Non sum dignus uocari apostolus. & tamen de Iohanne pater eius uere predixit, Tu puer prophetarū altissimi uocaberis. & Paulus præclarus fuit apostolus. Sic & Amos propheta afferuit, Non sum propheta. Deniq; sanctus Gregorius à Stephano episcopo laudatus, laudem illam ferrenon

orbis & urbis immediate suscepisse à Christo ostenditur, nepta esse opinio afferētis, quod Petrus apostolus auctoritatem & potestatem potestatis plenitudinem non immediate accepit à Christo, sed ipsa ecclesia & Petrus per ecclesiam, contra quod in secūdo libro sati arbitror disputatum: quibus nunc addo quod in libro de ecclesiastica potestate afferit Petrus de Alliaco: Christus dixit ad Petrum, Pasce oves meas, id est, sis pastor & prælatus generalis, ad quem pertinet dispositio & regimen uniuersale ouium & ouilis. Quemadmodum autem apostoli & discipuli, sic Episcopi & presbyteri ecclesiæ ministri a Christo immediate potestate ecclesiastica accepérunt, tanq; eo qui solus est proprie & maxime caput ecclesiæ. Nihilominus Petrus & quilibet eius vicarius Pontifex summus potest dici caput ecclesiæ, in quantum principalis est inter ministros, & à quo tanq; à principali hierarcha & architecto, à quo modo dependet totus ministrorum ecclesiasticorum ordo, uidelicet cum ceteris apostolis, generaliter dictum est: Quęcūq; ligauerit super terram itamen quia hoc Petro specialiter dictum est, ideo principaliter dicitur claves accepisse, propter principalitatem quam à Christo immediate accepit. Iterum ait hic doctor: Potestas & auctoritas Papæ non ab ecclesia seu electoribus, sed à Christo immediate depēdet, Rursusq; uniuersalis ecclesia uel congregatio ipsam representans, originaliter & principaliter habet à Christo ius eligendi sibi caput seu rectorem, cuius tamen capit & rectoris auctoritas seu potestas nō ab ecclesia sed à Christo immediate depēdet. Ex quo uero probatur & hoc, quod Papæ sit caput & rector uniuersalis ecclesiæ, quod doctor iste sēpissime afferit. Postremo sic scribiti: Christus ecclesiam suam instituit statibus, officijs, gradibus uarijs hierarchice distinctam, iuxta illud Apostoli: Vnicuique strum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Ex quo sequitur, quod uarietas officiorum graduum, statuum & dignitatum in ecclesia, non est principaliter ex institutione ecclesiæ, nec ex cuiuscumque potestate auctoritate processit: unde nec eam destituere potest. Premissa uero uarietas ad sui pulchritudinem ordinemq; requirit, quod inter auctoritates ecclesiæ regitius sit hierrarchica subordinatio, & quod una scilicet papalis auctoritas sit suprema ex institutione diuina, iuxta illud Iohannis: Pasce oves meas. Vnde licet pluraliter dicat Apostolus, quod Christus dedit apostolos & pastores, tamen ad innuendum quod dictum est, premisit, Vniuestrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi, tanq; dicat, uniuersum plus, alteri minus datum est: & unius premium regimen ecclesiasticum Christus ita cōmisit, ut q; respectu totius uniuersalis ecclesiæ, ut doctor iste frequenter testatur, imo & Bonaventura super quartum Sententiarum, ex cuius scripto hæc sumpta uidentur, differuit. Itaq; ex dictis in isto ac precedenti articulis facile est probare, quod in duobus precedentibus scripti opusculis, puta quod summi Pontificis sit totam uniuersem ecclesiam purgare, illuminare, perficere, gubernare & iudicare: quilibet enim pontifex & prælatus, ecclesiæ gregem seu plebem sibi cōmisit habet purgare, illuminare, perficere, iudicare acregere, in his quae prælationem & cathedralm suam respiciunt: sed domino Papa cōmissa est tota uniuersalis militans tempore suo existens ecclesia, ut præinducta declarant. Similiq; probatur processu, quod totius ac uniuersalis ecclesiæ Papa sit sponsus, rector, præceptor, hierarcha, pater, præfes & iudex.

Articulus V. De cōparatione dñi Papæ ad triplex ecclesiæ, ubi probantur quæ in primo libro induxi de potestate & iurisdictione summi pontificis, super ipsum quoq; generale cōcilium quantum ad aliqua, secundum præfatum doctorem.

In prima materia huius tractatus afferui me medium ueritatis seruare inter duas positiones nimis extremas, quarum una sic prefert uniuersale ac generale concilium illam representans summo pontifici, ut afferat eum nullam prorsus potestatem, iurisdictionem ac presidentiam super uniuersem ecclesiam ac generale concilium esse fortitum. Porro, positio altera sumnum Pontificem sic prefert uniuersali ecclesiæ ac generali concilio, ut affirmet Papam in nullo esse generali concilio subiectum. Inter haec medianto conscripsi, quod Papa in his quæ ad suum directe spectant officium, uniuerse præfet ecclesiæ, ita quod & ipsi generali concilio posuit auctoritatiue præcipere ea quæ sunt concilio ipsi & fini ibi intento: accommoda a atq; salubritate: hoc etenim competit. Papæ iure diuino, eo ipso quo tota uniuersalis ecclesia sibi extat cōmissa: ideoq; non potest sibi auferri ab homine, quam diu permanet Papa, præfectus cum generalis concilio conuocatio & celebratio nequaq; in derogatione aut depressione seu minoratione Papalisa potestas ac præfici-

dentia

DE AVTORIT. PAPÆ ET GENERAL. CONCIL.

319

dentia cedent, ordinantur aut tendant, imo potius ad honoratiorē expeditiorem usum ipsius, tanquam ad Papæ subsidii. Vnde in primo opusculo articulo XXVI, sic scripti: In his quæ papalis prælationis prælationem, mensuram, regulam magisteriumq; concernuntur, Papa est super concilium & super totam ecclesiam, circa quam ipse uices Christi plenarie gerit, secundum beatum Cyrilum, sanctum Bernardum & Thomam, hoc præ cæteris, ut mihi apparet, clarius exprimentes. Si itaq; inquiratur: Quæ sunt illa in quibus Papa est super concilium, quæ sunt quæ magisterium, regulam & mensuram Papalis prælationis resplident? Dicendum, q; omnis vicarius legislatoris ad hoc principaliter ordinatur, ut legem legislatoris sui à suis subditis faciat obseruari. Cum ergo Papa sit generalis, summus ac plenus Christi vicarius, hoc ad suæ prælationis mensuram, ad suæ præsidientiae regulam, ad magisterium sui officium primo ac maxime pertinet, ut ad euangelicæ legis adimplitionem omnem inducat, quantum potest, populum Christianum per se & per suos ministros. Cū itaq; generale concilium congregetur præcipue propter bonum cōmune ecclesie, & propter causas animabus salubres: si Papa uellet aliquid agere uel iubere per quod bonum cōdile impetratur, jam ipse transtenderet & exire regulam ac mensuram magisterium' que suæ prælationis ac potestatis, quæ data est sibi in aëdificationem, & non in destructionem, secundum Apostolum, qui etiam ait: Non possumus aliquid contra ueritatem, sed pro ueritate. Preterea, quoniam Papa ratione officij sui debet semper precipuam ac paternâ habere sollicitudinem pro bono communis totius ecclesie sibi commissi, adhuc durante genera concilio posset aliqua ordinare, quæ essent accommoda toti concilio, ad imperandū copiosius directionem spiritus sancti, ut bonum ecclesie plenius se queretur: & si talia præcipue concilio obseruanda, teneretur illi obedire ut summo pontifici & pastoris quia in tali ordinatione ac iustione Papa nō exiret limites potestatis suę sibi à Christo præfixos, quod patet, q; in talibus potestatem & iurisdictionem habet super generale concilium & super totam ecclesiam. Hæc illic scripti. Nunc itaq; restat ostendere hæc rationabiliter esse prolatæ. Ad quod primo cōmemoro, q; Petrus de Alliaco, imo, Thomas, Bonaventura, itemq; Boethius ante eum, dixerunt: sicut sanitas consistit in quadam proportione media inter qualiter extrems contrarias: Virtus quoq; moralis, quæ magna pars est sanitatis animi secundum Philosopum 2. Ethicorum, consistit in medio, i. inter duo uitia extrema: sic proportionabiliter doctrina sacra scripture, in qua cōplementum est totius spiritualis sanitatis, quasi media est inter errores diuersos, imo sepe inter errores cōtrarios, quæ admodum in libro de duabus naturis Christi docet Boethius, q; fides catholica media est inter duos contrarios Nestorij & Eutychetis errores, consimili modo circa ecclesiasticā potestatē medium docet ueritas inter duos errores cōtrarios. Hinc plerunq; contingit, q; uolentes aliquem uitare errorrem, periculosius in errore contrarium dilabunt, inter quos sana doctrina medium tenet talisq; error passionis hominibus solet contingere, quos impetus passionis à medio ratio nis frequenter faciliterq; abducit. Deniq; quis ad probandum quod dictū est de autoritate & iurisdictione Papæ super generale concilium, quātum ad aliqua ualeant omnia quæ tam in isto tractatulo quām in duobus prioribus sunt inducta, ad demostrandū q; summus pontifex præfet uniuersali ecclesie tam coniunctum q; diuīsim accepta: nunc tamen alli quia addam, primò illud, quod in libro de Ecclesiastica potestate Petrus de Alliaco inducit, dicit: Multi & magni prælati atq; doctores dicunt, Romana ecclesia sicut ratione pontificis sui summi, omnium ecclesiarum caput dicitur, sic secundum aliquos dici potest caput generalis cōciliij, imo & uniuersali ecclesiæ, quæ omnibus particularibus ecclesiis integratur. Verè, quoniam Petrus iste hoc dicit recitatue magis q; assertive, p̄fandum q; secundum propriam afferat mentem. Itaq; prefato libro affirmat: Romanus pontifex caput est triplicis ecclesiæ, primo & principaliter ecclesiæ uniuersalis, respectu cuius dicit pontifex Romanus. Secundo est caput Romanæ ecclesiæ particularis, respectu cuius dicit pontifex Romanus & in utroq; episcopatu tam uniuersalis q; Romanæ ecclesiæ succedit Petro, qui prius habuit primum episcopatum quām secundum. Tertio est caput generalis concilij, quod uniuersem ecclesiam representat, tamen respectu Papæ, generale concilium est quædam particularis ecclesia, sumens unitatem ab autoritate summi pontificis in eo actua litter uel uirtutaliter presidentis, ut patet ex can. significasti, de electione, cum suis concordantijs. Hanc triplicem ecclesiam constat esse triplices corpus mysticum, cuius Papa est caput immediatum. Iterum ait: Papa uelut uicarius ipso absente in generali concilio presidere deberet, nisi manifesta causa & in iure diuino fundata obſisteret: cōtra non esset cōgrēgatio.

z. Cor. 13

Significasti
De electione
& elect. po.

Q. 3 gatio

gatio unanec ordinata, nisi esset unum caput principale ip̄m membrum. Insuper, cōciliū inquit, p̄fente Papa, à quo ipsum concilium uocatum est, est uelut unum corpus mysticum, cuius Papa est caput, & alijsunt mēbra. Ex his doctoris uerbis sic argui potest: Caput corporis suo habet influere, illudq; aliquo modo dirigere: conuenitq; eidem precipue, cum spirituale caput respectu mystici corporis habeat hæc agere: Cū ergo Papa sit caput generalis cōciliū, & cæteri sint mēbra capitū huius, habet eis aliquo modo influere, & præesse seu præcipere, eosq; suo modo dirigere. Insup, si generale concilium p̄ comparationē ad Papam est particularis quædam ecclesia, uidetur q̄ Papa sit eius p̄latus, p̄fserit cum omnī particularium ecclesiarum p̄latus dicitur: Ecclesia nanc̄ per coparatiōnē om̄em ad suū p̄latum, unitatem & p̄claritatē sortitur: p̄latus uero p̄lationē iurisdictionemq; aliquā habet super ecclesiā suā. Rursus, sicut generale concilium per comparationē ad Papam uocatur particularis ecclesia, sic & particularis grec & particulae q̄roddam ouile per comparationē ad Papam esse uidetur: quo dato, apparet quod Pa pa sit p̄latus & pastor ip̄sus, p̄fserit cum generale cōciliū etiam quo ad se totum, possit esse in mortali peccato seu extra charitatem & gratiam, sicq; indiget p̄latus sicut & alia quevis congregatio. Veritatem quomodo Papa conueniat concilio presidere autoritatē dare, & quomodo p̄inducta sint intelligenda, in p̄habitib⁹ opūsculis aliqui ter est ostensum, & infra diffusius ostendetur, ubi & ea que dicta sunt nūc exquisitus p̄stante domino probabitur. Hucusq; enim p̄cipue ex dictis Petri de Alliaco, scripta mea confirmare proposui. Veruntamen ad probandum principale intentum huius articuli, ad quod in epistola Vniuersitatis Parisiensis missa Imperatori tēpore Constantiensis conciliū, inter cetera sic legitur: Iam nostros p̄ gaudio exultatē animos rei nouitas retorit in tristitiam, cum dominum nostrum summū Pontificem se inopinatē nouimus absentesse, & nobis durum, & grec p̄fendendū p̄jisanimis uidebatur, uerū pastore suū tam celebri cōocatione uocatum, ouile tam improuise relinqueret. Hoc autem dictum est in illa epistola de Iohanne papa, qui mutato habitu clam dicensit a Constantiensi concilio. Sicq; in uerbis prefatis Papa uocatur uerus Pastor generalis conciliū, & illud dicitur eius ouile. Nam subditur in eadem epistola: An apud singulares personas amplior pax q̄ apud totam uirtutaliter ecclesiam querenda sit, quis dubitet: Pastor autem super suum ouile potestate & iurisdictionem aliquam habet. Deniq; quidam doctor præcipuis in quadam sermone quē fecit in Basiliensi concilio, quin nullo dubitate fuit adhuc ibidem generale concilium, sic inter cetera loquitur: Quamuis fere omnes uobis inferiores ac subditos esse cognoscā, respectu quorū uos superiores iuste dici debere non dubium est, oēs tamen uos inferiores, omnes subditi estis respectu capitū uiri, p̄lati uestri, unici in ecclesia dei monarχe, uicarii Christi in terris, summi p̄tificis. Nec q̄stimo uos propterea aut indignē aut a grēdō ferre, quoniamquidem ut omniū natura est mediocris, maiore longe excellentiam aut perfectiōnem estis ex propīo gōre ad superiorū subiectōne q̄ ex inferiore, dominationē fortissi. Sicut autem nec pes, nec manus, nec cæterorū aliqua corporis mēbra caput esse possunt, nec p̄ptera tamen non ideo non sunt corporis membra: sic nec omnes Cardinales, archiepiscopi aut episcopi, Papē esse possunt, nec uos ipsi Papa esse potestis. Etnihilominus propterea non ideo non estis corporis mystici mēbra. Inferior membra ex natura uenerari non zela re quod in superioribus bonum uideant: neq; dignioribus inuidere, aut maiorē inhibere debent dignitatibus usurpādis. Alioqui si pes capitū, & manus oculorum officia uel zelarē, uel ambirent, concilio inordinato, confuso, & certissime totius corporis ruina ex hac monstruosa emulazione prouenirent, necesse est: sed sua unū quodq; inferioris membrum uocatione contentū, ut id ad quod deputatū est officiū, absc̄p̄lioris stimulis, absq; ambitionis ardore fideliter exequatur, studio summo conetur. Cauetote ne sub honestā & sanctissima reformationis medela, lētale inobedientiæ uirus intra conscientiarum latebras cæco admittatur colore. Inferior quisq; superiori, & omnes supremo obediant. Et si cut ab inferioribus uultis uobis obeditū iri, sic & superioribus obedite, ne iusto illo dei iudicio, per quā quis peccat per hæc & torquetur, totius randē obedientiis maneat is expertes: Istōq; p̄cto, ecclesia dei que ordinata membroz, cōp̄age consitit, ueniat peritura: aut quia nūq; peritura, grauissimā & forsan inauditam perpessura iacturam. Verba haec non mediocriter sunt sententiosa, in quibus ostendit rationabiliter q̄ probatur, quod occasionē celebratiōnis conciliū, non debeat se ipsi congregatio conciliaris ab obedientia summi Pontificis prorsus subtrahere, putain his quē nō sunt impeditiū bona ip̄suis conciliū.

Artū.

Articulus VI. Confirmatio p̄dicatorum, & de p̄sidentia summi pontificis
super uniuersalem ecclesiam, ex dictis Can-

cellarii Parisenſis.

PEr Cancelleriū Parisenſis in isto opūsculo, intelligo egregium illum docto rem Iohannem de Geronio, quē communiter Geronio uocamus, qui tēpore Con stantiensis cōciliū floruit, & de ista materia diuersos tractatus composuit. Deniq; sunt qbus scripta mea uidentur tanti doctoris scriptis contraria. Fatoe q̄ inter dum in uerbis cōtrarias sonet, sed in sensu esse concordantia declarabo. Primo igitur di cta mea p̄ illius uerba probare, deinde quē in dictis illius uerbis meis uidentur contraria, tangere propono ac soluere. Itaq; in libro de Ecclesiastica p̄tate testatur: Attenta Ch̄ri pri maria ordinatione, uoluit ecclesia regi principaliter sub uno & ab uno monarchice, sicut est una fides, unū baptisma & una ecclesia, unitate tam capitū primarij aut uicarij, nisi cō junctū accepta, seu collectiue considerata, uidelicet ut unum corpus sibi in uicē compaginatum, atq; ad unum caput reducunt & ei unitum. Cum ergo Christus uoluit ecclesia suā regi monarchice sub uno & ab uno, quo ecclesia est una unitate p̄fata, quod est per omniū coniunctionem ad unum caput, patet quod Papa ecclesiae simul acceptae p̄ficiat, utputa uniuersali. Certū est quidem, q̄ de ea & non de aliqua particulari ecclesia hic doctor loquitur. Similiter argui potest ex eo qd ait: Sicut est una fides. Omniū nanc̄ fidei similitudine est una ex parte subiecti, sed obiecti, hoc est, per respectum & reductionē ad unum formale obiectum. Baptismus quoq; à sua forma unitatem fortitur. Insuper, ex p̄ge allegatis sequitur uerba, q̄ Papa sit huius ecclesiae monar̄ha, id est unicus princeps, per omniū recollectionem seu adulationē, hoc est, simul acceptance ad ipsum, quod patet, q̄ taliter sumptis omnibus p̄ficit ut uni gregi sibi subiecto. Rursus constat ex uerbo indu cito, q̄ ecclesia militis una sit non solū per reductionē ad Christū, sed etiam per reduc tionem ad Papam, quamvis utraq; reductionē non sit æque inseparabilis, ut patebit. Hinc se quitur quod ecclesia tota sit unum corpus sub Papa, qui habet illud dirigere, sicq; eidem p̄fesse, secundū quod unum est per inductionē ad ipsum, utputa ut est unū corpus sub ipso, puta simul acceptum, quamvis ex consequenti, etiā diuīsim habeat ei p̄fesse. Ideo dicū est, & intrā magis probabitur, q̄ per p̄tū comparatur ad totā uniuersalem, quam ad quācumq; particularē ecclesia. Præterea, in eodem libro Cancellerius scribit: Ex insi tutione Christi nullus in ecclesia debet dare uel accipere gradus hierarchicos, q̄ sunt pur gare, illuminare, perficere, si non interueniat uere uel interpretatione autoritas summi hie rarchae uel monar̄chæ in ecclesia dei sancta, quatenus uisetur in ea confusio, & optimo re gime gubernetur ad exemplar triumphantis ecclesiae. Propter quod dicit Iohannes in Apocalypsi: Se uidisse ciuitatem sanctam Ierusalem, nouam, descendenter de celo. Con stat autem q̄ per optimū regimen doctor iste intelligat regimē regale, quo unus toti mul titudini p̄fendet. Rursusq; certum est quod in triumphanti ecclesia unus omnibus tam coniunctū q̄ diuīsim p̄fideat, conformato ergo in militante & ecclesia erit gubernatio ac p̄sidentia talis, & hoc in primo tractatu ex uerbis sanctorum Bernardi & Thomae clari us est deductum. Insuper, in libro de Ecclesiasticis statibus Cancellerius loquitur: Status Papalis institutus est à Christo supernaturaliter immediate, tanquam primatum habens monar̄chicum & regale in ecclesiastica hierarchia, secundum quem statum unicū & sup̄sum ecclēsiae dicitur una sub Christo, deinde sub eius uicario, sicut iam dictum est: quem primatum quisquis impugnare uel diminuere p̄fumit, si hoc pertinaciter faciat, harēficus est, schismaticus, impius atq; sacrilegus. Ecce ex uerbis his innoscit, quod Pap̄atione sui Papatus sibi supernaturaliter dati, habeat primatum seu principatum monar̄chicū & regale in ecclesia dei. Cū ergo monar̄cha & rex p̄ prius cōparef seu referat ad totā cōmunitatē, politiā seu multititudine sibi subiectū, q̄ ad aliquā eius partē, urbe sue p̄sonam, possitq; toti cōmunitati simul acceptare legē p̄figere ac iubere, sicut in libro Hester Assuerus rex fecisse, p̄cipiens ut in uniuerso regno suo uiri uxoribus & domibus suis p̄fessent, cōcludit ut p̄ pontifex summi monar̄chico ac regali regimē p̄fides toti ecclēsiae, per prius cōpactetur atq; respiciat ad eam totam seu pariter sumptam, q̄ ad aliquam

Qq 4 eius

Ecclesia sub uno monar̄chā regatur.

Ecclesia unita una ē.

Apot. II.

Impugnat p̄fumit Pa per pertinaciter, harēficus est.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI, LIB. III.

elius partem, possitq; generalē condere legem, ad quā tota ecclesia etiam coniunctum ac cepta teneatur, quemadmodum sūpius factum esse in secūdo tractatu diffusius est probatum. Adhuc aut̄ in libro de Ecclesiastica unitate Cancellarius ait: *Vnitas ecclesiae essentia lis semper manet ad Christū sponsum suū. Nam caput ecclesiae Christus, in quo omnes sumus unū, secundū Apostolū. Vnitas aut̄ ecclesiae ad unum certū Christi uicariū est quodāmodo accidentalis atq; mutabilis. In his uerbis hic doctor insinuat, qualiter unitas ecclesiae diueris mode attendatur, ac pendeat ad Christū & ad eius uicariū Papam, quoniam dependentia illa ad Christū est essentialis & inseparabilis, ita utero, puta ad Papam, est accidentalis, separabilis atq; mutabilis. Nihilominus ad perfectam ordinationem subsistentiā ecclesiae, etiā ista secunda ad Papā requiritur. Ecclesia agitur etiā una est per relationem seu comparationē ad unū Papam, quod non est, nisi per omnū fidelium adunationē, reductionem seu simili acceptanceō ad unicū istum uicariū. Diuersi quippe non unificant in uno, nisi per eorū reductionem & coniunctionem ad illud in illo, ut per hoc sint ad unū cūm omnes quodāmodo unū, omnesq; pariter unū quodāmodo in illo, sicut omnes unus regni unus sunt populus per comparationē ad unū regem. Sic ergo ecclesia militaris est una sub Papa, & ei sic sumptae præsidet ipse ut caput & rector, hierarcha atq; monarcha. Præterea istud esse de mente Cancellarij, liquet ex eo quod in libro de auferibilitate Papae ab ecclesia scribit, dicit̄: Sicutientes q̄ fas est esse plures Papas, aut q̄ quilibet episcopus est in sua dieceſi Papalem pastor supremū, æqualis Papa Romano, ertant in fide & unitate ecclesiae contra illum articulū. Vnam sanctā ecclesiam catholicā; & si pertinaces maneat, sunt iudicandi haeretici, sicut Marsilius de Padua, & alij qdam. Cōsonat ratio, q̄ si ut ad unam fidē & ad eadem sacramenta obligantur omnes uiatores, sic oportet ne sischima reductionem finalem fieri omnī ad unum supremū, uidelicet Papam. Constat autē q̄ uniuersi uiatores non solum diuīsim, sed & coniunctū ad unam fidem ac eadem sacramenta teneantur & simili modo ad eundem habent suprēmū reduci ac subdi. Deniq; in libro contra Petrum de Luna Cancellarius scribit: Quo probatur hoc dictū unitas ecclesiae non sic dependet à persona Papae essentialiter, quin possit manere una maneat, q̄ de facto, quando nullus est Papa in ecclesia; & quamvis unitas ecclesiastica essentialis sit ad priuariū caput Christum, nihilominus unitas altera accidētalis & secūdaria consistit in obediētia ad unū summum pontificem, qui est caput secundarium in ecclesia Christi. Ecce hæc uerba sunt clarissima confirmatio prædictorū. Amplius, in libro de Ecclesiastica potestate Cancellarius regnū seu politiam regalem describens, Regnum (ingt) est politia sub uno bono, uel expressius, congregatio communitatē perfecte sub uno bono, secūdum leges suas bonas pro republica. Dicitur autē unus ille bonus uel rex, uel imperator aut monarcha, qui non propriū bonum principaliter, sed commune bonū in principatu suo intēdit. Huic politia in ecclesiastica hierarchia correspōndet politia Papalis. Cum ergo Papa gubernatione regali monarchica præsit, sequitur quod uniuersitas fidelium sit una ecclesiastica politia, seu congregatio communitatē perfecte sub uno: quod non est, nisi uniuersos fideles simul sumendo, uel collectiue uel coniunctū considerādo: ergo & ipsiā sic sumptis præsidet Papa. Rursus, in libro de Ecclesiastica statibus Cancellarius ait: Enī debet Christiani sub schismatis pena, quod in hoc statu, puta Papali, constitutur & præsidet assidue unicus & certus summus pontifex, quantum fieri potest, in quo sit Ecclesiastica potestatis plenitudo: & q̄ non sint plures, ex quo Ecclesiasticum regimen definire possit: se monarchicū, & in aliam politiā speciem, ut in aristocraticam aut democraticam uertere tur, quamvis Papatus has politias species non excludat, sed assumat, quemadmodū de sero dominoy. Cardinalium collegio & generali concilio est uidere. Postremo, in libro de auferibilitate Papae ab ecclesia, doctor iste testatur: Ecclesia in uno monarca supremo q̄ uniuersum fundata est à Christo, nullamq; galiam politiam instituit Christi immutabilitē esse monarchicā & regalem, nisi ecclesiam. Secus, ubi communitas regitur solis naturalibus legibus, traditionibusq; humanis, quæ pro uarietate locorum & temporum laudabilius atq; utilius variantur, q̄ in uno tenore omnes ligentur. Ex preinductis Cancellarij uerbis clarissime corroborantur quæ scripsi de potestate ac præsidencia Papae super uniuersalem ecclesiam, etiam collectiue consideratam, præsertim cum doctor iste frequenter affirmet summe esse cauendū, ne quis dicat regimen ecclesiae non debere esse monarchicum & quodāmodo regnū. Certumq; est q̄ non loquitur de quaunq; partiali aut particulari, sed de totali ac uniuersali ecclesiae militanti, ut ex preinductis eius uerbis claruit. Sunt autē*

DE AVTORIT. PAPAE ET GENERAL. CONCIL.

361

tem & alia quædam uerba ipsius, ex quibus istud infra efficacius ostendetur.

Articulus VII. Obiectione contra præhabita ex dictis eiusdem doctoris, ubi agitur de autoritate generalis concilij.

Tam scripsi de mente esse Cancellarij, ipsam militante uniuersalem ecclesiam instar triumphantis esse regēdam regimine monarchico ac regali. Sed obuiare uideat quod in sermone quodam scribit hic doctor, dicendo: Generale cōcilium est saluberrima conciliū qd. Ac efficacissima regula ad regimen totius ecclesiae tranquillum uel conseruādum uel reformatum uel inueniendum, tanquam suprēmus & sufficiens legislator uniuersalitatis & potens ^{magis}, prætereā legitimus & securus, nec suspectus rationabiliter ab aliquo Christiano, cum procedat omnium uel quasi omnium communī consensu uel assensu. Insuper libro de Ecclesiastica potestate differuit: Teneat concilij generalis iudicium & maneat ecclasiastica hierarchia optimo regimine, quali fuit sub Moysi gubernata, quoniam mixta fuit ex triplici politia, puta regali in Moysi, aristocratica in septuaginta senioribus, & democratica dum de toto populo ac singulis tribubus sub Moysi rectores assumebantur. Iterum ait: Non licuit facere tot & tantas non obstantias eorum, quæ constituta sunt in generalibus conciliis, quot & qualibus non obstantis uti solet Papa in bullis suis. At uero quidam respondent per unicum uerbum, dicentes quod generale cōcilium semper intellectu autortatem summi pontificis esse in omni sua constitutione exceptam. Nam iurum quoniam posuerunt ipsi Papalem autortatem esse super concilium, uel saltem non imparem. Benedictus autem deus, qui per hoc sacrosanctum concilium Constantiense illustratum lumine legis diuinę, liberauit ecclesiam suam ab hac pestifera & pernicioſa doctrina: qua semper perseuerat, perseuerat et semper schisma internum in ea. Denuo ait in libro præfato: False & iniuriolæ sunt de concilio generali assertiones, quæ negant ab eo & ab ecclesia executionem potestatis supremæ iurisdictionis, negant insuper discernendi uel diffiniendi potestatem in eo uel eadū Papa est, ponentes in eo solo hanc autortatem difiniendi, cum ex multis conciliis constet oppositum. Præterea in eodem libro testatur: Potestas generalis concilij dici potest maior potestate Papali in ampliatione uel extensione, in infallibili directione, in motu reformatione in capite & in membris, in coercitione potestate, in causarum fidei difficultium ultima decisione. Maior denique, quia copiosior: complectitur enim saltem uirtutaliter omnem potestatem & omnem politicū regimē, scilicet Papale, Imperiale, regale, Aristocraticum & democraticum. Rursus in Tractatu. An licet at in causis fidei à summo pontifice appellare ad generale concilium, sequeretur quod concilium non esset super Papam, uel iudex eius legitimus, cuius oppōsitus determinauit & practicauit Constantiense concilium, quod uocauit & iudicauit Iohannem tanquam summum subditum, cum tamen in toto processu contra eum usque ad sententiam diffinitiūam suā de positione, reputatus sit ab eodem concilio uerus Papa. Postremo, in prædicto aliter libo: In uerbo CHRISTI quo ait, Dic ecclesiæ, fundatur plenitudo potestatis gladii spiritualis, & executio eius in ecclesia super quemlibet Christianum, etiam si Papa fuerit: & si potestas hæc data est ecclesiæ, concilium generale ecclesiam representans habet illam: & fundatur ista potestas in unitate uel unione ecclesiae, ut noratis uidetur Augustinus, dum innuit quod claves ecclesie datae sunt unitati. Verūtamen hoc impedit quoniam datae sunt Petro tanquam monarcho, legitimisq; successoribus eius: principalius tamen ecclasiæ primo, ratione indeuabilitatis eius: secundo, ratione regulationis, quoniam habet regularē usum patris Papalis, nō sic eccl̄ tra: tertio, ratione multiplicitatē, qm̄ eccl̄ ha-ber potestatem quamlibet ecclasiasticam, etiam Papalem, si non sit Papa, præsertim in extentione quartæ, ratione obligabilitatis, quoniam eccl̄ potest cōdere leges obligantes & regulantes etiam ipsum Papam, tam quo ad personam quam respectu ulus suæ potestatis. Non sic econtra potest Papa iudicare totam ecclesiam, uel usum suæ potestatis limita re. Ecce hæc & quædam similia huius doctoris uerba (quæ omitto, quia in his sententialiter continetur) predictis contrariari uidentur, præsertim ei quod scripsi Papam ex suo officio gubernare & iudicare debere totam uniuersalem ecclesiam, eiq; legem posse statuere ac subdere, generali quoq; concilio quo ad aliqua præsidere, præesse & posse præcipere.

Articulus VIII. De tripli regimine & tripli politia eccl̄ & quomodo in gubernatione eccl̄ ista concurrant, ubi partim soluuntur preinductæ instantiæ.

Libro

Vide c. mil
tis. &c. coi-
ciliat. dist.
po. dist. c. san-
cta.

Vide c. regu-
la cū sequē-
bus. 17. dist.
lē c. præ-
cis. 12. dist.

Libro de ecclesiastica potestate scribit Petrus de Alliaco: Licet Papalis dignitas sit à deo, quare ab homine nec maior nec minor fieri potest, tamen usus plenitudinis potestatis istius ad excludendū ipsius abusus, potest à generalis concilij autoritate constringi; ideo antiquo iure statutū est, quod Papa professionem faceret, & huius modi professio per lapsum temporis ampliata est. Porro, ad regulandum usum plenitudinis potestatis Papalis, & ad excludendū abusum eiusdem, considerare conuenit, non conuenientē ecclesiæ quæ dicitur habere regale sacerdotiū, quod regum regime regio puro seu pure regali, sed mixta cū aristocracia & democracia. Nam licet regime regium, in quo unus singularis principatur multitudini, secundum virtutem sit melius quolibet alio regimine simplici, ut ostendit Philosophus tertio Politicorum, tamen si fiat mixtum cum aristocracia, in qua plures dominantur secundum virtutem, & cum democracia in qua populus principatur secundum virtutem, tale regime melius est, in quantum in regime mixto omnes aliquam partem habent in principatu. Et etiam, quoniam licet regale regimen sit optimū in se, si non corrupatur, tamen propter magnam potestatem quæ regi conceditur, defaciū degenerat in tyrannidem, nisi sit in rego virtus perfecta, quæ rara est & in paucis. In cuius signum in populo Israel, cui succedit populus Christianus, deus constituit quodammodo regem, licet non cum plena potestate, ut patet in Moysi & Ioseph, successoribus eorum, qui toti illi populo praeerant. Licet autē in eis esset regimen regale, in quantum unus principalis omnibus praeeruit, erat tamen aliiquid de aristocracia admixtum, in quantum sub illo uno sepiuginta seniores eligebantur. Erat etiam ibi aliiquid de democracia, in quantum illi seniores eligebantur de omni populo & ab omni populo, ut dicitur in Deuteronomio, sic manifeste uidetur quod esset optimum regimen ecclesiæ, si sub uno Papa eligerentur plures ab omni & de omni provincia, & tales esse deberent cardinales, qui cū Papa & sub eo ecclesiæ regenter, usumque plenitudinis potestatis temperarent: & haec notari uidentur in capitulo, Per uenerabilem. Porro, de hac re plenius scribit Cancellarius in sermone qui incipit, Prosperum iter faciet nobis deus: Triplex inquit, est politia: prima dicitur regalis seu monarchia, secunda dicitur aristocracia, tertia democracia. Esset autē inter istas politias melior quam aliqua singularis, illa quæ ex regali & aristocracia componeretur, ut in regno Francie, ubi rex instituit Parliamentum, à quo iudicari non refutat. Esset uero oī optima & saluberrima politia, quæ hanc triplicem bonam complectetur. Est autem generale concilii politia talis composita, habens directionem suam ex directione sancti spiritus speciali & promissione Christi magis, quam ex natura aut humana sola industria. In libro quoque de ecclesiastica potestate his addit: Politia est communitas ordinata ad aliquem finem perfectum. Politia ergo uero alia est ecclesiastis, alia autem humana: quæ duplex est prima, quæ appropriato uulgatoque nomine dicitur ecclesiastica: alia secularis, quæ ab Aristotele diuiditur in III. partes, scilicet in regnum, aristocratiā & democratiā. Quid autē sit regnum, praedictum est. Aristocratiā uero est communitas perfecta sub paucis bonis, bonum reipub. per suas leges principaliter intendentibus. Omnis autē politia ecclesiastica, siue dicitur unus, siue pauci, siue plures boni praeesse, dicitur proprie diuina, quia secundum leges supernaturales debet quilibet regulationem accipere, & ita per se ipsum est, quod tres istæ politiae seu species istæ regiminis in ecclesiæ uniantur aliter, quam in politia ciuii, propter diuinam legis unitatem. Considerari igitur debet ecclesiæ, prout insituta est à Christo supra firmam fidei petram ad finem supernalem secundum euangelicam legem & sacram scripturam, secundum quam debet regulari iudicium in fide & moribus. Possumus itaque conformiter ad prædictam Philosophi politiam tripliciter distinctam in naturali regimine, ecclesiæ politian seu gubernationem diuidere, quod alia est Papalis, alia collegialis, alia synodalis seu concilii generalis. Papalis imitatur regalem, collegialis dominorum Cardinalium aristocratiæ, synodalis generalis concilii democratiæ, uel potius est perfecta politia aut gubernatio resultans ex orbus. Præterea, sicut saepe oretenus fassus sum, sicut nunc scripto protestor, multo mihi facilius esse scriptra mea cum scriptis Cancellerij concordare, quæ scripta eius adiuuicem. Ut enim saepe dictum est, ipse frequenter affirmat regime ecclesiæ debet esse monarchicum & regale, nihilominus interdum scribit generale concilium esse efficacissimum regulam, sufficientem quoque & supremum legislatorē ad regimē totius ecclesiæ. Sic ergo summa sunt ista & alia verba ipsius de ista materia, ut sibi mutuo non repugnant. Itaque quod ait ecclesiæ regimen esse monarchicum, dictum uidetur de regime eius primo & cōtinuo, simplici, puro, & quasi suo modo humano. Sic enim Papæ pre-

est ecclesiæ & quantum fieri potest prouidendum est, ut omni tempore aliquis sit Papa in actu: sic uero non oportet semper esse generale concilium, cuius regimē non est simplex, purum, continuum aut solum humanum, sed potius mixtum, interruptum, diuinū, quantum ad necessaria directe ad salutem. Constat autem quod regimē Papale præcessit in ecclesia generalis concilij conuocationem & celebrationem & determinationem. Per hoc soluta est prima obiectio in præcedentis articuli facta exordio. Ad secundam eadem extat solutione, quia generalis concilij est tenendum iudicium, & tempore opportuno est celebrandum concilium, quo expeditius dirigatur ecclesia ac optime gubernetur, loquendo de isto regimine mixto seu democratico. Nihilominus expedit ut semper præsit in ea unus monachus, qui regio regimine principetur in ipsa, quod regimē optimum dicitur, quoniam melius est quavis alia specie gubernationis secundum se solam accepta, ut ex dictis Petri de Alliaco induxit patescit. Mixtum itaque, synodaleque regimē non debet regimē monarchicum Papale excludere. Vnde quoque Cancellarius ait summe esse caendum, ne regimē ecclesiæ negetur esse monarchicum, & ne in aliam speciem gubernationis uertatur, intelligendum est quod non debeat solum esse aristocraticum aut democraticum, ut pura per monarchici exclusionem regiminis. Ad tertiam instantiam, quod non licet Papæ facere tot non obstantias, que prætentid quod concilium sit super Papam, saepe respondit & infra respondebitur clarus. Nunc quoque intantum dicatur, quod concilium in his quæ ad suum directe pertinentia, conceditur quodam modo esse super Papam. Rursus, concilium incontracte acceptum, uidelicet cum actuali, formaliter inclusione Papæ ac dignitatis Papalis, est super Papam, sicut collegium unum cum decano, est super decantem: & Vniuersitas unum cū rectore, super rectorem: generaliterque totum super partem suam, sumendo totum cum actuali partiis de qua agitur inclusione. Rursus, in quantum Papa est deuabilis peccabilis & persona, aut intolerabiliter reus esset, non negatur subesse concilii generalis iudicio. Hęc nunc tetigisse sufficiat, ad aliam respondendo, quod non sit neganda a concilio ex ecclio potestatis supremæ iurisdictionis in his, quæ ad ipsius concilii determinationem atque iudicium proprie pertinent, cui & in talibus autoritas diffinendi discutiendique competit, sicut & Petrus de Alliaco fatetur. Ad sequentem obiectiōnem parebit solutio in sequenti articulo. Ad aliam solutio data est, declarando qualiter concilium super Papam uere esse dicitur, infra tamen plus inde tangentur. Ad ultimam, in qua multa tanguntur, multiplex extat responsio, quæ in primo opusculo prolixe inducta sunt. Ostensum est enim quod sicut ecclesia seu concilium potest in Papam, quo ad ea in quibus est super ipsum, ita & Papa potest in his quæ ad suam pertinent cathedram, tam universali ecclesiæ quam generali concilio condere legem, eis & præst ut caput & pastor. Quod ergo Cancellarius & alii dicunt Papam non posse regulari ecclesiæ, nec posse eidem præcipere, legem statuere, eam ue iudicare, quod etiam de generali concilio parviter assertur dicendum, quod loquuntur de ecclesia, ut synodaliter congregata seu de generali concilio formaliter, ut sic & quo ad supremum ipsius, hoc est, quo ad potissimum quod concilio competit, quod est libere determinare, diffinire & ordinare ea quæ conciliariter sunt tractanda secundum promissam, speratam & inuocatam directionem spiritus sancti. In his etenim Papa non habet potestatem aut præsidentiam coerciuam super concilium, sed magis subiicitur ei. Ratione huius diuinæ directionis præfertur concilium Papæ, propter concilij in talibus in deuibilitatem, certamque regulationem. Nihilominus generale concilium materialiter sumptum, ut est quidam populus Christianus, quædam particularis ecclesia per respectum ad Papam, secundum Petrum de Alliaco est quædam congregatio ouium CHRISTI, seu particulae ouile secundum existentiam suam, quamvis representet uniuersalem ecclesiæ, gensque peccabilis atque damnabilis in propriis factis multipliciter potens errare, damnabiliterque peccare, sicut & alia quavis particularis ecclesia: hoc modo habet, potest & debet a summo pontifice regulari, regi & iudicari, nec ab eius obedientia est exemptum, dum modo nil ei præcipiat quo bonum concilij ualeat aliquatenus impediri. Insuper & ipsum generale concilium, quantum ad ea quæ sunt præparatoria & accessoria ad principales ipsius actus, subiicitur Papæ, ita quod potest concilio & quibuscumque eius personis præcipere ea, quæ uere & indubitanter accommoda sunt concilio ad principale ipsius negotiū exequendum. Vnde propter certam directionem concilij à spiritu sancto, in determinatione & diffinitione eorum quæ ad ipsius concilij pertinentia, non amittit Papa potestatem & prælationem aut

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI LIB. III.

aut iurisdictionem suam super concilium in alijs, quemadmodum si aliqui cōgregationi canonicoe aut religiosorum, seu prouinciali concilio daretur ex gratia spiritali certa infallibilisq; directio spiritus sancti in confuler. id & diffinienda ea, q̄e decanus uel abbas seu praeſul conciliariter tractanda proponeret, suorūq; determinationi stare obligaretur: ob hoc decanus, abbas sive antistes non amitteret autoritatem & præsidentiam suam sup gem suum in alijs. De hoc in primo libello, presertim XXVI. articulo dicta sunt plura. De nīq; quoniam Cancellarius suo tempore scriptis contra quosdam, qui Papam absolute & immoderanter prætulerunt concilio, scilicet contra Petrum de Luna & eius fautores, idcirco satagit ad reprimendum illogi audaciam, autoritatem concilij toris viribus commendare, loquendo de ipso multum formaliter & quo ad supremum, quod competit ei secundum quod consuetudinis est doctorum loqui nōn unq; utruncq; extreme, dum contra errores contrarios disputant. Denique etiam in scriptis canonicis de eadem re quādōq; fit sermo secundum suum superius, ut cum ait Apostolus: Si secundū hominem ad bestias pugnau Ephesi, id est, rationabiliter ut sapientis est hominis, contra bestiales homines disputau in Epheso. Interdum se cundum suum inferius, sicut dum ait: Cum sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis & secundum hominem ambulatis?

Articulus IX. Quod in solo Papa residat subiectio, atq; formaliter, proprie & existentialiter uertex, supremitas & plenitudo ecclesiasticae p̄tatis, & quod in ḡnali cōcilio & in uniuersali ecclesia esse dicat

Questionem, qua queritur, An in solo Romano pontifice sit potestatis ecclesiasticae plenitudo, Petrus de Alliaco in libro de ecclesiastica potestate eleganter determinans, primo sic ait: Iura quae loquuntur de plenitudine ecclesiasticae potestatis, intelliguntur de potestate iurisdictionis, & non de potestate ordinis sacramentalis, quia haec fuit æ qualis in omnibus apostolis. Plenitudo autem potestatis iurisdictionis data est Petro, cum dictū est ei, Pace oves meas. Secundo dico, quod hęc plenitudo potestatis iurisdictionis, proprie loquendo, solum residet in Romano ac summo pontifice Petri successore: quia proprie alij quia potestas dicitur esse in illo, qui illam potest generaliter exercere, & in omnes ministerialiter dispensare, hoc autem est in solo Papa, & non proprie in aliqua communitate, quoniam secundum Philosophum actiones sunt superiorū. Tertio dico, quod huiusmodi plenitudo potestatis, tropice & aliquo modo aq; uoce est in uniuersali ecclesia, & in generali concilio ipsam representante. Pro cuius declaratio nē secundum, q; quātum ad propositum pertinet, aliquid dicitur esse in aliquo tripliciter: Primo, sicut in subiecto, sicut accidentis est in subiecto secundo, ut in obiectō, sicut est factus dicitur esse in sua causa uel in suo fine, quia in illum tendit tanquam ad suum finale obiectum tertio, tanq; in exemplo, sicut res uisa dicitur esse in speculo, & doctrina in libro, quia representatur in eo. Primo modo, plenitudo potestatis ecclesiasticae est in Papa, tanquam in subiecto ipsam recipiente & ministerialiter exercente. Secundo modo est in uniuersali ecclesia tanq; in obiecto ipsam causulter atq; finaliter continentem, quoniam plenitudo hęc non est tantū propter Papam, sed Papa & eius potestas sunt propter ecclesiam, & ordinantur ad eam sicut ad finem, id est, ad eius ædificationem, quia secundum Apostolum hanc potestatē dedit deus in ædificationem, & non in destructionem. Tertio est in generali concilio tanq; in exemplo ipsam representante, atq; realiter dirigētēs quia in Papa abutetur hac potestas in destructionem ecclesiarū, generale cōciliū est exemplum uel spe culū uniuersalem ecclesiarū representans, eiusq; uice & nomine abutulū tale cōfessōns. Hinc quoq; (ut recitat Petrus prefatus) quidā egregius sacrae scripturę doctor Maurici⁹ de Praha, respondit q; plenitudo ecclesiasticae potestatis residat in generali concilio representatione. Deniq; his omnino concordant, quae de hac quæstione Cancellarius dixerit, in locis testatur, siquidem libro suo de ecclesiastica potestate disserit: Potestas ecclesiastica in sua plenitudine est formaliter & subiectio in solo summō pontifice, qui post suam confectionem in sacerdotē & episcopum, habet plenitudinem ecclesiasticae potestatis tam ordinis, q; iurisdictionis utriusq;. Intup ait describendo: Possimus dicere q; plenitudo ecclesiasticae potestatis est potestas ordinis & iurisdictionis, quae à Christo collata est supernaturaliter. Primo, sicut uicario suo & monarcę primo pro se & suis successorib; legitimis usq; in finem seculi, ad ædificationem ecclesiarū propter consecutionem felicitatis ēternę. Item dicit: Potestas ecclesiastica in sua plenitudine est in ecclesia sicut in fine, & sicut in regulante applicationem & usum huiusmodi plenitudinis ecclesiasticae potestatis per

1. Cor. 15.

1. Corin. 5.

Iohan. 21.

Tripliciter
aliquid dic
esse in alij q;

per seipsum uel per generale concilium. Constatataque datam fuisse Petro plenitudo in ecclesiastica potestatis à CHRIS TQ ad ædificationem ecclesiarū. Ideo loquitur Augustinus, quod claves data sunt non uni, sed unitati: & quod data sunt ecclesiarū, quoniam claves datae sunt propter ecclesiarū & unitatem ipsius, tanq; propter finem. At uero in sermone qui incipit, Prosperū iter, sicut nobis Cancellarius notabiliter ait: In concilio Papalis potestas includitur, quanuus aliter sit haec potestas in Papa, aliter in concilio: sicut claves aliter datae sunt Petro, aliter ecclesiarū. Vnde concilium in multis quae Papam respicit, habet autoritatem consiliariam & dictatiuam, Papa autē exercitatiuam. Non enim posset concilium per se ipsum absoluere in foro conscientiae, aut pres byteros ordinare, uel corpus Christi conficer, aut infideles manu armata debellare, sed ad ipsum spectat in iusmodi confulere uel dictare, cuius dictaminī qui contumaciter repugnat, spiritus sancto repugnat, cuius est ipsum concilium in consulendo & dictando dirigere. Huius exemplū est in homine, in quo ratio potestatem habet dictatiuam & consiliariam, voluntas autem exercitum habet & directionem.

Articulus X. Confirmatio quorundam uerborum in primo opusculo conten torum, ex dictis in precedenti articulo.

Scripsi in primo tractatulo Articulo XXVI. quemadmodum ad quæstionem qua queritur, An concilium sit super Papam, an potius econuerso, quidam nunc absolute loquendo audacter respondent, q; generale cōciliū sit super Papam, itemq; maioris p̄tatis & autoritatis q̄ ille, etiam loquendo de cōcilio & Papa seorsum acceptis seu cōsideratis, qbus uerbis adieci: Verū quia hucusq; probatū & tentū est, q; Papa sit totius ac uniuersalis ecclesiarū etiā simul sumptae, non solum diuīsim acceptae pastor sumusq; pontifex, prælatus & caput, potestatis plenitudinem habens, uidetur periculofum tam absolute simpliciter q; afferere, q; concilium sit super Papam, loquendo appropriare de maiestate, dignitate & potestate ad dona gratiae gratis datae pertinente. Moderantis ergo loquendo arbitror respondendum, q; ibi sit excedens & excessum, ita q; in aliquibus concilium est super Papam, & in aliquibus econuerso: quod quo dixerim sensu, s̄ a p̄tus tactum est. Itaq; uerbum istud aliquibus displiceret, afferentibus in constatensiōnē concilio hoc esse conciliariter determinatum, q; concilium sit super Papam, sed ad hoc iam dedi responsum, quia degnali concilio formaliter sumpto, & quo ad supremum quod competit ei, scilicet iudicare & diffinire secundū directionem sp̄uſsancti in causis p̄cipuis ad eius forum spectantibus, dictū & intelligendū est hoc, & q; Papa subiectur determinationi cōciliū, nō ut monarca & supremus hierarcha uniuersalis ecclesiarū, sed ut deuotiss, rea, p̄cabilis ue persona, & ut quidam ipsius ecclesiarū Cancellarius, hoc est, in quantum inferior, non in quantum superior, ut ibi plenius dictum est, & infra tāgetur. Porro q; papa sit nihilominus potestatis & iurisdictionis supremæ autoritate decoratus in terra in his, quae & quantum ad suam pertinent cathedralē super totam ecclesiam, ex dictis in precedenti articulo demonstratur. Accidentis nanq; suum subiectum, in quo realiter formaliter q; consitit, potissimum denominat atq; uerissime, iudicem & propriissime, p̄fectum cū accidentis esse sit. Cū ergo iam dictū sit, q; ecclesiastice p̄tatis plenitudo in solo summō pontifice subiecte sit, existentialiter atq; formaliter, cōstat q; eum duntaxat uerissime propriissime q; denoīt ergo & ei (scilicet Papae) tantum taliter conuenit, quātum ad ipsius pontificiū aē magisteriū spectat. Prēterea in precedentibus habitū est libellis, q; potestas dignitasq; papalis uniuersas cæteras ecclesiasticas dignitates & potestates uirtutaliter in se comprehendit & continet, etiā sublimiori p̄fectiori modo q; in alijs illę confitānt, sicut in toto potestatis pars p̄tia suā prior inferioris p̄fectionem includit, & aliquid supaddit secundū Albertū in libro de IIII. coequētis, qd & Thomasius quartū Sententias testatur: Nō ergo absolute loquēdo concedendū uide, q; in uniuersali ecclesia aut in ḡnali cōcilio sit maior plenior ue p̄tis, q; in p̄tifice summo, loquēdo de p̄tate hac iurisdictionis & p̄latutę. Hinc oēs antiqui & sancti p̄tēs, catholici q; doctores cōcorditer sunt locuti, q; plenitudo potestatis in solo sit Papa. Prēterea si plenitudo hęc est aliquid unum simpliciter, non aggregatiue, non poterit subiectio cōfessōns in uno eodē numero matens, & hoc subiectū utiq; summus p̄tis rite cōfessō. Ideo afferit S. Cyrilus, q; Ch̄s soli Petro nulli alteri qd suū est, plenum dedit. Vnde & Cancellarius protestatur: Ex cōsideratione potestatis huius Papa lis stupendae & miraculose, impatores & reges procūbunt ad oscula pedū Papae, & prius sancti patres miris modis extulerunt eundem.

Rt Arti-

Cyrillus.

Articulus XL. Obiectio cōtra p̄ehabita, ubi designatur & alius sensus, secundum quem potestas Papae ab aliquibus minor dicitur potestate uniuersalisecclesiastice. Item q̄ de concordātia & intelligētia q̄rundā uerborū Cancellarij, que tibi inuicē uident̄ cōraria.

Dictum est quemadmodum in solo domino Papā sit subiectiue atq̄ formaliter potestatis ecclasiastice plenitudo, qua in ecclesiā maior & plenior esse nequit, cum plenitudo alia sit uertex ac supremitas ecclasiastice potestatis, ut Cancellarius loquitur. Sed obuiare uideatur quod libro de ecclasiastica potestate Petrus de Alliaco profatur: Errores contra fidem magis damnari debent auctoritate concilii generalis, aut per ipsum ḡiale concilii ab ipso expressione Papae sub hac forma, Sacrosanctum concilium damnat & reprobat &c. q̄ per summū pontificem sub hac formā in aliquibus cōcilijs consueta: Nos sacrosancto approbatē concilio damnamus. Ratio huius est, quia concilium maius est Papa, cum sit totū, & Papa pars eius: totū autem maius est sua parte. Denovo ait: Concilium presente Papa a quo ipsum concilium est uocatum, est uelut unū corpus mysti cum, cuius Papa est caput, et alijs sunt membra. Idcirco secundū quodam nō solū fallit, sed etiā fatū effet dicere, q̄ maius sit auctoritas unius partis scilicet Papae, q̄ totū corporis pura concilij. Rursus sic scribit: Omne totū est maius sua parte, loquendo de toto respectu suarū partiū integraliū: sed Papa est pars concilij, sicut caput pars corporis. Pr̄terea Cancellarius libro de ecclasiastice p̄tatis differuit: Plenitudo ecclasiastice p̄tatis si cōsideret in sua latitudine, non est in solo Papa, nisi q̄dammodo fontaliter, p̄tatiue & originaliter suo modo. Hec enim latitudine de p̄tatis complectit in se oēs p̄tates ecclasiasticas collectivē à summo usq̄ deorsum, estiq̄ in eis plenitudo ecclasiastice p̄tatis Papalis, tanq̄ pars integrals in suo toto: & ita nō est maius, sup̄ior ad totam ecclesiā, sicut nec pars maius est suo toto. Si uero consideretur hec plenitudo in sua supremitate, tunc absq̄ illa dubitatione plenitudo ecclasiastice potestatis Papalis maior & sup̄ior est ad reliquias. Superius quoq̄ inductum est, quomodo secundū Cancellarium multosq̄ alios, potestas generalis concilij potestati Papali preferunt. Verum hæc quantum capere que, in primo clarissime sunt soluta libelio. Certum est enim quod totū maius sit sua parte, loquēdo de toto prout uniuersas & singulas sui partes includit. Si aut̄ totum sumatur cum quadam contractione seu restriktione, puta pro toto residuo quod est p̄ter quācunq; ipsius partem, qua dicitur maius, tunc totum non semper maius est sua parte, nec in his quibus totū & pars proprie, nec in his quibus metaphorice competunt, ut cū dicimus corporale hoīs caput toti eius corpori p̄mettere, alti⁹ esse atq; influere, solum hoc caput p̄titaliter, virtualiter ac influētāliter, forsan & dignitate, ac perfectione toti residuo eminet, similiter rectō toti uniuersitatē, decanus collegio, abbas conuentū. Itaq; si de uniuersali ecclesiā seu generali concilio loquamur, pro ut Papā p̄titaliter formaliter q̄ includit, sicut dū Papa existente dicimus, q̄ Christus sic caput ecclesiā, sic utiq; ecclesiā & concilium maius est Papa, sicut collegiū cum decano & uniuersitas cum rectō, maius est solo decano & solo rectō. sicq; Petrus de Alliaco assertens concilium super Papam, sumit concilium cum Papae inclusione formaliter & actu ali. sicq; simpliciter uerum est, concilium esse super Papam. Si uero sumatur concilium cū Papae inclusione, hoc est, pro illo residuo p̄ter Papam, sicut cum ait hic Petrus, & in Decreto habetur, q̄ Papa est caput concilij, & concilium per comparationē ad Papā est quodam particularis ecclesiā, sic in alijs concilium est sup Papam, & in alijs econuerso, ut declaratū est Iep̄ius, sicut in q̄busdam decanus est sup collegiū, & in alijs ecōuerso, sumēdo collegiū pro residuo illo canonicoz: cōtra decanū. Pr̄terea si q̄s absq̄ h̄mōi distinctione ex p̄inducta auctoritate qua totū dicitur maius sua parte, grosse ac ruditer conclude, re uellet, similiter ratione sequeret q̄ omnis politia, oīs cōmunitas, oīs congregatio esset abſolute loquēdo sup suū p̄sidentē, p̄salatū aut p̄ncipē, ut regnū sup regem, dieceſis sup episcopū, conuentus sup abbatem, quod q̄ insipienter resonet quis non p̄ficit? Porro ad argumentum ex uerbis Cancellarij sumptum, est respondendū q̄ in ista auctoritate loquitur de plenitidine ecclasiastice p̄tatis, nō secundum eius essentiā p̄cile, cū sic sit subiectiue in solo summo p̄tifice, sed loquitur de ea quodā uniuersa quā virtualiter continet, inō potius de ipsa tota ecclasiastica potestate in sua latitudine sumpta, cuius Papalis potestas q̄dammodo pars est, minorq; illa secundū quod illa accipit cum actuali & formalī inclusione p̄tatis Papalis, que tamē secundum se sumpta, maior est tota illa residua, sicut & Cancellarius inuit. Quod autem ista solutio uera sit atq; de mente huius doctoris, constat ex eo quod in

17. dist. e. re-
gula & c.
malitia

libro de ecclasiastica unitate testatur: Nolumus (inquietus) impugnare quin summi potestas habeat potestatem regitiū & auctoritatem respectu omnium hominum, quantum Christus uoluit & cognovit esse expediens ipsi dare pro exercendo eam, non pro se tantummodo, sed magis ad utilitatem ecclesiæ, qualem auctoritatem non habet totum ecclesiæ residuum, nisi intimatiue quodammodo uel electiue. Sed contra p̄ehabita duo occurunt nunc argumenta: dictum est enim quod generale concilium accipi possit quasi contracte cum conclusione Papae potestatis eius, seu pro illo residuo circa uel p̄ter Papā. Rursus iam dictum est, quod tota potestas ecclasiastica in sua latitudine sumpta, maior est sola potestate Papali. Contra primum obiicitur: Cum Cancellarius dixisset, quod plenitudo ecclasiastice potestatis in sua supremitate major arque sup̄ior est ad reliquias, mox adiecit, quod iam id quod reliquum est, nullo pacto potest refringere generale concilium, quoniam generale concilium in sua ratione formaliter includit de necessitate auctoritatem Papalem, siue Papa sit, siue non sit. Et respondendum, quod huius argumenti solutio ex iustis doctoris sumenda est uerbis. Cum enim secundum ipsum propriè in potestatis Papali seu plenitudo ecclasiastice potestatis formaliter sit Papa, certum est quod Papa nō existente, nec Papalis auctoritas seu potestas sit actualiter siue realiter in quocunq; sub sole. Idcirco generale concilium non ita in sua ratione formaliter includit Papam aut eius auctoritatem, ut esse non ualeat, nisi in ipso realiter ac existētialiter includatur: & sic Papa uel eius potestas, praeterim cum secundū huius ipsum doctorem, in multis casib; possit convocari & celebrari generale concilium Papa non existente uel etiam renidente, ita de ratione generalis concilij est, ut Papalem auctoritatem includat eo modo, quo doctor iste & Petrus de Alliaco assertant, hanc auctoritatem seu potestatis plenitudinem esse in generali concilio, utputa representatiue atq; insituatiue ac electiue & directiue seu dictatiue quia in secunda radice: quia concilium uice totius ecclesiæ in casu potest sibi prouidere de Papa per electionem, quamvis ipsa auctoritas efficientialiter sit immediate à deo, sed & sup̄ plenitudo ac ap̄titudinaliter, seu quodammodo uirtualiter constituitur in concilio de necessitate ista auctorita, cum generale concilium debeat ex omni statu hierarchico, in quo Papalis auctoritas summa & prima est, esse collectum. Hinc Petrus de Alliaco fatur: Vniuersalis ecclesiæ uel congregatio ipsam representans, originaliter & principaliter habet à Christo ius eligendi sibi caput, Papam siue rectorem, cuius tamen capitū auctoritas seu potestas non ab ecclesiā, sed à CHRISTO immediate dependet. Denique, ex his reor paterē, quod in libro de ecclasiastica potestate Cancellarius ait: Potestas ecclasiastica considerari potest & debet tripliciter: Primo, formaliter in se & absoleto sine respectu secundo, materialiter & respectiue, prout applicatur ad hanc uel illam personam tertio, quod ad exercitū uel executionē. Primo modo potestasista est inuariabilis & eadem à principio nascientis ecclesiæ usque in finem perseverat. Ecclesiā siquidem dum sic consideratur in suis partibus essentialibus & permanentibus, quae sunt Papatus, Cardinalatus, Patriarchatus, Archiepiscopatus, Episcopatus, sacerdotium, habet integrari ex his omnibus, ita q̄ ablati penitus una huicmodi potestate, iam nō manet ecclesiā prout à Christo seminatur, & uelut in quodam germe suo perfecte fuit instituta, ut si Papatus per imaginatiōnem preficiatur à reliquis potestatis inferioribus, id quod sup̄ereft, non dicetur ecclesiā. Proinde sequitur, si generale concilium representet uniuersalem ecclesiā sufficienter & integrē, necesse est ut includat auctoritatem Papalem, siue Papa sit, siue esse desiratur per mortem naturaleē sive ciuilē. Postremo, contra secundum ita obiicitur: Quoniam iuxta p̄ehabita, dignitas & potestas ipsa Papalis ceteras uniuersas ecclasiasticas potestates & dignitates uirtualiter altiorē modo quā in alijs, sic continet, comprehendit, includit, quomodo ergo aliae simul cum ea maiores sunt ea? Et respondendum quod licet hoc uerum sit, non tamen Papatus omnifarie aliarum potestatum illarum p̄ficiōnes complectitur & includit, sed uerbum illud (quantum ad hoc) uerum est, quod cum id quod est in aliquo, est in eo secundum modum eius in quo est ipse quia Papa summus est in ecclasiastica hierarchia, & uniuersa ecclasiastica potestates in ipso habent esse quodammodo dignius atque simplicius, seu modum simpliciorem & digniorem, quām in ceteris uniuersis, sicut & res creatae secundum Augustinum dicuntur uerius esse habere in deo, quām in seipsis, quia in deo habent esse ideale, inuariabile, in creatum non tamen omnifacile habent uerius esse in deo, quām in ipso non habent esse ratum, creatum, propriæ sp̄eciæ cum proprietatibus suis. Parformiter ecclasiastica potestates in ceteris habent esse

Potestas ecclasiastica
potestatis
materialiter &
respectiue

magis determinatum, distinctum, diuisum cum usu seu actibus proportionatis & propriis, quam in Papa duntaxat. Idcirco Cancellarius scribit non tanter, quod ecclesiastica potestas sit in ecclesia maior quam in Papa, quantum ad extensionem & latitudinem exercitum, huiuscmodi potestatis.

Articulus XII. Contra eos qui dicunt non preesse summum pontificem totius ac uniuersali ecclesie, & de resolutione positionis illogae ac reprobatione eiusdem.

Multo iam dicunt, in modo & quaedam Vniuersitates nunc scribunt, quod Papa non prescit uniuersali ecclesie, nec potestate ac iurisdictionem aliquam habeat super ea, sed solum sit filius eius, discipulus & minister, non pater, magister aut dominus, & quod cuncti legitur quod prescit totius & uniuersali ecclesie, dicunt esse intelligendum diuisum seu distributivum, ita quod cuncti particulari ecclesie seu cuiuslibet ecclesiasticae personae praefideant, non totius ecclesiae coniunctum suscepimus, & per consequens nec generali concilio illarum representanti. Quoniam autem contra hanc adiunctionem introductam sunt plurime autoritates & rationes in I. & II. libellis, nunc tamen aliqua sunt addenda. Primo quippe ex illa positione sequeretur, quod absolute loquendo, plenitudo ecclesiasticae potestatis non esset subiective & formaliter atque realiter in solo summo pontifice, in modo uerius magis proprie & item realius, in modo & subiective esset in generali seu in uniuersali ecclesie, cui oppositum paulo ante ex dictis Petri de Alliaco & Cancellarij est probatum, qui huius oppositum apertissime magistratiter quod determinat. Cosequentia in probatur, quoniam altior, maior & plenior est potestas in superiori ac iudice, in patre, magistro ac domino, seu in matre, magistrata domina, quam in inferiori ac in dicando, in seruo, discipulo & ministro. Cum ergo secundum opinionem praetexta ecclesia uniuersalis seu synodaliter congregata, sit absolute super Papam, habet super eum priorem & iurisdictionem tanquam super simpliciter inferiorem ac subditum & tanquam super discipulum, filium & ministrum, consequitur quod absolute loquendo ecclesiastice plenitudo sit uerius, realius atque formalius in ecclesia & concilio, quam in Papa, magis quod denominet concilium uel ecclesiam quam Papam: & sic subiective insit concilio siue ecclesia, cuius oppositum praefati doctores clarissime scribunt, quorum solidissimi omnibus sancto patrum ueterum ac doctorum consonant documenta. Nempe statim huiusmodi opinione, Christus nec Petro nec soli Petro quod suum est plenum dedisset, cuius oppositum docet beatus Cyrillus patriarcha Alexandrinus, & Cyrillus Ierosolymitanus patriarcha affirmat, quod Christus cum Petro & successoribus eius futurus fuit & sit sacramento & auctoritate plenariae: hoc Theophilus Chrysostomus quod testantur, quorum testimonia in primo opusculo sunt inducta. Præterea, si dicatur quod in Papa sit ecclesiasticae plenitudo non respectu uniuersalis, sed cuncte particularis ecclesiae ac personæ, mox sequitur quod in Papa non sit plenitudo ecclesiasticae potestatis, nisi secundum quid. In generali autem concilio seu in ecclesia simpliciter sit ponenda, sicut potestatis huius plenitudo non erit in concilio uel ecclesiastice & finaliter, insinuatue, electiue, solum, sed subiective, ut propter atque formaliter, cuius contrarium ex preallegatis doctoribus est ostendit. Accidens enim maxime realiter ac propriissime est in suo subiecto. Insuper, si absolute loquendo haec potestas est uere, subiective, realiter ac formaliter in concilio, queratur, an subiectio sit in uno supposito conciliari, an in pluribus aut in omnibus ut taliter congregatis si in uno quoniam tam non sit Papa (iam enim sumo nomen generalis concilii sicut doctoris illi hoc sumunt, dum quarantam ecclesiasticae potestatis plenitudo sit in generali concilio, an in Papa) Si itaque sit in huiusmodi uno, iam consequens erit quod aliqua sit persona in ecclesia habens potestatem iurisdictionis maiorem quam Papa, quod nullum reor dictum. Si uero dicatur esse in pluribus, aut in omnibus illis suppositis simul collectis, primo sequitur quod potestas illa non sit aliquid unum simpliciter, sed cōgregative, sicut exercitus & corporalis fortitudo ipsius: & sic talis potestas non posset in quemlibet actu ecclesiasticae potestatis, quia non posset in consecrationem corporis CHRISTI, neque in aliis actibus pure sacramentales, qui exercerent non possunt nisi a singulari persona, sed hoc plenitudini ecclesiastice potestatis repugnat. In uno ergo supposito ea subiective formaliter quod locare oportet, præsertim cum Cancellarius eam diffiniens dicat, quod sit supernaturalis potestas a CHRISTO collata Petro & successoribus eius, sicut de ratione ipsius est, ut in uno confitatur supposito. Denique, si esset in pluribus aut omnibus illis personis, ut synodaliter congregatis, sequeretur quod finito ac dissoluto concilio, summa illa ecclesiastica potestas actualiter esse defineret, sic que uniuersalis ecclesia in gradu & ordine

Solutio

Suppositum
iis post Pe-
tro & succe-
soribus a chi-
sto collata.

potestatio hierarchico imperfecta maneret, quod in creatura sapientia ordinatio utique degrogaret, cuius perfecta & ordinata sunt opera. Præterea, uniuersali ecclesie simul sumptus seu collectiue considerate perfectius contineat nomen ratione ecclesie, quam ecclesia diuisum accepte, seu cunctis particulari ecclesie. Siquidem de illa, non de ista uerificatur indubitanter, quod ecclesia dicitur esse semper in gratia, nec errare possit in fide. Si ergo non Papa, sed generali concilio habet iurisdictionem super uniuersalem ecclesiam coniunctum pensat, ita quod dis soluto concilio uniuersalis ecclesie collectiue considerata, proprie obligatur ad statuta & ordinationes generalis concilij, non est autem ad aliquem canonem, legem seu constitutionem summi pontificis, sequitur uerius ac magis proprie dici posse, quod ecclesia militans sit regenda regime democratico quo plurimi praesunt, quam monarchico & regali, quo toti communiciati presidet unus, cuius oppositum ex omnium sanctorum atque doctorum auctoritatibus sententia est ostentum: in modo secundum opinionem praetextam uideretur ualde peritura, rationale & necesse, quod iugiter sine interruptione celebraretur generale concilium, quod uniuersalis ecclesie reformationi, dispositioni atque profectui incessabiliter prouideret, atque ad quod regulariter in omni calu posset a summo pontifice appellari, & tunc ulterius forsitan expediret cessare tam Papam, quam curiam eius, præsertim ne inter Papam eiusque curiam, & inter generale concilium altercatio oriretur, & præcipue quia generale concilium uideretur sufficere. Sed quia haec dicere absurdissimum & contra Christi institutionem est, absurdum est assertio, ex qua talia cosequuntur. Postremo Petrus de Alliaco sic probat quod in solo Papa sit plenitudo ecclesiasticae potestatis: Quaelibet particularis ecclesiastica potestas est uel esse potest in Papa, quæ nec est uel esse potest in uniuersali aut quacunque particulari ecclesie aut collegio. Papa enim potest quamlibet ecclesiasticam potestatem exercere, quod non potest uniuersalis ecclesie aut quocunque particulari collegium. Nam ut de exercicio ceterarum ecclesiasticarum potestatu taceamus, sufficit dare exemplum de potestate consecrandi corpus Christi, uel altera potestate pure sacramentali, quoniam constat quod talis exerceri non potest nisi a singulari persona.

Articulus XIII. De multiplici acceptione ecclesie, & quomodo intelligendum sit quod Papa dicitur præesse totius ac uniuersali ecclesie.

Multipliciter eiudem nominis significacionem non attendentes, multifarie celeriter falluntur, quemadmodum etiam ait Philosopher, quod ignorantes termino rum acceptancem, defacili paralogizant. Itaque ad intelligendum quo sensu uiri sancti & summi pontifices, catholici & doctores testati sunt Papæ præesse totius & uniuersali ecclesie, oportet aduertere quod nomen ecclesie multipliciter sumitur: Primum pro ecclesia materiali, sicut cum dicimus quod episcoporum est cōsecrare ecclesias, sicut ad Corinthios ait Apostolus. Nunquid domos non habetis ad manducandum, aut ecclesia dei conuenit? Secundo accipit, prout contra synagogam distinguitur, sicut dum affirmatus in principio nascens ecclesie, seu in primitiva ecclesia oia in Ierusalem fidibus suis com munia, sicut fideles noui testamenti ad ecclesiam pertinet. Tertio sumitur pro uniuersis fidelibus, quod a principio mundi fuerunt & nunc sunt, & usque in fine seculi sunt uenituri & ita in homilia de parabola euangelica uineae dicit Gregorius, quod ecclesia ab Abel usque ad ultimum in fine mundi nascitur, electum, quot bonos proluit, tot quasi palmites misit, sicut primo libro contra Donatistas Augustinus dicit: A principio mundi quæ peperit Abel & Enoch & Noe & Abraham, ipsa peperit Moyse & prophetas, & quæ istos ipsa etiā peperit apostolos & martyres & omnes Christianos. Omnes enim hi societate unius populi continetur, & eiudem ciuitatis sunt ciues. Quarto accipit pro uniuersitate electorum seu deum amantium, in quibus omnibus amor dei unam efficit ciuitatem siue ecclesiam, & ista tam comprehensores quam uiatores, hoc est, tam triumphatitem quam militantem ecclesiam comprehendit. Sicque in quadam homilia de Pentecoste excellentissimis laudibus laudat ecclesiam sanctus Chrysostomus, dicens quod charior sit deo celo & terra, angelis, apostolis & prophetis, & quod isti fuerunt & missi sunt per ecclesiam. Quinto ecclesia cum quadam restrictione seu cōtractione accipit, pro parte populi Christiani ad diuinum obsecrium quodam speciali signaculo deputati. Unde in libro de ecclesiastica potestate Cancellarius ait: Ecclesia hic contracte sumitur, dum loquimur de ecclesiastica potestate, pro illis qui speciali signaculo dedicati sunt ad diuinum seruitum à clero, quæ infimum tenet gradum usque ad supremum, quo Papa decoratur sic dici solet, quod ecclesia non utitur gladio materiali, sic quoque de libertate ecclesie agitur sermo. Sexto ecclesia sumitur pro uniuersis

Ecclesia non potest creare in fide.

Omnibus aucto-
ritatis docto-
rum sententia
Papa esse
super geniale
concilium.

In solo Papa
sit pleniu-
do potestatis.

Ecclesia mul-
tipliciter ac-
cepitur.

i. Cor. ii.
Ad. 2.

Augustinus

Chrysosto-
mus.

fidelibus eodem tempore existentibus: sicq; secundum Thomam in tertia parte Papa dicitur praesesse ecclesie, id est, cunctis qui suo tempore sunt Christianis, quod tamen intelligendum est per sumptus exclusionem. Non enim suipius est caput & pontifex. Itaq; dum Papa dicitur presidere toti & uniuersali ecclesie, sensus est q; presidet toti illi residuo populo Christiano, qui est citra ipsum. Vnde & in tali locutione uniuersalis seu tota ecclesia, cu; aliquanta contradictione accipitur, puta pro toto ouili uicarialis summi pontificis. Poteat & septimo incontracte accipi pro ouili simul cum summo eius uicario capite. Sicq; totius militantis ecclesiae caput principale est Christus, qui etiam particularium ecclesiarum ac fidelium perfonarum principale caput cestum. Interdum quoq; sumitur uniuersalis ecclesia pro toto Christiani populi residuo, prae ter Romanam illam particulariem ecclesiam sicut in libris contra Donatistas Augustinus interdum sumit uniuersalem ecclesiam. Insup, ecclesia interdum pro particulari ecclesia sumitur, ut cu; dicimus episcopos esse sponsos ecclesiae, qmiam unusquisq; illorum spousus est ecclesiae sibi commissa, cu; quam matrimonium spuale contraxit. Rursus ecclesia quandoq; pro ecclasiastico iudice seu prelato accipitur. Vnde & illud in euangelio, Dic ecclesia, Chrysostomus, Thomas, Durandus, Gorra, plurim; resq; alij de ecclasiastico iudice interpretantur: sicq; ecclesia interdum pro summo pontifice sumitur, qui secundum Petrum de Alliaco uniuersale aliquando ecclesia representat, quā teste Augustino & Petrus apostolus representavit, cu; dictū est ei, Tibi dabo claves regni cœlorum. Et ita quod summi pontifices statuerunt, ecclesia dicitur statuisse, ut cum in ferme de sacramento Vrbanus Papa testatur, q; ipsa mater ecclesia festum omnium sanctorum statuit celebrandum: sic quoq; uidetur nihil posse concedi, q; ecclesia habeat plenius dinem potestatis, uidelicet ratione sui summi pontificis, & per actualē atq; formalem in clusionem ipsius. Vnde & Augustinus differuit, q; ecclesia Christi sponsa om̄em sui habet domaini potestatem. Postremo ecclesia impræcissime pro prauorum collectione accipit, iuxta quod scriptū est: Odii ecclesiam malignantū. Hęc omnia breuitati studens tangit magis q; proseq̄, uarias allegationes omittens.

Articulus XIII. Contra responsum quorundam, qua conantur plurimas rationes & autoritates uadere, quibus in precedebus opusculis est probatū, q; toti & uniuersali ecclesie presit dominus Papa.

Toti cap*tripliciter.* **I**ntroductæ sunt in prioribus duobus tractatulis, præsertim in primo, plurim; autoritates rationesq; sanctorum patrum ac catholicorum doctorum, præcipue Bernardi & Thome, in quibus ubertim affertur, multipliciter probatur, quod toti & uniuersali ecclesie presit Papa, & q; absolute ac indistincte Christus totas oves suas Petruo communiferit. Verum ut intellixi, huiusmodi argumēta quidam hoc modo nūs est foli uere: Totum capitur tripliciter: primo categorice, & sic tantum ualeat sicut qd habet partis: alio modo sumitur syncategoretice, & sic tantum ualeat sicut singulæ partes: tertio modo capitur partim sic & partim sic, & tunc totū ualeat tārum, id est, hoc & nihil eius qu & hoc, sicq; conceditur ista propositio: Totū qd est in mundo, est in oculo tuo, dato qd in eo sit una arena. Vnde secundo modo sumēdo totū, concedo Christum secundū Bernardū Petro cōmississe totas oves, quia tunc tantū est dicere totas oves, id est, om̄es similiū seu coniunctū acceptas, q; faciunt unam totā ecclesiam, quae habet partiales ecclesiæ: & sic de eo totam ecclesie similiū sumptū, in qua necessario Papa includit totū om̄ibus mēbris officiis Christi curę immediate subiacere, & ipsum esse immediatū caput illius, & cu; ea unum mysticum constitutuere corpus, sicut in Christo ecclesia, sicut arca quondam uelut in uno cubito consummatur. Haec est illius responsio, quam non esse idoneam, sed simplicius deceptiua, primo ex beatissimi uerbis Bernardi ostendam. Ait egem sanctus ille secundo de Consideratione, q; Christus committens unū (utputa Petro) oves suas, unitate omnibus commendauit in uno grege & in uno pastore. Et addit: Vbi unitas, ibi perfectio. Ex hoc Bernardi testimonio, intelligenti & considerare uolenti atque ualentι certissime innotescit, quod cum Bernardus affirmat CHRISTVM Petro commississe totas oves, sic accipit totas oves, quomodo tota oves sunt unus gressus. Alias Christus unitatem non commendasset in uno grege, sed tota oves non sunt unus gressus, nisi sumendo totum categorice, putaeos coniunctū sumendo ac similiū, diuisim enim accepte, sunt plures greges, sicut & plures ecclesiæ, & diuersos habet speciales propriosq; pastores, nō ergo illa respondeat secundū mentē Bernardi pcedit. Deniq; ex his claret, q; secundū Bernardū tota oves sunt unus gressus sub pastore uno, scilicet Papa, ordinata ac pfecte disposita, quia ubi uni-

128

DE AVTORITA. PAPÆ ET GENERA. CONCIL. 366
tas, ibi perfectio, iuxta illud: Vna est colubamea, formosa mea, perfecta mea; sed totæ oves non sunt unus gressus sub Papa, nec in unitate tā formose dispositus gressus nisi simul accepte: ergo simul acceptis presidet Christi uicarius Papa, & prout totū categoricē sumitur. Intuper iuxta præhabita ait Bernardus ad Papā: Tibi una est cōmissa grandissima nauis, facta ex omnibus, ipsa uniuersalis ecclesia toto orbe diffusa. Hic per granissimā nauē ex oībus factā intelligit (sicut proprio ore exposuit) totā & maximā seu uniuersalem ecclesiam ex omnibus factam. Quid autē uniuersalem ecclesiam ex omnibus factā, nisi ex oībus cōpositā, integratā, cōstantem: & hoc rursus qd est, nisi ex omni collectā sue coniunctā: Etem uniuerlum seu totum ex omnibus esse factum, nō est aliud nisi ipsum ex suis partibus esse cōpositum, integratum, cōiunctum, hoc est, simul acceptū seu coniunctū & pariter sumptū: Uniuersalis ergo ecclesia ex oībus particularibus ecclesijs cōgregata, coniunctū accepta, seu simul uel pariter sumpta, summo pōtifici est cōmissa, ergo & p̄fēct eidē, ut uer⁹ pastor & unicus Christi uicarius sicut Bernardus clarissime docet, & ex intentione multipliciter probat: nec est effugere, si quis uerba ipsius acutae prospiciat & penetratue cōsideret. Amplius, ipsa abstracta potissime significant p modum unitatis & formæ, ideo diuersa ac plurimā ab stractiō non proprie exprimitur, nisi inquantū coniunctū accipiūtur atq; in quā unitatis formā redacta sunt. Cum ergo de diuersis fidelibus, imo potius de cunctis hominibus Bernardus loquatur ad Papā: Tibi uniuersitas est cōmissa: palā qud om̄ibus coniunctū præsideat: nepe scđ in Bernardum, etiam infidelibus, Iudeis atq; gētibus Papa est debitor. Postremo ait Bernardus: Quia Papa cōmissus est mundus, & qud suscepit ipsum seculū gubernandū, ita q; orbe exēndū est ei, qui uult inuenire quae non ad papam pertineant curā. Quonodo ergo gens quādam in certa residiē ciuitate afferit se ad Papam tanquam ad sui pastoris curam uon pertinere, quasi subiecta sit illi in aliquo, imo potius, qud ille sit ei absolute loquendo subiectus. Et qud uniuersalis ecclesia coniunctū accepta, quae utiq; sic accepta demorat uel potius prognatur in terra, ad Papam nō priuet curam: Hęc ex uerbis Bernardi contra prætractā euāsiōnē fint dicta. Prēterea q; Thomas in Summa contra gentiles & alibi afferendo atq; probando, q; Papa præfēct toti & uniuersali ecclesiæ, intellegit hoc, prout totū categoricē sumit, & prout uniuersalis ecclesia coniunctū accipit, in primo opusculo clare, clarius in scđo, & nūc clarissime est probandum: nē pe quarto libro Sūmæ cōtra gētiles, primo sic arguit: Sicut est una ecclesia, ita oportet esse unū populum Christianū: sicut ergo in uno spēali populo unius ecclesiæ requiriūt unius episcopus, qui sit totius illius populi caput: ita in toto populo Christiano requiritur, q; sit unustotius ecclesiæ caput. In his uerbis Thomas insinuat, q; sicut seu eo modo quo tota ecclesia una est, & torus populus Christianus d̄ unus, cōpetat ecclesiæ & populo isti unū habere caput, pontificē & pastore cōmūnem. I. Papam: Ecclesia autē tota non est una, nec populus Christianus est unus nisi collectiū sue coniunctū sumāt uniuersi fideles, ergo & coniunctū omnibus præfēt Papa. Rursus, epi gregibus sibi cōmissis tā coniunctū qd diuīsim acceptis p̄fēcte noscuntur, ergo & Papa taliter omnibus præfēt Christiānis: c̄ Thoma testē, Papa sic præfēt toti populo Christiano, sicut unus episcopus toti populo sibi cōmisso. Amplius, libro præallegato Thomas in 2. argumēto inter cetera loquit: Ad unitatē ecclesiæ requirif, q; oēs fideles in fide cōueniant: & addit, q; per diuersitatem sentētiā diuīdere ecclesiā, nisi per unius (puta pontificis summi) sentētiā in fidei unitate conseruaret. Idcirco ad unitatē hāc fidei atq; ecclesiæ conseruandā regrit, q; unus. I. Papa toti præfēt ecclesiæ. Ex his itaq; arguitur: Ad fidei unitatē tota ecclesia coniunctū oēsc̄ Christiani collectiū tenetur, & ideo solū diuīsim. Cū ergo Papa ad hoc præfēt ecclesiæ, ut hāc in ea unitas conserueret, oportet ut sic præfēt ecclesiæ, quā magis cōgruū, imo & opportunū est eū illi præfēsse, ad hoc q; hāc fidei unitatē, quantū ad suū spectat officium, in ea cōseruet: sed ad hoc ecclesiæ est ut habeat autoritatē codendi legē, doctrinā seu cōstitutionē, ad quā uniuersi Christifeles etiā cōiunctū atq; cōcorditer teneantur; aliter unitatē hāc cōseruare nō possit, cu; ad eā oēs pariter obligētur fideles. Hinc sequit, q; sup uniuersam Christianitatem dñs Papa habeat p̄fēctū, p̄lationē & iurisdictionē, iure diuino sibi desup immediate collatā sicut nō solum Petrus de Alliaco, sed & Alexāder de Hales sup tertium Sententias, & ante eos Hugo de sancto Victore libro de sacramētis uerissime contestantur. Insup Thomas probat intentum per hoc, q; ecclesia militans à triumphanti per similitudinem deriuatur. Sicut ergo in triumphanti ecclesia unus præfēt omnibus, non solum diuīsim, sed & coniunctū: in militanti quoque ecclesia esse sic decet. Postremo ad ista probanda Tho-

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI, LIB. III.

Obst.

mas allegat illud Osee: Congregabuntur filii Iuda & filii Israel pariter, & ponent sibi caput unum. Quocirca notandum, quod propheta dicitur, ponent sibi unum caput, prae- misit qd congregabuntur pariter, ad insinuandum qd ponere & habere caput unum conueniat eis ut pariter congregatis. simul acceptis seu in unum collectis, ergo & sic præsideret eis huiusmodi caput. Allegat & Thomas illud Iohannis: Fiet unu ouile & unus pastor; insinuas, qd tota ecclesia sit unum ouile sub Papa, & non solum sub Christo; sed esse unum ouile competit ecclesiæ ut simul accepta. Poscent & alia plurima huiuscemodi argumenta sumi ex Thoma, sed breuitatem studere per est, presertim tamen in scđo opusculo quo dam illorū inducuntur. Præterea qd in praetexta ratione habetur, Totam ecclesiam simul sumptam, in qua necessario Papa includitur cū omnibus membris officialibus, Christi curæ immediate subiacere & ipsum esse immediatum caput illius; istud inquam non uidet nisi uerbum intricatum, irrefolutum & pluri deceptuum. Cōstat quippe qd nullus eorum qui tempore isto dñi Eugenio fauerit & harent, assérēdū qd Papa præfuit toti & uniuersali ecclesiæ, adeo extet inspiens, ut uelit assere qd Papa tanq caput & pontifex præfuit autoritatibus sibi meti ipsi ac ceteris uniueris, sed ceteris hominibus etiam simul sumptus. Vnde quod dñi omnibus præfondere, persuipsi exclusionē debet intelligi, quod admodum illud quod S. Gregorius atq; Isidorus dicunt, Petrum fuisse principē om̄is apostolorū; & sicut cōiter dicit Abbas præfesse toti conuentui, & Decanus toti collegio; ita qd in tali sermone conuentus & collegium cum aliquantula restrictione contractione ue lumenuntur, sicut ex ipso adjuncto dat intelligi, puta pro toto residuo monachorū seu canonicoꝝ. Sic & uniuersalis ac tota ecclesia cum aliquantula contractione accipitur, puta cum Papæ exclusione, cum dicit uniuersali & toti ecclesiæ præsidere. Cumq; obnīcī, qd in tota ecclesia simul sumptus Papa necessario includitur. Dico qd Papa non existente, adhuc est tota & uniuersalis ecclesia, quis non om̄i farie quo ad suam subsistentiam, & quantū ad omnes sui partes officiales perfecta. Ideo nō est quomodo libet uerum, qd tota ecclesia simul sumpta necessario includat Papam inclusiōne actuali atq; formalī, cum includi hoc modo, presupponat esse, sicut & actus scđus actuū primum, quas apitudinaliter, radicaliter seu potentialiter, seu ut Petrus de Alliaco & cancellarius scribunt, finaliter Papatū aut Papam includat. Et dato qd tota ecclesia simul sumpta Papam modo includeret, dicendum esset, uel hoc esse de tota ecclesia in contraste accepta, & scđm perfectam subsistentiā suā atq; decorem in ordinibus officialium partiū, ecclesiasticarumq; potestatum; & sic sumptæ toti ecclesiæ, concedo Papam nō præsidere, uidelicet sibi p̄s & alijs. Cum ergo infertur, nec toti ecclesiæ simul sumptæ negat sequela, qm̄ diversificatur acceptio totius ecclesiæ. Ecclesia namq; imo & tota ecclesia nunc contracte nunc in contracte accipitur. Deniq; haec distinctione & declaratione præmissa tunc dicitur. De isto amplius disputare iuxta modum argumenti in illa responſione prætacti uidet quā in æquiuocis laborare, atq; inutiliter tempus expendere, presertim cum in isto non uersetur difficultas tempore isto, uidelicet an Papa præfuit toti ecclesiæ simul & in contracte accepta, ipso eo actualiter formaliter qd inclusio, sibi p̄s & alijs: sed an præfuit toti illi residuo populi Christiani, qd citra seu præter ipsum est, non solum diuīsim, sed & coniunctum acceptio, ita qd autoritatem, potestatem & iurisdictionem habeat super illud. Si itaq; conceatur qd sic, habetur propositum: si aut dicitur qd non, tunc præfatum illud argumentum impertinet est, quod ideo Papa non debeat cōcedi præfesse toti ecclesiæ simul sumptæ, qm̄ ipse continetur in ea, ita quod sibi p̄s & alijs non præfuit. Hinc & cōcedo, quod ecclesiæ simptua cum Papæ actuali & formalī inclusione, immediate subiacet curæ Christi, ad hunc sensum: quod pontifex præfuit toti ecclesiæ taliter sumptæ. Istud enim nemo uult dicere, nec in isto uertitur difficultas, ideo eundum est ad rem, an scilicet Papa præfuit toti illire fidio simul accepto: Nam & non inibus ad placitum utimur. Præterea quod ecclesia uniuersalis seu tota s̄pē sumatur, cum præfata contractione, etiam ex cuiusdam uniuersitatis scripto liquet, quo dicitur: Ecclesia uniuersalis habet Christum pro capite uero & im mediato: sumptū uero pontifice, pro capite uicario & ministeriali. Cū enī ecclesia uniuersalis dicitur Christum habere pro capite, sumptū aut certe, accipi potest cum Papæ actuali & formalī inclusione. Cum uero eadem ecclesia uniuersalis dicit summum pontificem habere pro capite uicariali, sumptū cum pontificis huius actuali exclusione, qui sui p̄s & alijs caput & pontifex non est. Postremo, cum Bernardus & alijs dicunt Chrm Petro totas oueras cōmisisse, ut hoc uel est sumēdo totum syncategorematice, nisi intelligatur per sui p̄s, Papæ seu Petri actualem exclusionem: Cum & ipse Petrus fuerit ouis Christi, sicut & quili-

Iohann.

Obiectio.
Reſpōſio.

De transla-
tione, intercor-
poralia.

DE AVTORITA. PAPAE ET GENERA CONCIL.

367

bet eius successor: non tñ Chfs Petrū sibi meti p̄s cōmisit tanq pontifici, quis aliquo mō de us unūquenq; sibi meti p̄s cōmutat, ut scđm rōnis sua dictamē se dirigat. Et breuiter nec coniunctum nec diuīsim Papa præfuit toti ecclesiæ seu fidelibus omnibus, nisi per sui p̄s exclusionem.

Articulus XV. Contra fundamentum eoz qd dicunt Papam non præfuisse uniuersali ecclesiæ coniunctum accepta.

MUlti idcirco nunc afferunt, Papam non præfuisse toti & uniuersali ecclesiæ, qm̄ Christus per semetipsum regit eam immediate per dona charismatū, per insinuātias gratias, per infallibilem directionem spiritu sancti, ita qd ipsa ecclesia errare non potest, sed est in gratia confirmata semper qd sancta, nō habens maculam neq; rugam, sicut de ea dicit ad Ephesios Apostolus: Chfs dilexit ecclesiastam, & tradidit semetipsum pro ea ut illam sanctificaret, mundans illam lauacro aque in uerbo, ut exhibeat sibi gloriosam ecclesiā, non habentem maculam neq; rugam. Vnde & articulus fidei est, credere ecclesiā sanctam catholicam. Haec ergo ecclesia non uidetur gubernatiōne indigere humana, ita qd Papa einon præfuit: sed sicut partim in primo tractatu ostensum est, nuncq; diffusus ostendetur, dictum istud prorsus inuālidum est, rationi insufficiēti innitens: Primo, quia ut patuit, Thomas & Nicolaus de Gorra pluresq; alij doctores & expoſitores affirmant uerba illa apostoli cōuenire ecclesiæ pro statu futuro, nō in præſenti. Vbi si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. Hi quoq; habent evidenterissime pro se Augustinum in pluribus locis. In exordio quippe libri contra Donatistas satetur, ubi cuncti in libro contra Donatistas commemorari ecclesiā non habentem maculam neq; rugam, non sic accipiendo quāsi iam sit: quia nunc præparatur, ut sit quādo apparet itam gloriosa. Nunc enim propter qualidam ignorantias & infirmitates nō brutorū suorum habet unde quotidianē tota dicit: Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus &c. Insuper in quarto libro contra Donatistas prolixe deducit, quod præ ter Christum nemo fuit immunitus à culpa: ideo non tantum uniuerſaliter fidelibus omnibus, uerum etiam singulis necessariū sit dicere, Dimitte nobis debita nostra. De hoc plura scribit super primam Iohannis canoniam, tractans illud: Si dixerimus quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus ubi affirmat Iohannes non dixisse. Si dixerimus quia peccatum non habemus, sed nō habemus: quia sine quotidianis culpis uenialibus nec tantus euangelista fuit. At uero in libro de prefatione dei ad Dordanum clarius ait: Hanc orationem, Dimitte nobis debita nostra, uniuerſa ait ecclesia, quā mundat salvator lauacro aque in uerbo, ut eam sibi exhibeat gloriosam, non habentem maculam neq; rugam aut aliquid huiusmodi: tunc utiq; cū perficietur in re, ubi nunc perficienda ambulat in spe. Non quod est nunc non habens maculam neq; rugam, aut aliquid eiūmodi, quā uel in omnibus ad eam pertinentibus hominibꝫ quā ratione utuntur, & uoluntatis arbitrio mortaliq; carnis sarcinam portant, uel certe quod & ipsos cōtentioꝫ necesse est fateri in multis suis membris, dicit quotidianē: Dimitte nobis debita nostra. His concordat quod octauo Moralium Gregorius super illud Job, Induta est caro mea putredine & sordibus pulueris, ait: Si istud ex uoce ecclesiæ uniuersalis accipimus, aliqui hāc procul dubio carnis putredine, aliquando autem grauari sordibus pulueris inuenimus; multū quippe sunt in ea, qui dum amori carnis inserviunt, sc̄tore luxuriae computrefuntur, & nonnulli sunt quā uoluunt carnis abstinent, sed tamen tota mente in terrenis actibus iacent. Dicat ergo sancta ecclesia, quid de utroq; genere hominum tolerat: Induta est caro mea putredine & sordibus pulueris, ait: si aperte dicat: Pleriq; mihi per fidem membra sunt, sed tamen sana & mūda per actionem non sunt: quia aut turpibus defideris, aut terrenis actibus separantur. Præterea dato quod tota sancta ecclesia sic effet confirmata in gratia, & sancta ac simplex, quod nullus fidelium posset peccare propter hoc non repugnaret ei habere in terra prælatum. Primo, quoniam & in coelesti hierarchia, ubi plena fidelitas est, prælatio est, secundum diuini Dionysij documenta: imo iurisdictionis, ut Cancellarius scribit. In statu quoque innocentia talis prælatio iurisdictionis que fuissent secundum eundem aliosq; communiter. Secundo, quia prælatio non solum instituta est ad retrahendum à malo, imo etiam ad promouendum in bono, ad illuminandum ac perficiendum, & ut in creatæ sapientiæ perfectio in rerum ordinibus repræsentetur ac splendeat. Tertiū, quia si deo uniuersali ecclesiæ non competenter habere prælatū in terra, quia à Chro immediate per

Ephes.

Iohann.

Matt.

Matt.
Job.

Job.

per

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI, LIB. III:

per gratiarum charismata gubernatur, sequeretur quod de notis in charitate & gratia existentibus non conueniret habere prælatum & rectorem in terra; quia interius immediate per dona gratitiae reguntur a Christo. Et de confirmatis in gratia, quales a die pentecostes fuerunt apostoli, istud potissimum videretur, quod extunde Petrus aliorum apostolorum non fuisse prælatus aut princeps, maxime quoque præstantissima uirgo Maria post Christi resurrecti onem non fuisse membrum illius primi que ecclesia aut principi apostolorum tanquam prælato & Christi uicario quodammodo subditum, cuius oppositum infra patebit. Quarto, quoniam generale concilium integratur & constare potest ex personis charitate & gratia caritibus; ergo secundum præhabita videretur, quod latem generali concilio Papa praefesse possit. Et si dicatur quod non, quatinus concilium habet spiritum sanctum præsidentem & infallibiliter diligenterem; hoc uerum est, quod ad diffinendum ueraciter, quid ad fidei ueritatem more quam bonos pertineat; in ceteris regulariter ita non est, sed potest peccare ut ceteri. Quinto, quia inerior illa gubernatio Christi exterior directionem non excludit prælatum, immo talis quoque exterior directio qua prælati in hac uita dirigunt suos, uniuersali ecclesia copertit, expedit & opportuna consistit. Ideo concedendum, quod Papa præsit eidem, ut multipliciter est probatum.

Articulus XVI. Quomodo intelligendum sit, quod ecclesia catholica dicitur sancta & an sit confirmata in gratia; & quomodo dicitur non posse errare; & an non possit errare. Quomodo etiam intelligendum sit, quod generale concilium dicitur infallibiliter regia spiritu sancto, & non posse errare.

Ecclesia quid Quidam precedenti articulo dictum sit, esse fine macula atque ruga, conuenire ecclesia pro statu quem habebit in patria, secundum Augustinum, Thomam, & alios multos non tam absoluere negandum est, quin istud competat etiam aliquo modo ecclesia in praesenti, quamvis non tam perfecte sicut in patria; preferim cum articulus fidei sit credere ecclesiam sanctam catholicam; sanctum autem ut sanctus Dionysius ait, maculam uitiumque excludit. Denique ecclesia congregatio fidelium nuncipatur, quae sic ad aliquibus diffinitur; Ecclesia est corpus mysticum organicum, fidei Christi animatum. Hanc quidam assertum sanctam, non ex parte materie sua, uidelicet hominum, sed ex parte formæ fugi, ut pura fidei, quae iugiter manet recta, sana, immaculata quo ad se & in se, ita quod ei nullum falsum nullusque error subest subesse ne possit. Non autem dicitur ecclesia sancta secundum istos ratione partium materialium, sive hominum; quoniam partes illarum maculam habent & rugam per diuersa mortalia fecerata peccata. Vnde si ecclesia diceretur sancta ratione partium materialium, profecto nec ecclesia prædestinatoe existet sancta, cum multi prædestinatorum sint in peccatis mortalibus propter sororitatem & aliqui nondum uenerunt ad fidem. Alia quoque, ut dicunt, est ratio, cur ecclesia dicitur sancta, uidelicet non propter personarum in ea existentium sanctitatem, sed propter sanctitatem sacramotorum que conferuntur in ea, nec inquinari possunt ministrorum malitia, sed semper complacet deo & profundi sufficiunt, nisi gratia obicem ponatur sed si istud ad hoc quod in universali ecclesia sancta sit esset sufficiens, sequeretur quod etiam quaecumque particularis ecclesia & christiana in persona esset sancta quamdiu manet in integra fide saltem informi, & in ecclesiastico sacramentorum professione; sicutque ecclesia malignantium esset sancta & immaculata Christo, & homines uitiosi qui tamen sunt membra diaboli; quod non uidetur benefonare. Rectius ergo secundum Hieronymum ecclesia dicitur sancta, quoniam semper aliqui boni sunt in ea & virtuosi, quorum etiam meritis secundum ipsum mundus subsistit. Hinc Thomas expoenens articulū fidei, quo dicitur, Ecclesia sanctam, dicitur; Ecclesia quatuor modis seu rationibus dicitur sancta; Primo ratione lotionis, quia fideles loti sunt Christi sanguine a peccatis, & in baptismino lotionem huiusmodi sortiuntur. Secundo ratione unctionis spiritalis, per supernæ gratiae infusionem, quae in baptismino confertur, & per penitentiam reparatur; Ideo ad Corinthios dicit Apostolus; Deus signauit & unxit nos. Tertio ratione diuinæ inhabitationis; siquidem deus trinitas per charitatem & cetera dona gratuita bonorum inhabitat corda, dicente Iohanne; Qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Christus quoque de tali loquens, Ad eum (inquit) ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Quartu ratione diuinæ invocationis, secundum illud Ieremias; Inuocatum est nomen tuum super nos: hanc ergo denominationem, esse sanctam & immaculatam, sumit ecclesia ratione partium quarundam suarum, puta eorum qui sunt in charitate & gratia; sed tunc obiecti potest, quod etiam isti frequenter uenialiter & interdum mortaliter peccant. Ad quod dicendi, quod nunquam

2. Cor. 1

1. Iohann. 4.
Iohann. 14

nunquam simul omnes mortaliter peccauerunt, quin indesinenter aliqui in charitate persistant, nunc isti, nunc illi sed & uirtuosi omnes in ecclesia quae quotidie uenialibus quodammodo maculentur, tamen & quotidie, immo omni hora talia uenialia uarijs modis atque reme dijus delent per charitatem feruorem, per compunctionem internam, per orationes assiduas, per compassiones fraternalis, per poenitentiae opera, per multiplicia bona, sicut in maculis illis non manent, immo quotidie splendidiiores sunt in anima. Hinc super illud Canticoz, Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, Ockam ex uerbis Gregorij scribit; Quamuis macula uenialis peccati aliquando per te transeat, sicut in ecclesia, seu deuota persona, non tamne pueratur in te. Electos etenim temeritatem, & si aliquando per infirmitatem delinquunt, per compunctionis tamen acerbatatem mox quod violentum est, absterget. Vnde Apostolus ad Ephe. dicit, ecclesiam esse sine macula & ruga, quia licet in membris suis quotidie uenia liter maculetur, per contritionis tamen lauacrum assidue emundatur. Hinc aliqui dicunt, quod soli boni uidelicet existentes in charitate sint essentiales partes ecclesie; sicutque de ecclesia, s. prout in bonis consistit, ait salvator, quod portet inferno non prevalebunt aduersus eam. Et Gregorius in Moralibus; Sola est sancta ecclesia, per quam sacrificium dominus liberetur accipit; sola quae pro erratis fiducialiter intercedit; sola in qua opus bonorum fructuose pagitur; sola quae inter se positos solidam charitatis compage custodit; qua dum in se dona septiformis gratiae spiritus continens claritate superna uirtutis irradiat, quasi ab axe ueritatis resulet. Denique de ecclesia sic accepta dicunt doctores concorditer, quod etiam in persona ecclesie sine mendacio dicere possunt haec uerba; Credo in deum. Ecce item; Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus; quae in propria persona mendaciter dicent, ex his innotescit quomodo ecclesia militans dicitur confirmata in gratia; non enim ita hoc dicitur, quae uel omnes personæ fideles uel aliqua secundum se sumptae sic sunt gratia confirmata quod mortaliter peccare nequeant; immo fortassis nulla fidelis persona nunc in ecclesia existens, est taliter confirmata in gratia sed ob causam praetactam id dicitur, quoniam ex promissione dignitatem cognoscimus, quod opitulante gratia dei semper sunt, fuerint & erunt aliqui in ecclesia uictuosi; & quantum ad hoc aliqualiter potest concedi, quod ecclesiastis potest peccare, tota simul cadere in peccatum mortale, quis nullus in ea sit qui non possit peccare. Magis tamen proprie conceditur, quod ecclesia non possit errare in fide, i. tota a fidei ueritate deficere; Nam & ab huiusmodi errore multo plures diuinitus preservantur, quod ab alijs mortalibus culpis. Porro omnium horum confirmatione est, quod in sermone de uigilia nativitatis Christi scribit Bernardus; Ecclesia in quiens secum habet consilium & spiritu sponsi, & dei sui, cui dilectus inter ubera commoratur, ipsam cordis sedem principaliter possidens & conservans. Nam igitur ipsa est quae uulnerat cor eius, & in ipsam abyssum secretorum dei oculum contemplationis immersit, ut & illi in suo & sicut in eius corde perennem faciat mansionem. Cum ergo ipsa in scripturis diuinis uerba uel alternat uel trahit, fortior est illa comparatio quod positio prima uerborum & fortassis tanto fortior, quatum distat inter figuram & ueritatem, inter lucem & umbram, inter dominam & cancellam. Ex his sancti Bernardi uerbis elicuit, quanta quoque ecclesia extet autoritas in expositione sacrae scripture, & in determinationibus credendorum ac necessariorum ad salutem. Insuper generale concilium uniuersalem ecclesiam repræsentans, quis ad præfatum ecclesiam prærogatiuam, quae est esse confirmarum in charitate & gratia, non pertinet ad hanc; tamen prærogatiuam quae est non errare in fide & moribus. I. in determinando quid ad fidei & morum rectitudinem spectet non deuiare, pertinet per concilium dirigente ipsum spiritu sancto propter communitatem ecclesie bonum. Veruntamen ipsa ecclesia quod geniale concilium errare potest in facto & in his quae facti sunt, & hoc potest contingere sine pectore. Hinc Cancellarius libro de ecclesiastica unitate notabiliter scribit; Constat quod in materia fidei terminadis error non cadit in geniali concilio. Rationem dant doctores, ex speciali assistentia spiritu sancti, & Christi dirigentis ecclesiam, non permittentis eam errare in his ad quae humana inuestigatione peruenire non potest; focus in his, quae uel facti sunt, uel humana inuestigatione terminari possunt, Russus agit; In talibus quae maxime in facto constunt, quilibet errare sine salutis periculo potest, non solum uel ille, sed in talibus ecclesia fallere dicitur & falli, sicut multo tempore scemnam pro Papa tenuit. Præterea queri potest, si prefato modo ecclesia est in geniali concilio, quod de lapida & deformata, immo secundum Petrum de Alliaco in lib. de Reformatione ecclesie, totu corporis ecclesie est uniuersaliter deformatus; sicut & sanctus Bernardus fatetur, quod propter negligentiam, carnalitatem & cetera uita prælatorum, ecclesia facta est deformis, exanimata.

368

Cant. 4

Ephes.

Matt. 16.
Gregorius

Matt. 6

Ecclesia non
potest errare
in fide.Ecclesia au-
toritas quae est.Ecclesia pot-
est errare in fa-
cto.

Bernardus

exanguis & marcida sed ex dictis patet solutio, utrumque enim istoꝝ ecclesiæ conuenientia ratione diuersorum membrorum suorum, quorum quædæ sunt uirtuosa & aliqua uitiosa. Nisi uero ecclesia dicitur uniuersaliter deformata, quia in omni gradu, statu & ordine eius mali plurimi reperiuntur. Non tamē ecclesia si uniuersaliter deformata afferit, quod omnes in ea existentes sint mali. Hinc super illud Lucæ I impluerūt ambas nauiculas, ita ut pene mergerentur, ait Nicolaus de Gorra: Nauis ecclesiæ nunqu submergit totaliter, sed penemergitur per proprimum, quia pro tempore maiori. Itemque super illud Lucæ Rumpebatur rete eorum, testatur ecclesia nunqu uniuersaliter errat aut deficit, et si quādoque particulariter. Ex his plura sanctorum dicta quæ prima facie uidentur contraria, faciliter concordarentur.

Articulus XVII. De plenitudo potestatis papalis, & de autoritate ac preſidentia summi pontificis super totam & uniuersalem ecclesiam, secundum Vbertinum: & de confirmatione quorundam quæ ait ex dictis

Thomæ ac Bonaventuræ.

Quidam deuotus doctor ordinis sancti Francisci, contemporaneus domino Bonaventuræ, uidebat frater Vbertinus, quarto uolumine suo de uita Saluatoris seu arbore crucifixi, de ita materia inter cetera ait: In collatione episcopatus nouum, uerum ac spūiale matrimonium contrahitur inter episcopum & suam ecclesiam, quod secundum Innocentium extra de renuntiatione ca. inter corporalia, habet fortius vinculum quam carnale, & à solo deo potest dissolui: Nec enim nisi à deo dissoluit, quando à summo pontifice qui habet uice in dei in terra, mutatur episcopus, uel transferit, quod omni alteri altiori potestati est impossibile. Propter quod cum summus pontifex multo melius unicus & integer sponsus uice Christi totius ecclesiæ peregrinantis in terra solennius & immobilius uinculum spūiale connubij contrahat cum ecclesia, solo dei iudicio & nulla humana potestate soluendum, quamdiu idem pontifex uiuit intra corpus ecclesiæ, à cuius corpore per mortem ei⁹ citur, aut per hæresim condemnat, etiam si prius canonice introisset. Ideo dicunt quidam, quod quantumcumque renuntiet summus pontifex, non est in terra qui uice de fungatur super ipsum, ut renuntiationem possit uel debeat acceptare, uel qui uinculum spūiale connubij, quod traxit cum uniuersali ecclesia, possit dissoluere, onusque pastoralis curæ de illius humeri sanguine, uel qui possit aut debeat à subiectione sibi debita subiectam ecclesiam absoluere, seu eam ipso uiuente alteri possit disp̄fare; quod si fecerit, alter qui sic introducitur, fiat & sit adulter, non sponsus: & ecclesia quæ sibi subiicitur, non sit legitima sponsa: Illaque pars ecclesiæ que à tali adultero separatur, ex hoc si am in altero non erit, redditur legitima sponsa Christi, atque ad ipsam totius ecclesiæ sponsi influenza & autoritas derivat. Porro istud ultimum huius doctoris uerbū recitatue ab ipso inductum est, & in euentu articulo de ueritate ipsius queretur. Infuper ait, Summus pontifex pro suo arbitrio atque interno spūstanti instinctu potest instituere & destituere omniam potestatem intra ecclesiæ corpus contentum, quoniam Papa est uniuersalis ecclesiæ summus hierarcha, summusque princeps totius ecclesiastice hierarchie. Et quoniam uirtus ordinis huius, si episcopatus est iurisdictio totius iurisdictionis, ordo siue potestas est in Papa tanquam in summo Christi, qui uerus est deus, uicario, à quo solo accipit eam, quis ab hominibus eligatur. Idcirco pro tanto dici potest, quo ad iurisdictionem ordinem episcopatus in uniuersis sub Papa episcopis posse uariationem accipere, quia à summo pontifice potest episcopo plebs subiecta auferri, atque legitimati sui ordinis executio interdici, aut spūiale connubium episcoporum cum particularibus ecclesijs illorum dissolui, quoniam omnis iurisdictio & regimen inferiorum à Papa tenetur, & ipse totius ecclesiæ legitimus sponsus est, & cui uile potest ecclesiam suam auferre & alteri coniungere, quia in hoc fungitur uice Christi summi dei. Itaque omnes episcopi tenent totam suam iurisdictionem à summo pontifice, in quo sicut in Christi summi dei uicario manet totius iurisdictionis & autoritatis ecclesiæ plenitudo: sed contra hanc irrefragabilem ueritatem insurgunt quidam temerarie sententes, & ad sobrietatem sapere neſcientes, dicentes quod omnes apostoli habuerūt à Christo immediate autoritatem, quemadmodū apud Matthæu logrur eis: Quæcūque ligaueritis super terram: sicque omnes episcopi potestatem immediate tenent à Christo sicut & Papa. Nā ita alii apostoli sicut & Petrus autoritatem ligandi & soluendi à Christo immediate accepisse creduntur. Quibus respondemus & eos suo proprio argumento ligamus, dicentes quod uerum est, quod omnes apostoli acceperunt immediate à Christo potestatem, & uiuente & conuersante hic Iesu Christo summo pontifice, licet præhonoratus sit Petrus in signo donan

Luc. 5.
Luc. 5.

De renuntiis
episcopis inter
corporalia.

Ibidem

Matt. 10.

donandi sibi principatus successionis à Christo, tamen iurisdictionem super cæteros conuersante hic Christo non accepit: quo crucifixo & à mortuis suscitato, successorem suum Christus Petrum instituit, dum pascendorum agnorum ouiumque suarum ei super cæteros curam commisit, dicendo illud Iohannis: Symon Iohannis diligenter plus his: pacce oves meas. Vnde sicut ipsum ostendit alios apostolos praecedere in sua dilectione, sic ipsum præ cæteris reputauit dignum sue autoritatis iurisdictione, & sua potestatis successione, quæ in ipsum transfudit plenarie: ac per hoc sicut omnes apostoli receperunt autoritatem immediate à Christo cui erant subiecti, sic eam tenerunt post passionem ac ascensionem ipsi usab eis uicario beatissimo Petro, & ei plenarie subiacebant, in modo quod plus est, ut cum reverentia & complacencia sacratissimæ uirginis loquar, ipsa recognoscet se propter plenitudinem potestatis filij sui transfusam in Petrum, in quantum ipsa erat membrum ecclesiæ, beato Petro prælatica autoritate subiectam, licet beatus Petrus eam merito suæ altissime sanctitatis ac dignitatis summe revereretur ut dei genitricem & totius ecclesiæ matrem. Postremo ait hic doctor in eodem uolumine, quod apostolicæ sedi competit uniuersale magisterium super totam ecclesiam. Hucusque Vbertinus scripta commemorauit, quibus quantum ad hoc quod afferit papam esse totius uniuersalis ecclesiæ sponsum, pastorem, rectorem: item in ipso fit totius iurisdictionis & autoritatis ecclesiastice plenitudo, ipse qui sit uniuersa ecclesiastica hierarchia summus hierarcha, concordantia aliorum scripta doctorum, praetertim Bonaventuræ, qui super quartum sententiarum hæc eadem scribit, multaque alia quæ Vbertinus ex scriptis illius sumpsisse ui detur: ut enim in prioribus allegati opusculis, secundum Bonaventuram atque Durandum, Papa est totius seu uniuersalis ecclesiæ unicus uniuersalis sponsus, summus hierarcha, caput indiuersum & plenus Christi uicarius, in quo sole est subiecta atque formaliter secundum Petrum de Alliaco & cancellarium, uerex, plenitudo & sublimitas ecclesiasticae potestatis. Quomodo ergo quidam nunc dicunt & scribunt, quod Papa non est caput, sponsus, pontifex uniuersalis ecclesiæ: Prætere ad prædictorum tam affirmationem tanta in prioribus tractatulis introduxi ex his, que sanctus doctor scribit in Summa contra gentiles, & contra Græcos & super secundum & quartum Sententiarum in locisque alijs, ut pene fastidium pariat plura ex ipso adducere. Nihilominus modicum quid adjiciam. Itaque in secunda secundæ questione 89. testatur, quoniam summus pontifex gerit plenarie uices Christi in tota ecclesia; ipse habet plenitudo potestatis in omnibus uotis dispensabilibus. Questione quoque 90. ait: Quandoque alius sub iuramento promittit, de quo dubium est an sit lictum uel illicitum, proficuum uel nociuum, aut simpliciter aut in aliquo casu: & in hoc potest quilibet episcopus disp̄fare. Quandoque uero sub iuramento promittitur aliquid, quod est manifestum lictum & utile, & in tali iuramento non uidetur locum habere dispensatio uel commutatio, nisi aliquid me lius faciendum occurrat ad communem utilitatem, quod maxime protinet uideatur ad Papam, qui habet curam uniuersalis ecclesiæ: uel etiam absoluta relaxatio, quod item ad Papam protinet, in omnibus generaliter quod ad dispensationem ecclesiasticarum prominent rerū, tuf quas haber plenitudinem potestatis, sicut ad unumquemque protinet irritare iuramentū, quod à suis subditis sanctum est circa ea quæ eius potestatis subduntur: Sicut pater potest irritare iuramentum proelle filij suę, & uir uxoris suę, ut dicitur in libro Numerorum, sicut & de uoto dictum est, & in Summa contra errores Græcorum ait: Similis error est dientium Christi uicarium Romanum pontificem non habere uniuersalis ecclesiæ primatum, errore dientium, spiritum sanctum à filio non procedere: Ipse enim Christus dei filius suam ecclesiam consecravit, & sibi consignat spiritu sancto quasi suo charactere & sigillo. Et similiter Christi uicarius suo primatu ac prouidentia uniuersam ecclesiam tanquam fidelissimi noster Christi subiectam conseruat. Ostendendum est ergo autoritatibus Græcorum, Christi uicarium in totam ecclesiam potestatis plenitudinem & uniuersalem prælationem obtinere, legitus enim in Chalcedonensi concilio, quod tota synodus acclamauit Leonii Papæ Leo sanctissimus, apostolicus & uniuersalis patriarcha pro multis annos uiuat. Hec Thomas ibi dem: ubi & consequenter autoritates Græcorum in dicitur. Iusuper qui Vbertinus affirmat apostolos post Christi ascensionem suam tenuisse autoritatem à Petro & sub eo, et proprie plenarie subiactisse, ut prelato, confonat his quæ in primis libellis de hoc ex Thoma sup quartum, & nunc ex Petro de Alliaco inducta sunt, quibus & cancellarius libro de ecclesiasticis statibus cōcordans differunt: Status prælationis episcopalis quoque sui collatione primaria, fuit immedia te à Christo datus apostolis, sicut status papalis Petro, status quoque prælatiis episcopalis

Ss. habu

Iohan. 12.

Bonaventura.

Nume. 30.

habuit in apostolis successoribus & ex eorum usum & exercitiū suā potestatis sub Petro & successoribus eius tanquam sub habente uel habentib[us] plenitudo[n]e fontalem episcopalis autoritatis. Vnde quo ad talia minores p[ri]e[lati], puta curati, subsunt epis[co]pis, q[ui] ab eis usus suā potestatis aliquādō limitat[ur] sive arctet, sicq[ue] à Papa posse fieri circa p[ri]e[latos] maiores ex certis & rationabilibus causis, non est ambigendū. Præterea V[er]berinus libro memoria to addit & alia quædam utilia, dicens: Quædam sunt propria sacramentis quibusdam: Nā quædam eorum imprimunt characterem, i. quoddam sp[iritu]ale signaculum Christo confignatū, & à ceteris distinctione, sicut baptismus, confirmatio & ordo: hisq[ue] tribus sacramētis cōmētē est quod ponūt hominē in statu notabilis à ceteris non recipientibus separato: Baptismus ponit hoīen in statu filiationis diuinæ; confirmatio, in statu uirilis militie & p[ro]gnæ contra aduersarios dei: ordo in statu dignitatis eximie. Et quia ab his statibus nullus debet excidere, atq[ue] impossibile est impressum deleri characterem, ideo nunquā reiterantur hæc sacramenta sup[er] eandem p[ro]sonam. Septem uero sunt ordines: & episcopatus ab aliis quibus dicitur ordo, quia Dionysius ponit eum ordinem principalem: ab aliisq[ue] autem dicitur eminentia ordinis: ab aliis quibus dignitas ordinis superaddita facerdoti: ab aliis etiam dicif, q[ui] in consecratione episcopi non imprimitur nouus character, sed ampliaatur in eo character sacerdotalis, & magis in archiepiscopo, amplius in primate & patriarcha, sup maxime in summo pontifice: sed quicquid sit de hoc, in consecratione episcopi nō canonica secundū omnes datur noua potestas presbytero in episcopum consecrato, que q[ui]dem potestas est ita indelebilis quo ad ea quæ confeatur ordinem episcopalem, sive uocetur dignitas sive aliter, quoniam non est mihi cura de nomine fed[er]e re. Itaq[ue] in quam indelebilis est, sicut potestas quæ in alijs ordinibus traditur ordinante. Ideo afferunt omnes interabilem esse episcopalem cōsecrationem, sicut alij ordines inferiores interabiles extāt. Vnde sicut impossibile est potestatē auferre sacerdoti, q[ui]n si conficiat, sit uero corpus Christi quod conficit: sicut impossibile est auferre potestatē ordinandi episcopo: q[ui]n si ordinet in forma ecclesiæ, ordinatum sit & uerus ordo collatus. Porro quidam distinguunt & bene, dicentes q[ui] ordo p[otest] importare p[ri]atem traditam ordinato respectu ueri corporis Christi uel mystici. Primo modo episcopatus non est ordo, q[ui]n quilibet sacerdos tam plene p[otest] quicquid possibile est circa consecrationem corporis Christi sicut episcopus uel Papa, sicut super ordinem sacerdotij non èaltior ordo, nec quo ad hoc nouus character imprimitur aut ampliatur in eo, sed respectu mystici corporis, quia non solum p[otest] consecrare, sed & p[ri]atem consecrandi alteri dare. In archiepiscopo quoq[ue] protanto ampliat, quia nō solum p[otest] alijs p[ri]atem consecrandi conferre, jmdō etiam p[otest] episcopos confirmare uel consecrare. In summo autem pontifice protanto dici p[otest] summe ampliari character, quia ut dictum est, p[otest] instituere & destituere omnem aliam ecclesiasticam p[ri]atem. Secundo modo accipiendo ordinem per respectum ad p[ri]atem sup[er] corpus Christi mysticum traditam, dicunt q[ui] nouam delebilis q[ui] potestas datur episcopo consecrato seu ordinante, qua potest omnes inferiores ordines dare quilibet Christiano, sicut peccant & recipiēt modo in debito: sicut dicit, q[ui] episcopatus sit ordo, & à beato Dionysio dicitur ordo. Huncq[ue] V[er]berinus, cuius uerbis concordat Cancellarius libro de Ecclesiastica potestate dicens: Episcopatus est potestas hierarchica supra sacerdotium: sed quia nil addit potestatis supra corpus Christi uerum. Propterea dicunt theologi quid proprie nō sit ordo, sed bene noua potestas: Vnde & Bonauentura super quartum Sententiarum distinctione 1.4. fatetur, quid nec episcopatus neq[ue] Papatus dicit ultra sacerdotium nisi plenitudinem aliquā uel dignitatē in ordine & ordinem nullum addit. Deniq[ue] Thomas super quartū distinctione 9. scribit: Aliqua potestas habet rationem characteris. Et sequenti ibidem distinctione affirmat: Omnis potestas que datur cum aliqua consecratione nullo casu contingent potest tolli: sic nec ipsa consecratio annulari: Vnde cum episcopalis potestas cum aliqua consecratione detur, oportet q[ui] perpetuo maneat quantumcumq[ue] aliquis peccet uel ab episcopatu p[re]scindatur. Nam si episcopus in hæresim lapsus reconcilietur, non iterum consecratur. Hinc episcopi quamvis hæretici p[re]cisi & degradati, possunt ordinem conferre, ita quid potestatē retinent & consecrant ac ordinant, quamvis grauerit peccant hæc agendo.

Articulus XVIII. An summus pontifex possit libere papatu renuntiare accedere.

Tactum

Ordines sa-
cri, septem.

Episcopatus
est p[ri]ma hi-
erarchia su-
ra sacer-
dotium,

TActum est præcedenti articulo de spirituali matrimonio, quod est inter episcopos & particulares ecclesias, & inter summum pontificem ac uniuersalem ecclesiam, q[ui] uinculū eius sit fortius uinculo matrimonij carnalis, q[ui]q[ue] uinculū istud inter Papam & ecclesiam solo dei iudicio sit soluendum, nisi Papa per mortē uel hæresim ab ecclesia p[re]scindatur. Item quod Papa secundū quodam renuntiare nō possit, fed in Constantieni concilio est aliter determinatum, jmdō si modo q[ui] sit assenseret, multa sequentur absurdia. Itaq[ue] aduertendum, quia ut in libro de Auferibilitate Papæ ab ecclesia Cancellarius refert: Post renuntiationem Celestini Papæ aliquando in ecclesia dubitatio fuit an hoc licet: Primo propter uotum quæ se Papa obligat ad ecclesiam. Secundo propter sp[iritu]ale despunctionem & matrimonium inter Papam & ecclesiam. Tertio, q[ui]m Papaiure diuino in hoc cōstitutus est gradu, f. in papatu. Occasionē cūius dubitationis facta est decretalis determinans hoc licere, & rationes istae soluunt, quia uotum non obligat dū uerigini detrimentum salutis uel in exitum deteriorem. Rursus in sp[iritu]ali matrimonio non est sacramentum, ex quo conurgit indissolubilitas nexus matrimonialis. Papa quoq[ue] nō est sponsus ecclesiæ principalis, sed uicarius, & q[ui]c[um]q[ue] eius officium sit diuinum, & sola diuina autoritate primitus institutum, tñ propter humanā designationem seu electionē nunc institutus Papa. Hinc denuo Cancellarius ait: Dicamus probabilius, quod sicut huinama elec[tion]e dat ius & titulum ad dignitatem papalem, sic per humanā substitutionē perdit electu[m] & habens. Deniq[ue] ut scribit Petrus de Alliaco: Cleveres Papa qui Celestini canonizauit, cessionem illius laudauit. In libro denuo de numero schismatum Cancellarius scribit, quod Leo Papa nonius, dubitans an sua electio esset bona, renuntiavit papatu: tandem Cardinales uidentes ipsius bonitatem, reelegerunt eum. Idemq[ue] contigit Honorio secundo nacione Bononiensi. Insuper in legenda sacratissimæ unde decimū milium uirginum, presertim in relatione sanctæ Elizabeth legitur, quemadmodum sanctus Cyriacus Papa d[omi]no revelante & admonente papatum reliquit reclamantibus Cardinalibus.

Articulus XIX. De eminentia & præsidentia summi pontificis, & an possit iudicari ab homine secundum Hugonem de sancto Victore, &

Alexandrum de Hales.

MAgnum ille theologus ac solidissimus doctor Alexander de Hales super tertium Sententiarum, quæritur, an domino Papa soluendæ sint decimae decimaru[m], inter cetera scribit, quod & alibi s[ecundu]m affimat, puta quod summus pontifex noster toti Christianitati præest & prouidet. Infuper, quia omnia bona ecclesiæ sua sunt, & accipit inde quantum uult, unde non oportet sibi fieri hac taxatione, ut scilicet solum recipiat decimam decimaru[m]: si uero sit necessitas ecclesiæ, & petat has decimas, uidetur quibusdam quod ei soluendæ sint. Præterea quæritur, nonnulla cōficitur, utrum habet spiritualiē potestatē possit occidere, inter plurima dicit Ecclesia ordinat secularem potestatē, ut Papa imperatorem, tradidit gei autortitatem ad suum officium: Verum est enim quod imperator recipit suam autortitatem à Papa ad purum maleficis executionem autem sua potestatē sumit à lege. Vnde à deo per Papam recipit autortitatem uis ministerij iustitia. Hinc Augustinus in questionibus Leuiticius aferit: Cum homo iuste occidit, lex occidit, non in homine index. Hinc Hugo de sancto Victore libro de sacramentis testatur: Spiritualis potestas terrenam instituere habet uis, & iudicare si bona non fuerit: Potestas etenim secularis spiritualiē potestati subiecta, ut imperator summo pontifici, & quantum uita spiritualiē dignior est quam terrena, & spiritus quam corpus, tantum spiritualiē potestas secularem honore ac dignitate præcedit, nam & secularia ad spiritualia ordinantur. Præterea Alexander super quartum questione uigesimali inquirit, An supra potestas spiritualiē que est summi pontificis, possit habere aliquam humanam potestatē, que ipsam dijudicet. Ad huius questionis utramq[ue] partem hic doctor uarios autores adducit, quos q[ui]a in primo induxi opusculo, nunc omitto. Deinde responsive concludit: Itaq[ue] summus pontifex non habet ab aliquo quam à deo iudicari, ipseq[ue] pontifex index est ordinarius singulorum, & nullus est qui iudicet eū nisi deus. Ad quod probandum Alexander allegat Hugonem libro de Sacramentis secunda parte diceat: Potestas summi pontificis à deo primum est in institutā & cum deuita, à solo deo iudicari potest, sicut ad Corinthios scribit: Spiritualis homo omnia iudicat, & ipse

Oia bona ec-
clesiae sunt
Papa.

Imperato[r] re-
siste auor-
tate suā à Pa-
pa.

33. q. 9. c. hō-
mīcidas, & c.
si homicidiū

De maiorit.
& obediencie
solita.

9. q. 3. ca, alio
p. eccl. merito
40. d. c. si Pa-
pa

9. q. 3. alioz à nemine iudicatur. Porro ad argumenta quibus probatur, summum pontificem posse & c. ne me ab homine iudicari, eo quod Petrus apostolus à Paulo sit reprehensus, & quidam summi pontifices exposuerunt se iudicio hominum, doctor iste responderet, quod illa dicuntur facta ad humilitatem exemplum, non iuris necessitate. Ideo glossa facetur, qd Petrus pietate humiliis accepit, qd à Paullo humiliter libertate charitatis siebat, atq; ita exemplum posteris trahuit, ut non de dignitate maiores, ubi forte tramitem recti reliquerint, à posterioribus corrigi. Ita ex præfato scribimus doctore, non quia nunc sic prositus tenendum est, præstum propter generalis conciliij Constantiensis ad oppositum determinationem, cuius autoritas maior est quam cuiuscunq; doctoris catholicis ut pateat cum quām inestibili reverentia, pietate & longanimitate occurrendum sit summo pontifici, tanquam ipsius Christi; & ne qui sunt nimis proclives ad practicandum de eius depositione: itemq; cum quanto conatu captanda sit benevolentia eius in celebratione conciliij, & quid in ipso emendandum occurrat quod ut clarius innotescat, quædam adiutoria quæ primis in opusculis (ut arbitror) non sunt dicta, quæ super tertium Alexander inducit. Siquidem quæstione qua querit, An inferior potest iudicare superiori, sic arguit super illud in psalmo, Tibi soli peccavi: Loquitur gloria: Rex omnium superior est, ideo a solo deo est iudicandus, nec habet hominem qui facta eius dijudicet, nec est ab homine puniendus: si quis autem de populo peccaverit, deo peccaverit & regi. Insuper, super illud ad Timotheum, Senioreme increpaueris, ait gloria: Seniore me ætate uel dignitate. Rursus super illud primi Regum Præscidit David chlamydem Saul, scribit Gregorius: Facta prepositi à subditis gladio oris ferienda non sunt, quantumcumque reprehensibilis uideantur. Ad hanc quæstionem ita respondent: Iudicare accipitur proprie & item improprie: propriæ enim accipitur prout procedit ex autoritate superiori in examinandis factis, & arguendis ac puniendis, sicut superiorum est respectu inferiorum, & non econtra: Alio modo iudicare accipitur communiter, extenso uocabulo ad arguere & corripere ac monere: & arguere, proprie est superiorum respectu inferiorum: corripere, est respectu paruum: Monere, est inferiorum respectu superiorum. Itaq; iudicare ex charitate extenso uocabulo in monendo, bonorum est subditorum respectu prælatorum malorum, similiter increpatione quæ est ex charitate, inferior potest increpare seniorem. Quamuis autem rex uel imperator in suo ordine non habet superiorum, spirituali tamen potestati subiicitur. Porro ad id quod de chlamydib; præcōnitione adductum est, respondendum, quod per chlamydem regis potestas regnū intelligitur seu regia, quam præscidit qui prelatum suum sententia damnationis ferit, quod nulli subditorum licet, propter quod ait Gregorius: Facta præpositi à subditis gladiooris ferienda non sunt ubi per gladium oris intelligitur sententia damnationis. Præterea quod Paulus reprehendit Petrum, ideo fuit, quoniam Petrus gentes conuersas suo fecit exemplo iudicare, & ab euangelio ueritate discedere. Par autem modo reprehendendum est, qui in se fide exorbitauerit, & qui alias uerbo aut exemplo deviat. Hoc ergo ex exemplo probant prælati à subditis non arguendi, si à fide non exorbitauerint aut alios fecerint exorbitare. Si autem obiciatur, quod Iudei conuersi Petrum arguebant, quia ad cornelium introiisse, dicendo secundum Gregorium, quod Petrus potestatem regendi accepit, & tamen apostolorum primus querimoniae contraria factæ non ex potestate officij, qua potuit dici, quies pastorem suum non reprehendant, sed autoritate diuina uirtutis, qua gentiles acceperunt spiritum sanctum, respondit. Ex his constat quanta reverentia etiam malo debeat prælato. Vnde secundum Alexandrum, per afnam quæ Balaam representat, intelliguntur subditis per Balaam, mali prælati. Non tamen per hoc probantur prælati à subditis arguendi, sed subditis datur forma humiliter renitendi prælati, si eos forte ad malum cogere uelint. Præterea quæstione uigesimaliota super tertium Sententiarum, ubi querit hic doctor, An subditi possint accutare prælatos, sic arguit, qd non: Quia beatus Fabianus Papa secunda quæstione septima dicit, qualis damnatio immineat his, qui in patres peccant, diuina scriptura ostendit: Si enim Cham qui non operuit pudenda patris, maledictus est, multo ampliori damnatione sunt digni, qui patribus legatione fungentibus contumeliam inferunt. Si dicatur, qd istud intelligat de falsa impositione, quæ canon beati Anacleti Papæ eadem quæstiō edidierunt: Senteitia Cham filii Noe damnatur, qd præpositorū uel doctorū suorū culpam produnt. Sed & beatus Seuerinus in eadem sic ait: Maior, quispam numero, accusationibus nō impetratur. Denou sanctus Anacletus arguit ex exemplo dñi, qd sacerdotes, i. episcopi à deo sunt iudicandi, à fidelibus autē portandi, ipso domino dante exem

exemplum, qui p. leipsum ementes & uidentes eiecit de templo. Iterum ait Anacletus: Nullus (ut reor) inuenitur inter nos, qui uelit seruum suū ab aliquo qd à se iudicari: & si p. sumptum fuerit, indigne irasceretur. Amplius, beatus Telesphorus Papa 6. quæsti. prima testatur: Dei ordinationem accusant, qui eos qui ab ipso constituantur sacerdotes, accusant. Canon quoq; beati Pj ait ibidē: Ques pastorē suum non reprehēdant: plebs suum episcopum non accuset, nec uulgas arguat eum: quia non est discipulus sup magistrum. David quoq; peccatum cor suum, eo qd præscidit chlamydem Saul. Ex quibus uidetur, qd subditi suos non possint accusare prælatos, etiam si boni sint subditi, & prælati sint mali. In oppositum uero arguitur, quoniam teste Gregorio, Sicut laudabile & discretum est reverētiā & honorē exhibere prioribus, ita rectitudinis & dei timoris est, si quia in eis indigent correctione, nulla dissimulatione postponere, ne totum (quod absit) corpus morbus in uadat, si tamē fuerit curatus in capite. Rursus ait Gregorius: Verba illa Apostoli, Seniorene ne increpaueris, seruanda sunt, quando culpa senioris ad interitum non trahit corda minorum: Vbi autem senior suo exemplo ad interitum trahi, ibi discreta increpatione est feriendus. Insuper, Gelasius Papa 2. quæsti. 7. quibusdam subditis scribit: Si quid damni in ecclesia pontificē uestrum uiderit admittere, mox auribus nostris reuelate, ut si quid fieri debeat, censeamus. Gregorius quoq; in eodem approbat, qd quidam episcopus inter alia mala corporali criminis lapsus a suis clericis accusatus atq; convicatus se de depositus est. Ad hanc Alexander responderet, dicendo secundum quodam, qd si subditi criminis & isti prohibētur accusare prælatos, & sunt subditi boni qui inde non prohibentur. Vnde dicit Augustinus: Presumunt prælati non debere reprehendere uel accusari pro eo qd canones passim non consuetuant eos accusando: quod tamē negat criminis, cum de reprehēdendo ueritas ipsa constituit: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo. Sed potest apponi, quoniam canones determinant casum in quo pastores sint à subditis accusati & itergo in nullo alio poterunt accusari. Casus autē est, cum à fide exorbitant. Vnde beatus Eusebius Papa 2. quæsti. 7. Ques quæ pastori commissæ sunt, nequeunt reprehendere, nec eum possunt ullatenus accusare, nisi exorbitauerit à fide. Dicendum, qd est accusatio facta ex affectu charitatis fraternalis, & est accusatio ex malignitatia affectu. Rursus, est accusatio facta à criminis, & est accusatio facta à bonis. Dicendum ergo ex affectu charitatis à bonis licita est accusatio prælatorum. Ad id ergo quod de David obicitur, respondendum quod in hoc datur forma nō accusandi prælatum de crimen, quod ab uno solo scitur, quod designat per hoc quod Dauid in abscondito chlamydem præscidit. Ad ultimum quod cōtra distinctionē Anselmi uel Augustini obicitur, respondendum quod canon Eusebij de criminis atq; infamibus intellegitur, quoniam tales quies pastorem suum accusare non possunt, nisi à fide exorbitauerit: tanta est enim illius criminis labes, quod ad eius accusationem seruus contrā dominum, & quilibet etiam contra quemlibet admittitur.

Articulus XX. De plenitudine potestatis & præsidentia summi pontificis
super uniuersalem ecclesiastis reuenerendi patris dominii la

cobi de Voragine archiepiscopi Ianuenis.

Octorum iste clarissimus quoad communem utilitatem ecclesiæ multa cōscribit, in quodam sermone, & item in legenda de cathedra S. Petri, sic ait: Triplex est cathedra: prima regalis, de qua secundo Regum habetur: sedens in cathedra, sci-
licet David: secunda est facerdotalis, de qua primo Regum, Heli sacerdote sedē-
te super sellam: tercia magistralis de qua apud Matthæum legitur: Super cathedrā Moysi federunt scriba & pharisei. Beatus ergo Petrus sedens in cathedra reguli, quoniam princeps fuit omnium regum, tanquam totius mundi prælatus & præful. Hinc Roma & etiam ratione apostolicæ sedis qua ibi est caput & dominus mundi uocatur, sed itq; in cathedra magistrali, quoniam doctor fuit omnium Christianorum. Hinc Honorius Papa tertius ait: Iuxta prophetæ uerbum constitutus sumus super gentes & regna, grandissimum honoris fastigium assūci. Hinc uerum scribit præfatus doctor, Petrus præ ceteris apostolis dignior fuit auctoritate, quoniam princeps fuit illorum, officiumq; prælationis super uniuersam ecclesiastis habuit. Et sicut Petrus fuit princeps & prælatus totius ecclesiæ, quæ diffusa est in tribus partibus mundi, scilicet Africa, Asia & Europa, ita ecclesiastis in anno celebrat festum de ipso. Præterea præter hanc triplicem cathedralm potest & quarta assignari, uidelicet cathedralis iudicialis, de qua sanctus Iob loquitur: In platea cathedralm ponebat mihi. In qua etiam sedet Petrus, quia secundum doctorem prædictum, ad ipsum spectabat iudicium omni-

Iohann.

6. q. 1. c. sacerdo-
tes.

2. q. 7. c. oues
1. Reg. 24.

Gregorius

1. Timo. 5

2. q. 7. c. qua-
propiet.

2. q. 7. c. oues
Accusatio
duplex.

1. Reg. 24.

In cōfidei ser-
uus cōtra do-
minū admis-
titur 2. q. 7. c.
oues.

2. Reg. 25

Matt. 23.

Iob. 29.

Ss. 3 causæ

Mart. 16

causatum seu omne iudicium, ut puta ciuile, ecclesiasticum & medium. Postremo in Sermon de gloriissimo archiapostolo Petro disserit: Christus dixit ad Petrum: Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam, cuius ecclesiae caput est Petrus: & sicut a Christo dicitur Christianus, ita a petra per quam intelligitur Christus, dictus est Petrus, id est firmus. Vnde dominus dicendo ad eum, Tu es Petrus, ostendit Petrum esse fundatum super petram praefatam p[ro] alijs apostolis in pluribus praerogatiis: Primo in fidei firmitate, in qua tantum fuit solidatus, q[uod] alios apostolos confirmari in fide Christi, sibi dicentes. Confirmat fratres tuos. Secundo in officij sublimitate, quoniam Christus fecit eum pastorem ouium suarum, singulariter dicens ad eum, Pasce oves meas: deditq[ue] ei iuriu[er]dictio[n]em plenariam, dans ei plenam potestatem & super cœlum cum dixit: Tibi dabo claves regni coelorum: & super mundum, dicendo: Quodcumq[ue] ligaueris super terram &c. & super infernum, cum ait: Portæ inferi non prævalebunt aduersus eam. Porro quod in præcedenti articulo dixit Alexander de Hales: Omnia bona ecclesiae esse Papæ, & quod capiat inde quantum uult. Et quod nunc dictum est, Petrum sedisse in cathedra regali tanquam principem omnium regum in terra, infra clarius exprimetur quomodo sint intelligenda.

Ibidem

Articulus XXI. De potestate & prelatione domini Papæ super uniuersam ecclesiam militante, ex dictis sanctorum patrum & excellentissimorum doctorum, Hieronymi, Ambroxi, Gregorii & Isidori: quorum dictis concordant uerba Origenis & beatissimorum patriarcharum Cyrilli Alexandrini, & Cyrilli Ierosolymitani atq[ue] Chrysostomi.

Mar. 14

Psal. 34

Iohann. 14

Ambrosius

Iob. 15

Actu. 10

Gregorius

Super illud Marcii Demonstrabit uobis coenaculum grande: Ecclesia magna est, in qua narratur nomine domini, strata uarietate, in qua paratur domino pascha. Dominus huius domus Petrus apostolus est, cui dominus dominum suum tradidit, ut sit una fides sub uno pastore. Ex his aureis gloriose Hieronymi uerbis multa elicuntur & concluduntur: Primo, q[uod] illud coenaculum grande in qua christus coenam ultimam fecit, magnus est uniuersalis ecclesia designatur, in qua euangelica doctrina per torum seculum predicatur, iuxta illud psalmi: Confitebor tibi in ecclesia magna, que strata est uarietate uirtutum & linguaꝝ, i. diuersis ornata uirtutibus, & populis multis Christo credentibus, prout Daniel ait: Omnes populi, tribus, & linguaꝝ seruent ei: in qua d[omi]n[u]s pascha paratur, quoniam Christus agnus pacialis in ipsa quotidie deo patri offertur. Huius deniq[ue] dominus, putamus, seu uniuersalis ecclesiae dominus est Petrus apostolus, i. quicunq[ue] eius successor legitimus, qui toti militanti ecclesie præfidel, cui dominus dominum ecclesiam suam tradidit, i. regendam commisit, dicendo: Pasce oves meas, ut sit una fides cunctorum fideliu[m] sub uno pastore, qui est plenus, summus ac generalis Christi uicarius, i. papa. Constat ergo q[uod] magna & uniuersali ecclesiae præsideat papa secundum Hieronymum, & q[uod] pontifex summus ab Hieronymo dominus ecclesiae appellatur: Quod item ipsius papæ sit unitate fidei in tota ecclesia conferuare propter quod oportet eum sic præfelle ecclesiae, ut possit hoc adimplere, uidelicet ut possit toti ecclesiae legem condere, ad quā o[ste]ns tam colunctim q[uod] diuisim teneant: q[uod] taliter ad unā fidē o[ste]ns sunt obligati. Preterea S. Ambrosius tractans illud Christi ad Petrum, Pasce oves meas, affirmat: Petrus à Christo oib[us] anteferi, hoc est, uniuersis præfici, ipsumq[ue] Petru[m] reliq[ue] Ch[risti] sue charitatis uicariu[m], ut scilicet post Ch[ristum] ea dilectione præset ac prouideret ecclesiae, qua Ch[ristus] hoc fecit. Alia quoq[ue] de hoc scribit Ambrosius, que q[uod] p[ro]p[ter] habita reor, omitto. At uero S. Gregorius 2.6. Moralium sup illud Iobi: Deus potentes nob[is] ab i[n]icit, cum et ipse sit potes, ait: Discretione plenus noscimus, si potestatis ecclesiastica exempla cernamus: Petrus namq[ue] autore deo ecclesiae tenens primatum, à Cornelio immoderater honori reculauit, & tñ se summum intra ecclesiam demonstrauit, dum Ananię & Zaphirae culpam redarguit, quanta potentia super ceteros excreuisset ostendens, iusq[ue] potestatis suę aperiens. Ecce his uerbis testaf Gregorius, Petrum primatum ecclesie tenuuisse: nec dubium q[uod] de uniuersali loquuntur ecclesia, de qua quasi p[ro] o[ste]ns libros Moralium loquist[ur]. Verū quidam faciunt uim de hoc, q[uod] ait Petru[m] fuisse summum intra ecclesiam, nō supra eā: quod q[uod] nullius sit ponderis, constat ex eo q[uod] Gregorius in Moralibus & alibi saep[er] uocat Petru[m] summum ac primū pastorem ecclesie: talis aut[em] pastor est super gregem sibi cōmisiſum, sicut in euangelio loquit[ur] Ch[ristus]: Quis putas est fidelis seruus & prudens quē cōstituit d[omi]n[u]s super fa[miliam] suam? Atq[ue] in psalmo: Confitives eos principes super omnem terram. Papa ergo & supra ecclesiam est, q[uod] toti Ch[ristianitatis] residuo, q[uod] circa ipsum est, præfidel, & intra ecclesiam

cum

cum sit caput, principaleq[ue] membrū ecclesiae: unus utiq[ue] de ecclesia, sumēdo ecclesiam in contracte pro ouili & pastore. Adhuc autē Isidorus libro de uiris illustribus loquitur: Simon Petrus in Christo ecclesie firmamentū est, Cephas (id est Petrus) sic uocatus, corporis Christi, i. mystici, q[uod] est uniuersalis ecclesia, principatus & caput est, q[ui]uxta Matthæu[m] prius eligitur: nec immerito, q[uod] apostolor[um] est princeps, & primus cōfessor filij dei, pastor humani gregis, petra ecclesie, clauicularis regni. Præinductis concordat, q[uod] super Ieremia loguit[ur] Origenes: Qui toti ecclesie præfet, & totius ecclesie apicem tener, pro omni eccl[esi]a redditurus est ratione. Insuper super illud Genesios, Nō deficiet princeps de Iuda, G[en]e. 49: restatur: Non deficiet princeps eccl[esi]e ulq[ue] in finem mundi: & circa eadem uerba tangit, q[uod] sicut in populo Israel fuit unū totius illius populi princeps, sic in populo Christiano unus est qui præsider cunctis, scilicet Papa. Refert quoq[ue] in epistolari suo Hieronymus, q[uod] Origenes misit epistolam Romano pontifici sui temporis, in qua penitentiam egit q[uod] absurdia quedam scripsisset, quo patet, q[uod] Origenes recognovit Romanum pontificem esse omnium prælatorum hierarcham, ad quem præcipue p[re]tinet fidei errores corrige[re]. Deniq[ue] sicut in Summa contra errores Gr[ec]oz Thomas allegat, Cyrilus Ierosolymitanus patriarcha in persona Ch[risti] ait ad Petrum: Tu cum fine, & ego sine fine cum omnibus bus q[uod] loco tui ponam, sacramento & autoritate plene & perfecte ero. Et hoc est q[uod] Cyrilus Alexandrinus archiepiscopus (ut sepius allegatur est) cōtestatur, q[uod] Christus soli Petru[m] suā autoritatē plenarie cōtulit, q[uod] itē ap[osto]li Petru[m] ubiq[ue] loco Ch[risti] habuerūt, de cuius S. Cyrilus testimonij satis præhabitu[m] est, q[uod] bus nunc addo quod in libro Thesau[ro]z affirmat: Sic ut Ch[ristus] accepit ducatu[m] & sceptrum ecclesiae gentium ex Israele, egrediens super omnem principatu[m] & potestatu[m], & super omne quodcu[m] est, ut ei genua cuncta curuerit, plenissimam p[ri]matice Petro & successoribus eius plenissime cōmisit, uidelicet ducatu[m] & potestatu[m]. Chrysostomus quoq[ue] in persona Ch[risti] loquens ad Petrum: Te te inquit interrogando an me diligis, quoniam ter me trepidus timidusq[ue] negasti: nunc ait reductus, ne credant te fratre gratiam & p[ri]matem clauium amississe, quoniam amas me, coram ip[s]is tibi iam cōfirmo q[uod] meum est plenum. Et iterum prefatus beatissimus Cyrus ait, q[uod] pedes Christi humanitas eius & homo ipse, cui tota trinitas plenissima dedit potestatem, quam humanitate una trium personarum assumpit, & in unitate transuexit ad patrem & sup omnem principatum & potestatem, ut adorent eū omnes angeli dei, quod totum dimisit p[ro] sacramētū & p[ri]matem Petro & ecclesie eius. Postremo Chrysostomus sup Actus apostolor[um] ait: Petrus est uerx sanctissimus uer[us] & apostolicu[m] chori. Et super Matthæu[m] disserit: Filius patris & sum p[ri]matem Petro uniuersaliter dedit ubiq[ue] terrarum, hominique mortali omnium quæ in coelo sunt dedit autoritatem, dando ei claves ad hoc, ut ecclesia ubiq[ue] terrarum amplificetur. Rursum sup Actus apostolor[um] fateatur: Petrus à filio super oia quę filii sunt, potestate accepit, nō sicut Moyses in una gente, sed in uniuerso orbe.

Articulus XXII. De præsidentia Papæ super totam & uniuersalem ecclesiam, ex dictis catholicis diueriorum doctorum.

Quavis nunc introducenda, magna ex parte sint in prioribus tractatulis sententia[li]ter introducta, tñ ut aduerteret ueritatis ueridicem multitudine testium obruant, quædā de oib[us] & pauca de multis cōmemorab[us]. Et primo occurrit, q[uod] qdā deuotissim⁹ doctor, f. Hieronymus de Praga, in tractatu suo cōtra Hussitas detestabilissimos hereticos scribit, dicens: B. Petrus de petra ecclesie, q[uod] prim⁹ in natione bus posuit fidei fundamēta, ut tang[ue] faxū immobile totū ecclesie cōp[er]molec[ula] cōtineat. Ita habet in Canone distinc[ti]o[n]e 5. ca. Fidelior. Vnde S. Marcellinus Papa sic ait: Rogamus uos fratres, ut non alius doceatis q[uod] qdā à B. Petro & reliq[ue] eius successoribus accepistis. Ipse enim est caput ecclesie, cui d[omi]n[u]s dixit: Tu es Petrus quod interstatur Cephas, i. caput, & habetur in decreto 2.4. quæsti, prima, ca. Rogamus uos fratres. Ex quibus uerbis contra articulūt[ur] Bohemog[ue] concludo: Iustū est ut tota ecclesia catholica seu uniuersalis ab uno regat capi te & principe sacerdotū, scilicet Papa. Ipsa quoq[ue] Romana ecclesia sit regina, mater & d[omi]na omnium saluatoris. Hanc conclusionem catholicam probat doctor eloquentissimus Casiodorus epistolam suam, libro 7. in hac uerba: Omnia sine capite sunt confusa: & d[omi]n[u]s uniusq[ue] secundū uoluntate cogitat uiuere, regulā agnoscit amittere disciplinū: ergo utile est temp[us] unū præesse, cui reliqui debeat obediere: quia si aliorū uoluntas uaga relinquitur, amica cuparsi confusio generatur. Hec Cassiodorus. Sanctus quoq[ue] Hieronymus idem Hieronym⁹ confirmat in epistola ad Rusticum monachum, & habetur in Decreto VII, questione pri-

Sa 4 ma,

Chrysostomus.

March. 16

Romana et cetera inveniuntur.

omnium saluatoris.

Hieronym⁹.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI, LIB. III.

vii. questio
ne prima. c.
In opibus

Alexander de
Hales.

Quod indu-
gentiae vale-
ant, requiri-
tur quinq.

Thomas.

Gene. 41.

ma, capitulo In opibus, ubi sic ait: Apes unum habent principem, & gruves unam sequuntur ordine literarum imperator unus, & princeps prouincia unus. Roma etiā condita dux reges simul habere nō potuit, & fratricidio dedicatur. Vnus gubernator in naui, & un⁹ paterfamilias in domo: ergo & unus summus pontifex in ecclesia Christi. Et ratio est, qm ex regali institutione nulus populus, nulla uniuersitas aliter durat, cum sine rectore regi non possit. Deniq; Aristoteles quāvis paganus idem sentit, dicendo: Pluralitas principium mala, unus ergo princeps. Huc uq; ex præallegato doctore. Cui concordat Alexander de Hales sup̄ tertium Sententiarū, affirmans: Omnisordo qui quātum ad gradū principatus in irrationabilibus commendatur, est ordo secundum instinctum naturae & secundum rationis dictamen, sed in apibus commendatur pluralitas principatus, atq; in gruibus unitas ducatus, ergo de instinctu naturae & dictamine rationis est unitas ducatus ac principatus. Ideo in eodem gradu esse non possunt duo duces aut principes non subalternati, ui delicit duo summi pontifices, aut duo imperatores. Vnde in Lege institutus fuit unus summus sacerdos, & unus rex. Sicq; tota Christiani populi multitudo uno summo rectore, qui dicitur Papa, est gubernanda. Praeterea Clemens Papa in canonizatione sancti Petri confessoris olim Celestini Papæ qnti, sic ait: Dispensatio prouida sanctus vir Petrus ad summum pontificatus apicem est prouectus. At uero beatus hic uir mir⁹ simplicitatis & in spe etanibus ad regimen uniuersali ecclesiæ inexpressu, honori Papatus cessit, ne ob prædicta ex suo regimine quo cung⁹ periculum uniuersali ecclesiæ promoueretur. Ex his pater, q; Papæ sit uniuersali ecclesiæ regere, & q; sit pastor, rector & caput ipsius. Amplius, Petrus de Alliaco, qui præfati Petri confessoris uitam tam eleganter q; deuote conscripsit, in prologo illius Legenda testatur: Venerabilissimi fratrum precibus inclinatus, timens & trepidus scribere præsumo. Quis de q; Sane Petrus de Petro, episcopus de episcopo, sed parvus de maximo, infimus de summo, iudic⁹ de toti Christianæ ecclesiæ olim sanctissimo presule Celestino. Postea de huius Confessoris incarceratione loquēs, fatetur: Bonifacius pille tanquam alter Herodes Petrum seruabat in carcere, qui Petrus nuper custos erat & pastor totius Christiani ouilis. Cui uerbo concordat, quod in sermone de ascensione Leo Papa differuit. In his diebus Petro apostolo dominici ouilis cura committitur. Proinde apparatus Iohannes Cardinalis super Decretalem Bonifacij octau, quæ incipit, Antiqua habet fidia relatio, scribit: Ad hoc q; indulgentia ualeant, quatuor principaliter requiruntur, & quintum in propositoratione materiae potest addi. Requiritur enim autoritas in concreto, idoneitas in recipiente, pietas in fide, utilitas in opere; & quintum quod addi potest, congruitas in tempore. Primo requiritur autoritas in concreto, quæ principaliter relinet in summo pontifice. Sicut enim in corpore naturali unicū est caput, in quo positi sunt omnes sensus, sic in corpore mystico quod est tota & uniuersalis ecclesia, est unum caput quod summus est pontifex, habens plenitudinem. Hoc enim esse si uoluit ordinatio diuina, uoluit nanq; ut ecclesia militans representaret triumphantem, tanquam exemplata & formata in star ecclesiæ triumphantis, in qua omnibus præsideret unus. Huic concordas quidam doctor, effatur: Petrus apostolus summi pontificatus totius ecclesiæ regimen à Christo sibi collatum suscepit, & princeps, magister ac pastor ecclesiæ factus est. Hinc quidam præcipui exposidores symboli apostolorum, circa illud, Credo in deum, conscribunt: Deus, ut nomen sonat, gubernator est, dispositio aut̄ rerum humanarum melius sit per unum, q; per multos, quoniam multitudo præsidentiū sepe in subditis diffensionem inducit. Hinc corpori hominis ut bene regatur, anima una infunditur; partes q; corporis ut bene in suis actibus regulentur, per unum caput seu cor regulantur. Familia quoq; melius regitur per unum quam p̄ duos: similiter nauis & ciuitas, regnum & mundus: similiter in ecclesiastico regimine cernimus, quoniam toti ecclesiæ unus pontifex summus præponitur. Ideo dicit Thomas: Dispositio illa rerum humanarum est optima, in qua toti multitudini præficitur unus. Praeterea quidam exposidores, doctores & fermocinatores mystice interpretates ilud Genesecos, Tu eris sup̄ domum meā, & ad tuoris impium cūctus populus obediet, exponunt ista de beatissimo Petro, dicentes: Per dominum istam designatur ecclesia, quæ est magna, quia ab oriente usq; in occidente, ab aquiloni in meridiem dilatatur, cuius imperium est regimen totius seu uniuersali ecclesiæ, cui prælatus est Petrus tanquam rector ipsius, quando à Christo consecratus & spirituali unctione unctionis est in summum pontificem. Huius domus est duplex potestas, uidelicet ecclesiastica & secularis: & utriusq; potestatis apicem tenet pontifex summus, cuius impium debet reuereri, timeri ac diligi, cun-

clusus

DE AVTORIT. PAPAE ET GENERAL. CONCIL.

373

Etusq; populus Christianus ei obedire tenetur. Christus enim cura ecclesiæ generaliter Petro commisit, & cathedrali p̄tatis ei sup̄ alias apostolos dedit. Hinc (sic ut in Legenda sancti Alexi scribitur) Arcadius & Honoriū imperatores de astate summo pontifice asserebant: Hic cura gerit uniuersalem regimini pastoralis. Vnde & Vbertinus sup̄ illud Iohannis, Intuens Ielus Petrum, in psona Christi ait ad illū: Totius mundi prælatus eris, & totum mun- dum post me in fide firmabis. Hinc Sixtus ad senatum populi q; Romanū differuit: Fratres, conuenit gaudere in dño, q; superna clementia urbem hanc caput & fundamenta Chri- nae religionis efficit, & in ea primatū totius ecclesiæ collocauit. Deniq; in practica magistri Laurentii docet talis forma scribendi summo pontifici: Sanctissimo in Christo patri domi- no N. diuina prouidentia sacrofancę Romam ac uniuersali ecclesiæ summo pontifici, Ro- manorum imperator & semper Augustus uestre apostolicę sedi, q; orbi dñs preposuit uniuerso, supplicamus cum reverenti subiectua. Postremo, summi pontifices in quibusdam literis suis cōmuniter uocant se catholice ecclesiæ episcopos. In Collecta quoq; de sancto Vrbano cantatur: Deus qui Vrbani uniuersali ecclesiæ præfecisti, & per eum can- dem ecclesiæ reformati. In Legenda quoq; Bonifacij episcopi sociorūque eius, S. Gregorius appellatur præfus uniuersali ecclesiæ nisi diuissim, eo q; Gregorius noluerit uniuersali Papa uo- cari, sed de hoc in fine L. opusculi dictum est plenius.

Articulus XXIII. De prælatione & autoritate pari super alios apostolos.

impleuerit debitum pontificij sui pro reformatione et toto eccl[esi]e omnij[que] projectu fideliū peragendo quicquid uoluerit die ac nocte orando, hortando, scribendo, & confulerendo, atq[ue] cum assistentibus sibi quotidie sapienter ac uigilantissime tractando, qualiter de formata & lapſa possint ubiq[ue] reformari & erigit quomodo quæ bona sunt, ualeant conseruari ac pfici; qualiter honor dei ac salus animarum que ant incessanter augeri. Hec omnia tanto infatigabilius atq[ue] feruentius exequi debet, quanto ex adimplitione sui officij major oritur fructus in uniuersa eccl[esi]a dei, quanto etiam ex negligenter sua maiori ruina & plurimum perditio animarum sequuntur. Rursus, quanto ex conuersatione sua uirtuosa & debiti sui adimplitione sollicita fibi copiosior gloria confert, quanto item negligenter a gendo intolerabiliorum damnationem incurret. Si enim unicuiq[ue] nostrum pro propria anima sola tantum periculum imminet, ut dicat Apostolus: Cum metu, timore & tremore uestram salutem operamini, quā inæstimabile periculum imminet ei, & quā timotatis simile pro dentissima sollicitudine eum conuersari oportet, cui torus commissus est mādus, cui uniuersa eccl[esi]a tradita est, cui tam innumerabilium milium animarum inuineretur, qui pro uniuersis redditurus est ratione? Deniq[ue], quamvis unicuiq[ue] Christiano super gloriosissimus deus ob bonitatem suam purissimam & inmensam sit super omnia toto corde amans, tanto tamen ardentius cum amare debet pontifex summus, quanto plura ac praefantiora ab ipsis beneficia est fortius, quanto sublimius collocatus, & super cæteros honoratus. Et quanto plus diligit deum, tanto feruentius debet ipsis honorum exquirere, cultum augere, glorificationem opere, uniuersos toris uitibus inducendo, ut uocatione qua uocati sunt, deo honorabilitatis immenſæ dignæ ambulent, deo obediant, eius honorem & gloriam iugiter super omnia querant. Insuper, cum pontifex summus sit paranyphus & custos sponsorum domini dei sui, debet illam reuerenter ac diligentissime custodiare. Cumq[ue] insuper sibi sponsus uicarialis eiusdem, debet eam præ cæteris uniuersis totamente diligere, & zelo animarum in extreum mirabiliter esse succensus, & pro omni saluatione fidelissime labore. Vnde oportet ut in primis leipsum totius sanctitatis & beatitudinis exemplar exhibeat, & tanta gratiarum plenitudine decoretur, ut de abundantia sua perfectionis influat cunctis. Deinde curiam suam ordinatissimam habeat, nec indecens aliquid inter suos esse sustineat, præcipue quoq[ue] per maiorum reformationem prælatorum conetur, quod per illos alia corrigit collegia, claustra, omnemq[ue] clerum reformati: quo reformato, plebs facilius corrigetur. Vnde quo omnia ista possint impleri, debet indefiniter scrutari, tractare, dictare. Et quia ad hoc potissimum confort celebratio generalis cōcilij, debet satagare, ut generalia, immo & prouincialia concilia salubriter atq[ue] frequentius celebrentur: & qui ad alios reformati conueniunt, in primis reformati seipso. Deceret deum omnem sumnum pontificis a sepius intueri ac legere librum sancti Bernardi de Consideratione ad Eugenium Papam, in quo compendiosissima documenta traduntur, per quae Papas eipsum, curiam suam cæteros omnes posset feliciter gubernare, reformati, saluare. Quemadmodum autem hæc de summo sunt inducta pontifice, sic ad cæteros prælatos tanto conuenientius applicantur, quanto pluribus præsunt, & in altiori gradu officijs consistunt. Cui enim plus datum est, plus utique requiretur ab eo. Cogitent semper magni prælati quām confusibile & poenale eis foret post hanc uitam in infernum démergit ac dæmonibus subdi, qui nunc in eccl[esi]a in tanta sunt dignitate & gloria constituti quodcumque ergo potest manus eorum instantissime operetur?

Philip.

Lucus

Articulus XXXIII. An sacratissimus Petrus apostolus fuit fundamentum.

Qvæstio ista difficultatem in magnam non habet, tamen quoniam in uerbis sancto- rum uidetur de hoc diuersa esse sententia, danda est responsio plana, & uerba doctorum quæ uidetur cōtraria, sunt cōcordanda. Augustinus siquidē scđo libro cōtra Donatistas allegat Cyprianum dicēt: Petrum dominus primū elegit, & super ipsum adificauit eccl[esi]am suam. Hieronymus quib[us] super Matthæum testatur, q[ue] Christus super Petrum suam adificauit eccl[esi]am, sed & Augustinus apostolos frequentiter appellat firmamenta & fundamenta eccl[esi]æ. In epistola etiam de morte Petri & Pauli, quæ epistola Dionysio sancto ascribit, fundamentum eccl[esi]e Petrus vocatur, sed obuiare uidetur uerbum Pauli dicentis: Fundamentum aliud nemo ponere potest pre-

August.

Hieronymus
Matt. 26.

Cor. 3.

Tt 4 terid.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHVSIANI, LIB. III.

ter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Chrysostomus quoq; in homilia de pentecoste affirmit, q; ecclasiacion est fundata super Petrum, nec super hominem purum, sed super petram quae Christus est. Et respondentium, q; loquendo de fundamento primo ac principali, solus Christus est fundamentum ecclie, apostoli aut sunt fundamenta ecclie secundaria, & inter eos Petro pricipue conuenit ratio fundamenti t ratione sui officij, ga tori ecclie est praefatus eamq; uerbo & opere stabilivit. In fidei quoq; firmitate & dilecti onis feruore legitur prefusus: idcirco de eo Ambrosius ait in hymno hoc, Ipsa petra ecclie tanenti culpam diluit. Et Theophilus faslus est, q; Petrus cum Christo fuit robur & petra ecclie. Isidorus idem protestans infra, Petra inq; firmamentum ecclie est. Hinc ad Petri successorem summum pontificem pricipue pertinet omnem populum Christianum in fide & charitate, in legis euangelica obseruantia stabilire; nam & bonus uirtuosusq; pastor Gregorius sui fundamentum quoddam & robur constitit: propter quod Sapient. s. habet: Rex sapientis populi stabilimentum est.

Articulus XXXIII. De eminentia Petri ex scriptura canonica.

Si quis fundamentaliter curiosusq; scire poterat, quata fuerat pte alijs beatis apostolis excellētia atq; autoritas beatissimi Petri, nō poterit hoc clarius certiusq; cognoscere, quam Actus apostolorū diligenter pensando, ubi primo describitur, quomodo post Christi ascensionem ante ipsius sancti missionem glorioissimum Petrus uoles Iudeæ proditor alium subrogari, exurges in medio, dixit: Viri fratres, oportet impleri &c. ibi enim determinatius autoritatibusq; loquitur tanq; summus prelatus & omniū curā habens, quod oportebat loco, pditoris alium in apostolum ordinari, moxq; omnes Petro cōfenserūt, & duos statuerūt concorditer deprecantes, ut deus ostenderet quem ex illis duobus uellet in apostolum promoueri. Insup, cum in die pentecostes elec̄tissima illa centuui ginti hominum turba sp̄sanctum accepisset & templum intrasset, Petrus p̄ae omnibus ausus est loqui, tamq; efficacissime p̄rēdicauit, q; tria milia Iudea or̄t conuertit nec aliquis apostolorū legi ibi locutus determinate, ita q; uerba ipsius describantur, nisi Petrus, tanq; os, uertex & princeps sancti illius collegi, cui omnes tanq; prelato & feruētiori ac magnanimitori cesserunt, quasi ipsimet Christo. Insup, post modicum tpiis cum Petrus claudūnatum curaret, sua p̄redicatione quinq; milia Iudearū conuertit. Cumq; prohiberent apostoli à principib; sacerdotum Christum amplius p̄edicare, Petrus p̄ omnibus grandi autoritate respondens iustum est in conspectu dei uos potius audire q; deum, iudicare. Et alia uice: Obedire oportet deo magis q; hominibus. Deinceps uitum & coniugem eius qui de pretio agri partem occultauerūt, Petrus uerbo prostrauit. Recitat quoq; Lucas quēadmodum Herodes Iacobum apostoliū captum decollauerit. Necibi scribit factam orationē ab ecclasia pro liberatione. Deinde resert Petrum apostoliū ab eodem Herode paulo p̄st captum, & protinus addit, q; oratio fiebat fine intermissione ab ecclasia ad deū pro eo. Quo patet q; singulariter necessariū sibi reputauit ecclasia Petrum tanq; summū & uniuersalem pastorem. Postea cū in cōcilio magna inq̄stio fieret de obseruatione legaliū, Petrus uoles tractatui finem imponere, recitauit quomodo deus p̄ ipsum primo fidē Christi gentilibus nuntiavit, p̄tra Cornelio seu cōtūrōnī & suis, qbus & deus sp̄sanctum uisibiliter dedit. Deinde intulit Petrus, Quid tentatis imponere onus humeris discipulox, quod negnos, neq; patres nostri portare potuimus? Quo prolatō, Iacobus apostolus & ibidem, s. in Ierusalem episcopus uerba Petri mox confirmauit, sicq; omnes concorditer assenserunt.

Articulus XXXV. Epilogus p̄dicatorum, & contra quoddam dictum quorundam.

Ad hoc itaq; trium opusculorum istorum, quæ iam de autoritate summi pontificis ac generalis concilij compilati, disputatio conclusionaliter est p̄ducta, q; dicit Papa est summus, plenus ac generalis uicarius Christi sup totam & uniuersalem ecclias tam coniunctum q; diuisum consideratam aut sumptū. Quod item p̄ prius comparetur ad deuoram uniuersalem eccliam militatē suo tpe existētem, quam ad quancunq; eccliam particularē. Rursus, q; ipsum quoq; generale concilium fecidūm Petrum de Alliaco & alios plures, p̄ comparationem ad Papam fit quēdam particularis ecclia, cuius Papa est caput. Insup, q; plenitudo, uertex ac supremitas ecclieastica pote statis in solo fit summo pontifice uere, proprie, existētialiter, hoc est subiectiue atq; formaliter in uniuersali uero ecclia & in generali cōcilio sit tropice & aliquo modo & quiuoce, ita q; in ecclia uniuersali d̄ esse finaliter, in cōcilio aut̄ representatiue. Vnde sicut magis uere

DE AVTORITA. PAPAE ET GENERA. CONCIL.

379

tere, proprie & realiter est in summo pontifice quam in ecclasia uel concilio, sic magis de nominat illū q; illam uel illud, sicq; nulla particularis ecclastica ptas ac qualis est p̄tati Pa pae, immo nec tota residua ptas ecclastica simul accepta ac qualis est p̄tati papali absolute loquendo, pr̄sertim cum in summo pontifice sit utriusq; potestatis uertex & plenitudo. Pr̄terea est ostensum, quō nihilominus ḡiale concilium quantum ad aliqua sit super Papam, positiq; ei p̄figere legem & iudicare eundem, ut dicūt reprobata. Est igitur opinio arbitrantium, q; Papa non p̄ficit toti ecclie nisi diuisum, & q; ḡiale cōcilium sit absolu te & simpliciter sub Papam etiam seorsum considerando, sumendoq; Papam & ipsum cō cilium seu illud residuum. Sit em̄ in concilio & in ecclasia esset absolute loquēdo altior plenior q; ptas uere ac proprie formaliter & subiectiue, q; in summo pontifice, quod est contra praedictos doctores. Nēpe cū Hugo de sancto Victore, Alexander de Hales & alijs quidā testati sunt Papam a solo deo proprie iudicari. Alij uero ut Raymundus Hostiensis, Innocētius, Utricus &c, afferant eum non nisi propter h̄actem proprii dictam à concilio iudicandum. Certum est q; scđm istos non sit super terram p̄tate Papali, immo nec equa lis, absolute loquendo. Amplius autem, pr̄sertim in secundo opusculo uarijs considerati onibus est ostensum, q; Papa p̄ficit toti ecclie simul accepta tanquam caput, pastor p̄tis ex ip̄suis, & tanq; summus hierarcha unicūsq; monarcha. In primo quoq; libello inductum est, quenamadmodū aliqui dicant uniuersalem eccliam considerari posse dupliciter, uno mō ut est corpus mysticum, quod donis & charismatibus regitur gratiæ, & sic dicūt Papam non esse caput ecclie. Alio modo ut est corpus politicum, quod absq; influxu diuinorum charismatum & sine speciali assistentiā Christi debite regi potest, quātum est ex hu mano iudicio, lege humana aut diuina: sed quod istū sit impr̄opriissime dicitū, ibidē XXV. articulo est probatum. Et nunc aliqua sunt addenda ad demonstrandum qd̄ uniuersalis ecclasia ut mysticum corpus & ouile Christi, & secundum rationem ecclie, utputa sup naturalis politia habeat in terra pastorem ipsum sumnum pontificem tanq; pr̄elatum ac caput & principem sacrum, sub quo tota ecclasia, p̄fato modo unus est ḡrex. Quili ber namq; uicarius legislatoris p̄rēesse & regere debet populum sibi commissum secundū tenorem, qualitatem, intentionē & exigentiam legis ipsius legislatoris seu principalis rectoris. Cum ergo Papa sit proprius Christi uicarius, p̄rēcessit populo Christiano secundū tenorem, intentionē & exigentiam euangelicæ legis, quæ est lex Chri. Porro euangelica lex est lex utiq; supnaturalis, supnaturalē finē intendens: ergo p̄fidentia & gubernatio Papae sub ecclias est uel esse debet supnaturalis per respectum ad charismata gratiæ, et per relationem ad finē supnaturalē, & non sine speciali assistentiā Christi mō cū ipsa ecclasia ad supnaturalē beatitudinem ordinet, ad quā sine donis & charismatibus gratia rum neq; pertingeret: contra cōnēm, conditionē & proprietatē ipsius est, ut dicat sine hu iusmodi donis & gratijs posse regi. Nam & ipse summus pontifex tenet implore gubernatiū officium ex diuino supnaturali infuso amore & recta intentione, nec sine grātiosa ac specialissima Christi assistentiā p̄ficit hoc adimplere. Pr̄terea omnis uicarius legislatoris & principalis p̄fidentis p̄rēesse debet & regere sibi commissum secundū modum & rationem qua proprie sunt populus principalis rectoris seu legislatoris. Itaq; Papa p̄ficit populo Christiano, non ut est quēdam ciuilis societas aut politica cōitas lege humana iū dicio, q; humano solo regibilis, sed ut est populus Christianus, utputa fide & lege Chri formatus, eiusq; ouile & ḡrex; sic aut̄ acceptus populus Christianus, est mysticū corpus: ergo ut mysticō corpori p̄fident ei pontifex summus tanq; p̄fatus, caput & iudex. At uero ecclasia Christi seclusiū supnaturalib; donis & charismatibus gratiata, amittit rationem ecclie: ergo nec sic competit ei regi secundum euangelicā legis tenorem, quæ est, ut secundum Christi doctrinam supnaturalē regatur: sed de ratione Papalis officij est, ut regat populum Christi secundū euangelica documenta: ergo est tam contrā cōnēm ecclie q; contra cōnēm papalis residentia, ut ecclasia dicat regi à Papa, utalii quēuis ciuilis cōitas aut politica societas. Hinc qd̄ diffimiles ecclias militante dicit, quod sit corpus mysticū organū, fide Chri animatū. Cancellarius quoq; in libro de Ecclesiastica p̄tate sic ait: Omnis politia christiana proprie appellatur diuina, quia scđm leges supnaturalē debet quilibet in ea regulationem accipere. Item que considerari debet ecclasia, prout instituta est à CHRISTO, supra firmam fidei petram, ad finem supnaturalē secundum euangelicā legem & sacram scripturam, secundum quam debet regulari indicium in fide & moribus. Denique, sicut p̄habitum est libro p̄fato, Cancellarius assignat sex species

Nō de po testate papae

9. q. 3. ea. he mo. ca. alios & 40. d. c. si papa.

Vide c. iuxta corporalē translata. epis.

Ecclesiastici tās qd.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI, LIB. III.

species dominij, quarum unam uocat dominium euangelicum, secundum euangelicam legem, nec alicui sub celo tam proprie excellenter competit, ut summo pontifici: sed secundum euangelicam legem gubernare ecclesiam, est ea gubernare ut mysticu corpus, & ut Christi ouile ac gregem, non ut quandam communitatem pure ciuilem: ergo hoc modo competit Papa esse caput & pastorem ecclesiae, cui in hac uita competit regi, non solum a Christo per directionem internam, sed etiam ab homine praesidente per directionem dispositivam & exteriorem: scilicet uniuersalis ecclesia ut mysticum corpus & coniunctum accepta, est unum ouile, unus rex, unus populus, una domus, unus exercitus dei sub eius uario pontifice summo. Postremo, distinctio praeinducta qua ecclesia dicitur sumi dupliciter, scilicet ut corpus mysticum & ut corpus politicum seu politica quendam communitas, non uidetur resoluta & clara, praeferit cum & ipsa ecclesia etiam ut mysticum corpus sit quendam politia, in modo & triumphans ecclesia uocatur. Patet hoc ex distinctione politiae, quam Cancellerius sic distinxit: Ecclesia est communitas ordinata ad aliquem finem perfectum: & addit, politiarum alia est celestis, alia humana, quae diuiditur in ecclesiasticam & seculararem. De hoc supra octavo articulo plenus dictum est, quomodo secundum doctrinam & Perrum de Alliaco iuxta triplicem politiam naturalem, de qua tractat Philosopha, etiam in ecclesia triplex politia consideretur. Unde & Thomas super quartum Sententiarum distinctione 21, differunt: Cum ecclesia sit congregatio fidelium, congregatio autem hominum sit duplex, uidelicet economica, ut illi qui sunt de una familia: & politica, sicut illi qui sunt de uno populo; ecclesia assimilatur congregacioni politicae, quoniam ipse populus ecclesia dicitur sed conuentus diuersi vel parochiae in una dicefici, similatur economicae congregacioni in diuersis familias siue officijs. Praterea huic tractatulo fine hic more solito non impono, praefolans si forte contingat scriptum illius qui contra me scripsit, ad meum deuenire contumum, ut tunc ad singula domino conserete respondeam. Ve ritas autem omnibus fortius comprobatur. Idcirco & praeuebit nec angulum queratur, ipso met Christo protestante: Omnis qui male agit, odit lucem, & non uenit ad lucem, ut non arguantur ope eius: qui autem facit ueritatem, uenit ad lucem, ut manifestentur opaeius, qui in deo facta sunt. Porro qui ueritati adueratur, quanto illi acutius reniti conatur, tanto in profundiore falsitatum errore caliginemque dilabitur, sicut & Augustinus in simili loquitur: Habet iustitia quandam lucem suam, profundit & illuminat animam inherenter sibi. Animam autem a luce iustitiae se auertens, quanto plus querit quod contra iustitiam inueniat, tanto amplius a luce ueritatis repellitur, & in profunda tenebrarum demergitur. Hinc simulata & quitas non est & quitas, sed duplex iniquitas, quae simulatio est, & iniquitas.

F I N I S.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI DE VITA ET REGIMINE PRAESV.

lum, Liber Vnus. Praefatio.



Adu. 20.

Fron. 24

Matt. 16.
Mar. 8.
Luc. 9.

TTENDITE uobis & uniuerso gregi in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei, quia acquisiuit sanguine suo. Haec sunt uerba Pauli apostoli ad uniuersos episcopos, in quibus saluberrime ac sapienter admonet eos, ut in primis attendant sibi metis, hoc est, intenti sint circa proprii cordis custodiā, & circa propriarum animarum salutem, ne incidat in peccatum, ne deo displaceant, ne perdant seipso, & pereant in aeternū. Quod si recolant se peccasse mortaliter, non differat se purgare, ac deo reconciliari per ueram contritionē, plenam confessiōnem & satisfactionē condignā. Ita attēto sui ipsius, primo necessaria est omni pontifici, in modo & omni homini Christiano, cu dicat saluator: Quid profitit homo filiū tuū uniuersum misericordiū, seipsum ait pdat & detrimentū sui faciat: Nam & charitas incipit a seipso, i.e. a proprio suo subiecto, & ita de riuitatur ad alios. Hinc ingratum est spiritus sancto, qd dicitur in terminus ei, & qd boni ege-

rimus

DE AVTORIT. PAPAE ET GENERAL. CONCIL.

180

timus, neglectis & omisiss his ad quae tenentur. Ino si omiserimus unum quodcunq; eorū ad quae obligantur ex precepto diuino aut ex institutione ecclesiae, sive ex uoto uel iuramento. Conuenienter ergo admonuit sanctus Apostolus praesules, ut in primis attendant sibi metis, ne intantum occupentur circa exteriora, temporalia & terrena, aut circa aliorum negotia, quod obliuiscant intendere examinationi propriæ conscientiae, ac studio punitatis internæ. Et item ne astimenter se posse omnipotentem placere, occupando se circa regimēn subditorum, nisi in primis sint diligentes atq; solliciti ad emundandum & custodidem cor da sua ab omni peccato, ad seruendum quoq; deo altissimo in sanctitate & iustitia iugiter corā ipso. Sicq; iuxta apostolica hortamenta consequenter attendant uniuerso gratiā eis commisso, ita ut totam plebem ipsius commissam cum omni diligentia regant, pascant, ac tueantur, non solum a uiisibilibus inimicis & exterioribus damnis, sed multo & incomparabiliter plus ab uiisibilibus atrocissimis & infernalibus hostibus illis, q; non aliud querunt, nisi ut deuorent oves Christi, & eas ad damnationem pertrahant sempiternam.

Psalm.
Luc. 1.

Articulus I. De excellentia dignitatis & autoritatis episcopalis.

VT clarius innoteat quā uirtuole, sancte & exemplariter teneantur episcopi conuersari, parum ac breuiter tangam quā magna & admiranda ac supereminentia sit dignitas & excellētia epalis officij. Nempe, ut S. ait Ambrosius, talis ac tanta est dignitas & potestas pontificalis, ut nulla res huius mundi possit ei & excedat: & multo minus excedat aug. & pretiosissimæ gemme, ferrum & faxa uillissima, q; facer dotalis pontificalisq; dignitas & potestas dignitatē ac celitudinem regum & imperatorum. In modo tanta est dignitas sacerdotū, ut S. pater Bernardus testet: O proclara, domine, randa sacerdotū ptas, que talis ac tanta est, ut nihil in celo, nihil in terra ei ualeat cōparari. Qui hec ptas est consecrare, alijq; porrigit corpus & sanguinem unigeniti filii patris, etet nisi sup hac prate, super tam insigni priuilegio stupet ccelū, terram irat, contremiscit homo, & reveret plurimum angelica celistudo. Si ergo tanta est dignitas sacerdotū, q; eloqui queat, q; sit pontifici dignitas, cū pontifex sit spūialis princeps & p̄, magister, iudex & ductor omnium sacerdotū totiusq; cleri sue dioecesis de iure cōmuni, ita q; ad eius autoritatem atq; officiū pertinet oēs illos purgare, illuminare, perficere, iudicare ac gubernare: quēadmodum ex doctrina diuini Dionysii quinto ca. Ecclesiastica hierarchia ostendit: itaq; quātum sol est clarior luna, & q; tum aia est præstantior corpore, tñi spūitalis & pontificalis ptas omni seculari & regia potestate ac dignitate extat sublimior. Sicut & Hugo in libro de Sacramentis edocuit: Hinc ut in gestis Niceni conciliū legitur, magnus ille Constantinus imperator, dixit episcopos esse deos: Quia diuinā excellentiam fortuntur, & omnipotētis dei existūt uicarij. De hac materia plenus tractatur in decreto distinctione 9^a.

Ambroſi.
De majo. &
obed. c. fo. 1c

Bernardus

Articulus II. Quā uirtuola, exemplaris & sancta debeat ponti-

ficum esse uita.

OMnes sancti patres concorditer protestantur, quodq; qto prelatus in altiori officio majori dignitate & latiori iurisdictione fuerit constitutus, tanto ad ampliō re perfectione uirtutū tenetur: nec aliter poterit debitū sui officij efficaciter adimplere. Hinc qto episcopi uniuersis subditis suis tā spūialibus & secularibus eminēnt & præfulget ecclesiastica p̄tate, prælatica dignitate gloriose iurisdictione, tanto præ oib; illis obligantur ornari omni uirtute & suimæ exemplaritatis existere, in modo oīm uirtutū p̄fectione & grā radiare, quatenus de plenitudine suaq; uirtutū influant & infundant uniuersis sibi cōmisissis, suaq; bonitate & sapientia, p̄fectione atq; cōstātia uincat, extinguat & reforment malitiam, insipientiam, imperfectionē & instabilitatē subditis suis, uniuersi q; & singuli iudicēt in ipfis: sicutq; in omni adueritate imperturbati corde permaneāt. Hinc dicūt doctores, q; status ep̄obi est status perfectionis acq̄site, ita q; nullus ad episcopatuū est promovēdus, neq; ad executionē officij episcopalis idoneus, nisi sit in orni lapia, prudētia & uirtute perfectus. Ideo aſterit Gaius: Iuxta gradū sui officij oportet quenq; esse meliore. Nā re uera q; ad hoc eligūtur ut p̄fici ceteris, sicut p̄ordinātū dignitate, ita p̄aeminere debet & sanctitatem: alioq; cur ceteris p̄ficiuntur, q; meritis nō præfulgent. Hinc & summo pontifici scribit Bernardus: Abi qd uirtutibus tanto es deformior, qto in dignitate & p̄fectione sublimior. Erubescibile est uidere hominem in pontificali apice positū, uirtutū splendoribus non induitū. Monstrosa res, autoritas alta, & uita indigna. Etenim quanto p̄latio altior est & autoritas maior, tanto ad uirtuosiores & diuiniores perfectiores actiones ordinantur.

Nemājo. &
obed. c. folke

20. d. c. folke

25. q. novellū

Articulus

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI,

Articulus III. Quod episcopi in sua consecratione ad praetactam perfecti-
onem solenni uoto se obligant.

Sicut Thomas in secunda questione 182. declarans qui esse dicantur in statu pfectio[n]is, inter cetera ait: Status proprius pertinet ad conditionem libertatis uel seruitutis. Porro quantum ad homines, ad hoc quod aliquis adipiscatur statum liber-
tatis uel seruitutis. Primo requirit aliqua obligatio ad seruendum uel absolutio a ser-
uitute: Non enim ex hoc quod aliquis seruit alicui, efficitur proprie seruus quia & libe-
ri multoties seruant, cum dicat Apostolus: Per charitatem seruite inuicem. Nec ex hoc quod alius
quis definit seruire, efficit liber, ut patet de seruis fugitiuis: sed ille est proprie seruus, quod obli-
gatur ad seruendum: & ille est liber, qui a seruitute absolu[i]t. Secundo requirit, quod obligatio
praedicta fiat cum quadam solemnitate, sicut & circa ea que inter hoies perpetua obtinet firmita-
tem, quaedam solemnitas adhibetur: Sicut ergo in statu pfectio[n]is d[icitur] proprie aliquis est, non
ex hoc quod habet actum dilectionis pfectae, sed ex hoc quod obligatur perpetue cum aliquo sole-
nitate ad ea que sunt pfectio[n]is: h[oc] autem utrumque competit religiosis atque episcopis. Religi-
osi namque uoto se astringunt abstinere a secularibus & carnalibus rebus, quatinus deo libe-
ri uacent, in quo consistit pfectio uite presentis. Similiter episcopi obligari[nt] se ad ea que
sunt pfectio[n]is, assumendo pastoralis officium. Ad quod pertinet, ut animam suam ponat pa-
stor pro ouibus suis. Vnde Apostolus ait ad Timotheum episcopum: Confessus es bonam co-
fessionem coram multis testib[us], in tua uidelicet ordinatione, ut glossa exponit. Adhuc etiam
quedam solemnitas in consecratione episcopi, cum professione p[re]dicta, iuxta illud ad Timo-
thum. Refl[ex]t[ur] g[ra]m[mar] dei que est in te, p[ro]impositio[n]em manu[em] presbyteri. Quod glossa exponit de
gra episcopali. Vnde & diuinus Dionysius V. Ecclesiastice hierarchie ca[usa]it, quod episcopus in
sua ordinatione habet super caput suu[m] sanctissimam superpositionem eloquio[rum]: i.e. euangelii li-
brum, ut significet, quod ipse est integre participatus totius hierarchie virtutis pfectio-
nem. Et quod ipse non solum est illuminatus de omnibus que[nt] p[ro]tinet ad sanctas locutiones
& actiones, sed & etiam hec alijs tradat. Praeterea in eadem Summa afferit S. Thomas, quod pre-
sbyteri & archidiaconi ex parte curae quam fuscipiunt, non ponuntur in statu pfectio[n]is,
quia non obligantur uinculo perpetui uoti ad hoc quod cura retineat anima[re]: sed possunt
eam deserere, transfeundendo ad religionem, etiam absq[ue] licentia episcopi, ut in decreto habe-
tur. Et etiam cum licetia episcopi potest aliquis archidiaconatu[m] aut parochia[m] dimittere, &
simplicem prebendam accipere sine cura: Quod nullo modo liceret, si esset in statu pfectio[n]is,
cum dicat saluator: Nemo mittens manu[em] suu[m] ad aratum & respiciens retro, aptus est re-
gno dei. Episcopi autem cum sint in statu pfectio[n]is, non nisi autoritate summi pontificis ad
quem pertinet in uotis perpetuis dispensare posunt episcopale curam deserere. Hinc ar-
chidiaconi & presbyteri habent ad episcopum sicut praeponiti & baliui ad regem. Pro-
pter quod 21. quest. prima habet: Vniuersi presbyteri atque diaconis attendendum est, ut
nihil absq[ue] proprii episcopi licentia agant. Ideo sicut in mundanis seu secularibus potesta-
tibus solus rex solem nem accipit benedictionem, alij uero per simplicem commissionem
instituuntur: ita in ecclesia cura episcopal[is] cum solemnitate consecrationis committitur:
cura autem archidiaconatus seu plebanatus cum simplici iniunctione confertur. Preter-
ea de hac materia scribit sanctus doctor diffuse in libro de Pfectio[n]e uite, inter cate-
ra loquens: Ad pfectio[n]em fraternae charitatis episcopi in sua ordinatione se obligant,
sicut religiosi in sua professione, et rursus: Ad episcopos (inquit) pertinet ex obligatione uo-
ti alios ad deum reducere. His consonant que super ecclesiasticam hierarchiam, &c. ca.
scribit Albertus. Denique sicut ostendit Gulielmus Parisiensis, Episcopus est sponsus sue ec-
clesiae. Idcirco in sua ordinatione promittit sue ecclesie inuiolatam fidelitatem, per hoc quod
ad eius utilitatem atque pfectum totam suam obligat uitam. Quemadmodum in carnali co-
nubio sponsus promittit fidelitatem propria sponsa. Imo sicut status episcoporum est altior
statu religiosorum: ita episcopi ex sua obligatione magis tenetur implere & exhibere ec-
clesias suis ea que promiserunt, quam religiosi ad impletione professionis monasticis. Hinc
quoque in Summa Confessor[um] habetur, & idem afferit Hostiensis: Episcopus non potest aliud
uotum emittere sine licentia pape. Quod intelligenter est de uoto per quod dissoluntur
uinculum matrimonij spiritualis, quod est inter ipsum & ecclesiam suam sponsam: imo nec
aliud, per quod graue prejudicium fieret suae sponsae. Vnde non potest uoto peregrinatio
nis emittere, per quod oportaret ei ab ecclesia sua diu se absentare. Ex quibus omnibus co-
stat, quod episcopi seipso totaliter ac solemniissime obligant ad praefidendum ac proficiendu[m]
suis

DE VITA ET REGIMINE PRAESVLM.

381

suis eccl[esi]is. Et dato quod in sua ordinatione ita non obligassent se formaliter & expresse, ni-
hiominus coram deo essent sic obligati, cum nemini debeat sua culpa seu alterius negligen-
tia suffragari: Nec prava c[on]fuetudo sit lex, sed corruptela. Quemadmodum etiam religiosus ul-
tra annu[m] probationis in claustru[m] perseuerat, pro professio[n]e habetur, quis professione forma-
liter non emitat, praeferunt cum iuxta prahabita, obligatio illa sit de ratione status episcopal[is].
Hinc iterum afferit S. Thomas in secunda sede q. 189. Obligatio uoti perpetui preferunt omni
alijs obligationi. Obligari autem uoto perpetuo & solenni ad uacandu[m] diuinis obsequijs c[on]petit
proprie episcopis & religiosis: unde episcopi presulatu[m] non possunt deferrere quacunq[ue] oc-
casione absq[ue] autoritate Romani pontificis, qui solus potest in uotis perpetuis dispensare,
ut habetur extra de regularibus & transiuntibus ad religionem ca[usa]it. H[oc] Thomas.

De translat.
epic. quanto

Ibidem.

De regul. et
translat. reli-
gio. c. licet.

Articulus III. De uirtutibus ad quae episcopi specialiter obligantur.

Virtutes dicuntur esse ita conexae, ut una sine alia non possit haberi. Idcirco opor-
tet episcopu[m] omni uirtute esse ornatus: ueruntur quodam uirtutes sunt, quae speci-
alter atque precipue ad presules pertinet, quas in epistolis ad Timotheum & Titum
tangit Apostolus. Nam prima ad Timotheum differuit: Oportet episcopum irre-
prehensibil[em] esse, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalum, doctorem, non uinolentum, non
peccatorem, sed modestum: non litigiosum, non cupidum, su[er] domui b[ea]ti prepositum: non neophy-
tu[m], ne in subiecta elatus, in iudicio incitat diaboli. Oportet autem illu[m] & testimoniu[m] habere bo-
num ab his qui foris sunt, ut non in opprobriu[m] incidat & laqueu[m] diaboli. Porro, ad Titum
scribit Apostolus: Oportet episcopu[m] sine criminu[m] esse, sicut dei disp[ec]tator[em]: non subiectu[m], non
iracundu[m], non turpis lucr[us] cupidum, sed hospitalis, benignus, sobrium, iustus, sanctum, cotti-
nentem, amplectente eum qui scimus doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhorta-
ti in doctrina sanctorum & eos qui cōtradicunt, argueret. Denique, sicut in prima parte Decreti per
varias distinctiones diffuse ac prolixo probatur ex ybis sanctorum, Hieronymi, Augustini &
aliorum, praeterea uirtutes non solum ad episcopos, sed ad sacerdotes etiam pertinent, imo pro
maiori parte ad uniueros qui in sacris sunt ordinibus constituti, ut S. testatur Gregorius.
Ad quilibet quoque Christianu[m] pro magna pertinent parte. Quilibet enim Christianus tene-
tur esse sine criminu[m], i.e. mortali peccato: Sobrium quodammodo, cum dicat saluator: Vide te ne grauen[t] corda
uestra crapula uel ebrietate. Et prudens, sicut rursus dominus Iesu Christi h[oc] auctoritate p[re]cepit: sto-
te prudentes sicut serpentes. Item pudicus, cum iterum dicat: Qui uiderit mulierem ad con-
cupiscentiam eam, iam moechatus est eam in corde suo. Ac etiam hospitalis, cum ipse oim iudeo
in extremo iudicio reprobis sit dicturus: Hospe fui, & non receperisti me. Item non uinolentus, non
percutor, sed modestus, non litigiosus, non cupidus nec superbus. Sed quoniam episco-
pus tam laicus quam ecclesiasticis personis sua dicecessit preminet autoritate ac p[re]latione, tamen
in cunctis p[re]fatis uirtutibus debet o[ste]nsus excedere.

Articulus V. Qualiter in p[re]dictis uirtutibus debeat episcopi esse p[re]fecti.

Quoniam episcopi sunt successores apostolorum & sponsi eccl[esi]arum, debet esse aposto-
lice sanctitatis & spiritualissimi uiri. Et sicut foli in cunctis syderibus ac planetis
clarior est in scipio, & p[re]ce oibus illis radios suu[m] lucis undiq[ue] spargit, copiose dif-
fundit ac usib[ili]tate cuncta clarificat & uenustat, sic oportet p[re]fectum p[re]ce oibus
sibi subiectis in sapientia omnium uirtute in seipso esse plenissimum, atque ex sua plenitudine subdi-
tos illustrare. Debet igit[ur] iuxta doctrinam Ap[osto]li, in primis irreprehensibilis & sine criminu[m] esse:
quia ad ipsum p[ro]fissimamente pertinet corripere delinquentes, corrigeret reos, & uitia omnia extir-
pare: Ideo ne ei quis dicere ualeat: Medice, cura te ipsum: debet se irreprehensibiliter exhibe-
re. Preterea, quia secundum sanctorum patrum doctrinam, indignus est alios corripere aut punire, q[ui]
in eis est uitiosi, in quibus hi quis corripere habet, aut paribus seu maioribus culpis: idcirco
e[st] p[ro]p[ter] dignus & aptus sit uniuersos corripere delinquentes, debet se exhibere ab omni
peccato immunit, ne ei dicatur illud Apostoli: Qui alios doces, te ipsum non doces. Insuper, quod ait
Ap[osto]li, episcopu[m] oportere sine criminu[m], quidam sic intellexerunt, quod a die baptismatis sui us-
que ad horam suu[m] ordinationis in p[re]fule oportuerit eum sine criminu[m] irreprehensibiliter
uixisse: & sic olim in ecclesia seruabatur. Ait namque Innocentius Papa: Primo iubet episco-
pus sine criminu[m] quod eo tempore tamen quo ordinandus est, sit sine omni criminu[m], & preteritas
maculas noua conuersatione diluerit, sed quod ex eo tempore quo in Christo renatus est, nulla p[re]c[on]i-
scientia mordeat. Quod enim p[ro]p[ter] preses ecclesiae auferre malum de medio eius, q[ui] in simile
delictu[m] corruerit: aut qualibet ueritate corripere p[ro]p[ter] peccantem, cunctis ipse sibi respondeat,
eadem se commisso q[ui]ne corripit: Et istud in Decreto probat Gratianus multis autoritati-
bus

1. Timo. 3
2. Timo. 2
Titum. 1.

Si d. c. aplu[s].
Si d. c. epis.
Si d. c. p[re]ve-
nit.

Luc. 21
Mar. 10
Mat. 5
Acta. 10
Matt. 25
Titum. 1.

De malore
& obed. c. so-
licitate.

1. Thess. 5
2. Timo. 2

Roma. 2

Titum. 1

1. Pet. 1
Iohann. 1

Iohann. 1

Vu bus

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

ss. d. c. docto
re, & c. facie
tis culpam

Sed p̄p̄s se
cru ordinem
in p̄d mor
tali mortali
ter peccat.

ss. d. c. vino
lentum.
Leuit. 10
De vita &
bonicia cleri
co, ea crapa.

c. a. crapa, de
vita & hon.
clericu.

bus patrum sanctiorum. Verunt̄ postea fuit rigor hic relaxatus: ita q̄ nunc sufficere reputat̄ ut is qui ordinandus est pontifex, sit sine crimine tunc, quando ad ordinacionem est acceleratus, & de præteritis suis culpis penitentiā digna pegerit. Alioq̄ peccat̄ mortaliter ad ordinacionem procedendo, imd̄ quicq̄ aliquē sacram ordinē suscipit cum conscientia mortalis peccati, peccat mortaliter, prout doctores sup̄ quartū Sniaḡ cōcorditer scribūt. Nam & Thomas ex ybis diuini & magni Dionysii probat & cōcludit ibidē, q̄ nō solū ep̄s sed et iam sacerdos peccat tanquam blasphemus & deceptor uocatur, qui ordinē sacerdotale indigne suscipit siue exequitur. Amplius si (quod abit) ep̄scopus etiam post suā promotionem ad ep̄scopatum, in aliquā mortalē lapsu est culpā, adhuc concedit ei penitentia locus. Et postq̄ per uerā contritionem & confessionem plenariā deleuerit suā culpā, ad hoc confetur idoneus corripere & punire culpabiles. Ex his elucescit, q̄ grauter peccant̄ prælati, qui cum in magnis & publicis uitiat excessibus aut p̄tis, nihilominus subditos castigare & punire præsumunt de eidem aut minoribus culpis. Et si queratur, Quid ergo agere debent tales prælati, nunq̄ uitia subditos debent impunita relinquere? Respondeatur, q̄ emendare se debent protinus & condigne, uel sua officia resignare.

O Articulus VI. Quām sobrissimos & castissimos oporteat esse ep̄scopos. Lim in lege Moysi præceperat dñs Aaron p̄tifici et sacerdotibus eius: Vnu & omne quod inebriari potest, nō bibet, q̄n intrabit̄ in tabernaculū testimonij, ne moriam̄. ut habeatis scientia discernendū inter sanctū & prophaniū, inter pollutū & mundū, doceatisq̄ filios Israhel oīa legitima mea. Cū ergo sacerdotiū ac p̄tificium euangelicā legis sint quasi incōparabiliter digniora, sp̄zialiora & diuiniora sacerdotio ac pontificio legis Mosaicā, constat q̄ sacerdotes & maxime pontifices euangelicā legi debeat̄ ab omni immoderantia uini cæterorūq; potuū quā possunt inebriare, ab omni quoq̄ excessu in cibis summe cauere & penitus abstiner. Præterea cū superfluitas ciborū ac potuum intellectū obscurerit, & rectū iudicium rationis impedit, caput cerebrūq; perturberit, summe uitanda est p̄fili, quē oportet sp̄ esse paratum ad discernendū de singulis occurrentibus causis etiam arduis, atq; ad expediendū alioz negotia, ad extirpandum litigia, ad iudicandū inter bona & mala, inter meliora & peiora, inter uera & falsa; ad excogitandum quoq̄ & considerandum qđ expediat bono communī, & qualiter resp̄publica conservetur in pacē. Ad quā omnia peragenda ualde necessaria est præfusūlypidus intellectus, ratio clara & caput quietum ac bene dispositum. Insper, cū ep̄scopi teneat̄ esse uiri sp̄zialissimi, heroicī & perfecti, uehementissime debent uitare & aspernari uniuersa cararia uitia, quā hominem brutis assimilant. Cumq̄ ep̄scopi teneat̄ esse totius castitatis & puritatis exemplar, omnino uitanda est eis uiolentia omnīq̄ crapula; quia ut ait gloriūs Hieronymus, Ventring luuius ad luxuriam prouocat, & ueter uino aestuans, cito despumat in libidinem. Hinc legitur in Decreto: Sacerdotalē sensum, maxime aut̄ pontificis intellectū, oportet esse peruigile, subtilem & castum. Deniq̄, in conuiuis & portationib; immoderatis compunctio cordis & oīis deuotio dissipatur, animus ad inanē lētitia relaxatur: lingua ad uerba prorumpit illicita, risus & ioci nascūtur, sicq̄ timor dei recedit ab anima, & homo in diversa magna cadit p̄st. Cum ergo ep̄scopos oportet coram deo esse indesinenter & maxime custoditos, sollicitos, timoratos, prorsus uitanda est eis immoderatio in cibis & potibus. Vnde disporere debent, ut ad mensam legatur eis aliquid, quod sanctam deuotionē & dei timore magis accendere potest & conferuare. Nec solum debent se ipsos in hora refectionis à ybis illicitis alijsq; uanitatibus, leuitatibus ac peccatis reprimere, sed & conuiuia suos atq; domesticos debent per correptionem paternam & salubrem doctrinam à talibus cohibere, ne sibi & eis euensiat quod diuini epuloni legitur in euāgelio contigisse: Nam postus in inferno, & cæternis condemnatus incendijs, testatus & fasus est se durius cruciari in lingua, quia in conuiuantibus solet regnare loquacitas.

Articulus VII. De prudentia & sapientia ad ep̄scopos pertinentiē.

CV miuxta sanctorum patrum doctrinam, regimē animarum sit ars artium, & res maximē difficultatis, certū est q̄ quanto ep̄scopus plures aīas regere habet, tanto maiori eger scia atq; prudētias: imd̄ cū ep̄s habeat gubernare hoīes ualde multo, diuersorūq; statuū, officiōe ac graduū, urputa seculares & sp̄iales, coniuga-

DE VITA ET REGIMINE PRAESVLM.

982

tos, uirgines, uiduas, sacerdotes, pastores, prælatos, monachos, canonicos, archidiaconos, diaconos, moniales, rectores, baliuos & iudices, nobiles atq; ignobiles, politias seu urbes, pater q̄ maxima discrecio, præcipua sapientia, gratiosissima & copiosissima illuminatio atq; directio spiritus sancti sunt necessarie ei, ut uniuersis ac singulis ualeat prouidere, præsidere ac subuenire per se & cooperatores ac uicarios suos, prout illis necessarium est ad obtinendum ueram salutem, & prout capere queunt. Deniq; in omnibus difficultioribus causis & contentionibus ad ep̄scopum habetur recursus. Et ut sacratissimus Dionysius docet, ad ep̄scopum spectat totam communiteatem sibi commissari purgare, illuminare, perficere, conseruare, iudicare & custodire, animas ab iniustisibus inimicis protegere: ideo oportet ep̄scopum circumspectissimum ac sapientissimum esse. Rursus, ut super quartum Sententiarum asserit Thomas, Ad hoc quod actus hominis sit uirtuosus, requiritur ut adsit directio rationis: ratio autem per scientiam, sapientiam prudentiamq; adornatur atq; perficitur ad hoc, q̄ possit hominem in omni sua conuersatione & actione dirigere. Ideo quanto ep̄scopus habet plura ac difficultiora tam in temporalibus q̄ in spiritualibus expedire, ac pluribus magisq; differētibus inter se hominibus prouidere & reformationem ac salubre directionem impendere, tanto maior prudētia in rebus humanis, copiosior scientia in scripturis, eminentior quoq; sapientia in diuinis necessariis ei constitutis, prout istud in prima parte Decreti Gratianus diffuse prosequitur, & ex canonibus ac statutis summorum pontificium ac generalium conciliorū declarat. Hinc quippe in Toletana synodo legitur, Ignorantia mater cunctorum erroris, sacerdotibus præterit, ep̄scopis maxime est uitanda; q̄nī docendi officium in dei populo accepunt. Sacerdotes namq; & præfules sacram scripturam legere admonentur. Paulo apostolo dicente ad Timotheum ep̄scopum: Attende electioni, exhortationi, doctrinae. Sciant ergo scripturas sacras & canones, prout ad eorū pertinet gradum ac statum, & omne opus eorum in prædicatione & doctrina cōsistat, & universos aedificant ac informant. Hinc quoq; Leo Papa differit: Si in laicis intolerabilis est ignorantia, quanto magis in his qui præsumunt nec excusatione est digna nec uenia! Sed his obiecto potest, q̄ ex antiquis diebus fuerunt in ecclesia aliqui sancti episcopi modice literatura & simplices uiri. Quid item modernis temporibus multi inueniuntur pontifices parum instruti in scripturis ac iuribus. Quid ergo agendum est eis, aut quid consulendum est talibus? Ad primum istorum est respondendum, q̄ sancti episcopi fuerunt ualde illuminati spiritus sancto & desuper docti, ita quod haberunt magnam sapientiam scientiāq; infusam, quamvis modicum: humano studio acquisitam. In quibus impletum est quod ait sanctus Iohannes apostolus: Vnctio dei docet uos de omnibus. Et quod canit in psalmot: Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. De quorum numero fuit sanctus David, qui deo grata mente satetur: Incerta & occulta sapientiae tuae mani festant̄ mihi. Et denuo: Quoniam non cognoui literaturam, introibo in portam domini. Ad aliud respondendum, quod allegato inconvenientis nō probat neq; excusat. Episco piergo nō sat erudit̄ in scripturis, in iure & in libris sanctorum atq; doctorum, primo de insufficiencia sua coram deo humiliiter se accusent ac doleant, deinde tam pure ac uirtuose coram diuini uultus præsentia studeant conuersari, ut à sp̄sancto mereantur illustrari ac edoceri, atq; in omnibus gratiose dirigi ab eodem, pensantes ac facientes quod Iacobus hortatur apostolus: Si quis in dīget sapientia, postule à deo, & dabitur ei. Vnde & psalmista horat: Accedite ad eum & illuminamini, & facies ueltra non confundentur. Verum tamen sicut prædictum est, ad impetrandum tam benignam & gratiosem illuminationem & directionem spiritus sancti, sapientiamq; infusam, necesse est in eis in primis purgari à uitiosac syncerite, iuste ac exemplariter conuersari, quoniam Sapientiae primo dicatur: In maiuolam animam nō introibit sapientia, nec habitabit in corpore subditō peccatis. Tertio, non omitat secum incesanter habere uiros eruditos ac timoratos tam theologos, quām iuristas nū sic quasi tot habeant oculos, quot uiros sapientes ac prudētes sibi habent stanates atq; cohabitantes. Quorum consilii atq; doctrinā dirigantur in omnibus: nam ut sanctus ait Chrysostomus, pontificem oportet sapientissimum & perspicacem esse in cunctis: & mille ut dicitur oculo sex omni parte habentem, ut non sibi soli, sed & uniuerso populo sibi credito uiuat ac uideat.

Articulus VIII. Quām excellenter ep̄scopi teneantur hospitales existere, actibusq; misericordiae tam corporalibus quam spiritualibus esse intenti.

i. Timo. 4

i. Jōhann. 2

Psal. 93

Psal. 70

Iaco. 5

Psal. 33

Rom. 14
2 Cor. 5

Vu z Sicut

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

Sicut sanctus testatur Ambrosius, Summa i. plenitudo & pfectio totius Christianae religionis, in actibus misericordie & pietatis cōsistit. Cum ergo in episcopis tanq; in summis ecclesiis prælatis ac sponsis, debeat maxime relucere euāgeliæ legis Christianæ pfectio, constat q; præsules teneantur esse hospitallissimi, & in universis misericordiæ ac pietatis opibus eminenter perfecti, præsertim cum debeat esse perfecti tam in vita activa q; contéplativa. Deniq; sicut in Decreto habet 12. q. 2. Bona ecclesiastica debent in quatuor partes esse diuina: sicut hoc in frâ magis tangetur. Quæ una pars debet pauperibus specialiter erogari: ec in alios usus conuerteri. Rursus, episcopi in sua ordinatione præsertim se obligat ad pfectiōnem charitatis fraternalis, ad quam maxime pertinet ut opa misericordiæ tam corporalia q; spūalia proximis & egenis, potissimum propriis subdiuis liberaliter acferi vide impedit. Et quia episcopi sunt ariæ custodes, patres & pastores, ideo spectat ad eos ut tanto plus intenti sint spiritualibus actibus misericordiæ, quanto ait sunt corporibus nobiliores. Quæadmodum aut corporalia opa misericordiæ septem sunt, ut pura pascere elutientes, infirmis potum tribuire, nudos uestire, peregrinos colligere, uitare infirmos, liberare captiuos, præsertim si iniuste sint capti, & mortuos sepelire, sic & spiritualia misericordiæ opa septem sunt, scilicet ignorantes docere, dubitantibus consiliū dare, tristes consolari, peccantes corripiere atq; corrigeri, ignoscere offensori, imperfectos & onerosos pie portare, & pro uniuersis etiā inimicis orare. Sit ergo episcopus in affectu pietatis totus conuersus, & uicibus misericordiæ copiosissime affluens. Et quod pseipsum non potest exequi & implere, faciat p subditos suos diligenter & condigne impieri. Committat psonis fideliib; ac benignis, ut pauperes ac egenos, infirmos ac nudos, præsertim dominianentes cōsiderent & inquirant, & cōfide necessaria largiantur de his, quæ episcopus larga manu talibus suis eleemosynarijs debet cōferre ad distribuendū ea egenis. Deputet quoq; spūalem domū pro receptione & pia tractatiōne peregrinorū ac pauperū. Nō ergo sic thefauizat antistites, nec sic magnifice tractet propinquos & nobiles ac diuites ad se uenientes, ut pauperes obliuiscatur, aut eis subtrahī finat, quæ ipsorum indigentia atq; inopij deputata sunt & præstanta. Verunt̄ circa spiritualia misericordiæ opera præstali specialissime, uigilantissime ac feruentissime in tētū & occupatus sit incessanter: & per seipsum ac suos cooperatores, uicarios & ministros instruat ignorantes, hortetur sciētes, illūminet oēs sibi cōmissos, de his quæ deus requirit ab ip̄sis, de necessariis ad salutē, & de his quæ ad uniuscuiusq; pertinent uocationem & statu inuenientibus quoq; ad se pro confilio, non dedignetur salubre dare consilium, mēctis condoleat, consolationē piam tristibus exhibeādo. Culpabiles etiā sine perfidia & aceptione incepit & castiget, & pronus sit indulgere fore facientibus & iniuriantibus sibi, quantū salua iustitia & absq; detrimento boni communis cōgruenter fieri p̄t. Sic & hoies defectuosos ac onerosos p̄na portet ac sufferat pietate, ac pro toto grege sibi credito die ac nocte seruissime deprecet altissimum, gloriosamq; uirginem ac totā triumphantem ecclesiā: hec non nisi breuiter tango. Deniq; in prædictis misericordiæ actibus sancti & uenerabiles præsules excellenter resplenderunt: Nam & de sancto Sylvestro summo pontifice legitur, q; omnium orphanorum uiduarum ac pauperum nomina habuit scripta in matricula, eisq; necessaria ministrabat. In legenda quoq; sancti Gregorij recitur, q; tantæ pietatis ac largitatis in eleemosynis fuit, q; non solum uiciniis, sed etiam longe pofitis monachis necessaria ministravit: & omniū egenorum nomina habuit scripta, & eis liberaliter succurrebat. Monasterium etiā in Ierusalem instituit, & dei famulis illic degentibus necessaria præbuit uita. Infuper, tribus milibus dei ancillis contulit annuatim octoginta libras aurū pro quotidiani expensis. Quotidie quoq; ad me sam suam peregrinos quoslibet inuitauit atq; suscepit: sicq; merito suæ liberalitatis & misericordiæ in egenos una dierum ipsummet dominum uicem Christum in specie pauperis sufficiere meruit, ac suscepit. Alia uice angelum sanctum in forma peregrini habuit cōmensalem. Sic & de sancto Cassio præsule scribit beatus Gregorius, qd pene cuncta quæ habuit, pauperibus erogauit. Similiter de sancto Ambroso præsule refert beat⁹ Paulinus antistites, quod tantæ exitit largitatis, ut omnia quæ habere potuerat, ecclesiis & pauperibus, nihil sibi retinēs, tribuebat. De hac sanctoq; pontifici misericordissima liberalitate ac liberalissima misericordia sunt innumerabilia & quasi infinita exēpla. Si ergo tā sancti antistites fuerit ita largissime occupati actibus misericordiæ, q; utiq; actus p̄cipue ualēt ad diuīda p̄ctā, ad imperiāda grāz charismata, ad cōsequēclū eternā salutē, q; to magis episcopi tempore.

I. d. c. gloria
epi.

Ierem. 43

Matt. 25

1. Thess. 5

Ico. 2.

DE VITA ET REGIMINE PRAESVLVM.

383

Quamvis quidam episcopi terrarū istarū non solum sint spirituales prelati, sed etiā am principes seculares, uidelicet duces & comites, nihilomin^m suprema & formalior eoz dignitas, iurisdictio & potestas est spiritualis, hoc est, episcopalis autoritas seu pontificale officii: propter quod nec ducere posunt uxore, nec propinq^s eius dominia sua haereditario iure relinqueru^r. Hinc principaliter corā altissimo obligantur ad pontificalis executionē officij, ad regimē spiritualē, ad conuersationem uere episcopāle, utre & nomine sunt pastores: & qd in talibus p̄ seipso ne queunt adimplere, non nisi idoneis uiris, iurisq^e prudētibus debent committere, de quoq^e idoneitate tenentur diligētissime p̄scrutari. Præterea cum triplex sit pax, utputa pax temporis, quae est quies hominū ab exterioribus impugnationibus: & pax eternitatis, quam habet beati in regno celesti, qui p̄ beatificam deitatis fruitionem pfectissime quietantur in deo, regimen ciuiile ac seculare ordinatur directe ad pacem temporis: hoc est, ad pacificā hominū conuersationem adiuicem, atq^e ad temporalem prospicatem. Porro regimē spiritualē ordinatur directe ad pacem pectoris, hoc est, ad internam tranquillitatem, quamens in suo creatore qui est p conscientiae puritate, abiecto ac pulso uitiorū tumultu, ita quod libera est a iugo diabolī & a seruitute peccati. Vt traq^e quoq^e pax ista tendit & ordinatur ad suauissimam illā ac impturbabilem pacem aeternitatis. Itaq^e quanto pax pectoris pace temporis extat p̄stantior, & quanto salus aeterna omni temporali prosperitate est melior, quanto etiam libertas a seruitute uitiorum ac uinculis, captiuitate quoq^e demonum, desiderabilior est liberitate a seruitute & captiuitate uisibilium hostium, tanto diligenter ac incessabilius debet omnis episcopus occupari in regimē spirituali quām seculari: & si oppositum fecerit, habet esse ordine p̄postero ac peruerso, p̄ferens temporalia ac terrena spiritualibus, perpetuis & diuinis, quod totaliter displaceat deo. Hinc in uisione quadam cœlesti sanctus Ambrosius apparet beatae Brigittæ, dixit: Ego sum Ambrosius episcopus qui tibi appareo, loquens tibi per similitudinem, quoniam cor tuum non potest capere intelligentiam spiritualium sine similitudine aliqua corporali: Vir quidam erat habens uxorem legitimam uale uenustram, nobilem ac prudentem, cui tamen ancilla complacuit plus quam uxor. Et ex hoc tria mala contingebant: Primum est, quod uerba & gestus ancille magis eum legitimabat quam uxor: secundum est, quod ancillam uestiebat pretiosissimis uestimentis, non curans q^o uxor sua esset panno, ac communī panno uestita: tertium est, q^o qdī noī uen horis morabatur cum ancilla, & una tantummodo hora cum coniuge etiā inuit^o. Veniens autem quidam de propinquis uxorū ad uix illum adulterū, grauius increpauit eī dicendo: Ad legitimam tuam uerō charitatē tuam conuerte, eam amando & uestiendo ut decet, nouemq^e horis cum ipsa manendo, & sola una hora cum ancilla talioquin scias te morte pessima periturum. Per istum adulterum ego Ambrosius episcopum istum intelligo, habente in episcopale officium, sed uitam carnalem & adulterinam. Ipse nanq^e suae ecclie spirituali copia ita coniunctus est, quod ipsa sua ecclie esse deberet sponsa eius charissima, qui tamen charitatē suam ab ipsa retraxit, multo plus diligens mundum servilem, quam sponsam suam diuinam tam præclaram, id est eccliam. Ideo tria mala facit: Primum est, quod fraudulenta mundi adulatio plus gratulat, quam de morigerata dispositione sancte ecclie. Secundum est, q^o omnem ornatum mundi diligit, de defectu uero ornatus ecclie, spūalis uel corporalis, minus aut nihil curat: tertium est, q^o nouē horas quotidianē expendit pro mundo, querendo eius diuitias, delicias & honores, & sola una horam pro ecclie dei, quasi inuite faciendo aliqua bona spiritualia, non tamen ex charitate, sed ex seruili timore. Timet enim supplicium ignis infernalism, & si posset cū corporis hospitale & rerum mundanarum abundantia aeternaliter uiuere in hoc mundo, de carentia supernae beatitudinis nō curaret. Propterea tibi certissime dico & iuro, quod nisi se cito ad statim eccliam conuerterit, cum ipsa horas nouem ducēdo, & unam cū ancilla, i. cū mundo, non tamen eum diligendo, sed eius diuitias & honores inuit^o habendo secundū dī conditam episcopalē officij, & omnina ad dei honorē humiliter ac rationabiliter disponen-

Xx 2 do,

2. Reg. 3
5. Reg. 15
2. Para. 17
4. Reg. 18
4. Reg. 22

Phil. 4.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI

do ipse in anima sua percussione tam graue habebit, sicut ille qui tam horribiliter percuteretur in uertice, q[uod] usq[ue] ad plantam pedis toto corpore dissoluere tur, i[n]d[ic]at aeternam, amissimam damnationem recipiet, & propria conscientiae remorsu aeternaliter punietur.

Articulus XXI. Cui rei compareatur malus episcopus ex uer-

bis virginis gloriose.

Beatissima uirgo Maria in revelatione dixit ad Brigittam sanctam: Scriptura dicit: Qui diligit animam suam in hoc mundo, perdet eam. sic malus episcop[u]s q[uod] diligit animam suam iuxta omnem uoluptatem suam carnalem, immundam ac fodiendam, spiritualis autem delectatio[n]e est in corde ipsius: ideo bene comparatur flabello, lo pleno uento iuxta conflationem. Nam sicut consumptis carbonibus & aere ignito frigente, adhuc uentus remanet in flabello, sic episcopus talis quamvis naturae suae tribuit omne quod appetit, consumens in utilitate tempus suum, tame[m] delectatio sensualis remanet in defidio suo sicut uentus in flabello. Nam uoluntas eius est semper ad cupiditatem, uoluptatem & elationem, quibus induatus corde, dat alijs exemplum audaciam: q[uod] peccandi: qui consumpti in uitio[n]is defluunt & corrumpunt in infernum. Non ita dispositus fuit ille bonus Ambrosius episcopus, nam eius cor plenum fuit diuina uoluntate & charitate, & sobrium fuit in somno & cibis & exuffans uoluntatem peccandi, tempus suum consumpsit utiliter ac honeste. Ipse quippe bene uocari potest flabello uirtutum. Sanauit enim in subditis suis uulnера uitiorum uerbis & sermonibus ueritatis, incenditq[ue] frigidos charitate diuina p[ro]uincia exempla feruidi q[uod]q[ue] in uoluntate peccandi, refrigeruerit ex pura ipsius uita & castitate. Porro malus episcopus similis est testudini, quae facies in innata sua putredine, trahit caput in terram, sic iste iacet & delectatur in abominatione, trahens animum ad terrena, non ad sempiterna. Tria reduco ei ad memoriam: Primum est, qualiter hucusq[ue] tenuerit officium sacerdotale secundum, quid significet uerbum illud euangelii, V eniunt ad uos in vestimentis ouinu, intrinsecus aut sunt lupi rapaces: tertium, cur temporalia atque carnalia tantu[m] feruerit in corde ipsius, creator uero o[mn]ifrigidus & despectus est in animo eius. Ideo nescierto resipuerit, iuxta magnitudinem suorum excessuum eternaliter, grauissime puniet ac disipabit.

Articulus XXII. Informatio, qua sacratissima uirgo Maria p[ro] sancta Brigittā informauit quendam episcopum de tota uita sua.

Abeatam Brigittam dixit dignissima uirgo Maria: Si episcopus iste proponit ire per arctam uiam salutis, deponat primo graue pondus deprimitis eum, id est, omnem mundi cupiditatem & exteriora mudi bona habeat soluad necessest utiae præsentis, secundum humilem status sui decentiam. Secundo sit præcinctus ad uias, quia tenet esse præcinctus cingulo iustitie & charitatis diuinae, paratus ire per illam viam, per quam iuit Christus qui dixit: Ego sum pastor bonus, qui pono animam meam pro ouibus meis. Paratus sit loqui ueritatem in omnibus, & facere iustitiam in seipso ac subditis. Nec dimittat iustitiam propter minas aut opprobria hominum, nec propter amiciu[m] falsam aut uanum timorem. Tunc uenient iusti ad eum & sequentur doctrinam ipsius & opera. Tertio comedat cum Helia bucellam panis, id est, deum super omnia diligit, quam bucellam inueniet ad caput suum, q[uod] ratio sua docebit eum, q[uod] deus sit super omnia, & præ omnibus diligendus propter creationem & redemptionem, & propter suam bonitatem & patientiam, qua tam diu & pie expectauit ipsius ep[iscop]i emendationem. Deinde e[st] bibat modicum aquae, id est, amaritudinem passionis Iesu Christi intime cogitata que a prima hora diei regatetur deo toto corde, sollicite recognoscens actus suos, & perat gratiosum, auxiliu[m] dei ad faciendum uoluntatem ipsius in omnibus. Cum se uero induit, ore[m] hoc modo: Cinis tenet esse cum cinere, & terra cum terra. Veritatem quia ex prouidentia dei episcopus sum, in duo te corpus meū uestibus quae ex terra sunt, non propter pulchritudinem neq[ue] superbiu[m], sed propter decentiam, ne nuditas tua appareat. Nec curo ut amindumentum fit melius aut uilius, sed tantum ut ad reuerentiam dei episcopalis habitus agnoscatur, & ex habitu discernatur episcopalis autoritas ad informationem correctionem & aliorum. Ideo precor te deus p[ro]fissime, da mihi in animo stabilitatem, ne extollas de exteriori ornatu, sed in animo adorner omni uitute, ut decet episcopum coram te. Deinde legatoras suas devote atque distincte. Post celebrationem missæ exerceat episcopale officium, cauendo sollicite ne plus attendat ad corporalia quam ad spiritualia. Quum uero accedit ad mensam, dicat: O domine IESU CHRISTE, da mihi corpus meum ita reficer, ut non improbe contra animam insolefac ex ciborum & potuum superfluitate, nec in ob-

Iohann. 12.

Matt. 7.

Iohann. 10.

2. Regu. 17.

DE VITA ET REGIMINE PRAEVULVM.

589

sequio tuo deficit ex indiscreta parcitate. In mensa autem permittitur episcopo moderata consolatio & colloquio circumspecta, in qua uiteetur omnis scurrilitas, omnisq[ue] uanitas, ne tale uerbum proferatur quo aliquis incitetur ad peccatum, sed omnia sint salubria & honesta. Quemadmodum enim in mensa corporali deficientibus pane & potu, omnia extant insipida, sic in mensa episcopi deficiente bona doctrina & exhortatione, omnia quae apposita uentur insipida sunt. Ideo q[uod] ut uiteetur uanitatum occasio, legatur aut recitetur aliquid tale in mensa, quo edificentur praesentes. Completa refectione & gratijs dictis, inquirat episcopus de agendis, uel libros legat ex quibus ad perfectionem uirtutum trahatur, & omnes familiares ac domesticos suos alliciat uerbis & factis ad timorem dei, ut sit pater eorum per diuinam autoritatem, & mater per spiritualem educationem. Si uero agnoscerit aliquem illorum peccare mortaliter, nec ex sua doctrina respicere a peccatis, removet illum a se; quem si retinuerit apud se propter commodum temporale, non erit immunitas a peccatis illius. Pergens uero ad lectum suum, examinet diligenter qualiter diem extenderit, & quomodo atque in quibus rebus deliquerit & dicat: O domine deus, da mihi per gratiam tuam, ut ex somni abundantia in tuo seruitio non tepescam, sed moderare somnum meum, & da mihi fortitudinem ut diabolus non inquietet me, nec abstrahat me a pietate & gratia. Surgens uero a lecto, diluat confessione si quas negligentias caro passa est, ne somnus noctis sequentis oneretur delictis noctis preteritae.

Articulus XXIII. Prosecutio informationis istius, & qualiter episcopo necessaria sint patientia atque constantia cordis.

Dixit mater dei sacratissima uirgo ad Brigittam sanctam: Dic episcopo, quod si incesserit per praefatam viam uirtutum, oportebit eum sustinere malitiam hominum iniquorum, qui derident opera iusta, & depravat in storum vias ac mortales, & quicquid pium ac humile est parviperunt. Contra hos induat se episcopus ueste patientie & constantie, quoniam patientia facit grauia esse suavia, contumeliasq[ue] illatas facit pati gaudenter. Insuper oportebit episcopum bonum spinas (id est, adversitates & uitiorum impugnationes) tolerare, contra quas habere debet inde sinerentem memoriam praceptorum consilio[n]um dei, ut quum pupugerit cum spina aduersitatis aut paupertatis, consideret CHRISTI paupertatem & amaritudinem passionem. Porro dum pungitur spina irae sue inuidie, consideret charitatem dei ad nos, & qualiter iussit ut charitatem seruemus & inuicem diligamus. Charitas enim uera non querit quae sua sunt, sed se totam exponit ad dei honorem & proximorum utilitatem. Amplius, adhuc admoneo & auiso episcopum de tribus inimicis qui sunt in via: Primum inimicus nititur sibilare in aures episcopi, ut obstruat ipsius auditum: secundus stat ante eum, ut perungat oculos eius: tertius est ante pedes eius, clamans alte & habens laqueum quo illaqueat pedes episcopi, quando eleuat eos a terra. Primum inimicus sunt homines illi, qui nituntur episcopum retrahere a via recta, dicentes: Cur tibi assumis tantum laborem, & pergis per viam tam arcam? Diuerte ergo magis in spatiosam & floridanam viam, per quam uadunt plures. Quid ad te quomodo uiuant illi & ille? Quid ad te obiurgare & offendere illos, a quibus amari posses & honorari? Quid curæ est tibi quomodo uiuant, dummodo non offendat te & tu os? Situ ipse bonus es, sufficiat tibi. Quid ad te alias iudicare? Da potius munera & accipe, utere amicitia hominum in lauderis & bonus uoceris in uita tua. Porro, secundus inimicus desiderat excædere episcopum, quemadmodum Philistæ Samsonem. Iste hostis (Iude. 18) sunt pulchritudo mundi, postfessio & opulentia rerum, luxus uestium, uarius apparatus ornamentorum, honores hominum & fauores. Tertius enim haec offeruntur oculis & homini placent, ratio excæderat, tepeſcit amor mandatorum dei, & peccatum licentius perpetratur, & modicum reputatur. Propterea cum episcopus habuerit moderate necessaria, contentetur. Nam multis iam dulcius est stare ad molam cupiditatis, quam diligere ecclesiasticam secundum laudabilem pastoralis curæ dispositionem. Tertiis hostis clamat alte habens laqueum, & dicens episcopos: Cur uadis tam caute & timorat ac capite inclinato? Cur tantum te humilias, qui a multis debes & posses honorari? Procedit ad dignitates maiiores, ut majora acquiras seruitia, & ampliori fruatis quiete. Congrega thesauros, quibus & alios iuues & conseruis, & ubiq[ue] sis laetus. Cumq[ue] animus talibus affectionibus & suggestionibus fuerit inclinatus, mox praua delectatione se uertit ad cupiditatem terrenam, qua ita inuoluit laqueo curæ mundanæ, quod uix consurgit ad considerationem suæ misericordie, & præmiorum sup[er]iorum & æternorum. Nec mirum, Scriptura enim dicit: Qui Tim. 1. epi-

Xx 3 epi

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI

episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Nunc autem plerique desiderant honorem, & refugunt laborem.

Articulus XXIII. Declaratio plenaria virginis gloriose, qualiter episcopus exercere debet episcopale officium, & de occurrsum Iesu Christi omni umquam sanctorum ad uerum & iustum episcopum.

LOQUEBATUR genitrix dei in uisione ad Brigittam: Ego exponere uolo episcopo quid facere teneatur: Omnis episcopus debet habere insulam in brachio suis bene custoditam: non uendere eam pro pecunia, nec concedere alijs propter amicitiam, nec per tepiditatem & negligetiam prodere eam. Quid significat insula ista, nisi potestate & dignitate episcopalem, uidelicet ordinare clerum, confidere christina, et rantes corriger, excitare negligentes per opera uiruosa? Quod uero in brachio debet habere insulam bene custoditam, designat quod sedulo debet cogitare qualiter potestate episcopalē accepit, & qualiter ea tenuerit. Attendant an epatum accepit propter se, an propter deū & dei honorem. Nam si propter se accepit episcopatu, peccauit: & inde penteat, quia accipere debuit ut esset pauperum pater, mediator, consolator & animarum. Nam bona episcopalia, bona sunt animarum: quae si in fructuose consumuntur, & prodigaliter expenduntur, clamabunt & postulabunt animas illas uindictam super iniustum dispensatorem. Denique fructus episcopalis officii magnus est in celo & in terra, in qua est uicarius dei, propter quod quasi deus honoratur ab omnibus. Sed si uitam uere spualem refugebit, duplice confusione est dignus. Quod autem potestas episcopalis non debet uendi, designat quod episcopus nullo modo debet esse Simoniacus, nec exercere officium suum proprie pecuniam hominum uel fauorem; nec promouere propter hominum preces, quos scit esse male uitæ. Porro, quod insula non debet alijs concedi propter amicitiam hominum, id significat quod episcopus non debet peccata negligenter dissimulare, nec illos dimittere impunitos, quos potest & debet corrigit, nec filere peccata amicorum & cognatorum propter carnalem amicitiam, nec dorso suo imponere peccatas subditorum, quia episcopus speculator est dei. Quod uero episcopus non debet perdere insulam per negligentiam aut tepiditatem, significat quod non debet alijs committere ad faciendum ea, quæ plonaliter tenet & potest fructuosius facere ne propter carnalem que tem dimittere alijs, quæ ipse perfectius posset implere, quia officium episcopi non est quietis, sed laboris. Nec episcopus ignorare debet mores & uitam eorū, quibus cōmittit officia, sed scire atque inquire qualem servant iustitiam, & an prudenter & non cupide habeant se in agendis. Insup, episcopus qui est uicarius summi pastoris, tenetur habere fasciculum florum sub brachio suis, quo ille, & quæ uicinæ ac remota currant gaudenter post odorem ipsius. Iste florum fasciculus significat diuinam prædicationem, quæ episcopus habere & exercere tenetur. Duo quoque brachia eius quibus portat fasciculum, sunt duplicita duo opa episcopo necessaria, utputa opa bona in publico, & opa bona in absconde, quatenus uies uicinæ in episcopatu eius uidentes charitatem episcopi in suis oīibus, & eam audientes in verbis ipsius, glorificet deum in suo episcopo. Quæ autem remotae recipientes famam episcopi, desiderent eum sequi. Nam iste est suauissimus fasciculus, nō erubescere ueritatem & humilitatem Iesu Christi, docere bona & eadem facere, esse humilem in honore, & devoutum in abiectione. Cumque episcopus impluerit omnia ista, necesse est ut presentet & offerat cor suum deo euacuum ab omni uoluptate immunda & appetitu transtitorum laudis. Cumque introducendus est talis episcopus in regnum gloriae, occurrit ei Christus deus & homo cum omnib[us] sanctis ex exercitu, tunc episcopus talis audiet angelos dientes: O deus gaudium nostrum & omne bonum, iste episcopus mūndus fuit in carne, uirilis in operatione: decet ergo nos eum representare tibi, desiderauit nāc societatem nostrā quotidie. Ideo ample desiderium eius, & auge ex eius adiuuio nostrū gaudium. Tunc dicent & catari sancti: O deus, gaudium nostrum est de te & in te, nec alio indigenus. Attamen gaudium nostrum excitatur ex gaudio animæ huius episcopi, quæ dum potuit desiderauit te. Portauit enim suauissimos flores, salubria documenta & optima uerba in ore, quibus augmentauit numeru[m] nostrū, portauit exempla bona in ope, quibus fecerit uicinos sibi & longe distantes a se. Ideo da ei gaudere nobiscum. Tunc etiam ad eum dicit rex gloriae: O amice, uenisti mihi portare certuum iactum a propria uoluntate & impuritate peccati. Idcirco te implebo in aeternum delectatione & gloria mea. Letitia mea est tua, & tua letitia mea est. Hęc omnia ex Reuelationibus sancte Brigittę sumpta.

Arti-

DE VITA ET REGIMINE PRAESEVLVM.

390

Articulus XXV. De aliquibus uitijis quæ episcopis & prælatis ac cæteris præsidentibus solent se commiscere.

ALITUDINI prælature solet se admiscere magnitudo superbie. Propter quod sanctus Barnardus libro de Consideratione scripsit Eugenio Papæ: Præfis ut profis & ne dominari affectes homo homini, ut non domine tur tuū omnis iniustitia. Nullum uenenum, nullum gladium magis tibi formido, quām libidinem dominandi. Denique, præsidentibus multi sapientius blandiuntur, & facta ipsorum etiam uituperabilia laudent, quæ corripere debuerunt. Ideo dum à cunctis beatificantur & honorantur, intrae incaute atq[ue] inanite extolluntur. Ideo ait sanctus Gregorius: Vicina potentibus superbia esse solet, & affluentie rerum pene semper sociatur elatio: ita quod magnum est, dum in corde sublimium regnat humilitas morum. Hinc iterum loquituri: Pierunque qui præsunt, in ordinatum metum à subditis exigunt, & non tantum propter dominum, sed & pro domino honorari uolunt: Intus enim se tumore cordis extollunt, cunctosq[ue] subditos comparatione sui despiciunt, nec descendendo cōsulunt, sed dominando premunt, quoniam alta cogitatione se intra se erigunt. Hinc insuper sequi solet ira immoderatissima, ultio excessiva, impatientia grauis, indignatio pertinax, deinde discordia periculosa inter ipsos & subditos: Contra quæ omnia necesse sunt prælati humilitas, magna mansuetudo, inuita patientia atque prudentia, sicut ostendunt præhabita. Amplius, in principiis & magnis prælati solet regnare incauta credibilitas, ex qua mala plurima oriuntur, uidelicet suspicione peruersa, innocentum oppressio, & eorum qui sunt recti corde, persecutio dura. Quod expertus rex Assuerus afferuit. Quidam aures principum simplices & ex sua natura alios estimantes, callida fraude decipiunt. Contra quod oportet eū qui præfet, esse circumspectum & oculatum ex omni parte, nec omni spiritui faciliter crederet, neque ex leui suspitione ad aliquius punitionem procedere. Præterea, in præsidentibus & prælati solet regnare acceptio personarum, ita quod perfonas magis attendunt, quām causas & merita: quod teste beato Ambroſio, maximum est peccatum in episcopis atque in dicitibus. Contra quod malum oportet eos esse omni iustitia perornatos, & deum iudicem suum semper habere præ oculis. Postremo, solet in quibusdam principiis ac prælati esse quædam instabilitas cordis in diligendo, ita quod nunc ad istum, nunc ad illum nimis immoderatæ affectiuntur: ex qua immoderata & incircumspecta affectione cadunt in diuersa peccata, nimis sequendo affectum magis quām rationem, sicque indignos promouendo, & eorum consilia periculose sequentur: contra quod debet inesse cordi superioris uera prudentia & charitas ordinata, ut meliores & sapientiores plus amet, promovet & sequatur, nec antiquum relinquat amicum uere fidelem, cui nouus quis similiſ erit.

Hab. 16
Ioh. 4.
Iaco. 4.

Ecc. 9.

Articulus XXVI. Quæ debeat esse summa solicitude, præcipua occupatio, & principalissima actio cuiuslibet præfulis omni die.

EPISCOPUS compareatur ad totam ecclesiam sibi commissam tanquam ad unum exercitum, & tanquam ad unum ouile ac unum gregē: ideo primo & maxime debet cogitare, assidue desiderare, intendere, exquirere, totisq[ue] uiribus procurare communem bonum totius sibi creditæ ecclesie, præfertim in ipsu[m] libris, deinde in temporibus: nec debet intendere aut quæterere suipius honorem aut propria commoda, sed dominii dei sui gloriam & honorem, ut ipse creator omnipotens & aeternus ab omnibus subditis suis debite honoretur per diuinorum & ecclesiasticorum obseruantiam præceptorum. Primo ergo & maxime optet episcopus, ut uniuersus populus sibi commissus, deo adhaereat, obediatur & ministret, sicut testetur & unusquisque secundum suę exigentiam uocationis, & pro hoc apud dñm iugiter intercedat. Deinde cum uiris iustis, sapientibus & timoratis sapienti me conferat, consular, perscrutetur, qualiter illud efficacius possit cum adiutorio dei ad effectum perducere salutarem. Ad quod in primis requiritur, ut aliorum rectores, pastores & prædicatores, ui delicerat quatuor ordines mendicantium uiruose & exemplariter conuerientur, & sua officia laudabiliter exequantur. Idcirco pro omnium horum reformatio[n]e & iusta conuersatione, debet præsul omnem suā adhibere diligentia & labore: quod ut liberius possit peragere, debet minora & terrena negotia particularesq[ue] causas nō multum arduas committere uiris idoneis, prudenteribus, timoratis, & non occupare se in rebus

Xx 4 paruis

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

Psal. 100
t. Reg. 42

peruis ac uilibus, sed in exercitiis sanctis, spūlibus ac diuinis, quemadmodum ad dignitātis suā excellentiam spectat. Preterea ut episcopus populo suo copiosius possit proficeret, studeat se urbibus suis ac ce teris subditis exhibere amabilem, & pacem cum ipsis habere, nullū iniuriādo, ut cum David rege dicere queat: Non proponebam ante oculos meos rē iniustam. Et cum Samuele propheta ac iudice: Neminem calumniatus sum, nullū opprefsi, nec munus de manu alicuius accepi. Postremo contra antistites, q̄ relictis maioribus circūa uilia ac minima quotidie occupantur, loquitur sanctus pater Bernardus: Quid turpis indecentius episcopo, qui quotidie incumbeat super eū & substantiæ sua, scrutari oia, de singulis sciscitari, suspicionibusq; morderi & moueri propter singula queq; perditā aut neglectā? Ad uercundiam loquor quorundam hominum: Mira res, fatis superēfas, episcopi habent ad manum cui animas credant, & non inueniunt cui facultates suas committant. Optimū imō pessimi & estimatores rerum, qui magnam de minimis, & parvam aut nullam de maximis curā gerant. Sed ut liuide datur intelligi, patiēter magiserunt Christi iacturam q̄ nostram: & minus curant animarum perditionē, q̄ facultatum suarum amissionem. Quotidianas expensas, quotidiano inuestigant scrutinio: & cōtinua dominici gregis detrimēta & uitia nesciunt aut nō curant. De pretio escarum & numero panum, quo quotidiana cum ministris discussio estrarum admodum de populorum peccatis examen, nisi forsitan propter extorquendam pecuniam. Cadit asina, & est quis uelut eam perit anima, & non est qui repuit. Nec mirum, quia nec proprios affiduosq; suos defectus & excessus sentiunt & deplorant. Ecce quanta est negligētū atq; carnalium prēlatorū excēatio, pueritas & excessus, qui tūlā & terrena spūlibus & aeternis sic preferūt, & suarum in plementem bursarum diuinā maiestatis honori & animarum saluti sic anteponūt, neq; ad uertunt q̄ districtissimam rationem ab eis exiget Christus pro animabus quas tam pretiosissime emis, tāq; liberalissime liberauit, pro quib; in morte acerbissimā tradidit semetipsum.

Articulus XXVII. Quod episcopus à seipso, & à suis domestīcis debeat reformationem salubrem incepere.

t. Timo. 3
t. Timo. 5

Sicut præhabitū est, Charitas incipit à suo subiecto, deinde à sibi uincitoribus & magis propinquis. Oportet ergo ut præfūlū primis seipsum irreprehensibilem representent, & de hoc satius reor prædictū: deinde à suis domesticis, collateralibus familiariibusq; ministris debet reformationem & emēdationem strenue inchoare; Hoc quippe sanctus Apostolus euidētissime docet ac protestatur, dicendo: Si quis domui suę nescit præesse, quod ecclesia dei diligētiam habebit: Itemq;: Si quis suorum & maxime domesticorum curām non habuerit, fidem negavit, & est infidelis deterior. Deniq; sicut uideimus, Omne agens communiter primo ac fortius operatur in propinquiora quā remotiora, idcirco paternæ correctionis ac correctionis præceptū debet pontifex primo ac principaliiter implere & exercere in suis domesticis propriisq; ministris & sibi p̄sentibus; ideo quicquid in illorum uerbis, operibus, uestitu, incessu, apparatu, conueratione reprehensibile aut culpabile fuerit, id turpius est præfūlū, & in caput eius redundat, nisi debitam diligentē & conatum apponat ad reformandum oia illa, incorrigibilesq; sua remoueat domo, & suis priuet officiis sac iustis penitētū. Et si præfūlū ita nō egerit, certum est q̄ in eo non sit aliquis feruor diuinū amoris nec spiritalis dilectio ad sibi commissos, nec uere zelus iustitiae, sed carnalis & tepidus est, & dominatur in eo improbus amor sui, non charitas dei, nec frontem habet corripiendi castigandisq; alios, cum negligentia & iniustitia sua in propriis domesticis innoteat. Hinc sanctus Bernardus scriptit summō p̄tifici, quod etiā am uniuersitatem pontificis scribi potest & dici: Omne quod p̄peram agitur te p̄sente, id turpius tibi est. Pertinet ad te, ut hi quos p̄ae oculis habes, ita sint ordinati in uita, & informati in mōribus, quatenus totius honestatis ac condecentiae speculum fint & forma. Non licet tibi ut uita domesticorum tuog; ultimus scias. De disciplinatu tu prouide: si insolenti or sermo coram te sonuerit, si indecens habitus apparuerit, manus tua fit super huiusmodi: uincere iniuriam dei. Impunitas ausum parit, ausus excessum. Domus episcopi decet sanctitudo & honestas, quoq; custos est disciplina. In uultu, in habitu, in inceſtū illeorum qui tecum sunt, nil residere impudicum, nil indecens patiaris. Præterea reformationē illorum oportet primo insister, qui alijs in exemplum potissime pponantur, quoniam ex illorum reformatione major cōsequitur fructus, quemadmodum etiam ex ipso forum reformationē plura grauiorāq; scandala oriuntur. Sed ut sancti pontifices Augustinus & Ambrosius attestantur, Domus episcopi quasi in specula ponitur, & est magistra publicē discipli-

næ

DE VITA ET REGIMINE PRAESVLVM.

391

n̄e: quicquid in ea agitur, id omnes putant sibi licere: Idcirco necesse est, ut suos domesticos & ministros in priuatis reformat ac iuste gubernet episcopus, nec comitulos pueros cōptos' que adolescentulos habeat secum. Certe inter mitratos non decet discurrere calamistratos.

Articulus XXVIII. Qualiter deinde sit procedendum ad reformationem archidiaconorum & ceterorum curam animarum habentium, ac religiosorum qui p̄ae dicant theorum quoq; qui in spiritu ritualibus aut secularibus officiis positi sunt, & alios iudicare ac regere habent.

10. q. i. c. pl.
cuit.

Archidiaconi sunt quasi oculi præfūlū, qui post præfūlū magna & præcipua quadam iurisdictione funguntur, quoniam spectat ad eos, ut unusquisq; eorum in omni loco & termino sibi commisso, inquirat atque consideret qualiter sacerdotes curati & eorum uicarij ac subditū eorūdem se habeant: An sacerdotes sint casti, & sacerdotalem uitam ducentes, sobrij, decenter uestiti & exemplares in omnibus: An diuinum officium debite exequantur, ac populum sapienter inforinent, publice prædicando, ac priuatim hortando: An ecclesiastica sacramenta cum debita reverentia admīnistrant, ut uent tabernas, choreas, uenationes, spectacula in honestosq; ludos & contubernia sc̄minarum, nec aliquam habeant mulierem coabitantem, nisi secundum canones sacros permisam, puta tam uetulam aut propinquam, ut ex cohabitatione non possit mala oris suspicio. Deinde examinēt libros diuinū officij, an sint correcti, quia frequenter in multis locis sunt incorrecti: de quorum sufficiēti & uera correctione prouideant. In sup inuestigant & pensent, qualiter uiuant parochianū: an suis plebanis sint obedientes, & præceptis dei & ecclesie, & an in uicem pacifice conuersentur: & quicquid in his cognoverint archidiaconi, solicite & sincere reuelent episcopo. Prouideat ergo episcopus, ut ipsi archidiaconi in primis sint iusti, timorati, sufficiēti, eruditū ad suorum executionem officiorum, nec de aliqua incontētia notati aut reiis exemplares omnino his, quos habent corrigit, & ut tempore opportuno ac p̄fixo, diligētissime uisitent parochias eis commissas, ut puta ipsos plebanos seu eorum uicarios iuxta omnia iam p̄tacta, & quos reos inuenient, iuste sine perdonarum acceptione secundum iura corripiant & castigent. Plebē quoq; salubriter exhortentur, & omnia deformata reformatre conentur: nec quę rānt comoda sua, nec recipiant munera, quod eis sub poena excommunicationis prohibetur in iure, nec pro aliqua taxa pecunia permittant sacerdotes cum concubinis aut suspectis mulieribus residere aut permanere: sed per subtractionem in ecclesiastico redditū iuris tenorem. Et summe prouideant p̄fūles, ut uisitatio parochiarum non fiat nisi per uiros uere idoneos, deum timentes, literatos ac iustos, qui non querant bursam suam implore, sed dei honoris ac communi salutis laicorumq; ædificatione prospicere: alioqui uerā peccata tam archidiaconorum quam sacerdotum curatorum ac uicariorum eorum, nequaque ergo permittat antistites sacerdotes cum concubinis aut mulieribus prohibitis habitatet quia hoc enorimē, imō ineffabiliter populū scandalizat: & ipsi sacerdotes ita agentes, peccant gravissime, imō in omni actu ordinis sacri, peccant mortaliter, dantq; parochianis suis omnimodam occasionem, & proflus effrenatam peccandi audaciam. Ut igitur tot & tantafacina eū existent, implerū & impletū faciat pontifex omnia iam p̄tacta, & præserūt ut sacerdotes mulierculas à domibus suis remoueant, ne cum illis postea confabulari aut prævaricari inueniantur: alioquin ut tactum est, cuncta peccata & criminā illa redūdabunt in præfūlū super his negligentem.

Iaco. 4.

Extra de S. monia c. 115
factis ca. cū in eccl. & l. q.
s. c. salvator. i
q. i. ca. nullus
q. b.

Articulus XXIX. De diligētia & conatu pontificū circa reformationem quatuor ordinū.

Quemadmodum pontifex summus per prius compatatur ad totam uniuersitatem ecclēsiam, quam ad quicunque ecclēsiam perticularē, sic quilibet inferior præfūlū per prius compatatur ad totam particularem ecclēsiam sibi commissam, q̄ ad aliquam eius partem. Et sicut ceteri episcopi uocantur in partem sollicitudinis à suo dicece fano

sano episcopo: ideo proprie non sunt prælati, sed adiutores & quidam cooperatores episcoporum, ut super quartum Sententiarum sanctus Thomas declarat. Porro quatuor ordinis mendicantium dati sunt in adiutorium curatorū, ita q^o ex speciali priuilegio eis concessō possunt curatos iuuare, publice prædicando, confessiones audiēdo, & que dat similia faciendo. Ideo sicut circa virtuosam & exemplarem conuerterationem curatorum tenet episcopus esse sollicitus, ne per eorum negligentiam scandalosamq^o uitam pereant animæ sibi commissæ: sic & circa virtuosam exemplaremq^o conuerterationem religiosæ quatuor ordinum in diecessi sua manentium, debet antistes operosus ac diligens esse, & eos quilibet possunt pro posse reformare, eo q^o magis, quanto religiosi illi pluribus prædican^t, & plurim confessiones recipiunt. Nam & qui quis talium solet habere terminum fatis latum. Nec debet episcopus aliquos tales licentia ad prædicandum, & ad confessiones audiendas, nisi cognoverit eos ætate, uita atq^o scientia esse ad tantos actus idoneos. Deniq^o, de iure cœmuni omnes religiosi deberent subesse suo diecessano: multi uero ex priuilegio sunt exempti. Verum ut in Decreto haberet & regula iuris est, Priuilegio concessio priuari meret quies abutitur. Religiosi quoq^o qui nō sunt de obseruauita regulari, nec psonaliter implent quies prædican^t, eo ipso quoq^o indigni præsumunt, peccant mortaliter, ut Thomas in quartum, alijs doctores concorditer dicunt.

Articulus XXX. Quām diligens debeat esse antistes circa constitutos & constituendos in officijs spiritualibus aut secularibus.

Sicut indignum est in cathedra doctrinæ sedere indecōs ad instruendum alios, ita indignum atq^o iniustum est in sede iustitia se sedere iniustos & imprudentes ad iudicandum alios, præsertim quoniam iuxta præhabita uerba sanctorum, indignum sunt cæteros iudicare, qui in eis dem aut æqualibus, aut maioribus uitijs sunt, in quibus & hi qui iudicandi sunt. Hinc præf^o & princeps tenetur esse sollicitus ac discretus, ut nec ad spiritualia nec civilia officia promoueat nisi idoneos, hoc est prudentes & bonus, præsertim cum ad iudicandum requiratur prudenter, quæ uere non est nisi in virtuosis: Virtus namq^o hominibus non ineft uera prudenter, quamvis possit esse in eis quædam ueruita & informis scientia, ut etiam Aristoteles ait. Prætereas sicut tenetur tam diligens atq^o solici^tus esse circa promouendos ad officia, ita & circa promotos ad ea, inquirendo & considerando an prudenter & iuste se habeant: Quod si inuenierit eos in grauibus esse peccatis, & sua officia non implere condigne, tenetur eos corripare & ad meliora hortari, eos quoque deponere, qui se non curauerint emendare: alioqui patronus esset iniquitatis illorum, & alienis communicaret peccatis, non resistendo eis pro uiribus. Itaque non permittat, ut officiati sui aliquem grauent iniuste. Vnde de multis regibus, episcopis atque principibus virtuosis ac sapientibus legitur, q^o circa nullorum facta examinanda erant tam circu- specti ac seruidi, ut circa gesta & iudicia officiarii suorum: A quibus, nisi fuerint deum timentes & auaritiam odientes, subdit*i*m̄ etiam innocentes ac simplices dire multiplier^o grauantur. Hinc ietro uir prudens, naturali ratione inductus, dixit ad Moyses: Provide de omni plebe uirios potentes & timentes deum, & qui oderint auaritiam, et constitue eos ut iudicent populum omni tempore. Sanctus quoq^o Moyses dixit ad filios Israhel: Date ex uobis uirios sapientes et gnaros, quorum cōuersatio sit probata in tribub^o uestris, & ponā eos uobis pricipes ac iudices. Dein dixit Moyses ad illos in suis officijs cōstitutos: Audite illos, uidebet uobis commissos, et quod iustum est, iudicate, siue cuius filiile, siue peregrinus, nulla erit diffantia, ita paruum audietis ut magnum, nec accipietis cuiusquam personam, quia iudicium dei est. Hinc etiam Iosaphat rex iustus, præcepit iudicibus suis: Videte quid faciatis, non enim hominum exercitus iudicium, sed dominii: & q^o cung^o iudicaueritis, ius uos redundabit. Sit timor dei in uobis, et cuncta cum diligētia facite: Non cūm est ap^o dominum deum nostrum iniquitas, nec persona acceptio, nec acceptio munera.

Articulus XXXI. Quod prælati, præsertim episcopi, innumeris atq^o magnis uitijs inuoluuntur, qui peccata subditorum si uoge non satis acriter ac frequenter corripiunt et castigant.

Certum est peccata nūl aliud esse quām uulnera mortemq^o animalium: Cum ergo antistes & prælati ad hoc in pontificali ac pastorali officio sint constituti, ut me dici atq^o existant, eas à uitijs retrahendo, curādo et præseruādo: constat q^o maxime ex inuncto officio obligentur increpare, peccantes, & eos debite castigare scdm exigētiam suorum excessuum: Et quanto subditorum peccata fuerint grauiora aut

36.d.c. q^o cœlestis,
37.d.c. deg
busdam,

1.q. u. uili
mus.

Exod.18

Deu.1.

Deut.16

2.Patris 19.
Job.34.
Adū.10.

frequentiora, tanto districtius ac s^opius ipsos reprehēdere ac disciplinare tenetur: Quod tñ cum pietate & discretione fieri debet ex charitate, non ex immoderata indignatione, ita, impatiens uel rancore, ne dum præsidentis subditum suum curare molitur, seipsum laetatur in anima, & mentem subditri magis exasperet & perturberet: Sanct. Deniq^o universi fideles ad fraternalm correctionem tenentur ex debito charitatis: Prælati uero & maxime præsumiles ultra hoc obligātur ad huiusmodi correptionem ex debito & ueritatib^o: & nisi præceptū correptionis fraterne adimpleuerint dignæ ac strenue, nulli peccanti parcendo, contra charitatem atq^o iustitiam omnia subditorum sceleræ & peccata quæ dissimulant nec corripiant, redundant in dubitante in ipsos. Hinc Innocentius Papa testatur: Error cui non reprobatur, approbat: & dum ueritas iustitia nō defensatur, opprimitur: peruersos enim nō increpat, nihil est aliud, q^o eoz peccata fouere: nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifeste facinori definit obuiare. Hinc etiam sanctus Pius Papa fatetur: Non prodest episcopo seu prælato proprio errore aut peccato non pollui, qui consentit peccanti: consensit autem, qui per correptionem non occurrat ad extirpanda quæ corripi debent. Ait nanq^o Iohannes Papa: Faciens proculdubio culpam habet, qui quod potest corriger, neglegit emendare: Probat uero odiſſe se uita, qui reprehendit errata. His concordat Leo episcopus dicens: Inferiores culpæ ad quos magis funt referendæ q^o ad negligentes desiderantes, qui multam in alijs nutrunt prauitatem, dum austeriorē dissimulant impēdere me dicinam. Itaq^o pontifex diuinij iudicij rigorem perpendens, & sui periculi immēscatem formidans, non cesset corripare quicqd uiderit esse culpabile. Et iuxta doctrinam Apostoli, opportune & importune arguat, exhortetur, roget, cōminetur, informet peccantes, nunc pie, nunc dure, nuc medio modo, prout uera docet discretio. Ait quippe Gregorius: Sicut non est cestandum ab oratione, ita nec à correptione: Medicinali enim & cōfcreta feuerita temali coguntur redire ad bonum: Nam & phreneticī nolunt ligari, & lethargici nolunt excitari: Sed non cessat diligens amator ligare phreneticum, & excitare lethargicum: Ambò ad tempus offenduntur, sed diliguntur: q^o dū egris sunt, in dignantur; sanati uero, gratulantur & regnatiuntur. Hinc Venantius episcopo rursus scribit Gregorius: Dum pasto aut præf^o delinquentes neglexerit increpare, proculdubio tacendo occidit. Ex quibus omnibus innocentis, quām uerissime dixerit Augustinus: Si peccantem increpare neglexeris, eo qui peccatus peior efficeris. Veruntamen quidam sunt, qui de omnipotenti dei iniurijs & offensis parum aut nihil curant: Propter quod nec peccantes in deum redarguant, de propria uero iniurijs indignantur & uindicant se: in quibus magis regnat improbus amor sui, quām charitas dei & proximi, cum dicat Chrysostomus: Sicut piū atq^o laudabile est propriam iniuriā æquanimiter ferre, sic uituperabile impiumq^o est, dei iniuriā & officiū dissimilare. Hæc perpendat omnis antistes, & publice negligentes ac reos publice reprehendat: peccata uero occulta corripiat in secreto. Si cognoverit aliquem grauioribus uitijs, reuertit & implicatum, illum mox seriosus alloquat, arguat & emendet: quem y^o agnoverit circa diuinum officium negligenter, aut illud penitus omitteat, in charitati seruore protinus acerrime reprehendat, diligentissime exhortet & emendare festinet, & maxime si sit eius domesticus aut cognatus: alioqui oīm taliū scelerā imputarent epo à iuventute summo: Nec solum tam strenue impleat præceptum fraterne correptionis, sed etiā in superiorēs prælatos ac cæteros subditos suos ad hoc ipsum agendum inducat.

Articulus XXXII. Quod ecclæstica beneficia non sunt conferenda nisi virtute præditis & literatis.

Temporalia bona ecclæsia dei, claustris atq^o collegijs data sunt à personis fidelibus ad competentem ac sobriam sustentationem ministros dei, ut orient fideliter ac instanter pro illis, quorum elemosynis sustentatur. Hinc scdm Gulielmū Parisensem, Durandū aliosq^o doctores, hoīes mali & uitoſi nihil iuris habent in ecclæsticis bonis sibi collatis, sed indigni sunt ea habere, & consumunt ea iniuste, & tanq^o rapina & furtum est quicquid de bonis illis usurpat, edunt, & in suis redigunt usus: Reditus namq^o ecclæsticī dati & deputati sunt ad usum seruorum & militum Christi, ad refectionem & consolationem amicorum filiorumq^o dei, quatenus ab exterioribus solicitudinibus occupationibus mundanis releuat, ac liberat, altissimo creatori uacent ac fertuant mēte stabili ac deuota, sintq^o digni & apti & orare & exaudiri pro his quorum laborib^o ac fudoribus tā sufficienter aluntur, & oīa uite necessaria habent. Cum ergo episcopi non sint dñi, sed tñ dispensatores ecclæsticōs redditū, tenetur ecclæstica bñficia non nisi dignis conferre

8.d.c. error
8.d. c. c. em

1.Timo.4.

23.9.4.5. qui
dam.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI,

conferre. i. bonis ac deuotis & sufficienter literatis hominibus, qui sint membra & serui ac filii Christi. Nec sine mortali peccato possunt ea largiri uagis & carnalibus hominibus eum denter male uiuentibus, cum tales sint serui ac filii & membra diaboli. Hinc episcopi indigent maxima circumspetione in dando beneficia, ita ut sufficienter ac diligenter inuestigent de literatura, uita & moribus eorum, quibus beneficia conferentur; alioqui tanquam insipientes & infideles dispenfatores reprobabuntur a domino. Deniq; cum beneficium sit propter officium institutum ac dandum, his solis danda sunt ecclesiastica beneficia, qui diuinum officium perfoluendo possunt eadem promerteri, non puerulis adhuc illiteratis nec legere horas ualentibus. Insuper danda sunt ecclesiastica beneficia non ex carnali amore, nec propter munus quodcumq; ab obsequio, a manu, a lingua, sed ex charitate, gratis & syncretice propter dignum; alioqui conuenerunt in tali beneficiorum collatione peccata gravissima. Sed heu heu in isto sunt his diebus episcopi & prelati uehemerit desicientes, sicut eorum conscientia melius potest ex his intelligere, q; ego possum referre.

Articulus XXXIII. Quod ecclesiastica beneficia & bona sint iuste & equa
liter distribuenda.

Non solum tenentur uitare episcopi & alijs beneficiorum collatores, ne ea largiatur indignis, sed etiam ne dignis dent plus quam permittit iustitia. In collationibus etenim beneficiorum obseruandum est medium distributiæ iustitiae, ut unicuiq; detur secundum dignitatem suam & merita. Ideo prorsus iniustus est, q; ecclesiastica bona tam inæqualiter diuiduntur ac conferuntur, ita q; uni dantur beneficia duo uel tria aut plura, alij & forsan magis digno utputa magis deuoto ac docto, unum aut nullum. Hinc cōtra pluralitatem beneficiorum magni & sancti doctores, Thomas, Guilielmus, Raymundus, Cantor Parisiensis, Durandus, autor Summae uirtutum & uitiorum, multique alij seruenter, rationabiliter & acriter conscripserunt. Ex pluralitate etenim beneficiorum in uno, sequuntur multa magna & horribilia mala; quia ex ea deus omnipotens priuat suo honore & cultu, ecclesia & collegia suis membris atq; suppositis, pauperes eleemosynis, defuncti suis suffragijs, fundatores quoq; suis intentis ac speratis auxilijs spoliantur. Præterea sanctus Bernardus scripsit cuidam illustri canonico unicum beneficium habenti: Quicquid de beneficio tuo ultra simplicem uictum retines & uestimentum, tuu non est, sursum, rapina & sacrilegium est. Si hoc ita fuit in illustri canonico unam tantum præbendam habente, quid dicturi sunt coram iudice adorando, qui ultra unam præbendam pro simplici uictu & uestitu sufficientem, habent adhuc beneficium unum aut plura? Et qualiter peccant qui tam inæqualiter, tam imprudenter & infideliter bona domini sui, i. patrimonii crucifixi distribuunt alij? Deniq; ecclesiastici redditus intrinsecus debent paupib; ut sanctus dicit Hieronymus: Clericus, id est, sacerdos aut canonicus alii de competentiam habens, si quod pauperum est, utputa ecclesiæ redditus suscipit & consumit, sacrilegij committit & per talen abusum æternæ damnationis iudicium sibi manducat & bibit. Sed, pro dolor, iam uidemus, quod Petrus Rauennensis restatur: Imperiti & omnino inutiles, beneficis signioribus atq; majoribus officijs applicantur, diuitiae accumulantur diuitiis, & nō est qui respiciat nudum & pauperem, felix uacua uasa impleuit, & deficitibus oleum de ditruū que plena sunt temporalibus superimplentur, & uasa uacua contemnuntur, ligna in sylvas, & aquæ in maria deportantur, arenæ terræ aqua subtrahitur, & flumina que nō indigent, irrigantur. O quam impia & damnable abusio, pauperibus & denotis subtrahere que eis debentur, & ea confertre diuitibus & indignis. I. malæ uitæ hominibus. Ecce cum damnable fit de proprio patrimonio lascive uitere & gulose, superflua & curiosa uestimenta habere, seculariter atq; pompatice conuersari; q;to damnabilis est de patrimonio Christi talia gerere. Hinc Guilielmus Parisiensis sanctorum patrum sequens doctrinam, statetur: Reuera ecclesiastica stipendia periculose habentur, & non nisi uere promerentibus ea, debentur. Propter quod uiri timorati cum timore & tremore suscipiunt ea, & quod moderata sustentationi residuum est, largiuntur pauperibus, quorum se patrocinij iuuat, & proprium supplementum defectum. Qualiter ergo hi, q; uehemeritissime habent timore se nec uno beneficio esse dignos, ad plura aspirant, nisi q; occulta ac distractissima dei iudiciorum non uerentur. Veruntamen sunt alij casus in quibus unus potest licite beneficia duo habere. Unus casus est, dū beneficium unū non sufficit pro competenti ac simplici uictu atq; uestituse; secundus casus est, dū unum beneficium alteri cohæret; tertius casus est, dū beneficiatus in causa ecclesiæ destinatur pro communii bono aut occupatur; quartus est, dum propter paucitatem

De præben.
& dign. c. ad
lge. & in cle
men. co. c.
si plures.

Bernardus

4. Reg. 4.

Causa quin-
q; q; unus
duo benefi-
cia habere st-

DE VITA ET REGIMINE PRAESVLM.

395

etatem personarum necesse est unū bñficia plura habere; quintus casus est, dum cura pastoralis est annexa præbenda. Extra hos casus pluralitas beneficiorum est reprobata, periculosa & scandalizativa. Vnde si ad ista respondeant clerici, se oportere honestius uiuere uulgo: Respondet, quod honestius uiuere debeant, id est, magis humiliter magis sobrie, virtuose, exemplariter & perfecte, non autem magis delicate, pompatice & sumptuose. Nonne in Carthaginensi synodo fuit statutum, ut etiam episcopi non nisi supellecilem uilem haberent? Atq; in septima synodo iussum est & decretum: Omnis iactantia & corporalis ornatus aliena sint à sacro ordine, id est illicita his, qui in sacris ordinibus sunt constituti. Episcopos autem & clericos, qui se fulgidis clarisq; uestibus ornant, oportet corrigit quod si in hoc permiserint, epithymio tradatur. Si uero inueniantur qui irrideant eos qui uilibus & religiosis uestimentis amicti sunt, per epithymium corrigantr: priscis enim temporibus omnis sacratus vir cum mediocri & uili ueste conuertatur: Omne quippe quod non propter necessitatem suam, sed propter uenustatem accipitur, elationis habet calumniam, ut magis ait Basilius. Sed neq; ex sericis texturis uestem quis in duat uariatum, neq; apponat uariorum ornamenta colorum in summitate uestimentorum, sed audiat Christi dictum: Ecce qui mollibus uestiuntur, in dominis regum sunt.

Articulus XXIII. Quād circumspetū & timorati debeant esse præfules
& prælati conferendo beneficia curata seu parochiales ecclesiæ, &
dispenfando ut curati ponant in illis uicariis prose.

Sicut declaratum est supra, Episcopus se habet ad totam suam dicecessim sicut ad unum ouile, ita quod omnium sibi commissorum ac subditorum est immediatus presulatus & pastor: sacerdotes autem curati uocantur ab eo in partem solicitudinis, & sunt cooperatores & adiutores ipsius. Cum igitur grauitate peccet antistes secularia & ciuilia officia commitendo uiris insufficientibus, imprudentibus & iniustis, multo & quasi incomparabiliter enormius peccat, constituendo in officio pastorali prælatico & curato eos qui ad talium executionem officiorum nō sunt scientia, moribus & uirtutibus & atate idonei: hoc enim agendo, multas animas utputa omnes parochianos exponit æterna damnationis periculis. Similiter si dispenset & permitat, q; insufficientes constituantur & sint capellani uicarij pastorum, sicq; animas Christi sanguine liberatas & sibi commissas paruipendit nec diligenter custodit, sed infideliter perdit. Præterea cum tam uitiosum sit simplicem præbendam dare indigno, quanto uitiosus est, beneficium curatum insufficienti conferre: Tanto utiq; hoc periculosus damnabilisq; consistit, quanto ad parochialem ecclesiæ plura supposita pertinent, pluresq; animæ ex tali collatione exponuntur periculo: Ideo uniuersa peccata & criminis inde sequentia imputantur à deo huiusmodi collatoris.

Articulus XXXV. Quales debeant esse qui ad archidiaconatum
posunt licite promoueri.

Quemadmodum materialis ecclesia ex lignis lapidibusq; construitur, sic spiritialis ecclesia ex psonis fidelibus, in qua ecclesia episcopi sunt capita & fundamenta & etiam constructores: Episcopi namq; tenentur ecclesiæ spirituales construire de domino, in quibus ecclesiæ post præfules sunt ipsi archidiaconi, præpositi & decani præcipue quedam columnæ; quia uirtutum & scientiarum suarum perfectione debent alios supportere & pie portare, docere, conuertere atq; pficerere. Quale ergo peccatum est in ecclesiis dei pro talibus columnis erigere & locare festucas leuisimas, id est, homines imperitos, iuuenes inexcusatios, adolescentulos nobiles carne, non sapientia & uirtute, qui ad archidiaconatus officij executionem sunt prorsus insufficientes, inepti, insulsi. Deniq; cum iuxta præhabita tam periculoso & impium sit insufficienti conferre beneficium unum curatum, nonne inenarrabiliter periculosus damnabilisq; censetur, archidiaconatum committere indigno, ad tale ac tantum officium prosequendum incepto, cum ad eum unius archidiaconi tot ac tantæ pertineant parochiales ecclesiæ cum suis pastori bus, capellanijs & parochianis? Hinc sanctus Papa Eugenius in Remensi concilio statuit, ut nullus in archidiaconum, decanum aut præpositum promouetur, qui infra sacros ordines est constitutus, & ne adolescentibus tales cōcedantur honores ac dignitates, sed his qui prudenter uitæ & merito clarēt. Insup scribit S. Bernardus: Scholares pueri & impubes adolescentibus sanguinis dignitatem promouetur ad ecclesiasticas dignitates, & de sub ferula transferetur ad principandum presbyteris, lætiores interim q; uirgas euaserunt, q; meruerint

De vita &
ho clericis &
clericis

Matt. 11

Bernardus

Xy
rint

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

rint principatum. Deinde paulatim in solecentes, discunt in breui uendicare altaria, vacuare subditorum marufupia. Præterea contra abusum sapientissime scribit Gulielmus Parisiensis inter cætera referens, quod dum quidam episcopus uellet nepotulo suo archidiaconatum conferre, uir quidam notabilis ironice dixit episcopum: Domine pater, cōmittatis nepotulo uero arborē illam uestram pīris onustam. Respondit antistes: Absit hoc, quia deuoraret omnia pīra illa. Ad quod uir ille: Domine, inquit, qua conscientia audetis ne potulo uero committere tot milia animarum, cui nō audetis committere pīram paucā? Postremo, sicut in Summa uirtutum & uitiorum assertur, ualde uitāda est puerorum promoto ad ecclesiasticas dignitates: Primo, propter defectum sapientiae in eisdē, propter quod Sapiens loquitur: Vae tibi terra, cuius rex pīer est. Secundo, propter defectum uirtutum atq; constantiae, quæ aliorum rectoribus ac iudicibus ualde sunt necessariæ. Tertio, quia in certum est quales processu temporis fient ipsi adolescentes ac iuuenes: imò experientia docet, quod paulatim potius corrumpūtur q̄ perficiantur. Timeat ergo omnis pīfex deum, & nequaquam ex carnali amore, ex contanguiuinitatis affectu, ex aliquā cupiditate cōferat in idoneis archidiaconatum, ne & seipsum & animas subditorum, ipsos quoq; tanto officio in dignos, grauiusmis & ternae damnationis periculis implicet & exponat.

Articulus XXXVI. De quibusdam malis per diligentiam episcoporum merito extirpandis, ex dictis doctorum.

Zelo domus dei accensus uenerabilis ille Cancellerius Parisiensis dominus Iohannes de Gerzon, in lib. suo de reformatione ecclesiæ, multas tangit abusiones, ad quarum reformationem & eradicationem tenentur pontifices. Itaq; doctor ille inter cætera ait: Dici non potest quanto mala faciant illi scelerati exploratores criminum, quos promotores appellant, qui simplices & agrestes pauperculos uitam fati innocuam in tugurij suis agentes, & fraudis urbanæ ignaros, saepè in ius pro nihil uocant causas & crimina sedulo contra eos configunt, eosq; uexant, terrent, irritant, & ita eos per talia secum componere & pacisci compellunt. Quod si facere renuerint, crebris & quotidie repetitis citationibus eos supra modum infestant. Quod si qualibet occupatione præpediti comparere desierint, censura anathematis tanquam rebelles & contumaces feriuntur. Si uero perseuerauerint comparere, audiencias eoz apud iudicium tribunalium impediunt, morasq; & subterfugia dilationum & interlocutionum captant, quæ per facile in foris ecclesiasticis obtinentur, quatenus simplices illi sic longo rædio fatigati, cogant redire pactione pecunia futuram uexationem atq; impensam: sicq; pro leui uel nullo delicto, pro exiguō debito, fit infinitarum cumulus expensarum. Insuper, quām criminosum est, quod pleriq; sacerdotes curati & alii passim & publice tenent concubinas pro taxata summa pecunia seu ex certo & cōdicto pretio cum prælati, & subditorum excessus & uitia, ac cuncta officia quæ solent præesse iudicis, publice uendunt. Item, quod nullus ad clericū uel sacrum ordinē, seu ad quæcunq; ecclesiasticum gradum nisi mercede accedit. Ex eadē radice auaritia oritur illa tam copiosa uilium & indignissimorum sacerdotum multitudinē enim ex collatione factorum ordinum maiora luca acquirant, uiuersos ad se uenientes facilius ad ea quæ petunt, admittunt; nisi forte aliqui tanta egestate premātur, ut ad clandum nil habeant, nec manus illorum collatione pecunia ualeant ungere. De transfacta autace dentium uita, moribus, fama atq; scientia, nulla aut modica perciūtatio est, cū tamē multū illorum uix horas legere sciant. Itaq; de omnium horum emendatione & reformatione prouideat præfūnam & hoc contra iura esse probatur, quod archidiaconi à presbyteris facti sunt pecunias, & illos in suis permittunt sedere sceleribus. Dicit enim in Decreto distinctione 90. Archidiaconi quis ex suo officio uitam clericorum diligenter examinare debet inquirere, & ea quæ nouerint corrigenda episcopo nūtiare, censum tamen, i. pecunia ab illis exigere prohibet. Hinc quoq; in gestis Cabilonensis synodi continetur: In pleriq; locis, ut dicitur, archidiaconi super presbyteros parochianos quandam exercent dominationem, & censum ab eis exigunt, quod magis ad tyrannidem q̄ ad rectitudinis pīnē forsan. Sint ergo contenti regularibus institutis, nihil per cupiditatē uel auaritiae prefumētes. Prefata autē pecunia, acceptio à focaristis etiā III. Decretaliū prohibet, sed & Gregorius septimus logit: Siq; episcopus fornicationem presbyteros, diaconos, uel subdiaconos logit: Siq; episcopus fornicationem presbyteros, diaconos, uel subdiaconos in sua parochia pretio interueniente uel precib⁹, esse cōfenserit, uel cōnuissam autoritatem sui officiū nō impugnauerit, ab officio suspedat. Deniq; sicut dñs Petrus de Alliaco in lib. suo de Reformatione ecclesiæ scribit, Episcopi prouidere tenet, ut cōcilia prouincialia opportunis &

Ecc. 10.

De officiis
archidiaconi, ad
hanc.
93. d. d. diaco-
ni.

DE VITA ET REGIMINE PRAESVLM.

394

prefixis celebrentur temporibus, quia in Toletano fertur concilio: Nihil perne mōres disciplinæ ab ecclæsa magis expellit quām negligentiæ sacerdotum, id est, præfulum, qui cōtemptis Canonibus synodus facere negligunt. Porro, prælati in synodis suis, & officiales in eis suis non ad repletionem bursarum suarum, sed ad correctionem uitiorum & amittitrum salutem intenti sint. Exactiores quoq; pro sigillis & literis moderentur, pecuniarie quoq; penæ tollantur, uel temperentur & ad pīos usus notoriæ applicentur, nec pīeria ex communicationis leuiter proferatur, lītū etiam prolixitatis quæ pauperes spoliant, & de iustitiae suæ pīfessione faciunt desperare, refūndantur. Aduocatorum quoq; & procuratorum in tolerabili insolentia reprimuntur: Hac doctor præfatus. Amplius, in quibusdam territorijs uitiosissima consuetudo est, ut aliquo interfecto aut uulnerato, cognati ci⁹ se congregate & propria autoritate pergant ad uincendam iniuriam sui propinquii, sicq; alios in suis peccatis improuise occidunt aut laedere moluntur, & non solum personam in iuritorum, sed & quæcunq; de eius cognitione, quamvis sit innocens, coram deo. Et interdum ipse qui alios querunt occidere, occidunt ab illis, & periculofissime motiuntur, generaliterq; damnantur: & ita ab utraq; parte regnat rancor & odium, ira, in dignatio, amaritudo & alia multa pīctā enormia. Tantum ergo abusum, tam pīsum, tam tot & tanta flagitia, homicidia, mutilationes, infidias totis uitribus extirpet dominus terræ: ne uniuersafacina norā illarē redundant in ipsum, & forefacta, faciat secundum iura emendari & corrigi. Postremo, cæteras detestandas, irridendas atq; damnabiles novitates, curiositates & uenustates uitiorum ac mulierum, iuuenum & puellarum, præsertim nobilium in uestimentis & ornamentis, in nimia breuitate & strictitudine & apertura, in pretiositate, figura & suā perfluitate, studeat præfūl totū posse suo eradicare, honestumq; meū obseruari in omnibus. Et in hoc seipsum exhibeat exemplarem.

Articulus XXXVII. Ex uerbis sanctorum, contra carnales & uitiosos prælatos.

Beatissima uirgo Maria in uisitione cœlesti ad sanctam Brigitam dixit: Episcopi & prælati, de quibus nunc loquor, meretriciæ & impiæ ducunt uitam, & infatibiles sunt ad cupiditatē tanq; uorago: bona q̄q; ecclesiæ prodigaliter & carnaliter cōsumunt ac largiuntur pro uoluptate immunda ac pompa, quorū peccata ascēdunt in cœlum abominabilia coram deo, & cōtā meā in orationē, sicut teterrimæ nubes contra plenidūm cœli arcūm: Sicq; prælati ac pīfuses qui pariter mecum deum placare deberent, irām de contra se grātissime excitant, & perditionis occasio alijs fiunt. Tales in ecclesia dei non deberent exaltari, sed deprimi. Quicunq; ergo pro reformatione ecclesiæ uoluerit laborare, seīg ad hoc insufficiētē esse cognōuerit, ego regina cœlorum cū choris omnibus angelorum ei in auxilium uolo uenire. Insuper, in alia uisitione dominus & salvator ad sanctam Brigitam ait: Malū isti prælati meretricib⁹ conformantur. Quid enim meretrix agit? Procax est in uerbis, leuis in morib⁹, instabilis corde, facie pulchra, ueritatem ornata, audax & inuercunda, turpibus affectibus plena, gulosa, & uoluptatibus sedis satiati non potest. Tales sunt isti, quorum os nunquā aperitūt ad prædicandum: Nam tamē carnales, leues, procaces & uitiosi existunt, quod etiā seculares hoies inde uerundantur, & nec propriæ nec subditorum peccata deplorant, imò in curiositatibus, uenuſtibus, superfluitatibus & uoluptatibus suis male dicti exultant. His sermonibus ueritatis confonunt, quoq; sanctus Bernardus scribens de pontificis & prælati: Quām multi hodi, qui animas regere suscepunt, qđ sine grandi ac miserabilī gemitu dicendū non est! Christi opprobria, spuma, flagella, clausi, lanceam, crucem & mortem in fortinacē auaritiae conflant, & uertent in turpem quæstum pītūm universtatis, ut pīta sanguinem saluatoris marūpīj suis includunt. Hoc solo a Iuda traditore differentes, quod ille omne horum emolumētum denariorum numero trīginta compensavit, i. uoraciōi in gloriā, ac majori cupiditate luxuriorum, pecunias querunt & exīgunt infinitas: his infatibiles desiderio inhiant, has amittere timent, & cum amiserint dolent. Animarum uero nec ruina curatur, nec falus exquiritur. Nec pīratem habent māteriam, qui cū de patrimonio crucifixū, uel incassati, impinguati & dilatati, non compatit ut super perditionē animarū subditorum sīorum. Deniq; non omnes sunt amici pīfūi uidelicet Iēsū Christi, quos certis pīfūs sponſe, pura ecclæsa. Pauci sunt ualde, qui non quās sua funt querunt, diligunt munera, nec possunt simili diligere Christum, quoniam manus dederunt Maimona: Ita tueri quomodo incedunt nitidi & ornati, circumacti uarietate tanquam sponsa pīdens

Bernardus

Titum, i.

Deut. ii.

Prōpt. 17

Iāz. 1.

Phil. 2.

Phil. 4. 4.

Phil. 18.

Ydens

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

dens de thalamo suo. Nonne si quempiam talem repente eminus procedentem conspexit, magis putabis sponsam quam sponsæ custodem? Vnde uero existimas hanc rerum affluentiam illis exuberare, uestrumq; splendorem, mēsarum luxuriam, uorum aureorum & argenteorum congeriem, ornamentorum pretiositatem, nisi de bonis sponsæ, id est ecclæsiæ? Inde est, quod illa spiritualiter pauper & inops ac nuda relinquitur, facie miseranda, inculta, hispida & exanguis. Propter hoc nō est tēpore isto sponsam ornare, id est, ecclæsiam uirtutibus decorare, sed spoliare: non est custodire, sed perdere: non instruere, sed præstituere: non est pascere gregem dei, sed mactare & deuorare, dicente de illis dominis: De uorant plebem meam ut cibum panis. Et rursus: Peccata populi mei comedunt, & ad iniuitatem subleuant animas subditorum. Quem dabis mihi de numero prælatorum, qui noa magis inuigilet marsupijs subditorum euacuandis, quam uitis extirpandis? Leuox quo loquimur, gravioribus eorum sceleribus grauius manet inminetq; iudicium. Utinam tam uigiles essent ad curam, quam alacres currunt ad cathedram, uigilarent utique solliciti custodiendo atq; pascendo creditam eis dei sponsam ecclæsiam: uigilarent etiam pro se ipsis. Parum est eis, quod non custodiunt subditos, nisi & perdant eos: profundo quippe negligentiæ & carnalitatis somno demersi, ad nullum diuinæ communiationis expurgiatur tonitruum, ut uel proprium expaescant peticum, peritemtes fuan & pereuentess quoniam animas subditorum prauis occidunt exemplis, & illorum implicant se peccatis. Haec Bernardus. Postremo, sancta & innocentissima uirgo Catharina de Senis, multa terribiliter scribit de his ex ore omnipotentis, hoc est, de enormibus & infinitis ecclæstico-ruis peccatis, & prælatos ac sacerdotes carnales, laicuos ac negligentes uocat sapientissime daemona incarnata, eorumq; concubinas uocat diabolas, per quos prælatos & sacerdotes diabolus plures animas decipit atq; ad inferos trahit, quam per proprios suos satellites de mones tentatores, idcirco sunt odibilissimi deo,

Zach. 18
Psal. 12.
Olice. 4.

Mich. 6.

Articulus XXXVIII. Quam districte consuevit in continentia sacerdotum & clericorum olim puniri.

Vluce clarius intotefcat, ad quam amitteribilem & deflendam deformationem ac ruinam deuenierit modo ecclæsia, in qua sacerdotes & clerici, data parua summa pecunia, permittunt ut lecure ac libere deferuere libidini, & suis turpissimi concubinijs cohabitare, breuiter tangam quam rigorose ac feruide confluuerat olim fornicatione clericorum castigari. Itaq; in sancta synodo Gangarense fuit statutum ac iussum: Presbyter si fornicationem fecerit, quamquam secundum canones apostolorum debeat deponi, tamen iuxta autoritatem beati Sylvestri Papæ, si in uito non permanenter, sed sponte surrexerit, decem annis pincenit in hunc modum: Tribus mensibus à carceris confratribus, pane & aqua utatur à uesperam diebus autem dominicis & præcipuis festis, nō dito uino & pīcūlis, fiat leguminibus uescatur, sine carne & sanguine, & ouis & caſeo. Sacco quoq; indutus humo adhæreat die ac nocte, misericordiam dei implorans. Finitis tribus mensibus continuis, exeat in publicum tamen non procedar, ne grex fidelis in eos scandalum patiatur. Postea aliquantis per uiribus resumpsi, an num cum dimidio expletat in pane & aqua, exceptis diebus dominicis atq; præcipuis festi uitaribus, in quibus uino & carnibus, sanguine & ouis ac caſeo iuxta canonican mensuram poterit uesci. Finito autem primo anno cum dimidio, particeps fiat corporis & sanguinis domini, & ad pacem ueniat, id est, fratribus reconcilietur, ac psalmos cum eis ultri us in choro cantat nec tamen ad cornu altaris accedat, sed iuxta beati Clementis uocem, minora agat officia. Deinde uerousque ad expletionem septimi anni, omni tempore, exceptis partibus diebus, tres legitimas ferias in una quaque hebdomada in pane & aqua feiunet. Experto circulo septimi anni, si fratres apud quos pœnituit, ei us pœnitentiam codignam laudauerint, episcopus in pristinum honorem iuxta beatu Calixti Papæ autoritatem illum poterit reuocare. Sane sciendum, quia in secunda feria unum psalterium canendo, aut unū denariū paupibus tribuendo, si opus est, se tedimere poterit. Finitis septē annis, deinde usq; ad finē decimi anni, sexta feria nulla interueniente redēptione obseruet in pane & aqua, Ecce ex his innotescit rigore ecclæſe circa incontinentes. Ex q;bus etiā cōstat, q; uehem tissime

DE VITA ET REGIMINE PRAESVLVM.

395

tissime sancti patres & summi pontifices detestati sunt, & abhoruerunt omnem luxuriam fœditatem in ministris altaris, & ad quantam iuris relaxationem uel potius dissipationem modo deuenierit status ecclæſe. Verūtamen postea tempore procedente, quando ecclæſa temporalibus bonis prouisa fuit, præfatus rigor pœnitentia incontinentium sacerdotum fuit relaxatus aliquantum atque mutatus in suspensionem à beneficio & officio, & in alias quasdam penas, prout in Decreto ac Decretalibus cōtinetur.

Articulus XXXIX. Quod præcipua causa deformationis & ruinæ totius ecclæſe est defectuofitas & ruina prælatorum maiorum.

Prælati, presertim pontifices dicuntur custodes & ductores gregis eis commissi. Quid igitur mirum, si oues errent, atq; à lupis infernalibus deuoretur, quando custodes & ductores earum per uitiorum deuia graduntur? Ideo ait Gregorius:

Dum pastor per abrupta ac deuia graditur, gressus in præcipitum cadit. Denique, inferiores libenter solent se conformare uoluntate superiorum suorum: ideo dum rectores iniqui sunt, subditi iniquitates eorum sectantur. Hinc Salomon protestatur: Rex impius, omnes ministros habet impios. Et in Ecclesiastico legitur: Secundum iudicem populi, sic & ministri eius, & qualis est rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. Hinc etiam loquitur Ieremias propheta: Qui stulte egerunt pastores, & dominum non exquisierunt, ideo omnis gressus dissipatus est. Nam & Seneca ait: Nulla res animos ad mala proclives magis reducit ad recta & prouocat ad honesta, quam præsidentium conuersatio uiro uosa: Paulatim enim descendit in pectora, & præceptorum uim obtinet frequenter audire frequenterq; aspicit: & occursus ipse sapientium iuuat. Denique, prælati potissimum præfules, sunt & esse tenentur curatores & medici animarum: quod si animarum uulneribus mederi omiserint, quid mirum si animæ in uitio perseuerent ac pereant? Ad episcopum autem pertinet totius suæ diœcesis generalis sollicitudo & cura, præcipua procuratio & custodia boni communis, correption & correctione archidiaconorum, uisitatio collegiorum, emanatio officiatorum, & omnes inferiores prælatos atq; curatos suæ diœcesis purgare, illuminare, perficere. Dum ergo antistes ad carnalem & mundanam uitam dilabitur, nec antimarum pericula intuetur, curat ac defter, non est qui archidiaconos, decanos, collegia reprimat, corrigit & reformet: atq; deinceps omittitur iusta & debita uisitatio curatorum caterorumq; sacerdotum, & ita vulgus omne in diuersa & magna peccata dilabitur. Hinc itaq; pensent episcopi, quod summe necessaria sit eorum conuersatio uiro uosa & exemplis ad reformationem totius plebis.

Articulus XL. An liceat episcopatum appetere.

Iam constat ex prædictis, quanta sit celitudo & dignitas episcopalis officij, & quam grande sit onus, quam in gens periculum dignitatis atq; officij huius, ita quod nemo nisi sit uirotuſus, perfectus & sanctus, satisfacere possit debito huius officij, & dignus equi illud: quo patet, quanta sit insipientia & excæatio hominum, qui ad episcopatum aspirant, & pro illo adipiscendo laborant aut litigant, aut etiam corporaliter præliantur: qui eo ipso quo tales sunt & talia agunt, ostendunt se episcopalij dignitate prorsus indignos: immo nec ad archidiaconatum nec ad decanatum, nec ad aliquam ecclæſiticam dignitatem, nec ad beneficium curatum licet alicui ingere semetipsum, cum & Apostolus fateatur: Nullus assumit sibi honorem, sed qui uocatur à deo tanquam Aaron, hoc est, nemo quantum in se est, debet sibi libenter proprio motu assumere ecclæſiticam dignitatem, cui à subditis magnus honor impenditur. Sed is quem deus elegit, id est, qui rite eligitur & absq; propria practica promouetur, ita quod secundum ordinem iuris non ualeat recusare. Verum homines excæati, in uirtutibus non exercitati, nec in uera humilitate fundati, neq; diuini iudicij rigorem pensantes, in episcopalij officij non attendunt nisi fastigium & honorem, potestatisq; eminentiam, famam, & temporalium affluentiam rerum, ad quorum omnium appetitionem incitantur ex superfluo carnali & priuato amore. Vnde quantum sub talium præsidentia deformetur & corruat, ac in sua deformatione & ruina inueterat, perseueret ampliusq; tabescat ecclæſa, nō opus est scribere, cum in promptu sit oculis id uidere. Verūtamen obiectiunt quidam tales, quod ait Apostolus: Qui episcopatum desiderat, opus bonum desiderat: cum tamen ipsi opus episcopalij officij non desiderent.

Prov. 19
Ecc. 10
Ierem 10.

Hebr. 5

1. Timo. 3

Yy 3 rent

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

rent, sed refutent; nec aduentunt quod Apostolus dixit hoc, quando episcopi primi trahebantur ad amarissimas poenas & acerbissimas mortes martyrum, ita quod tunc in episcopatu non poterat amari nisi opus bonum. Et quamvis Apostolus dixit: Qui episcopatum desiderat, opus bonum desiderat; non tamen affirmit, quod bene desideret illud, id est, prudenter ac uirtuose. Veluti si laicus cupiat celebrare aut confessiones audire, bonum opus desiderat, sed non bene. Ideo cum dixisset Apostolus: Qui episcopatum desiderat, opus bonum desiderat; protinus uolens ostendere, quid requiratur ad hoc, quod aliquis episcopatu sit dignus, & eum bene possit desiderare, adiecit: Oportet ergo episcopum irreprehensi billem esse, sobrium, iustum, castum, doctorem &c. Itaque aduentum, quia ut ait sanctus Thomas, in episcopatu tria possunt considerari. Primum est operatio episcopalis, per quam proximorum utilitatem intendit episcopus, quod est scientia et doctrina, oratione & exemplo ac bona famae redolentia pascere subditos. Vnde salvator dixit ad sanctum Petrum. Pascere oves meas: Secundum est altitudo gradus seu dignitas autoritatis: Tertium est quod annexum est his, utputa honor & reverentia ac opulentia rerum. Appetere ergo episcopatum, quantum ad primum horum, uidetur presumptuosum atque incautum: Quamvis enim illa sunt uelle prodeesse, prout hoc est actus episcopalios, fici, presumptuosum censetur. Primo, propter annexam celitudinem gradus; secundo, quoniam status episcopalis est status perfectionis acquisitus, ad cuius dignam executionem exigitur uirtus perfectio: Incautum autem & presumptuosum apparet, quod aliquis sentiat se in uirtutibus perfectum esse, nisi forsitan ex reuelatione diuina hoc sciat. Desiderare nero episcopatum, quantum ad secundum, quod est altitudo ac dignitas gradus, est uitium elationis: Appetere autem episcopatum quantum ad tertium, scilicet reverentiam & honorem, est ambitionis: sicut & cupiditatis est appetere episcopatum propter annexas diuitias. Hinc sancti & sapientissimi uiri Gregorius, Ambrosius & alii multi, uehementissime exhortuerunt pontificale & papale subire officium, & uarijs modis illud euadere ac subterfugere quequierunt. Propter quod ait Chrysostomus: Quis sapiens uult sponte se tanto periculo subdere, ut detractionem pro tota ecclesia, nisi forte qui non timet iudicium dei?

Articulus XL. An episcopi peccent mortaliter, bona ecclesiastica quae eorum competenti sustentationi super sunt, non dando pauperibus:

& an ad talium bonorum restitutionem sint obligati.

Commune uerbum est, quod bona ecclesiæ & ministrorum ipsius, sint bona pauperum & eis debentur, ita quod coram deo raptore sunt qui talia bona sibi usurparunt, & retinent ultra quod eis necessarium est, similiter qui ea male expendunt. Hinc ad quæstionem quæ queritur, an clerici & prelati qui bona ecclesiæ consumunt in usus illicitos, Raymundus & alii dicunt: Clerici & prelati qui confanguineis aut diuitibus, poteribus, histrionibus, meretricibus & consumilibus turpibus, quod personis bona ecclesiastica tribuant, raptore sunt: quoniam pauperibus debentur, & eis iniuste subtrahuntur. Ideo tales clerici & prelati tenentur ad restitutionem omnium bonorum illogi, ita ut restituant ea pauperibus, uel in pios usus ecclesiæ. Et de hac re multa in Decreto habentur, et quod dictum est de praecordatis, quodam dicitur etiam de epis intelligendum. Veruntamen aduentura sunt quæ S. Thomas in secula scda de ista conscribit materia, dicentes: Alter etiā dicendum de propriis bonis, quae episcopi possident et de ecclesiasticis bonis: Nam proprii bonorum uerum habet dominum; Idcirco ex ipsa regi conditione non obligantur ut eas alijs conferant, sed possint eas sibi tenere, etiā alijs dare. Possunt tamen in ea usu & retentione peccare, uel propter ordinacionem affectus, per quod contingit ut uel plura sibi conferant seu reseruant quod opus est, et alijs non subueniant, prout requirit debitus charitatis: non tamen tenent ad restitucionem, quod homini bona sunt eorum dominio deputata. Sed ecclesiastico bonorum episcopi sunt dispenses, ores & procuratores. Dicit enim beatus Augustinus: Bonaliam nostra non sunt, sed illorum quos pro procuratione gerimus: non ergo proprietate illog nobis usurpatione dannabili uedicemus. Porro ad dispenses, exigit bona fides, cuū dicat Apłs: Hic iam querit inter dispenses, ut si delis quis inueniat. Sunt autem bona ecclesiastica non solū in usum pauperum, sed etiā ad cultum diuinum, & ad necessitates ministrorum ecclesiæ expendenda. Vnde dicitur 12. quæstione: De redditibus ecclesiæ uel oblatione fideliūm, sola ex his una portio episcopo emittatur, duæ ecclesiasticis fabricis & erogationi pauperum ministrantur; ultima clericis pro singulorum meritis diuidatur. si ergo distincta sunt bona quae debent in usum episcopice cedere ab his, quae sunt pauperibus & ministris & cuius ecclesiæ eroganda, & aliquid

v. Cor. 4.

DE VITA ET REGIMINE PRAESVLVM.

396

sibi retinuerit episcop⁹ de his quæ sunt pauperibus tribuenda, uel in usum ministrorum seu clericorum, aut in cultu diuinum expendenda, non dubium quin contra fidelitatem boni dispensatoris agat, & mortaliter peccet, atque ad restitutio[n]em teneat. De his vero quæ sunt specialiter suo uolu deputata, uidet esse endē ratio quod est de propria bonis, ut scilicet per immoderatum affectum & usum peccet in eis, si immoderata ea sibi referuerit, et alijs non succurrat ut exigit charitas. Si autem ecclesiastica bona non sunt præstat modo distincta, sic eorum distributio[n]e comititur fidelitatem episcopi: & si in modico deficit aut supabundet, potest hoc excusari & fieri sine beneficio detrimet, quod non potest homo in talibus prædictis accipere id quod fieri oportet. Si uero sit multus excessus, non potest latere, sed si dei boni repugnat, ideo non caret mortaliter peccato. Hec S. Thomas. Præterea, de fure diuino est, ut bona iniuste acq[ui]ta restituantur, nec aliter dimittuntur p[ro]cta. Quæ autem Simoniace acq[ui]runtur, iniustissime acq[ui]runtur. Si ergo quod absit p[ro]p[ri]us aliqd Simoniace acq[ui]suerit, non dubium quin maxime obligaret restituere illud, non ut illi a d[omi]n[u]s illud Simoniace acq[ui]suerit, q[uo]d Simoniace d[omi]no aliqd ab ep[isc]o acq[ui]suerit, quod indignus est illud recipi, etiā dignus est, eo quod caliter acq[ui]suerit, priuariis de pauperibus dandū est, aut in aliis opibus uetus ecclesiæ conuentu, prout concorditer scribunt doctores.

Articulus 43. Introductio exemplorum, ex quibus patet quod piculosum fit ep[isc]ale officium.

Efert S. Hieronymus in Regula sua, quod dum quidam uir iuuenis prudens & uirtuoso fuerit electus in praefulem, prima facie distulit electioni consentire, & iuit ad quendam sancti eremita patru[m] suu[m], petens ab eo consilium de agendis, & an debeat electioni sue prebere consensum. Cu[m] eremita sanctus non uerbi, sed factis respedit. Nā tabula quadam magna in altu[m] erecta, præcepit iuueni suo nepoti, ut se super tabulam illam diu reuolueret; quod dum iuuenis uir ille diu fecisset, & quasi corruiisset, de tabula descendit, ignorans quid patru[m] suu[m] factu[m] illo preterederet, dixit ei eremita: Vade & age quod uis. Quo auditio, iuuenis indignatus recessit, & iuit ad alii eremita, referens ei qualiter patru[m] suu[m] secu[m] egisset. Tūc eremita ille expulit iuueni rationem & significacionem facti, quod patru[m] suu[m] ei iniuxerat: quia p[ro] tabulam illam alte erecta, significabat episcopalis dignitatis sublimitas: per reuolutione uero frequentem & piculosum super tabulam illam, multitudine & ingetudo occupationu[m] exteriorum ep[isc]alis officiū, ex quibus faciliter cadit ep[isc]us in p[ro]cta. Quibus auditis, abiit iuuenis & electioni resignauit. Deinde post breue tempus defunct⁹ est, apparuit clara luce & hilaritate patru[m] suo, dicens: Gratias tibi ago pater, quia salutem mihi consulisti. Scias, quia si fuisset de numero episcoporum, iam essem & de numero damnatorum. Narrat Cæsarius, quod in Clara valle fuit quidam monachus ualde deuotus & prudens, qui in episcopum est electus. sed ipse electioni nullo modo uoluit consentire, neque ad exhortationem sui Abbatis, neque ad instantiam presulū acquisiens. Qui post breue tempus migravit ad dominum. Paulus post apparuit uni fratribus sibi ualde familiaria: quo inter cetera interrogatus est, an inobedientia illa sibi in diuino iudicio nocuerit. Ad quod ille respondit, quod non addidit: q[uo]d si episcopatum accepissem, essem externaliter damnatus. Subiunxit etiam aliud uerbum terrible, loquens: Ad hoc deuenit iam status ecclesiæ, ut non sit digna regi nisi per episcopos reprobos. Veruntamen propter hoc uerbum non debet episcopi temporis huius desperare, sed ualde timeret: quoniam uerbum illud non est sic intelligendum, quod uniuersi episcopi temporis huius sint reprobi, sed quod nullus ergo ad episcopatum aspiret. Legitur quod in urbe Turonensi fuit quidam archiepiscopus malæ uite, contra quem sanctissimus presul Martinus indignans, uitationem contra illum expetit. Cumque in eadem urbe uir quidam ualde deuotus more solito iuisset ad matutinas maioris ecclesiæ, & tempus matutinarum præueniens uenisset ad foras ecclesiæ, inuenit eas apertas, uidebat lucem magnam in ecclesia fusam, & iudicet Christum sedentem ibi in throno. Et ecce sanctus Martinus aduenit cum multis sanctis episcopis, & præfatum archiepiscopum suum successorem indignu[m] ceperit grauiiter accusare. Cittatus archiepiscopus adductus mox uenit, p[ro]ficialibusq[ue] induit, sedit in cathedra, & grauiiter accusatus nihil potuit respondere. Tunc iudex indignatus, percussit cathedram eius atque euerit: quo facto, disparuit usus. Statim igitur uir ille deuotus uenit ad archiepiscopum: & excitata familia, fecit uideri qualiter esset archiepiscop[us] & accederet ad lectionem eius, inuenienerunt eum repente ac miserabiliter mortuum. Timet ergo episcopi maie uidentes, ne sancti pontifices quibus succedunt, & in quorum cathedris sedent, indignetur aduersus eos, & uindicta expellant contra impietatem, carnalitatem, negligenciam ipsorum.

Recitat in libro ap[osto]li, quod in Theutonice partibus fuit quidam episcopus carne illi

Y 4 Iris,

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI,

stris, sed uita & moribus uilis, qui primo uerecunde & occulte, deinde inuerecunde & apertissime uacauit luxurialisq[ue] diuersis peccatis, quem dominus pie ac multipliciter increpauit, sed ille in suis permanuit sceleribus: ideo iuste & relictus a domino, cum in quandâ uilam uenisset, de sero eadē nocte ibidē defunctus est subitanea & infelicitissima morte. Cūq[ue] eadem nocte dominus Conradus Hildenfemensis episcopus, uir per omnia virtuosus, matutinas legisset, & resedisset ad studēdum facturus sermonem in crafthinum, repēte raptus in spiritu, uidit episcopum quendam in fulsis insignitum, ad tribunal iudicis rapī, & à malignis spiritibus de diuersis uitris acerrius acculcatus. Tunc iudex sanctis affectoribus suis dixit: Ferte de isto sententiam. Qui statim iudicauerūt eum aeterna damnatione condignū quo factō, nigerrimi & atrocissimi demones omnia episcopalia ornamenta traxerūt damnato, & nudum ac eulantem cum clamore traxerunt in tartarum. Moxq[ue] affectoribus iudicis surrexerunt ac cecinerunt, dicentes: Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. His usis, prefatus uenerabilis pontifex ad se reuersus, cepit anxic cogitare quinā esset infelix ille episcopus, de quo uiderat ista: & ecce quidam adueniens cum lachrymis, recitat prætactum uanum & infelicem episcopum de uespere ad proximam uillam uenisse, & ibi subito expirasse. Quo auditio, pius ille antistes Conradus ex compassione amarissime fleuit. Fuit & alter archiepiscopus in Theutoniæ partibus turpiter uiuēs, qui infelicitissima morte defunctus est, quem uir quidam sanctissimæ uite uidit in spiritu condemnari, & animam eius à corpore miro cruciati extractam principi demoniorum in inferno adduci & præsentari, quem princeps tenebrarum solutauit, dicendo: Bene ueneris domine archipræstul, & confestim poculum ante se possum obtulit ei, dicens: Biibe ecce de poculo meo, quoniam longo tempore fideliter & infatigabiliter mihi seruuiasti, quem potum archiepiscopus recusauit accipere, sed à ministris diaboli compulsus est eum gustare, & statim per os, aures, nares & oculos archiepiscopi sulphurea flamma erupit, & ita aeterno incendio est immersus. Legitur in Reuelationibus sanctæ Brigitte, q[ue] in quadam ciuitate erat episcopus pulcher, diues & secularis sapientia prudens, quem mil laudabant & honorabant tanquam circumspectum & uirum idoneum: ipse uero de donis dei & de laudibus suis fuit deo creatori suo ingratus, atque in seipso inaniter gloriabatur, pro laude quoq[ue] & honore hominū accipiendis multa largiter dedit & uane consumpsit. Episcopus iste habuit quandam deuotum & uirtuosum canonici, qui ipsum episcopum seruenter admonuit ad dignam sui officij executionem, episcopus uero non acquieuit. Qui paulo post expirauit, & diuino tribunali est præsentatus, quem demones crudeliter accusauerunt, iudicauit eundem, cur & qualiter episcopatum assumpserat, quomodo animas subditorum edocuit, quam gratiarum actionem deo pro suis beneficijs exoluist. Cumq[ue] infelix episcopus respondere non posset, locutus est iudex: Ponatur in capite eius fex pro infula, in manibus autem pix pro chirothecis, lutum quoq[ue] in pedibus eius pro sandalijs, & pro camisia & linteо episcopali pannum meretricalem recipiat, pro honore fuscipiat confusione, pro lata familia habeat seruētem demonum turbam. Sicutq[ue] episcopus descendit in infernum aeternaliter condemnatus, à quo iudex auertit oculos misericordiae suar, & omnes sancti cum eo. Ex his & consimilibus exemplis ostenditur, quam periculofum & graue sit episcopale officium: quām item damnable sit in illo negligenter haberet postremo, q[uod] damnabilissimum sit cum religiosis scemini cōmiseri, patet specialiter ex terribili illa historia, qua de Vdne episcopo recitat.

Articulus XLV. Quod episcopi tenentur aliquando celebrare.

Oramuis episcopi in exterioribus multipliciter occupentur, nequaquam tamē licet eis à celebratione penitus abstinere, imò nisi aliq[ue] celebrent missam, peccant mortaliter, etiam toties quoties exigēta iustitia ac debito ordinis sacerdotalis merito celebrarent, & istud sanctus Thomas super quartum Sententiarū efficaciter probat: Primo, quoniam dominus deus & saluator sacramētum eucharistiae in cena nouissima instituendo, sacerdotibus iussit: Hoc facite in meam commemorationem. Secundo, q[ue]a qui habet in se ordinem sacrum, teneat ex eis & uti eodem, cum sacerdos ordo sit quædam p[ro]t[er]ia ordinata ad actū. Tertio, q[ui]m ordo sacerdotalis directe respicit corp[us] Christi uer, nec respicit corpus Christi mysticu nisi ex consequenti, ideo quis sacerdos nulli hoi tenere ex prelatione seu cōmissione uel subiectione, tñ tenetur Christo & deo patri, ut offerat ei sacrificium tam acceptū. Quarto, q[ui]m teste S. Gregorio, dū crescent dona, rationes crescunt donorū. Cum itaq[ue] data sacerdoti sit potestas nobilissima, reus negligētia & ingra-

Galat. 5.

Matt. 26.

DE VITA ET REGIMINE PRAESVLVM.

397

studinis erit, nisi illa utat ad honorē dei & suā salutem, atq[ue] ad subuentiōnē aliorū uiuorū ac mortuorū, cū & beatissimus Petrus Apls dicat: Vnusq[ue] sicut accepit grām, in alterū trum illa administrat. Quinto, q[ue]a beatus Ambrosius loquens ad deū, Graue est, inq[ue], q[ue]a mensam tuā mūdo corde & manibus innocētibus nō uenimus sed grauius est, si dū pecata metuimus, etiā sacrificiū nō reddamus. Vez ut ait Cassianus, Multiplex est supbia, & in diuersis hoib[us] diuersos habet effectus. Quidā nāng[ue] quadā supbia aspirat ad sacerdotiū, atq[ue] ad celebrandū corā frequentia populi. Alij uero ex quadā supbia refugunt sacerdotiū, uel si sacerdores sunt, tñ celebrare abhorret & erubescit: & isti sunt penitus execrati & carnali prudētia obuoluti, nō attēdentes q[ue] sacerdotalis p[ro]t[er]ia in ineffabilitate diuina, supnaturalis atq[ue] dignissima: q[ue] i[n] celebrare & deo p[ro]t[er]ia offerre & sacrificare unigenitiū dilectissimū filiū ūu sit excellētissimus ac p[re]clarissimus actus, qui nec angelis sanctis concessus est. Nullus ergo e[st] p[ro]t[er]is q[ue]cumlibet nobilis carne, etiā si filius regis, putet se nimis magnū aut illustrē ad celebrandū, imò potius arbitretur se indignū ad tantū opus: & nihi dominus omni cū diligētia ac conatu iugiter disponat ad immolationē sacrificij tanti, q[ue] adorat etiā angeli sancti. Nam sicut in ceteris actibus bonis, ita & in isto diuinissimo actu tenetur episcopus se alij exemplare præbere, & p[re]sertim in festis p[re]cipuis.

Articulus XLVI. Qualiter p[ro]f[er]ū p[ro] exercitia uirtuosa debeat iugiter ad deum configere, ad impetrandum ab eo gratiā reformationis omni populo suo.

Cristus in euāgelio suo ait oibus cultorib[us] suis: Sine me nihil potestis facere. Nihil enim possumus meritorie cogitare, desiderare, loqui aut agere sine supernatura li auxilio grāe dei, actualijs motione spūssanci, cū dicas Apls: Non sumus sufficiētes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Et rursus testat: Deus est qui operat in nobis uelle & p[ro]ficere. Cum ergo homo non valeat se ipsum deo acceptū ac placitū exhibere aut regere abh[er]o auxilio grāe gratiā facientis, ac motione & directione spūssanci mentē misericorditer excitātis, multo minus sine adiutorijs istis potest & alios efficaciter gubernare ac deo placētes efficere. Ideo quāto episcop[us] pluri[bus] p[re]f[er]et hoib[us] & magis differenter dispositis, tanto indiger maioribus & gratiōfori bus oportentis dei subsidij,unctionibus,directionibus,illuminationibusq[ue] asiduis. Ideo omni hora sibi possibili debet toto cordis affectu ad uiscera misericordie benignissimi & sup[er]b[ile]stissimi dei cōfugere, & ipsum dñm pro omni g[ra]fā sibi necessaria exorare, & gregē sihi cōmisiū suo creatori ac salvatori fiducialiter cōmendare cū denotissimis precibus & benedictionibus lachrymosis. Insuper, quāto plus uide reformationē subditore suorū & cōdignā eoz custodiā excedere, p[ro]prias suas uites, tāto instatiū & multipliciter debet apud fonte pietatis ac grāe laborare, ut ipse dignetur manū gratiosissimā indehincēter apponere, subditoreq[ue] corda cōpungere, illuminare, conuertere, & oīa ad salutē necessaria ipsi conserue pro quibus oībus imētrādis debet apud altissimū laborare, nō solū orando, sed etiā ieunādo, abstinentiā, corpus suū flagellis, cīlicijs & consimilibus castigādo, in cōpunctioni bus & fletibus atq[ue] orōnibus pernoctādo. Haec etiā exercitia ab episcopis & p[re]latis coram deo exhibita pro subditis conuerione, custodia ac salute, ineffabilititer placent deo, & magna uirtutis sunt corā eo, ad impetrandum subditis gratiam uerē conuerionis, quem admodum etiam legitur de sancto & feruentissimo ac humilissimo Hugone, Gratiānopolitano episcopo, qui cum factus esset episcopus, inuenit populum suū mirō modo deformatum, rūdem & incultum circa dei obsequium, clerum quoq[ue] omnino deordinatum atque collapsum, instantum quod sacerdotes publice in facie ecclesie duxerūt uxores: qui uidēs se uitibus suis nequaquam sufficere ad reformatum, gubernandum & custodiendum si bi commissos, p[re]fatis modis configit ad deum, die ac nocte inuocans eum prostratus in terrā, non pārcens sibi in laboribus, ieunājs, disciplinis, lachrymis & uigilijs. sic q[ue] infra breue tempus mirabilem fructum fecit in populo. Et sacerdotes cum clero cātero magnifice reformati, cuius exemplo accendantur pontifices, eiusq[ue] diligētiam ac feruorem festentur. & ita dominator uniuersorum omnipotens, gloriōsissime ac copiosissime ei aderit & astabit, ad laudem, gloriam & honorem nominis sui, qui est super omnia deus sublimis & benedictus. Amen.

Libri de vita & regimine p[ro]f[er]ū finis.

D. Dionysij

D.DIONYSII A RICKEL

CARTHUSIANI DE VITA ET REGIMINE ARCHIDIACONORVM, LIBER VNVS.



Sapi. 6

Hebr. 10.

25. quæst. 1.
et nulli fat.
40. dicit. cho
mo Christi
anus.
Hebr. 13.

Sapi. 6

Gen. 7.

VDICIVM durissimum in his qui presunt, fiet. Quamuis in quo libet Christiano diligens ac profunda diuini iudicij consideratio omnem seculi unianatem, uniuersam carnis lasciuiam, cunctam in super mentis ignauiam sufficientissime queat reprimere, prorsus extinguere, iugiterque contennere, nihilominus in praesidentibus consideratio haec id ipsum tanto completius ualeat & merito debet peragere, quanto præ ceteris districtius iudicabitur, atque intolerabilis si carnales aut negligentes extiterint, damnabitur. Nempe tot mortibus, tot æternis condemnationibus digni sunt, quot ex eorum negligentiā carnali, scandalosaq; uita anime pereunt. Ideo dixit Chrysostomus: *Quis est qui prælationem desiderat, aut cura marum accipere non ueretur, nisi qui non timet iudicium dei, neq; perpendit quām horréndum sit incidere in manus dei, uentus?* Præterea quatuor nunc rationes occurrit, propter quas in praesidentibus ac prælatis durissimum Christi iudicium exercit. Prima est, quia illorum peccata sunt grauiora. Etenim quo gradus sublimior, eo ruina est maior. Hinc Hilarius Papa, Maiori (inq) reatu delinquit, qui honore fruitur potiori, & grauiora facit uita peccatorū sublimitas pecantum. Chrysostomus quoq; differuit: Homo Christianus fortiter cadit, aut propterea gntitudinem culpe, aut propter alitudinem dignitatis. Secunda est, quia pluribus, ut pura pro uniuersis subditis & communis, datur sum rationem, quæadmodum ipse meritus in euangelio protestatur: *Cui multum datum est, multiū requiretur ab eo;* & cui plus commendatum est, plus requiretur ab eo. Tertia est, quoniam pluribus nocuerūt eorum peccata. Siquidem quo amplioris sunt dignitatis, ac pluribus presunt, eo ex uita ipsorum iniusta plures scandalizantur; sicq; honorificient dei plus minoratur, imo & maior omni potenti contumelia irrogatur, pluresq; animæ creatori proprio subtrahuntur. Præterea sancto testante Gregorio, A nullo tantum Christus patitur damnum, ut ab indignis negligentibusq; prælati. Et denuo ait: In imitationem culpa uehemur extenditur, dum peccator ob suæ prælationis eminentiam honoratur. Deniq; ut beatus loquitur Augustinus, Qui in conspectu populi impie agit, potissimum qui in præsentia subditorum aut eis scientibus publice male uituit, quantum in ipso est, tantosq; ipsi taliter perimit, à quantis conspi- citur aut carnaliter conuersari cognoscitur. Quarta est, quoniam rigorosius damnabitur & acrioribus adjiciuntur supplicis, quod ex dictis satis reor patere. Idcirco in libro Sapietiae habetur: *Exiguo conceditur misericordia, potentes aut potenter tormenta patiuntur.* Districcio ergo diuini iudicij praesidentibus uniuersis iugiter est pensanda, ut non duntur uanitates elationis, dissolutiones cordis, inquinacionesq; corporis uitæ, uerum etiam timorati semper humilesq; consistant. Hinc ait Gregorius: *Magnopere curandum est, ut qui regendi hominibus prefertur, apud se in secretario mentis in sede prefigat humiliatis.* Cumq; iudicanti ei à ceteris foris assit, incessanter aspiciat, cui iudicij ipse tandem de his iudicandis assistet. Penset ergo, quia ad satis faciem dum districcio iudici de anima tantum sua uix sufficit; & quod subditis præest, tot quasi anima iudicij tempore solus habet: quæ cogitatione si quotidie mentem excoquat, omnem superbie punit tumorem, atq; acceptam potestatem reputari onus facit potius quām honorem. Itaq; imaginatio huius iudicij sic quemlibet terreat praesidentem, imo unumqueq; fidelem, quomodo terruit sanctus Hieronymus contestantem: *Quoties diem illum confidero, toto corpore contremisco.* si ue enim comedo, siue bibo, siue aliud aliquid facio, semper uidetur tuba illa terribilis sonare in auribus meis: *Surgite mortui, uenite ad iudicium.* Eodem quippe protestante doctore sanctissimo: *Iudicatu domino, lugubre mūdus immugiet,* & tribus ad tribum pectora fieri, potissimum quondam reges nudo latete palpitabunt, adducetur cum suis fultus Plato discipulis, tunc Aristotelis argumenta non proderunt, cum uenerit ille filius pauculæ quæstuaris iudicatur usus fines terre. Deniq; in hora iudicij totus mūdus stabit in igne conflagrationis, reprobos exurentis, qui in tantam se tunc altitudinem creditur extenuatus, in quantam se aquæ extulerint diluuij, quæ (ut in Genesi legitur) quindecim cubitis la-

DE VITA ET REGIMINE ARCHIDIACONORVM. 398

iores fuerint mōtibus excelsis. Quæadmodū uero tres pueri in igne camini Chaldaici mā serū illæsi, sic ignis ille cōflagrationis corporibus electo, nil inferet pena. Tūc Chis iu dñs, residebit in aere, uniuersaq; agmina angelicōe spirituū astabūt in forma uisibili, siqui March. 15. dem teste Gregorio, uisibiliter apparebūt. Qd si unū angelī apparitio sensibilis, tam intolerabilis est fragilitati huānæ, q; intollerabilis & horre da erit tūc reprobis oīm supmundano, uisibilis apparitio animoq;. P̄s̄ertim quū in istar Chī ualde terribiles apparebunt dñmādū. Huius demū ueritas dicti cōstat ex eo, qd Daniel, ppheta ait ad angelū sibi uisibili Dñs, 10 ter apparētem: *Dñe, in uisione tua dissolutæ sunt cōpages meæ, & emarcū, sed & halitus meo intercludit, & nihil in me remālit uirū.* Præterea, ut ibidē habet, sc̄tū ille propheta p uisionis illius pauore in terrā collapsus, facie telluri adhæres, log nō potuit. Si angelica ui sio in seculo isto sic terret, prosternit ac deinceps etiā iustos, q̄liter in extremo iudicio pierrebit in iustos. Facebūt ergo tūc reprobis in terra, quā amauerūt, cū fecissimis suis corporib⁹ tērribētis atq; grauissimis, q̄ turpiora ac horribiliora tunc erūt, q̄ dū in sepulchris fuerūt à uermibus semicorolla. Aderit tūc dæmonū q̄p oīs illa atrocissima desolatoria p̄phalāga uisibilis parēs, ac reprobos acerbissime inenarrabiliter, suo apectu pterrēs atq; afflīgēs. Prefens tūc erit omne genus humanū, singulorūq; uita singulis innotescet, ut inuictissimū dei iudicij cūcti simul agnoscāt. O qd desolationis atq; angustia, qd calamitatis & penæ tūc erit damnandoq; infelicissimæ turbæ. Tūc plane, sicut in lob scriptū est, angustia uallabit impūl, sicut regē qui paraſ ad præliū. Cernet egdeū uitios in æterna Acherontis supplicia se protinus ruituros. Mox nāq; plata sententia, Itē maledicti in igne eternū, aperiēs terra os suū, deglutiet eos, corrētq; in lacū opti humor qm̄ iuxta sacrificissimi Iisaię oraculū, congregabūt cōgregatione unius fascis, & claudenf incarcere, haud dubiū q̄i infernali ac eternali, in q̄ cū deflatione moestissima detinebunt sine fine torquēdi. Postremo, deuoto atteſtate Anselmo, in illa iudicij hora erūt à dextris p̄ctā nos accusantia, à sinistris innumerabiliis dñmonū turba ad accusandū p̄optissima, subtus horréndū chaos infernī, suprà apti scis sicccelis in aere iudex irat⁹, foris mūdus ardēs, intus conscientia urens. Vbi iustus uix saluabit, heu p̄ctōr infelix sic de p̄phesus q̄ abscondet. Impossibile erit fugere & latere, atq; intollerabile apparere. Tūc reuelabūt eccl̄i iniqtatē prauoz, & terra aduersus eos confusget, p̄gnabitq; p̄ deo orbis terra cōtra inseniatos, q̄ creaturis magis q̄ creatori insipitissime ac puerissime inheserūt. Idcirco defurore oīpotetis cōtertialiter biberit, de qbus p̄ Ezechielē p̄ dixit: *Ecce cōplosi manus meas sup malitias uñas, & cōflabō & cōgregabo & succendam uos in igne furoris mei,* & cōflabimini in medio eius sicut conflati argentū in medio fornacis. Vidētes hēc reprobis, turbabunt timore horribili, in gemiscētes p̄ angustia spūs, & dicentes Errauim⁹ à uia ueritatis, & iustitie lumē non luxit nobis. Itaq; hui⁹ cōsideratio iudicij, qd in his q̄ p̄sumt, durissime fiet, oīm foliciter p̄fidentē ad sui executionem officiū dili- gențe, ad conuersationē corā deo timorā ac iustā, corāq; hoībus exēplarem. Qd si extremit̄ cōsideratio iudicij min⁹ terret q̄i lōgius dīstas, pp̄edat se p̄tinus cū de corpore isto exierit, districtiſſime iudicādū. Hēc de archidiaconat⁹ officio paucis scriptū terigerim, ut illud diligētius exerceat ac iustius, p̄s̄ertim ab his q̄r̄ intuitu & amore hēc conscribuntur.

Articulus I. De actibus, qui secundum iura ad archidiacōnos pertinent.

VArchidiaconi in iure periti quod habitualiter sciunt, acu aduertāt, ceteri ue ro quod non sciunt agnoscāt, omnes autē ad quod se nouerint obligatos adimplant, in primis ad quae archidiaconi ex iure teneantur, cōmemorabo. Porro Raymundus in Summa sua de archidiacionum officio inquit: Idcirco nō prosequor, quoniam circa eorum potestates & officia fere quot sunt ecclesiæ, tot sunt cōsuetudinum uarietates, sed nunc ad quæ secundum iura obligentur, tangendum est. De hoc primo Decretalium scribitur: Archidiaconus post ep̄scopum cōficiat le uicarium eius, putat ep̄scopi, esse in omnibus, & omnem curam in clero, id est clericorū, tam in urbe positorum, quam eorum qui per parochias habitare noſcuntur, ad se p̄tinere, siue de eoꝝ conuersatione, hoc est, qualiter cōuersentur, siue de honore, an sc̄ilicet superioribus suis debitā obedientia reuenerint, q̄cūq; impendat, uel luxta dignitatē sacerdotij sui decenter se habeat, aut à suis subditis debite honoret. Verunt̄ pro honore, aliqui legūt pro onere, ut fit senus, qd ad archidiacōnū p̄tinet p̄scrutari, an clerici ei subiecti, potissime sacerdotes curati, on⁹, debitu sui officii efficaciter exequāt. Sequit̄ in textu: Et restauratiō eccl̄iaꝝ: qā & hoc ad archidiacōni p̄tinet curā, prouidere ut eccl̄iaꝝ sue parochiæ dū opus est instaurētur, siue doctrina eccl̄iaſticoꝝ, i. clericōe, q̄liter instruāt populuꝝ de p̄tinētib⁹ ad salutē &

De officiis
archidiacōnū,

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI

Exteratum rerum studio, ad quas archidiaconi iurisdictio se extendit, & delinquentium rationem coram deo redditurus est, id est, rationem reddere exigetur pro delinquentibus sibi commissis: & pro illorum punientur peccatis, nisi pro ipsorum emendatione fecerit quod in se est, siue quod suu requirit officium: & ut de tertio in tertiu annu, si episcopus non potest, parochiam uniuersam circumeat: & cuncta quae emendatione indigent, ad iudicium, iuxta dictamen ac discretionem sui episcopi corrigit & emendet. Circa haec loquitur Glosa, qd uisitatio ista de triennio in triennium intelligenda est, quod archidiaconus ex mandato sui episcopi uisitat uniuersam parochiam siue diccesim. Nihilominus propriam suam parochiam uisitare debet singulis annis, uel pluriis, si expediat. Ex hoc quoq; quod dicit hic, corrigit, Glosa concludit, quod archidiaconus habet coercionem, i. uim coerciuaum ac iurisdictionem, quod etiam sanctus Thomas in libro de perfectione uitae testatur, affirms qd curam habeat animarum. Sequitur in textu ex cōcio Toletano: Officium archidiaconi est, euangelium quando uoluerit legere, uel alicui de diaconis precipere, ut scilicet illud legat: & quando episcopus Missam canit, ad iussionem illius induat se Leuitique stibus sacriss, qualiter cum pontifice ad Missam procedant, ad archidiaconum disponere pertinet. Omne ecclesiasticum officium praeuidendo, lectiones & responsoria in matrice ecclesia dare debet & auscultare, in tantum, ut nullus euangelium aut epistolam, responsorium aut quamlibet in ecclesia lectionem legat, donec auscultetur ab ipso. Acolythus qd ordinat, qui seorum candelabra, quis turribulum deferre, quis uenitiorum officia aliqua in ecclesia agere debeat. Insuper Gregorius Calomitanus archidiacono scribit: A te distinxit queremus, quia uel propriæ ecclesie uel de diuersis ecclesiis cimelia sunt collecta, ut sub omni sollicitudine & fide seruentur: & si quid ex eis ex negligencia uel quacunq; fraude deperiret, tu hoc reatu astringeris, qui per archidiaconatus ordinem, i. officii custodia eiusdem ecclesie archius deputaris. Cimelia, sunt uasa ecclesie, quorum custodia secundum Glossam ad custodem siue thesaurarium pertinet, sed consuetudo attendit. Nam ubi thesaurarius non est, ad archidiaconum (ut hic dicitur) spectat. Papa Alexander tertius Heliensis scribens archidiacono, ait: Quoniam obtenuit alicuius (non praescripte secundum Hostiensem) consuetudinis non debes contras anctorum patrum institutiones uenire, & quod ad tuum non spectat officium uenidicare, mandamus ut nemini sine licentia & mandato episcopi, curam præsumas committere animarum. Idem Papa Cantuariensis archiepiscopo & cuidam scribens abbati, mandamus, inquit, quatenus prohibeatis Cisterciensi archidiacono, ne ad ecclesias sui archidiaconatus uisitandas nisi semel in anno accedit, nisi forte talis causa emerget, propter quam ipsum præfatas ecclesias sæpius uisitare oporteat. Amplius, Innocentius III. scribens cuidam, Consulisti nos, ait, quid ad officium archidiaconi debeat pertinere, & per que atq; in quibus per ipsum cura sollicitudinem episcopalis debeat reuelari. Et nos prout possumus respondemus: Archidiaconus secundum statuta beati Isidorii, imperat subdiaconibus & Leuitis: parochiarum sollicitudo & earum ordinatio ad ipsum pertinet: & audire debet iurgia singulorum. Archip̄b̄yteri qd decani à pluribus appellantur, eius iurisdictione nouerint subiacere. Secundū uero Romani ordinis cōstitutionem, maior post episcopum & ipsius uicarius inuenitur, omnem sollicitudinem & curam tam in clericis quam in ecclesiis eorum, prout melius secundum deum poterit impendere, cum super his sit redditurus rationem in districti iudicio examinari. Item in epistola beati Clementis papæ, oculus episcopi archidiaconus appellatur: ut loco episcopi, p episcopatum prospiciens, que corrigenda uiderit, corrigit & emendet, nisi adeo fuerint ardua negotia, qd absq; maioris, i. episcopi sui presentia nequeant terminari. Examinatioq; clericorum, si fuerint ad sacros ordines promouendi, spectat ad ipsum: & ut qui beneficiis ecclesiasticis præficiendi fuerint, à suo prius examinetur archidiacono, & p ipsum postmodum episcopo præsententur. Haec & alia quædam præallegato Decretalium loco habentur, quoq; intelligentia infra clarius effulgebit.

Articulus II. De eadem materia ex Decreto.

Sanctus Isidorus doctor ac Hispanus episcopus, distinctione XXV. actus ad archidiaconum pertinentes compendiose perstringit, cuius sententia pro magna parte in præcedenti est expressa articulo. Itaq; ait: Archidiaconus imperat sub diaconibus & Leuitis, ad quem pertinent mysteria ista: Ordinatio uestiædi altaris à Leuitis, cura incensi & sacrificij necessaria sollicitudo, quis Leuitarum ad populum euangeliū legat, quis preces dicat seu responsoria in dominicis aut solennitatibus decanter: sollicitudo qd

DE VITA ET REGIMINE ARCHIDIACONORVM. 399

parochiarū, & ordinatio & iuria ad eius pertinent curam pro reparandis dicecesanis basilicis fuggerit facerdoti, id est episcopo. Ipse inquirit, id est uisitat, parochias cum iussione episcopi, & ornamento uel res basilicarum uel parochiarum, gesta libertatum ecclesiasticarum episcopo refert: collectam pecuniam de communis, id est de oblationibus accipit & episcopo defert, clericisq; distribuit proprias partes. Ab archidiacono nuntiantur episcopo excessus diaconorum. Ipse denuntiat facerdoti in sacrario iejuniorum dies atq; solennitates, & ab ipso publice in ecclesia prædicantur. Quādo archidiaconus absens est, vicem eius diaconus sequens adimpler. Hæc sanctus Isidorus Papa. Præterea in epistola sancti Clementis habetur: Diaconi ecclesie sunt tanquam oculi Episcopi oberrantes, & cum uerecundia undique circumlustrantes actus totius ecclesie, & persecutantes diligenter si quem uiderint uicinū præcipito fieri, & proximum esse peccato, ut referant hec ad episcopum, ut reuocet tales ne corrut. Negligentiores ipsi diaconi admoneant & horrentur his uerbis, quæ pene oīa distinctione quadraginta metria scripta sunt. Ibidem adiungitur: Episcopo suggestore quæ ad cultum ecclesie & disciplinam eius pertinent, diaconi bus cura sit. Istud de archidiaconis sumitur. Itaque ex præinductis colligitur, quod archidiaconorum officium est, in regimine dicecessis episcopo præcipue astare, cooperari, solici tudenemq; in cunctis impendere, ita tamen, ut unusquisq; archidiaconorum circa partem dicecessis hib; specialiter deputatum atque commissam, singularem ac fidelissimam charitatem diligenterq; demonstret semper ac impleat, prouidendo, satagendo, totisq; viribus procurando, ut deo ibidem decenter ac debite seruiatur: quod fit, dum sacerdotes curati & eorum uicarij ac clerici, iuxta apostolica documenta atque sanctorum patrum statuta virtuose & exemplariter conuersantur, & gregibus sibi commissis pastoralis officijs debitumitate impendunt, prout hec infra distincti sunt tangenda.

Articulus III. Quam exemplaris ac uirtuosa debeat esse conuenientia archidiaconorum.

Expræinductis iam constat, quemadmodum in ordine ecclesiastico post episcopos archidiaconi mox sequuntur, qui & episcoporum uicarij præcipui perhibentur. Sicut itaque episcopis archidiaconi in ordine ecclesiastice hierarchiae uiciniores existunt, ita eidem in charismatibus gratiarum, perfectionibusq; uirtutum similiores consistere debent, iuxta Philosophicum illud: Quod est alicui propinquius, debet eidem esse similius. Porro episcoporum est, in omni uirtute esse iam consummatum, quemadmodum etenim status religiosorum est status perfectionis acquirende, sic status episcoporum est status perfectionis acquisitiæ, siue per infusionem adeptæ. Vnde sicut religiosorum est ad perfectionem quotidie tendere, ita episcoporum est in omni uirtute perfectum existere, ut sint uiri prorsus heroicæ ac celestes. Nam & in consecratione sua ad utriusque uitæ exercitia perfecta solemnitate se astringunt, ac distractissime obligant. Ideo tam in actibus uitæ contempli, qd in opibus uitæ actioni perfecti debent consistere, que omnia in Decreto atq; in Summis ac scriptis doctoꝝ, potissimum Alexandri de Hales, sancti Thomæ, Alberti Magni, Bonaventure ac ceteroꝝ, plenissime continentur, multipliciterq; probant. Quāuis ergo archidiaconi in pœnitentia statu non sint, ut in libro de perfectione uitæ Thomas efficaciter probat, nihilominus quanto præ ceteris ordinis episcopoꝝ propinquius annectuntur, tanto eidem in præactis uirtutum excellentijs atq; operibus conformiores esse debere cœsentur. Insuper, sicut prehabitū est, archidiaconi nedū sacerdotibus curatis, sed ipsi demū archipref̄ byteris præficiuntur, ita qd sup illos iurisdictionē fortiter sunt ergo & in uirtutum operibus perfectione qd uitæ, debent eidem proportionabiliter præfulgere, ut tantum pœnitentia in conuersatione, quanto sublimiores in prælatione ac administratione & iurisdictione, præsertim cum sancti doctores id unanimiter protestentur, iuxta mentem & gradū prælationis & iurisdictionis, oportere esse mensuram & gradū uirtutum ac perfectionis, ut tanto sit quisq; uirtuosior in uiuendo, quanto sublimior præsidendo. Alioquin ad condignā suorū executionem actuū non erit idoneus. Ideo assertit Gratianus: Reuera qui ad hoc eliguntur ut præsint ceteris, sicut præordinantur dignitate, sic præemine te debent & sanctitate. Alioquin, cur ceteris preferuntur, qui meritissimè præfulgent: Symmachus quoq; Papafatetur: Viliissimus computadus est, nisi præcellat scientia & ætate, id est, uite morib; probitate, qui potior est honore. Hinc deuotissimus ille Bernardus sancto scribens Papæ Eugenio. Absq; uirtutibus inquit tāto es deformior, quanto in dignitate ille lustrior. Præterea, archidiaconosq; præcipiū opus est, sui archidiaconatū uisitare curatos &

4.0. distin. c.
Oporet. &
cōs. qd p̄.
i. qd c. uiliſſi
mus.
Bernardus
2. de Cōſide
ratione.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

De off. mthi
diaco. ca. Ad
hoc. & c. Vc
nostrum.

40. dist. c. II
Iud. auct. &c.
Multi.
Eph. 4.
Colo. 1.

eorum uicarios. Ergo purgare, illuminare & perficere habent illos, in modo si culpa requiratur, reprehendere, iudicare atque punire eos tenentur. Grandis itaque sapientia splendor, discretionis uigor, iustitiae rigor, constantiae tenor, charitatis seruor, exercitatio, uirtutum archidiaconis necessarii agnoscuntur, ut actus ita sublimes ac deiformes peragere queant. Amplius, iuxta beatuissimorum documenta, ad archidiaconum pertinent sollicitudo ac ordinatio parochiarum & iurgia, id est, iurgiorum sedatio: ac ut afferit Decretalis, clericorum tam in urbe manentium quam in parochiis positionum ad illum pertinet cura. Sed haec idonee prosequi, & in tot occupationibus, in tot inquietudinibus sollicitudinibus quod constanter persistere, in deuotione manere, ab aequitatis tenore non cadere, neque a debita spiritualis conuersationis sinceritate deficere, non mediocris plane est perfectionis, sed arduum prorsus, magnum & altum. Ingens igitur charismatum affluentia diuinorum, generosa directio spiritus sancti, uera stabilitas mentis, iugis ac timorata cordis custodia, archidiaconis necessariae sunt. Hinc Chrysostomus in quinto sui Dialogi libro ait: Si aliquem mihi talem adducas monachum, qualis (ut secundum exaggerationem loquuntur) fuit Helias, tamen quādū solus est, & si non perturbetur, nec grauerit peccat, quippe non habens quibus stimuletur atque exasperetur, non tamen illi comparandus est, qui traditus populis & multorum ferre peccata compulsus, immobilis perseverat ac fortis. Et rursus ibidem: Si quis (inquit) proponeret mihi optionem, an mallem deo placere in officio sacerdotali scilicet & pastorali, an in solitudine monachorum, incomparabiliter eligerem id quod prius dixi. Haec autem allego, non quo uelim afferere archidiaconos prebyters, sed quos curatos in statu esse perfectioni quam religiosos, presertim quoniam archidiaconatus & cura reliquias religionem licet intrent, sed quod difficultas sit in archidiaconatus officio, idonee habere. Postremo quo pluribus archidiaconi proficiuntur, eo exemplariores esse tenentur: quo item uirtuosiores exemplarioresque confistere astringuntur, eu uirtuosiores ac damnabiles existunt, nisi iuxta suae exigentiam iocationis, dignae deo studeant conuersari, atque officii sui debitum adimplere.

Articulus IIII. Elucidatio particularior de uirtutibus & uirtutum psectionibus, ad quas archidiaconi obligantur.

1. Timo. 3.
Tt. 1.

Quibus decorari uirtutibus oporteat, praefulē, Timotheo ac Tito episcopis scribens docet apostolus: Oportet (inquit) episcopum irreprehensibilem esse, sobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hospitalem, doctorem, non uiolentem, non peccatorem, non litigiosum, non cupidum, sui domui bene praepositum, non superbium, non iracundum, non turpis lucri cupidum, sed benignum, iustum, sanctum, continentem, & recte traducentem uerba ueritatis. Porro ut Augustinus Ambrosius testatur, omnia haec ad sacerdotes etiam pertinent, sacerdotum curatos, atque de eis secundum intentionem Apollini intelliguntur. Siquidem descriptio quales debeant esse episcopi, mox de diaconibus subdit apostolus, quales esse debeant: instruens, nullam de presbyteris mentionem facies specialem. Hinc ille docens, sumus Gratianus in Decreto, a distinctione 24. usq; ad primū causē exordiū, pinducta Apostoli uerba expōnes, sic ea interpretatur, ut non duntaxat episcopis, sed sacerdotibus quo ipso doceat conuenire. Veruntamen excellentiori modo perfectiori, gradu, præstacia ad episcopos pertinent. Cum itaq; iuxta predicationem solum curatis, sed archipresbyteris quoque praefecti archidiaconi, constat quod uirtutes in uerbis Apostoli tactae, pertineant ad eosdem, non solum perfectius quam ad plebanos, in modo etiam quam ad archipresbyteros. Oportet ergo archidiaconos post excellentias uirtutum istarum, ad antistitem pertinet, eminenter ac singulariter esse irreprehensibiles, sobrios, moribus adornatos, prudentes, pudicos, iustos, sanctos, continentes, &c. in tantum, ut de plenitudine sua uniuersis suae iurisdictionis subiectis ualeant comunicare, influere, elargiri, atque presbyteros a prefatis uirtutibus deficienes, ad eas inducere. At uero ad quantum uirtutum apicem teneantur archidiaconi, ex his quae in principio tertij Decretalium, titulo de uita & honestate clericorum, scribuntur, faciliter demonstratur. Ibi equidem ab omni libidinis uitio, ab omni auaritia nota, ab omni ebrietate & crapula, ab officiis atque commerciis secularibus districtissime prohibentur, ubi & inter cetera legitur: Monasteria monialium si quisquam clericus sine manifesta & rationabili causa frequentare præsumperit, per episcopum arceatur: & si non emendauerit, ab officio ecclesiastico reddatur immunis. si quis ex clericis comam relaxauerit, ana thema sit. Clerici arma portantes & usurarij excommunicentur. Ad aleas & taxillo non ludent, neque huiusmodi ludis interficiuntur. Alia demum plurima ibi habentur de curiositate,

te,

DE VITA ET REGIMINE ARCHIDIACONORVM 400

te superfluitate, pretiositate, mundanitate, uanitate ac pompositate uitandis in uestimentis ac ornamentiis, & ne uestibus uitidis rubet uerba coloris utantur. Cum itaq; super eos quibus haec præcipiuntur, archidiaconi iurisdictionem præsidentiamque fortiti sint, rite concludunt, quod eminenter haec omnia debeat adimplere, scilicet adimpletionis exemplar ac obedientia formam ceteris exhibere, ut ad horum obseruantiam subditum clerum inducere effaces sint & condigni, ne eis rite dicatur, medice, cura teipsum. & Qui alii doceat, teipsum non docet. Postremo, idem ostenditur ex his, quae sanctus doctor ac præfus Hesdorus de conuersatione ad sacerdotes atque canonicos & clericos pertinente, conscribit, & distinctione uicesimateria introducuntur hoc modo: Legi sanctorum patrum continetur, ut sacerdotes & clerici siue canonici, a uulgari & seculari uita seclusi sint, scilicet a voluptatibus mundi abstineant, non spectaculis, non pompis interficiant, conuicia publica fugiant, priuata non tantum pudica, sed etiam sobria colant, usuris nequaquam incumbant, nec turpium occupationibus, lucratorum uera fraudibus. Amorem pecuniae quasi materiam cunctorum criminum fugiant, secularia officia atque negotia abnuant, honoris gradum per ambitum non querant, pro beneficiis medicinae dei, id est ecclasiasticis beneficiis siue suffragiis ac sacramentis, pecuniam non sumant. Dolos & coniurationes caueant, odium, amulatio, detractionemque fugiant. Non uagis oculis, non lingua effreni, ant petulatia & flido gestu, aut pomposo uultu incedant: sed pudorem ac urecundiam mentis simplici habitu, humilitate incessu ostendant. Obscenitatem membrorum & uerborum, sicut & operum, penitus execrentur: uiduarum & uirginum frequentationes fugiant, cotubernia & coeminarum nullatenus appetant, castimoniam corporis perpetuo seruent, superioribus debita exhibeant obedientiam, nec cullo iactantia studio se extollant. Doctrinis, lectionibus, psalmis, hymnis & canticis spiritualibus semper incumbant. Tales etenim esse debet, qui diuinis cultibus sece manscipare fugiter student, ut dum scientia operantur, doctrinam gratia populo administrant. Hinc demum Innocentius Papa præcepit, ut mimis & ioculatoribus ac histrioibus non intendant, sed in ecclasiasticis officijs ac alijs studijs bonis se exerceant diligenter, quatenus in conspectu omnipotentis dei puro corde & casto corpore ualeant ministrare. Itaque in omnibus præinductis archidiaconus tantum excedat clericis subiecti, quantum decet magistrum excedere suum discipulum, ac præfatum plebem ei committant. Ad obseruantiam quoque istorum subditum sibi clerum archidiaconus curat, satagatque inducere.

Articulus V. Obiectio contra præhabita.

Mirum uidetur quod archidiaconus super presbyteros, in modo & super archipresbyterum iurisdictionem sortitur, cum sacerdotij ordine archidiaconatus sit maior ac dignior. Nempe cum tres sint ordines sacerdotii, videlicet sacerdotium, diaconatus & subdiaconatus, sacerdotialis ordo est summus. Quum ergo par in parem, potestatem non habeat, multo minus minor in maiorem obtinet potestatem. scilicet archidiaconus in sacerdotes iurisdictionem non exercebit. Præterea, sicut se habet diaconus ad presbyterum, sic archidiaconus ad archipresbyterum; sed absolute loquendo diaconus presbyter extat inferior, ut etiam distinctione nonagesimateria copiose probatur. ergo archidiaconus archipresbyter inferior simpliciter erit. Insuper, quæ a deo sunt, ordinata sunt sed in ordinatum uidetur, in inferiori iurisdictionem dare in superiores. Quum ergo diaconus sit sacerdotibus minor, non erit ei in illos iurisdictionem committenda. Iterum, ab inferiori ad superiora ordinate ac pedentem est procedendū, præsertim quā diuinio Dionysio edocente. A distanti in distans non eatur nisi per medium: Non ergo archidiaconus erit presbyteris præficiendus, nisi primo ad sacerdotium sit promotus. Amplius, ut sacratissimus Dionysius libro de ecclasiistica hierarchia fatetur: Ordo episcoporum est perfectius, ordo sacerdotum illuminatius, ordo diaconorum purgatius. Archidiacono ergo non competit illuminare presbyteros. Adhuc autem, beato Dionysio cōtestante, quamvis supremum ordinis inferioris, magnum cum infimo ordinis superioris convenientiam habeat, non tamen attingit illud, id est, ei non coæquatur, multo minus ei præfertur. Hoc etiam Proclus Platonicus in Elementatione sua theologica innuit: Omnis enim (inquiens) diuinorum ornatuum summa, ultimis superpositorum assimilatur, non autem parificantur, ut ipse prosequitur. Summus igitur inter diaconos, ut puta archidiaconus, nec infimo sacerdoti & quatuor nequaquam ergo presbyteris eminent, nec archipresbytero præcipere potest. Denique, in libro de quatuor coæquauis scribit Albertus, quod ec-

Luc. 4.
Rom. 2.

Hebr. 12.
Colo. 3.

Zz 2 cle-

ecclastica hierarchia est quoddam totum potestatuum: in omni autem huiusmodi toro, tota perfectio ac potestas inferioris in superiori continetur. Quicquid ergo potestatis & perfectionis diaconis inest, in sacerdotibus excellentiori includitur modo. Postremo, absolute loquendo maior est potestas cuiuscunq; presbyteri quam archidiaconi, quem presbyter corpus & sanguinem consecret salvatoris, atque in dispensatione sacramentorum multa possit, quae archidiaconus minime potest. Indecens quoque uidetur, ut archidiaconus presbyteros reprobet & puniat, quoniam illos potius beatuere, quemadmodum sanctus Franciscus qui fuit diaconus, dixit: Quod si sibi simul occurset sanctus Laurentius, qui archidiaconus fuit, & unus pauper sacerdos, dimitteret sanctum Laurentium, & iret primo ad oculandum manus pauperis sacerdotis. Rursum, in angelica hierarchia angelorum ordinis inferioris non datur autoritas super angelum chori superioris: Ergo nec in ecclastica hierarchia in star angelicarum hierarchiarum disposita, taliter quid fieri conatur, ut scilicet diacono aut in diaconum nondum promoto, detur in sacerdotes autoritas, iurisdictionis siue potestas.

Articulus VI. Solutio obiectionum istarum.

OMNIMUM INSTITUTIARUM ISTARUM SOLUTIO CONSISTIT IN PAUCIS. EST QUIPPE DUPLEX POTESTAS, UDELICET ORDINIS & IURISDICTIONIS. IURISDICTIONIS QUOQUE EST DUPLEX, SECUNDUM QUOD DUPLEX EST FORUM. EST ENIM IURISDICTIONIS IN FORO INTERIORI SEU CONVENTIO: & EST IURISDICTIONIS IN FORO EXTERIORI SEU CONTENTIOSO. DENIQUE, QUAMVIS ORDINE MULTPLICITER ACCIPITUR, RAMEN US SUFFICIT SAM, Dupliciter sumitur; scilicet proprie, pro potestate qua minister ecclastica ordinatur, ministeriumq; sortitur circa corpus Christi uerum; & ita sunt tres ordines sacri, & quatuor non sacri; sic etiam episcopatus & archidiaconatus non sunt ordines, sed potestates praelaticae seu iurisdictiones. Secundo accipitur ordinis pro potestate respiciente mysticum Christi corpus; & sic episcopatus est ordo. Quamvis ergo sacerdos maior ac dignior sit archidiacono ratione ordinis propriæ dicti, & ratione iurisdictionis in foro interiori, non tam ratione ordinis communiter sumpti, neq; ratione iurisdictionis in foro exteriori; in modo sic archidiaconus tamen presbyteris quam archipresbytero antefertur. Hinc aliqui breuiter dicunt, quod sacerdos maior est ordine, archidiaconus administratione seu iurisdictione, & sic patet prima obiectionis solutio. Ad secundam dicendum, quod similitudo illa seu comparatio non teneri in omnibus, sed quantum ad potestatem ordinis proprie dicti ac iurisdictionis fori interioris, obtinet ueritate, sicut archipresbytero archidiaconus minor censetur. Porro cum dicitur, Diaconus absolute loquendo sacerdote est inferior, respodendum quod in quantum diaconus, inferior est, sed ratione potestatis ac iurisdictionis superiorum est potest sacerdote esse superior. Vnde in episcopum electus, non dum consecratus in sacerdotem, sacerdotibus praestet tanquam superior. Superioritas namque secundum doctores, praelationem ac iurisdictionem potissimum respicit. Ad tertiam respondendum, quod quando in inferiori sunt dona, per quae ad administrationem praelaticam, iurisdictionemq; publicam extat donec, non est in conueniens, quod superioribus præficitur; id est, his qui eo superiores fuerint, superior fit, ac per hoc super illos iurisdictionem acquirit, ut si simplex canonicus uirtuosus & prudens fiat episcopus, aut simplex monachus fiat abbas. Ad quartam dicendum, quod non oportet semper per uniuersos intermedios gradus transire, ut dum comes aut dux efficitur imperator. Ad quintam dicendum, quod ordo diaconorum in quantum huiusmodi, per appropriationem quandam & comparationem ad ordines superiores dicitur purgatiuus, nisi Iominus ratione iurisdictionis & praelationis adiuncte est illuminatus. Ad sextam dicendum, quod autoritas illa beati Dionysii, in naturalibus, non in supernaturalibus donis præcipue tenet, cum non solum anima Christi, sed etiam uirginis gloriose uniuersis angelorum agminibus sit filata. Ad VII. respodetur, quod quicquid potestatis inest diacono ut diacono, continetur in sacerdote, ita quod potest sacerdos quod potest diaconus ratione diaconatus seu ordinis proprie dicti, non autem quod potest ratione iurisdictionis & administrationis. Ad VIII. dicendum, quod sacerdotis maior est potestas circa corp' Christi uero, & circa dispensationem sacramentorum; archidiaconi uero potestas est maior circa corpus Christi mysticum. Ad id autem quod obiectioni illi annexitur, respodendum quod sacerdoti ut huiusmodi, reverentiam magna debetur, sed in quantum transgressor, est puniendus ab eo qui major est iurisdictione; nec obest si ille non sit sacerdos, quia & multis fuerunt sancti abbates, qui sacerdotes non erant, ut Antonius, Pachomius, Benedictus, Maurus & alii multi, qui mo-

nachis suis quamvis sacerdotibus præsuerunt, & pastore in illos exercuerunt officium, Ad ultimum respondeatur, qd ecclesiastica hierarchia angelicam imitatur pro uiribus, non adæquat.

Articulus VII. Consideratio specialis ex diuini Dionysij documentis, ex qua conuincitur, qd ad susceptionem & usum seu executionem archidiaconalis dignitatis requiritur bonitas, in modo & sanctitas uitæ.

AD OMNEM PRÆLATUM, & ALIORUM SPIRITALEM RECTORÉM, UT DIUERSI IN LOCIS SACERDIONYMUS DOCET, PERHISP TANTA CHARISMATUM AFFLUENTIA SUPERIORUM INTUS ESSE REPLETUM, UT DE ABUNDANTIA GRATIE SUÆ SUBDITIS POSSIT INFLUERE. TERTIO QUOC; ECCLASTICA HIERARCHIA CAPITULO SCRIBIT, QUOD SICUT CORPORA SUBTILIORA AC CLARISSIMA SOLARIS LUCIS SPLENDORE REPLETA, DE LUMINE SUO ALIJS CORPORIBUS INFLUUNT ATQ; COMMUNICANT, ITA IN OMNI DIVINO OFFICIO NON EST AUDENDUM ALIJS FIERI DUCÉM, HIS SECUNDUM OMNEM HABITUM SUUM (HOC EST, UIRTUTĒ) DE FORMISSIMUS (ID EST SIMILIS, SEU UALDE SIMILIS) EXTERE DEO, UDELICET UIRTUOSUS. EX HOC SUPER QUARTUM SENTENTIARUM THOMAS CONCLUDIT.

CUM HOMO IN QUOLIBET ORDINE SACRO DUX ALIJS CONSTITUATUR IN REBUS DIVINIS, IN UNOQUOQ; ORDINE TANQUAM PRÆSUMPTUOSUS MORTALITER PECCAT, QUI CUM CONSCIENTIA PECCATI MORTALIS AD ILLU SUCIPIENDUM ACCEDIT, & ITEM QUI INDIGNE UITUR EO, UT IS QUI IN MORTALI PECCATO SE ESSE COGNOSCIT, AUT MERITO NOSCERET. NAM CONSCIENTIAM SUAM QUILIBET EXAMINARE TENETUR.

HINC SANCTITAS UITE AD ORDINIS SUSCEPTIONEM & USUM SEU EXECUTIONEM REQUIRITUR DE NECESSITATE PRECEPTI, NON DE NECESSITATE SACRAMENTI. SI ERGO ISTUD ITA SE HABET IN QUOLIBET CHRISTIANO, QUEMCUNQ; SUCIPIAT ORDINEM SACRUM, QUANTO MAGIS IN ARCHIDIACONO QUI IPSORU QUOD ORDINATORUM, UDELICET SACERDOTI AC CLERICORU, IN MODO & ARCHIPIRES BYTERI CONSTITUITUR DUX, DIRECTOR & CUSTOS? Vnde quo altioris est iurisdictionis ac præsidentiae, eo enormius peccat, si archidiaconatus officium in indigne (hoc est, in mortali existens peccato) accipiat sine exercitat. Ad cuius probationem etiam aliam sanctus doctor probationem adducit, dicendo:

LEX IUBET, UT HOMO IUSTE QUAE IUSTA SUNT EXEQUITUR. ID CIRCO QUICQUID QUOD SIBI EX ORDINE AUT OFFICIO COMPETIT FACIT INDIGNE, QUOD IUSTUM EST IN JUSTE EXEQUITUR, SIC Q; CONTRA LEGIS AGIT PRÆCEPTUM, ATQ; MORTALITER PECCAT. ARCHIDIACONUS ERGO & QUILIBET ORDINATUS, QUANDOCUMQ; IN ALIQUO ACTU ORDINIS SUI SUE OFFICII EXHIBET SE MINISTRUM ECCLESIAE IN JUSTE SUE IN DIGNE, UTPOTUA GRATIA & CHARITATE NON EXISTENS, PECCAT MORTALITER, & TOTIS QUOTIES SUI ORDINIS AUT OFFICII ACTU EXERCET; & SIC DOCTORES CONCORDITER ASSEVERAT, UT IOHANNES IN SUMMA CONFESSORUM, DURANDUS IN SUMMA SUA, BARTHOLOMEUS IN SUMMA PISANA, ALBERTUS & ALIJS SUP QUARTUM SENTENTIARUM: QUO CONSTAT, QUAM INNUMERABILIA IN CURRANT PECCATA MORTALIA ARCHIDIACONI AC CAETERI ORDINATI, POTISSIME SACERDOTES, IN MODO & MAXIME PRÆSULES MALE UIUENTES, INTIMORATE & INEXEMPLARITER CONUERSANTES, UIRTUTIBUS NON STUDENTES, NEC SUA OFFICIA CUM DEBITA PURITATE AD DILIGENTIA EXEQUENTES, SED CARNALITER AC SECULARITER SE HABENTES. DE TALIBUS OSEZ LOQUITUR DEUS: OCCURRAM EIS QUASI Ursa Raptis Catulis, DIRUMPAM INTEGRIORA EORUM & CONSUMAM EOS UT LEON.

DE QIBUS IN APOCALYPSE LEGITUR: CRUCIABUNTUR IN QUI IGNIS & SULPHURE, & FUMUS TORMENTORUM EORUM ASCENDERET IN SECULA FECULORUM. NEMPE QUAM ENORMITER PECCENT HUIUSMODI, BEATISSIMUS DIONYSIUS IN EPYSTOLA AD DEMOPHILUM PANDIT: TA

LIS INQUIENS, PUTA NON ILLUMINATUS NEC UIRTUOSUS, PRÆSUMPTUOSUS EST, SACERDOTALIBUS REBUS AUT DIVINIS MYSTERIIS MANUM APPONENS, NEC ERUBESCIT NEQUE UERETUR DIVINA PRÆTER DISGNAITEM EXEQUI, & QUASI PUTANS DEUM IGNORARE QUOD IPSE INTRA SE NOVIT, DECIPERE ESTIMAT DEUM, QUEM FALSE PATREM APPELLAT, & AUDIT IMMUNDAS EIUS INFAMIAS. EX HIS DOCTORES CONCLUDUNT, QUOD SACERDOS AUT ORDINATUS SUUM INDIGNE ORDINEM EXEQUENS, & QUASI BLASPHEMIUS & DEI DECEPTEOR UOCATOR, QUI ITA SE HABET, UELUT SE DEU POSSE DECIPERE ARBITRARETUR.

POSTREMO, ARCHIDIACONUS IN QUANTUM SUBDITORUM EST IUDEX, ATQ; CORRECTOR, AD UERAM PRUDENTIAM ATQ; IUSTITIAM UAL DE TENETUR, NEC SUBDITOS POTEST ABSQ; GRAUI EXCESSU JUDICARE SUE CORIGERE, QUI IN EISDEM AUT MAIORIBUS EST PECCATIS, PROUT HOC INFRA DEO AGETE, PLENIUS TANGA.

INNOTEFCIT DEMUS EX PRÆINDUCTIS, Q; PERICULOFUM EXISTAT, SEIPSUM AD ARCHIDIACONATUS SULCUS PTIONEM INGERERE AUT OFFERERE, NISI INSTINCTU SPIRITU SANCTI OCCULTO HOC FIAT PROPTER BONIUM COMMUNE. ET SI FIAT HOC HONORIS AMORE AUT LUCRI CUPIDINE, NONNE AMBITIONIS AC Avaritiae, IN MODO & SACRILEGI PLENU; EST, INEFFABILITER Q; DAMNABILE, UT S. SCRIBET BERNARDUS?

Articulus VIII. Expositio brevis uerborum Apostoli, quibus (ut tactum est) docet, qualem esse oporteat quemlibet sacerdotem & archidiaconom atq; episcopum.

1. Timo. 3.

Oportet in primis tam ordinatos quam ordinandos, irreprehensibiles id est fine mortali culpa existere, secundum Apostolum. Ut enim satis innuit, sacerdotes & archidiaconi atque pontifices, non solum post suas promotiones, neque etiam ante ordinentur, & priusque accedant, ad uitę sanctitatem tenentur, utputa ad virutes de quibus ex uerbis Apostoli nunc tangetur, in modo olim secundum rigorē plus requirerat. Ait ergo Innocentius Papa III. & habet distinctione 25. Primum iubetur sine crimine esse episcopus siue faderes: non quod eo tempore tantum quod ordinandus est, sine ulla sit crimen, & præteritas macula noua conuertatione diluerit, sed quod ex eo tempore quo in Christum renouatus est, nulla peccati conscientia mordeatur. Quomodo enim potest preses ecclesiae auferre malum de medio eius, qui in simile delictu corruevit? aut qua libertate corripere potest peccante, cum tacitus sibi ipse respondeat eadem se commissive que corripit? Ex hoc Gratianus concludit: Ecce quod ordinandum in episcopum non solum tempore sue ordinationis, sed etiam omni tempore post suum baptismum, à crimen debet esse immunis. & idem de sacerdotibus est iudicium. Porro archidiaconos, in quantum prebyteris presunt, oportet ipsis quoque curatis perfectiores esse presbyteris. Ergo de eis magis uidetur idem censendum, sed quamvis hoc secundum rigorem aliquando seruabatur, nunc tamen non obseruatur nisi fortassis per crimen intelligatur criminalis diffamia, aut peccatum accusatione ac condemnatione dignissimum, secundum Glossam ad Titum. Alij ergo intellegunt, ut tempore ordinationis sint absque crimen, ita quod de mortalibus culpis (si in aliquis lapsi sint) digna poenitentia antequam ordinentur, sic ut pro tunica sibi de nullo mortaliter conficiantur. Alijs peccarent mortaliter accedendo, quemadmodum Thomas in Summa contra gentiles libro quarto, capitulo septuagesimo quarto subtiliter probat. Insuper archidiaconos, presbyteros atque pontifices sobrios, non uinolentos esse oportet, siquidem eos necesse est esse fortes in usu rationis ad conferendum concernentia animalium salutem, ad discernendum inter mala & bona, inter uera & falsa, ad informandum subiectos, ad uacandum contemplationibus diuinorum, ad intuendum debita propriorum officiorum. Cum ergo ebrietas & uinolentia caput cerebrumque conturbent, mente obnubilant, iudicium rectum impedian, animositatem, temerarium ausum ac alia uaria pariant uitia, certum est quod praefatis personis sint summe uitiae. Praeterea cum Christus præcipiat: Videte ne grauentur corda uestra crapula uel ebrietate aut curis seculi huius, constat, omnem Christifidelem ad sobrietatem seruandam, atque ad uinolentiam ebrietatemque uitandam, iugiter obligari. Idcirco praefatis ecclesiasticis uiris non sufficit qualitercumque, sed excellenter sobrios, non uinolentos existere, quod etiam secundum Innocentium, ad omnem sp̄eciat canonicum: in modo ut Augustinus Ambrosius quod testantur, de quolibet ad quantumcumque sacrum ordinem promoto aut promouendo, est intelligendum. Denique, affirmat Hieronymus, Veneris in gloriis ad luxuriam provocat, & omne bonum mentis dissoluat. Vener quoque & uercundiora sibi inuicem sunt uicina, ut ex propinquitate membrorum pensetur confoederatio uitiorum. Hinc teste eodem sancto Hieronymo, Vener uino & stuans cito spumat in libidinem, propterea Salomon loquitur: Luxuriosa resect uinum, & tumultuosa ebrieras: quicunque his delectatur, non erit sapiens. In Ecclesiastico quoque habetur: Vinum multum potatum, ruinas multas facit. Quam sufficiens est homini eruditio exiguum uinum, & in dormiendo non laborabis ab illo, nec senties dolorem. Sanitas mentis & corporis est sobrius potus. Vnde Innocentius Papa districte præcipit: A crapula & ebrietate omnes clerici diligenter abstineant; id est uinum sibi tempore, nec ad bibendum quispiam incitetur, cum ebrietas & mentis inducat exsilium, & libidinis prouocet incentiuum. Vnde illum abusum penitus decreuimus abolendum, quoniam quibusdam partibus ad potus æquales suo modo se obligant potatores. Hinc distinctione trigesima quinta iubetur: Ante omnia à clericis uitetur ebrietas, quoniam omnium uitiorum fomes & nutrix est. Insuper iuxta Apostolum, praefati ecclesiasticci uiri debent esse ornati, id est, intus uitritibus decorati, & foris morigerati, in usu sensuum custodiiti, in incessu, vestimentis, uerbis, iudis & uerbis modesti. Quibus iugiter obseruandum est illud Ecclesiastici: Non des mulieri potestatem animæ tuæ, & virginem ne conspicias, ne scandalizeris in decore eius. Noli circumspicere in uicis ciuitatis. Auerte faciem tuam à muliere computa. Nam propter speciem mulieris multi perierunt. Itaque iuxta Augustini doctrinam, & si uis in aliquam mulierem projiciatur, in nulla tamen figatur: quod utique tempore celebrationis ac diuini officij summe est obseruandum. Praeterea sacerdotes, archidiaconi, &c

Tit. I.

Tit. I.

Lucas. 21.

Prou. 20.

Ecc. 31.

Eodem.

1. Tim. 3.

Ecc. 9.

Eodem.

Tit.

1. Cor. 8.

2. Timo. 2.

Iaco. 3.

1. Cor. 5.

Prou. 20.

Prou. 19.

Prou. 14.

Tit. 1.

Ibidem

tericū prælati & clerici non debet esse percussores, prout distinctione 45: diffuse ostenditur, Itaque nullum spiritualiter percutere debet uerbis mordacibus, pugnitibus, prouocatorijs, in iuriosis aut scandolosis operibus. De qua percusione ait Apostolus: Peccantes in proximum, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Nec etiam corporaliter quenquam cædere debent ex ira, impatiētia, indignatione, rancore aut simili causa peruersatuerunt aman ex charitate & zelo iustitiae disciplinam dare est licitum, in modo multoties debitum. Amplius, ecclesiastici uiri hi esse non debet litigiosi, cum dicat Apostolus: Noli uerbis contendere, ad nihil enim uile est, nisi ad subuersiōnem audientium. Iacobus quoque apostolus ait: Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. Cum ergo esse litigiosum sit ualde in honestum, & improbitatis ac impatientia, atque superbiae signum, in modo & insipientia opus, à præfatis personis, quarum est alios à uitijis refrenare, dissentientesque concordare, atque in omnibus exemplares confistere, maxime est cauendum. Ait enim scriptura: Honor est homini cum separat se à contentionibus. Itemque: Doctrina uiri per patientiam noscitur. Quocirca fateatur Gregorius: Tanto conuincitur unusquisque minus doctus, quanto minus patiens. Neque enim potest ueraciter docendo bona impetrare, si nesciarit ac quaniam iter aliena mala tolerare. Ideo Salomon loquitur: Qui patiens est, multa gubernatur prudentia; qui autem impatiens, exaltat stultitiam suam. Adhuc autem iuxta apostolicam regulam, episcopos, archidiaconos, sacerdotibusque præfixam, oportet eos esse hospitalia, non cupidos, dicens Hieronymus: Domus clericorum omnibus debet esse communis. Nam, ut sancti patres, Bernaldus ac Prosper testantur, quicquid ultra simplicem uictum uestitumque habent, hoc eorum non est, sed pauperum; & nisi illud egenis communient, furunt, capinam, sacrilegiumque committunt. Denique, lex Christi, lex est perfectæ charitatis ac pietatis: ideo uniuersi fideles iuxta sui status & facultatis mensuram, ad opera misericordia astringuntur, potissimum ecclesiastici uiri, qui de Christi ac pauperum patrimonio uiuant, & uulgo uiertuoshores ac misericordiores esse tenentur: operum autem misericordia, hospitalem existente, unum est peregrinos ergo & pauperes hospitari, bene tractare ac repausare tenentur, tanto utique abundantius, quanto in bonis ecclesiæ magis abundant. Præterea, quod ad sacerdotes curatos ista pertineant, Raymundus hinc probat: quia tenentur suos parochianos ad hospitalitatem ac cetera misericordiae opera incitare; ergo in hoc debent se exemplares præberi. Cum ergo archidiaconorum sit ipsos quoque curas, tos ad hæc ipsa pietatis facta hortari atque inducere, debent in primis eadem adimplere tanto perfectius, quanto eminentius ac latius præsentur. Non ergo ecclesiastici uiri de bonis ecclesiæ aware thesaurizent, neque de eis charos suos seu propinquos & consanguineos, ne dicam filios aut filias ditent, nec altis ea immoderate consumant, sed summa cum diligentia illud beati aduentur Baſilius: Si tibi fateris diuinitatem prouenire temporalia bona, an infinitus est deus, in haec qualiter uobis illa distribuens? Cur tu abundas, ille uero mendicat, nisi ut tu bona dispensationis merita consequaris, ille autem patientia brauijs decoreretur: Fameli ci panis est, quem tu detines: nudi tunica, quam in conclavi conseruas: discalceati calceus, qui apud te marcessit: in dignis argentum, quod possides in humatum aut clausum: Quocirca tot indigentibus iniuriari, quot dare ualebas. His prorsus concordat quod distinctione quinquefima septima ex uerbis sancti fidelium allegatur Ambrosij, afferentis: Nunquid iniquus est deus, ut nobis non aequaliter distribuat uita subsidies? ut tu quidem es abundans, alij autem egerent? An idcirco magis sic accidit, quia & tibi uoluit deus benignitatis sua experimenta conferre, & alium per uirtutem patientiae coronare? Tu ergo suscepisti de munib[us], & in sinu tuum redactis, nichil iniquum te agere reputas, si multorum uite subsidies solus obtineas? Quis tam iniustus tamquam auarus, quam qui multorum alimentis tuum non uolum, sed abundantiam, pompam atque delicias facit? Neque enim minoris est criminis, habenti tollere, quam cum dare possis & abundas, indigentibus denegare. Esurientium panis est, quem detines: nudorum uestimentum, quod recludis: miserorum redemptio, pecunia quam reponis. Tantorum ergo te scias inuadere bona, quantis possis præstatere. Interim contuendum, quod inducta hæc uerba sanctorum, uniuersis dicta sunt Christia nisi quanto magis ecclesiastici uiris sunt aduentura, ne de bonis ecclesiæ cum diuite epulentur quotidie splendide, ne postea cum eodem crucientur flamma gehennæ: Nempe arcam salutis uiam incedere, id est, præteritalem uitam ducere, oés obligati sunt Christiani, q[uo]d magis ecclesiastici, dicte Ap[osto]li: Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt

Zz 4. cum

D. DIONYSII. A^V RICKEL CARTHUSIANI,

etum uithis & concupiscentijs. Hospitalis ergo consistant, & Christum in paupere charitatis suscipiant, cum dicat Ambrofius, Publica species humanitatis est, ut pauper hospitio non indigat, sed officiose sumatur, pie tractetur ac reuerenter tang^q Christi membrum locetur, non in uiliori loco aut leuctro, quod q^{uod} meritorium sit, pandit Chrysostomus: Qualē inquietus mercedem habet, qui propter deum peregrinatur, talē qui suscipit peregrinū, suntq^{uod} ambo & quales, uidelicet qui propter deum laborat, & qui propter deum refrigerat. Hinc de seipso sanctus Iob protestatur: Foris non manifit peregrinus, ostium meum uiatori patuit. Apostolus quoq^{uod} hortatur: Charitas fraternalis maneat uobiscum, & hospitatem nolite obliuisci: per hanc enim placuerunt quidam angelis hospitio receptis. Quid ad huc dictum sunt sacerdotes & clerci, de Christi patrimonio superflueretur ditati, quirator aut nunq^{uod} peregrinum pauperē hospitari dignantur, sed cum diuitibus præseruit cognatis & curialibus ecclesiastica bona sumptuose ac deliciose consumere non uerentur? Quid in die iudicij Christo responsuris sunt obijcenti, Hospesti, & nō collegistis me?

Articulus IX. Prosecutio expositionis præactorum uerborum Apostoli, qualiter ecclesiastici uiri nō debet esse auari, sed suis dominibus bene prepositi.

CVM lex euangelica sit lex summe spiritualis atq^{ue} perfecta, uniuersos obligat Christianos, ut pr^eceteris hominibus terrena, carnalia & caduca despiciant, coelestia uero, & eterna atq^{ue} diuina exquirant. Hinc auaritia cunctis Christicolis, est uitanda, & quanto ecclesiastici tenetur uulgatisbus ac secularibus spiritualiorebus existere, tāto præ illis astricti sunt auaritiam abhorrente. Diuinis quippe obsequijs eminēter sunt mancipati, ideo auaritiam, quæ iuxta Apostolum, idole est seruitus, summe tenetur ab ij cere, ne à diuinis contē platu atq^{ue} affectu impediantur, ne ex diuitijs ad carnales ruant de licias, ne innumerabilia, quæ ex cupiditate & opulētia oriuntur, incurvant peccata, nempe ut uerissime dixit Valerius: Dives in superfluitatem resoluitur, & factantia refrenatur, currit ad libitum, corrut ad illicitum, fuitq^{uod} instrumenta pœnas, quæ oblectamenta fuerunt culparum. Hinc ait Gregorius: Omnia autoris bonorum deo inhaerere nō possumus, nisi cupiditatem, omnium uitiorum radicem à nobis radicem abscondamus. Quarto enim mē amplius occupatur circa terrena, tanto plus impeditur à dilectione supna, à contemplatione interna, à puritate mentali, à sollicitudine spirituali, à suipius custodia, imò ab omni profectu in uirtute & gratia. Si ergo cunctis Christifidelibus obseruandum est, quod ait Apostolus: Habētes uictum & q^{uod} bus tegamur, his contētis umus: quanto magis ecclesiasticis: cū uerissime subiungat Apostolus: Qui em̄ uolunt diuitias fieri, incidunt in tentationes & laqueum diaboli, & in desideria multa inutilia & nociva, quæ mergunt hominem in peditum. Hinc ait salvator: Quām difficile hic pecunias habet, regnum dei intrabunt. Itemq^{ue}: Aerumnæ seculi & deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiscentijs introeunt in cor, suffocant uerbum dei, & sine fructu efficiunt. Diuitiae nāq^{uod} iam possesse, difficulter spernuntur; & terrena arctius diliguntur adepta, q^{uod} constringunt cupita. Cum itaq^{ue} ecclesiastici uiri potissimum archiaconi ac prælati tenent aurum totu^r corde circa spiritualia occupari, pro subditorum salute sollicitari, custodia gregis commissi uigilanter intendere, omnesq^{ue} spiritualiter diligere semp, constat quām necessarium eis sit terrena atq^{ue} carnalia aspernari, solisq^{ue} necessarijs contentari, ut libera mente spiritualibus uacet, & subditorum salutis indefinēter incumbant. Insup, ad archidiaconos & prælatos pertinet de subditorum actibus iudicare, & in præsidendo ac iudicando nequaq^{ue} propria commoda, sed dei honorem & subditorū salutem exquirere. Idcirco oportet eos esse constantes, iustos atq^{ue} sinceros: non cupidios ne intuitu^r munerum aut emolumētorum amore carnalium, iudiciorum obliuiscantur iustorum. Perpendant ergo quod ait scriptura: Auaro nihil est scelus: nihil est iniquius, q^{uod} amare pecuniam, hic enim animam suam habet uenalem. Præterea unusquisq^{ue} uir ecclesiasticus tenetur suæ domui bene esse præpositus, ita ut ad suos domesticos respectum habeat specialijs, ipsos ad salutaria dirigendo, bonis moribus informando, à uanitatibus, leuitatibus atq^{ue} illicitis uerbis cunctisq^{ue} uitij pro ueribus reprimendis: qui enim in præsentia superioris uerfantur, negligētiam non admittunt, secundum Bernardum, id est, superiorem suum inexcusabiliter culpabilem damnabilemq^{ue} constitutū, si circa ipsos negligēs fuerit. Nam quicquid præsente præsidēte iniuste peragit, id ei est turpius: Virtus quippe & uitium domesticorum ac famulorum, redundant in patrē familias ac dominum. Deindeq^{ue}, ad correctionem fraternalm omnes, præsertim ecclesiastici uiri tenentur. Archidiaconus ergo, quilibetq^{ue} paterfamilias ac prælatus, q^{uod} reprehensibilitatis in suis diceceſibus inuenierit

Iob.31
Heb.12

Matt.25

Col.2

Psal.72

1.Timo.6,
ibidem

Mar.10

Luc.18

Matt.12

Mar.4

Luc.8

Ecc.10.

DE VITA ET REGIMINE ARCHIDIACONORVM.

403

inuenierit, non erit siue perceperit, corripere non omittat & emēdere conetur, cum afferat Augustinus: Si corripere neglexeris, eo qui peccauit peior efficeris. Etenim quā anima corpore extat nobilior, tanto seriosius ac affectuosius mederi oportet animarum vulneribus. Ad hanc igitur incitent quemlibet præsidētem seruor diuini amoris, zelus diuine honorationis, desiderium fraternalē salutis, debitum prælationis, iustitiae quoq^{uod} affectus. Hinc dixit Apostolus: Si quis suorum maxime domesticorum curam nō habet, fidem negavit, & est infidelis deterior. Horum duplē causam Raymundus assignat: Prima est, quoniam frontem non habet reprehendendi alios, qui proprios corrigerē negligit. Secundo, quoniam talis euidenter comprobatur, idcirco prælatione censetur indignus. Atuero in summa Confessorum afferit: Si domestici incorrigibiles fuerint, expellēdi à domo sunt: si parterfamilias probabiliter & estimat eos per hoc emendandos, alias patronus criminis uideretur; quemadmodum is qui adulteram tenet uxorem: si uero probabiliter credit eos per hoc licentius peccaturos, atq^{ue} per suam diligentiam conspicit eos à multis malis, quamvis non ab omnibus retrahi, non oportet quod illos abiciat, nec tamen sibi imputatur culpa illorum, cum & in congregationibus domibusq^{ue} iustorum in iusti admixti sint. Vnde si præ fidens fecerit quod in se est, excusat: quemadmodum in epistola ad sanctum Cyprianum beatus scribit Cornelius Papa: Quod ad nos pertinet, conscientia nostræ conuenit semper operam dare, ne quis ex culpa nostra de ecclesia peat: si quis autem ultrò crimen suo pierit, nos in die iudicij futuros credimus in culpatos, illosq^{ue} solos in poenis mansuros, qui noluerint consilij nostri salubritate sanari. Nec mouere nos debent cōuicia perditorum, quo minus à recta uia non recedamus, quam Apostolus instituit dicens: Si hominibus placere, Christi seruus nō essem. Archidiaconi ergo & prælati, imò & uniuersi ecclesiastici uiri pro videant, ut domestici sui honeste sint uitae, à carnalibus uitis abstinentes ac morigerati, nec in uestibus sint secularium curialiumq^{ue} uirōrum ministris conformes, sed ut spūalem condet statum, mundanam curiositatem ac pompam denient. Estq^{ue} reuera uehementer desiderium, quod istud iam non seruatur, in dī ecclesiasticorum ministri instar famulorum secularium dominorum incedunt uestiti, & ab ecclesiasticis, quibus deseruunt, talia accipiunt uestimenta, quod indecens ualde uidetur: siquidem iuxta exigētiā status ac uocationis dominorum, uestidi sunt serui eorum.

Articulus X. De sapientia atq^{ue} prudentia ad archidiaconos pertinente.

Vemadmodum libro de ecclesiastica Hierarchia theologissimus Dionysius docet, sumum hierarcham, id est, quemcumq^{ue} episcopum oportet in scripturis ac lege esse doctissimum, quippe ad cuius præsidentiam spectat uniuersam suā illuminare dicecesim, singulos quoq^{ue} dum casus occurrit & causa requirit, posse seorsum, secundum quod egent, instruere, atq^{ue} in difficultioribus intricatisq^{ue} dubijs ac perplexis questionibus respondere: ad quam etiam inferiores prælati ei subiecti in maioribus difficultatibus habent recurrere. Cum igitur post episcopos archidiaconi mox sequatur, & præsulum præcipue extet uicarij, exigit ordo hierarchicus, ut post episcopus abundanter sint sapientia atq^{ue} prudentia. Insup, sicut præhabitu est, ad archidiaconum pertinet curare totius cleri, ut patet sacerdotum & clericorum in urbe manentium, quām extrā sitorū uisitare parochias, curatos aspiceret qualiter sua exequantur officia. At chiesapbytero quoque præcipere, quod de rurali decano præsertim accipit, singulorum quei iurgia debet audire, atq^{ue} pro uiribus terminare, sed ad horum ac aliorum que præhabita sunt, ad suum officium pertinētem expeditionem, nequaquam extat idoneus, nisi ualde peritus sit, & ad difficiles respondere ualeat quæstiones, que quotidie curatis tā in confessione quām extra confessionem occurrint. Tanta ergo scientia eum est oportet, ut curatos queat instruere, imò & archipresbyterū edocere,hortari, discutere de uniuersis quæ ad eorum spectant officiis, qualiter se habere debeant circa deum, & subditos in conuertendo, orando, celebrando, docendo, confessionesq^{ue} audiendo, poenitentias iniungendo, & cetera sacramenta tractando ac exhibendo, atq^{ue} in corripiendo ac corrigendo. Archidiaconum ergo sciēre oportet inter uirtutes & uita clare discernere, inter peccata distinguere, uirtutum ac uitiorum differentias, uarietates ac gradus cognoscere: similiter sacramentorum habere notitiam, & ad quid teneat curati: ad qualem & quantam obligentur scientiam, qualiter habere se debent in prædicando, hortando, corripiendo ac corrigendo. Bene itaque necessaria est archidiacono cognitione Canonum, notitia moralium, intelligentia scripturarum: multum quoque perutilis ei est eorum cognitione.

De pñia d^a & e
que penitent

quæ super quartum Sententia scribunt doctores, sed & secunda scđe S. Thomæ, & quæ in Decreto habentur de penitentiâ & consecratione, imò & in prima parte Decreti, ac alijs diversis locis libroz iuris. Oportet quoq; archidiacorum scire ad quos libros habédos teneantur curati, & de quibus debeant informare subditos, prout infra tangetur. Ex his certissime innotescit, q; studiosos ac spirituales archidiacenos esse necesse sit, q; item in rebus humanis prudentes ac circumspectos.

Articulus XI. Quām timorati ac diligenter debeant archidiconi sua exercere officia.

Ite. 48

Psal. 108

Baruch. 3

CVM iuxta in utero sanctificati oraculum uatis si maledictus qui opus dei efficit negligenter aut fraudulenter, hoc est, qui domino maiestatis immense absq; debita reverentia ac fidelitate, sine decente diligentia ac puritate obsequatur in obseruantis preceptorum, directionem concernientium propriæ uitæ, propter quod ait Psalmista: Male dicti qui declinant à mandatis tuis. Quām maledictus est coram altissimo, qui per negligentiam, impietatem, carnalitatemq; suam non iam seipsum duntaxat, sed aliorum quoq; animas perdit quāmplurimas. At uero si, ut diximus, fassus est, omnium diuinorum diuinissimum est, deo cooperari in reductione animarum ad ipsum: Nonne oīm diabolicorum diabolissimum est, cooperari diabolo in auersione animarum à proprio creator, in perditione eorum æternâ, in continuatione conuersationis prauissimæ? certumq; est, q; sicut illud faciunt virtuosi ac diligentes prælati, sic istud negligentes prælati ac uitiosi, qui multipliciter hoc ipsius peragerunt à sanctis patribus afferuntur, uidelicet in exemplariter ac scandaloso uiuendo, aut non debite resistendo, non arguendo, non corrigeendo: itemq; tacendo, palpando, consentiendo, hortando, souēdo. A talibus præsidentibus Christus, ut sanctus ait Bernardus, grauiorem persecutionem patitur q; à Iudeis ipsum crucifixis, ut perperus. Qualiter etenim potest quis unigenito dei filio enormorem contumeliam irrogare, aut sceleratiorem inferre inutram, q; animas supbenedictæ trinitatis image insignitas, quas ipse sua omnipotente bonitate creauit, pro quarum salute incarnatus, inter homines conuersatus, atq; dirissima morte occisus est, negligendo, scandalizando, ad infernum trahendo? Deniq; si, ut beatus affirmit Gregorius, sacrificium deo gratissimum, zelus est animarum: nonne ergo sacrificium uel potius sacrilegium diaboli placentissimum, negligientia est earum? Rursum, si depositum omni fide seruandum est, si aurum, argentum, gemma & cœlestis alicui ad custodiendum credita & commissa, cum omni diligentia conservantur: quantæ infidelitatis, impietatis, negligentiæ ac damnabilitatis confidunt, quibus Christus animas suo sanguine liberatas commisit, & nihilominus eas perire punit? De quotidianis earum excessibus non tristantur: uitij, lœfas, spiritualiterq; peremptas non deflent: suscitare atq; curare non satagunt: non omnibus sibi possibilibus modis reparare & saluare nituntur. Præterea si crudelissimus ac infidelissimus medicus cœseretur, qui egros fugiunt communis, eos præsertim pro quorum medela largum habet salarium, pro posse corporaliter non sanaret: si item negligenter immisericordissimusq; pastor iudicaretur, qui oues domini sui abligat refertia à lupis, puniter deuorari, nec raptas pro posse erueret: nonne incomparabiliter coram iudice summo crudelior, infidelior, negligenter & immisericordior est prælatus, q; aias quis suscepit regēdas, tuēdas, curādas, saluadas, pro quo etiam peragendo officiis liberaliter sustentatur copioseq; procuratur, à morte peccati, ab interitu sempiterno, ab infernali ore luporum, à perpetuis extremæ damnationis supplicijs supergrauissimas curare, eruere, præteruare non student, non totis uiribus entuntur, non indefinenter laborant: quale indicium, quanta damnatio imminentibus! Insuper, si non solum prælatus, sed quilibet etiam proximus omni iudicio estet se quisquis, qui uideret quēquam gradiente per viam apparēter bonam, sed ad mortē corporalē, ad profundissimum lacum, ad latibula latronum ducētem, & tamē taceret, nec periclitantem taliter reuocaret: quomodo non sine mēstrura monstratur ferocior, qui animas sue custodię creditas, cernit aut nolcit quotidię p; uitiorum abrupta, p; latam p;ditionis uiam, p; uitam carnalem ad mortē tendere æternâ, ad lacum nouissimum tartareosq; latrones, & nihilominus tacet, non reuocat, non informat, non pro uiribus cum diligētia tota renititur? Qualis est huiuscmodi speculator, qualis custos & rector? Qualiter implet qd p; nobilissimum q; sanctissimum stirpis regie! Isaiam iubet omni prælato omnipotēs: Clama, ne cesses: quæ tuba exalta uocem tuam, & annuntia populo meo peccata eorum: Quod itē per Apostolum præcepit spiritus sanctus: Prædica uerbū, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa-

Isaiae 58
2. Timo. 4

incredere in omni patientia. Et denro: Tu uero uigila, in omnibus labora, ministerium tuum impli. Itaq; cum archidiaconus pluribus præsit, ipsiusq; archipresbyteri seu ruralis decanii atq; pastorum, ex quorum bono regimine salus dependet multorum milium subditorum, cura ei commissa sit, merito cum ingenti timore, cum diligentia indefessa, cum sollicitudine summa uniuersum suum debet explorare officium, ne coram metuendissimo iudice tanto sit maledictio, quanto in prælatione diffusior, & in negligētia latior ac pluribus nocens: & ne in animarum perditione, dæmonibus cooperari probetur: ne & filii dei sit atrocissimus persecutor maiestatissimæ summae contumeliosissimus in iuriuosissimusq; offensorm deum animarum, quæ pretiosissimus dei thesaurus sunt, nobisissimum charissimumq; depositum infidelis fit custos, feralissimus medicus, negligentissimus pastor, imò leſor, peremptor ac perditor. Amplius, si unumquenq; credentium eo q; in medio laqueorum ueretur, & æternaliter queat perire, fragilis quoq; existat, oportet iuxta Apostolum cum metu timore & tremore suum operari salutem: Nonne archidiaconum & unumquenq; prælatū oportet tanto coram diuini præsenti uultus timoratu rem sollicitoriemq; esse, & proprium officium formidolosius ac diligentius adimplere, quanto se uidet pluribus præsidere, & quanto ex negligentia sua plurium oritur damnatio animarum, maior abundantia uitiorū, enornior in honoratio dei, exultatio & debacchatio maior diaboli, intolerabilior quoq; damnatio suis, quanto etiam ex sua præsidentiæ diligentia operosa, copiosior nascitur frustis, animarum plurim salus, exuberanter ueneratio dei, confusio maior diaboli, ineffabilior quoq; felicitas suicūm profus certissimum extet, sic omnium ex suo efficaci regimine bene agentium merita præmiaq; redundare in ipsum, quæadmodum uniuersorū ex sua prænitute ac negligentia pereuntium uitia atq; damnatio redundant in eum.

Articulus XII. Quām charitatibus, custodie atq; humilitate in omnibus habere se debent archidiaconi & uniuersi prælati.

Pist. 2
Ibidem

Iohann. 21

2. Cor. 12

Commisurus Petro Christus ecclesiam, ter antea interrogauit eundem, non soli an se amaret, sed etiam an plus alijs ipsum diligenter ad insuandum, quod prælati præ cæteris debet dei ac proximorū, potissime subditosq; suorū charitate esse fugient inflammati, quatenus tam diuino q; fraterno excitentur amore, ad fatigendum pro subditorum correctione, profectu, salute, p;træcipue ne deus super omnia incomparabiliter præ dilectus, à subditis in honore tur, offendatur atq; perdatur, imò potius cordialiter ab uniuersis ac singulis ueneretur ac possideatur. Vnde utit, nec proprie uitæ neq; laboribus nec expensis parcer debent, Apostolum imitantes, dicentes: Libetissime impendam & superimpendar ipse pro animabus uestris. Præterea iuxta præhabita, in prælatis inter dona gratia gratis datæ, præsertim ordinis, iurisdictionis ac prælature, & dona gratiae gratum facientis, correspondunt contemplantiamq; esse oportet, ut quo subtilior extat prælatus, eo sit præsidentis maior perfectio. Quemadmodum ergo episcopum proxime sequuntur archidiaconi, ita post episcopum, quem tanquam virum proflus heroicum oportet in charitate esse perfectum, debet in charitate potissime præfulgere atq; ferire, ut modo non aliud quam dei honorem ac subditosq; salutē cogitent, sicut, intendat & adipisci infatigabili ter satagent. Omnis ergo carnalitas, omnis immunda & uitiosa affectio, omnis cupiditas longe sit temper ab eis: quandoquidem Augustino testante, charitatis uenenum est cupiditas, eiusq; minoratio, charitatis est augmentatio: mera demum cupiditatis euulso, charitatis cœfetur perfectio. Gregorio quoq; teste cognoscimus, q; tāto inuulquisq; à superno amore distinguitur, quāto inferius delectatur. Amplius, prælati inter deum & subditos medijs tam dei q; gregis commissi debent charitate esse succent, tanq; dei uicarij subditorumq; patres, pastores atq; custodes fidissimi: & quo plura ac digniora desuper sortiti sunt bona, eo gratiore, amoroſiores ac subiectiores esse debent munificentissimo deo, & eius pro uiribus in cunctis procurare honorē, inflamare amorem, ac cultū augere: si hoc ad singulos spectat curatos ac præsidentes, quanto magis ad archidiacenos, quippe quoq; curatis ac archipresbyteris præsunt: Infuper non solum ad præsidentes, imò ad uniuersos spectat credentes, seipsum quotidie coram iudice omnia intuēt, discutere, propriā conscientiā examinare, quotidiana peccata attendere & deflere: ante ingressum lecti diligenter reuoluere, qualiter diem expenderit: quid malū in eo cōmisiterit, quid boni omisiterit: quomodo stet cum deo: quomodo ea quæ deus ab ipso requirit, obseruet, tuncq; dominū exorare, ut uniuersa illius diei, totius etiā uitæ suæ sibi dimittat peccata, & de cætero se ab ipsis præseruet, atq; emendationē in omnibus cōferre dignetur: tūc quoq; debet se horio coram

1. Reg. 16

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

coram deo fortiter increpare, djudicare, humiliare ac castigare: & utiq; saluberrimum est ista quotidie frequenter peragere. Archidiaconus igitur quilibetq; praelatus quotidie, saltem semel in die, ad locum se ponat secretum atq; quietum, & ibi coram creatore cor suum effundat, onus sui penet officij, & qualiter illud adimplerat, perscrutetur; qualiter sibi commissi se habeant, intueatur: tunc de suis impfectionibus cordialiter doleat, ueniam deprecetur, emendationem proponat & exequatur. Tunc demum pro subditis deuotissime ore, eosq; cum praecordiali affectu pietatis commendet diuini, atq; deinceps in omnibus custodite se habeat, iuxta Salomonis doctrinam, omni custodia cor suum custodens, & cor a domino maiestate sollicite ambulans. Adhuc aut archidiaconus & omnis praelatus potestate praesidentis suę sapienter consideret, ut onus grauissimum, ut ministerium onerosum, ut periculosisimum pro rursus officium, non ut dignitatem & excellentiam quandam duntaxat, ne in stultorum inde inaniter extollatur aut stolidie glorietur, unde sibi copiosa extractione uehementer timendi, profunde se humiliandi, ad dei auxilium iugiter recurrendi. Neque cum praesidens proprię conscius defectuositatis agnoscat se ad suipius regimine sine continuo misericordissimi dei subsidio gratiose penitus insufficiētem, humilime sp debet perpendere, q; sup sufficiens sit seipsum ac alios sine indeſinēti ac singularissimo Christi adiutorio gubernare. Quo ergo q; pluribus praeest, tanto abundantiori dei indiger gratia, exuberanterq; illustratione diuina. Idcirco coram altissimo seipsum profundissime debet humiliare, atq; diuino ex totis praecordijs inniti subficio. Deus quippe sup his reficit, humilibus uero dat gratiam. Et ut Salomon loquitur: bi humilitas, ibi sapientia; humilitasq; ad omnia spūstā charismata mente disponit: qm̄ sub deo deprimit eam, facies ea deo directe substratum, suppositam & subiectam. Postremo, si homo quantumlibet praesidens, propriam defectuositatem inspiciat, q; pronus uidelicet sit ad omne peccatum, quanta peccata incurrit, qbus & quātis periculis extat expositus, quātum diuina indigeat pietate, q; immūditijs atq; fœtoribus in corpore impleatur & anima q; nihil est à seipso q; spātio non habet, nisi deficere & peccare, execrari, errare, indurari, perire: q; omnia sua bona dei sunt dona, & qbus ab ipso est ratio exigenda: q; nescit diem & horam, q; nihil seu modicum sit comparatione pfectio[n]is & sapientiae, non solum creatoris, sed etiam beatorum in patria, immo & quorundam in uia si inquam hæc atq; similia q; rite perpedit, mihi q; unq; supbit, præsertim cum deo ipsa superbia tam odibilis esse noscitur. Ab sita præterea ut q; adeo con tenebrati sit animi, ut propter carnis nobilitatem aut cetera fortune ac corporis bona, q; inter dona dei à sapientibus esse minima cognoscuntur, pueriliter intumeat. Hinc omnium largitoru[m] bonorum tanto unusq; humilius, gratius ac formidolosius sit se subiectus, quanto majora ac plura ab ipso bona suscepit, atq; distictius iudicandus conficitur.

Articulus XIII. De modo & forma ab archidiacono obseruandis in uisitatione.

EX praeductis ex Decreto ac Decretalibus in scđo tertioq; articulis constat, opus archidiaconorum precipuum esse, quolibet anno prouinciam seu partem dicēceſis sibi commissam solicite uisitare, immo secundum antiqua iura, hoc ipsum ad episcopos pertinet, & in aliquibus locis adhuc creditur pertinere. Episcopus quippe est immediatus ac principalis omnium sua dicēceſis Christianorum prefatus, quemadmodū pontifex summus uniuersorum fidelium secundum Bonauenturam sup quartum Sententiarum, & Hostiensem aliosq; doctores. Et sicut episcopi ceteriq; prælati sunt summi pontificis adiutores in sollicitudinis partem uocati, sic archidiaconi & curati ac reliqui inferiores rectores sub episcopo existentes, eius sunt adiutores: itaq; in Toletano concilio legitur, q; decima questione prima, inducit: Relata est coram sancta synodo querimonia plebiu[m], q; sunt quidam episcopi nolentes ad prædicandum & ad confirmandum ac uisitandum suas per annum circuire parochias, qui tamē exigunt ut mansiones quibus in p[ro]fessione uiti debuerant, alio pretio redimant, qui parare debet: quæ duplex infamia negligētis & auaritiae, sanctæ synodo magno fuit horro: statuit ergo, ne quis ultra illud exerceat cupiditatis ingenium, & ut sollicitiores sint episcopi de suis gregibus uisitandis. Ex Tarraconensi quoq; concilio ibidem habetur: Decreuiimus, ut antiquæ consuetudinis ordo seruetur, & annuis uicibus ab episcopis dicēceſis uisitetur: & si qua forte basilica fuerit repta destruta, ordinatori, i. sacerdoti eius reparare præcipiatur: si autem episcopus in ualeudidine impeditus, dicēceſes suas per semetipsum uisitare non poterit, uisitationis officium alijs committat. Hinc rursus in concilio legitur Toletano: Episcopum per cunctas dicēceſes arque prouicias suas per singulos annos ire oportet, ut ex gratia quomodo unaq; basilica in re paratio

Prove. 4.
Baruch. 3.

Iaco. 4.
1. Pet. 5
Prove. 4.

1. Cor. 4.
Heb. 13:
Matt. 25

25. d.c. plect.
Extra de off.
archidia. p. 10
cum
93. d.c. legi
mus
11. d.c. pcept.
9. qu. 3. ea al
iorum

DE VITA ET REGIMINE ARCHIDIACONORVM

403

paratione sui indigeat. Quod si ipse aut languore detentus, aut alijs occupationibus impli catus, adimplere nequieverit, presbyteros aut diaconos mittat, qui & redditus basilicarum & reparations & ministrantium uitam inquirant. Insuper III. Decretalium titulo de ceni bus, capitulo, cum uenerabilis scribitur: Quia uisitatio i annexa est procuratio, & episco pus Fauentini rōne spālis iurisdictionis quā habet in ecclesia fcđa, teneat causa correcti onis uisitare ecclesiā præfati: nec intelligit nouū imponi, q; ab ipsa fundatione de cōfue rat iure impositū, decreuimus q; idē episcopus cū ad ipsam ecclesiā cā correctionis accesserit, moderatā ab ea procurationē accipiat bis in anno. Præterea circa hoc uerbū, bis in anno, scribit Bernardus: Hoc intelligo, si roties opus fuerit: & alijs sufficit semel uisitare in anno in quodies spālis atq; sufficiens rōne exigitur, poterit uisitari. Præterea Innocētius tertius in gñal concilio ait: Visitationis officiū exercentes, non querant quæ sua sunt, sed que Iesu Christi: p[re]dicationi & exhortationi, correctioni & reformationi uacado, ut fructu referat q; nō perit. At uero formā in uisitationibus obseruanda Bonifacius VIII. 6. De cretalium plenius exprimit: siquidē formā quā superioribus uisitatiōibus ut archiepiscopis atq; episcopis precepit, obseruādā ab inferioribus q; ut archidiaconis iubet seruari, inter cetera dicens: Visitationis impensurū officiū, proposito uerbo dei querat de uita & cōuer satione ministrantiū in ecclesiā & locis alijs diuino cultui deputatis, ac cæteris quæ ad officiū ipsum spectat absq; coactione & exactione qualibet iuramēti ipsorum ad emendationē, p[er] salubria monita, n[on]c leuia, n[on]c asp[er]gimēta data sibi à deo prudentiā diligēter intendēs. Porro si q; inueniuntur infames, si ipse nō ē ordinarius, denūtūt ordinario. Notoria aut p[ro]cta que inueniuntur, corrigat. Insup in pluribus locis iuriis districte precipit, ne uisitantes immoderatis graueū sumpribus uisitatos, nec nimū exq[ua]ta querat cibaria, & non nisi una procurationē accipiunt una die, etiā si in ea plura uisitent loca, quoq; quilibet p[er] extet sufficiens. Quod si episcopus p[er] alium uisitet, uisitati tenentur illi uisitanti expensas: sed ultra hæc, nec uisitās nec familiāres possunt quicq; recipere, hoc est, nec munera necq; pecunia si quid tale re ceperit, aut uisitatis procurationē acceperit nō uisitādo, tenent duplū restituere infra mens. Alioquin ipsi superiores sic restituere differentes, interdicti sunt ab ingressu ecclesiæ: in feriores uero ab officio ac b[ea]tificio sunt suspensi, quoq; si satisfaciāt plene, & nulla hic ualeat remissio. Extra de censibus. Exigit lib. 6. De hoc Bonifacius ait VIII. Causat ne ipse uisitās uel quicq; suoq; aliqd munus qd[em]cunq; sit illud uel qualiter cunq; offerat, presumat recipere, ut non que sua sunt uideatur querere, sed que Christi: q; si fuerit contra præsumptū, recipi p[er] maledictionē incurrat, q; qua nūq; nisi duplū restituit, libere si uolumusem in his quālibet fraudē penitus euitari. At uero uisitās nō solū circa maiores ac clericos, sed etiā circa popu[li] reformationem intentus sit.

Articulus XIII. De quibus uisitandi sint clerici ac curati & parochiani.

IN Decreto causa decima quæstione prima ex concilio Braccarenſi secundo habetur: Placuit omnibus episcopis, ut per singulas ecclesiās episcopi & per dicēceſes ambulat[es], primum discutiant clericos, i. sacerdotes, quomodo ordinem baptiſmi teneant & mislarum, & qualiter quæcunq; officia in ecclesia peragant: & si recte quidem inueniuntur, deo gratias in autem minime, docere debet ignoratis & omnibus modis p[re]cipere sicut canonis iubent. Postquam ergo clericos suos discuterint ita, episcopi conuocata plebe ipsius ecclesiæ, doceant illam, ut adulterium, periuirium, falsum testimonium ac reliqua uitia uidentur, & quæ nolunt sibi fieri, non faciant alteri, sicut de illa ecclesia proficiuntur ad aliam. Porro quod de episcopo dictum, nunc de archidiacono pariformiter est tenendum. In generali quoq; præactum est, q; archidiaconus uisitando inquirere debet, qualiter sacerdotes uiuant atque officia sua adimplent: nunc uero particularius descendendo, primis tenentur inquirere, an iuxta apostolicam regulam irreprehensibiliter uiuant, hoc est ab q; graui & notabili culpa, an sint soberi: quocirca est inquirendū, an sint potatores seu ebrios, an uisitent tabernas, an comessationibus uacet, an bibedo & comedē dosint dissoluti: insup, an sint ornati, i. morigerati & prudētes: quocirca solerter p[er]fandū, an iuxta exigentia ordinis atq; officij sui sint sufficientis literaturæ. De hoc infra diffusius est tangendum. Item, an sint pudici in uerbis & factis, an certe lascivi & in honestis & utru[m]q; finitopitalis ac ceteris misericordiæ actibus de diti: an creditum sibi gregem sufficienter informant de credēdis atq; agendis publice ac priuatim, & utru[m]q; scđm exigētia sui statutis: an aliquē corporaliter aut spūaliter cedat, ledat seu inordinate affligat: an sint cōfētiosi ac cupidi: an domesticis suis efficaciter præsint, taliter illos regendo, q; alijs exēplares extat.

Extra de cēt
et uenerabi

z. Tim. 4.
Iohann. 6.

1. Pet. 4.

De censu in
6. c. Roma.
De censu in
6. c. Roma.
Philip. 2.
1. Cor. 10.

to. 4. 1. c. ph.

Ibidem

Tob. 4.
Matt. 7.

1. Timo. 3.

Titum. 1.

1. Timo. 3.

Aaa stat

stant; an etiam sint superbi & iracundi. & non potius humiles, mites, iusti, benigni ac congentes. Insuper inquirendum est, an ea ad quae ex Decretalibus obligantur, adimpleant, hoc est, an deferant arma, an barbarinos cultello siue similia, nisi forsan irer per loca latrocinij scæda, ad incutendum terrorem latronibus; an comam relaxent, an monasteria monialium absq[ue] manifesta et rationabilis causa frequentare præsumant; an ad h[ab]etum se in citètran officia siue cōmēta secularia potissimum inhonestia exerceant; an minimis joculatoribus seu histrio[n]ibus sint intenti: utrum ad aleas ludant siue taxillos, seu huiusmodi ludis interfint; an uestimentorum & ornamentorum superfluitates, pretiositates, curiositates ac pompas deuident; An cum mulieribus secundum iura prohibitis, utputa de quibus suspicio mali esse potest, morent. Amplius inquirēdū, an ea quae ex Decreto cōmemorata sunt, rite obseruer, uidelicet an a vulgaris seculariis uita seclusi sint, atq[ue] a uanitatis ac uoluptatibus mundi abstineant, ita ut nec pompos inter sint neg[lig]e spectaculis; an publica conuicia fugiant & priuata, non solum pudica, sed etiam sobria colant; an dolos, coniurationes, detractiones, odium, indignationem, turpium lucrorum occupationes digne deuident; an pro beneficijs medicinæ dei, id est, sacramentis & spiritualibus beneficijs siue suffragijs, pecuniam sumant aut exigant tanquam premium spiritualium rerum. Porro pecuniam sumere pro illis tanquam stipendium uitæ licet; atq[ue] an cætera quanto articulo ex Decreto tanta adimpleant. Negotiatio quoq[ue] ac secularium negotiorum procuratio sacerdotibus & clericis districtissimum prohibentur. Est autem negotiatio, dum aliquid emitur ut carius uendatur. Istud tam à generalibus synodis quam à pontificibus summis uniuersis in sacris ordinibus constitutis & ecclesiasticis uiris ubertim prohibitum est. In gestis quippe sanctissimi Niceni concilij legitur: Quoniam multi clericu[m] avaritiae turpia lucra sectantes, diuinum præceptum obliiti sunt, statuit hoc sanctum concilium, ut si quis inuentus fuerit post hanc distinctionem usuras accipere, aut ex quolibet negotiio turpia lucra sectari, uel species frumentorum ad sextuplum dare; omnis qui tale aliquid conatus fuerit ad quescum, deieciatur a clero, & alienus habeatur ab ecclesiastico gradu. Deniq[ue] Iulianus Papa Quicunq[ue] inquit tempore messis aut uindemia, non necessitate sed proper cupiditatem comparat anthonam uel uinum, & seruat quousq[ue] carius uendatur, hoc turpe lucrum vocamus. Ad idem decimaquaarta quæsiione prima, illud Tarraconensis concilij allegat: Canonum statutis firmatum est, ut quicunque in clero esse uoluerit, emendi uilius & vendendi carius studio non utatur; alioquin cohibetur a clero. Hinc est illud ex concilio Pape Martinis: Si quis oblitus timorem dei, scenerauerit, uel centefiam exegerit, aut ex quolibet negotio turpe lucru quæsierit, aut per diuersas species uini aut frugis uel cuiuslibet rei emendo uel uendendo incrementa suscepit, a gradu suo defectus, alienus habeatur a clero. Multa ad idem ex Decreto possent induci, quorum omnium rationem sanctus Thomas compendiose perstringit, dicendo: Clerici abstinere debent non solum ab iis que in semina sunt, sed etiam ab his quæ speciem mali habent, quam & ne negotiatio habet: Primo, quoniam ad lucrum ordinatur terrenum, cuius clericu[m] debent esse contemptores; secundo, propter peccata quæ negotiacioni solent misceri; tertio, quia per negotiacionem implicatur cor secularibus curis, & ita à diuinis ac spiritualibus impeditur; propter quod dixit Apostolus: Nemo militans deo, implicat se secularibus negotijs. Præterea in Decreto causa uigesimali secunda, questione tercia Nicolaus Papa affirmat: Peruenit ad sanctam synodum quodam ex clero propter turpe lucrum, maiorum possessionum conductiones & secularis causas suscipere; deinceps ergo sancta synodus, nullum deinceps sacerdotem aut clericum uel monachum conducere possessiones, aut permisceri secularibus procuratiōibus, nisi forte qui legibus ad minorum aetatem tutelas, aut orphanorum aut uiduarum inexuscabiles attrahantur, aut episcopus ecclesiasticarum rerum gubernacula eis commiserit. In Lateranensi quoq[ue] concilio prohibentur in placitis secularibus disputationes. Vnde (ut tertio Decretralium legitur) Eugenius Papa Lucensis scribens episcopo: Sacerdotibus, ait, & clericis tuis denunties publice, ne ministri laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores existant; illo qui in dignum est eis ab ecclesia subueniri, per quos constat in ecclesia scandalum generari. In gestis demum Carthaginensis fertur concilij: Nicafius episcopus dixit: Credo placere suggestionem meam sanctitati uestræ, & displicere uebis, ut qui seruunt deo & annexi sunt clero, ad actiones uel administrationes aut

procuratiōes domorum accedat. Gratianus episcopus dixit: Apostolorum statuta sunt: Nemo militans deo, implicat se negotijs secularibus. Proinde aut clerici sunt sine actoribus domorum, aut actores sine officio clericorum. Vniuersi dixerunt: hoc obseruemus. Horū causam sanctus assignat Cyprianus, dicendo: Qui diuino sunt sacerdotio honorati atq[ue] in clericorum ministerio constituti, non nisi altari & sacrificijs deseruere, & precibus ac lectiōibus sacrī debet uacare. Itaq[ue] archidiaco[n]i uisitantes debite p[ro]scrutent, an sacerdotes & clerici ista obseruent transgressionesq[ue] horum in crepare, instruere, reformare, ac congrue satagāt castigare. Postremo, circa uisitatione, instruptione & reformatione archipresbyterie ruralis de cani, archidiaco[n]us uisitans diligissimum sit, quatenus que ad suū spectat officiū, idonee exequatur, seip[s]in cū d[omi]ni uere exhibeat exemplarē; nec emolumēta que rat pecuniarum, sed remedia ai[us], in modo primo & maxime dei gloriā & honorem.

Articulus XV. Qualiter uisitandi ac reformandi sint parochiani.

Apostolicum dogma est, ut unu[er]quis iuxta modum & exigentiam suæ uocationis deo digne ambulare conetur. Informādi sunt ergo parochiani ac subditi, ut in primis decem præcepta scire current ac adimplere: Præcepta quoq[ue] seruent ecclesias, ie[us]uando & festa agendo, atq[ue] seiuendis diligēdo, & exemplariter atq[ue] pacifice mutuo conuersando, ita ut contra nullum teneant odium; quia qui unū hoīem odit, nec deum neq[ue] seipsum, nec aliquem uere ac spiritualiter diligat, sed in damnationis est statu, cū odium mortale sit uitium & iuxta Christi doctrinā, quilibet Christianus tā inimicos q[ue] amicos teneatur cordialiter spiritualiterq[ue] diligere. Instruendis sunt quoq[ue], ut uniuersa mortalitas sp[iritu]l[is] deuident p[re]cā, & in cibo, potu, ac uestimentis t[em]p[er]ate se habeant: q[ui]quidē protestate S. Hieronymo. Si uir aut mulier uel quicunq[ue] se ornauerit, & suo ornatu asperciā alicui in se procurauerit, etiā si nullū inde sequat[ur] periculū, eternū tamen patietur suppliciū: q[ui]nq[ue]tū in se fuit, propinavit uenētu, si fuisset q[ui] biberet. Hinc doctores fatentur esse mortale p[re]cā uti uestibus curiose formatis ad libidinē provocatiūs. Insup[er] sunt docendi, ut circa suū pastore ac superiores se habeat reuerēt ac obedienter, oblationes & decimas p[ro]p[ri]e, deuo te fideliterq[ue] solvant. Et informandi sunt conjugati, qualiter circa seiuicē habere se debet, debitū cōiugale petēdo, reddēdo, & certis t[em]p[or]ibus abstinēdo, atq[ue] se mutuo spiritualiter magis q[ue] carnaliter diligēdo, cōcorditer quoq[ue] simul uiuēdo. Qualiter etiā parētes habere se debent ad s[ecundu]m suā educando, instruēdo, corripiendo & castigando nuptiūq[ue] tradēdo, uel ad spiritualia applicando. Rursus, quō ad familiā ac operarios se gerere debent: itemq[ue] qualiter oīa ex charitate ac recta intētione debeat facere. De his oībus atq[ue] similibus ad salutē spectatib[us], archidiaco[n]us uisitans parochianos sibi subiectos in structe obligat, cū curā habeat aīaz, & curatos debet imbuere, qualiter de p[re]tactis plene ac cōgruo t[em]p[or]e & frequenter gregē sibi creditum in spū instruant mansuetudinis ac feruoris. Præterea archidiaco[n]us inquirere debet, an iuxta iam scripta parochiani se habeat, & prout culpæ eoī me rentur eos corripiat & castiget, nullum palpādo, nec maioribus potestioribusq[ue] cōtra equitatem parēdo, p[ro]fertim cum cæteris paribus eoī sint enormia p[re]cā, & p[ro]sona accepitio in iudicibus ac p[re]latis grande est uitū. Postremo, docēdi sunt, ut dies festiūs deuote expēdit, crupula uident, in ybis modesti sint, cū de omni etiā otioso ybo dāda sit in die iudicij rō: & ne propria autoritate se ulciscant, si forte eis aut propinquis seu charis eoī in iuriā irrogatis aut prorsus ignoscant, si bono coī id proficiat certe scđm orditē iuriā emēdatio ne requirit. Culpā uero oportet sp[iritu]l[is] dimittere, penca uero p[ro]cessus ex charitate ac zelo iustitiae exigit. De oībus his multisq[ue] alijs tanto ardētus atq[ue] frequētūs informādi sunt parochiani, q[ui]o minus literas norūt: sed & dñs cōitatis & officiati ipsius, uidelicet schultetus & scabinius diligentissime sunt horūtā, ut in omnibus iuste se habeant, & sine personaz acceptio in rectum unicuiq[ue] iudicium faciat, expeditius plane quo posunt, sicut & sibi fieri uellēt.

Articulus XVI. Ad qualem ac quantā scientiā teneantur presbyteri, curati & eorum uicarij, & ad quos libros habendos sint per archidiaco[n]os ac

synodum inducendi.

Ratio, teste Philosopho, dirigit uoluntatem: hinc super quartum sententiārum distinctione uice in quaerūt afferit Thomas: Ad hoc quod actus hominis sit ordinatus ac uirtuosus requiritur directio rationis. Ad hoc itaq[ue] homo suum ordinem debite exequatur, oportet ut habeat sufficientem scientiam, ad hoc quod congrueret dirigatur in actu ordinis sui: tanta quoq[ue] scientia requiritur in promouendo ordinem; nec oportet q[ue] totius scripture scientiam habeat, sed requiritur scientia maior

2. Tim. 2.
Cyprianus

Eph. 4.

Matt. 5.
Luc. 6.

Hieronym⁹.

Gal. 6.

Deut. 10.
Iacob. 2.
Matt. 12.1. Pet. 1.
Phil. 57

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI.

aut minor, secundum quod ad maiora sive minora, plura aut pauciora officium eius seu ordo extendit; ut qui alijs preferuntur animarum curam habendo, sciant ea que ad fidem ac morum spectant doctrinam; alij uero ea cognoscant, quae ad huius executionem ordinis pertinet. Curatis igitur & eorum uicariis necessaria est scientia legis diuinæ, quantum ad ea quæ necessaria sunt saluti communiter, non autem ut sciant omnes difficultates legis diuinæ soluere quæstiones; quia in difficultioribus est ad superiores habendus recursus; sed ut sciant illa quæ greci eis commissus obligatur credere & seruire; Et ut sciant inter lepram & non lepram, i. uirtutes uiciaq; discernere; mortalia quoq; à uenialibus sequestrare, ac sacramenta dispensare. Hinc de sacerdotibus qui alijs praesunt scriptum est: *Lobis faci dotis custodiunt scientiam, & legem ex ore eius requirent, quia angelus domini exercitum est.* Potò ad superiora præter tertium episcopos pertinet etiam ad difficultiores legis diuinæ ac scripturarum quæstiones sapienter respondere; video quo in gradu altiori sunt constituti, eo excellentioris debent esse scientia. Examinent igitur & perpendant archidiaco ni, at presbyteri eis subiecti sufficientis sint literaturæ etiæ secundum Albertum, permittendi non essent ministrare, donec satis essent instructi. Veruntamē cum sacerdotibus tardioris ingenij & conuerterionis devote diligenter suam agentibus, uidetur specialiter, patienter & pie agendum ac patientium; quia in pluribus gratiose ac supernaturale ad iuuantur; cum caeteris, præsertim negligentibus, est rigorosus procedendum. Vnde in uita beatissimi Thomi Carthusianis narratur, quem admodum sacerdos quidam ob impertitiam suam à celebratione à sancto Thoma suspensus, paulo post à uirgine gloriofa cum signo certissimo ad eundem statum est missus, ut prohibitione illam mox relaxat. Preterea super quartum Sententiarum scribit Albertus Magnus, q; sacerdos curatus sacerdotaliter tenet scire in generali quæ peccata sint mortalia, & quæ uenialia ex genere; & hec sciens, reputatur pro temporibus suis necessitate ad audiendum confessiones sufficientis; & haec nesciens, peccat mortaliter confessio es audie do; & eum ad hoc instituens, magis mortaliter peccat; similiter qui eum ministrare permitit, si sua interest talem prohibere. Præterea si archidiaconus uiderit quempiam ex curatis suæ iuriſdictio니 cōmissis substituisse uicarium insufficientis literaturæ aut inidoneæ uitæ, debet cum omni sibi possibili diligētia obuiare ac prouidere, ut uel personaliter refideat ipse curatus, aut certe sufficientem ac dignum substituat. At uero de obligatione sacerdotum ad scientiam distinctione 3. ac de incep̄ta multa scribuntur, inter quæ continentur: Imperitia sacerdotibus semper est fugienda quia dum per ignorantiam excusat alij ducatum preberet, simul in foream cadunt; ideo ignorantiam maximè debent abijcere. In concilio etiā Toletano habet: Ignorantia mater cunctorum errorum, sacerdotibus maxime est uitanda, qui docendi officium in dei populo suscepunt; Sacerdotes nancigere sacram scripturam monentur, sicut ad Timotheum scribit Apostolus: Attredite lectioni, exhortationi, doctrinæ. Sciant igitur sacerdotes sacra scripturam ac Canones, quātum ad eorum pertinet statum, ordinem atq; officium; & omne eoz opus in prædicacione & doctrina consistat: cunctos quoq; ædificet tam fidei scientiaq; operum disciplina. Amplius, Leo Papa disseruit: Si in laicis intolerabilis est ignorantia, quantomagis in his qui præfunt, nec excusatione est digna nec uenia. Infuper (sicut distinctione 3. ex uerbis beati Augustini afferitur) sacerdotibus ad discēdūtum atq; scientiam necessarij sunt libri sacramentorum, Lectorianus, Antiphonarius, Baptisterium, Computus, Canones penitentiales, psalterium, homilia per circulum anni, dominicas diebas & singulis festiuitatibus aptæ, ex quibus omnibus si unum defuerit, sacerdotis non men in eis constare uix poterit. Ideo ad habendos hos libros archidiaconus presbyteros prouincie suæ inducat, & item ad habendum Sermones atq; Legendas sanctorum, quos emant aut scribant; sitq; in illis studium, recreatio & occupatio sacerdotum, non in gyrous agationibus, confabulationibus, comediationibus, portationibus, incontinentijs, uenationibus aut consumilibus actibus, uanis ac uilibus & eis tam disticte prohibitis. Postremo, unusquisq; eorum habere debet librum synodaliū statutorum sua diœcesis, & quæ ibi conscripta sunt, scire; siquidem iuris ignorantia non excusat, cum & Apostolus protestetur: Si quis ignorat, ignorabitur; & per Osee prophetam dominus communatur: Quia tu scientiam repulisti, repellam & ego te, ne sacerdotio fungaris mihi. Hinc ait chrysostomus: Sapientem esse necesse est & perspicacem in omnibus sacerdotem, & mille (ut dicitur) oculos ex omni parte habentem, ut non sibi duntaxat, sed & populo uiuat ac uideat.

Arti

Deut. 17.

Malach. 3.

1 Timo. 4.

1 Cor. 14.
Osee. 4.
Chrysostomus.

DE VITA ET REGIMINE ARCHIDIACONORVM. 407

Articulus XVII. De diligentia in uisitando habenda, & q; uitiosum atq; damnable sit subditorum dissimulare peccata.

Subditorum salutem, profectum ac perfectionem ex præsidentium idoneo dependere regimine, inferiorum quoq; peccata ac damnationem negligenteribus imputari principibus ac prælatis, diuina clarissime ac ubertim fatetur, infra scriptura Hieremias equidem protestatur: Quia impie egerunt pastores, & dominū non exquisierunt, ideo omnis grec eorum dissipatus est. Hinc de manibus præsidentium sanguinem pereuentium se dominus requisitorum per Ezechiel minutatur; atq; in Numerorum volumine propter subditorum facinora fusi sunt duodecim principes Israel in patibulis suspendi. Hinc cuilibet præsidenti rite aptatur ac congrue applicatur quod ad Eustochium sanctus scribit Hieronymus: Attende diligenter quam grauis tibi imponitur sarcina, quæ de subditorum animabus atq; corporibus, de uerbis ac moribus apud diuinum obligatis examen. Caeus quæsto, ne de tæ uelle uisus suspicio mali possit haberi, ne dispergas & perdas, quos saluare & colligere debes. Deniq; sanctus Benedictus hortatur: Sciat qui præfet, culpe pastoris incumbere quicquid in ouibus pacis familias minus utilitatis poterit inuenire. Tunc uero præsidens excusabilis apparebit ac liber, si gregi suo omnis fuerit ab ipso diligenter attributa, & malis eorum actibus universa fuerit cura exhibita, ut dicere ualeat domino cum propheta: Sufficiam tuam non abſcondi in corde meo, ueritatem tuam & futuram tuam dixi. Iterum præsidenti ait Hieronymus: Non tibi obficio blasphemias ex domini pietate, qui iam diu peccatores sustinet in peccatis: quia etsi diuina fit expectatio, nō minus formidanda est ultio: quæ tanto durior erit, quanto longius tempus expectationis præcessit. Idcirco si aliter q; teneris egeris, periculum expauescas: nec ideo minus, si statim diuinum non incurris iudicium. Christus enim à te uult de singulis etiam occultis exigere rationem: & si quid eum defraudaueris, tradet te diabolus cruciādum, ut suffineas quicquid doloris & poenæ poterit excogitari. Feliciores ergo & securiores sunt qui subsunt, q; præsidentes. Nihilominus superba mens periculorum improuida, semper maiorum appetit dignitatum ascensum, & non nisi post factum ex descētu terretur. Sed forte descendunt afflitas rarum: sed firmissimis & non paucis doctus experientijs dico: Raro per gradus dignitatim alcendit homo, quin grauius cadat. Si haec archidiaconi ceteriq; prælati profunde pensauerint, tanto utiq; sollicitiores diligentioresq; erunt, quo pluribus præfunt. Propter ea distinctione C. dicit: Cum honoris augmento cura quoq; solitudinis debet excrescere, ne pe ut Eugenius Papa disseruit: Inferiorum culpæ, cui magis q; negligenteribus atq; carnalibus sunt imputanda prælatis: Cum ergo archidiaconus etiam illis præfet, qui alioq; pastores sive rectores sunt, oportet eum in præsidentem do ac uisitando diligenterum, iustum ac strenuum esse, ut nihil de debito sui omitiat officii. Alioquin subditorum suorum peccata redundabunt in ipsum, potissimum sacerdotum: immo cum parochianorum uita ex suoq; negligentiæ scandalosaq; uita supernorum potissimum orientur, dum archidiaconus sacerdoti excessus & culpas negligenter secundum iura debite castigare, reus efficitur uitoq; parochiarum, ad quod illud poterit philosophicū applicari: Quod est causa causæ, est causa causati. Nihilominus cum & ipsi parochiani archidiacono sint commissi, etiā ob id illorum peccata in eum redundant, si circa illorum informationem, increpationem ac castigationem extiterit negligens. Insuper, sicut ex eo q; uisitationes fiunt remisse seu negligenter atq; iniuste, rigor disciplinae, uigor iustitiae, conuersatio bona lamentabiliter ac maxime pereunt, ita ex eo q; diligentier fiunt ac iuste, disciplina, iustitia, conuersatio in subditis uirtuosa præcipue conseruantur ac florent. Hinc quanto ex diligentie uisitatione abundantius præmium archidiacono imminet, tanto ex uisitatione negligenti atq; iniusta grauior ei instat dānatio. Cum ergo tot milibus præfet, nonne timorat illum ac diligenterum in exercitiis sui officij, præferit in uisitando, eū esse oportet. Alioquin, iuxta præacta tot mortibus supplicisq; erit dignus, quot ex sua negligentiæ perierint aīc. Nemini ē igitur ex sibi cōmissis palper, nullius peccata dissimulet, sed uniuersoq; peccata dignæ corripiat & castiget. Ait quippe Hormisdas Papa, & habetur distinctione quinquefim: Quæ est ista iustitiae inimica bonitas, criminofos palpare, & uulnera eoz usq; diem iudicij incurata relinquere? Vere dico, quoniam illijsq; quibus periculosa & falsa misericordia indulgere uideatur, cum ante tribunal Christi pro tantis peccatis damnandi aduenierint, contra nos conquerentur & experti ultionem. Præterea, nequaquam arbitretur prælatus sibi sufficere, q; subditoris peccata displicant sibi, nisi uerbis atq; operibus iuxta suæ exigentiam præsidentiæ renita

Hier. 10.

Ezech. 3.

Hieronymus.

Psal. 39.

Dist. 100. cc.
rōnis ordo.

roma 14.

Dist. 83. cc.
error.

Aaa 3 tur

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI

tur. Ait equidem Innocentius Papa distinctione 89. Error cui nō reficitur, approbatur: & ueritas cum non defensatur, opprimitur. Negligere quippe cum possit perturbare peruersos, nihil est aliud q̄ souere: nec caret scrupulo societatis occulte, qui manifesto facinori de finit obuiare. Non itaq; & stinet praevidens sibi sufficere, si in se & quantum ad se, fatis honeste uideatur confistere uitæ, nisi & circa subiectos iustam ac debitam exerceat disciplinam in uera charitate ac discretione. Ideo Pius Papa fatetur: Non prodest ei proprio uitio aut errore non pollui, qui consentit erranti. Consentit autem secundum Gregorium, qui ad res canda uitia non occurrit. Hinc Leo episcopus. Negligentes, inquit, rectores magna sepe nutriunt pestilentiam, dum austriorem dissimulant imp̄dere medicinam. Medicinaliter enim feueritate mali coguntur ad bonum redire. Constat his illud Iohanni soſtutus: Facientis procubilis culpam habet, qui quod potest corrige, negligit emēdare: probat uero odisse se uitia, qui condemnat errantes. Hinc ait Gregorius: Cum prelatus increpare delinquentes neglexerit, eos procubilis tacendo occidit. Postremo teste Chrysostomo, qui pium sit propriam iniuriam tolerare, impium tamen est dei iniuriam dissimulare. Sed heu quidam inueniuntur prælati contrario modo agentes: propriam nanci iniuriam rigide uiscuntur, de dei uero parum aut nil curant offensa. In talibus dominatur non charitas dei, sed priuatus ac improbus amor sui: non zelus animalium, sed propriorum potius commodorum desiderium, diuini honoris, sed propriæ reputationis. Ex his itaq; innoscit, cum quanta diligentia debeat archidiaconi uisitare, neq; alicuius eis commissi culpas palpare. Omnia tamen cum discretione sunt peragenda, ut rigor i pietas misceatur prudenter, & uitio & circumstantiae considerentur, ac iuxta hoc pœnæ proportionabiliter infligantur.

Articulus XVIII. Quod archidiaconi debeant personaliter, nisi impedimento excusat legitulo, uisitare: alioquin non mitrant ad uisitandum nisi idoneos.

Sicut testante Bernardo, Inacceptum est spirituis lancio quicqd ei obtuleris, eo neglecto ad quod teneris: Nempe qui id ad quod tenetur, omittit, præceptum transgreditur: & scimus q; præceptorum transgressio mortalis est culpa, cum sit directe contra iustitiam. Cum itaq; iuxta prehabita archidiaconi ex debito sui officij suam te neantur uisitare parochiam, prout iura & sancti patres id decreuerunt, constat quod absq; mortalis peccati periculo omittere hoc nō possint, nisi legitimate excusat. Præterea, præcepti impletio non nisi per dispensationem licenter omittitur. Dispensatio autem sine rati onabili fieri causa (id est, uera utilitate aut evidenti necessitate) non debet, secundum doctores concorditer: alioquin iuxta Bernardum, dispensatio non dispensatio est. Igitur absque huiusmodi causa archidiacono in propria uisitare persona non licet omittere. At uero iuxta regulæ iuris succedit in onore, q; succedit in honore. Archidiaconi ergo sicut prædecessorum suorum fulciuntur honore, ita & onus illorum portare (hoc est, opera exercere, præfertim in uisitando & corrigendo ac reformando subiectos) non abnuunt: immo cum uisitatio ista sit actus illorum præcipius, circa eum summe esse solliciti obligantur. Denique, stipendia spiritalis militia absq; eiusdem militia exercitij atq; laboribus consumere non licere docet Apostolus, & iurafantur. Nam & ecclesiastici redditus non nisi illis debentur, qui opera uirtuosa, propter quæ exercenda ordinati sunt redditus illi, efficiunt, ut Raymondus, Iohannes, Viricus in suis asserti summis, quod Gulielmus Parisis libro de collationibus ecclesiasticorum beneficiorum, districte affirmat ac multipliciter probat. Hinc Clemens quintus differit: Cum sit natura consonum illos non recusare onera, qui rerum commoda complectuntur. Quocirca ait Glossator: Non est ferendus qui lucrum amplectitur, onus autem subire recusat. Quomodo igitur archidiaconis licet ex sui archidiaconatus titulo tot ecclesiasticos redditus exigere, leuare, consumere, nisi opera sui officij personaliter exequantur, nisi rationabiliter excusat? Aduentur ergo archidiaconi & uniuersi prælati uerba sancti Gregorii: Quid nos, inquit, quod sine gravi dicere mettere non possumus, quid agimus, qui & mercedem consequimur, nec tamen operari sumus? Fructus quippe sanctæ ecclesiæ in quotidiano stipendio sumimus, nec tñ pro nobis commisso in predicatione ac reformatione debite laboramus. Penate quantæ damnationis sit, fine labore percipere mercedē laboris. Illa in nostrū stipendium sumimus, quæ pro redimen dis suis peccatis obtulerunt fideles: & tamen contra eadem peccata nec orationis nec pre-

B. mardus.

De reg. in
6. Rationi.

I. Cor. 9

De censibus
in Clement.
ca. 1.

DE VITA ET REGIMINE ARCHIDIACONORVM. 408

ditionis studio (ut dignum est) insudamus. Vix pro culpa sua aliquem apta uoce reprehendimus: & adhuc quod est grauius, si persona potes est, eius laius peccata laudantur. Præterea, si archidiaconi legitime impediti personaliter uisitare non queant, nequaquam nisi uita atq; scientia ad uisitandum idoneos mittant. Alioquin uniuersa tam uisitantum q; uisitatorum peccata redundabunt in ipsos. Porro, quanta scientia atq; perfectio ad archidiaconos exigatur, si sua officia efficaciter exequatur, potissimum uero si actum uisitationis idonee adimplerunt, præhabitus est. Grandis ergo discretionis, magnæ iustitiae, eminēti scientie, charitatis ac uirtuositatis præcipua oportet existere eos, qui uisitare curatos ac parochianos erit condigni, sed hoc intra clarius referetur. Postremo, 6. Decretalium Bonifacii loquitur: Præsentis decreto statuimus, ut nullus ad regimen parochialis ecclesiæ assumatur, nisi moribus, scientia & ætate idoneus. Si hoc ita est, simili ratione ad uisitandum nullus est assumendum nisi ita sufficiens: immo per locum à maiori, ad plurimum parochialium ecclesiarum ac sacerdotum uisitatorem nullus est assumendum, nisi uita, scientia & ætate idoneus.

Articulus XIX. Conta periculosam, uitiosam atq; damnablem consuetudinem uisitandi, & pecuniam recipiendi à fornicarijs.

M Agnus ille prælatus Petrus de Allaco, doctor excellēs & Cardinalis, in libro de Reformatione ecclesiæ: Adhibenda est (inquit) diligētia, ut archidiaconi officia sua exerceant, aut penitus extirpentur, sicut de coepiscopis factum est. Hinc constat, quām diligenter sua debeant officia adimplere, intendendo iuxta prædicta informationi, in creptioni, correctioni, reformationi, subditorum: non emolumen carnalibus, non collectionibus pecuniaris, sed beatitudinibus animarib; non comodis proprijs, sed diuinę maiestatis honoribus. Perit ergo cui uel paululum inest uerac prudenter, cuius mente gratia dei salte modice docet, quem unctio aliqualiter tangit, q; indecens & iniusta sit conluctudo, immo potius corruptio temporis huius, qua archidiaconi per seipso aut substitutos à presbyteris concubinarijs seu fornicarijs & parochianis talibus non querunt nisi pecuniariam pœnam: qua omni anno tempore certo soluta, deinceps in solita conuerteri atq; fectere spuria citia permittuntur, in contumeliam omnipotens, in scđalum maximum proximorum, in damnationem animalium suarum grauissimā. Istud in primis est contra iura, siquidem in principio tertii Decretalium scribitur ac iubetur, ut prælati qui sacerdotes & clericos sive canonicos, presertim in sacris ordinibus constitutos, incontinentes & lubricos præsumpserint in suis inquietibus sustinere, maxime obtentu pecunia uel alterius commodi temporalis, eidem subiaceant ultionis quæ illis debetur lascivis: hoc est, ut non solum ecclesiasticis beneficijs spolietur, uerum etiam pro duplici culpo perpetuo deponantur. Dicitur quoq; ibidem: Ne facilitas ueniae incitium tribuat delinquendi, statuimus ut qui deprehensi fuerint incontinentiæ uitio laborare, pro ut magis aut minus peccauerint, puniantur secundum canonicas sanctiones, hoc est, secundum ordinationes & iuris, sacerdotalibus tam generalium conciliorum q; summorum pontifici sanctorumq; patrū & etiam prouincialium synodorum expressas, quas efficacius & districtus præcipimus obseruari. Porro haec sanctiones nō sunt, ut fornicatores huiusmodi pecuniaria tali pena plectantur, sed ut ab officio & beneficio suspēdantur: & ni si emendent se, ppetuo deponantur. Estq; uiuaciter aduertendum, q; ista sunt uerba inuocentij in generali concilio, ita q; tā uniuersali synodo q; antistiti summo hæc congrue ascribantur. & constat, q; contra tale ac tantum, contra talium & tantorum dispensare præcepti, inferioribus propria autoritate non licet, potissimum sine rationabili causa, que nequaquam in pecuniaria ista punitione locu fortissimè ex huiusmodi punitione, q; tantor; uitior; comparatione est nulla aut minima, oriuntur incommoda maxima, utpote pmanētia in peccatis, multiplicatio lacriæ sine mensura, enormis offensa dei, mortisfera atque grauissima scandalizatio populi, luxuriantium quoq; sacerdotum ac clericorum damnatio superhorrenda. Insuper, contra diuersorum generalium conciliorum statuta est talis pecuniaria pœna, uel potius deriso atq; illuso detestanda. Siquidem distinctione XCIII. habetur: Archidiaconi quamvis ex suo officio clericorum uitam diligenter examine debeant inquirere, censem tamen (id est, pecuniam) ab eis exigere prohibentur. In Cabilonen si q; concilio legitur: Dicitum est quod in plerisque locis archidiaconi super presbyteros parochianos quandam exerceant dominationem, & censem ab eis exigant quod magis ad tyram, quām ad rectitudinis pertinet formam. Si enim iuxta Apostoli sententiam, episo-

De vi & ho
nest. cleric. c.
ue clericoru
canonicae
sanctiones q
dicantur.

94. distin. c.
Dicatum.

94. distin. c.
Dicatum.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI,

pi non debent dominari in clero, multo minus hoc debent archidiaconi. Sint ergo contumeli regularibus institutis, nihil per cupiditatem aut avaritiam presumentes. Archidiaconi ergo ita agentes, profus iniusti sunt, & carnalia emolumenta magis quam spiritualia anima incrementa querentes, nullo diuinitatis amore succensi, nec diuini honoris neque iustitiae desiderio inflammati, sed lamentabiliter obtenebrant non quae Christi, sed quae sua sunt cupientes. Et quid mirum, cum et ipsi eisdem aut maioribus uitij quam subditi quos corrigit in uoluntur, suis heu libidinibus publice atque sacrilege seruientes, non attentes nec formidantes sacram illud dogma catholicum. Indigni sunt alios iudicare, qui in eisdem aut maioriibus uitij sordent. Nempe cum homo post deum teneatur praecipue diligere semet ipsum, exigit ordo charitatis seriesque iustitiae, ut homo (praeferimus prelati) in primis consideret, iudicet, corripiat & castigetur ipsum. Nonne omnino indignus est in throno iustitiae residere, publicus aequitatis minister confestere, iuris esse executor & transgressorum punitor, qui ipse fontem iustitiae deum incessanter offendit, iustitiam uiolat, leges praevaricatur diuinias, naturales atque humanas? Tales prelati eadem aut maiores agentes peccata, populum enormiter scandalizant, ineffabiliter laudent, eterniter perdunt. Idcirco ut sancti patres testantur, oportet in primis se ipsum purgare, sicque ad aliorum purgationem accedere, & se ipsum in omnibus exemplare praebere, quemadmodum sanctus Gregorius ait: Tunc prelates officium suum bene adimpler, cum ipse se per priuatam amorem diligat, nec aliquid huius mundi desiderat. Tunc alijs uere recteque praeferimus ac praedicanus, si uerba factis ostendimus, finis ipsi diuino amore compungimur, & uitiae humanae quotidiana maculas lacrymis quotidianis lauamus. Præterea elucescit, quod archidiaconi præfacta pecuniaria poena contenti, neque iuxta exigentiam sui officii morum reformationibus insinuantur, rei sunt scelerum uniuersorum subditorum suorum, ex tanta negligentiâ ac iniustitia sua naescientium. Heu miseros homines, quibus de animalium salute, de dei honorificentia nouissima uel potius nulla iam cura est, bursarum suarum repletione, immo carnis sua delectias, mundi honores, opulentiamque caducam insensate querentibus, quibus iustitiae lumen non fulget, nec sol intelligentiae splendor, deo sua non pensant pericula, nec omnipotenter expausus currit, propriâ excusat malitia, in quibus illud impletum est sa- lomonis: Impiusque in profundâ uenerit peccatorum, contemnit.

Articulus XX. Contra incontinentiam sacerdotum & clericorum,
& quia illa sit præcipue iustitâ ac digne corrigenda.

Quamvis uniuersis carere uitij atque ornari uirtutibus, maxime illis quae quarto articulo tacta sunt, sacerdotes iubantur ac clerici, ueruntamen lubricum carnis uitare & castitate fulgere, singularissime, frequentissime ac distractissime precepti piuntur, ut nunc ex Decretalibus patuit, & ex Decreto copiosissime demonstratur. Ad hoc quippe probandum, uarie introducitur autoritates tamen ex generalibus synodis, quam ex summorum pontificum institutis distinctione uice summa quinta, distinctione quoque octogesima prima. In gefitinanque quinti concilij Toletani habetur: Quando presbyteri & diaconi per provincias constituantur, oportet eos professionem facere suo episcopo, ut caste & pure uiuant sub dei timore et dum eos talis professio obligat, uitiae sancte disciplina retineant. In secundo quoque Arelateni concilio continetur: Placuit, ut deinceps non ordinentur diaconi, nisi qui prius conuersationis proposito professi fuerint castitatem. Rursum, in secundo Toletano concilio fertur: Cauendum est clericis, ne quando sue sponsiones immemores, ad furtiuos concubitus ultimo recurrente, quod si fecerint, tanquam scelerum rei ab ecclesia habeantur extranei. In Neocæsariensi etiam synodo legitur: Presbyteri si fornicatus fuerit, adulteriu[m] uerum committerit, extra ecclesiam abiici & inter laicos ad penitentiam redigi ipsum oportet. In sexta demum synodo scribitur: Presbyteri illicita commixtione detinentur, ab officio abstinere præcipimus. In sancta autem synodo Nicena primo legitur institutum, ut sacerdotes & in sacris constituti ordinibus, caste uiuant. Præterea saepe Gregorius ait: Nullum facere subdiaconum præsumat episcopi, nisi qui se caste uiuentum promiserit: quoniam nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cuius castitas ante suscepimus ministerium fuerit approbata. Innocentius quoque secundus, Decreuitimus, inquit, ut hi qui in ordine subdiaconatus & supra, concubinas habuerint aut incontinentem extiterint, officio atque beneficio ecclesiastico careant. Cum enim templum & uasa domini atque sacra rium spiritus sancti debeant esse, indignum est eos cuiuslibet libidini aut immunitatis deseruire. Sed & Calixtus Papa testatur: Presbyteris, diaconibus, subdiaconibus concubis.

DE VITA ET REGIMINE ARCHIDIACONORVM. 409

hinas habere penitus interdicimus: & contrariū facientes, ad penitentiam redigi iuxta sanctorum canonum distinctionem iudicamus. Quamvis autem sacros ordines fuscipientes, nunc castitatem explicite non promittant, ordinis tamen sacro castitatis uotū censerur an nexum. Insuper, cum sacerdotium Christi sit incomparabiliter spiritualius atque praestantis sacerdotio ueteris legis, sacerdotes euangelicae legis incomparabiliter debent spiritualiter ac puriores sacerdotibus antiquae legis consisteret. Idcirco ab inquinamē luxuria debent plenissime abstineret, quoniam quidem sacerdotibus illis legalibus iussum fuit tempore sue administrationis in templo, à propriis quoque uxorisibus contineretur quanto magis sacerdotibus & in sacris ordinibus constitutis, qui deo quotidie ministrant in templo. & orationibus ac oblationibus uacare tenentur, à forniculariis est carēdum amplexisibus. At uero, quo sacrificium euāgelice legis (quod est Christus unigenitus patris) esti magis purum, diuinum ac sanctum, eo cooperatoratores, cōsecratores & oblatores ipsius debent purioris, diuinioris ac dignioris conuerterationis consistere. Cū ergo uita luxuriosa sit maxime immunda, brutalis, & uili, sacerdotes euangelicae legis tenentur eam summe uitare: & nisi hoc fecerint, enormiter (imō & in dicitibilitate grauius) peccant, & sanctum sanctorum irreuerentissime tractant, quod pollutus manibus, ore obsecno, corde libidinoso accipiunt. Amplius super IIII. sententiam scribunt doctores, quod sicut per religionis professionem, ita per sacerdotum ordinum susceptionem uotum solennizatur, ita quod non distaxat impedit matrimonium contrahendum, sed dirimit quoque contractum: quia per huiusmodi uotum homo se ipsum obligat deo ad bona agenda ac mala uitanda, immo & promissionem suam quod dammodo impleret, se ipsum à secularibus sequestrando, atque diuinis præcipue mancipando. Vnde per sacerdotum (potissimum sacerdotio) susceptionem horum se offert, donat & exhibet deo, ut eius obsecno quo totaliter uacet. Cum ergo presbyteri & in sacris ordinibus constituti, cooperatorati sint deo ad uacandum ac ministrandum spiritualibus & diuinis, furtū sceleriumque committunt, dum se à deo auertunt, à spiritualibus ac diuinis subducunt, carnis libusque immigrunt, sordibus carnalitatum & factore luxuriae se ipsos uilissime ac uitiosissime polluentes. Denique, talium coitus scelerium appellatur, quemadmodum cum monachali concubitus, cū sit rei sacræ abusus, quo sacerdos siue religio uiolatur: ideo est peccatum enormiter multipliciterque mortale, secundum doctores. Præterea, quo sacerdotes ac clerici pluribus præceptis accusatis ad castitatem obligantur, eo turpiter agendo damnabilius prævaricantur. Tenentur autem continentia seu luxuria refutationem: primum ex Christi præcepto, sicut & quilibet Christianus: secundo ex diuersis præceptis g̃nialium synodorum: tertio ex multis iussionibus summorum pontificum: quarto, ex institutis prouincialis ordinationis quanto, ex iuramento seu uoto, si in sacro ordini suscepione iurauerint secundū sacros canones uiuere aut castitate seruare. Et quis explicite forsan non uouerit, nō ideo excusatetur: secundū doctores, continēt uotum intelligit ordinis sacro annexū. Ecce, quod multipliciter trāsgrediuntur, quoniam inobedientes abominantib[us] prædictū tur sacerdotes & clerici fornicantes. Postremo, quod plura à Christo b[ea]ntia fortinuntur, atque maiori p[ro]tate, honore & gloria ab ipso ornati sunt, eo scelerati[us] agūt lasciuie uiuēdo. Nōne Christus se ipsum eis quotidie p[ro]stat: Quod in lubrico cōuersando populū grauius scandalizant, & quod exemplariores ceteris esse tenentur, eo tam turpiter ac scandaloso uiuendo uitiosiores redduntur. Quoniam ergo incontinentię uitium tantum sacerdotib[us] ac clericis prohibetur, archidiaconi illud nō solū plenissime debet uitare, sed etiā in clero eis subiecto exquisitissime inuestigare, corripe & punire.

Articulus XXI. Quā ineffabilitate p[ro]cula sit uita sacerdotū & clericorum incontinentiū. Stensem s[ecundu]m s[ecundu]m est, unumquemque in sacris ordinibus constitutum toties peccare mortaliter, quoties aliquem sui ordinis actum exercet inidine. hoc ē, in mortali culpa scienter existens. & dato, quod ex negligentiā sua non aduertat, aut ne sciat in mortali se esse peccato, nihilominus sic agendo mortaliter peccat, quia tenetur suam uitam discutere & conscientiam examinare, nec ex malitia aut negligentiā sua debet fructū referre. Quis ergo excogitet, quoniam grauius peccat mortaliter sacerdotes & clerici incontinentes. Præterea, celebratio est actus singulariter privilegiatus, ad quem de necessitate præcepti exigitur actualis deuotio, que sine mentis elevatione ad deum haberi non potest. Cum ergo per uitia carnis ratio maxime absorbeat, obtenebretur & deprimitur, deuotionē summe impeditur: non utiq[ue] tantu[m] dum sit, sed postmodum quodque, quā hebetudinē & depressionē relinquit in aīa, immo insipiditatem atque fastidium diuinorum. Emuero quo per usum Venereorū aīa plus afficit circa carnalia, eo ineptior sit ad diuinat[em] 86

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

& quanto in sensibilibus delectatur intensius, tanto à spiritualium gustu amplius elongatur: unde nec ad deum nec ad diuinam afficitur, sed easfazit. Cum ergo oporteat sacerdotem, præsent tempore celebrationis, affici circa deum & ad spiritualia eleuari, & circa diuinissimum sacramentū totaliter occupari, sacratissima quoque Canonis uerba, imò & reliqua cum ingenti attentione proferre, passionem quoq; Christi ac cetera eius beneficia ac que mysteria grata & affectuosa mente recolere, constat quām indecentissimum iniustissimum q; sit, sacerdotem Venereis inquinari. Insuper tactū est, quanta prudentia, circumspectione, custodia debeant sacerdotes ornari. Cum ergo ex luxuria orientur uitia his bonis summe contraria, utputa cæcitas mentis, præcipitatio, inconsideratio, inconstitutio, cōstat quām summe sacerdotibus sint cauenda. Amplius, sacerdotem oportet in uerbis esse modestum, prudentem, honestum & fructuosum: sed hoc per luxuriam plurimū impeditur. Siquidem ex ea nascuntur turpiloquia, stultiloquia, ludicra atq; scurrilia. Asserit demum Thomas, ex luxuria gigni amorem sui & odium dei. Per experientiam nanq; Venereor, propter delectationem adjunctam potissimum tendit homo in se, & displicientiam concipit dei, inquantu luxuriam uerat ac punit. cū ergo sacerdos debeat specialiter dei amore feruere, atq; inordinato sui amore carere, patet quām irrationabilissimum sit, ipsu uitis carnis, in quibus est maxima turpitudo, feciari. Præterea, sacerdotes in scripturis angelii nun cupantur angelicæ ergo, non bestialis conuerterationis debent consistere. Adhuc autē, per Moyseñ deus testatus est: Anima polluta que ederit de carnibus hostiis pacificorum, peribit de populis suis. hoc est, de numero electorum sequestrata, in æternum damnabitur. Ad Aaron quoq; dixit: Homo de semine tuo qui habuerit maculam, non offerat panes deo suo. Si itaq; sacerdotes illi legales irrationabilia, inanimata & typica sacrificia indigne offertentes ac comedentes, tam grauiter excesserint ac perierint, q; ineffabiliter peccati, q; amarissime dannabuntur, qui uerum, diuīnū ac superpræstantiū sacramentum, qui unigenitus dei, agnum purissimum mundi peccata tollentem, uitoia ac libidinosa uita fordetes, audent contrectare, offere ac sumere: qui cum pauloante gulę atq; luxurię sutoribus in quinationibusq; repleti sint, infipientissime deo patrre præsentare præsumunt, ad offere dum ei unicū filium suum, non attēndentes q; filij Aaron igne cœlesti combusi sunt, eo quod ī genē alienū in suis posuerunt thuribulis. Horum prauitatem amentiamq; immensam gloriouſ Hieronymus in extremis agens deplanxit, dicens: Heu domine mihi, quid dicam? q; nō hodie sacerdotes te comedunt in altari ut pecudum carnes, imò detersus: quoni am nocte fruantur mulierę, actu turpissimo, & mane te comedunt celebrando. Vbi dō domine latitas, dormis ne an uigilas? Nulla certe in mundo tam crudelis est bestia ut malus sacerdos. Nam corrigi dedignatur, & ueritatē audire non patitur: & ut breuiter dicam, omni præminet prauitatem. Hinc rursus affirms sanctus Hieronymus: Acerbiora gehennæ tormenta sunt, quæ fornicantibus sacerdotibus clericisq; debentur. Quid tibi cum mulieribus dō sacerdos? quid ad altare deo familiaris ac confabularis, & in loco fratris eius? Vnde tibi qui eodem ore accipis filium uirginis, quo pauloante osculatus es filiam Veneris. O Iuda, osculo filium hominis tradis! Hinc supra Leuiticum ait Glossa: Cum de uniuersis hominū uitijs gaudeant demones, maxime tamen de eoq; luxurij, qui ministri sunt altaris, atq; ut asserit Augustinus. Plus placet deo ululatus canum & grunniutus porcoq;, quam catus luxuriantum clericorū. Nec aliquid tantum nocet ecclesiæ, quantū carnalis, scādalosā a clericis sacerdotū clericorumq; uita. Vnde & sanctus Ambrosius: Ex indisciplinata uita, inquit, & inordinata multitudine sacerdotum, habetur hodie contemptui nostræ fidei uenerabile sacramentū. Nam qui esse debuerant uicarij apostolorum & socij Petri, facti sunt socij Iuda, atq; p̄eambuli Antichristi. Postremo, quicquid de bonis ecclie cum turpibus personis consumunt sacerdotes & clericis, sacrilege damnabiliterq; consumunt, & restituere obligantur. Taliaq; pauperibus detrahunt, per quod furtū, rapinam, sacrilegiumq; committunt, secundum Bernardum.

Articulus XXII. Quām districte prohibentur sacerdotes & clericis mulieribus cohabitare.

Ratione, experientia, illuminatione, historia & scriptura sancta eruditiri p̄es sancti ac sapientissimi humanam fragilitatem p̄eantes, & quām rarum atq; difficile sit uitare peccata eum, qui peccandi occasiones non uitat, sc̄ītes non tantum commixtiones illicitas, sed periculosas quoq; & suspectas collocationes & commorationes cum mulieribus sacerdotibus ac clericis prohibuerunt. Vnde Maguinen-

DE VITA ET REGIMINE ARCHIDIACONORVM.

410

se, concilium circa hoc plene cupiens prouideret, præcepit: Nullus sacerdos foeminas, de quibus suspicio esse potest, retineat, nec illas quās canones concedunt, uidelicet matrem, amitam & sororem, quoniam instigante diabolo, etiam in illis scelus perpetratum inuenitur, aut in pede quis earundem. Porro, quoad personas à canonibus concessas, relaxatus est huius rigor decreti. Siquidem Innocentius tertius loquitur: Cum clericis non permittas mulierculas habitare, nisi de illis personis existat, in quibus naturale fœdus nō permitat sacerdū criminis suspicari. Sanctus quoque Gregorius prout distincione octogesimæ prima inducitur ait: Oportet sacerdotes quibus populus dei commissus est, cum magna cōstantia uigilare super dominicas oues, ne à dæmonibus lanientur. Neq; filere hoc debeo, quod cum magna tristitia dico. Nam sacerdotes cū foeminae habitare conspicio, quod nefarium est dicere uel audire, & cōtra canonum sanctorum statuta. Vbi enim talis fuerit cohabitatione, non deerunt stimuli hostiis antiqui. Ideo sunt monendi, ne antiqui hostis fraude fallantur, quatenus iuxta Apostolum, non uituperetur ministerium nostrum. Cauere enī ab illicitis sacerdotes oportet, ut mundas ad deum leuare ualeant manus. Nam deus ait: sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Si uero quis præsumperit aliter agere, sacerdotiū priuatur honore. Iterum ait: Volumus sacerdotibus prohiberi, ne cum mulieribus conuentur aut demorentur, excepta forore &c. In gestis demum Nicenij concilij legitur: Interdixit per omnia sancta synodus, non episcopo, non presbytero, non diacono, nō subdiacono, neq; alicui omnino qui in clero est, subintroductam habere mulierem, id est, habite, cū foemina, ut distinctione trigesimæ secunda Gratianus exponit, nisi cum matre aut sonore aut amita, aut personis quæ fugiat suspiciones. Hinc ad hoc Gratianus adducit sancti Hieronymi uerbum, dicitis: Hospitium tuum mulierum pedes nunquam aut raro tangant aut terat, quia nec toto corde potest habitare cum deo, qui foeminarum actionibus uisitatur. Foemina conscientiam uirisibi cohabitantis exuirit. Deniq; quām caute & pure cohabitandum sit foemini secundum canones permisiss, Gratianus probat ex uerbis Gregorij, recitat: Presbyter quidam commissam sibi regebat ecclesiam, cum magno desiderio, qui ex tempore suscepti ordinis presbyteram suam (id est, uiduam seniorem) diligens ut soorem, sed cauens ut hostē, ad se propius accedere nō sinebatur, atq; subi approximare nulla occasione p̄mittens, ab ea fundit etiā cōes familiaritatis sibi abscondit. Vnde distinctione 3, 4, p̄cipit, ut sacerdotes & clerici cōsanguinearum & domesticarum personarum immoderatam familiaritatem, deuiter. Præterea in sexta synodo legitur: In omnibus obseruari conuenit, ut non nisi certo & congruo loco & tempore clericis loqui mulierib; debatur, ut excludatur omnis nefanda suspicio. Certe solū ad solam accedere nulla ratio religionis permittit. In Carthaginensi quoque concilio fertur: Cum clericis extraneofoeminae nequaquam cohabitent. Et ad idem plurima possent ex Decreto & Decretalibus autoritates adduci. Qualiter uero liceat clericis foeminas uisitare, in sexta synodo Aphrica na ita exprimitur: Clerici aut continentes, ad uidianas aut uirgines non accedant, nisi iussu vel permissione episcoporum, aut presbyterorum; nec soli faciant, sed uadant cum clericis uel alijs, quibus episcopus aut presbyter iussit. sed nec ipsi episcopi aut presbyteri, soli habeant accessum: sed aut ubi clerici sunt præsentes, aut alijs graves Christiani, ut omnis tollatur suspicio. In Carthaginensi, etiam concilio iussum est, ne occasione temporalium familiaritatis clericorum foeminae aut uirgines socientur. Ideo dicit Lucius Papa: Clericus solus ad foeminae tabernaculum non accedat, nec properet sine maioris natu sacerdotis præcepto: nec solus presbyter cum sola foemina fabulas misceat. Nec archidiaconus sub p̄atectu humilitatis aut officiū frequenter intret domicilia foeminarum, nec per clericos aut domesticos matronæ aliquid mandet secrete. Si agnatum fuerit, & ille deponatur, & illa à liminibus ecclie arceatur. Haec & multa similia distinctione octogesimæ prima habentur. Vnde q; sacerdotes cū aliquibus foeminiis propinquis ac uetus habere siuntur, intelligentiū est, dummodo cum illis non habent aliae mulieres, quibus sacerdotes & clerici prohibiti sunt cōmoriari. Postremo, quidam uis sapiens ac deuotus M. Gerardus Groet, scribit q; sacerdos aut clericus habitas cum muliere secundum iurū prohibita, quāvis nil mali agat cū ea, peccat mortaliter, q; dat alijs scandali grauis occasione. Præterea cū filiis cū foemina nō cōsanguinea nec uetula, cōuerſari ac cōmoriari & cōicare in aspectu, colloquio ac alijs modis, nec tñ tentari de ea, fragilitatem transcendat humanam, singulatissim opus sit, facile est pensare quām insipienter ac periculoſe, faciant sacerdotes & cle-

g. dist. c. &
Clericus, &
Eccliesias.

g. dist. c. &
Ligatur, &
c. Cū omib.
De cohabit.
clericorū &
mulierū c. t.,

g. dist. c. Si
qui sunt p̄s

g. dist. c. &
2. Cor. &
Institutio.

g. dist. c. In
terdixit.

g. dist. c. Ho
spitium.

g. dist. c. Pre
sbyter.

g. dist. c. &
Quorundam.

trici, presbyteri nondum perfecti & exercitati, prohibitas secum sceminas detinentes. Nee solum uitanda est scemina, cohբtatio, sed incauta quoq; & morosa inspectio, nimia collocatio, secreta confessio, corrisiones, ludi, familiaritates, socii, munuscula. In amplexib; autem illarum & osculis mortalis ponitur culpas & quāuis sacerdos aut clericus de propria esset securus constantia, de scemine tamen periculo debet uereri, nec cum ea morari, ne ap petatur ab ea.

Articulus XXIII. Quales poenae ac penitentiae debeantur sacerdotibus ac clericis incontinentibus, secundum iura antiqua.

Quoniam culpa debetur poena, & grauiori peccato maior punitio, ita q; poena proportionanda est culpa, secundum cursum & legem communem iustitiae diuinam, ut clavis innotescat, quam̄ enorme flagitium sit incontinentia sacerdotum & clericorum, quam̄ item permamente patres sancti detestati sunt eā, breuiter est tangendū, qualis olim poena pro culpa hac secundum canones consueuit infligi. Itaq; in Gangarenſi concilio legitur, quod etiā distinctione octogesimateria inducit. Presbyter si forniciatus fuerit, quanquā secundum canones apostolice debeat depoñi, tamen iuxta autoritatem beati Sylvestri Papae, si in iusto non permaneserit, sed sponte resurgat, decem annis in hunc modum peniteat: Tribus annis à carceris remotus contrabitus, pane & aqua à uespera in uesperā utatur. Diebus autē dominicis & præcipuis festis, modicū, no, pisciculis atq; leguminibus utatur, sine carne & sanguine & ouis ac caseo. Sacco quoq; induitus, humo adh̄ereat die ac nocte, jugiter misericordiam dei implorans. Finitis tribus mensibus continuis, exeat: tamen in publicum non procedat, ne grex fidelis in eos scandala uideat. Nec enim debet sacerdos publice & solenni penitentiae sicut laicus subiacere. Postea aliquatis per uiribus resumptis, annum & dimidio in pane expletat & aqua, exceptis dominicis diebus & præcipuis festiuitatibus, in quibus uino & carnibus, ouis & caseo iuxta canoniam menuram poterit uti. Finito autem primo anno & dimidio, corporis & sanguinis domini (ne indurescat) particeps fiat, & ad pacem ueniat. I. fratibus reconcilietur, ac psalmos cum eis in choro ultimus canat: nec tamen ad cornua accedat altaris, sed iuxta beati Clementis uocem, minora gestet officia. Deinde uero usq; ad expletionem se primi anni, omni tempore, exceptis paschalibus diebus, tres legitimas ferias in unaquā hebdomada in pane & aqua ieunet. Expletio circulo septimi anni, si fratres apud quos poenituerit, eius condignam penitentiam laudauerit, episcopus in pristinum honorem iuxta beati Calixti Papae autoritatem illum poterit reuocare. Sane sciendum, quia in secunda feria, unum psalterium canendo, aut unum denarium pauperibus dando, si opus est, se redire poterit. Finitis septem annis, deinde usq; ad finem decimi anni, sextam feria nulla interueniente re dēptione, obseruet in pane & aqua. Eadem quoq; penitentia erit sacerdoti pro omnibus criminibus, quā eum in depositione deducunt. In septima quoq; synodo Aurelianensi habetur: Si quis clericus adulterio cōiunctus fuerit uel confessus, depositus ab officio, in monasterium totu; sue tempore retrudatur. Pelagius etiā Papa antīromanus clericus pro crimine adulterio à clericatus ordine depositus, in monasterio hic in uter Romana ad agendā penitentiam ex nostra iussione retrusus est, prout distinctione octo gesimaprīma recolit. Amplius, distinctione 83; scribitur: Si quis episcopus fornicationi presbyterorū uel diaconorum uel subdiaconorū, uel criminis incestus in sua dioceſi prece aut pretio interuenienter consenserit, uel commissum autoritate sui officij non impugna uerit, ab officio suspendatur. Consentit autem, qui pro uiribus nō reficit, præsertim si p̄ficit. At uero sanctus Hieronymus super Malachiam conscribit: Qui sacerdos est & comedit Pascha domini, i. sacramentū altaris, accingatur halteo castitatis, ut audiat cum apostoli: Sint lumbi uestrī præcincti. Qui autem peccator est, & quem remordet propria cōci entia, cilicio accingatur, & plangat propria peccata & populi, cui uidelicet ruine fuit occasiō, dormiat p̄faco, ut præteritas delicias, quibus deum offendit ac populum scādilizauit, uitæ austerritate compenset.

Articulus XXIII. De penis nunc infligēdis sacerdotibus clericis incontinentibus.

Quāuis sanctus ille ecclesiasticus rigor circa punitionem sacerdotum & clericorum incontinentium, aut alijs criminibus subiectorum, magna ex parte laxatus fit, nequaquam tamē in tantum licenter remittitur, sicut nunc habet cōſuetudo defenda, imo negligientia atq; corruptio uitiosa. Laxatio quidem iu-

411
tis per dispensationem fieri habet. Porro secundū hostiensem, dispensatio est misericors relaxatio iuris per eum ad quem pertinet, canonice facta. Et ut Durandus de sancto Portiano testatur, dispensatio importat amotionem obligationis iuris in casu, quantū ad aliquē vel aliquos. Certūq; est quod hoc fieri nequeat ab ipsa ratione idonea seu rationabili causa, quam doctores duplē tradunt, urgente uidelicet necessitatē, & ueram ac evidētem utilitatem. Hinc Gulielmus Parisiensis: A multis (inquit) prudētibus dicitur, quod dispensatio est ius, & non minoratio, derogatio aut laesio eius in aliquo. Causa namq; propter quam sit, procul dubio facit ut iustum sit quod indulgetur. Alioquin non dispensatio, sed dissipatio iuris esset. Ex hoc alij afferunt, quod dispensatio aliud non sit, quam latēs ac uite talis intentionis ipsius legislatoris expressio, ita quod legislator st̄ate huiusmodi casu iudicaret sic esse agendum. Sicq; per dispensationem mutatur materiale, non formale in lege. Formale quippe est legislatoris intentio. Ideo Thomas fatetur dispensationem fieri oportere in casu quo intentionis legislatoris locum habet, imo contra illam ageretur, si p̄ceptum seu lex materialiter (hoc est, secundum uerborum superficiem) seruaretur. Propterea ait Gelasius Papa: Vbi necessitas non est, inconvenitilia maneat sanctorum patrum decreta. Vnde ad Eugenium scribent Bernardus: Non sum, inquit, tam rudit ut ignorem nos positos dispensatores, sed in ædificationem, non in destructionem. Vbi urgit necessitas, excusabilis est dispensatio ubi utilitas prouocat, laudabilis est. Utilitas dico communis, non propria. Nam ubi nihil horum est, non plane fidelis dispensatio, sed crudelis dissipatio est. Hac dispensatione tetigerim, ut quam̄ periculosa, uitiosa atque damnabilis sit tanta temporis huius relaxatio iuris, uidelicet decretorum, generalium conciliorum & canonum summorum pontificum, contra incontinentes & criminosos sacerdotes ac clericos editorum, ita quod ab eis non exigitur nisi pecuniaria poena modo frequenter praetacto. Huius quippe relaxationis non tantū nulla extat utilitas, sed inutilitas multa nimis. Ex ea namq; nascuntur peccandi audacia & permanētia in peccatis: quia dum dormit debita disciplina, sequit nequitia, scandalizatio populi, offensio dei, perditio animarum: imo per quid ad tantam ruinam peruenit ecclesia, præsertim in spiritualium statu, sicut per immoderatam, imprudentē, frequentem ac facilem dispensationem, qua tam disp̄fans q; dispensationē recipiens, damnationi redduntur obnoxii. Quemadmodum cognato suo Roberto scribit S. Bernardus: Non tibi frustra quis blandiatur de dispensatione apostolica, cuius conscientia tenet ligatā diuinā sententia. Itaq; sacerdotes & clerici incontinentes & uitiosi, iuxta sanctos tenorem canonum sunt uisitandi, corripiendi & castigandi. Quocirca pensandum quod aferit Thomas: Quia dum in ipso præcepto exprimitur legislatoris intentio, non cadit super illud dispensatio stante præcepto, cuius ex dictis ratio cōstat. Cū ergo (sicut ex Decreto & Decretalibus est ostēnum) præfacta illa pecuniaria poena sit tam a generali concilio q; a p̄tifice summo prohibita, protinus illicita est, eiusq; practicatio est iuris dissipatio. Hinc Petrus de Alliaco libro de Reformatione ecclesie, locutus est: Adhibenda est correcțio circa mores ecclesiasticorū, q; iam prohdolor nimis sunt in gula, luxuria, prodigalitate, pompa, otio ac alijs uitij in maximum scandalū laicorum. Potissimum obviandum est scandalosissimae consuetudini ecclesiasticorū concubinas habentium, contra quos rigor canonū est seruādus, etiam per depositionē ab officio & beneficio, dum incorrigibilis apparent, dum scilicet post tertią admōnitionē nō se prorsus emendant aut reciduant. Tunc namq; intolerabiliter peccant ac scandalizant. Nempe si tamē impunitum atq; damnable est unū scandalizare pusillum, ut dicat salvator: Qui scandalizaverit utum de peccatis istis qui in me credunt, expediet ei ut suspenſa mola afnaria in collo eius, & de mergatur in profundū maris. item p̄f. Vae homini illi per quem scandalū uenit, quam̄ inexcogitabiliter & superenormiter uitiosum damnablestimumq; cōsistit, totam cōmunitatem seu unituersum creditū sibi gregē, etiā per publica & grauiā uitia, puta per incontinentem ac scandalizare, cuim beatissimus afferat Augustinus: Qui iniuste coram populo conueratur, quantum in ipso est tantos permit, à quantis cōspicitur. Et denuo: Omnis qui male uicit coram eis, id est, scientibus illis quibus præpositus est, quantum in ipso est, spiritualiter illos occidit. Quod quale sit, pandit Bernardus: Grauorem, inquiens, Christo persecutio nem infert, qui suggestione maligna, pernicioſo exemplo, scandalī occasione ab ipso auertit animas quas redemit, quam̄ Iudeus qui sanguinem eius effudit. Archidiaconatum ergo occurrat memorie, quod post incontinentiae, crapulæ, ebrietatis prohibitionem Inno cētius Papa adiecit: Si quis autem super his se culpabilem exhibuerit, nisi a superiori com

monitus satisfecerit, ab officio & beneficio suspendatur. Et rursus: Si presbyter, diaconus aut subdiaconus de quaunque feminam criminis fornicationis suspectus, post primam, secundam & tertiam admonitionem inueniatur fabulari aut aliquo modo conuersari cum ea, excommunicatione subditur. Denique, in Summa Pisana habetur: Simplex fornicatio in clericis publice & concubinam tenente, depositionem inducit. quod dico, si admonitus se nolit corriger. Nam talis quidem monitus, à beneficio debet suspendi: & nisi correxit se, debet ab eo perpetuo remoueri, siue sit in sacris, siue non. Quod si tale crimē notorium est, ipso iure suspensus est: si vero sit publicum ex fama tantum, ita quod merito talis habetur iuris pio, sic quod scandalum generatur, etiam si non appareat accusator, erit purgatio indicenda: in qua si deficit, vel se purgare noluerit, canonice punietur. Haec eadem in aliorum quoque Summis doctorum habentur, atque ibidem ex iure copiose probantur. Postremo, quam diligenter & integre pracepta in auctorū sint obseruanda, in ille doctissimus re & nomine Gratianus, per quem ecclesiam suam gratiose omnipotens illustravit, copiosissime docet. Siquidem ut causa uice prima quinta, quæstione prima allegari: Leo Papa dicit: Quæ ad perpetuam generaliter ordinata sunt utilitatem, nulla commutatione varientur: nec ad communum trahantur priuatum, quæ ad bonum sunt commune præfixa. Damasus quoque Papa: Violatores, inquit, canonum grauerit à sanctis patribus iudicantur, & à spiritu sancto (cuius instinctu editi sunt) damnantur: quoniam spiritum sanctum blasphemare noscuntur, qui contra eodem canones non necessitate compulsi, sed libenter aut proterue aliqui agunt. Denique, Adrianus Papa affirmat: Generali decreto constitutimus, ut execrandus & anathema sit, & uelut prævaricator fidei catholicae semper apud deum reue xistat, quicunque Romanorum pontificum de cetero in aliquo crediderit uel permisit uiolanda. Hinc ait Hilarius Papa: Nulli fas sit sine status sui periculo diuinis constitutiones uel apostolicæ sedis temerare de cetero. Hormisda eritiam Papa: Prima, inquit, salus est rectæ fidei regulam custodiare, & à constitutis patribus nullatenus deviare. Insuper ait Leo quartus: Ideo permittente domino pastores hominū sumus effecti, ut quod patres nostri statuerint, minime excedamus. Contra eorum quippe saluberrima agimus instituta, si quod ipsi diuino statuerunt confilio, intactum non conseruamus. Eadem quoque causa, quæ siuone secunda ait Gregorius: Institutionis nostræ de cetero sine illa consti tuimus refractione seruari, nec à quoquam pontificum in toto uel in parte, quacunque occasione conuersi decreuimus uel mutari. Nam nimis est asperum atque præcipue bonis sacerdotum moribus inimicum, niti quenquam quacunque occasione quæ bene ordinata sunt rescindere, & exemplo docere alios, apostolicæ sedis quandoque posse constituta dissoluiri. Verum hæc omnia (ut adiicit Gratianus) sunt intelligenda, nisi occurrat cauacionabilis immutandis seu dispensandi.

Articulus XXV. Contra promotionem insufficientium archidiaconorum officium.

Quantæ discretionis, quantæ perfectionis ac eminentiæ atque peritiae spiritualis oporteat esse archidiaconos, præinducta demonstrant. Quid ergo est, in exercitatis ac pueris atque totius spiritualis uitæ ignariorum, archidiaconatus commendare officium, & eos ordinare magistrorum qui nondum fuerint discipuli, hisq; de ficiunt grande committere, qui ad illius executionem media nullam habent, uelut si quis brachij destitutum, aut fortitudinem non habent, constitutam nullam urbisq; custodem ac defensor em. Hinc ad senonensem episcopum sanctus scribit Bernardus: Scholares pu eri & impubes adolescentulæ ob sanguinis dignitatem promouentur ad ecclesiasticas dignitates, & de sub serula transferuntur ad principandum presbyteris, lætiores interim q uirgas euaserunt, quæ quod obtinuerunt principatum: nec tam illis blâdirit adeptum, quam ademptum magisterium. Processu paulatim insolentes, in brevi discunt uendicare altaria, subditorum euacuare marsupia, docente eos ambitione & avaritia. Præterea tertio de Consideratione referit Bernardus, Eugenium Papam in Remensi instituisse concilio ac iussisse, ut nullus in archidiaconu uel decanum nisi diaconus & presbyter ordine. Archidiaconi uero, decani & propositi q; infra ordines illos sunt, si inobedientes ordinari cōtempserint, honore priueni suscepto. Prohibem⁹ aut, ait Eugen⁹, ne adolescentulæ uel infra sacros ordines constitutis, sed q; prudētia & merito uite clarescunt, p̄dicti cōcedant honores. Iufup, Pet⁹ de Alliaco libro de Reformatione ecclesiæ: prouidendum est, inq; ut in ecclesiasticis bñficijs ac dignitatibus ponant iuxta eminētias suas glōræ meritæ, nec sapientibus &

& eruditis præfiantur ignari, neciuenter senibus, nec pueri nobiles clericis probatis, famosis doctrina & moribus. Amplius, dictum est quod post episcopos archidiaconi sunt supremi, hoc est, præ ceteris principales columnæ ac bases ecclesie, primi pugnatores in aie populi, spirituales magistri ac patres, animarumq; judices, oculi cœcorum, pedes claudorum: quorū est etiam sacerdotes uisitare, purgare, illuminare, perficere, castigare. Quale ergo est, in exercitatis & pueris officium tantum committere? inq; qui faciunt hoc, pro columnis ac basibus festucas pulueresq; constitunt, prout Gulielmus Parisiensis diffuse libro de Collationibus beneficiorum declarat, & recitat idem doctor, quod quodam episcopo uolente archidiaconatum uniusu conferre nepotulo, alter quidam derit, atq; episcopo persuasi, ut arboreo pīri quam habebat pīris onustam, nepotulo illi committeret. Responditq; præsul: Absit, quoniam uniuersa pīra illa uoraret. Et alter ille: Domine, inq; quomodo committitis ei tot milia animarum, cui tam pauca committere pīra non audetis? Postremo, quam periculosa & indecens sit puerorum ad ecclesiasticos honores promotione, in Summa uirtutum & uitorum sapienter docetur, multipliciterq; probatur: tum propter sapientiæ & experientiæ defectum, tum propter defectum uirtutum, tum propter animi inconstantiam, præcipuamq; incertitudinem quales futuri sint, tum quia promotione talis populm scādilizat, ceditq; in derogationem honoris ecclesie, quod illum habet proponso, patre & magistro, quem deberet fouere in gremio, & habere pro filio atque discipulo. Ita in Summa illa prolixe elucidantur, sed breuitati studens pertranseo. Si quidem etiam alibi de his plenius scripti. Verum ut sancti doctores testantur, uniuersa pecata quæ ex negligentiæ & insufficientia talium archidiaconorum tam in ipsis quæ in subditis eorum nascuntur, in ipsorum promotores redundare censemur. Etenim quantum insufficientium ad prælatures animarumq; curas promoto obstat ecclesie, constat ex eo quod Innocentius tertius loquitur: Nihil est quod ecclesie dei magis officiat, quæ quod indigni assumuntur prelati ad regimen animarum. Itemq; per id quod Gregorius nonus fatetur: In magistrum assumi non debet, qui uniformam discipuli non assumpsit: nec præficiendus est alii, qui subesse non nouit. Denique, CHRISTVS non utique Iohanni consobrini suo ac iuniori, sed Petro non cognato ac seniori committit ecclesiam, formam agendi regi lquens prælati. In ecclesiasticorum nanque collationibus beneficiorum ac prælaturenum, non carnalis affectio, sed spiritualis mouere debet dilectio, zelusq; diuini honoris & amor humanae salutis.

Articulus XXVI. Ex uerbis sanctorum de periculositate plurimalitatis beneficiorum.

Ad qualem conuersationem in quilibet obligetur Christianus, ex doctrina atq; præcepitis euangelicæ legis inclitus doctor ecclesie Augustinus libro de Nominе Christiano plenissime docet. Porro sacerdotes & clericos siue canonicos ad uitam teneri uis tuosorem, quam plebem communem ac seculares, testantur præhabita. Regulariter etiam uerū esse probatum est, q; quanto quis altioris est filiationis, tanto maioris debet esse perfectionis. Cū itaq; omnis Christifidelis ex debito legis Chri teneatur esse ueraciter humili, timoratus, pius, mitis, patiens, liberalis, obediens, actibus misericordiae prouiribus deditus, charitatiuus ad omnes tam inimicos quam amicos, temporalia & corporalia ad æternam ac spiritualia finaliter ordinans: nec de terrenis & transitorijs rebus plus appetens aut requirens, quam ad bona spiritualia atq; celestia sibi necesse uel utile est, continentis quoq; sobrios, exemplaris & iustus, intantum diligēs deum, ut malit corporalem perpeti mortem, quam deum offendere per culpam mortalem, certum est quod sacerdotes & clerici, preferunt prelati, ad omnia ista præ vulgo sublimius obligantur, ut illud Apostoli: Habentes uictum & quibus tegamur, his contenti simus, excellenter admittant. & ita quod ait saluator: Cauete ab omni avaritia. Quia ut docet Apostolus, Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem laqueumq; diaboli. Præterea, si non mentitur Apostolus dicens, Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitij & concupiscentijs, constat unumq; que credentium obligari ad carnalium desideriorum mortificationem, ad sui corporis castigationem, ad uitiorum vicioriam, inq; ad uitam penitentiale, quæadmodum ipsem Chfs in euāgelio pandit: Arcta, inquietes, est uia & angusta portæ quæ ducit ad uitā. Quod rursus euādētius protestat, dicendo: Væ uobis diuisitibus q; habetis cōsolationē uestrā. Væ uobis q; saturati cōfis, q; esurientis. Væ uobis q; ridetis, q; lugebitis & scibitis. Ad oēmigitur priuater Chřianum, ut competentiā habens ad uiuendū sobrie & mo

De arie &
quali, ordin
e cum sit.

Iohan. 21.

Tim. 5.
Luc. 12.
Tim. 6.

Matt. 7.
Luc. 6.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI

deste, penitentialiter & deuote, exemplariter, pie ac iuste, amplius non requirari ad facetas uero & clericos id spectat sublimius. Amplius uero requirere, prudentia carnis est quæ plane prudentia, teste Apostolo, mors est aut mortale peccatum, secundum doctores. Insuper, lex euangelica legem naturalem uincit, trascendit ac perficit. Lex autem naturalis dicitur, ut sicut corpus ad animam, sic corporalia bona ad bona anime referatur, qua tenuis de cibo, potu, uestimentis ac ceteris rebus corporeis non plus sumat aut cupiat homo, quam expedit sibi ad infistendum operibus rationis, hoc est, ad uiuendum sapienter ac virtuose. Finis siquidem his quæ sunt ad finem, imponit mensuram, influit bonitatem, limitesq; præfigit, ut philosophi theologi patentur. Itud ergo euangelica lex perfectius dicitur & exigit, ut scilicet homo non solum tam temperate (ut tactum est) corporalia quærat & accipiat, in modo etiam aliquid sibi de necessariis subtrahere, corpus castigando, penitentialiter conuersando, sicut ad Christi imitationem pro eius amore proprium sanguinem quotidie quodammodo effundendo seu minorando. Et hoc sanctus asserit Thomas, ex eodem documento affirmans, quod abstinentia prout est uirtus acquisita seu naturalis, & prout est uirtus infusa, specifici differunt, quoniam ratio medijs in utraque diversa est. Ad abstinentiam quippe acquisitam pertinet, superflua naturæ uitare: ad infusam uero, aliquid de necesse farinæ naturæ subtrahere. Deniq; si euangelica legi tam contrarium est, de propriis & hereditatibus bonis carnem delicate nutritre, superflue adimplere, immoderatèq; procurare, quam contrarium est euangelica legi hoc de spiritualibus bonis, de patrimonio crucifixi, de elemosynis pauperum perpetrare. Rufus, si bona exteriora, non ecclesiastica immode ranter appeteret auraria est, nonne ecclesiasticos redditus immoderanter appetere, ultra hoc sacrilegium extat. His igitur rite perspicaciter que pensatis, facile est uidere, quæcumque periculum sumatque dannabile sit, unico beneficio non contentari, dummodo illud sim plici uictui uestrisq; sufficiat, secundum exigentiam ac decentiam status beneficiati, omni superfluitate, curiositate, pompa & carnalitate exclusis, nisi unum beneficium sit alteri con dependens, seu præbenda cura pastoralis annexa sit, aut defectus seu paucitas personarum compellat uni beneficia plura conferri, uel beneficiatus in causa ecclesie pro bono oceperit & destinetur communii. Præterea, si ut sanctus affirms Hieronymus, clericus alius de seu de patrimonio competentia habens, si quod pauperum est (id est, ecclesiasticos red editus) suscipit & consumit, sacrilegium perfecte committit, & per tales abusum æternæ damnationis sibi iudicium mandat & bibit. Népe si eger & accipit, dat magis q; suscipit: si vero non eger & accipit, rapit indigentesq; spoliat. Si inquam hoc ita est, quod de uno beneficio competentiis habens, aliud quæcumque aut retinet, Iohannes baptista dixit: Qui habet duas tunicas i. una superflua, det non habeti. Multo plus qui habet duo beneficia, q;rum unu sibi sufficiens est, det alteru non habenti, aut resignet cōferenti. Vnde B. Augustinus & sancti cōtier astruunt, q; ecclesiastica bona sunt pauperi, & solis debetur agentibus. Adhuc autem, q; de utriusq; ponderandū est, qd uir ille apostolicus sanctitaris illuminatissimus scriptus Bernardus cuius canonico: Quicq; de beneficio tuo ultra uictu ac uectiū ac simplicem retines, tuum non est, furtu est, rapina est, sacrilegiū est. Quocirca pensandum, q; illustri adolefēt, q; enī paulopof archieps factus fuit, id scriptus Bernardus, qd illustres nobilesq; aduentant, nec de carnis nobilitate sibi immoderatius blandiantur. Si ergo hæc ita se habent, quo pacto, qua ratione cōpetentia de uno beneficio habens, aliud optat aut tenet, si aplice sedis dispensationē allegat, respondeat Gulielm⁹ Parisiensis, q; cū ambitione, gula, luxuria, auaritia, su perfluite pontifex summus dispensare non ualeat. Dictumq; est q; coram deo nequaquam excusat disp̄fatio, nisi rationabilis subsit causa. Et ut in Summa sua declarat Vlricus, circa ecclesiasticum beneficium aliquid de iure est naturali, & hoc sub dispensationē nō cadit. Hinc cōtra pluralitatē beneficiorum uiri eleuati ingenij, valde illuminati, devoti seruide conscripserunt, uidelicet cantor Parisiensis, utputa Petrus Comefor in uerbo abbreviatio, sanctus Thomas, Gulielmus Parisiensis episcopus, Raymundus, & autor Summae uirtutum acutiorum. Sed & frater Vlricus, & autor libri apum, alijs fidei zelatores uaria, rationabilissima atque fortissima argumēta introducentes q; uorum tamen uis seu finalis conclusio magna ex parte confitit in hoc, quod extra causas prædictos pluraliter beneficiat deum altissimum suo priuant honore, cultu, obsequio: Martrem suam ecclesiam mutilant, suis eam priuando suppositis: pauperes spoliant elemosynis debitis, defunctos suis suffragant, fundatores suis intentis, debitis ac speratis subfidijs spiritualibus, imo & bonos ac pauperes clericos beneficis eos decentibus. Porro, si ut doctores testantur beneficium est

DE VITA ET REGIMINE ARCHIDIACONORVM.

43

propter officium, itaq; non officians, in uno quoq; habet beneficio iuris nil habet; ergo pluraliter beneficiatus, & non nisi in uno officians, quid iuris corā deo habet ia alijs: tñc contra maximam illam ecclesiasticorum beneficiorum distributionis inæqualitatem, qua (ut doctores quidam famosi coram domino apostolico & cardinalibus) p̄fissime praedicauerūt) alius quidem esurit, alius uero ebrius est, sancti patres & magni doctores serueri scripserunt. Vnus duo, tria uel quatuor aut plura beneficia habet: alius nullum, cu; tam interduum melior, uirtuofior, doctiorq; confitit: illo qui plura habet. Hinc Petrus Raueniensis locutus est: Helse us uacua uasa implebat, & indigentibus oleum dedit. Hodie uero contemnunt uasa uacua, & plena superimplentur. Ligna in sylvas, & aquæ in maria deferuntur. Arenti terræ aqua subtrahitur, & flumina quæ non indigent, irrigantur. Iste dorus quoq; Magnum, inquit, scelus est rem pauperum diuinitibus dare. Hoc ipsum & gratiora sanctus Prosper effatur. Quæ omnia in Decreto habentur. Postremo, si respondeatur quod ecclesiasticos oportet pre ceteris honestius uiuere, ideo pluribus indigere fatetur primum, si de uera honestate id proferatur. Honestum namq; uirtuosum coincidunt. Nam honestum quasi status interpretatur. Honor autem uirtuti debetur. Quicquid ergo uirtutibus contrariatur, uerè quoq; honesti opponitur. Iraq; primum in Christo, deinde in apostolis summa fuit honestas, non in uanitate, superfluitate, curiositate & abundantia eorum, que corporis sunt, imo in talium parcitatem, in splendorē uirtutū, in uite exemplaritate, in moribus bonis. Vnde in septima synodo est statutum: Omnis iactantia & ornatar corporalis aliena est à sacrato ordine. Eos quidē episcopos & clericos, qui se fulgidis clarisque tibus induunt, oportet corrigi. Quod si in hoc permanerint, epitimio tradantur. Si autem inueniuntur qui irrideant eos, qui uilibus ac religiosis uestimentis amicti sunt, p̄ epitimio corriganter. Priscis enim temporibus omnis sacratus uir cum mediocrī & uilius conuerfabatur. Omne quippe quod non propter necessitatem suam, sed propter uenustatem accipitur, elationis habet calumniam, ut magnus ait Basilius. Sanctus denū Bernardus ad beatum Papam Eugenium scribit: Nonne os tuum in Remē concilio subiecta promulgavit capitula: Précipimus, ut tam episcopos quām clericis, nec in superfluitate aut inhonestia uarietate colorum, aut scissuræ, nec in tonsura inutētum (quorum formam & exemplum esse debent) offendant aspectum, sed potius ita in suis actibus errata con dement, & amorem innocentiae conuerfatione demonstrent, ut dignitas exigit clericorum. Ministros autem sacerdotum & clericorum, in uita, uestimentis ac moribus à seculis decet differre.

Articulus XXVII. De clericis ex dictis sancti Bernardi.

Zelator ecclesie sanctus pater Bernardus, ecclesiasticorum ruinam, in exemplarem ac lubricam uitam, diuersis in locis describit ac deflet. Insolentia, inquietus, clericorum ubiq; terrarum turbat ecclesiam & molestat. Siquidē alienis laboribus locupletantur, comedunt fructus terra abq; pecunia, & prodit quasi ex adipe iniquitas eorum. Mens quippe confusa delicijs, nec disciplinis exculta, multas contrahit fortes, & sine timore deum offendit. Heu heu, in domo dei inuenimus idololatras, q; diligunt munera, quorum deus uenter est, qui suo uenter defervit, in quibus regnat auaritia, quæ dolorum est seruitus. Atq; in multis eorū forniciatio inuenitur, qui puritatis auctor corde impuro & corpore inquinato seruire presumunt, non formidantes iudicium dei. Sic audent circuire altaria & psalmos frequentare, quorum laus execrabilis, & oratio filios in peccatum. Deniq; quid sibi uult, quod clerici aliud esse, aliud uideri uolunt? Nempe habitu milites, quæstori clericos, actu neutrum exhibent. Nam neq; pugnat ut milites, nec euangelizant ut clerici. Cuius ordinis sunt: Cum utriusq; esse cupiunt, utrumq; defertur, utrumq; confundunt. Vnde quisque (ait Apostolus) in suo ordine resurget. Ita in quo? An q; sine ordine peccauerunt, sine ordine peribunt? Aut si summe sapiens deus ueraciter creditur à summo usq; deorsum nihil inordinatum relinqueret, uere non alibi ordinandos, quam ubi nullus est ordo, sed sempiterminus horror inhabitat. Porro, cum frontositas & impudētia cor hoīs obduratorint, ut iam nō paueat, nō horreat, nō contremiscat, eaq; desperatio est. Quid enim horū sibi conscient homo malorum, quasi iustitiam fecerit, diuino feste uultu non ueretur? Tanquam domesticus intrat & exit, magistrum salutat, genua flectit, osculatur ore sacrilego, dolose agit, fed in conspectu dei. Odibilis plane deo fronto, temeritas, & impudentia execranda. Propter quid enim irritauit impius deum, non exceptus est, q; ipso omnia iudicaturum. Hinc deus non arguit, nō flagellat, non ulciscitur mo

21. q. 4. Ois
iædura.

Phil. 10.

1. Thess. 4.

Iob. 10.

Phil. 9.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI,

do adiumentiones eorum, sed postea in aeternum. Insuper ait Bernardus: Si ea intentione gradus ecclesiasticos clericus querit, ut sine seculo in sanctimonia cordis & corporis illuminaudus accedat ad dominum, suamq; ac proximorum operetur salutem, orationis studio ac uerbo dei intentus, recte procedit. Natura autem modico est conteta. Sed multi in his non sola necessaria querunt, imo honorati incedere uolunt, placere student hominibus, delectari, superbire & huic seculo conformari. De quibus per prophetam conqueritur dominus: Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognovit, vniuersos quippe in ecclesiasticis ordinibus, honorem, diuitias, uoluptatem & quae sunt querentes, non deus aut charitas, sed omnium malorum radix cupiditas introduxit. Quid istud temeritatis, quid infanctie est? Vbi timor dei, ubi mortis memoria, ubi gehennae metus atque terribilis iudicij expectatio? Vae tibi o clericus, mors est in olla, mors in tuis deliciis, quia peccata populi comedis. sumptus ecclesiasticos gratis habere te reputas, sed me illus es et fodere aut etiam mendicare. Peccata enim populi comedis, id est, oblata a populo pro expiandis eorum peccatis. Sollicitus ergo esto tanquam rationem pro eis datus, dignos pro eis gemitus fundere, dignos paenitentiae agere fructus. Alioquin noueris tibi illorum imputanda peccata, quae modo inter delicias comedis, parviperdis, dissimulas, tanquam nihil attinetia tibi. O iudiciorum dei abyssus multa. O terribilis deus in cōsilij suis per filios hominum. Frustra incipient miseri dicere: Mortes, cadite super nos, & colles cooperite nos. Venient ante tribunal Christi, audierunt contra eos populorum grauius querela, quorum uiixerunt stipendijs, nec diluerunt peccata. Quid tibi o insipiens delicia sapienti, diuitiae placent, quibus mercari tam graue iudicium, tam dire te obligas ratione? Vnuerfa enim usq; ad nouissimum quadrantem exigetur a te. Sed esto. Surgis ad uigilias, uadis ad missas, horis chorum diuini ac nocturni frequentias, sic ipse bendit ecclesia gratis non accipis. Dignus est enim ut q; altari deseruit, de altari uiuat. Viat in qua, non superbiat, non luxuriet, neq; dicitur, nec in uanitate & superfluitate ea consumat, nec uaria griseat, pelli cea a collo manibusq; pendentia portet. Insuper beatissimo teste Bernardo, A singulis generibus hominum uirrant clerici quod delectat. Habent enim singula quae genera hominum aliquid laboris, & aliquid uoluptatis. Sed aduertere est prudentiam clericorum & admirari, quemadmodum nouo inter haec officio discernentes, atque ab iniuicem ea sequentes, totum quod delectat amplectuntur, quod molestum est, fugiunt. Cum militibus quippe superbie fastum, amplam familiam, apparatum equorum & similia quaeque frequentant. A mulierculis uero ornatis thalamos, balnea, omnemq; molitum & gloriam uestrum, rubritatasq; murium pelles, a collo pendentes mutuantur, caute omnino loricis pondus atq; informes in castris noctes, in certa quoque praelitorum discrimina, mulierebrem quoq; uerecundiam & disciplinam, aut si quid sexus ille laboris habere creditur, de clinantes. Sudant agricole, putat & fodiunt uinitores; & clerici q; inter haec torpēt otio, accedente fructuū tēpore, innouari sibi horrea iubent, & promptuaria eorum plena sunt. Vt nam non præ illis, ut in uel cum illis delicatori cibo ac potu uescantur. Negotiatori circueunt mares & aridam, perituras fibi diuitias congregates. Dura sunt haec. Cauent ea prudenter nisi. Præterea, diuities capiunt somnos, ne dicā stratis suis lasciuissimis, & nihilominus cunctis uolunt abudare diuitias. Quid fabros, qd cemetaryos, aliosq; oparios memorare necesse est? Vicitu sibi multo labore querunt, clerici madet deliciis, diuitiis affluit otiosi, cui resurgere coepiunt hoies, uniusq; in ordine uno, ubi putas gratias ista locabit? Si ad militis diuerterint, exuflabunt eos, eo q; minime labore & picula tolerauerint, si agricultore, sic negotiatori & singuli q; ordines a suis eos finibus exturbabunt, utputa q; in labore hominō fuerit. Quid ergo restat, nisi ut quis omnis ordo repellit pariter & accusat, eum sortiantur locum, ubi nullus ordos ed semper in uhorror in habitat? Insuper sanctus ait Bernardus: Currit pasim ad sacros ordines, & angelicos spiritibus reuerenda mysteria apq; hendunt homines sine consideratione & reuerentia, etiam hi in quibus auaritia regnat, ambitio imperat, dominatur superbia, principatur luxuria. Ingriduntur cum his maculis ta bernaculum dei uiuentis, judicium gravissimum accepturi. Tales non placat deū, sed magis irritant. Heu quis in principio nascens ecclesiae credidisset statu clericorum ad tam de uoluendum ruinam! Ex preinductis sancti Bernardi eloquij constat, quam periculorum sit ecclesiastica bona indigne aut immoderate consumere. Propter quod ait Gulielmus Parisiensis: Reuera ecclesiastica stipendia periculose habentur, & non nisi uere promerentibus ea debentur. Propter quod uiri timorati cū timore & tremore ea percipiunt & cōsu-

DE VITA ET REGIMINE ARCHIDIACONORVM

414

munt, & qd residuū eis est à moderata & p̄scisa sustentatione, paupib; erogant, quorum se patrocinis inueniunt & proprium supplent defectum. Vx autem illis qui econtrario faciunt, qui superflua sua uel idolatria per auaritiam, uel luxuriam & uanitati depauperanda ac consumenda exponunt quos ad penitentiam hortans Bernardus. Parcite inquit, fratres, parcite animabus uestris, parcite sanguini qui pro uobis effusus est, penitentiam agite, horrendum cauet periculum, ignem timete aeternum, fugite de medio Babylonis, saluate animas uestras, conuolate ad urbes refugij, id est, ad claustra in quibus saluemini.

Articulus XXVIII. Exhortatio ad contemptum omnium mundanorum, ad desiderium aeternorum, ad contemplationem diuinorum, ad puram, alacrem perseuerantemq; executionem operum virtuosorum.

CVm deus sublimis & benedictus sit ipsa bonitatis essentia, bonitas pura, perfecta & infinita, inuersis ac singulis infinitis melior, incomparabiliter amabilior, incomprehensibiliter desiderabilior, nonne extremae insipientie, iniustitiae, peruersitatisq; est, ista carnalia & caduca, uana ac transitoria ei praferre, his magis quam il linhabere, istis affici magis quam illi? Nonne obiectum appetitus est bonum, & quantum res plus habet de bonitate, tantum dem de appetibilitate? Cur ergo tanta peruersitatis noſter est appetitus, ut amplius moqueretur bonitate creaturae quam creatoris, cum increatae bonitatis respectu nullius prorsus momenti bonitas sit creata? Cur magis nos mouer ad sui amorem tenuissimus riuiulus, quam plenitudinis fons immensus? Præterea, si iuxta philosphos, electio est duabus seu pluribus propositis alterius praceptio, quomodo tantæ ob reparationis & stoliditatis intellectus est noſter, ut propositis fibi bono increato & creato, bono incommutabili & caduco, bono summo ac infinito, & bono infinito ac finito, bono immenso & incomparabiliter amabilioris, bonoq; comparatiue loquendo uelut nullius amabilitatis, potius eligat bonum hoc infinitum, se ab illo auertet, atq; ad istud conuertet? Nonne ineffabiliter stolidus hoc est, quam si auro obrizo preferatur densissimum lutum? Verissimum ergo factur theologi, uitium puerilitatis sapientia dono contrarium, omni peccatori in culpi existenti mortalitate. Tanta ergo puerilitate relicta, atq; tam impia fatuitate contempta, cum sapiente uate dicamus: Mihi autem adhuc deo bonum est. Et item cum sanctificato in utero, Pars mea dominus, dixit anima mea in domo cum sapientia increata, Nullus bonus nisi deus. Et, Vnum est necessarium. Præterea cum deus gloriſus & adorandum, quem ccelum, terra pontusq; contrémunt, quem & ipsa numina perhorrescant, cui cœlestes exercitus cum tremore affluit, ex cuius intuitu maiestatis in propriam paruitatem ac nihilitate in humilime prorsus resiliunt, pra; cuius admiratione gloria omnino deficit, sit ens absolute simpliciter & perfectum, cui omnis perfectio, omnis nobilitas, omnis beatitudo & excellētia cum circumscriptibili plenitudine competit absq; omni mensura & fine, in quo est, in quo est, omnipotens uirtus, circumscripta maiestas, ueritas primaria, honestas, puritas infinita, superliberima mens, beatitudo interminabiliter superexcellens, uitafontalis, sapientia eternalis, causalitas idealis, ratio omnium exemplaris, illimitabilis pulchritudo, immensa dulcedo, pietas plena, iustitia uera, supersplendidissimus, supersimplicissimus & superonorabilissimus intellectus, cuius opulentiae ac munificencia nullus est finis. Cum itaq; ens tale sit deus omnipotens & aeternus, quid est quod men tem nostram ab ipso auertimus, quod uana ac uilia ei preponimus, quod immunda & turpia pra; ipso amplectimur, quod in carnibus atq; illisq; poti⁹ quam ab ipso delectamur, afficiamur, queramur? Nonne infinita est haec nostra stultitia atq; nequitia? At uero non ne ipse fecit nos? nonne ipse est noſter gratiosus creator, incessabilis conferuator, liberalissimusq; prouisor ac beatificus finis noſter, sine cuius manutenentia nec ad momentum possemus subsistere, a quo omne bonum profluxit, a quo quicquid sumus atq; habemus accepimus? Quae ergo est haec ingratitude, improbitas, impudentia ac uitiositas nostra, quod hunc talē ac tantum benefactorem non uere amamus, non ueneremur, non ueremur neq; curamus? Quippe qui eius precepta tam irrefrenate transgredimur, qui eius uultum omnia uigilantissime intuentem non reueneremur, ipsq; prohibente ac inspiciente, in maximam sue maiestatis iniuriam pessima operamur. Deniq; ad supernaturem beatitudinem, ad suipiusclarā per speciem iucundissimam infusionem, beatificam fruitionem, aeternalē atq; dulcissimam possessionem nos condidit, supernaturalia dona seu media ad huius finis adceptionem necessaria misericordissime prestita ac largitur: nostram hypothatice naturā

Matt. 5.
Heb. 10.
Hicr. 51.

Mat. 19.
Mar. 10.
Luc. 18.

Phil. 3.

Bbb 4 affu

Iohann. 19

Philipp. 3.

assumere, inter homines conuersari, pro omnibus nobis mori dignatus est, & nihilominus adhuc in nostra permanemus duritiae: Nec obstante quod toties tamquam enormiter peccantibus nobis ipse tam ubertim indulxit, pepercit, ultionemque distulit, tamen adhuc indefinenter peccatis peccata adjicimus, non penantes quod iam innumerabiles deglutiuit infernus, qui minus ac rarius peccauerunt quam nos. Amplius, quis insipitior illo qui cum unum habet optimū fidelissimum amicum, alium uero prauissimum ac fallacissimum inimicum, suggestionibus inimici consentit? & quod illi placet exequitur, praceptis, consilijs, suggestionibusque amici reliquit? Tales sunt uniuersi huius seculi amatores, omnes superbi, avari, turpes, & quicunque in mortali sunt uitio. Quis nempe tam uerus & summus noster amicus extat ut Christus qui ait, Maiores hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis? Et quis tam maximus, crudelissimus ac fallacissimus noster inimicus sicut dia-bolus, qui aliud nihil circa nos cogitat, terret, molit, cupitque, quod ut a deo nos separet, sibi incorporet, in eternam damnationem prosterat? Cum igitur Christo sumus rebelles, demonibus sumus obtemperantes. Denique, cum indubitanter credamus pro una culpa mortalium aeternam peccatum infligi, presentemque uitam & omnem ipsius delectationem respectu uite futurae ac damnationis perpetua omnino momentaneam esse, moxque post huius incertissima atque breuissima uitae cursum ad diuinum duci, tribunal, mirumque unquam pectare audemus, quod pro uili ac breui delectatione periculis nos tantis exponimus. Itaque, cum ex corpore costemus & anima, sitque corpore isto purissimo, scđo, uilissimo anima nostra incomparabiliter dignior, cur sola quod carnis sunt querimus, carnales delicias, temporales diuitias, humanos honores, consolations externas in locis, ludis ac risibus, mollia strata, ci-baria delicata, pocula lauta, pretiosas curiosasque uestes, animam uero uirtutibus nudam, uitias plenam relinquimus? Et nunc sapienter pensamus, quanta sit dignitas, quāta nobilitas, quanta pulchritudo, opulentia ac libertas interior rationalis creature, deum creatoremque uniuersuide diligentis, iugiter honorantis, eiusque aduersarij suuriter reluctantis, uitij atque demonibus praetulerint, uirtutibus, donis, fructibus, beatitudinibus adornatae, & in charismatibus sp̄uissanti quotidie proficiens, quanta quoque sit utilitas, ignobilitas, turpitude, paupertas feruimusque interior homini, deum non super omnia diligenter, ei inobedientis, ipsum quotidie in honorantis, eius aduersarij consentientis, uitij, demonibusque subiecti ac seruentis: qui tot mortalibus quotidie uitij inquinatur, qui omni cadaveri turpior, omni bruto uilior, omni stercore coram deo constitutior. Ideo indignus est pane quo uescitur, terra quam calcat, aere quem respirat. Nunc igitur mentis oculos ad superiorale uenimus, ad creatoris nostri contemplationem nos erigamus. Ordo uniuersi ostendit, quod si solus sit uerus deus, ens primum, in creatum, incautum, indepedens & aeternale, perfectum, simplicissimum, interminabile, illocute, intempore. Propter quod eius pura bonitate, immensam pietatem, charitatem, dulcedinem, liberalitatem sinceriter contemplatur, & contemplando ualide inflammat, uniuersaque ista carnalia & caduca ut stercora arbitremur, maiestate omnipotens miremur, & admirando cordialissime ueneremur, eius subdamus preceptis, coramque ipso custodite, pure ac solicite ambulemus, misericordia eius super omnem genus humanum, & omnia beneficia eius super nos generalia ac specialia, naturalia & supernaturalia lypidissime perpendamus, intime regratimur, & semper gratiores esse comenmur. Non diligamus nosipos nisi in deo. Quicquid nobis necessarium sit expediens est ad complacendum altissimo, ad obtinendum salutem, ad transformationem mentis nostrae in deum sanctum, sumnum ac immortalem, optemus, amemus, cōpletamur, queramus, seruemus: quicquid uero a deo nos impedit, elongat, auertit, intime abhorreamus, uitemus, abiiciamus. Itaque sacras uigilias, abstinentias, disciplinas, & caeteras corporis castigationes infatigabiliter amplectamur. In aduersis sicut in omnibus diuitijs gloriemur: nulli nisi in deo & secundum deum placere optemus. Quanto anima corpore extat praestantior, tanto plus sp̄ualia & interna sensibilia exquiramus. Prospera mūdi suscipiamus fint nobis, exemplares in omnibus sīnus, omne tempus fructuose in dei praesentia occupemus, quotidie recolligamus, examinemus, dijudicemus & puniamus nosipos. Deo excelsō & scđo propter ipsius puram bonitatem facio & feruido adhæreamus amore, & propter ipsius maiestate ac dignitatem summo seruiamus honore, eiusmetuamus iustitiam, vereamur iudiciū. Christi passio à nostranuquam labatur memoria, quam quotidie semel ad minus animo amoroso, compassionib[us] sensibili, grataq[ue] mente reuolumus, & quasi in nostra iam fuerit presen-

Psal. 50

ti speculemur: atque in omni tentatione & tribulatione confugiamus ad eam, ut in ea tanquam in fonte uitiae igniti carnis stimuli extinguantur, concupiscentiae refrenentur. In consideratione totius humilitatis, patientiae, mansuetudinis, paupertatis, charitatisque Christi, praesertim quas in sua passione exhibuit & monstrauit, ac imitandas reliquit, uniuersi motu superbiae, impatienciae, irae, auaritiae, acediae atque inuidiae penitus retundantur, uincantur, annihilentur. Opus dei quotidie diligenter, reverenter, devote soluamus, potissimum horas canonicas & laudes diuinas mente seruida, stabili, saporosa. Postremo, talibus exercitiis assueta, purgati, ornati, iam sanctuarium dei intrare, potentias domini introire, incerta & occultata sapientiae eius ipso prestante contemplari erimus apti. Etenim taliter exercitatus ac de coratus, protinus dono sapientiae tam copiofissime perfundetur, diuino amore tam acutissime succenderunt, diuinę munificentiae gratias taliter preuenientur, ambientur, comprehendentur ac penetrabitur, quod tanquam secretarius & amicus omnipotentis ac super sapientissimi dei eidem intime unitur, atque dulcissime contemplari erit idoneus super profundissimum ac super sapientissimum confilium infinite sapientiae, super beatissimae trinitatis super re-deptionis generis humani per unigeniti filii patris aeterni incarnationem ac passionem. Pulcherrimam quoque & consonantissimam connexionem & ordinem credibilium fidei Christianae, quae cum rationibus credendorum & purificatae contemplabitur intelligentiam per donum intellectus. Contemplabitur demum quotidie ualde frequenter superessentialis, super gloriissimum & super persuauissimum trinitatis, patris aeterni, super pulcherrimi filii, amoenissimi paracleti spiritus sancti felicitatem & gloriam harum superfianctiarum, super euenerabilium & super praestantissimarum personarum mutuam intuitionem, super iucundissimam & super clarissimam, plenarie comprehensiuam: mutuam quoque earum dilectionem super ardentissimam & immensam, mutuam complacetiā super dulcissimam, mutuam fruitionem super felicissimam, emanationem & communicationem ad intra naturalem & super plenissimum, consistentiā super beatissimam & aeternam, omnem charitatem, plenitudinem, misericordiam, liberalitatem & gratiam eius super uniuersum genus humanum, potissimum super electos. In horum contemplatione amorosa tam iucunde repausabit, conquiescetque anima, quod angustia etiā eidem omnis uitiae creatura. Enimvero tam intense occupabitur, tam calide afficietur, tam ualenter figetur in deo, & in abysso lucis demergetur impenetrabile, sic in diuitias absurbebitur gloriae ac beatitudinis super deliciofissimae trinitatis, quod omnium ceterorum obliterata, à cūctis creatis abstracta, à seipso etiam alienata ac defluens, obdormiet in dilecto, qui est super omnia deus sublimis & benedictus, amen.

De uita & regimine Archidiaconorū finis.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI CONTRA PLURALITATEM BENEFI-

ciorum ex dictis authenticis.

ATA est porta & spatiofa uia que ducit ad perditionem, & multis sunt qui intrant per eam. Quām angusta & arcta uia qua ducit ad uitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Christus salvator & iudex noster, locutus est uerba preallegata, quae qui non attēdit neque ueretur, nec per gratiam uiuere, nec spūalem sensum habere uidetur. Quid enim iudicandis hominibus ab eorum metuendissimo ac infallibili iudice horribilis poterat dici, quod plurimi eorum sint condemnandi, & pauci salvandi? Certe si urbem aliquā iudex iustus ac prae potens introiret, & protinus ore proprio de promeret, quod illa ex urbe nō nisi pauci manus suas mortisque essent euafuri sententiam, nonne uniuersi inox uehemetissimo concuterentur pauore, praesertim si eos lateret qui deberent euadere? Et utique timor ille ex intuitu corporalis ac momentaneae mortis prodit. Siquidem omnium terribilium huius mundi terribilissimum est mors, secundum Philosophum. Et ecce dominator omnipotens, rex colorum, iudex infallibilis uniuersorum, de throno gloriae in hunc mundum descendit.

Matt. 7, 21

Ecc. 12, 4



D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

dit, multosq; p̄ternaliter perituros, paucos uero saluandos perhibuit. Et tamen multi hæc audientes, scientes, credentes, non pertteref usq; in finem. Sed h̄c ipsa eoz uana & infensa securitas, euidentis signum est, q; de reproborum sint numero, de catalogo damnorum. Nempe beatus homo qui semper est pauidus; qui uero mentis est duræ, incidit in mala, ut Salomon loquitur. His ergo propheticum est dicendum illud: Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Qui enim ex deo est, uerba dei audit. Idcirco monet Apostolus: Adhortamini nosmetipſos per singulos dies, ut non obduretur quis ex uobis fallacia peccati. Porro non solum formidandum est nobis, eo q; iuxta p̄a inducta Christi eloquia multi sint condemnandi, & pauci saluandi, prout denuo contestatur. Multi (inquieti) sunt uocati, pauci uero electi: sed etiam quoniam uia salutis, utputa iter ducens ad uitam glorie, arcta est uehementer. Quid namq; est uia ista, nisi conuersatio timorata, diligē coram deo cordis custodia, stricta, rigorosa penitentialis & uita, qua caro quotidie castigatur, concupiscentiae refrenantur, peccata uincuntur: quod totum ad oēm pertinere Christianum negare nemo potest, qui Paulo apostolo credit, dicentis: Qui autem sunt Christi, carne sua crucifixi sunt cū uitijs & concupiscentijs. Denig, omne peccatum mortale uitare, uirtutes acquirere, & in ipsis iugiter perseverare, uia regia semper incedere, & neq; ad dexteram negat ad finistram declinare, nonne arctum est atq; difficile, homini fragili ac mortali, cum dicat scriptura: Sensus & cogitatio cordis humani proni sunt in malum ab adolescencia sua: Et tamen istud est iter salutis. Ideo dixit philosophus, q; ars & uirtus sunt circa difficultate, questionemq; mouit, utrum difficilis sit, fieri bonum medicum, an fieri uirtuosum. Ad hoc namq; quod homo uirtuosus reddatur, necesse est ut docilis sit, & pro uirtutibus possidendis stabiliter uiriliterq; laboret. Vnde cōmuni philosphorum fuit sententia, q; uirtus absq; studio & doctrina haberi aut uix aut nullatenus queat. Sanctus quoq; Bernardus differuit: Virtus cum humilitate uult doceri, cum labore queri, cum amore haberri, cū diligentia custodiri. Nec aliter doceri, queri, haberri, custodiri uere potest. Faciliter namq; ad peccata dilabimur, sed non absq; grandi mentis diligentia abiçimus uitia, nec sine iugis custodia in uirtutibus stabiliter permanemus, aut digne proficimus. Ideo lata est uia spatioſa porta perditionis. Hac equidem porta & uia est uita carnalis, mundana & uisioſa, quā ambulare non extat difficile. Hinc quoq; Seneca dixit: Cito subrepit negotia, & absq; magis struunt addiscuntur; uirtus uero difficulter acquiritur, ducem atq; rectorem desiderat.

Articulus I. De causa motiva & materia, & de forma ac modo processus huius opusculi.

Proverb. 18.
Psal. 94.

Iohann. 8.
Heb. 3.

Mat. 10, 12

Gala. 5.

Gene. 8

Mat. 7

Seneca.

Ecclesi. 19.

Psal. 118.

Corrige amicum tuum, ne forte non intelleixerit & dicat, nō feci iniuste. Si autem fecit, ne addat iterum facere. Itaq; quoniam quidam mihi charissimi, quorum totis p̄cordijs opto salutem, plura aut multa beneficia habent, quorum quodlibet eis sufficere potest ad uiuendum taliter, qualiter secundū euāgelicam Christilegem, itemq; secundum canonicas sanctorum sanctiones seu ordinationes, imd; & iustificationes uiuere obligantur, idcirco tabescere me fecit zelus meus, dum amātissimos meos certatores reliquo salutis arcto itinere, per deuos calles ad mortem, mortem autem aeternalem ac infernalem, profici si uel potius currere. Sed quando aut quomodo poterit eis hoc persuaderi: Quis eis queat insolubiliter probare, quod beneficiorum ista pluralitas extat illicita mortalitate, culpa, nisi in casibus infra tangēdis? Nempe quidam eorum tanta mentis cāitate & obduratione sunt obuoluti, ut contra beneficiorum pluralitatem nec legere quicquam uelint nec audire. Quorum infanía nonne iugis lacrymarum fonte defenda est: præsertim cum tot boni uirtuosiq; homines, in quibus utiq; habitat spiritus dei, & qui per dona spiritus sancti recte & prompte mouentur ac diriguntur ab illo, ad iudicanduſ ueraciter de his quæ animarum concernit salutem, cum insuper tot solennes illumini aetissimi doctores, hanc beneficiorum pluralitatem afferant & conscribant esse periculum, illam atq; damnabilem, utputa sanctus Thomas, Gulielmus Parisiensis, Raymundus, Viricus, multiq; alii, prout in prosecutione huius patebit libelli. Præterea, illi sic pluraliter beneficiati, ad ea quæ iphis obincidunt multipliciter respondentes, pluralitatem hanc diuersimode excusare conantur, ut quod summus pontifex dispensauit, uel quod quidam doctores affirment licitum esse beneficia tria habere, quod etiam quidam doctores usq; in praesens plura beneficia habent. Verum quod iste atq; consimiles excusationes nullius extent ualoris, nisi ut tactum in casibus infra tangēdis, infra spiritu ueritatis super dulcissimo, paraceto

CONTRA PLVRALITATEM BENEFICIORVM.

416

paraceto adorando, spiritu sancto p̄stante, clarissime declarando. Est ergo intentio mea, p̄famatam beneficiorum pluralitatem uitiosam ostendere, damnabilemq; probare. Porro ut processus sit firmior & argumentatio irrefragabilior, & ne paruitatem meam quis ualeat p̄ presumptionis aut nouitatis arguere, non nisi sanctorum patrum authenticorum, solēmniq; doctorum autoritates ac rationes, dicta & scripta inducam, de proprio nil interseundo, nisi forte inter dum pro declaratione eorum quæ à p̄fatis conscripta sunt. Preterea p̄cor legentes & eos pro quorum emendatione hæc ex p̄cipua dilectione collecta sunt, ut opusculum istud gratanter suscipiant, diligenter perlegant, sanctorumq; documentis & assertionibus acquiescant, nec suo amico charitatisq; eloquio indignentur, penfantes quod Salomon loquitur: Melior est manifesta correptio quam amor absconditus. Rursusq; Meliora sunt (inquit) diligentis uulnera quam odientis oscula. Itemq; Qui corrigit hominem, gratiam postea inueniet apud illum magis quam ille qui per blanditiam decipit. Postremo, si obincidatur quod di pro quibus haec scribo, gradu, etate, scientia me exceedant, occurrat quod Salomon ait: Argue sapientem, & diligenter: da sapienti occasionem, & addebet ei sapientia. Doce iustum, & festinabit accipere. Sed & charitatiua correptio secundū beatum Augustinum ceterosc; doctores, ad omnem pertinet Christianum, quam inferiores & subdi superioribus pro loco, causa & tempore debent reuenerenter impendere, propter Thomas super quartum Sententiarum, & Bonaventura declarant.

Articulus II. Ad qualem conuerstationem quilibet Christianus nus teneatur.

Quis dicit in Christomanere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. A Christo Christiani nomen fortis sunt: & eo ipsi qui à Christo Christiani uocantur, Christi conuerstationem sequi tenentur: hoc est Christi charitatem, humilitatem, manuetudinem, pietatem, patientiam, sobrietatem, iustitiam, puritatem ac deuotionem assūti qui obligantur. Propter quod Paulus apostolus nos hortatur: Imitatores dei esote sicut filii charissimi, & ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit nos. De hisq; sicut à Christo Christiani uocamus, sic euangelicam Christi legem seruire tenemur, quantum ad obseruantiam p̄ceptorum decalogi, illorumq; p̄ceptorum à Christo ad ditorum, quæ in decem p̄ceptis uiriliter includuntur, atque ad illa reducuntur, & à Christo clarius exprimitur. Ideo ait: si quis ad uitam intrare, seruia mandata. Et denuo: Quid uocatis me domine domine, & non facitis quæ dico? Itaq; Christi i mandata sunt, ut deusto corde super omnia diligatur, colatur & honoretur, ut omnis proximus, utputa tam inimici quam amici propter deum cordialiter p̄spiritualiterq; auertentur: ut malefacientibus, inuariantibus & odientibus bene agat, ut pro persequebentibus exore. Insup, ut auaritia oī uel, cōtinenter sobrieq; uiuat: ne theaurizēhus in terra, & ne ebrietate aut etapula curis ue huius seculi grauentur corda nostra. Et quicquid rationabiliter uolumus seu uelle debemus sieti nobis, alijs faciamus. Sicq; omnis in iustitia, dolus & fraus, omnis superbia mentis & immunditia seu luxuria carnis, procul abincianur à Christi fidelibus iniuriantur. His itaq; obedire p̄ceptis ad omni pertinet Christianus. Propterē afferit Christus: Nō omnis qui dicit mihi dñe domine, intrabit in regnum celorum, sed qui facit uoluntatem patris mei qui in celis est. Præterea, de hac re pulcherrime loquitur beatissimus Augustinus libro de noī Christiano sic orsus: Christū unctum interpretari, sapientiu nullus ignorat. Et tam magnū fuit in veteri lege ipius unctionis mysterium, ut in Iudaico populo non omnes tam sed fatis pauci meruerint accipere, uidelicet facerdotes, reges & prophetas & hoc usq; ad aduentum Christi, in quo omnes credentes unguntur. Culus unctionis exemplo quales esse debeat mortuus, ut eoe in gibus tā sancta est unctionis, si hoī minus sancta conuerstatio. Ex sacramento enim unctionis istius, & Chri & oīm Christiano nomē dēscendit. Qd; nomē frequenter sortitur, q; Chri non imitatur. Quid enim tibi prōdest uocari qd; nō es: sed si Christianū te uocari delectat, ea quæ Christi sunt gere. Ecedū nāq; & milieg; est, te uelle uocari qd; nō es. Qui Christianus uocatur, Christū le habere dominum profitetur: & uere habet, si ei in omnibus obile quat. Si quod minus ille non Christi famulus, sed subfamiliator est & iuris, q; eius se fuitum dicit, cui feruire dissimulat. Huic ergo geminum damnationis iudicium referatur, uidelicet pro dei subsannahōe, quæ sine cā deū appellat, & pro qualitate sui p̄cti. Nemo ergo sibi blandiat, nemo sē uana & stulta suspitione decipiat. Nemo idcirco securus delinquit, qm de nō statim ulciscit, ut ex hoc opinet se impune peccasse, q; nō illico mox puniit: Altissimum est patiens redditus. Vnde de Amorē in Genesio loquitur: Nondum completa

Proverb. 28.
ibidem.
Pro. 28.

Pro. 9.
2. q. 1. c. spic
cauerit.

1. Iohann. 12.
Actu. 11.

Ephe. 5.

Mat. 5.
Mat. 19.
Luc. 6.
Deut. 6.
Mat. 12.
Mat. 12.
Mat. 5.
Luce 6.
Mat. 6.
Luc. 11.
Mat. 7.
Tob. 4.

Mat. 7.

Leuit. 4.
2. Reg. 2.
3. Reg. 9.

Ecclesi. 5.
Gen. 15.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

Spic. 14.

Matt. 5
Lu. 6
Matt. 12.

Leuit. 11.

Psal. 32

Psal. 49.

Iacob. 2.

Ephes. 4

Ibidem.

pletasunt peccata Amorrorum. Quo exemplo manifeſte inſtruimur, ſingulos impiosſe, cundum peccatorum ſuorum plenitudinem conſummarit, & tamdiu ut conuertantur diuini tuſuſtineri, q̄diu cumulū ſuorum nō habuerint delictore. Nemo ſe iniquā fallat, malos deus non amat, p̄t̄ ſuorum nō amat, ſed bonos, iustos, pios, humiles, innocētes, ea ſtos & mites. Nō ergo nobis ex hoc q̄ Christiani dicimur, blādiāmūr, ſed uideamus q̄ brūtalis atq; infiſiens ille eſt, q̄ ſtultus etiam à gentib⁹ iudicet, q̄ ſibi nomē uendicas alienum. Quiſ enim tam uanus & miser eſt, quiſe aduocatum cū neſciat literas, audefat proſteri: q̄ tam inſanus & excors eſt, ut proſteatur ſe militē qui neſciat arma geſtare? Hinc ſcimus nūl lum ſine actu noſmen, ſed omne noſmen ex actu fortiri. Tu ergo quomodo Christianus diceſis, in quo nullus Christi actus apparet? Christianus eñi iuſtitia, bonitatis, integratatis, paientiae, caſtitatis, prudentie, humanitatis, innocentiae, pietatis q̄ nomē eſt. Et tu iuſtud nomē quō defendis & uendicas tibi, cui de tā multis uirtutibus nec una inhæret? Christianus eſt qui ſanctus, innocens, incontaminatus, in cuius peccatore malitia locum non habet, in cuius peccatore ſola pietas exiſtit & bonitas, qui neminim nouit ledere aut nocere, ſed in omnibus opem ferre; qui exemplo Christi nec inimicos odiit, ſed aduersantibus benefacit. Et qui aliter agit, Christianum ſe eſſe mentitur. Porro ille legis cōſummatore & factor eſt, qui deū ac proximum diligat, & neq; in deū neq; in proximū peccat. Deū aut diligit, qui eius in omnibus mandatis obtemperat, qui coeleſtia ac diuina cogitat, querit & amat. Deus namq; nō niſi ſanctitatis & iuſtitiae & pietatis amator eſt. Hinc ille deū ueraciter diligit, qui non aliud q̄ quod deus amat & approbat operatur. Vide ergo q̄ iuſti, q̄ integri eñi debemus & ſancti. Etenim ſanctus deus populum ſuum ſanctum uult eſſe, atq; ab omni contagione iniquitatis & iniuſtitiae alienum. Talem eum eſſe uult, tam iuſtū, tam immaculatū & ſimplicē, ut in eo nihil inueniant infideles quod reprehendant, ſed quod admirentur & dicant: Beata gens cuius eſt dominus deus eius, populus quē elegit in hæreditatē ſibi. Tales eſſe conuenit dei cultores & ſeruos, manuetos, graues, prudentes, pios, irreprehēſibiles, immaculatos, ut q̄ quis eos uiderit, stupeat, admiretur & dicat: Vere hi homines dei ſunt. Ita ſe homo dei exhibere debet & agere, ut nemo ſit qui eum uidere non uelit, qui nō audire delectet. Nemo eum cum uiderit, non dei filium eſſe credat, ut deus in ſuis glorificetur ministris, deus eñi nihil à nobis magis deſiderat & requirit, quām ut per actus noſtrō ſumen ſuum magnificetur ab omnibus, ſicut ſcripturn eſt: Sacrificate ſacrificiū laudis. Hoc eſt eñi ſacrificiū quod deus ſuper oēs hoſtias quārū & diligit, ut per iuſtitię noſtre opera nomē ſuū laudetur, & deus uerus eſſe ſuorum operibus comprobetur. Illi ergo deum diligunt, qui non aliud q̄ unum de noſmen eius glorificetur exercent, nec eñi in aliquo per inobedientiam in honoraunt. Nā ſi quis totā lege impleuerit, offendat aut in uno, factus eſt omnī reus, ut Iacobus ait apolloſus. Quicunq; ergo iuſtitiae & misericordie opera non fecerit, non potest regnare cum Christo. Quiſquis non fuerit humanus, pius, hospitalis, benignus & clemens, gehennē nō euader ſupplicia. Quiſquis malefecerit, inimicus eſt dei: qui ſine dolo non fuerit, parte non potest habere cū Christo, quāl te eſſe oporteat. Apolloſū audi dicentē: Qui furabatur, iā non fureret, magis aut labore operando manibus ſuis, quod bonū eſt, ut habeat unde tribuat necessitatē patientibus. Omnis ſermo malus de ore uero ſuere procedat, ſed qui bonus eſt ad edificationē, ut de gratiā audienti. Etnolite contrariſ ſpiriſ sancti dei, in quo ſignati eſtis. Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blaſphemia tollat a uobis cū omni malitia. Eſtote aut inuicem benigni, miſericordes, donantes inuicē ſicut & deus in Christo donauit uobis. Impudicitia uero & omnis immūditia & auaritia nec nominetur in uobis, ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiq; aut ſcurritas, que ad rē nō pertinet, ſed magis gratiarū factio. Hoc eñi ſcitur, q̄ omnis impudicus aut immundus aut auarus, quod eſt idolorū ſeruitus, non habet partem in regno dei. Itaq; ille ſe iudicet Christianū, qui hęc præcepta custodit, qui ſanctus, humilis, pudicus & iuſtus eſt, qui in miſericordiā atq; iuſtitiā operibus conuerſatur. Hęc & multa ſimilia in præallegato libro ſcribit clarissime Auſtustinus. Ex quibus certissime innotescit, qualeme eſſe oporteat quemlibet Christianum, que idcirco nī iſto loco commemoro, ut euidentius eluēſcat, ad quale conuerſationem ſacerdotes atq; canonici, iñd & omnes qui ad ſpālēm ecclie ſtatū pertinēt, teneantur. Veruntamen de hoc unum adhuc formabo articulum.

Articulus III. Quām uirtuosa & exemplaris eſſe debeat uita cuiuslibet Christiani.

Sic

CONTRA PLVRALITATEM BENEFICIORVM.

417

Matt. 5

Philip. 4

1. Pet. 2

1. Pet. 3

Pſalm. 8

1. Corint. 10.

Sic lucent lux uestra coram hominibus, ut uideant bona opera uestra, & glorificant patrem uestrum qui in cœlis eſt. Locutus eſt Christus hęc uerba, quibus monſtratur omniſ Christi fidelem taliter conuersati debere, q̄ uitā ſua cedat ad dei hono rem proximorū p̄ a diſtationem, ut manifeſte ſi iuſtus, nec aliquem scandalizet. Hinc ad Philippeſes ſcribit Apoſtolus: Sitis ſyncerti & ſite offenſione. Modestia uestra no ſa ſit omnibus hominibus. Quecūq; ſunt uera, quæcūq; amabilita, quecūq; iuſta, quæcūq; ſancta, quecūq; bone famę, hęc cogitate, & deus pacis erit uobis. Proprieſea ſancti p̄fes Caſtianus & Climatius dicunt tam uirtuofam eſſe debere uitā Christianiorū, ut quicq; etiā inſidelis eos diligenter attenderit, ipſa ueritate & equitati euidentia uictus, fateri cogatur diuina ac ſanctam eſſe legem, que huuiſinodi precipit uitam. Vnde ad ſic conuerſandum Petrus apolloſus in prima ſua canonica omnes Christianoshortat, dicendo: Obſecro uos abſtinere uos a carnalibus deſiderijs, conuerſationem ueſtram inter gentes habentes hominam, ut in eo qđ derectat de uobis tanq; de malefactoribus, ex bonis operibus ueſtris uos conſiderantes, glorificant deū in die uiftationis. Hęc eſt eñi uolūtatis dei, ut beneſaciētes obmutateſce faciatis in imprudentiā hominū ignorantiā. Deniq; quales eſſe debeat uniuerſi Christiſideles, ipſe ſacratiſſimus apolloſorū princeps in præfa epiftola compendioſiſſime docet: Omnes, inq; eſtote unanimes, cōpatientes, fraternitatis amatores, miſericordes, modeſti, humiles, non redentes malū pro malo, ſed contraorio benedictētes, q̄a in hoc uocati eſtiſ. Eſtote prudentes, & uigilate in orationib⁹, ante orūia mutuant charitatem in uobis continuu habentes, & hospitale in uincem ſine murmuratione. Hinc aſſerit Auguſtinus: Ille uere eſt Christianus, qui omnibus miſericordiam facit, qui nulla omniū moue tur inuiria, qui alienum dolorem tanq; proprium ſentit, cuius mentam nullus pauper igno rat, qui coram hominibus ingloriū haberi non ueretur, ut coram deo & angelis gloriēt qui conuentit carnalia & terrena, ut poſit adipisci coeleſtia, qui opprimi paupereſ fe pre ſente non patitur, qui miſeris auxiliatur, atq; ad ſletum alienis ſletibus prouocatur: qui ſe ipſum animo ſe ſalubriter & mortificat, ut ſcdm euangelicam legem uiuat. Sičq; uolūtatem ſuam uolūtati diuine in cūctis ſubiicit & cōformat. Hor eſt qđ aſſerit Cyprianus: Tota uitā Christiani hominis, ſi ſcdm euangelii uiuat, crux eſt atq; martyriū. Hinc Gregorius loquut: O Christiani, delicatus eſt miles, ſi putat te poſſe ſine pugna uiincere, ſine cerramine triumphare. Fortiter dimicā, acriter contra hostes tuae ſalutis, propriam carnem, mūdū ac de mones pugna.

Articulus III. De perfectione & excellentia euangelice legis.

LEx domini immaſculata conuertens animas. De diuina ſe legem in legem æternā & diuinan, ac naturalem atq; humanam, hic tractare omitterit quia & breuitati nunc ſtudeo, & alibi (præſertim ſuper Lucam & Job) plura inde ſcripsi. Quāmuſ ergo (ſicut ibidem) lex euangelica non ſolū omnem legem humanam ac natu ralem, ſed legem quoq; Moſaicam in multis excedat. Primo, qđ ab ipſo dei unigenito filio uero utiq; deo immediate data atq; proposita eſt. Secundo, quoniam ſupernaturem felicitatem manifeſte promittit, & dona gratiae, quibus ad illam pertingatur confert, eō qđ ſacra menta gratiae contentura includat. Terrio, quoniam nullum peccatum admitit, inq; omne uitū puniendū testatur, uerū tamen in hoc clarissime demonstratur perfectio & eminentia nouae ſeu euangelice legis, qui per ſanctissime doceſt ac iubet interiores anime uires refor marī, carumq; affectiones & actus rectificari, ut ſcilect omne bonum creatū, commutabile ac caducum, ad ſummum & inuariabile bonum finaliter ordinetur: ſicq; corporalia ad ſpiritualia, terrena ac temporalia ad æternā atq; coeleſtia referantur, inq; (ut breuiter tanq;) omne creatū ad ſupergloriosissimum creatoris amorem, gloriam & honorem totaliter or dinet. Porro finis eſt mensura, ratio ac regula eoz qui ordinantur in ipsum. Idcirco Christiano non licet de bonis temporalibus, corporalibus & terrenis plus appetere, quātū aut amare, adipisci, poſſideret uel retinere, quām licet aut expedit anima ſuā in ordine ad ultimū finem, uidelicet ad obtinendū felicitatem æternam in patria, ad proficiendū in gratia in hac uia. Si ergo ad corporalia & terrena quistantū afficiatur, aut tanta de eis acquire re molitur, ſeu tanta de eis in uſum ſuū accipiat uel ſibi retineat, ut per hoc ad complacendum, obſequendum, perfruendum p̄ deo in habitetur aut impediatur, inordinate ſe habet & peccat, nec media debite refert ad finem. Vnde nec de alimentis, neq; de uerſimentis & ceteris temporalibus rebus, plus aut alter qđ optandū ſue ſumendū eſt, q̄ neceſſitas corporis exigit, aut utilitas mentis permittit. Quo patet, ad quām temperatam ac ſobriam ui

Cœ ſuū

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI

1. Timo. 5

ram Christianus quilibet obligatur. Propter quod dixit Apostolus: Habentes uictum & quibus tegamur, his contenti sumus. Et auaritia inordinatus temporalium diuiciarum ap- petitus esse describitur.

Articulus V. Ad qualem conuersationem teneantur canonici.

Eph. 4

*Exod. 20.
Deut. 5.
Matt. 22.
Mark. 12.*

*10. 1. disc. cora-
tia more.*

*De ui. & ho-
de c. clericis*

Ibidem.

Ibidem.

*c. à capula
de ui. & ho-
de. Et 4.4. d.
c. clouina. &
c. nō licet.*

*De ui. & ho-
de. & cl. cler.*

O Bsecro nos in domino, ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia & supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare unitatem spiritus in vinculo pacis. Quamuis Christus in euangelio multa praecepta atq[ue] consilia tradat, uniuersa tamen euangelicae legis consilia & praecepta, certum est ordinari ad completam obseruationem seu perfectam ad impletionem praecepti dilectionis diuinæ, quo dicitur: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota uirtute. Quamuis enim ad huius praecepti custodiā omnes Christiani teneantur, non tamē & qualiter: Sed quo aliqui fuerint in altiori ecclesiæ gradu, statu, ordine seu officio constituti, eo praeceptum istud plenius adimplere tenentur, obseruando ordinationes, canones seu statuta eis specialiter ultra ea, gelicam legem condita & præfixa, ut per hoc in dei amore amplius crescant. Quoniam ergo canonici ad spiritualiē ecclesiæ pertinent statum, & diuino obsequio singulariter deputantur, atq[ue] in choro quotidie diuino astant confpectui, creatoris sui laudibus mancipantur, sanctissimi patres ac summi pontifices ipsiſ canonis quædam specialia præcepta atq[ue] statuta ediderunt ac præcepérunt, ut uulgo ac laicis & secularibus hominibus uitioſ ſuſ conuerſentur, diuinaq[ue] maiestatis digniti miniftri exiftant. Hinc ait Bonauentura: Quoniam nō oſt signaculum diuinitutis & ſequestratum à populo, ut quis diuino cultu ſit totaliter mancipatus, ideo ordines præcedit diuinitio quædam in tonsura atque corona, per quam temporalium & carnalium appetituum reſecatio designatur, & metis eleuatio ad æternam, ut totus ostendatur clericus esse ad diuinum obsequium deputatus. Deniq[ue] in Summa Pifana habetur: Clericus debet deferre rafuram in modum coronæ ſupra, & tonsuram capillorum ab infra. Cuius rationem aſſerit Thomas super quartum ſententiā, quia corona est ſignum regis & perfectionis, cum ſit circularis. Illi autem qui ministerijs applicantur diuiniſ, adipiſcuntur regiam dignitatem, & debent eſſe perfeci. Competitq[ue] eis subtractio capillorum ex parte superiori, ad designandum quod mense orum per temporalium occupationes à contemplatione diuinorum recordari non debet. Et ex parte inferiori per tonsuram, ne eorum ſenſus temporalibus inuoluantur. Prætereſ, ſicut in eadem Summa habetur: Clericus ſive canonicus dupliſ ornamento debet eſſe ornatus, uidelicet in interiori decore uitriatum & exteriori, qui præcipue conſiſit in quatuor. Primo, in inceſu, ut non currendo, ſed moderato & æquali gressu clerici incedat, ſicut per hoc maturitatem & æqualitatem iudicentur. Oculos quoq[ue] & linguam cunctaq[ue] membra debens ſub freno caſtitatis & modestiæ coerere. Secundo, conſiſit in habitu, ut non defert uelles inciſas & ligulatas, nec uari coloris, nec ruberas, nec uitrides, nec nimis longas aut breues, nec de ſerico, ſed de laha, & non nimis pretioſas. Tertio in cibo. Quartio in potu, ut in utroq[ue] temperantia obſerueretur, quemadmodum & diſtinctiōne quadrageſe maquarta habetur: In conuiuo canoniconum & ſacerdotum ſex ſunt præcipue obſeruanda, ut ſcilicet uita abſentium per detractionem non mordeatur, ut preſentes non irrideantur, ut uana & ſecularia non reciſentur, ut uerba ſacrae lectionis ibi legantur & audiatur, ut cibas a potu non nifi ad ſuſtentationem ſumantur, & ut in principio benedicantur, ac que in fine laudes domino referantur. De his atq[ue] ſimilibus multa in Raymundo & in ſu- ma Durandi, Summaq[ue] Confessorum leguntur. Postremo, in principio terciū Decretalium titulo de uita & honestate clericorum, de hac materia inter cetera fertur: Ut clericorum (id est canoniconum) mores & actus in melius reformentur, continenter & caste uiuere ſudent uniuersi, præferunt in ſacris ordinibus conſtituti, ab omni libidinis uitio preſcauen- tes, quatenus in conſpectu omnipotētis dei puro corde & caſto corpore ualeat ministrare. Ne yō facilitas ueniat incentiuū tribuat delinquendi, ſtatuitur ut qui deprehensi ſuerint incontinentie uitio laborare, prout magis aut minus peccauerint, puniantur ſed in canonicas ſanctiones, quas efficacius & diuinitius præcipimus obſeruari, ut quos diuinus timor à malo non reuocat, temporalis ſaltē penā coerceat à peccato, uidelicet ut ab officio ſu- pendantur, & ecclesiasticis priuentur beneficijs. Bona clericos ueniant in communī & in una domo uescantur, atq[ue] ſub uno teſto dormiant & quiescant. Clerici arma portantes & uifurarij

CONTRA PLVRALITATEM BENEFICIORVM.

48

tura, præsentim cū gratia sicuti terrenorum extinguat, Augustino dicente: Qui biberit de fluviis paradisi, cuius gutta una major est tunc oceano, restat ut in eo extincta sit sitis mundi. Præterea, deus consulit summam paupertatem: non ergo est uerisimile q[uod] gratia eius consular contrariū, scilicet temporalium multiplicationem, qua in pluralitate beneficiorum quæ riui detur. Infuper, pluraliter beneficiati in fine uitæ suæ non audent retinere multitudinem beneficiorum suorum: nō ergo gratia dei instigavit eos ad illa. Et si gratia amoreq[ue] dei possederunt ea, desiderare debent ut in tali statu à domino inueniatur, quatenus dignam ab eo mercedem recipiant: & si unctio gratiæ tempore sanitatis docuit eos beneficia esse multiplicanda, ipsa in statu infirmitatis cum maior est ars deuotior, non permitte eos de hoc dubitare. Amplius, Augustinus fatetur: Fidem ueraciter non habet, qui in his miseriis diues fieri cupit. Charitas quoq[ue] cum sit dignis, non redit deorsum: & cū super omnia amet deum, nō desiderat multitudinem terrenorum, quibus eam amittat, uel ab eius uacatione impeditur. Vnde afferit Augustinus: Otiuum sanctū querit charitas ueritatis. Et rursus: Videtur mihi animus pluribus actionibus occupatus, deo evacuari quodāmodo. Non est ergo uerisimile, quod charitas quempiam moueat ad plura beneficia appetenda, in quibus tanta inquietudo est, & temporalia commoda requiriuntur. Adhuc autem, charitas diligenter genit[us] de super milia auræ & argenti. Non ergo confundit multiplicationem temporalium, que requirit multitudinem actionum impedientem à studio sapientiae, de qua in Ecclesiastico scriptum est: Quia minoratur actu, percipiet eam. Et iterū sapientiam scribe in tempore uacuitatis. Patet ergo q[uod] principium operationis prædictæ sit uitium, q[uod] illicitum sit unum hominum habere plura beneficia talia, quod satis est uidens, si considerentur causa propter quas aliqui credunt id sibi licere. Alij nancij hoc licitum credit, quoniam beneficialia la bene expendant: alij, quia nobilitas alij, quia uicarium ponunt alij, quoniam administratio in temporalium utiles sunt, uel propter suam sapientiam sive potentiam. Contra primos dicimus, q[uod] non sufficit medico bene expendere ea quæ sibi dantur ab æstro, & eius curæ nullam habere. Sic clericο habent plura beneficia non sufficit ea bene expēdere, nisi faciat officia illis annexa. Contra illos qui dicunt se posse habere plura ecclesiastica beneficia, quia uicarios ponunt, dicimus q[uod] eadem ratione unus laicus seu etiam mulier posset habere decē beneficia, quia posset decē uicarios ponere. Præterea, ridiculum est, matrimonii contrahere sp[iritu]e ponendi uicarium, ita & de susceptione beneficij ut ponatur uicarius. Præterea, quæ rimus de illo uicario, ut pastor sit an mercenarius. Si mercenarius, ergo & latro est, cum querat propria commoda, non profectum salutemq[ue] ouiri. Cum ergo quis dicit, Benne possum habere hoc beneficium, quia ponam ibi uicarium, pene idem est ac si dicat, possum illud bene habere, quia ponam latronem qui furetur & mactet & perdat. Si uero est pastor per adimplitionē pastoralis officii, quæ ratio est ut tu habeas duas eccl[esi]as, ipse nullam. Nonne tibi Iohannes (hoc est, gratia dei, uel is in quo est gratia dei) dicit, Non licet tibi habere uxorem fratri tui? Itē q[uod] Qui habet duas tunicas, det non habent. Præterea quæ rimus à tali, quia uicarius ille sit minus bonus, uel aequo bonus, uel melior quam ipse. Similiter bonus, tunc naturalis ratio dicit quod nō est recipiēdus neg[lig]e ponendus pro eo. Optarius enim in uineam alicuius conductus, non potest uicariū minus bonum ponere. Si vero aequo bonus est uel melior, quæ causa est, q[uod] iste habeat duo beneficia, & ille nullū. Denique dicit Apostolus: Qui non laborat, non manducet. Quo iure ergo pascitur quis de beneficio, ubi non laborauit? Ordinavit deus, ut q[uod] seminat spiritualia, metat & carnalia. Qua igitur ratione pauper uicarius sp[iritu]alia feminabit, & alias carnalia metet? Cum domin[u]s dicat, Quos deus coniuxit, homo non separat, quo iure denarius ille, quem subditus offert pauperi uicario sibi sp[iritu]alia feminant, accipietur à patrono forsan male uiuente? Et si quo ad forū contentiofum ius sibi uideatur habere, tamen quo ad iudicium sacrae scripturae, rapportor est, usurpans sibi alterum eorum quæ à deo coniuncta sunt sine reliquo, id est, mercedem sine labore: in modo etiam homicida reputatur, & respectu mercenarij quem defraudat, & respectu pauperum subditorum quorum sudorem māducat, iuxta illud in Ecclesiastico scriptū: Qui fraudem facit mercenario, & qui effundit sanguinem fratres sunt. Extrusus: Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. Ultimo dicim⁹, quod illi qui uicarium ponunt sola cupiditate lucri seruentem, taliter faciunt matrī sua eccl[esi]a, ac si quis matrī sua carnali pedem uerum & carneum tolleret, & loco eius pedem lignum substitueret. Contra illos qui dicunt se posse plura beneficia habere, quia sunt nobiles, dicimus, quod si filii dei sunt ars eccl[esi]æ uiles, excedere mensuram suæ nobilitatis non

CONTRA PLURALITATEM BENEFICIORVM.

423

non debent: & forsitan iustum est ut de beneficijs eccl[esi]asticis præ cæteris accipient, si ei potest absque iactura animarum, ut scilicet quilibet talis aliquid beneficium pinguis, consequatur, quo se iuxta exigentiam sui status sustinet. Sed si filii diaboli sunt, quæ ratione de bonis domini præ cæteris accipient? Nunquid debet nobilitas filiorum diabolū honorari? Similiter, si uitiles sunt eccl[esi]æ dei, aut prævio exemplo nocui, non uidetur iustum quod præ cæteris comodum habeant ab eccl[esi]a, quia eccl[esi]a, communum non habet ex eis. Deus quoque in eccl[esi]a non uult habere, qui multum ei constent eccl[esi]æ, & nihil profint. Similiter, si aliquis non est contentus illis, quibus contentus esset clericus non esset, & cum paterna hæreditate ex hac re datus sit, super hiortamen uult esse, quam frater suus qui hæres est, non uidetur iustum esse, ut dominus eius superbiam p[ro]sciat. Contra illos qui credunt se posse multa beneficia habere, quoniam sapientes sunt siue potentes quo ad seculum, dicimus quod cupiditas & avaritia docet eos in hac parte. In dolosa nanque statuta cupiditatibus nihil ponderat spiritualia, sed solu[m] temporalia, sic ut Bernardus dicit de avaris prælatis: Optimi estimatores rerum, qui de maximis minimis, & de minimis maximam curam gerant. Deinde ostendit potest non solu[m] quod mālum sit plura beneficia habere, sed etiam quod nulli cæco debeat hoc in dubitationem ue[n]ire. Certum est enim, quod nullus sit princeps secularis, in cuius curia liceat eum qui non habet nisi unum equum, auenam querere pro duobus. Non est armiger tam simplex qui dubitet inde. Cur ergo in curia dei, id est, in eccl[esi]a, in qua tot sunt qui de auena eccl[esi]æ non possunt habere ad necessitatem, lictum sit aliquem qui non habet nisi unum equum, id est, unum corpus, auenam habere ad plures sequos? Quomodo dubium est inter literatos, quod certum est inter armigeros? Nonne bene per Isaiam dicitur: Quis cæc[u]s nisi seruus dominii? Et si lictum est aliquem habere plura talia beneficia, tamen non expediret. Vnde ait Apostolus: Omnia mihi licent, sed non omnia expediū. Licebat Apostolo sumptus sumere à subditis, sed non expediēbat: quia pseudopostoli inde sumpserint occasionem quæreādi atque lucrandi. Sic quamus liceret alicui uiro discreto & honesto habere plura talia beneficia, tamen quia amatores temporalium acciperent inde exemplum cupiditatis & avaritiae, nō expedit: sicut comedere idolothytum licet uiro discreto, qui illud non comedit in ueneratione idoli, tamen coram p[ro]filiis qui inde scandalizaretur, illud nō licet. Hinc ait beatus Bernardus: Spiritualis homo omne opus suum tria consideratione præuenit: Primo an liceat, deinde an deceat, postremo an expedit. Lictum dicitur aliqd in respectu ad dei prohibitionem, decens in respectu ad conditionem personæ, expediens uero in respectu ad proximi offendionem. Considerare ergo debet uir sapiens, an illud quod facturus est, liceat, id est, à deo non sit prohibitum: deinde an deceat suam personā, quia aliqd decet unum q[uod] non alium: præcipue uero in literatis uiris, qui debent spiritualiter esse oculis eccl[esi]æ, indecens est terrenitas & macula cupiditatis & avaritiae. A talibus nanque præcipue sumunt exemplum, & ad eos specialiter pertinet illud apostolū: ab ornatis, specie mala abstinenti uos. Et iterum: Prudentes bona non tantum coram deo, sed etiam Rom. 12, coram omnibus hominibus. Itaque ad istos auaros pluraliter beneficiatos pertinet maledictio illa dei, quam exprimit Isaias: Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis. Denique, sicut non est innocens, sed criminosis qui mutat matrem suam carnalem, sic nec qui matrem mutat spiritualem, puta eccl[esi]am, faciendo ut habeat unum membrum minus quam debet habere. Quid ergo de illis, qui quatuor aut quinque, aut certe plura beneficia habent? Si quis dicat, quod licet eccl[esi]a non habet omnia membra quantum ad substantiam, tamen haber omnia quo ad officia, unus enim habet officium plurimum. Respondemus, quod licet in monoculo unus oculus supplet officium duorum, non tamen tantum ualeat habere unum ut duos; nec bene seruiret matrī sua carnali, qui procuraret ut loco duorum oculorum unum duntaxat habet. Præterea confat, quod s[ecundu]m s[ic] in istis unus non implet officium duorum aut plurimum, & frequenter nec solvere ualeat, ut satis probatum est. Amplius, ex ista beneficiorum pluralitate prouenit monstrofitas atque confusio magna in deo eccl[esi]ia, ut puta quod diuersæ eccl[esi]æ habent eundem oculum, cum tamen sit inauditum, diuersa corpora idem membrum habere. Item, q[uod] oculus unius eccl[esi]æ est os in alia eccl[esi]a: quia archidiacoq[ue] in una, est cantor in alia. Adhuc autem, peccatum seu pluralitas ista, introducit quodammodo in eccl[esi]a dei h[abitu]m Sabellij, dicentis eundem esse patrem & filium, contra quem afferit Augustinus, hoc nusquam inueniri, ut eadē persona sit pater & filius respectu eiusdem. Sed hoc uult facere in

Ddd pie.

I. Cor. 10.

I. Thess. 5.

Rom. 12.

I. Thess. 5.

pietas ista. Accidit enim ut duo sint decani in duabus ecclesiis, & uterque sit canonicus in utraq. Si ergo uterque est pater & filius respectu utriusq. Præterea peccatum hoc agit, ut ea dem arbor simul & semel in diversis hortis plantata sit. Sed non uult deus arborem aliquam in horto suo esse absq; fructu, unde & de infrafructuosa sit ficulnea: Siccide eam, ut quid etiam terram occupat? Vnde uidetur quod in utroque horto fructum facere debet arbor talis, & quod sic duplex officium dicere debet qui duplex beneficium sufficiens habet. Quia enim ratione pro primo beneficio ad unum officium obligatur, eadem ratione pro secundo ad secundum. Denique, talis multiplicatio beneficiorum circa candom personam, frequenter generat illa persona apostema superbie, sicut in corpore humano nimia collectio humorum circa aliquod membrum, solet ibi apostema cauare. Superbia autem est similiis apostemati illi quod uocatur, Noli me tangere, quia superbus sustinere non uult quod eius uita arguantur. Iste quoque pluraliter beneficis se redditum ita inflati, quod de magnitudine huius periculi infiniti nec admoneri uolunt, nec increpari. Sed & insipientissime agunt, eo quod supra suam uirtutem se onerent ac spendeant ac ob ligent, præfertim quoniam ratione unius competentis beneficij ad tanta ac talia se astrin gant, ut satis ad agendum videantur habere, cum ad persolutionem eorum ad qua ratione unius beneficij tenentur, potissimum si curam habeat animarum, uix sufficient: imo & in quantum unusquisque simplex canonicus, ad satis multa & cardua obligatur, ut ex predictis probatur. Itaque isti sic pluraliter beneficati, multis defraudant: rime deumilio honore atq; obsequio, secundo ecclesiam suis membris, tertio pauperes clericos, & forsan eis uirtuosiores, qui habere deberent beneficia quæ ipsi superflue habent: quarto uicarium, cum habeat laborem, & ipsi mercede: quinto subditos, à quibus metunt corporalia, cum non seminent eis spiritualia. Hæc & multa alia similia contra pluralitatem beneficiorum, in predicta Summa terribiliter conscribuntur. sed breuitati studens alia nunc omittit, præfertim quia uolenti acquiescere ista reor sufficere, & ne prolixitas tardia patiat.

Sapientia tua & scientia tua deceperunt te. Quanto quis minus de seipso præsumit, sibi ipsi confidit, proprio ingenio, potestati aut sapientiae meritis ue ininititur, tanto plus diuinitus adiuuari & illuminari aptus est atque meretur. Ideo Salomon dixit: Cum simplicibus est sermocinatio dei. Apostolus quoque fatetur: Infirma & abiecta & stulta mundi elegit deus, ut confundat sapientes. Et iterum: Nolite (inquit) prudentes esse apud uosmet ipsos. Itaque qui de sua scientia intrumescunt, qui se alii scire omniam melius arbitrantur, iusto dei iudicio relinquentur, & ex carcari ac perire iustissime permittuntur. Tales ergo a sua sapientia scientiae falluntur, eo sensu quo ait apostolus Scientia inflat. Nullus ergo in suo sensu fit pertinax, nemo dicta solennium paruipendat doctorum. Et nonne utique in ista materia de pluralitate beneficiorum potius standum est determinatio religiosorum atque sanctorum doctorum, qui purissimo ueritatis zelo locuti sunt, propria commoda non alspicientes, nec aliquod beneficium habentes aut cipientes, quem tamen etiam ad episcopatus promoueri potuisserint, quam quorundam pluraliter beneficiatorum, secularium uero doctorum? Nunc ergo introducuntur sunt dicta Vlrici, qui & ipse doctor fuit ordinis Predicatorum, & a doctoribus ualde laudatur, qui in Summa sua sic ait: Dubitandum non est, quin haeredes CHRISTI (hoc est, clerici qui possident patrimonium crucifixi) teneant soluere res illas residuas quibus debentur, id est, pauperibus, quorum sunt res eadem quæ superfluent, secundum illud ius quod dominus clericis dedit in talibus rebus, cum dicit: Dignus enim est mercenarius seu operarius mercede sua. Hoc autem ius est, ut dicit Augustinus, quod possidente ea quæ eis sufficiunt, id est, quae pertinent ad utilitatem, non ad superfluitatem. Hæc autem sufficientia est limitanda secundum personam debilitatem seu indigentiam, & secundum condecentiam sui status, ratione scientiae uel generis suis officijs. Quod autem haec eis debetur, probat apostolus ad Corinthios rationibus multis, dicendo: Quis militat suis stipendijs unquam? Quum ergo ea quæ sibi superflunt, clerici thesaurizant uel in illicitis usus expendunt, sicut qui ditant parentes seu cognatos aut amicos suos, nec sunt contenti eis subuenire in necessitate naturæ ipsorum, & qui in delicijs consumunt, dando meretricibus & effunden do pecuniam in splendidis epulis, sunt quæ de numero principum, qui mane comedunt ad

ad luxuriam, non ad necessitatem: & qui gloriam seculi magnificis sumptibus sibi parant, dando histrioibus, aut comparando sibi amicitiam diuitum & potentum, superfluumq; caternam familie & clientum multiplicando, quos pretiosis uestibus frequenter secum innouant, aut magnas & difficiorum fabricas erigunt, atque in consimilibus alijs sunt prodigi de patrimonio crucifixi, non solum peccant in hoc uito prodigalitatis, sicut quilibet peccat qui abutitur ad usum diuinitus sibi concessis, sed multum agrauat suam culpam, quia subtrahunt res illas quibus de bentur, id est, pauperibus. Et hoc peccatum uocat gloriosum Hieronymus rapinam excedentem omnem crudelitatem praedonum, uocat quoque hoc factilegum, Augustinus uero homicidium, dicens: Qui rem a domino pauperibus relegatam, suis usibus immoderate reseruat, tantorum homicidiorum est reus, quanti pauperes in locis ubi habitat, fame mortui fuerint. Tenentur igitur isti ad omnium talium restitutionem, quæ facienda est illis quibus res ecclesiæ debentur, id est, pauperibus eiusdem loci. Et si habent bona patrimonialia, uel alia aliunde quam per ecclesiæ acquisitione, de ipsis tenentur restitutionem hanc facere. Nec suffici quod hanc faciant de fructibus ecclesiæ, qui usibus suis superflunt, cum etiam absque huiusmodi debito res illæ pauperibus debeat. si uero nil habent preter redditus ecclesiasticos, utantur eisdem partibus: & de his quæ poterant licite suis usibus applicare, eleemosynas faciant largiores. Nec solum ipsi qui dant, sed etiam qui male receperunt, res ecclesiæ, ad restitutionem tenentur, cum alterat Augustinus: si quæ nobis sufficiunt possidemus priuatim, non sunt illa nostra, sed pauperum, quorum procriptionem quodammodo gerimus, sed proprietatem nobis usurpatione damnabili uendicamus. Porro focarie & alia turpes personæ, si de bonis ecclesiæ ditatae aut pastore sunt, in predicto casu tenentur ad restitutionem, nisi causa eleemosynæ fuerit eis datum cum indigerent: non tamen restituent ei qui turpiter dedit, quia puniendus est in eo in quo deliquit. Sed in utilitate ecclesiæ conuertetur, uel eius qui turpiter dedit successori ecclesiastico restitue tur, uel eiusdem loci pauperibus dan dum est, si satis abundet ecclesia: quod melius credo, quoniam super necessaria res ecclesiæ debentur pauperibus. Consanguinei autem res ecclesiæ sibi datas non propter sustentandam naturam, quod licet, si indigent, sed ut ditentur ultra exigentiam sui statutus, potentes quoque ac diuites res ecclesiæ sibi collatas propter fauorem pompaque seculi, & non propter aliquam rationem licitum uel honestum, uel quas extorserunt per fraudes aut iniurias, aut per quamcumque indebitum opportunetatem uel uolentiam, tenentur restituere ei qui dedit, si uiuunt uel eius successor, si defecit. Denique, cum iuxta doctrinam apostoli, redditus ecclesiæ sint stipendia militantium, fructus uinitorum, cibus pastorum, panulum boum triturantium, patet quod qui debitum sibi officium non implerit, sed in otio & voluptatibus atque lasciuia uitam agunt, nihil iuri habent in rebus ecclesiæ, sed ipsas percipiendo ecclesiæ spoliant, & tenentur ad restitutionem omnium perceptorum. Quamvis autem iura in dixerunt clericis residentiam personalem in beneficj suis, ut patet extra de clericis non residentibus per totum, tamen in multis casibus permittunt absentiam eorum per perpetuo uel ad tempus, propter rationabiles causas. Præterea uere committunt furrum & rapinam in rebus ecclesiæ clerici, quando in casu non concessio absque iusta dispensatione percipiunt fructus plurium beneficiorum. Vnde de Electo Rothomagensi dicitur extra de electione: Cum in concilio sit constitutum, quod quicunque recipit aliquod beneficium, curam animarum habens annexum, si prius tale beneficium obtinebat, eo sit ipso iure priuatus: & si forte illud retinere contendit, etiam secundo spolieatur. Predictus electus contra statuta huiusmodi ueniens, & retinendo quæ non spectabant ad ipsum, rem per consequens contrectauit alienam, furrum commisit quodammodo & rapinam. Idem etiam est de personatibus non habentibus curam animarum. Personatus autem uocantur, praæcentoria, decanatus, praæpositura, & dignitates his superioris: quia (ut ait Boethius) persona est suppositum distinctum proprietate pertinente ad dignitatem. Vnde patet, quod tales tenentur ad restitutionem omnium fructuum sic perceptorum, & debent ecclesiæ restituere cui subtraxerunt. Et quamvis Innocentius hoc statutum in concilio sanxiuerit, tamen ante eum fuit a Gregorio institutum, qui dixit: Singula ecclesiastici uariis beneficis, singulis quibusque personis committi iubemus. Et rationem assignat: Sicut enim uarietas membrorum per diversa officia & robur corporis ferunt, & pulchritudinem tu

Cant. 6.

1. Cor. 12:

Adu. 2.

Adu. 2.

Roma. 19:

tudinem repräsentat, ita uarietas personarum per diuersa officia distributa, & fortitudinem & uenustatem sanctæ ecclesiæ manifestat. Fortitudinem quidem, quia per hoc fit terribilis ut castrorum acies ordinata. Quam fortitudinem exemplis ostendit gloriofus Hieronymus, ad Ruficum dicens: In apibus princeps unus est, grues unam sequuntur; imperator unus est. Roma condita duos fratres reges habere non potuit. Singuli sic sint ecclesiarum episcopi, singuli archiepiscopi, singuli archidiaconi. Venustas uero constituit in hoc, quod per dispositionem ordinis reducitur ad formam unius universi, à qua vocatur ecclesia catholica seu universalis, in qua forma constitut etiam decor totius mundi. Hæc ergo ratio fundatur super illud Apostoli ad Corinthios: Nam & corpus non est unū membris, sed multa. Et ideo non potest statutum hoc mutari ex sola uoluntate superioris, ut ea quæ ex sola positione obligant, sed oportet ut sit ratio iusta, in qua non expedit seruari ipsum, cum sit apostolicum & morale statutum, super ius naturale fundatum. Vnde ubi ei ratio legitimæ necessitatib[us] uel patentis utilitatis obuiat, ibi intentio statuentis seruanda est potius quam uerbæ & ideo, ab hoc statuto receditur quandoque de iure communi, quandoque ex necessitate, quandoque ex dispensatione, sicut in sequenti dicitur articulo. Itaque si absque rationabilis causa aliqui concedantur plura beneficia, non uera dispensatio, sed crudelis dissipatio secundum Bernardum est. Et ideo ualeat quidem, quantum ad id quod est de iure positivo, scilicet quod non committit furtum percipiendo fructum beneficiorum illorum, & hoc in foro contentioloſe quantum ad id quod est de iure diuino ac naturali, nihil ualeat, nec à damnatione excusat, sed potius dispensans eidem damnationi inuoluitur cum eo cum quo dispensisat. Dispensationem autem hanc in personatisibus beneficiis que curatis, Innocentius fedi apostolicæ reseruauit, ut pater extra de præbendis, ideo inferiores dispensare in his casibus non possunt, licet aliqui contradicant. Postremo, in ecclesia primitiva omnia fuerunt omnibus communia, quia in omnibus fuit apostolica perfectio. Ex personis nanque illius primitivæ ecclesiæ ex Iudeis collectæ, instituendi erant gentium doctores, ideo oportuit illos sine temporalium sollicitudine esse quietos. Vnde ait Melchiades Papa: Futuram ecclesiam in gentibus præuidebant apostoli, ideo prædia Iudei conuersi non sunt adepti, sed tantum pretia ad fouendos genos. Postquam autem multitudo gentium subintrauit, cum non omnes caperent hoc uerbum confilii per fectionis, licuit Christianis habere proprium sed tamen adhuc permanit perfectio apud illos, qui apostolica dignitatis participes erant, ut sunt presbyteri, alioq[ue] pralati ac clericis suis canonici. Et hæc consuetudo pro iure in posteros est deducta. Vnde dicit Clemens Papa in epistola quartâ: Dulcissimus fratibus Hierofolymus cum charissimo fratre nostro Iacobo & coëpiscopo habitantibus, Clemens episcopus Communis uita est omnibus necessaria, & maxime his qui uitam apostolorum discipulorum q[uod] eorum imitari uoluerint. Hieronymus quoque in epistola de duobus generibus hominum: Duo sunt (inquit) genitachristianorum: Vnum quod mancipatum est diuino obsequio & cōtemplationi & orationi, quod ab omni stritipu rerum temporalium cōuenient abstinere, ut sunt clerici, qui, ut & ueritati contenti, nullam inter se proprietatem habentes, omnia debet habere communia. Aliud uero est genus Christianorum, scilicet laicorum. Laos & enim Graece, Latine populus dicitur. His licet temperate aliquid possidere. Postmodum uero cum necessitas status communis ecclesiæ, & multorum lapsi hoc requireret, etiam clericis concilium est habere propria, prædicta inhibitione reuocata. Ex his dicit Vlrici ostendit, quām pernicioſissima sit beneficiorum pluralitas, quando & id quod de uno beneficio ſu perflue expenditur, tam diſtrictè restitui iubetur.

Articulus XIII. De quinque casibus in quibus licet uni habere plura beneficia.

Quae à deo sunt, ordinata sunt. Quum deus sit supersapientissimus autor, omnia ordinate producit. Et quae secundum uoluntatem eius aguntur, rationaliter fiunt. Itaque Raymundus cæteri que doctores assignant quinque casus, in quibus una persona potest de iure communi habere duas uel tres uel plures ecclesiæ seu præbendas. Primus est, quando ecclesiæ sunt in redditibus tam tenues, quod una non sufficit ad competentem sustentationem personæ, ita quod totidem potest habere ut sufficiat ei ad uictum. Secundus est, quando una dependet ex altera. Tertius est, propter raritatem paucitatem que clericorum. Quartus est, si ecclesia sit annexa præbenda uel dignitati. Quintus est, si habeat unam intitulatam, & aliam ex iusta causa

com

commendatam ad tempus, donec cesse talis causa, scilicet donec inueniatur persona idonea, si propter eius defectum sive ecclesia commitedata. Statuit quoq[ue] Gregorius decimus in concilio Lugdunensi, tamē commendationem ultra spatiū sex mensem non durare. Et idem de præbendis est dicendum. Circa hoc queritur, an extra hos casus liceat unius secundum deum & conscientiam beneficia plura habere, quoq[ue] quodlibet sufficiat pro competenti sustentatione personæ. Circa quod aliqui dicunt, quod circa sublimes & literatas personas, quæ majoribus sunt beneficij honorandæ, cum ratio postulauerit, per sedē apostolicam poterit dispensari, ut scilicet iuxta conditam sui status possint se gerere, atq[ue] præ cæteris inferioribus honestius uiuere, & hospitalitatem seruare, ac elemosynas erogare. Sed his obuiaria uidetur, quod extra hos casus non inuenitur rationabilis causa dispensandi contra Decretales p[re]allegatas, hoc clarissime prohibentes. Nempe extra hos casus non est urgens necessitas, ut unus plura huiusmodi beneficia habeat, nec utilitas est ad hoc inducens extra hos casus, immo multæ inutilitates inde sequuntur superius tactæ: quia dum cum majoribus dispensatur, minores atq[ue] pusilli multipliciter scandalizantur, exemplo maiorū ad plura beneficia impetranda seu retinenda se animantes ac defendentes. Ex tali quoq[ue] multiplicatione beneficiorum circa eundem, sequitur inconveniens superius ex dictis sancti Thomæ & Gulielmi Parisiensis inducta, utputa inæqualitas distributionis beneficiorum, ita quod aliqui clerici nullum possunt acquirere, alij uero nimis abundant. Item minoratio ministrorum ecclesiæ seu mutatio eius, & diminutio ecclesiastico rum officiorum ac cultus diuinorum, defraudatio uoluntatum testatorum, qui ecclesiasticos reditus contulerunt: sed & animæ defunctorum debitis spoliavit sufragij, & multa similia in de inconvenientia consequuntur nec inueniuntur extra hos casus cause honestantes hoc, quod est beneficia plura habere, ita ut prætactæ defortmitates tollantur ac licitæ stantim & pulchritudo & ordo atq[ue] totalitas mystici corporis ecclesiæ, per hoc partim auferuntur ac impediuntur, prout pausoante ex verbis Gregorij Pape probauit Vlricus, sic quod etiam contra ius naturale peccatur, contra quod nec à summo pontifice potest dispensari. Præterea, secundum beatum Hieronymum, ad uitandum scandalum pusillorum, uitandum seu omitendum est quicquid salua triplici ueritate uitari omitti, ne potest, uide licet uite, doctrina, iustitia, & qui aliter scandalizat pusillos, subiaceat sententia CHRI-
STI, qui ait: Ve homini illi per quem scandalum uenit. Itemq[ue], Expedit ei ut suspensus mola sinuaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Imo quo alius majoris est literaturæ, altiorisq[ue] gradus seu nobilitatis præclarioris, tanto amplius exemplaris cōsistere, pusillorumq[ue] scandalia uitare tenetur, dum potest salua hac triplici ueritate, si ex hoc quod quis quantumcumque sit literatus aut nobilis, unicō competenti beneficio contentatur, nulla oritur iactura siue offensio contra hanc triplicem ueritatem, aut contra aliquam earum, sed potius in hoc ueritatis hæ tres seruantur ac honorantur, cum sit iustum & dictis sanctorum consonum, aliorumque a dicitatuum. Insuper, iam ad oculum pater, quanta abusio, iniustitia, pueritas sit in ecclesia ex hoc, quod extra prædictos casus unius permittit plura beneficia obtinere ac possidere. Idcirco ad tantum eradicacionem, excellentes personæ deberent uerbo & exemplo præcipue laborare. At uero hospitalitas tem seruare & elemosynas erogare, non est sufficiens causa habendi huiusmodi beneficia plura, cum ex hoc aliunde proueniant multa inconvenientia grauiora, sicut ostensum est. Deus quoq[ue] non exigit ab aliquo hospitalitatem & elemosynam largitionem ultra uires ipsius, seu ultra id quod sibi de uno competenti beneficio superest. Postremo, est alijs atque conuenientior modus prouidendi personis magnis & literatis de beneficij sufficienibus ad uiuendum decenter, quam ut plura beneficia habeant. Sunt enim multæ ecclesiæ & præbendæ ac personatus seu dignitates ecclesiasticae ualde pingues, quarum quæ liber unitaliū sufficit. Sed in hoc est inexplicabilis error ac cæcitas clericorum multorum, quod beneficium unum tantorum reddituum, de quibus etiam quicquid honestus ciuiis secularis uel domicellus decenter uiuere posset, sibi nō sufficere arbitrantur, quasi clerici non essent obligati ad uiuendum temperantiū de patrimonio crucifixi, quam homines seculares de hæreditariis bonis. Sed de hoc infra magis dicendum est.

Articulus XIII. In quibus consistat honestas ministrorum ecclesiæ, & quid seu quantum debeat iudicari sufficiere clericu pro competenti sustentatione ipsius.

1. Thess. 4.

Honeste ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis. Honestus quasi status honoris interpretatur. Porro honor debetur uirtuti. Est enim exhibito reuerēti in signum uirtutis. Hoc est ergo uere honestū, quod est uere uitiosum & exemplare, deoq; placitū. Hinc honestas in ministroy ecclesiæ, uidelicet sacerdotum & canonicorū, prælatorum ac presulium, nequaq; consistit in temporalium affluentia, in splendida mensa, in uestibus superfluis, pretiosis & curiosis, in magna & seculari familia, uel apparatu mundano, in processu pōpolo nec per hoc efficiuntur populo exemplares, honorabiles atq; amabiles, sed potius scandalizatiui, odibiles ac diffamates. In q; bus ergo consistit uera clericorum honestas, nisi in uera humilitate, per quam deo hominibus q; placetur. In uera mansuetudine, per quam homo præcipue a cunctis diligitur: in uera patientia, per quam anima hominis ab ipso salubriter possideretur: in uera castitate, per quam in carne mortali angelice uiuitur: in uera sobrietate, per quam spiritualis profectus in homine inchoatur: in uera iustitia, per quam unicuiq; quod suum est redditur: in uera prudentia, per quam media ad finem efficaciter diriguntur: in uera fortitudine, per quam nec mortis pericula contra iustitiam formidantur: in uera sapientia, per quam omnia ordinate aguntur, & diuina carnalibus præferuntur: in uera deuotione, per quam deo alacriter deferuntur: in uera dilectione dei & proximi, per quam omne peccatum cōsumitur: & ut compendio stringam, in hoc uerissime uera clericorum consistit honestas, ut iuxta regulam uitæ eis à sanctis patribus institutam in omnibus uiuant. Ecce, per has uirtutes & per huiuscmodi uitam efficiuntur uere honesti, uniuersaq; populo uenerandi, exemplares atq; charissimi: & si ita se haberent, in maiori reuerentia & dilectione habetur quā nunc, sicut etiam ad oculum cernimus, quād quidam eorum quamvis prohdolor paucissimi, quoniam tempore continenter uiuent, & simplicibus ac necessariis uestibus contentantur, nec temporalibus se involvunt, sed diuinis feruentur insitū, ac spiritualibus exercitiis occupantur, nec ultra unum competens beneficium vult, idcirco præ cæteris diliguntur ac honorantur, & CHRISTI bonus odor fuit undique. Præterea, sicut philosophi atque theologi protestantur, In omni genere primum, est maximum & potissimum, aliorumq; regula ac mensura. Cum ergo in omni ecclesiā CHRISTVS sit caput sumnum & primum, ipse est mensura & regula ceterorum. In ipso quoque in hoc olim seculo uisibiliter conuertante, summa & perfectissima fuit honestas: & tame in ipso summa fuit paupertas, intantum, quod dixit: Filius hominis non habet ubi caput suum reclinet. Sed & humili fuit uestitus. Quanto ergo Christiani quicunq; ipsum perfectius imitantur in præfatis uirtutibus, tanto sunt honestiores censendi, et quanto in uestitu, uictu, rebus, factis & moribus plus ab ipso recedunt, tanto dishonestiores aut minus honesti sunt iudicandi. Certum est autem, quod propter delicate cibaria, pretiosa & superflua indumenta, & cetera iam præfata, à CHRISTI simplicitate & paupertate, puritate & sobrietate maxime se elongent & difsent. Idcirco per talia coram deo in honestiores redduntur. Insuper post CHRISTVM sancti apostoli fuerunt primi ac summi prælati ecclesiæ, sicut: Psalmista prædixit: Constituere os principes super omnem terram. Et beatissimus Petrus à CHRISTO totius fuit pastor ecclesiæ institutus. Sed nunquid idcirco à CHRISTI paupertate & humilitate se auerterunt: immo utique honestissime in omnibus habuerunt, uirtutissime conuersando, atque terrena omnia contemnendo. In his ergo uirtutum ornatis consistit honestas ecclesiæ, iuxta illud in Psalmo: Omnis gloria eius filia regis ab initio. Propter quod dixit Apostolus: Nolite conformari huic seculo, sed renouamini spiritu mentis uestræ. Et iterum: In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt. Non dixit, In uite pretiosa aut simili aliqua secundum pompa, quasi talia ad honestatem spectent ecclesiæ. Ex his faciliter consideratur, quid aut quantum sufficiat clerico ad necessaria uitæ. Nonne secundum naturalem rationem natura modicis contentatur? Et secundum legem naturalem de corporalibus bonis non amplius optandum est, quamvis sufficit homini ad sic uiendum, quād pro corpore competentiam habeant, & ad usum rationis studia que uirtutum expeditior extet. Præterea, secundum euangelicam legem oportet per arctiore uiam incedere, & penitentiale ducent uitam, aliqua etiam de necessariis subtrahendo naturæ pro corporis castigatione. Vnde supradictum Augustini ostensum est, quid uirtutis ad omnem pertinet Christianum. Rursus probatum est, qualiter clerici (hoc est, canonici atque prefbyteri) secundum quod tales, tenentur uirtuosus conuersari quam seculares & laici Christiani, id est, magis temperate ac sobrie, seu minus sumptuose & minus immodere.

2. Cor. 2.

Ephes. 5.

Zach. 9.

Luc. 9.

Psal. 44.
Mat. 10.
Iohann. 20.Psal. 44.
Rom. 12.
Coloss. 4.

Matt. 7.

gate in uictu & uestimentis, ac cæteris ad corporalem uitam spectantibus, ut semper sint ad diuina apti obsequia. Ex q; elici potest, quanta summa pecunia sue reddituum iudicanda sit uti sufficeret ad sustentationem suæ personæ. Sed cum apud diuersos diuersa currat moneta, & tempora non semper sint æque chara, non video quomodo istud certis uerbis exprimi possit & taxari in suisq; omnibus. Sed unusquisq; præinductis pensatis, conscientiam suam examinet, & rectæ rationis sequatur iudicium. Sed & ipsa experientia dubitantem potest instruere, cum uideamus ad oculum, quomodo multi presbyteri parum habentes aut uicarij aliorum seu clerici tenuiter beneficiati, de ipsa sua substatiola & paupera sufficiantiam habeant. Nonne multi huiusmodi minus habēt quām quinquaginta florinos Rhenenses? Quomodo ergo qui de uno beneficio centum florenos huiusmodi habent aut plures, afferunt sibi beneficium tale non esse sufficiens? Quanto quis sapientior & literatior fuerit, tanto exemplarius & moderantius uiuat, & uirtuosus in cunctis se habeat ut tenetur, & sciet sibi pauca sufficere. Omnibus que legi rite pensatis, apparet quād canonorum uita talis aliquando fuit pro magna parte, qualis fuit per tempus, & de gratia dei adhuc est conuersatio clericorum, qui fratres vocantur, in urbibus multis. Sed status canonorum prorsus iam lapsus est, ita ut paucissimi eorum aduertat aut scire dignentur, ad quem uicem obligentur.

Articulus XIII. An clericus qui de suo patrimonio seu bonis propriis potest sustentari, licet possit bona ecclesiæ in suos conuertere usus,

Non concupisces rem proximi tuū. Dicunt nonnulli, quād licet clericus aliud id habeat unde uiuat, licet possit sustentari de redditibus beneficij sui, quoniam bona ecclesiæ sunt stipendia ministrorum ipsius, & seruando ecclesiæ merentur ea & faciunt ea sua. Sed huic opinioni multa sanctorum dicta obuiare videantur. Et primo quod sanctus scribit Hieronymus. Clericus qui de suis bonis sustentari potest, si accepit quod pauperum est, sacrilegium perfecte committit, atq; per abusum taliū iudicium sibi manducat & bibit. Si eges & accipis, das potius quam accipis: si autem non eges & accipis, rapis: hinc ait & Damasus Papa: Qui bonis parentū sustentari possunt, si accipiunt quod pauperum est, sacrilegium incurrit. Sed ad hanc quidam respondent, intelligendu hæc esse in articulo necessitatibus extremæ, quod non reor sufficieret prolatu. Quia ex uerbis præallegatis digne pensatis, constat hoc non esse de intentione patrum illorum. Et rursus, quia in necessitate extrema omnia extant communia, & tunc non solum ecclasiæ, sed & hæreditaria bona communicare in indigentibus obligati sunt clerici, immo & omnes. Deniq; bona ecclesiæ sunt pauperum, & in subventionem eorum sunt data ac ordinata & eroganda. Si ergo clericus aliunde competentiam habeat, non appetet quād illa licite possit consumere, nisi forte sua propria pauperibus erogaret, aut in alios pios usus expenderet. Tunc enim non cederet in pauperum detrimentum quād ecclasiæ bona cōlumeret: alias cedere uidentur in eorum detrimentu atq; iniuriā, cum & sanctus Bernardus testetur. Res pauperum non pauperibus dare, par sacrilegio discrimen esse dinoscitur. Sane patrimonia pauperum facultates sunt ecclesiæ. Et sacrilega pauperibus crudelitate subripitur, quicquid sibi ministri & dispensatores, non utiq; possessores, uidelicet clerici, ultra necessarium seu simplicem uictu accipiunt & uestitum. Infupr̄ super illud quod ait saluator, Dignus est operarius mercede sua, scribit Gregorius, i clericoru ac prædicatorum loquens persona: Operi nostro mercedes duas debentur, una in uia, alia in patria & merces in uia est temporalis stipendium usus, de quo addit, quād prædictor debet hanc mercedem suscipere, ne per indigentiam cogatur ab opere spiritali cessare. Itaque si predicator aut clericus ecclasiæ coram reddituum seu elemosynarū sustentatione non indiget, non uidetur ea in suu debebere usum conuertere, nec licite posse suis retentis, sed potius pauperibus dare. Adhuc, Christus anteq; dixit, Dignus est mercenarius mercede sua, statim premissi. Nolite portare facculū neq; pèram. Itaq; cōcessit eis tanq; pauperibus nihil terreni possidentibus, accipere uitæ stipendium ab his quibus spiritualia impendeant. Sicq; uidetur, q; si clerici aliunde competentiam habeant, non licite possint ecclesiæ bona in suos expendere usus. Amplius, ecclasiæ redditus seu sustentaculum uitæ non est principalis merces clericorum, sed sicut ualde minus principalis ordinanda ad præmium principale. Id est beatitudo æterna, inquantu necessaria est ad illam. Vnde si aliud de quis cōpetentia

Exod. 20
Deut. 14: 5.
Mat. 5.

1. Corinth. 11: 11

Luc. 10.

Eodem.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVIANI,

habeat, illa ipsi necessaria non uidetur. Nec ob hoc clericus gratis aut frustra obsequitur deo sive ecclesiæ: in modo tanta ipsi diuinis beneficia sunt impensa, tamen bona promissa, quod si milles plus seruitur et non tam deo digna repperderet. Sed & ea quæ aliunde habet, qui bus potest se sustinere, nonne dei sunt dona, & de eis deo regratiari ac obsequi obligatur? Vnde Christus in euangelio loquitur: Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis, die te serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. Aristoteles quoque fatebitur, quod dñs & parentibus ac magistris reddi non potest & quia ualens. Ex his faciliter solueretur argumentum huius oppositum assertentium, in principio huius articuli tractum. Bona quippe ecclesiæ sunt stipendia ministrorum eius in indigentium huiusmodi bonis. Quod si eis non egeant, non sunt capaces talium bonorum ad proprium usum, nisi iuxta modum prætractum. Veruntamen seruendo ecclesiæ faciunt huiusmodi bona esse sua, ut ea indigentibus pie dispensent, non ut ea sibi thesaurizent, possideant, & immoderate seu absq; necessitate & indigentia afflumant. Hinc Prosp[er] notabiliter ait: Non ut professores, sed ut procuratores sancti uiri facultates ecclesiæ possidebant. Et idcirco scientes nihil aliud esse res ecclesiæ, nisi uota fidelium, pretium peccatorum & patrimonia pauperum, non eas uendicauerunt in usus suos ut proprias, sed ut commendatas pauperibus diuiserunt. Hoc est posidendum contemnere, non sibi sed alijs possidere, nec habendi cupiditate ecclesiæ facultates ambire, sed eas pietate subueniendi suscipere. Quod habet ecclesia, cum omnibus nihil habebitibus habet communem nec aliquid debet inde eis qui sibi de suis iusticiis erogare, cum nihil aliud sit habentibus dare quam perdere. Et horum sanctorum patrum sententijs securius: atq; falubrius statut, quām aliorum quorūdam in quibus illuminatio tanta non fuit. Postremo ignorat ex his, quām utiq; periculose se habeant, qui beneficij ecclesiasticis satis aut supersatis prouisi, patrimonium suum propinquis suis distribuunt, cum tamen illi secundum exigentiam sui status seu personæ conditionis habeant satis, & forte abundant, & ipsi beneficiari de patrimonio pauperum se nutriunt delicate. Idem quoq; iudicium est de his qui cum patrimonio suo bona ecclesiæ laute & immoderate inutiliter consumunt.

Articulus XV. Qua intentione sint impetranda seu suscipienda ecclesiastica beneficia.

Quare primo regnum dei & iustitiam eius, & haec omnia adjiciuntur uobis. Quod admodum corpus ordinatur ad animam, sic corporalia ad spiritualia sunt finaliter referenda. Qui ergo ecclesiastica beneficia optant, querunt, impetrant, sive cipiunt non intuitu spiritualium boni, puta diuini officij, ut scilicet competenter am habentes deo deuotius quietius & ministrent, sed intuitu commodi temporalis boni corporalis, isti sunt subuersores rectissimi ordinis regi, atq; in temporalibus finem sibi constituant. Idcirco mortaliter peccant, etiam unicum beneficium competentis taliter cupiendo, obtinendo, habendo. Tales sunt omnes qui amore temporalium diuinarium aut carnalium deliciarum seu transitorum bonorum ecclesiastica beneficia querunt, procurant seu habent. Talibus cōuenit qd ait sanctus Bernardus: Alius undique circuit edulius explorator, blanditur, obsequit, simulat & dissimulat, miserabilis suffragia mendicare non erubescit, manibus & pedibus repens, si quo modo tandem aliquando se se ingerere queat in patrimonium crucifixi, in bona domini, quæ sola ex omnibus hodie inueniuntur exposita. Porro, qualis debeat esse intentio querentium & suscipientium beneficia ecclesiastica, docet beatus Bernardus, discendo: Si quis ea intentione gradus ecclesiasticos & ministeria sanctuariorum querit, in modo queritur, quæ si etenim magis quam querere ipse debuerat, ut absq; curis seculari in sanctimonia cordis & corporis illuminandus accedat ad dominum, & suam ac proximorum operetur salutem, orationis studio de ditus aut uerbo prædicationis, bene se haberet. Nam si eo querit aut tenet animo eoque intuitu, ut hinc uitæ habeat necessaria, euangelizat ut manducet, & peruerso nimis ordine celestibus terrenam ercat. Quām certe dignus ampliusq; esset consentaneum rationi, ut pro carnali uitæ, corporalia potius opera atq; negotia exerceat, nec fieret subuersor ordinis rerum, nec ignoraret ministerium spirituale. Sed modico est natura contenta. Nec multi in his sola necessaria querunt que utiq; possent obtineri minori periculo, sed honorati incēdere uolunt, placere hominibus student, ditarri & superbire, huicq; seculo conformari. Audi querelas dei, quid super hac tanta hominum temeritate loquatur: Ipsi, inquit, regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui. Vniuersos siquidem in ordinibus ecclesiasticis, certisq; ad ecclesiastam pertinentibus, honorem querentes propriū aut diuinitas seu corporis uoluptates, & quæ sua sunt, non

CONTRA PLURALITATEM BENEFICIORVM.

427

non quæ Iesu Christi, manifeste & indubitanter non ea quæ deus est charitas, sed aliena à deo, & omnium radix malorum cupiditas introducit. Quid istud temeritatis, in modo quid in sanæ est: ubi timor dei: ubi mortis memoria: ubi gehennæ metus, & terribilis illius iudicij expectatio. Nūc aut trahit sua quenq; uoluptas, atq; odorem turpis luci sectantes, quæ sum estiment pietatem. Væ uero, in domo dei uideremus horrenda. Quid nisi idololatras ministrantes? Mentiō, si non idolorum seruitus avaritia, si non etiam quisbusdam ueteris suus factus est deus suus. Quod enim præ ceteris quisq; colit, id sibi deum constituisse probatur. Quantos uideremus qui diligunt munera, sequitur retributionem: quantos qui domino Iesu Christo non seruit, sed proprio uentri: quantos qui honorem & gloriam hominū magis q; dei querunt & diligunt. Haec beatissimi Bernardi uera sunt, beneficiis beneficiis querentibus diligentissime aduertenda, ut si quis contra documenta haec agit, peniteat & qui non egit, precaueat. Artic. XVI. Qualis debeat esse hospitalitas clericorum.

Cum facis conuiuium, noli uocare cognatos, diuites & potentes, ne fiat tibi retributio: sed uoca pauperes, debiles, cæcos & claudos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorū. Omnia quæ habemus, de manu dei accipimus tanquam spirituales q; seculares, & reddituri sumus rationem de eis. Ideo Christo testante: Cui plus datum est, plus requiretur ab eo. Non itaq; licitum est Christiano, secundum deum, bona sua exteriora ad libitum suum consumere sive expendere, sed moderare ac iuste eis uti teneret, & in rationabiles piosq; convertere usus. Et ista est ratio secundum Hieronymum, cur uix unus de mille diuinitibus atq; potenteribus mundi, aptus est regno dei: quia cum diuitias sint, arbitrant se suas diuitias posse ad placitum suum consumere, delicate & pretiose uiuendo, sumptuosa conuiua exercendo: diuitias ob humanum fauorem, seculi pompa, carnalem affectum inuitando, pauperibus uero siccum panem & tenues uix famulorum reliquias tribuendo, quod est contra arctam satutis uiam atq; iustitiam, præsertim cum iuxta Ambrosiū, diuitias non sint diuitias possidentes a domini, sed dispensatores, & deo de eis rationem daturi. Et si ultra indigentiam & concedentiam sui status eas sibi seruauerint seu auxerint, nec indigentibus communicauerint, tanq; alienæ rei usurpatores sunt condemnandi. Idcirco gloriosi doctores ecclesiæ, Augustinus atq; Basilius contestantur, non minoris est criminis habenti tollere, quām cū possum & habes, indigentibus denegare. Es uirum panis est quem tu detines, nudorum indumentū quod includis, miserere redemptio pecunia quam in terra abscondis. Tantoq; testicias bona inuadere, quantis possis prestare, & non uis. Si ergo haec ita se habet, etiā in laicis circa tripalia bona, qd utiq; plus in clericis circa ecclesiastica bona, quæ specialiter patrimonia pauperis nūcupant. Vnde nullatenus licet ea in uana & seculari hospitalitate consumere cū diuitiis, poteris, talibus ue propings. Nō tñ illictum est talibus interdū seu raro expia causa ad honestā amicitiā cōfouendā, aut propter alii rōnem decentē, hospitalitate rōnabi lē exhibere. Hinc ait Isidorus: Clerici cōuiuia publica fugiāt: priuata nō tñ pudica, sed & sobria colat. Hieronymus qd q; sacerdoti seu clerico scribit: Cōuiuia, inqt, tibi sint detestāda maxie hocq; q; honoribus tumet. Turpe est ante fore sacerdotis chri pauperis crucifixi, & q; cibo uesebat alieno, lictores cōsulū & milites excubare. Rursumq; afferit: Oēs q; stipendiis tēpli, & his quæ conferunt in usus ecclesiæ, abutunt in alijs rebus qbus explēat suā uoluntatem, similes sunt scribis, phariseis ac sacerdotibus Iudeorū. Itaq; clericis secularia & de licata agentibus conuiuia scribit Bernardus: Væ uero tibi clericē, mors est in olla, mors in olia, mors in huiusmodi delicijs est, nō solū qm secus introitū delectationis mors posse tesse, cognoscit, sed ob id maxie, q; populi cōstat est p̄ctā q; comedis. Sūptus & redditus ecclesiasticos gratis habere te reputas. Cantando tibi proueniūt, sed melius esset tibi fodere aut etiā medicare, p̄ctā emi populi comedis, qñ propria tibi nō sufficeret. Sollicitus igit esto tanq; rōnem redditus de istis. Sollicitus esto dignos pro eis q; dederūt gemitus fundere, dignos agere p̄cūnitias fructus. Alioquin ad damnationem tibi noueris imputandæ illorum peccata, quæ nūc inter delicias contendis, paruipēdis atq; dissimulas, tanq; nihil pertinentia ad te. O iudicio dei abyssus multa, o terribilis deus in consiliis super filios hominum. Frustra incipient miseri dicere montibus, cadite super nos: & collib⁹, operite nos. Venient ante tribunal Christi, audierunt contra eos populorum gravis querela, accusatio dura, quorum uixerunt stipendijs, nec diluerunt peccata, quibus facti sunt duces caci, fraudulent mediatores. Quid tibi oī insipiens deliciæ sapiunt, quibus mercaris & promereris tam graue iudicium, tam dura te obligas rationi? Vniuersa siquidem a te

1. Tim. 6.
Malach. 1.
Ecc. 7.
Matt. 25.
1. Tim. 3.
Tit. 1.
1. Timoth. 6.
Ephes. 5.
Phil. 3.
1 Thess. 1.
Romans. 16.
1 John. 5.

Luc. 14.

Luc. 13.

Luc. 6.

Offic. 4.

Psalm. 35.

Psalm. 55.
Apoc. 6.
Matt. 15.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

Matt. 5.

ā te usq; ad quadrantem nouissimum exigentur. Deniq; Petrus Blesensis in quadam epistola cuiusdam deuotissimi abbatis lamentationem describens, atq; in eius persona loquens, fatetur: Dives factus sum, ut fierem miseris honores adeptus sum, ut perderem deū: se quorū curias, intersum magnatum consilijs, in his patrimoniorum Christi dissipado. Quid de hospitalitate dicam, quā merito hostilitas potius quam hospitalitas censem: Christus enim ei causam non praestat, sed inanis glorie obtentus. Diuitibus quidem in hospitio cum honore & reverentia suscepit, in omni opulentia deliciae apponuntur de patrimonio crucifixi. Christus autem olim crucifixus in ligno semel, foris pauperibus suis crucifigis aut torquet in luto, in quibus aut omnino nudus aut in semicinctis contabefcens, fame & frigore tremens, de his que interius dantur canibus, solatium angustiae suae postulat, & non est qui moueat super cōtritione ipsius. Ecce hospitalitas hodierna, in qua diuites ad gloriam da monum splendide epuluntur, & Christus qui charitas est, contemptu, inedia & nuditate afficitur. Ego autem oblitus terribilium iudiciorum dei, & immemor aūtūm mea, sedeo tanquam Balthasar in medio coniūvarum, uasis dei abutens & patrimonio pauperum in contumeliam Christi. Interim exēunt de domibus holpitum gartiones onusti cibarū & ebrū ut de superfluitate illorum, pauperibus ingeratur cumulatior materia doloris & tormenti. Sub huius faste hospitalitatis prætextu, uice comitibus, forestaris & ceteris officiis aut potius officiis hominibus, tanquam dominis & magistris omne humanitatis officiū exhibetur. Proponitur tamen querela de inofficio, totamq; hospitalitatis gratiam in gratitudine peruerteret, nisi architriclinus usq; ad naufragium capitisc; ueriginem, cum hospitalibus suis bibendi bella cōtinuet. Hec omnia iudicabit, cuius iudicia sunt occulta, & ideo magis timenda sumptus tam detestabiles & enormes non de labore aut patrimonio fiunt, sed de elemosynis pauperum & fidelium, de oblationibus & decimis & de tributis egenitum animarum, de exactionibus & oppressionibus pauperum. Qui in sudore uultus nostri pane nostro uelfi debuimus, labores misericordiarum nobis ad delicias usurpamus, atq; in crapula & ebrietate sudorem bibimus alienum. Ille qui intuetur abyssos, & sedet super Cherubim, iudicabit causam pauperum, quando stabant in magna constantia aduersus eos quise angustauerunt. Vbi est quo uerbum illud prophetæ Dispergit dedit pauperibus? Porro, nec nos diuitibus dare, nec nos ligna in sylua ferre, nec aquas in mare effundere potebat. Verbum Hieronymi est, sacrilegium esse res pauperum non pauperibus erogare. Et idem, Parisiū, peccatoribus dare & innomorare démonibus. Postremo his cōsonat, quod felicis memorie magister Gerardus Groet ait: Nulla bona ecclesia sine mortali peccato in comeditionibus diuitium possunt consumi, quia sunt deputata pauperibus, & sunt de patrimonio crucifixi, & per passionem Christi nobis acquisita, & de eius hereditate, ut dicitur in Decretis. Cum nec dare possimus utiliter amicis, nisi tantum indigentibus seu egēnis propter Christum, quantum minus utiliter, imo nōcūe & in peccatis consumendo, nec aliqbus tribuere debemus, nisi pauperibus, quoniam specialiter ecclesia bona sunt pauperum. Ex his clarissime constat, qualis esse debeat hospitalitas clericorum, ut scilicet iuxta uerbum Christi in principio huius articuli allegatum, ad menſam & refectionem induit, ducant, imo & trahant pauperes & infirmos, cecos & claudos ac peregrinos, & hoc ex uera charitate ac pietate ad gloriam dei, nō ex aliqua uanitate, propter honorē famamq; mundi: quā hospitalitas quamvis ad omnem pertineat Christianum secundum uires ipsius, tamen ad clericos permaxime.

Articulus XVII. De pericolositate pluralitatis beneficiorum.

Hiere. 48.

MALEDICTUS qui facit opus de fraudulenter. Iam suprā ex dictis Gulielmi Parisiensis, atq; ex Summa uirtutum & uitorū deductum est, quod clericus teneat, tur ad tot paria horarum, quorū beneficia pro uitā necessariis sufficiet. Quod intelligendum est, nisi in casibus articulo duodecimo memoratis, in quibus scilicet casibus licet unī plura beneficia habere. Si ergo sic esse credatur, ecce quā periculosa est beneficiorum præacta pluralitas. Cum enim beneficiatus teneatur ad horas canonicas, certum est quod si unam de septem horis omni die scienter omittat, quotidie mortaliter peccat: quod si omni die omnes septem horas omisit, aut septem peccata mortalia, aut certe unum peccatum septempliciter mortale quotidie incidit. Tales ergo sic pluraliter beneficiati, & non nisi semel quotidie horas canonicas persoluentes, nonne probantur quotidie ex hoc solo, aut septem peccata mortalia, aut unum septempliciter mortale incidere? Sicutem triuel plura beneficia habeant, facile est computare quantum augeantur.

CONTRA PLURALITATEM BENEFICIORVM

428

tur peccata. Præterea, isti sic pluraliter beneficiati, nec inde se emendant, in suis incessanter manent peccatis, & communicando seu celebrando manent in eis. Quod quād periculum damnabilissimum est, constat, ipsi perpendant. Efficiunt enim rei corporis & sanguinis Christi. Insuper, aut putant hanc beneficio, pluralitatem licet, & tunc (sic ut ostendit) discrimini se committunt, & contra præcipuum sanctorum ac solennissimorum doctorum, imo quasi contra omnium ueraciter deuotorum & religiosorum sententiam agunt, sc̄p; in cautiūm leuitat; aut putant eam sibi esse illicitā, & tunc scienter in tantis peccatis atq; periculis perseverant, qđ pro rōfus damnabile est. Amplius, isti sc̄dm prædicta nil iuris habent ad redditus beneficiorū quoq; non exoluūt officia, & sic bona illa sibi iniuste usurpat, facile tractant, illicite q̄ exponunt sive reponunt. Postremo, isti toto tpe quo in hac pluralitate beneficiorū manent, priuant inde sinerter deū cultu debito honorificent̄ sue, ecclesia mēbris suis, uiuos atq; defunctos suffragijs debitiss, ut præinducta demonstrant. Multa similia & horreda possent de huius pericolositatis immēritate adduci: quā qa ex superioribus faciliter considerant, omitto, hinc tantūdem tetigisse sufficiat.

Articulus XVIII. Ex scriptis sancti Bernardi ad clericos pertinentibus.

Perfectus & absq; macula erit cū dño deo tuo. Cum deus sublimis & benedictus sit iustus, sanctus atq; purissimus, ministros iustos, sanctos ac simplices diligit ac regit, sicut per Moysem dixit: Sancti estote, quia ego sanctus sum dñs deus uester. Potissimum aut in clericis, in sacerdotibus atq; canoniciis iubet & exigit deus ee cor mū dum, humile, virtuosum, sed iam prohdolor obscuratū est insipie cor multo, & pro humilitate amplectuntur ambitionem, pro mentis munditia uita carnis, pro animi simplicitate diuersas astutias. Et quod S. Bernardus deplanxit in clericis sui tpis, nūc copiosius est defendum. At ergo uirille sanctissimus, currit in clero passim ab omni cōestate & ordine, à doctis pariter & in doctis ad ecclesiasticas curas, tanq; sine curis iam quisq; uicturus sit cū ad curas peruerterit. Nec mirum de his qui necedim in seip̄is pericula sunt experti. Videntes quippe illos qui iam proprios humeros cupide sarcina submisserunt, non solū non gerere tanq; sub onere, sed in super appetere plus onerarū non deterrentur periculis quā cupiditate exēcati non uident, sed fauoribus atq; honoribus quos alij si uident, prouocant. Qinfinita semper ambitio, in instabilis auaritia, cum primos gradus honorū meruerint in ecclesia, meruerint aut uel uitē merito uel pecunie, sive etiā carnis & sanguinis (quā regnū dei non possidebunt) prærogatiua, non ideo corda eoz quiescent, dupliū semper cōstuantia desiderio, ut quo magis ac magis dilatantur ad plura, eo ad celiora subliment. Vbi gratia, cū quis factus fuerit in quaēcūq; ecclesia decanus, prepositus, archidiaconus, aut aliquid huiusmodi, non cōtentus uno in una, plures sibi, imo quotq; ualeat acquirere honores fatigat. Quibus tamē omnibus, si locus euenerit, libenter unius preferret episcopi dignitatē. Sed nāquid sic satiable? Factus episcopus, archiepiscopus esse optabit. Quo forsan adepto, ruris nefcio quid altius somniāns, laboriosis itineribus & sumptuosis familiaritatibus Romanū statut frequentate palatiū, quæstusofas sibi quādām exinde comparans amicitias. Deniq; multi non tanta fiducia & alacritate current ad honores, si esse pensarent & onera. Grauari profecto metueret, nec tanto labore atq; periculo quarūlibet affectarent infuas dignitatū. Nūc uero, qm̄ sola attendit gloria & non poena, purū esse clericū erubefcit in ecclesia: seq; uiles & stimant atq; inglorios, qui quoctūq; loco emūctiori non fuerint subliti. Præterea, omni canonico est penitandū, qđ Fulconi canonico scribit Bernardus: Memō fili quia recipisti bona in uita tua. Recipisti dixit, nō Rapuisti: ne etiā de hoc tibi frustra blandiaris, qđ tuis contentus aliena non rapis. Verunt̄ quā sunt illa tua bona ecclesia? Recte, qm̄ surgis ad uigilias, uadis ad Missas, horis chōg nocturnis diurnisq; frequētas, sic ecclesia præbendam non gratis accipis. Dignum est cīm ut qui altario deseruit, de altario uiuat. Viuat in quam de altari, non superbiat, non luxurierit, non ditef, non in clericatu diues ex paupere fiat, aut ex ignobili gloriolus: non sibi de bonis ecclesie ampla palatia fabricet, nec loculos in cōgreget, nec in uanitate aut superfluitate disperserat: non extollat facultatibus ecclesie consanguineos suos, aut nepotes (ne filias dixerim) nuptiū tradat. Concedit ergo tibi, ut si bene deseruis, de altari uiuas, nō ut de altari luxurieris, nō ut inde tibi cōparestrena aurea, sellas depictas, calcaria deargentata, uaria grisea qđ pellice, à collo & manibus ornatus purpureo diuersificata. Deniq; quicquid præter necessariū uictū & simplicem uestitum de altari retines, tuū nō est, rapina est, sacrilegium est. Nō enim ordinavit deus

1. Corin. 18
P. alto
Lcuit. 11

Roman. 1.

1. Corin. 15.

Lucas 16.

1. Corinth. 9.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

deus his qui euangelio seruunt, de euangelio querere diuitias uel ornatum, sed uiuere ex eo, ut uidelicet sint contenti alimenta corporis, non gulae irritamenta aut incitamenta libidinis, & quibus regantur, non quibus ornentur, accipere. Sane qui nō fideliter introiuit & per Christum, quid nō infideliter agat & contra Christum? Aut quando necessariis poterit esse contentus, q̄ eo animo introiuit, ut stipendia cleri in usus uoluptatis, curiositatis & uanitatis congreget, seruet & expendat. Sed qd sibi uult q̄ clerici aliud esse, aliud uideri uolunt: Nempe habitu milites, queſtū clericos, actu neutrum exhibent. Nam neq; pugnant ut milites, neq; ut clericie euangelizant. Cuius ordinis sunt: cū utriusq; esse cupiunt, utrūq; deferunt, utrūq; confundunt. Vnusquisq; inquirit in suo ordine refutet. Iti in quo? An quia sine ordine peccauerunt, sine ordine peribunt? Aut si summe sapiens deus creditur à summo usq; deorum nihil inordinatum relinquere, uereor non alibi ordinandos, quam ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Alienis nāq; laboribus locupletantur, comedunt fructus terræ absq; pecunia, & prodit quasi ex adipe iniquitas eorum. Mens quippe aſuetu delicijs, nec exculta disciplina ſarcuſ, multas contrahit fordes. Hęc & multa similia, mō & grauiora contra ſacerdotes atq; canonicos ſcribit sanctissimus pater Bernardus, eosdem exhortans, ut ſe in omnibus corrigan, & domino maiestatis cū debita reverentia obsequantur in omni caſitate & æquitate.

Articulus XIX. Disputatio contra pluralitatem beneficiorum ex dictis sanctorum patrum.

Tempus est ut incipiat iudicium à domo dei. Et si iustus uixſ saluabitur, impius & peccator ubi apparebūt: Sanctus Bernardus libro de cōſideratione, de hoc multipliciter reprehendit Eugenii Papam, q̄ de eius licentia abbates subtrahebantur ab obedientia episcoporū, episcopi quoq; ab obedientia archiepiscopog; & archiepiscopi ab obedientia patriarcharum. Itaq; inter cetera affatur Eugenii Papam, dicens: Tu ne licitum tibi censes suis ecclesiis multilare membris, confundere ordinem, perturbare terminos quos posuerūt patres tui? Si iustitia est unicuiq; seruare ius ſuū, auferre alicui ſua, iusto quomodo poterit conuenire? Cum ergo iuxta omnia præallegatorum uerba doctorum, eidem habere plures præbendas, uel beneficia plura, quorū unum pro ſuſtentatione ſufficiat, fit multilare ecclesiā ſuis membris, & deo debitu auferre honore, ſeu minorare cultus & laudes ipsius, itemq; uiuos ac mortuos debitis ſpoliare ſuffragij, patet hoc eſe proſuſ damnabile, nec Papam hoc poſſe līcē concedere. Præterea ſicut iam clariuit, hoc omnium sanctorum patrum catholicorumq; ſententia eſt doctorum, bona eccl̄iae non aliud eſſe quam uota fidelium, pretia peccatorum ac patrimonia pauperum. Dum itaq; quis unum competentem beneficium habeat, & nihilominus adhuc pro alio inſtitu aut retinet illud, quero qua intentione ſic inſtituat aut retinet: quia aut principaliter propter bonum spirituale, ut ſcilicet deo deuotius, quietius atq; perfectius ſeruat: aut principaliter propter bonum temporale, uidelicet ut diuīor fiat, lauit ſiuuat, honorabilior reputetur. Primum horum dici non potest. Cum enim de primo beneficio competentiam habeat ad uiuendi ſobrie ac modeſte, quō alia plura beneficia habuerit, eo maior ipſi adeſt occaſio intemperante uiuendi & ſuperflue conſumendi eccl̄iaſtica bona, amplioremq; inde inquietudinem ſollicitudinemq; ſortitur, & plurima deuotionis incurrit obſtacula ac ſalutis pericula, pro ut probant præhabita. Secundum uero iſtorū manifeſte illicitū eſt atq; mortale. Si itaq; patuitati meae aliquis consulendi locus eſt apud excellentiam amantissimorum meoꝝ, pro quibus hæc ſcripsi, totis precor, hortor confuſoꝝ præcordijs, ut preinducat diligenter penſatis, uiam elegant certiorem, nec discriminis ſe committant, ſed tantorum acquiescant dictis doctorum, tamq; ſanctorum ſententijſ patrum, & unico competenti beneficio ſint contenti, per uiam tutam ac arduam iugiter incendentes, quousq; ſupergloriosissimo uniuersorum fini beatifice uniantur. Qui eſt ſuper omnia deuſublimis & benedictus in ſecula, Amen.

Libri contra pluralitatem beneficiorum, finis.

1. Timoth. 6.
1oh̄. 10.

1. Thessal. 4.

Roman. 2.

Iob. 10.

Pſal. 72.

1. Petr. 4.

Proverbi. 22.

429

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHUSIANI DESIMONIA,

Liber primus.



RATIS ACCEPISTIS, GRATIS DATE. Mai. 15.
 Filius dei, dominus & saluator, cuius tanta eſt charitas tan-
 taq; liberalitas, quod ſeipſum contulit nobis, ita quod ipſe
 eſt dator & donum, imò & ſemelipſum pro nobis dona-
 uit, factus ſaluator ac hostia ſalutaris, uoluit ac p̄cepit
 credentes in ſe ſibi affiſimari ac ſua ſectari ueligia, quate
 nus ſicut ipſe beneficia ſua & dona gratiā ſuā gratis (hoe
 eſt, pure p̄pter ſeipſum ex ſua bonitate & charitate) p̄ce-
 pit nobis, ita & nos ea communicemus ac largiamur pro
 ximis nostris gratis: quod etiam ideo iuſit, quoniam ipſe
 tanquam ſapientiſanus, imò & ſapientia dei patris, opti-
 me nouit quām incoſiderabiliter ſpiritualia dona excedat
 in dignitate corporalia bona: Ideo noluit ſpiritualia ſub pretio corporalium ponit, exigente hoc ipsum diuina iuſitia. Hinc ſimonia Christiſidelibus uniuersis maxime prohibetur.
 Deniq; quanto religioſi p̄cāteris debent virtuosiores exemplaresq; eſſe, tanto diligenter
 tu atque totius debent ab omni proſuſ impietate ſimoniaca abſtinere, omnem quoq;
 tantuſ facinoris abhorre ac uitare inſtamam, ut ſint hōniſ odor Christi in omni loco, ne
 mini dantes ullam offenditionem, ut non uituperetur ministerium ipſorū, ſcientes & formi-
 dantes, quod ait iudex ac dominus noster: Væ homini illi per quem ſcandalum uenit. Et
 rurſus: Quicung; ſcandalizauerit unum de puſillis iſiſ qui in me credunt, expedite ut
 ſuspendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Quod ſi ita
 dannabilis ac iniquum conſtituit unum ſcandalizare puſillum, quām dannabile & enor-
 me putandum eſt, plurimos & communatē ſcandalizare, ad uerba detractionum & te-
 metaria iudicia prouocare, ad peccandi audaciam, avaritia excuſationem, ſanctae religio-
 niaspernationem, aduerſiones aliaſq; diuersas uitiositates inducere! Veruntamen quia
 nonnulli religioſi in hac re incaute habere uidentur, imò & excedeſe perhibentur, in-
 tendo agente & auxiliante ſpirituſancto, in p̄ſenti tractatulo iuxta ſanctorum patrum
 & catholicorum doctorum documenta declarare ac ſcribēre, qualiter ſapienter ac timora-
 te habere ſe debent, omnem ſimoniaca prauitatis culpam ac notam omnino & pure ui-
 rando, p̄ſerſtim in exigendo ac recipiendo aliquid à personis, ad religionem recipi poſtu-
 lanibus aut ſuceptis. Porro, religioſi ſunt duplices: Quidam euidenter male uiuentes, ut
 pura qui nec ſubſtantialia omni religioni, uidelicet tria uota, quā tam ſolemniiter altissimo
 promiuerunt, obſeruant: qui potius irreligioſi quām religioſi appellari merentur, & per-
 ſutis deteriores censurant, cum uotum ſolemne fortius obliget quām iuramentum. Iti ſi
 ſimoniam aperte multiplicitate commitunt: & quidam eorum faciunt hoc ſcienter, nec
 curant nec uolunt aduertere, ſicut & cetera ad quā tenentur, transgrediuntur quotidie
 impudenter, ſcienter & intromitate, quoniam euenterunt ſenſum ſuum ut non aspiciant in
 colum, nec recordentur diuinijudicij diſtriſionem, ſed obſcuratum & induratum eſt in-
 ſpiens cor eorum. Alij autem ſunt religioſi deum timentes, & ſubſtantialia obſeruantes, ac
 regulariter conuertantes, qui nec ſpoſte neque ſcienter pro uilla re mundi committerent
 ſimoniam, aut aliquam culpam, p̄ſerſtim mortalem. Nihilominus quidam iſtorum de
 uitio iſto longe ac late grauerit diffamantur, quibus condolendum eſt ſatis: Ipsi quoque
 non mediocriter habent metuere ac uereri propter p̄recta, diffuſiſq; tangenda, item
 ut (dicitur) fama quam communis homo famat, non omnino deperditur. Itaque propter
 iſtos iſta potiſſime conſcribuntur, ſicut & quidam ipſorum inſtanter precati ſunt. Poſtre-
 mo, quoniam pro ſimplicibus iſta ſcribuntur, plane atque ſimpliciter procedent, & breui-
 tati ſtudebo, ea diuina taxat commemorans, quāe p̄recta poterunt intentioni ſufcere, cū
 Eee de

Religioſi du-
bices.

Roman. 1.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

de Simonia in diuersis locis plurima sufficientissime & scholastice atq[ue] subtiliter sine conscripta.

Articulus PRIMVS. Quid sit Simonia.

Simonia.

Theologi ac Iuristæ concorditer dicunt, quod Simonia diffinitive ac propriè studiosa uoluntas emendi uel uendendi aliquid spirituale aut spirituali annexum. In qua diffinitione uoluntas accipitur pro actu seu pro habitu prauæ uoluntatis: hoc est, pro cupiditate uoluntatis, ita quod studiosa uoluntas uocatur electio, propositum, deliberatio, seu cupido uoluntaria emendi sive uendendi spiritualia aut eis annexa. Tamen ut ait Raymundus, sufficit dicere quod Simonia fit studio sa uoluntas emendi sive uendendi aliquid spirituale: quia quod spirituali annexum est, etiam spirituale uocatur. Nihilominus doctores communiter addunt, Vel spirituali annexum, uel propter eudentiam ampliore & declarationem maiorem, uel quia spiritu ali annexum, non est propriè spirituale, ut id quod per se & directe spirituale appellatur, uel ad insinuandum gradum atq[ue] distinctionem spiritualium reru. Vnde cum Raymundus affirmit sufficere ut dicatur, quod Simonia est studiosa uoluntas emendi sive uendendi aliquid spirituale, accipit spirituale satis extense: qui uero addunt, Vel spirituali annexum, accipiunt spirituale magis stricte ac proprie. Dicitur enim aliquid spirituale dupliciter. Primo essentialiter, ut supernaturalia dona: Secundo causaliter, quemadmodum sacramenta euangelica legis, quæ efficiunt quod designant: propter quod gratiam causare dicuntur. Et oia ista propriè spirituale nuncupantur. Cöter aut̄ seu extense dicitur aliquid spirituale tripliciter. Primo participative, sicq[ue] materiales ecclesiæ & cœmateria, sacra etiam uasa, ut calices, & sacerdotalia ornamenta seu uestimenta, spiritualia appellantur, quia consecrationem participant quando benedicuntur. Secundo ordinative, quia ad spirituale aliquid ordinantur, & spiritualiter deputantur: sic que decime atque primitiae, omnia quoque ecclesiastica beneficia dicuntur spiritualia, quia ad sustentationem ministrorum ecclesiæ specialiter deputantur. Tertio dispositivæ, sicut ius patronatus, quod est præsumum spirituale, secundum quod ius patronatus est quædam potestas præsentandi clericum ad ecclesiasticum beneficium consequendum. Hæc autem distinctione procedit secundum doctrinam Alberti Magni & Vlrici eius discipuli: & omnia ista dicuntur spiritualibus annexa, & in eis committitur Simonia, sive emanatur sive uendantur, quantum ad id quod de spiritualitate in eis est.

Spirituale si quid dicitur dupliciter.

Spirituale si quid dicitur.

Articulus II. De alia descriptione Simoniae, & de duplice Simonia.

Mary. iohannæ

Hostiensis Simoniæ diffiniens, ait: Simonia est spiritualium uel annexorum spiritualibus recipio uel donatio, precedente pacto conditionis, promissionis, modi, seruitij, precum, aut cuiuscunque temporalitatis. Et datur descriptio ista de Simonia secundum exterius forum iudicium' que ecclesiæ. Nam sola uoluntate & absque pacto committitur Simonia secundum interius dei iudicium & conscientiae forum, quæ uocatur Simonia mentalis, intentionalis, ratione prauæ & infecta intentionis interioris, quam reprobat deus. Alia uero uocatur Simonia exterior, seu realis & effectualis. De hac sic ait Vlricus in Summa sua, sexto libro capitulo de Simoniæ Simonia in quantum est crimen, committitur sola voluntate sine opere exteriori: quia & primus author criminis huius, uidelicet Simon magus, non produxit desiderium suum ad actum, sed sola uoluntate peccauit: quemadmodum concupiscentia mali, moechatus est eam: & qui odit fratrem suum, est homicida. Simonia uero, in quantum est crimen ecclesiasticum, prout eius cognitio, punitio sive damnatio ad eccl[esiast]icum

DE SIMONIA LIB. I.

430

siasticum spectat iudicinm, iuxta quod ei coniuncta sunt infamia, irregularitas, suspensio & huiusmodi poena, sic non committitur absq[ue] actu exteriore, quoniam homo uideret quæ patient, deus autem intuetur cor. Veruntamen intelligendum est istud de his, quæ secundum se Simoniaca sunt, & iure prohibentur diuino, quæ à iurisfis vocantur prohibita, quia Simoniaca sunt. Alia autem sunt Simoniaca quia prohibita, ut uendere castellionatum seu aduocatiā, & beneficio renūtiare ea conditione aut pacto, ut illi aliquid detur. In his enim sola uoluntate non peccatur, nec etiam uoluntate procedente ad actum simpliciter: sed si uoluntas procedat ad actum eo modo quo extat prohibitum, uidelicet sub conditione seu pacto. Si enim absq[ue] hoc renūtiaret alii quis siue præbendæ ea intentione, ut is qui dignus est eam accipiat, non peccat. Hinc etiam ait sanctus Thomas super quartum Sententiarum questione uigesimali secunda: Homines iudicant ea quæ foris patent, sed deus cor intuetur, ut primo Regum habetur: Idcirco in Simonia ceterisq[ue] peccatis ex sola uoluntate efficitur homo peccator & reus pena ad dei iudicium pertinentis, non autem quantum ad rea unum peccatum ad iudicium pertinentis eccl[esiast]ia. Homicida namq[ue] uoluntate incurrit reatum peccatum aeternæ, non autem irregularitatem, uel excommunicationem, aut aliquid tale: & ita de Simoniaco est dicendum. Ex hoc elicetur & probatur, quod si religiosi recipiant aliquem uel aliquid principaliter intuitu & affectu commodi temporalis, coram deo sunt Simoniaci, & peccant mortaliter, quamvis nihil exigant, neque de dando mentio fiat. Similiter dicendum est, si anniuersarium aut tricenariorum tali modo concedant aut celebrent, seu alium quemcunq[ue] spirituale efficiant actum, ex sacro officio eis conuenientem. Praeterea agnoscendum, quod dum Simonia dicitur studiosa uoluntas emendi uel uendendi aliquid spirituale, per emptionem & uenditionem intelligitur omnis contractus non gratuitus, praeter contractum permutationis, secundum Raymundum. Et idem ait Iohannes in summa Confessorum, Durandus quoque in summa sua. Veruntamen Thomas in secunda secunda, questione decima afferit, quod absolute loquendo, per emptionem & uenditionem intelligentius fit omnis contractus non gratuitus: quia (ut ait) nec permutatione prebendarum seu eccl[esiast]icorum beneficiorum, fieri potest autoritate partium absq[ue] periculo simoniæ, quemadmodum neq[ue] transactio, ut iura determinant. Potest tamen prælatus superior permutationes huiusmodi facere pro necessaria uel utili causa, sed ex summa Vlrici patet horum concordia.

Articulus III. Quam detestabile & enorme sit uitium simoniæ.

VSimonia formidolosius diligentiusque uirtutetur, aliqd de eius enormitate ac damnabilitate tangendum est. Itaq[ue] quam abominabile ac fugendum fit uitium istud, primo constat ex eo, quod sancti patres & summi pontifices generalia quoq[ue] concilia ipsam saepissime uocant hereticam prauitatem ac haeresim, sicut hoc ex Decreto & Decretalibus copiosissime posset probari. Secundo, quia non solum nominant ipsam hereticam prauitatem, sed etiam primam ac pessimam haeresim, gravissimumq[ue] peccatum. Ait enim Damafus Papa: Omnia crimina per comparationem ad simoniacam haeresim, quasi pro nihilo reputantur. Et item Paschalis Papa testatur: simoniaci tanquam primi atque precipiti heretici, ab universis sunt fidelibus respudiendi. Deinde Tharaeus Constantinopolitanus patriarcha, in epistola ad Adrianum Papam sic loquitur: Tolerabilior est Macedonij impia haeresis, quam simoniacorum. Macedonius enim dixit: spiritum sanctum esse puram creaturam, & patris ac filii seruum. simoniaci uero, & si non terbis, tamen factis affirmant spiritum sanctum esse suum ministrum, dum spiritualia dona ipsius sub prelio ponunt. Insuper, sanctus Doctor Hieronymus super Matthæum differuit: Latro est, & templum dei in speluncam uertit latronum, quicunq[ue] de religione luce secessatur. Vnde & super illud Iohannis secundo, ac Matthæi uicem primi, ubi describitur Christus eiecisse de templo uidentes & ementes in eo, dicit expositores: Maxime ex hoc operi saluatoris, ostenditur enormitas simoniacæ prauitatis. Nusquam enim alibi legitur Christus corporaliter restituisse, & alios impulsile flagello que eiecisse, nisi in facto hoc. Audite hæc simoniaci, audite negotiatores nefandi. Aut à simonia uestra cessate, aut de templo exite. Vos numularij estis, uos columbas & gratiam spiritus sancti uenditis. Prä-

Ecc 2 terea

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

terca Simonia est spiritualis sodomia. Nam sicut uitia sodomitica directe contrariantur nature, & quantum in ipsis est corruptum genus humanum, sic uitia Simoniae directe contrariantur gratia, & earn corruptum. Rursum, enormitas Simoniae patet ex hoc, quod sancti tam ueteris quam noui testamenti leguntur tam rigorosum ac seruidum habuisse zelum contra hoc uitium. Nam sanctissimus ille Helislaus propheta proprio ac familiaris suo discipulo Giezi cum incurisset hoc crimen, nequaquam pepercit, sed perpetua lepra plaga percussit eundem: Lepra (inquietus) Naaman adhuc erit tibi & semini tuo in sempiternum. Christus autem sanctus sanctorum, in primo suo aduentu contra nullum scelus tantum commotus legitur, sicut contra hoc facinus, quia uidentes & ementes bis electi de templo: & quamvis in primo suo aduentu uenerat iudicari non iudicare, hominibus pecata per mansuetudinem tolerare, tamen contra hoc uitium in signum detestationis ipsius noluit mititatem ostendere, sed tanquam iratus, flagello de funiculis facto expulit cupidos illos, & mensas numulariorum, cathedras quoque uendentium columbas euerit, pecuniam effudit. Et licet primus Christi aduentus esset misericordie, iustitia tamen de hoc pectato se intromisit. Hinc sanctus Bernardus scribit Eugenio Papae de uitio Simoniae: Intuere Christum iudicem tuum non parat aures ut audiat, sed flagellum quoferat; uerba non facit nec recipit, nec enim sedet iudicans, sed insequitur puniens: causam tamen non facit, quod scilicet dominum orationis, domum negotiationis fecissent. Ergo & tu fac similiter. Erubescant uultum tuum istiusmodi negotiatorum, timeant numularij, non confidant in numeris suis.

Articulus III. De origine Simoniae & nominis ratione.

Iohann. 2.
Matt. 11.

Iohann. 2.

Luc. 10.

Adu. 8.

Giezi.

Simoniaci.

Legitur in Actibus, quemadmodum Simon magus à Philippo diacono baptizatus, cum uidisset, quod per impositionem manuum beatissimorum apostolorum Petri & Iohannis daretur spiritus sanctus in signo uisibili, obtulit eis pecuniam, dicens: Date & mihi hanc potestatem, ut cuicunque imposuero manus, accipiat spiritum sanctum. Cui sanctissimus Petrus respondebat: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum dei existimat pecunia possideri. Non est tibi pars necq; fors in sermone isto, cor enim tuum non est rectum coram deo. Poenitentiam itaq; age ab hac ne quisita tua, & roga deum si forte remittatur tibi haec cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis video te esse. Ex qua responsione luce clarius innotevit, quoniam ineffabile, graue atq; dannabile sit uitium Simoniae: & item quoniam uehementissime princeps apostolorum & primus pastor ac summus prælatus totius ecclesiæ sanctissimus Petrus illud abhorruit. Itaque à Simone mago Simonia in euangelica lege exordium sumpsit, & nomen suum sortita est. In ueteri autem lege in Giezi discipulo Helislaus propheta legitur præcessisse. Nam ille à Naaman Syro pro gratia sanitatis per Helislaum miraculose illi concessæ, sumpsit uestes atq; pecunias, ut in libris Regum legitur. Vnde spiritualia ementes sive uidentes, non solum Simoniaci, sed & Giezitæ postuli uocari: immo secundum Thomam appropriate loquendo, qui spiritualia uendunt, recte uocarentur Giezitæ, quoniam Giezi spirituale quid uendi dicit: Qui uero spirituale emunt, rite Simoniaci nominarentur. Communiter tamen omnes hi Simoniaci appellantur, ita quod uitium istud magis à Simonie, quoniam à Giezi nomen sortitur: quia euidentius & enormius fuit uitium Simonis magi, quam Giezi. Primo, quoniam id quod emere uoluit, spiritualius fuit quoniam quod Giezi uedidit, utputa uirtus faciendo miracula, & dandi spiritum sanctum in signo uisibili. Secundo, quoniam Simon non solum intendebat spirituale bonum hoc emere, sed etiam uendere ipsum, & per ipsum lucrari pecunias, faciendo miracula propter eas, ut ait Papa Urbanus.

Articulus V. Qualiter Simonia diuersimode committatur.

Secun-

DE SIMONIA LIB. I.

431

Secundum quod sanctus asserit Augustinus, ab hoc nomine pecus, pecunia nomen suum accepit, quoniam pecora erant diuitiae antiquorum, & eis uerbantur in suis contractibus loco pecuniae. Hinc per pecuniam datur intelligi cuiuscunq; ualor seu pretium, quod potest numeritate mensurari. Cum ergo oblique quoniam hominis ordinetur ad aliquam utilitatem eius cui impenditur, quæ potest & stimari ac mensurari pecunia, quæ & ministris conductis pre mercede seruitutis eorum impenditur, certum est, quod si quis det alicui rem spiritualem pro suo obsequio, ita Simoniam committit, ac si ea pro pecunia daret. Conformiter, quod aliquis acquiescat alterius precibus ad obtinendam gratiam temporalem aut consequendum humanum fauorem, ordinatur ad utilitatem aliquam temporalem, quæ potest pecuniae pretio & stimari. Ideo sicut incurrit quis Simoniam, dando seu accepit pecuniam pro spirituali, ita & porrigitendo seu accipiendo preces pro spirituali. Hinc communiter dicitur, quod triplex est munus, uidelicet manus à manu quod est pecunia seu quicquid ad exteriores diuitias pertinet: & mutuus à lingua, quod est laus seu adulatio ad humanum spectans fauorem, qui cadit sub pretio, uel preces ex quibus fauor humanus acquiritur: & munus ab obsequio, quod est seruitus ipsa seu actio quævis corporaliter exercitata, non honesta, aut ad carnale commodum ordinata. Et per quodlibet munerum horum contrahitur Simonia. Ait namq; Urbanus Papa: Quisquis res ecclesiasticas non ad quod instituta sunt, sed ad propria lucra munere lingua uel indebiti obsequiis aur pecuniae, largitur seu adipiscitur, Simoniacus est. Verutamen si clericus alicui prelato honestum impedit obsequium atq; ad spiritualia ordinatum, ex sui deuotione obsecrabitur ecclesiastico beneficio dignus. Vnde beatus Gregorius loquitur in Registro Ecclesiasticis utilitatibus deferens, dignum est ecclesiastica remuneratione gaudere. Similiter, si preces porrigitur pro digno, non est Simoniacum, dummodo attendatur ad dignitatem personæ: ad quam si non attenderetur, sed ad humanum fauorem, Simoniacum esset. Cauant ergo religiosi, ne aliquo horum modorum Simonia critica incurvant, in recipiendo quamcunq; personam ad ordinem. Nam & si qd diu seruitur in claustris, non propter ipsam seruitutem secundum se sumptam est recipiendum: sed si aliud de idoneus est, propter sui obsequiis deuotionem & sua personæ idoneitatem suscipi potest. Similiter, si rogetur pro aliquo, non est recipiendum propter preces sive precantes, nec propter eorū fauorem, sed ob suam idoneitatem si dignus est. Deuotio tamen, uirtus & probitas seu merita deprecantium, possunt religiosos inclinare ad recipiendum eum, pro quo rogatur, si dignus est.

Articulus VI. An liceat religiosis exigere aliquid à personis religionis ingressum petentibus, & de rationibus quod non.

Triplex mu-
nus.

Matt. 10.

Propter determinandam & declarandam huius questionis difficultatem, potissimum compilatur iste tractatus. Deniq; ut ueritas huius rei clarus patet ac certius intellendet, procedam scholasticæ, aliqua pro utraq; parte introducendo motu. Itaq; primo uidetur, qd istud nequam sit licitum, etiam ratione penitiae seu paupertatis prætextu. Primo, quoniam status religionis est bonum spirituale, ergo gratis omnino communicandus est postulantibus, non sub aliqua conditione seu pactione. Nil igitur exigit potest à personibus ad ordinem recipi, sed simpliciter & absq; conventione sunt recipientes, si aut refutantur, si quoq; non est ibi contractus pure gratuitus, nec datio penitus liberalis, neq; impletur quod filius dei præcepit: Gratias (inquietus) accepisti, gratis date. Secundo, quia si aliquid ab illis exigitur, Simonia committit uideatur: quoniam iuxta præhabita secundo articulo, Simonia, ut afferit dominus Holtensis, est spiritualium uel annorum spiritualibus receptio uel donatio, præcedente pacto conditionis, promissionis, modi, seruicii, præmissi aut cuiuscunq; temporalitatis. Si autem à postulante ingressum religionis, exigitur aliquid ante quam recipiatur, certum est quod ipse receptionem, pactum conditionis seu promissionis & modi ac temporalitatis præcedit, quod Simoniacum esse conuincitur per locum à diffinitione ad diffinitum. Tertio, quia (ut ait sanctus Thomas super quartum, & idem habetur in Summis doctorum) pro anni uerario celebrando nullo modo licet pacifici seu facere pactum de aliquo dandor: ergo nec pro aliquo ad religiones suscipiendo, cum utrobicq; sit eadem ratio, utputa spiritualitas ipsa. Quarto, quia apostolus Paulus universis scribit Christifidelibus: Ab omni specie mala abstinetes uos. Itud ergo potissimum observandum est religiosis, qui ad perfectionem tendere obligantur: sed exigere aliquid te-

Ecc 3 poral-

porale à potentibus recipi ad uitam claustralem, habet speciem malam, quia aut existentiam, aut grandem apparentiam habet simoniaca prauitatis; ergo omnino caendum est. Quinto, quia (ut ait sanctissimus doctor Hieronymus) quicquid uitari potest salua triplici ueritate (uidelicet ueritate doctrinæ, uitæ, iustitiae) est uitandum, ne scandalizentur pueri seu imperfecti. Cum ergo iam experientia longe lateq[ue] doceat, imò & evidentissime manifestet, q[uod] exactio ista non solum mediocriter, sed etiam enormiter scandalizet pueros & quasi innumerabiles seculares, qui ista occasione religionem sanctam contemnunt, religiosi detrahunt, & cupiditates aliasq[ue] culpas suas mortales excusant, aut parvupendunt, atq[ue] in uaria inconuenientia dilabuntur. Hinc sequitur, q[uod] exactio ista omnifarie sit uitanda, etiam quamvis possit modo aliquo excusari, & in se licita perhiberi. Nempe si claustrales seu religiosi uere sunt pauperes, & indipositi ad recipiendum plures personas, possunt absq[ue] laetatione triplicis ueritatis praetexte, personas recipi postulantes refutare, & comme pactum de dando aliquid prorsus cauerent, nolde exemplariter, meritorie ac honestissime posse recipiantur. Insuper possent ad idem probandum aliæ plures rationes adduci, quarum aliquæ infra introducentur.

Articulus VII. Confirmatio rationum istarum ex dictis sumorum pontificum.

Quinto decretalium capitulo quinto, Innocentius Papa in generali concilio presidens, ipso approbante concilio, ait: Quoniam simoniaca labes adeo pleras moniales infecit, ut uix alias sine pretio recipiant in forores, paupertatis praetextu uolentes hoc uitium palliare, ne id de cætero fiat penitus prohibemus, statuentes ut quæcumq[ue] de cætero tales commiserint prauitatem, tam recipiens q[uod] recepta, siue sit subdita, siue prælata, sine restitutione de suo monasterio expellantur, in locum archioris regule ad agendum poenitentiam perpetuam retrudenda. Hoc etiam circa monachos uel alios regulares decernimus obseruandum. Insuper, sexto Decretalium Bonifacius Papa differuit: Districtius inhibemus, ne in monasterijs ordinum non mendicantium aliquæ recipiantur de cætero in forores, nisi quot potuerint de monasterijs bonis absq[ue] penuria sustentari. Et si istud in ordinibus non mendicantium est seruandum, magis in alijs uidetur obseruandum ordinibus, ne scilicet paupertatis occasione incurrit penitulum, aliquid exigendo a recipiendis aut receptis aut alijs modis. Præterea de hac re Urbanus Papa ait in Bulla, cuius titulus est, Absq[ue] omni pacto personæ recipiuntur ad ordinem: Urbanus episcopus, seruus seruorum dei: Ne in uinea domini nascentes uesper & spinae coualescant, diligenter nostræ incumbit officio, ut illas extirpare radicitus solerti studio procuremus. Sane multorum fidei dignorum relatione didicimus, q[uod] in nominali ecclesijs monasterijs, prioratibus & alijs locis religiosam tam uirorum quam mulierum, illa detestabili & a canonibus reprobata seruatur abuso, quid cum personæ aliquæ recipiuntur in easad obseruantiam regularem, personæ ipse certa sumptuosa, pastus seu prandia capitalis & couentibus facere, ac pecunias uel iocalia seu res alias ipsi ecclesijs ex statuto uel consuetudine, quæ corruptela dicenda est potius, tribuere compelluntur. Ex q[ui]bus decori ecclesiæ & immaculatæ religionis detrahitur, & quæ plures tam execratione huius criminis, quam expensarum onere a sanctæ religionis proposito retrahuntur, & in multorum mentibus fidelium scandalum generatur. Nos igitur huic morbo pestifero cupientes congruam adhibere medelam, alijs pecunis in alia præsumentes inflati, in suo robore duraturis, pecuniam adjicimus grauorem, uniuersitatem & singulis religiosis ecclesiasticis p[ro]fessionis atq[ue] conuentibus tenore præsentium autoritate apostolica districtius inhibentes, ne a personis eorum religiones, ecclesiæ uel monasteria ingredi uolentes, in earundem perfornatione receptione, uel ante uel post illa, que cūq[ue] pastus, prandia, cœnas, pecunias, iocalia aut res alias de cætero directe uel indirecte petere uel exigere quoquo modo presumantur; sed eas potius cum omnino da puritate recipiant, ac in uictu & uestitu sicut alias sua congregatis onis personas sincera charitate perfractent, illa duntaxat cum gratiarum actione licite recipi, quæ personæ ingredientes pure & sponte & plena libertate, omni pactione cestante, dare uoluerint. Nos em̄ eos q[ui] secus egerint, si singulares p[ro]fessi sint tā dātes q[ui] recipiēt huiusmodi, excoicationis: si yō capitulo seu couentus fuerint, suspcionis sententijs eo ipso decernim̄ subiacere, a q[ui]bus preterq[ue] in mortis articulo, absolvi nequeat absq[ue] sedis apostolica.

licet licentia speciali. Cæterum personis utriusque sexus, quæ iam labo huiusmodi sunt fecundatae, de benignitatis gratia exuberanti concedimus, quod per suorum locorum diccessanos hac uice duntaxat, à crimine huiusmodi & nota diffamata inde contracta, authoritate apostolica absoluantur. Insuper, erga personas quæ in p[ro]missis peccauerunt, uolentes nos reddere gratiosos, omnia recepta huiusmodi si ad communem usum monasteriorum sint applicata, ea ad dictum usum concedimus liceat retineri, si vero ad speciale usum abbatis aut abbatissæ, Prioris aut Priorissæ, aut alicuius singularis personæ tenentur, illa uenire precipimus in communi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę inhibitionis, constitutionis, concessionis & præcepti infringere, uel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se nouerit in cursurum. Denique, ad idem demonstrandum possem nunc plura ex sacrorum conciliorum decretis, ac summorum pontificum canonicis allegare, prout in Decreto & Decretalibus continetur, quoq[ue] aliqua inferius forsitan tanguntur; sed ista pronunc reor sufficere.

Articulus VIII. Argumentatio ad parrem opositam.

Porro, quod aliquid exigi possit à potentibus religionis ingressum, uidetur multipliciter posse probari. Primo, quia status religionis non est spiritualior quam celebatio Missæ aut sacramentum eucharistiae; sed licet cantare Missam pro aliquo pretio, cum dicat Apostolus, Quis militat suis stipendijs unquam ergo & aliquid exigi potest a postulante ad ordinem suscipi. Secundo, quia totum ecclesiasticum officium est quoddam bonum spirituale sed pro annuerario alicuius celebrando quidam acceptum redditus certos, ergo pro aliquo ad religionem suscipiendo temporalia exigi possunt. Tertio, quia Apostolus ait: Si nos uobis spiritualia feminamus, magnum est si carnalia uestra metamus: quasi dicat, non est magnum nec multum reputandum ergo nec magnum est, si religiosi exigant aut suscipiant temporalia & terrena ab his, quibus communicant spiritualia sua. Quarto, quoniam ad Romanos loquitur Paulus: Nunc profiscar Ierusalem ministrare sanctis. Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam R[oma] 15.

facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Ierusalē. Placuit enim eis, & debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministerare eis. Ergo à simili, dum seculares personæ per receptionem ad religionem fiunt participes spiritualium ipsorum religiosorum, à quibus recipiuntur, debet eis temporalia ministerare, & ea exigi possunt (ut apparat) ab ipsis: imò sanctus Apostolus fidicavit pro collectis seu temporalibus rebus in elemosynā dandis ipsiis fidelibus pauperibus, qui in Hierosolymis morabantur.

Quinto, quoniam Profer ait in libro de Vita contéplativa: Non est meum dicere quale peccatum sit, ut cibos pauperum præsumendo suscipiant, qui eccliam quam de p[ro]p[ri]is adiuuare facultatibus debuerunt, suis expensis insup grauant. Iterū ait libro p[ro]tectoris Pastor ecclesiæ his quibus sua sufficiunt, non deber aliquid erogare, cū aliud nihil sit habentibus dare q[uod] pdere. Ergo monasteria, p[ro]fertim eguna, non debent suscipe seculares, potissimum opulentos, aliqd' u[er]e habentes, nisi sua deferat fecū. Sexto, quoniam sanctus Papa Gregorius ordinavit de clericis, q[uod] p[ro]pter suos excessus ad agēdam penitentiam in paupibus monasterijs retrudūtur, q[uod] res eoy[us] sequuntur. Septimo, & magis ad p[ro]positum, quia Vlricus scribit in summa sua: Si monasterium tanta pauprata de p[ro]fissum est, q[uod] redditus eius aut uix, aut non sufficiunt p[ro]fisi præsentibus, non solū possunt habere intenti onem accipiendi temporalia a recipiendo, sed ipsi spiritualibus gratis exhibitis, etiam requiri temporalia, quæ sufficiant iustificationi recipiendi, & possunt exprimere determinatam quantitatem, & pacisci de hoc quod illa summa detur, dummodo recipiendus habeat unde ualeat sustentari, quoniam in Actibus habetur: Quotq[ue] terant possessores agrorum aut domorum, uendentes afferebant pretia eorum, quæ uendebat, & ponebat ante pedes apostolorum.

Atq[ue] ut paulopost narratur, beatus Petrus morte puniuit eos, q[uod] parte pretij debiti subtra seruit. Deniq[ue] in summa confessio, & in summa Pisanæ haec eadē assertur. Ex q[ui]bus oibus ac alijs argumentis tandem concludit Vlricus: Multi uolentes euadere scyllam, inciderunt Charybdis: q[uod] dū uolū Simoniā uitare, & sustentationē ingredientiū monasteria dicunt arbitrio seculariū hoīm esse cōmittendā, defraudat monasteria reb[us] fibi de bitis, & seculariib[us] hoīb[us] dant opportunitatē spoliādi. Octauo, q[ui]m S. Thomas testatur super quartū Sententiarum: quando possessiones alicuius loci religiosi non sufficiunt ad sustentandum plures, tunc exigi aliquid potest ab eo qui deseruit uult de q[ui]n loco illo, non quasi pretiū religionis, sed

Actu. 4.

Actu. 5.

Proverbii.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

ut habeat monasterium unde ei ualeat prouideret; ideo non committitur Simonia. si autem absq[ue] grauamine ecclesiæ recipi potest, Simoniacū est exigere aliquid. Postremo, oratio est est bonum præcipue spirituale, sed licitū est dare uiris deuotis pecuniam ut orent pro eo qui datur ergo & pro receptione ad religionem, est licitū ali quid dare atq[ue] exigere.

Articulus IX. De triplici responsione ad quæstionem hanc ipsam.

Sicut iam tacitum est, Vlricus & alij qdam simpliciter dicunt, q[uod] quando claustrū præ pauperate non sufficit plures nutritre personas, quām eas quas habet, licite potest querere & exigere aliquid à recipiendo aut recepto, & determinatam summā ex primere, ac super hoc facere pacū sive conuentione, sic tamen, ut spiritualia gratis exhibeantur. Et dicunt tunc ibi non exigere nec recipi temporale pro spirituali, quasi pretium eius, sed tanquam sufficiaculum, sive stipendium uitæ. Alij dicunt, quod nec prætextu paupertatis liceat aliquid exigere à recipiendo quovis modo: quia paupertas non potest talē exactionem tam euidenter in iure prohibitam efficeri licitam, nec sub paupertatis prætextu debet quis perpetrare prohibita. Vnde Iohannes de Imola afferit, quod in distincte talis receptio sive exactione non ualeat. Porro Bernardus super Decretalem Innocētij præinductam, affirmit q[uod] licet aliquo modo dici possit (ut dictum est) secundū primam opinionem, tamen est ut nulla personaita recipiatur. Idem refert Durādus in Summa sua, Hostiensis quoq[ue] sic sentit. Præterea nunc diligenter recitandum & aduertendum est, quid circa h[oc] sanctus Thomas in diversis scriperit locis, atq[ue] finaliter sentiat. Itaq[ue] super quartum Sententiarū scribit, quod præcedentis articulo in octavo tacitū est argumen[um]. Porro, in Secunda secūdæ quæstione decimanona testat: Pro ingressu monasterij non licet aliquid exigere uel accipere quasi pretium, licet tamen si monasteriu[m] sit tenue, q[uod] non sufficit ad tot personas nutritandas, gratis quidem ingressum monasterij exhibere, sed accipere aliquid pro uictu personæ, quæ in monasterio fuerit recipienda. In Quodlibeticis vero suis sic loquitur: Cū in dispensatione sacramentorū seu alijs spiritualiū aliqua recipiatur, ut simonia uictetur, tria sunt necessaria: Primum, ut fiat ex cōcessione iuris diuinī sive humani, aut saltem p[ro]i[er]e confuetudinis. Secundū est, ut sit intentio pia, & non corrupta. Tertiū, ut feruerit & sit forma honesta, ut non reqratur aliquid ante p[ro]i[er]e officiū seu beneficiū exhibitionem, ne pactū interuenire uideatur: sed expleto officio, poterit exigi. Hostiensis quoq[ue] in Summa sua fatetur hoc tertiu esse omnino seruandū.

Articulus X. Quæ harum responsionum sit uerior atq[ue] securior, magisq[ue] videatur seruanda.

Intra p[re]fatas tres respōsiones illa uidetur esse securior, quæ dicit indistincte, q[uod] nec sub pretestu seu colore paupertatis liceat aliquid à recipiendo exigere: & hoc propter motiuū in VI. ac septimo articulis introducta, atq[ue] inferius introducenda, præsertim q[uod] niam illa responsio magis recedit ab omni specie mala, & longior est ab omni Simoniacā labo, nota ac culpari magis quoq[ue] concordat Decretalibus & bullis seu constitutionib[us] summori pontificis & generalium conciliorū, præallegatis: & pauciora ac minoria mala, imò plura & maiora bona sequuntur ex ea: sive dum seculares consipiunt religiosos ab omni Simonia & auatitia tam purissime esse immunes, maxime edificantur in eis, & cor dialius afficiunt ad ipsos, siveq[ue] uehementius inclinantur benefacere eis, & religionem intrare, seu suos ad religionis ingressum accendere, & laudant atq[ue] glorificant dei in famulis famulabusq[ue] suis religiosis. Et ita per hunc modū cœnobia tam in spiritualibus q[uod] in temporalibus magis proficiunt, quod experientia in multis religiobus sive p[ro]fissione docuit, & adhuc de gratia dei in ordine Carthusiensi quotidie docet. Porro, responsio illa quæ dicit, q[uod] quamuis sub pretestu paupertatis aliquid à recipiendo exigi possit, spiritualibus tamen ei primo gratis exhibitis, in seipso quidē satis probabilis esse uidetur, & securior est q[uod] prima: sed in hoc qd[am] air, tamen esse ut nulla persona ita recipiatur, est utique uera & certa, quemadmodū responsio præmemorata iam approbat. Responsio autem in exordio præcedentis articuli posita, nequaq[ue] stare posse uidetur, nisi intelligatur secundū dum moderationem quam in Quodlibeticis suis Thomas inducit, obseruat[us] uidelicet tribus illis, quæ ibidem affimat Thomas esse omnifarior obseruanda, ut Simonia uictetur, prout præcedēti dicebatur articulo, cui in hoc dominus Hostiensis & Gulielmus concordant. Ethoc ex rationibus VI. septimoq[ue] articulis suprā inductis, satis probatū cœsetur, & nihilominus modo diffusus ostendetur.

Articulus XI. Quod ille modus exigendi aliquid temporale à persona recipien-

da,

da, quam quidam religiosi utriusq[ue] sexus nunc habent, p[ro]iculosus sit atq[ue] illi-
citus, & de improbatione opinionis quorundam præ-

439

Quemadmodum Innocentius ait in Glossa sup[er] capitulum, Tua nos, non licet ali quam p[ro]sonam ad religionem suscipere sub hac forma: Recipim[us] te in fratrem aut sororem, si detuleris tecū unde uiuas: sive quia bona ecclesiæ seu cōgregationis nostræ non sufficiunt nisi nobis. Et huic assertioni consonant uerba Hostiensis & Gulielmi atq[ue] Bernardi & sancti Thomæ, imò & omnia hucusq[ue] catholice introducta, & potissimum uerba Vrbani Papæ, quae ad alium sensum nullatenus poterū retorqueri, ut se p[ro]stimo patet articulo. Cum ergononnulli religiosi sub prætracta forma modò quasdam personas recipiunt, si quidem publice dicunt eis, Pauperes sumus, nec dispositi sumus recipere te, nisi tantum aut tantū apportes, seu des, sive promittas, constat quod periculose & illi citate agant, præsertim quia & cautionem uolunt habere, & nisi solutur quod exactum est, uolunt receptum licetari. Et quedam religiosæ p[ro]sonæ exigunt statim sibi dari certāsum manū pecunia, & postmodum alia plura: & ita recipiunt præcedente pacto, conditione, promissione, conuentione & modō, quod q[uod] periculorum illicitumq[ue] constat, ex præhabitis elucefit. Est q[uod] probatū, à Simoniacā prauitatem non posse id ueraciter excusari. Præterea, si dicunt se facere talē exactionem & p[ro]actionem, cōsiderando rem temporalem non ut premium rei spiritualis, sed ut est stipendium aut sustentaculum uitæ, iam patuit istud nō sufficere nec ualeare. Nam & simili palliatione posset pene omnis simoniaca prauitas excusari. Simili quoque modo posset de Missa celebranda & anniversario concedendo fieri p[ro]actio, cuius contrarium dicunt doctores concordant. Insuper, exactionis p[ro]actionisq[ue] huius forma est in se in honesta ac scandalosa, repugnans decori ecclesiæ, & derogans syncretisti religionis monasticæ, propter quod Vrbanus Papa eam totaliter ac apertissime reprobat. Nec etiam possunt religiosi conscientia bona sic dicere recipiendo: Damus tibi gratis quod habemus, uidelicet locum & societatem, seu cōsūmptionem ordinis nostri sed oportet ut tibi de necessariis uitæ prouideas, seu hoc aut illud apportes seu p[ro]fesses, quia in his uerbis est pactio modi & uera temporalitatis exactionis, nec uerba ista quantum ad sensum, differunt à uerborum forma prædicta, quam Innocentius & Vrbanus dicunt esse illicitam. Oportet namque ut receptio ipsa ad religionem, sit gratuita, liberalis & simplex seu absoluta, non conditionata, coarctata & obligatoria ad aliquid temporale, sicut ostensum est. Præterea, q[uod] dicunt paup[er]es religiosos aliquid posse exigere à recipiendo, & determinatam summa exprimere, & sup[er] ea soluēda pacisci, spūialibus gratis exhibitis, regredī sunt isti qualib[et] istud intelligat: hoc est, q[uod] liter spūialia debeant gratis exhiberi recipiendo. Aut enim exhibetur ei simpliciter & absolute, liberaliter aut pure, aut cōditionaliter & sub pacto ac obligatione ad temporale. Si primo modo, ergo eo ipso q[uod] religiosi ita recipiunt aliquid, obligat se ad prouidēti ei de necessariis corpori, sicut fibimeti p[ro]p[ri]etatis, quādū cum eis est, nec possunt eū bona conscientia refutare quamuis nihil det eis, quia iam absolute eum ad suam religionem receperunt, dummodo aliunde aptus sit ordinis. Nem p[ro]p[ri]etudo eum ad ordinem seu uitam monasticā, recipiūt eum ad uitam cōmūnem, & eos, q[uod] que habent faciūt eum participē secundū institutionem & intentionem sanctorum patrū, qui ordines fundauerūt. Rursum, recipiendo eum ad suam societatem & fraternitatē, in corporant eū sibi, nec possunt eū ab unitate mystici corporis sui sine rōnabili causa abscindere, teneatq[ue] ei de necessariis p[ro]videat, q[uod] b[ea]tū officio hoc incibit. Si uero spūialia exhibetur ei conditionaliter, & sub pacto seu obligatione ad temporale, iam satis ostensum est, id prorsus illicitum esse, nec Simoniacā la be carere. Si ergo positio illa quorundam saluabitur, oportet ut intelligatur q[uod] exactionis p[ro]actio & determinatio de temporalibus dandis, fiat solum post absolutam receptionem personæ ad ordinem, ut sanctus Thomas, Hostiensis & alij contestant, ne pactio interuenire uideatur, simoniq[ue] uitii committatur. Quod si predicti suā responsionem ita intelligūt, poterit forsan stare, non aliter. Veruntamen incautum uidetur ita recipere in casu præhabito, dum scilicet claustrum tanta deprimitur paupertate, quod non sufficit plures quām eos quos habet nutritre, & quia sive persona recepta det aliquid, sive non, tenetur eam tenere ut dictum est, si aliunde sit apta. Ideo iuxta Bernardum ac alios plures, tamen est non recipere. Ideo & Bonifacius statuit, ne moniales de certis ordinib[us] plures recipient, q[uod] bene posse sunt nutritre. Istud tamen intelligendum uidetur, nisi forsan religiosæ personæ propriis sufficiunt laboribus, aut tanta perfectionis existant, q[uod] ex inspiratione diuina & confi den

dentia paternæ prouidentiæ dei recipient plures, q̄ ex suis queant possessionibus sustentari. Tales namq; non subefsent legi communis q̄a ubi sp̄us dñi, ibi libertas.

Articulus XII. Demonstratio plenior, q̄ non liceat religiosis exigere aliquid temporale à personis religionis ingressum per tenib; bus, nisi forsitan (ut dictum est) post absolutam, gratuitam ac simplicem receptionem ad ordinem.

Eccles.7.

Sicut in Ecclesiastico legitur, Vnicuiq; mandauit deus de proximo suo, ut scilicet diligat eum sicut seipsum, & etiam faciat ei loco & tempore opportuno quod uera regrit dilectio, & prout rationabiliter uult sibi fieri ab illo. Et præsertim mandat deus unicuiq; de proximo suo, ut eum ædificet, non scandalizet. Deo q̄ppē debemus bonam conscientiam, proximo bonam famam, propter quod sanctus afferit Augustinus: Qui negligit famam suam, id est, qui bonam famam habere non curat, nec satagit, crudelis est quoniam proximos suos permittit seu facit male sentire de se, & ita (quantū in se est) ipsos scandalizat & spirituus literæ necat, & animat ad peccandum. Hinc ait scriptura: Curam habe de bono nomine: hoc enim plus proderit tibi q̄ mille thefauri. Et iterum Salomon proferatur: Melius est nomen bonum quam unguenta pretiosa. Ex quibus etiam comprobatur, q̄ bona fama sit terrena substantia p̄ponēda, p̄zeligēda, p̄æmanda ac p̄æxq̄rēda, in quantum bona fama est ad dei honorem & proximorum ædificationē. Propter quod qui negligit famam, non solum crudelis extat in proximos, sed iniuriolus quoq; consifit in deum, ad cuius in honorationem & offensionem inducit (quantū in se est) proximos suos. Vnde per Ezechiel conqueritur deus de impiis Israelitis: Commaculaſtis, inquiens, nomē meum sanctū in gentibus. Er rursus i sanctificabo, inquit, nomē meum magnū, qđ pollutum est, quod polluitis inter gentes. Deniq; quamvis omnia ista ad uniuersos pertineant Christifi deles, specialiter tamen ad religiosos: qui quanto minus proficiunt alij p̄dicando, tanto plus eis proficerē debent uitrofie & exemplariter conuersando; & quanto tenentur p̄æ uulgō perfectius uitare, tanto plus obligantur uulgi ac seculariū & maxime pūſſillorum scandalū deuitare: non solum quād in se culpabiliā sunt, imd 8c ea quā speciem habent malitī quā ex charitate proximi sunt uitanda, ne quis pūſſillo & scandalizetur. Porro pūſſilli uocantur, qui nondum perfecti sunt, & ex infirmitate aut ignorātia, non ex certamalitia peccant. Religiosi itaq; qui ex p̄fæato modo exigendū aliqd temporale à recipiendo, atq; ex modo suo recipiēnt personas nonnullas, sc̄iunt sibi in populo malum ac derestabile nomen generari, & plurimos scandalizari, & ex consequenti de grauiter in honorari, ac diuersa oriri peccata superius tacta, ualde habent timere ac pemtere ac inde cessare: immo & grauiter peccare probantur, seip̄ protinus emendare tenentur, & à p̄fæata exactione in se illicitā abstinere, etiā dato q̄ non est in seipſa illicitā, propter hoc quād speciem habent in malī, & tantorum occasio est malorum, tantorumq; radix ac incitatio scandalorum, imd talium atq; tantarum dei altissimi iniuriarū sōmetunt. Preterea, cū religiosi teneantur spirituali profectiū incessanter studere, & in charitate sancta p̄ficerē, oportet eos apostolica documenta de scandalis uitandis & exemplaritatibus obseruāndis, sinceritateq; charitatis, cum īgēti atq; p̄cipua diligentia adimplere. Nunc igit̄ apostolica documēta sup̄ his aduertantur. Certe ad Romanos Paulus loquitur: Si propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundū charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortu⁹ est. Noli propter escam defratre opus dei. Loquitur aut̄ ibi ad literam sanctus Apostolus de cibis secundum legē prohibitis, qui usq; ad Christi passionem erant Iudeis uitandis: sed post Christi ascensionem euangelio diuulgato, non poterant sine peccato uitari ratione legalis prohibitionis, quia extunc obseruatio ceremoniali legis fuit mortisera. Tempore autē intermedio, scilicet inter Christi passionem & euangelij diuulgationem, poterant tales cibi sine peccato manducari atq; uitari. Itaq; p̄ælegator, sensus uerborum est: si propter cibū frater tuus contristatur, id est, si proximus tuus ad inordinatum ororem mouetur & scandalizatur, eo q̄ cibum manducare quem si ne culpa potes non manducare, iam non secundū charitatem ambulas, id est, contra charitatem agis & peccas. Nam charitas exigit ut pro scandalis proximi tui (præsertim pūſſilli) uitando, uites quicquid sine peccato uitare uales. Noli cibo tuo, id est, cibi tui, illum perdere, id est, ad mortalem culpam inducere, pro quo Christus mortuus est. Vnde & Christi amore hoc debes uitare, nec salutem paruipendere proximi tui, quam intantum appetitus est filius dei, qui seipsum dedit in mortem pro ea. Deniq; hæc ad propositum appli-

catio, cū prefata exactio p̄æacta q̄ p̄ædictio, & formare recipiendi p̄ædicta, possint sine pecato uitari, & aliorū etiam pūſſillorum ac plurimorum sint scandalizatiuæ, uitādæ sunt: imd etiā in se licita esent, adhuc essent ad tempus uitandæ, quousq; per rationabilem informationem seu alio modo cestaret scandalum pūſſillorum, secundum doctrinam sanctorum. si quidem opera bona, ad quāe quis non tenetur, ad tempus sunt omittenda proscādalo pūſſillorum sedando: quanto magis opera indifferentia, & præsertim opera in se illi citâ, seu speciem mali habentia? Amplius, Corinthiis ait uas electionis: Quidam cum scientia usq; nunc idoli quasi idolothytm manducant: & conscientia ipsorum cum sit infirma, polluitur. Esca autem nos non conuenient deo. Neque enim si non manducauerimus, deficitus neq; si manducauerimus, abundabimus. Videate autem ne forte haec licentia nostra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis uiderit eum qui habet scientiam, in idolio recumbē tem, nonne conscientia cum sit infirma, ædificabitur ad māducandum idolothyta, & peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est: Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum, in Christum peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in aeternum, ne fratrem meum scandalizem. Ex quibus utiq; Apostolicis uerbis ostenditur, quād damnabile & enorme sit, scandalizare pūſſillos faciendo uel mala uel speciem mali habentia: & qualiter spiritualium sit virorum etiam licita quād uitare, & magna potius patimla pena, quād scandalizare pūſſillos. Infup (prout Thomas in Secunda secundæ, quæstione quadragesta secunda declarat) ecclæsiae Christi in quibusdam locis non recipiunt decimas, quoniam sine scandalo id exigere nequeūt, cum tamen decimas ab ecclæsia exigitur iuris diuini: quād magis uitanda sunt memorata illaz exactionis, pactionis & receptionis negotia, in seipſis tā suspecta & indecora: sicut monet Ap̄l̄: Itaq; quæ pacis sunt secessum, & q̄ edificationis sunt in inuicē custodiāmus. Itaq; Hoc iudicatē poti⁹, ne ponatis offendiculum fratris uel scandalū.

Articulus XIII. Prosecutio disputationis istius ex alijs uarijs cōsiderationibus.

Octorū profundus, seruēs & unctus, dominus Gulielmus Parisiensis, in tractatu suo de Collatione beneficiorū effatur: Aggregiamur disputare an liceat unius psonæ multa habere beneficia, quoruū unum sufficit ad cōpetentē sibi sustentatiōnē. In primis ergo si de hoc uideat alicui dubitandū, q̄a à multis & magnis uiris sentitur qđ imd, atq; à multis & magnis qđ non, unde temerari uideri potest de hoc aliquid diffinire, ad qđ dicimus, q̄a si dubitū est an liceat hoc an non, ipsa dubietas certitudo est & determinatio. i. certitudinē facit, qđ p̄culdubio nō licet alicui cōmittere se discrimini. Discrimini autē se cōmittit, q̄ p̄sumit aliqd facere de q̄ dubitatan sit mortale peccatum. Cū ergo (ut diximus) dubietas faciat hoc discriminōfum, idcirco uitandū est de necessitate salutis, tanq; illicitū & mortale, qđ (Augustino restante) mortaliter peccat qui discrimini se cōmittit. Sic in proposito arguo: Cū em iuxta prehabita de isto fint opiniones diuersæ, an liceat religiosis aliqd à recipiendo exigerē, ipsa dubietas seu opinionū uarietas, facit istud ad minus discriminōsum idcirco necessario est uitandū, & discriminī se cōmittit, qui à recipiendo exigere aliqd temporalē p̄sumit. Preterea, iuxta Gulielmū Antisiodorenum, religiosi non solū tenentur ad uti meliore, sed etiā ad securiore. Cū ergo ap̄tissime sit probatum, nullusq; rationis cōpōs ambigere queat, quin securius sit à recipiendo nihil exigere, p̄serūtū ante suā ab solutā, certā ac simplicē receptionē, consequeūt p̄ religiosi ad hoc teneantur, maxime cū ad hoc sint plures fortioresq; rōnes & autoritates euidentiores. Infup scđm Hi eronymū cū hereticis nec in noībus cōuenire debem⁹, ergo nec cū Simoniacis in factis, cū ergo simoniaci religiosi aliqd exigāt recipiēdū ante q̄ recipiātur, tenētur boni & timorati religiosi hoc prorsus uitare, nec quis colore hoc ipsum committere. Adhuc aut̄, ecclæsia qua à principio celebrauit in azymo, postmodū ad tempus celebrauit in fermento, cum oratione iudicavit in antītū hærefis, aſterens legalia cum euāgelio obseruanda. Vnde ecclæsia ne uideretur aliquo modo illis hærefis concordans, dimisit ad tempus qđ bonū ac līcītū fuit, scilicet celebrare in azymo, etiā ad tempus celebrauit in fermento, cum oratione iudicavit in antītū hærefis, aſterens legalia cum euāgelio obseruanda. Matt̄ 17: 12-13. Ante oīa, aīt, nolite turare. Nō q̄a iurare semp̄ fit uitioſū, sed q̄a piculosum, caſuq; uicinū, ppter qđ aſſerit August. Qui phibuit te iurare, sup̄ ripā te noluit ambulare, ne p̄tu⁹ in angusto positus cedat. Ideo in Ecclæsico fateſi: iurationi nō assuecat os tuū, mali enim

Rom.14.

can

enim casus in ea. Conformiter, quamvis prememoratae exactio, pactio, recipiendis forma, nō essent in seipso culpabiles, nihilominus ab homine timoratus essent uitade propter propria peccata. Nam & experientia docet, quanta ex eis oriatur peccata. & quando monasterium aliquod primo sub paupertatis colore ad eas consuetudinem ea cum deuenierit, uix unquam quantum dicitur, consuetudinem illam relinquit. Vnde & Hugo de sancto Victore fatetur: Qui occasiones uitiorum non fugit, uitia ipsa non diu effugiet. Præterea, Tharasius patriarcha in epistola ad Romanos pontificem afferit, q[uod] pro sacramentorum dispensatione seu spiritualium receptione, nec antenec post licet aliquid temporale exigere sive recipere, quia siue ante, siue post exigatur seu recipiat, tamen exigitur seu recipitur. Et per hoc roboratur illorum positio, qui (ut dictum est) scribunt q[uod] tuus es, ut nec post receptionem aliquid exigatur. Insuper, beatissimus princeps apostolici agminis, in sua prima iubet canonica: Conuerstationem uestrarum inter gentes habetes bonam, ut in eo quod detrectant de uobis tanq[ue] de malefactoribus, ex bonis operibus uos considerantes, glorificent deum. Hac est enim uoluntas dei, ut bene faciatis, obmutescere fa- ciatis imprudentium hominum ignoratiā. Quod utiq[ue] ad uniuersos pertinet Christifide- les, quāto magis religiosis incumbit atque necesse est, ne in exemplariter, incaute aut reprehensibiliter se habendo, aperiant ora hominū ad loquendū, & corda secularium moueant ad temere iudicandum, ac plurimos scandalizantim tam circūspecte, virtuose & irreprehensibiliter se habeant, ut bonitatis tuae evidētia, obloquētes conuincat, & adamiciam commendationē q[uod] sui ac glorificationem deuocant. Postremo, ad Titū fatetur Apostolus: Verbum sanum, irreprehensibile, ut qui ex aduerso est, uereatur, nihil mali ha- bens loqui de nobis. Parimenti dici potest opus sanum, irreprehensibile, ut qui ex aduer- so est uereatur, nihil mali habens loqui de nobis. Vnde patescit ad religiosos id pertinere, ut uerbo & ope satagant irreprehensibiles esse, ne mundanis hominibus afferant occasio- nem atq[ue] materiam male loquēdi de se, presertim cum & de uiduis scribat ad Timotheum Apostolus: Et hoc præcipe, ut irreprehensibiles sint.

Articulus XIII. Solutio objectionum ad partem contra-

riam inductarum.

Adid quod in exordio octauii articuli, primum objicitur de Missa cātanda pro pre- tio, Thomas sub quartum responderet: Facere pactionē de missa celebrāda, est si moniacū semp: si tamē sacerdos non habet alios sumptus, & nō tenetur ex of- ficio Missam cantare, potest accipere denarios, sicut cōductū faciūt sacerdotes, non quasi pretium Missæ, sed quasi suis tāculū uitæ. Ad secundum respondet: Annuer- sariū celebrare est spiritualis actus proprius, ideo nullo modo licet pacisci pro eo celebra- do. Si tamē cum déuotione aliquid detur ecclesia, tenetur ecclesia celebrare pro eis propter bus rogatū. Ad tertium respondet, q[uod] spiritualia seminātibus, administratibus ac prædicantibus, danda sunt temporalia tanquam stipendia uitæ, non quasi spūialū pretia. Ad quartum dicendum, q[uod] gentiles ad fidem conuersi, tenebantur saltē debito condecentie ne- cessaria uitæ ministrare ac mittere pauperibus Christianis ex Iudaismo cōuerfis, à quibus spūalia dona participauerunt, non q[uod] temporalia illa beneficia seu elemosynæ corporalēs da- bantur quasi pretium spūialū bñficiorū, nec taliter exigeabantur ab eis, sed tanq[ue] suscep- taculum uitæ: & nec exigeabantur à conuersis gētib[us] ante eorum conuersiōne ad fidē, uel eo pacto, ut non admittentur ad fidem nisi talis darent. Sic etiam dico, quod si aliqua diuina persona à pauperib[us] religiosis recipiatur ad ordinem, potest forsitan aliquid exigere ab ea post receptionem tanquam necessarium uitæ, non pro spirituali receptione, & ipsa non potest sine peccato dimittere quando subueniat claustru, etiam si nihil regratur ab ea. Vnde & periculose se habent, qui patrimonia sua dant suis ppinq[ue], & de bonis ecclesiis que bona sunt pauperum, se sustentant, præsertim quādo ecclesia indiget. Et iuxta hūc mo- dum prædicavit Apostolus, ut gentiles conuersi aliqua colligerent in elemosynas pau- peribus Christianis in Ierusalē destinandas; sicq[ue] prædicavit pro illis collectis, non quod illa collecta fuerit principalis finis aut pretium prædicationis, sed ad id quod pie quādam pauperibus admonuit ex gentilitate conuersos. Ad quintum patet ex dictis solutio, quo- niā grauitate peccant qui propria bona distribuunt alijs, uel inordinate expēdunt, & bo- na confundunt ecclesias, eamq[ue] grauant sumptibus suis, nec uiuunt ex opibus propriis. Pa- stor quoque ecclesias ea quā sponte dat, potius dare debet indigentibus quam satis habe- tibus. Ex hoc tamē non sequitur, quod pauperibus religiosis licet facere pactum cum di-

tib[us] recipi cupientibus sed possunt eos licite refutare, nisi ex proprio motu de necessa- rijs sibi prout deant, & paupertati claustris uocantur, sed de hoc cum ipsis pacisci non de- bent. Ad sextū dicendum, q[uod] obiectio illa non est ad propositum, quoniam clericis de q[uod] bus illud ordinavit sanctus Gregorius, non erant conuentuales monasteriorum in quibus retrudebantur: uel si ibi recipiebantur ad ordinem, non recipiebatur cum pacto aliquid dandi, sed ex apostolica ordinatione recipiebatur cum rebus suis: & ea quā apportabat, dabant in reueamen inopiat claustris pro sustentaculo uitæ suæ, non in pretium uiri spiri- tualis. Ad septimum respondendum, quod omnia illa quā in Summis suis scribunt Du- tardus, Ulricus, Iohannes & alii, oportet intelligere scīp[er] accipere, ut siāt spiritualibus grā- tis exhibitis, & postquam spiritualia sunt gratis & libere & absolute exhibita seu collata, ceu ex uerbis sancti Thomae & domini Höstiensis, Bernardi, Guliēlmi & aliorum omnium est, & presertim ex dictis Vrbani papæ, cuius uerba adeo clara & plena sunt, quod nullam recipiunt euasione aut palliationem. Quod autem ex Actibus allegatur apostolorum, tantum conuicit, quod recipi cupientes debeant tāq[ue] monasterio prouidere, si habéant unde, & claustrum sit indigena: non autem, quod religiosi pauperes aliquid possint ab il- lis ante receptionem exigere, aut cum eis de dando pacisci. Porro quod principes aposto- lorum reprobauit Ananiam & sapphiram, qui partem pretii uenitii subtraxerunt occul- te, non fuit ob hoc quod sub pacto aut conditione dandi totum pretium in usum commu- nem, fuerint ad societatem ecclēsias primū in communī uiuentis receivedi, sed quia con- tra ordinationem sanctorum fecerunt apostolorum, & insuper suam iniuriam & frau- dem excusauerunt mēdācter. Nec illi fideles sub apostolis uitam communem ducētes, erant sicut religiosi, quod tria uota omnia religiosi substantia emiserunt: imo conjugati inter eos suis licite miscebantur uxoribus. Ex præinductis autem non sequitur in Chary- bidim ruina seu defraudatio monasteriorum, sed priuatiō à scandalis multis atque à Simo- nia, ut ea quā à secularibus exigenda sunt, exigantur sub forma honesta, receptione ad religionem iam facta, & spiritualium exhibitione gratis peracta. Ad octavum dicendum, quod sanctus Thomas scribit super quācum Sentiātū, quod aliquid exigere potest ab eo qui deo uult deseruire in loco religioso, dum locus est indigena tanquam sustentaculū uitæ: sed quando & qualiter fieri debeat illa exactio, scribit in Quodlibeto, ut patuit, ut pū- ta de receptione iam facta, nullo pacto interueniente, ut Simonia uiretur & forma honesta seruer. Ad nonum dicendum, quod oratio est maximus spiritualis, idcirco nequaquam debet sub pretio ponis: & illi qui donant pecuniam ut ore tur pro eis, orationē non emunt, sed beneficis & elemosynis suis inclinant corda deuotōrum ac pauperum ad deuotio- nem & amicitiam circa se, ut ex deuotione & charitate orient pro eis, & p[ro] beneficiis illa eos sibi facient debitores, iuxta quem modum etiam licitum est diuitibus religionem ingre- diperto tantibus, aliquia sponte monasteriis dare, non ut pro illis quasi pro pretio recipi- antur, sed ut per talem collationem ostendant suam deuotionem ad religionem, & iplos prouident religiosos ad charitatem & beneuolētiām circa se, quatenus ex charitate & be- neuolētiā accipiāt eos. Vnde & prout p[ro]pter talia faciliter recipi possint, in quantum per ea demonstrant suam piām affectionem ad ordinem. Postremo, ad Decretalem Innocentij septimi articulo allegaram, Raymundus & Ulricus & alii quidam dicunt, quod intellige- da sit, quando paup[er]as allegatur in fraudem. Et uerum reor, q[uod] uerbum illud Sub paup[er]- atis p[re]textu, dupliciter possit intelligi: primo, quod paupertatem allegat, cum ita non sit secundo, q[uod] nec ratione paupertatis aliquid exigere possint: quod ita potius secundum inten- tione Innocentij Papæ intelligendum uidetur: primo, quia & illa fuit intentio Papæ Vrbani, & etiam borifici, sicut probatum est: secundo, quoniam Innocentius capitulo im- mediate præcedente præcipit in causa consumili, ut pro spiritualibus conferendis siue col- latis, nullus aliquid quocunque p[re]textu exigere aut extorquerē possit. Si ergo nul- lo p[re]textu, ergo nec paupertatis p[re]textu. Denique, intentio dantum aliquam monaste- rī, debet recta consistere & omni Simoniacā lab[or]are, ut scilicet principaliter conferat sicut erit propter deūm, ad laudem & gloriam eius, atque ne grauent coenobium, & pro communi usu ipsius. Höstiensis autem afferit p[re]fataam Decretalem esse intelligēdam, q[uod] non caute procedit, ut scilicet primo gratis spūalia conferant, & postea recepto dicat, ut secesserat necessaria uitæ, si habet & potest, & monasteriu uite indiget.

Articulus XV. Qualiter religiosi consulte & caritatem ac pure habere
se debet circa p[ro]fanas recipi cupientes.

Pff. Quem-

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI

Quemadmodum supra in exordio prae dicti uidebatur articuli, & Innocentius protestatur, non licet religiosis quamvis pauperibus aliquam fuscipere personam sub hac forma ad ordinem: Recipiens te in fratrem, aut sororem, si detuleris tecum unde viuas & cetera. Quid autem auctri sunt religiosi, qui loca habent uacantia, indigent que personis, sed necessaria uita non habent pro illis, praesertim si ad eos ueniant plorae recipi cupientes, & de necessariis sibi uidere uelle se afferentes? Iam constat quod respondere non poterit. Si ita feceritis, recipiemus uos: quia tunc iniret paupertum, & esset conditionata receptio. Nec possunt cautionem aut certificationem requirere propter rationem eandem, neque seorsim pacisci, neque intentio habere principaliter ad aliquod temporale, quia si sic esset simonia intentionis: & tamen nisi aliquo ficerint hogmodorum, uidentur grande incurtere damnum, & diuinam minuere cultum, petenti busq; praeculdere uiam salutis. Ad haec aliqui responderunt, & uidetur esse de mente antiquorum Decretalium Glosatoris, quod in tali casu possunt recipi sub hac forma: Nō habemus qd tibi demus pro uictu, nū portes tecum unde viuas. Veritatem p haec non uidetur forma liter fieri personae receptio, quis fiat in situatio aliqua de recipiendo. Salvo igitur meliori iudicio, mihi uideatur quod personae recipi cupientibus prima facie dicere debent: Nō sumus dispositi ad recipiendum uos. Et si causam inquirant, possunt respondere: Quoniam pauperes sumus, nec necessaria uita habemus pro uobis, quod etiam dicere possunt nō interrogati de causa. Et si illi tunc dicant, Proinde debimus & sati deferemus nobiscum, uel si alii dicant hoc ex parte ipsorum, tunc religiosi (ut tactum est) respondere nō possunt: Si ita eritis, uel postquam ita feceritis, recipiemus uos, uel erimus bene concordes, sed poterit dicere. Sublato obstatculo uestrae receptionis, utinam si ita feceritis, faciemus quod inspiraverit dominus. Velsic, Faciemus tunc quod secundum deum & conscientiam & sancti ordinis nostri tenorem uidemus esse agendum. Si aut adhuc aliqd certius audire quererint, respondent: Non possumus bona conscientia amplius dicere, nec aliquo modo pacisci. Insuper instruere debent illos, in modo & pie increpare ac dicere: Vultis nos ipsos uobis cum damnatione inuoluere, faciendo pactum de receptione, quod Simoniacum est, & uobis illicitum est sicut & nobis? Et tunc seculares illi debent merito aedicari in huiuscmodi uebris religiorum istorum. Porro, si religiosi uelint credere uerbis simplicibus cupientium recipi, & afferentes uite se prouidere & sati allatueros, eo quod fide digni cōsistant, tūc possunt eos absolute recipere, omni pacto cessante: scilicet tamen, ut intentionem habeant nō corruptum, principaliter non intendo ad temporale emolumētum seu donum, sed secundario & minus principaliter solum, prout infra dicetur diffusius, qualiter in talibus fit regula ac rectificanda intentio, ut omnis Simonia uideatur.

Articulus XVI. De cautela ordinis Carthusianis in uitā oēm Simoniacā prauitatem. Egitur in statutis ordinis Carthusienis: A nouitiis nec uestis, nec aliud exigatur, si Prior exegerit, si extra fedem quadraginta diebus, & totidē faciat abstinentias sine misericordia infra sex menses. Si procurator uel alias exegerit, sit p quadraginta dies nouitiis, & totidē in capitulo recipiat disciplinas. Prioratum qd Prior, & procuratione Prior amittat, si eis sc̄ribibus exactio iam uenerit ad effectū. Nullus etiam nostrum de rebus nouitiis aliiquid postulet, nec ad procurationem aliquam facie dam nouitiis in struatur ab aliquo nostris. Insuper prohibemus uicariis & Prioris atq; cōventibus monialium, de cetero ne recipiat in sorores, nisi qd de bonis monasteriis poterat, si ne penuria iustificari, nec aliqua sub cuiuscumq; cōmodi uelamine recipiat, donec loc⁹ uacuerit: nec ppter munera uel eria pmissa aliqua psumat, psonam recipere, ne uitium cōmitat Simonic. Ecce quo ordo carthusiensis nō solū a plorae recipiēdīs, sed a plorae receptis, put nouitiis, phibet aliqd exigētne nec solū exactiōne ad effectū pducta, sed itē psumptā, inchoata ūta attentatā punit districte, in qd alii religiosis salutare p̄bet exēplū. Et cōfirmatio oīm p̄dictor patet ex yb̄s sc̄ti Hieronymi, sic dicit̄s in Regula sua: Detectabilē hæresim Simonic, quā cōi prauitate diaboli moniales assuetē cōmittunt, etiā in auditu horreat uita societas. Giezi & simonis uos terreat prauitatem. Vox Petri uicarij Chrii nūq; exeat de aurib⁹ uistis Pecunia tua tecū sit in perditione, existimas em̄ donū dei h̄i pecunia. Cois mercator⁹ uifus habet, ut uēditio cōmutet in melius. Afferit nāq; Simoniacus pecunia esse p̄stantiorē dono dei, ci illud cōmutat in ipsam. Ad uos uenientes sorores, ad Chrii suscipite nuptias gratias. Preponat sanctitas pecuniae exqratur bonitas uita, nō ḡficitas carnis, nō utilitas mūdi. Nulla opinio, nulla opinio, cōstimo se intentio de pecunia danda praeueniat &

DE SIMONIA LIBER II.

436

receptionem p̄cedat, quae p̄actio siue opinio puritatē mentis perturbat. Beatus sapientia clamat, qui excutit manū suam ab omni munere, & post aurum non abiit, nec speravit in thesauris pecuniae, quae subuertit iudicium. Porro soror quae aliquid attulit, nō inde extollatur, nec more sc̄mīo erecta ceruice improprietate alijs quae ex paupertate ueneruntur, nec murmuraret si non ministratur maiori sumptu, q̄ his quae fecū nihil attulerunt. Plus enim attulit soror paupercula, si ingrediens affectū habendi dimisit, quām quae multum afferēs domo superbiā intulit. Hac Hieronymus.

Articulus XVII. De his quae consideranda sunt religiosis, qui sub paupertatis p̄textu dicūt se alia petere siue exigere a recipiēdis siue receptis.

Inordinata affectio motusq; passionum, praesertim cupiditas, corrumpunt rectā rationis iudicium, & faciunt iudicari peruersi. Idcirco auarus non impletur pecunia, & multa putamus nobis necessaria esse, quae necessaria nobis non sunt. Religiosi ergo, si sub paupertatis colore aliquid uolunt a recipiēdis aut receptis personis exigere, in primis considerent, quia (ut ait dñs Antistiodorensis in summa sua) parcitas seu tenuitas uirtus atq; uestitus, uoto paupertatis in dispensabilitate est annexa, in modo & secundum philosophos, natura paucis minime contenta est. Et sicut ad abstinentiā, prout est uirtus naturalis & acquisita, pertinet nō plus de cibo ac potu accipere, q̄ expedit homini ad usum rationis expeditum & conuenientē naturae sustentationem, ita ad abstinentiā (ut est uirtus infusa) spectat etiam aliquid necessariog; naturae subtrahere, ut pro peccatis aliqua recompensatio fiat, & passioni Christi conformem se Christianus per quotidiam quādam sanguinis sui minorationē, ac suū p̄fusus salubrem mortificationē. Hinc iuxta Apostolū. Quisunt Christi, carnem suā crucifixerunt cum uitis & concupiscentiis, certūq; est, istud ad religiosos potissimum pertinere. Antequā ergo sub paupertatis p̄textu aliiquid exigere audeant, diligenter leipso examinēt, ante omnia p̄acta fami rite obseruent, ne superfluitatem iudicent uanitatem, & ne sufficiētiā iudicent indigentiamē delicationibus, abundatiōribus, pretiosioribus cibis ac potibus, uestimentis ac ceteris utēsilibus atq; ad corpus pertinentibus utantur, quām regula instruit, p̄cipit seu permitit, & ne dispositione utantur nimiū laxa. Præterea uideant ne cupiditate fallantur, praesertim quia (ut sanctus auctor Augustinus) frequenter in ecclesiasticis contingit personis, ut q̄ plus abstinent ab incontinentiā uitio, eo magis labore & inſtantur cupiditatē peccator, quemadmodū uno seri su orbati, uigilantiores acutioresq; sunt in uero alterius sensus sicut furdi acutius uident, & caci acutius audiunt: quia unius sensus defectum, per alterius diligentiam recuperare nituntur. Insuper aduentant, quātum Ch̄s omni Chr̄iano dissuadeat, uituperet, prohibeat Matth. 11: immoderatā temporalium folclitudinē rerum: Nolite, inquiens, solliciti esse in crastinum, multaq; alia, vult nāq; salvator ut filiale habeamus confidētiam in patre cœlesti, eiusq; paterna prouidentia nos committamus fiducialiter, qui etiā irrationalia pacit, in anima radisponit, uestit ac ornat. Propter quod immoderata sollicitudo huiusmodi ponitur dispenditē filia, atq; ad carnalem spectat prudentiam, de qua loquitur Paulus apostolus: Prudētia carnis mors est. Intendant ergo & credant Christo dicenti: Querite primum regnum dei & iustitiam eius, & haec omnia adiacentur uobis. Et sciant q̄ fidelis, sapiens, pius & omnipotēs deus, qui à nobis pauperculis pater appellari dignatur, famulos & famulas suas sibi uere, religiose ac fideliter ministrantes, confidentes & se cōmandantes nequam relinquit, in modo fideliter ac paterne prouidet eis: & tanto abundantius, quo amplius hoc merentur.

Articulus XVIII. Qualiter religiosi regulare ac rectificare debent suam intentionem, quaerendo & recipiendo aliiquid temporale prospirituali

Dominus ac salvator suis in euāgeliō p̄dicatoribus ait: In eadē domō mahetē Luke 10: edētes & bibentes quae apud illos sunt. Dignus eñ est operarius mercede sua. Quocirca beatus scripit Gregorius, q̄ uni op̄i spirituali, uidelicet p̄dicationi, duplex debet merces: prima est corporalis refectione, quae est merces min⁹ principalis & secundaria, quantū ad dignitatē. quis sit prima tempore ac ordine ḡfationis. Secunda merces est æxterna remuneratio seu beatitudo cœlestis, quae est merces principalis ultimatusq; finis, & etiam merces prima secundū ordinē dignitatis. Dum itaq; religiosi pro spūlii bñficio aliqd temporale querunt siue accipiūt, aut q̄ppiam exigūt psona recepta, aliqd temporale emolumētum aut donū intendūt pro actu aut bñficio spiritali, debet eoz

Fff 2 in-

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHVSIANI

Intuitus autem intentio ferri ac dirigi ad temporale donum ac commodum, tanquam ad mortuum minus principale, & tanquam ad secundarium praeium, & sicut ad finem subordinatum, non uelut ad principale motiuū & ultimum finem finalē praeium, nec tanquam ad pretium rei spiritualis. Hinc scribit Cancellarius Parisiensis: Potest infestio siue intuitus ferri ad commodum temporale quatuor modis: primo, tanquam ad pium rei spiritualis; secundo, tanquam ad principale motiuū dandū aut exercēdi spiritualia qualia ad ultimum finē. Ehi duo modi sunt uere simoniaci: & si quis putet pignaciter talia licite posse fieri, haereticus est censendus. Tertio, potest fieri intentio ad cōmodum temporale tanquam ad motiuū minus principale: quarto, sicut ad esse necessaria iustitia eius cui spiritualia subministrat & exhibet. Et hi duo modi sunt liciti, hoc attento ab omni specie mali, quod obseruer illud Apostolis: ab omni specie mala abstinetis uos, hoc est, ut administratio spiritualium aliquo horum duorum modorum facta, non uideat ex sua manerie fieri primo aut secundo modo. Hoc enim apparet, quando non exercētur nec exhibent spiritualia, nisi dentur aut promittantur temporalia, & quando turpiter exiguntur, puta de Simoniaca prauitate suspecti, ita agentes presumptione iuris & facti, & possunt tanquam simoniaci iudicari aliter euocari. Denique, ex his Cancellariis verbis confirmantur p̄ omnia supius introducta de simonia uitāda, omni specie mala cauenda, & ne ante receptionē ad ordinem recipiendo temporale aliqd exigatur. Abstineant ergo religiosi ab omni discriminē, & uia elegant tutiōre, & caute ac timore simpliciter procedant. Sapiens nangis in omnibus metuit. & Beatus homo qui semper est pauidus. Et enī timor domini fons uitiae, ut declinet homo a mortis. Atque ut Salomon p̄testatur, Sapientia protegit gradientes simpliciter. & Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Cū simplicibus quoq; sermocinatio dei. Potremo, est uia qua uidetur homini bona, & tamen nouissima eius ducit ad mortem & mortem utiq; sempiternam, qua est mors secunda, mors infernalis miseria; & qua præseruet nos unigenitus dei, dominus noster IESVS Christus, institutor & autor sancta omnis religiosi, condēnator omnis Simoniaca prauitatis, scandalosq; actionis, atq; p̄ceptor charitatis & gratuitē donationis, q; cū p̄te æternō & spiritualiō unus est deus ac dñs, unus creator omnipotens, iustus iudex, & sup oia deus sublimis & benedictus. Amen.

Prou. 28.

Libri I, de simonia finis.

DECRETVM FACVL. TATIS THEOLOGICAE CELEBERRIMAE VNIVERSITATIS STUDIj Parisiensis.



VIA nuper mota est controvērsia inter aliquos doctores super decisione huius questionis, vtrum in aliquo monasterio sceminarum licet recipere aliquam sceminarum ultra numerū personarum, quæ de bonis monasteriis commode sine penuria possunt sustentari, & de persona recipienda oblatis gratis spiritualibus exigere temporalia, in instantiis q; à nobis magistris in facultate theologiae Parisiis congregatis quæcumq; est, ut in ea re confilium dare & super eiusdem questione determinatione quid sentimus dicere uellemus. Nos autem ad pacem conscientiarum & adificationem animarum pro uitribus laborare cupientes, ea quæ nobis sup his uidentur, in modum sequentem exponere duximus: In primis dicimus, q; attento tenore cōstitutiōnis apostolicæ felicis recordationis Papæ Bonifacij octauij, incipientis, Periculoso, de statu regularium, libro VI, non licet recipere aliquam sceminarum in aliquo monasterio non mendacium, ultra numerum personarum quæ de bonis monasteriis sine penuria sustentari possunt. Nec in hoc oportet apponere illum terminum, Commodo, cum in textu ipsius constitutionis non ponat. Et illud dicimus non licere, ubi non habetur de hoc consuetudo communis & diuina, quam Papa scire & tolerare uerisimiliter credit, & p̄ quam possit p̄fari constitutione esse derogatum. Idem dicimus, quod à scemina recipienda in monasterio, ob lati gratiis spiritualibus, nō licet exigere temporalia pro ipisis spiritualibus, tanquam premium spiritualium uel annexorum spiritualibus, faciendo commutatione unius pro altero. Dicimus ulterius, q; ubi monasterium est ita tenuē, q; scemina quæ recipi perit, nō possit de bonis ipsius monasteriis sustentari sine penuria, oblatis gratis spiritualibus, & receptione personarum libera.

DE SIMONIA LIBER II.

437

facta ad spiritualia, si persona illa sic recepta habeat bona temporalia, de quibus iuxta consuetudinem regionis potest disponere & ea monasterio conferre, tunc potest ab ea aliqui peti solum prouenientia sui uictus, sine fraude, ut habeat monasterium unde sibi prouideret possit. Et hoc non intelligendo de exactione coactoria, ita quod ejiciatur si non decederit: sed quod in omnibus serueretur debitus modus & recta intēcio, & quod hoc habeat locum ubi est consuetudo communis & diuina, sicut supra tactum est, per quam & antedictæ constitutioni Bonifacij, & alteri constitutioni Vrbani quinti, incipienti. Ne in uinea domini, prohibenti huicmodi temporalia ab ingrediētibus monasteria quovis modo peti uel exigi, derogati exsistit. Tuitius tamē est, quod nihil petatur uel exigatur, nec in huicmodi monasterijs ultra numerum earum quæ sine penuria sustentari possunt, aliqua scemina recipiat: & si aliqua petit recipi, dicatur ei quod monasterium nō potest eam recipere, quia non habet unde ipsam ualeat sustentare.

D.DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI DE SIMO-

nia Liber secundus.
PRAEFATIO.



ECVNIA tua tecum sit in perditionē. Existimasti enim donum dei pecunia possideri. Ista sunt uerba sacratissimi principis apostolorum, qui quantum in seipso saluberrimam consecraverit paupertatem, in uictus atq; uestitu, in omnium quoq; terrenarū caritati diuiniarum, in omni demum contemptu pecuniatum, sanctus & dilectissimus eius discipulus ac successor, re & nomine Clemens, in suo Itinerario protestatur, imd ipsem gloriosissimus Petrus hoc pādit: Argētum, inquiēs, & aurum non est mihi. Denique, quid hoc mirum de Petro, cum dominus & salvator plus aliquid fassus sit de ipso, dicēdo: Filius ho-
minis non habet ubi caput reclinet? Qui rursus exclamat: Quād difficile qui pecunias ha-
bent, intrabunt in regnum dei. Et quamvis unigenitus dei p̄ omnē euangelij textum uni-
uersorum auaritiam uehemēter reprobet & condemnet, illam tamē ecclesiasticorum cu-
piditatem te terrām, qua spiritualia pro temporalibus exhibentur, aut temporalia pro
spiritualibus offeruntur seu expoununtur, uehementissime increpat atq; exhorruit, non
uerbis duntaxat, sed item flagellis. Siquidem in prædicatione sua exordio, & circa finem
eiusdē, ementes & uidentes eiecit de templo, in quo & nummulariorib; effudit pecunias,
uidentib; columbas euerit & destituit cathedras. Hoc recolens plenus, sumimus & ge-
neralis eius uicarius, imp̄issimo Simoni mago omnium talium mercatori principi male di-
cto, locutus est terribiliter uerba pro themate nunc assumpta, cum potestate dandi ipsi-
ritus sanctūm uolūisset obtinere pecunia; Pecunia, inquiēs, tua tecum sit in perditionem.
Existimasti enim donum dei pecunia possideri. Quæ utiq; uerba unicuiq; spiritualia pro tem-
poralibus exhibenti, postulanti aut cōparanti poterūt dici. Talis nēmē Simoniacus est,
& pessima auaritiae specie iniquitas, quæ in religiosis rāto detestabilior intollerabilior, cō-
ficit, quāto p̄cēter ad sectāndū Chri spontaneā paupertatem se uoto solēni fortius & in
disp̄sabilius astrinxerūt. Verunt̄ q; in hac re quādā religiosę psonę notā incurſū diffi-
cili, imd (si tñ eis p̄suaderi posset) piculose se gerūt, & quādā quidē apte ac impudentē, que-
dam uero sub quadā coloratione & quasi prudēter, hinc nup̄ collegi tractatū de Simo-
nia uitāda in persona & receptione ad religionē sed qm̄ quidā adhuc aliter sentiūt, scribūt
& practicāt, q; in opūculo illo ex dictis sancto; patrū, gñalium concilio; summo; p̄ti-
ficū, authenticō; qg; & scholastico; doctorū, imd (qd̄ maximū est) ex scriptura canonica
cōprobauit & scripti sentiūt agendum esse, hinc præacti scriptis libelli hęc addere co-
gor, ad hoc ipsum impellēte me charitate, qua & pro oīpotentia dei honore zelari, & pro
animis & salute affici teneor. Nec quispiā ita cætus sit mēte, ut nō potius qd̄ dicātur, q; qs
dicat p̄pendat. Nemo tā induratus sit corde, ut corripiēte dura ceruice contēnat, ut pa-
tefacient ei sua picula indignē, ut cæteris suis culpis crīmē qg; detractionis adjiciat. Qui
ēm ab̄cīt disciplinā, despiciat animā suāt, qui aut acq̄escit in crepationib; possessor est cor-
di. Postremo, ad ista adiūciēda specialiter sum inductus, qm̄ qdam uenerabilis doctor qd̄
Prou. 15.
Fff dam

Matt. 21.
Marc. 13.
Luc. 19.
Iohann. 2.

Adu. 8.

Luce. 9. 10.

Iohann. 2.

Dam breue edidit scriptū, quod salua rati reuerentia uiri, uidetur nō nullis occasione p̄stare erroris & incorrigibilitatis. Propter qđ circa scriptū illud per modū scholasticę inquisitionis, sine inculta assertione int̄ dō ex dictis sc̄d̄z catholicoz & partū cōscribere aliq̄ ex quib⁹ yitas eluceſcat. Neq̄ p̄tach doctoris autoritati atq̄ honori in alq̄ derogare int̄ do. siquidē doctor ille mihi ſpeciliter eſt amādus & honorādus, quē ſc̄tā uita & etas redit famosum, nō ergo p̄ſumptioni aſcribat, qđ ex charitate ueritatisq̄ zelo peragit. Vulgarē & oībus norū eſt illud philosophi: Duob⁹ exiftētibus amicis, sanctū eſt ueritātē phono- rare; cōtra quā nec amico, nec p̄fī, neq̄ mḡ ſolū deferre. Pr̄terea ſanctū uiri ueritatisma- niſtatione magis q̄ p̄tior querūt honore. Hinc p̄ſtatissimum ap̄līcī choī ūertex egre- do. nō ſumpfit, q̄ Paul⁹ eo inſerior ei in faciē refutit: inō ne hoc quidē impatiēter ſuſcepit, q̄ Paul⁹ refutat illā eiusq̄ iuſtā cauſam omni ſeculo patefecit: In faciē, inquiēs, refutit ei, quia reprehēſibilis erat. Hinc ſpero q̄ doctor p̄tactus tantē ſit probitatis, q̄ in aliquo à ueritatis deflexerit calle, p̄tſertim in materia tam neceſſaria ad ſalutem.

Galata.

De ſtatute
gul. in 6. ca.
Periculolo,
paragrapho
Sime.

Extra de ſta-
mon. e Sane-
ne in uinea
dī.

Hilarius.

Mouet doctor ille hāc queſtione: V̄ tri in alq̄ monaſterio ſeminar̄, liceat recipere aliquā ſociā nouitā ultra numerū pſonaz, quae de bonis monaſterij cōmode ſine p̄nuria poſſunt ſuſtētari, & a pſonare recipiēda, oblatis gratis ſpūali- bus, exigere tēporalia. Et arguitur, q̄ non liceat ultra p̄fatu numerū aliquā recipere p̄ constitutionē. Periculolo, Bonifacij octauī, in qua hoc prohibetur, uidelicet ul- tranumq̄ & talem recipere aliquā. Qđ aut̄ nō liceat exigere tēporalia, arguiſ per cōſtitu- ſiōnē. Ne in uinea dñi, Vrbani V., inhibetis duo p̄misā ſub magnis & formidabilibus peccis. In oppoſiti & affirmatione arguitur ſic. Nā ſecundū Philosophi in Ethicis ūeritatis neceſſaria eſt in legibus humanis, in quibus magis attendendum eſt ad cauſam quae mouet legiſ- latoř, q̄ ad uerba legis. Vnde Hilarius IIII. de Trinitate ait: Nō ſermoni res, ſed rei debet ſermoni eſte ſubiectus. Int̄ēto aut̄ p̄dictaꝝ cōſtitutionū, prime ſi uidelicit, uidetur eſſe grauenī monaſteria per nimis & immoderatā personarū recipiētū & tandem deficiē- bus tēporalia, deficiant ſpūali, quae ſine eis ſuſtētare neque ſit: & ita ſi alia habens & comportaſ ſufficientia tēporale pro uictu, ueftiū alij ſc̄p̄tū uita neceſſariſ recipiaſ, non le- ditur int̄ēto legiſtatoř, ſed cū ea ampliat ſalus aīarum. Secundū aut̄ cōſtitutionis intentio eſt uideſ, ne exigatur aliquod tēporale perona recipienda tanq̄ pretiū religionis, quod eſt manifeſte ſimoniacū ſecuſ aut̄ eſt, ſi exigatur aliqd tēporale ex alij cauſa & intentio- ne, ſi uileſ, pro neceſſaria ſuſtētione perona recipiēda, cui monaſteriuſ de ſuis bonis nō ſufficiet prouidere. Pro riſione ad p̄missam queſtione ſunt ea, quae inſra ſcribiſtur. Nā ſe- cundū Thomā in ſcripto ſuper IIII. ſententiā ſi diſtinctiōne XXV. quæ ſtione II. articulo II. in riſione ad 7. argumentū ſic dicitur: Quidi poſſeſſiones aliciuſ religioſi loci non ſu- ſciūt ad ſuſtentandū plures, tūc poſt exiſt̄ alij ab eo qui in loco illo de uult ſervire, nō quāli p̄tioſi religioſi, ſed ut habeat monaſteriuſ unde ei ualeat prouidere, ideo nō cō- mittit ſimoniacū. Si aut̄ ſine grauamine ecclēſi recipi poſteſt, ſimoniacū eſt aliqd pro recipi- ſione exigere. Idē quoq̄ Thomas in Sc̄d̄ a Sc̄d̄ quæſtione C. de ſimoniacū, articulo 3. in riſione ad 4. argumentū ſic dicit: Pro ingressu monaſterij nō licet aliqd exigere uel recipere qua- ſi pretiū ſi uideſ, ſi monaſteriuſ ſit adeo tenuē, q̄ nō ſufficiat ad tot peronaſ nutriēdas, gra- tis quidē ingressum monaſterij exhibere, ſed accipere aliqd pro uictu pſonaz quae in monaſterio fuerit recipiēda, ſi hoc monaſteriuſ nō ſufficiat opes. Et addit doctor ſanct⁹ ubiſ ſi: ſimoniacū ſit, ſi propter deuotionē quā aliq̄ ad monaſteriuſ oſtendit, largaſ ſe- moſynas faciēdo, ſaciliuſ in monaſterio recipiaſ, ſicut etiā eontrario licet aliqd prouoca- re ad deuotionē & monaſterij ingressum, licet non ſit ſit licitū ex pacto aliqd dare uel recipere pro ingressu monaſterij. Hec ille in forma, Itē de eodē ſi dicitur in ſumma confeſſoꝝ li- bro primo, titulo primo, quæſtione XLIX. Quid de hiſ qui in monaſterijs recipiunt in- tētoralia ſuſtētationis utilitatē? Reſponſo ſecundū Vrīci paragrapgo de monaſterijs: ſi monaſteriuſ eſt tāta paupertate deſpūit, q̄ redditus eius uix aut nō ſufficiit p̄ ſenſtibus, nō ſolū poſt h̄c intentionē accipieſi tēporalia a pſona recipiēda, ſed etiā gratis exhibitiſ ſpūali- bus, regreſe ſpūali q̄ ſuſciat illius ſuſtentationi, & poſtūt determinatā exprimere quanti- tate, & pacifici de hoc, q̄ illa ſumma dei, ſi habeat unde ualeat ſuſtentari. Et Raymūdus para- grapho 21. Pone q̄ aliq̄ cū Glosſa ſua, q̄ dicit: Credo q̄ p̄licet exprimere noīa & q̄itatem ob- latōꝝ, & Glosſa addit: Credo etiā ſūlter, q̄ ſi h̄mī ſi recipiēd̄ dicat, uel aliq̄ p̄ eo: Daboſin

gu

gulis annis pro expēſis meis centū ſolidos uel ſexlibras denarioꝝ qđiu uixerō, nō eſt illiſi- tu, q̄ nō ſufficit monaſteriuſ. Hec ibi. Ad uitandū igiū piculū inobedietię, propter p̄amis- ſam conſtitutionē aplīcam, & etiā propter labē ſimoniacē prauitatis, tutū & cauſi uideſ q̄ bona ſpūalia & ſeſtituſ monaſterij debite & discrete eſtimant ad certū numerū pſonaz, quae ex eis cōmode & ſine p̄nuria p̄t ſuſtentari in uictu, ueftitu & alijs uitaz neceſſarijs, ul- tra quē numerū nō recipiaſ alia pſona de bonis monaſterij ſuſtentāda. Si uero augēant uel minuantur bona monaſterij, etiam proportionabiliter augeat uel minuantur numerū perfonarū recipiendarū. Et in tali monaſterio uacante p̄benda, uel loco ſufficie- ter dotato pro ſuſtentatione unius perona, licet poſit recipi ad talem p̄bendam uel loco- cum uacantem perona in temporalibus dutes, apta religioni, cui diuitie obesse non debet, dummodo hoc fiaſ ſyncere, uidelice & intuitu dei & idoneitatis pſonaz, & non ex pacto uel intentione de temporalibus bonis apportād̄ ac recipiendis, in quo committeret ſimonia tacita uel expreſſa, tamen tuius magis ſpūium & exemplare eſſet, reci- pere perona ſam pau- petem aequa uel magis idoneam religioni, ſuſtentandam de bonis ex p̄tate oblatis, & di- mittre perona diuītum, quē ſibi p̄ ſuſtentatione de proprijs bonis ſalubrijs prequideret, de neceſſaria ſuſtentatione quā caperet de eleemosyna crucifixi, iuxta illud Prosperi in libro de Vita cō- templatiua: Non eft meū dicere, quale peccatum cibos pauperū p̄fumendo cōmittat, qui ecclesiā quam iuuare de proprijs facultatibus debuerunt, ſuis expensis in ſuper gra- uant. Infuper, quia ceſtante cauſa ceſſat effectus, ſi ſola cauſa exigēd̄ aliquid temporalē in re- ceptione perona ſam monaſteria, eft neceſſaria ſuſtentatione perona recipienda, ad quā non ſufficiunt monaſterij opes, uidetur q̄ aſſignata, data & certificata una quora tempora- ſium honore neceſſaria & ſufficiente pro huic ſuſtentatione de bonis pſonaz recipie- d̄, nō licet ab ea aliquid ultra exigere, q̄a hoc utiq̄ fieret ex alia cauſa, utputa tanq̄ preti- um ordinis aut ſinguli rei religionis, in quo ſimoniacū cōmitteret. Dispoſitio ergo aliorū bonoꝝ ſpūali, quae pſona recipienda foriſtabit, ultra p̄dictā cōpetentē ſuſtentationē, reſi- quenda eft arbitrio ſuę voluntatis, ita q̄ nequaq̄ exigantur, nec pſona recipien- da propter illa recipiatur aut dimittatur quoq̄ modo. Alioquin iuxta tenorē conſtitu- ſioꝝ dicit Vrbani V., cōmitteret peccatum ſimoniacū & incurrit eſtentia excoſicationis uel fu- pensionis, ſicut in reſectione ad p̄bendā nō uacantē &c. à quibus q̄ extra articulū mor- tis abſoluī non poſteſt, niſi a ſummo p̄tifice. Nec mihi, q̄m inter ecclēſiaſtica criminā ſimoni- acū haerēſ obtinet priuū locū, ut patet in Decreto, q̄a etiā in primo ſuo autore Simoni- mago ex mala radice inſidelitatis pullulauit, quam haerēſ ei Petrus improporauit, dicit ſt q̄m donū dei exiſtūtū pecunia poſſideri. Demū in eadē Summa Confeſſoꝝ, libro primo, titulo prio, queſt. 10. habet: Quid de hiſ qui locant filias ſuas in monaſterijs, & pagi uel niſi- dant de bonis ſuis: Reſpōſio ſecundū Vrīci, paragrapgo cū ergo: Licet credā p̄ contrariā cō- ſuetudinē iuri derogati, ita q̄ parentes filijs uel filiabus ſuis locandis in monaſterijs nō te- neantur ex integro dare parte ſuā h̄ereditariā, tñ teneriſ ſuſtentatioꝝ dare tr̄, q̄ nō onereſ ſuſtentatioꝝ illaz pſonaz, & aliter non credo eſe ſuſtentatioꝝ in ſtuſ ſalutis. Hoc ibi. Pro q̄d mai- or declaratiōe, aduertendū q̄ lex naturalis mutari nō poſt humana autoritate. Vn dī in De- creto dist. 5. Naturale ius ab exordio rōnalis creature ſuā uariaſ tpe, ſed inmutabile per ma- net. Lex uero humana & poſitiva hoīs autoritate lata, poſt mutari, diſpēſari aut penitus tol- li ꝑ expreſſam reuocationē aut tacitā diſſimilationē, q̄n ſc̄laret paſſim agit contra legē, & legiſlatoř, nō reclamando, nec retinendo poſmittit fieri, tūc lex ipſo factō preſumitur tacite reuocata ſuā abolita, nec amplius ligat. Eſt aut̄ de iure naturali, q̄ parentes prouideat ſuis prolībus de uite neceſſarijs, cū ḡnialiter oīa alia etiā ſeuua & uenenoſa, naturali iuſtūtū hoc faciat ſuis ſeſtibus, qbus nō ſufficiat qđiu ſeſtus indigēt. Eſt aut̄ de iure poſitivo & hu- mano, parentibus ſuſtentatione proles in tota h̄ereditate, uel parte eius dimidia, tertia uel qua- rta, iuri uideſt̄ derogaſi p̄ contrariā conſuetudinē, q̄ ad proles poſteſſas in aliquo ap- probata religione. His fundamētiſ ſuident inniti diſta Vrīci, ex qbus ſatis colligi poſteſt re- ſponsio ad queſtione p̄missam, & ſolutio argumentorū hinc inde. Ecce iſtud eft ſcriptū Artic. II. Qđ intentionē duay cōſtitutionē aplīcam in p̄einducto (p̄tacti doctoris, ſcripto allegataꝝ, nō eft illa quam autor ſcripti illius aſsignat).

REgula eft apud theologos & iureperitos, quod eiusdem ſit legem interpretari, cuius & condere, & rūſus quod inferioris non eft in lege ſuperioris epiceſtare aut diſpenſare, niſi in quantum ſibi ſuperiore euidenter committitur, aut tacitē permittitur. Hinc ad inferiores p̄laſtatos & doctores ſcholasticos non perti- nent generalium conciliorum ac ſummoꝝ p̄tificum canones, decretā & leges paſſim inter-

1. q̄ uict. c. p̄-
ter.

d. t. h. a. q.

Eff. 4

pretari

Aſtu. 10
Deuter. 10.
2. Patalip. 19
iſai. 24.
Mat. 22
Luc. 10
Roman. 2
Coloff. 3
Pioſper.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

pretari & dispensare in illis, quae possint per modum simplicis declarationis seu magistris instructionis circa talia loqui & scribere, quorum scripta intantum fortuntur autoritatem, in quantum consonant formaliter intentioni ueroe sensui Decretorum, legum aut canonum uniuersalium synodorum pontificum & summorum quorum formalis intentio atque intelligentia uera, quantum fieri potest, ex ipsis eorum uerbis, sententijs & doctrinis hinc inde est colligenda, contra quorum autoritatem & determinationem nullus doctorum quantumlibet sanctus & eruditus, suam presumit defensare sententiam, ut dicitur in Decreto. Et Thomas in sedis scdæ questi, undecima docet, Gulielmus quoque Parisiensis in suo ait sacramentaliter: Quæ sit intentio ecclesiæ in opere authorizationis & statutis, à Romana ecclesia, id est, summo pōtifice, cuius etiam autoritate statuta sunt edita, oportet addiscere, cū eius sit legem interpretari qui condidit. Hoc idem Bonaventura super quartū Sententiarū in pluribus locis testatur, & de isto infra plenus tangam. Porro, ad cognoscendū quæ sit prætractarū constitutionum apostolicaꝝ intentio, non oportet nos laborare, cum ex ipsis summorū ponitifici uerbis præcedentibus & consequentibus id pateat euidenter. Siquidem Bonifacius Papa in Constitutione præallegata instituit & præcepit, ut uniuersis & singularib[us] monialib[us], cuiuscumque sint ordinis, sub perpetua in suis monasterijs clausura permaneant; quod cum iussisse, adiecit: Sane ut hoc salutare statutū commodius ualeat obseruari, districtius inhibemus, ne in monasterijs ordinum non mendicantium aliquæ recipiantur de cætero in sorores, nisi quot poterunt de ipsorum monasteriorū bonis siue prouentibus absq[ue] penuria sustentari; si secus actum fuerit, irriter decernerent. Ex quibus uerbis patenter probatur, summū pontificem ideo præcepisse, ne moniales ultra numerū prætractū personam recipiant, ne ob temporaliū indigentiam cogantur suam exire clausurā, occasionē uie habeant euagandi & quaestuandi per mundum. Nec in tota constitutione illa Papalitudo mentione, q[uod] iussit hoc ea intentione, quæ in præinducto tangitur scripto: quæ & illa possit assignari pro aliquals causa institutionis illius, jmd & hæc potius uidetur fusse intentio constitutiōis illius, ne occasione receptionis ultra numerū prætractū, moniales habeat causam seu incitamentum exigendi aliquid à persona recipi postulant, aut faciendo pactū cum ea de dando aliquod temporal ante absolutam receptionem ipsius ad ordinem. Credendum est nanci, mentē summog[ue] pontificiū in hac re fuisse unanimē. Idcirco cum alijs summi pōtifices, ut Innocentius & Urbanus, & aliquæ synodi generales, prohibere intenderunt formaliter, q[uod] prohibuerunt huiusmodi exactiones & pactū, probale satis est, q[uod] Bonifacius Papa in constitutione præhabita fit eadem motus intentione. Hinc quoque quod in scripto illo adiungitur, Si persona aliqua habens & comportans sufficientiam tpaem pro uictu, uescitu & alijs uitæ necessariis recipiatur, non læditur intentio legislatoris, istud in quā non videatur ad propositū esse. Nec casus iste est contra materiale aut formale constitutionis præcepta, quia dum aliqua persona secūrū comportat, & ante receptionē libere offerit & exhibet sufficientiam temporalē pro se, tūc monasterium est sufficiens ad sustentationem ipsius, nec locum habet ibi constitutio ista. Itaq[ue] constat, constitutionem hanc loqui de personis non comportantibus secum, nec sponte offerentibus sufficientiam illā, & intendit ut tales non recipiantur in casu præhabito propter causas prædictas. Præterea q[uod] intentio constitutionis secude, puta Urbani Papæ, sit non solum prohibere aliquod temporale exigere à persona recipienda tanquam pretium religionis, sed etiam ex alijs causa & intentione, uidelicet pro necessaria sustentatione personæ recipienda, potest ex tenore, contextu & progressu ipsius constitutionis copiose & evidētissime demonstrari. In ea quippe sic dicitur: Multorum si de dignorum relatione didicimus, q[uod] in nonnullis ecclesiis, monasterijs & locis religiosis tā uirorum & mulierum, illa detestabilis & à canonibus reprobat seruatur abusio, q[uod] cum personæ aliquæ recipiuntur in eis ad obseruantiam regularem, personæ ipsæ certa sumptuosa, pastus seu prandia capitulis & conuentibus facere, aut pecunias uel iocalia siue res alias ipsi eccl[esi]is seu monasterijs ex statuto uel consuetudine, quæ corruptela potius est dicenda, tribuere compelluntur, ex quibus decori sanctæ ecclesie & immaculatæ religionis detrahitur, & plures tam execratione huius crimini, q[uod] expensarum onere à sancta religionis proposito retrahuntur, & in multorum mentibus fideliū scandalum generatur. His uerbis dominus apostolicus addit: Nos igitur huic morbo pestifero cupientes congruam adhibere medelam, &c. Ecce ex his apertissime elucescit, q[uod] ipse pōtifax summus ad huius constitutionis editionem inductus sit ex hoc, quoniam ex p̄mēmorata temporaliū illorum exactione decori (id est sanctitati & puritati) ecclesiæ atque immaculatæ religionis detrahitur.

24. qu. 1. ca.
quocies.

DE SIMONIA LIB. II.

459

trahitur. Ecce una causa. Et q[uod] plures tam execratione huius crimini, q[uod] expensarum onere à sancta religionis proposito retrahuntur. Ecce causa scdæ. Et in multorum mentibus fideliū scandalum generatur. Ecce tertia causa. Ex his in quā tribus causis, est motus ad institutio[n]em huius præcepti. Ideo eius fuit intentio, extirpare tria mala prætracta, ex abusua atq[ue] fastigia illa exactione & pactione sequentia, utputa detractionem, qua ecclesiastico statui & religionis decori detrahitur; Retractionem, qua multi à religionis proposito retrahuntur, & scadulum, quod in multo cordibus generatur. Certumque est tria hæc mala se qui ex prefata exactione, nō solum dū tpale exigunt ut pretium religionis boni uel spirititalis, sed item quando exigunt ut sustentaculum uite, presertim q[uod] hoc sit ante absolutam atq[ue] gravitatem susceptionem ad religionis ingressum. Quod totum nunc experientia inexcusabiliter, jnd & palpabiliter docet & pandit. Nec dubium quin exactione, pactione seu tpaaliū exhibitiō, ita grauare à religione impedit pauperes, dum sit pro sustentaculo uita ipsorum, siue si fiat pro spirititaliū exhibitione. Et proh dolor, q[uod] multe bonæ paup[er]culæ quotidie clamant, conqueruntur & dicunt se esse paratas ad religionis & uita rectius ingressum, sed non posse acquirere locum, eo quod iam undiq[ue] tpaalia exigantur. Similiter quedam puerelle & foemines diuites, deum timentes religionem p[re]ingredi cupientes, parate quoq[ue] ad portandum pro se sufficientiam tpaalem, ex consideratione usitatæ exactionis & pactionis religiosas, quarundam, retrahuntur ab ingressu ad eas. Insuper, in præallegata constitutione loquitur Papa: Nos igitur huic pestifero morbo cupientes congruam adhibere medelam, alijs pcenis in talia præfumentes inflictis, in suo robore duraturis, pcenā adjicimus graviorē, uniuersis & singulis religiosis, ecclesiasticisq[ue] psonis atq[ue] conuentibus, ex tenore præsentium autoritate apostolica districtius inhibentes, ne à personis earum religiones, ecclesiastuel monasteria ingredi uolentibus, in earundem personiarum receptione aut ante uel post illā quecumq[ue] pastus, prandia, coenas, iocalia aut res alias de cætero directe uel indirecte petere seu exigere quo modo præsumant, sed eas potius cum omnimoda pruitate recipiant, ac in uictu & uestitu sicut alias suaे congregationis personas, sincera charitate pertractent; Illa duntaxat cum gratia actione liceat recepturi, quæ personæ ingrediéntes pure & sponte & plena liberalitate, omni pactione cessante, dare uoluerint. Ecce ex uerbis his rursum luce clarius innoscit, q[uod] pōtifax summus institutione ista prohibere intenderit pactionem & exactionem præfatam, non solum, in quantum temporale exiguntur, ut pretium religionis aut boni spirititalis, sed item ne exigatur alijs intentione & causa, ut dicunt est. Nam iubet ut personis quæ recipiuntur, in uictu & uestitu sincera charitate provideatur, sicut personis professis, absq[ue] omni petitione & exactione ac pactione facta directe aut indirecte seu ullo modo, atq[ue] ut conuentuales illa duntaxat liceat à psonis suscipiendas aut suscep[er]is recipient, quæ ipsæ personæ dare uoluerint spōte, pure ac liberaliter, omni pactione cessante. Porro, q[uod] nihil licet exigi aut recipi ut pretium religionis, perse constat, nec propter hoc prohibendum, oportuit Papam tot & tanta uerba inducere, nec aliquis sa[n]niudicij si rite ista perp[et]dat, potest ambigere quin dominus Papa int̄debat in omni haec constitutione, plus prohibere quam aliquid temporale per modum pretij rei spirititalis exigi. Nam & hoc potuisset uno uerbo exprimere ac uetare. Cū ergo tam absolute & omnifacie prohibuerit exactionem & pactionem præfatam, patet propositum. Interēta aduentum, q[uod] exactionem huiusmodi pontifex summus uocat detestabilem abusione, dicitq[ue] eam a sacris canonibus reprobata, assertit quoq[ue] quod sit pestifer morbus & crimen, atq[ue] quod statutum seu constitudo, ex qua seruatur aut sit, corruptela sit iudicanda. Ex quibus omnibus etiam lucide reprobatur responsio scripti præhabiti, & quod practica eius sit directe cōtraria intentioni apostolici huius statuti ac rigorosi præcepti. Postremo, si pauperes psonæ religiosæ dicant se constitutionem hanc apostolicam non posse implere, ut sci licet uenientes & recipi cupientes, tam gratis & sine omni exactione ac pactione suscipiant, eisq[ue] ut sub ipsis nil exigendo prouideant, iam ex introducēti in isto articulo habent confituum & responsum quid agere debeant, scilicet ut non recipient ultra numerū quem preualent sustentare, nec desiderio plures suscipiendi, exactions & pactions nefarias, scandalos, siue iniquas committant. Nec in huiuscmodi augmentatione personarum sui conuentus, putens salutem consistere animarum aut incrementū honoriscentiū cultus diuinū, sed potius perditionem animarum propriarum, & item personarum quas ita recipiunt, grauissimamq[ue] deitatis offendam & scandalizationem plurimorum in lege.

Arti

De Simonia
caſane ne in
uinea in ex-
trang.



D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI.

Articulus III. Qualiter in legibus humanis sit necessaria.

ad eft, agas.

Epijkia gd.

Iuris diuini

Legis parti-
cio.

De Simonia
ca. fane ne in
vinea, in ex-
traus.

Matt. 10.

Quid sit epikia, & cur ac qualiter in legibus actibusq; humanis sit necessaria, quod Ethicorum docet Philosophus. De qua re sanctus Thomas in scđa scđa queſtione 12. o. tractat: Albertus quoq; in diuerſis tractatibus, ceteris doctores in ſummis suis ſatis concorditer ſcribunt. Eſt aut epikia uirtus moralis pars iuſtitiae, per quam homo in obſeruantis legi poſitivis, humanae & praceptisq; ipsius mo- deranter ſe habet, magis recipiendo ad legislatoris intentionem, q; ad tenorem ſuperficiei uerborum. Itaq; epikia in legibus poſitivis humanis proprie locum habet, non aut in le- ge proprie naturali, aut in lege que diuina proprie appellatur. Quocirca pefandum, q; ius & lex frequenter pro eodem ſumuntur, & pariformiter diuiduntur. Quemadmodum eſt ius diuiditur in ius eternum & increatum, in ius diuum, quod in nouo ac ueteri traditio- teſtamento, in ius naturale ac ius poſitivum, ita & lex in legem aeternam, diuinam, natura- lem ac poſitivam partitur. Sed & membra diuisionis iſtius diuiduntur ulterius, ſicut de his pulchre ſcribit Durandus in ſumma ſua in exordio libri ſcđi, & Thomas in prima ſcđi, queſt. 91. Alexander quoq; de Hales, Bonauentura, & alij ſuper tertii ſententiæ. Præterea dupliciter dicitur lex humana. Primo, quia humana autoritate & excogitatione instituta, que proprie dicitur lex humana ac poſitiva; quæ ſi principis secularis autoritate instituatur, lex ſue ius ciuile uocatur: ſi aut autoritate atq; prudētia principis spiritualis, uidelicet Papæ, ius canonicum appellatur. Secundo dicitur lex humana, quia per hominem data, q; uia deo ſit reuelata ac instituta; & ita lex ueteris teſtamēti, frēquenter lex Moysi lexq; Mo- ſayca nominatur; ſicq; lex diuina & humana identificantur realiter, quis diuina uerba ſor- maliter, ſicq; loquendo de lege humana, epikia regulariter locum non habet in lege hu- mana. Inſuper ſecundū doctores concoſdit, lex uocatur humana & poſitiva, aut etiā na- turalis ſive diuina dupliciter: Primo pure, utputa quia totaliter talis eſt. Scđo permixtim ſeu quantum ad aliqd, ut dum in eadem lege aliqd cōtinetur, quod proprie ſpectat ad legem poſitivam, humanam, & aliqd quod ad legem diuinam naturalem uerbi pertinet ut ſi ponatur lex totalis: Quoties filius parenti occurrerit, diſcooperiat caput aut genu curuet. In hac lege eſt aliqd de naturali lege, & item diuina, pura q; filius reuerentia parenti ex- hibeat: & aliqd de lege poſitiva humana, uidelicet ut hoc fiat caput nudādō aut genu cur- uando, quod nec in nouo neq; in ueteri exprimitur teſtamento. Hæc ad propositū applica- do dico, q; in huiusmodi legibus humanis ac poſitivis epikia ac diſpenſatio habet locum, quantū ad id quod in eis eſt de iure poſitivo humano, non aut quantū ad id quod conſiftit in eis de iure proprie naturali aut immediate diuino. Tale eſt ius illud, q; unus non habeat plura beneficia, quorum unum ei ſecundū ſuū ſufficit ſtatutum Vrbani Papæ praetagogati, ſed in ſe totum acceptum. Nempe quod in eo iubetur, ut à per- tribus religionis regnum, temporale nil exigatur, proprie ſpectat ad ius diuum nec epikia & diſpenſatione ſe ſubiacet, q; immediate fundetur in iure & lege Christi, praincipiis: Gratia accepit, gratia date. Tale eſt & illud sancti Leonis Papæ, Spiritualia gratis do- nentur, & item gratia non uendatur. Porro, quantum ad id quod in bulla Vrbani prehabita continetur, ut nec poſt receptionem ad ordinē monasticū ſubſtituta aliqd exigatur, con- ſtituit illa ad ius poſitivum humanū pertinere censetur, & interpretationē epikie admit- tit in caſu, quo intentio conſtitutionis illius non caſſatur, uidelicet qn̄ exactio illa abſq; ſca- dalo & diſfamatione ſacrae religionis fieri ualeat. Hinc (ni fallor) argumentatio illa uigorem non obtinet: Epikia in legibus humanis necessaria eſt, ergo non obſtante forma uerboꝝ conſtitutoris Vrbani inducta, licet a persona recipienda aliqd tpale exigere. Poſtremo conſtitutor illa Bonifacij Poſtulatione reuoluſione, & ne ultra numeruꝝ q; de bonis mo- naſteriis ſuſtentari potest, aliquarecipiatur, ad ius poſitivum potius pertinet, q; præfatu Vr- bani Decretum. Ideo diſpenſationem magis admittit.

Articulus III. Quid religioſe personæ eoipſo quo alicui personæ recipi cupiēti ſpi- ſitualia primo gratis exhibent, obligant ſe ad ſuſtentandum eandē personam, qdū cū iphiſ eſt: Ideoq; contradictionem includat, q; quidam religioſi dicunt, ſe prius gratis ſpūalia ex- hibere, & tamē ante ſubſtitutā poſitionem pſonæ, ad annualem probationem exigūt aliqd tpale, ſine cuius ſolutione ſeu exhibitione nolunt perſonā ad habitum ac probationem nouitatus, imo nec ad poſtulationem ſuſcipere, qn̄ aliūde apta fit ordini.

Scrutan-

DE SIMONIA LIBER II.

440

Hieronymus

Marc.

Iohann.

Articu-

Scrutandum eſt primo, quid ſit prius exhibere ſpiritualia gratis, & qualiter intelligendum ſit quod quidam doctores ſatis authenticī dicunt, aliquid tempore exi- git poſte a recipienda perſona quando clauſtrum tam indigena eſt, dummodo ſpiri- tualia prius gratis exhibeant. Itaq; ſpiritualia gratis exhibere perſonā recipienda, eſt ei ea offere & propter deum liberaliter communicare ſeu dare, que ipſa pſona recipie- da ad religionem, poſtulat ſibi propter deū pure liberaliterq; conferri. Hæc aut ſunt rece- ptio eius ad uitam ſpiritualē monaſticam, participatio ſocietatis religioſe, communio cha- riſmatum clauſtri, incorporatione & conuentus: & quanuis in hiſ ſunt homina multa, reſta- men aut ſimpliſcieſt aut pro magna parte eſt una. Dum ergo conuentus, id eſt, ſuper cuſ ſe diuino monaſticæ ſeu religioſa communitatē gratis hæc exhibet pſonæ recipi poſtulā- ti, eoipſo quo ei gratis iſta communicat & impedit, obligat ſe ad procurandū ſeu corpora- liter educandū pſonam eandem, qdū apud ſe retinet eam. De ratione quippe conueraſio- nis religioſe monaſticæ, eſt uita communis & ſancta paupertas, ne in cohereratione huiusmo- di quis habeat proprium quicq;. Ad hoc aut ulterius ſequitur, ut ſuper congregatiōnis talis gerat communem omnium curam, & communitatē prouideat in necessariis uite, & ita ſit omnium una mensa, quemadmodum sanctus pater Hieronymus in ſua regula apertissi- me ſcribit, & in frā tangetur. Præterea, pſona ad ordinem ſuſcipi petens, intendit & querit ſeipſam relinquare, propriam uolūtatem abnegare, ſuipſius curam & ſolicitudinem quan- tum ad neceſſitudines corporales exuere, perfectionis in gredi uiam, & iuxta euangelico- rum Christi conſiliorum tenorem & intentionem ſe totam ſuperioris cura & gubernatio- ni committere, ita ut libera mēte à terrena ſolicitudine, & prouofione quoq; propria exone- rata ſeruiat deo, ſicq; ſub obedientiā ſalutari militare omnipotenti, ita ut ſuavit uelle & no- leat manu pendeat preſidentiſ: & quanvis ad iſta uoto ſolemni non obligat ſe niſi in pro- feſſione, nihilominus iuxta pta acta ita aggredi cupit, attentare & exercere intendit, & eaſibi gratis propter deum communicari eſtagit, quanto ad religionem ſuſcipi depre- catur. Dum ergo ſuperior cum conuentu communicat ei iſta gratis & abſolute ſynceriter propter deum, accipiunt eam ad ſuam curam & prouofionem, tanquam ſuī mystici corporiſ in membrum: atq; hoc ipſo quo faciunt hoc, aſtringunt ſe ad prouidendū ei de necessariis uita corpore, qdū cū iphiſ conſtituit. Itaq; ſpiritualibus iſtis gratis primo exhibitis, non poſ- ſunt ab ea aliqd tpale exigere per modū de bī ſoluentū aut exhibēdū, nec tanq; pretiū re- ligionis, nec tanquam ſuſtentaculum uite, ad quod ei exhibendum iam ſeipſos obligaue- runt: dīcī ſalua conſcientia non poſſunt eam de cātero refutare, neq; ab annua probatiōne, negā professione, ſive aliquid temporale adducat & confeſat, ſiue non, niſi aliunde ra- tionabile ad hoc habeat cauſam. In ſuper ingressus religionis eſt titius ciuiliſ. Idecī ſe ad religionem quis intrat, ut de cātero quo ad ea quā mēdi sunt & corporalis prouofionis ac proprie uolūtatis, ſibi pſiſ fit mortuus ſeu mori quotidie dicit & auſuſcat. Quiigitur quenam ſuſcipit ad religionem, tanquam ſuperior ſeu conuētus, incorporat eum ſibi, ſeipſi aſtrangit ad gubernationem & prouofionem ipſius. Ex quibus quantum capere queb- ſequuntur duo. Primum eſt, q; hi qui dicunt ſe primū gratis ſpiritualia exhibere perſone recipienda, & tamē uel ante iphiſ receptionem, uel in ea, aut poſte eam exigunt aliiquid temporale, aut (quod peius & inexcusabiliſ ſit) & execrabilius extat) ſaciunt pactum & conditionem ſeu conuentione de huiusmodi dando, ſeu etiam ad hinc iniquitatem ini- quitati, querunt ſuper hoc certificationem aut testes uel fideiūſſores, ſive (ut uerbis utr̄ beatissimi Ieremias) ſtipulationes & rata & ſigna forinſecus, ita ut niſi temporalia illa ſolu- tur, nolint pſonam cuiq; ſpūalia gratis exhibuerūt, ut dicunt, ad habitū religionis nouitiatū ac probationē annualē ſuſcipere, uel ſuſcepram ad poſtulationē, q; quis aliude ſit apta, aduertere, ſequit in qua ex preinductis, q; iſte pſonæ religioſe, ſi tñ uere religioſe, ignōre, qd ſit ſpūa ſapientia & gratis exhibere, ſive propriā uocē intelligat ut ſi habitualiter ſciūt hoc, tñ non aduerūt, aut actualiter ppendere renuit neglīgētq; hoc ipſium, nec ſciūt aut nō pſent, qd ſit conuerſatio monaſtica & cōis. Scđo ſequitur ex praedictis, q; intentio authenticā do- citorū, dicentū poſt gratitā & preuan ſpūalium exhibitione, tpale qd exigi poſte a poſ- nare recipienda, ſi clauſtrū fit egens, iſta exiſtat, q; exactio illa ſolūmō ſit poſt purā & abſolu- tam perſonā poſtulationē ad religionem, ita q; repellenda non erit, q; uis nō tale adduxerit. Nec aliter uerbaſſoꝝ queunt ſaluari, quod in priori de iſta materia tractatulō, ex Decre- tis & canonibus ḡnaliū conciliorum & ſummorū pontificum ſcholaſticorumq; docto- rum, imo & ex ſcriptura canonica, euidenter multiplicitate probauit.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

Articulus V. Confirmatio praedictorum ex doctrinis sanctorum patrum.
Sexto septimo q̄ Ecclæsticæ hierarchiæ capitulis, sacratissimus & theologicus, mus Dionysius ritum monastice institutionis & consecrationis, iuxta morem primitiæ ecclesiæ describens, testatur: Summus inter eos qui perficiuntur, nec perficiuntur, est ordo monachorum, generali virtute atq; perfecta conuerlationis castimonia emulatus. Propter quod quidam apostolorum monachos appellauerunt famulos, eo q; pugnare & assiduum deo exhibeant famulatum. Alij eos esse monachos nominando sanxerunt à monade, id est unitate, ob singularem eorum uitiam, qua per simplicium diuinum & contemplationem & contrecrationem, diuinæ simplicitati & perficiioni deo amabilis conformantur, quorum est, omnibus secularibus conuersationibus & sollicitudinibus renuntiare, qui cruci conformiter confignantur, id est, cruci signaculo benedicuntur: ad innuendum, q; a cunctis carnalibus appetitibus debeat abstinere & propriam crucem ferre. In quibus & capillorum detractione designata nudam ac mundam, non sanctam conuersationem, ad dei conformitatem sinceriter iurum actam, ut deo sint pure unti, atq; ab omni extrinsecis circumvolvitione & cura abstracti, libere uacent deo. Circa quæ Albertus declarat, quemadmodum monachorum sit, à uita mundana & temporalium sollicitudine consistere alienos, qui ob hoc uitam assumunt monasticam, quatenus exonerati à multis, uni quod soli necessarium est tanto intentius sinceriusq; intendat, quāto minus circa corporalia indigent occupari. Porrō, quæ de monachis hinc dicuntur, clarum est de monialibus proportionabiliter esse intelligenda. Insuper, in regula sua describit gloriosus Hieronymus: Attende diligenter quæ prætes, q; gratia uisarcina tuis humeris imponitur, quæ de subditarum animabus atq; corporibus, de uerbis & moribus obligaris apud diuinum examen. Diligerent attende, quid tibi ab institutione regiminis iniungatur. Sollicitudo em̄ omnium rerum monasterii ac sororum in administratione & prouidentia tibi committitur, ut iam cæteris sororibus dormientibus, te deceat crebro insomnes ducere noctes pro utilitatibus & necessariis prouidentiis. Idcirco tibi non tatus honor, quantum onus imponitur. Eece ex his innotescit, q; eoipso quo aliqui personæ spiritualia, puta communio, societas, incorporatio domini & ordinis gratis prestantur, ipsa persona religiosa quæ præsideret, personam illam ad suam curam, prouisionem & gubernationem in spiritualibus corporalibusq; assumit: atq; eidem in illis prouidere tenetur, quādū detinet examine per modū pacti seu conditionis aut debiti aliquid ab ea potest exigere, ita q; possit eam religere, si tempore quo exigitur, non adducatur. Denique, in libro de Institutis sanctorum patrum recitat Cassianus, qualiter abbas Punifus in struens fratrem, quæ ad habitum & nouitiatum religionis assumpsit: Abrenuntiatio (inquiens) nihil est aliud, q; crucis ac mortificationis indicium: ideo noueris hodierno die te hunc mundo & actibus a desideriis eius esse defunctum, tēp secundum Apostolum esse mundo erexitur, & tibi mundum. Considera igitur crucis conditions, sub cuius sacramento te deinceps in hac uite conuerteri oportet, quoniam iam tu non uiuis, sed uiuith teis, qui prot̄ est erucifixus. Eo ergo habitu & figura, quæ pro nobis in patibulo ille fuit suspensus, nos quoq; in hac uite naneesse est degere. Quemadmodum itaq; crucifixus nō ad habitum suum suæ potest m̄bra mouere, sic tu de cætero non agas, nec mouearis & secundum propriam voluntatem, sed in superiori tui arbitrio atq; regimine tutus confistas, cuius te curat ac fidei commissari. Ita super, ut illuminatissimus Climachus ait: Seipsum ueraciter abnegās, nō ultra amabit aut curabit pecunias, nec de possessionibus erit folicitor, sed omnem suam habititudinem & affectionem omnem ad aliquid, abiiciet, semper in celum aspiciet, ac suo superiori erit in cunctis prompte obediens. Obedientia aut est proprie animæ consummata abnegatio, per corpus manifesta monstrata. Et rursum, Obedientia est propriæ abnegatio corporis, p; animam ex uoluntate feruenter ostensa. Eece qualiter iuxta concordem sanctorum & religiosorum patrum doctrinam, receptio aliciuus ad religionem, est spiritualis & saluberrima mortificationis eius, morsq; ciuilis & abnegatio suipiusus, quātum ad corpus & animam, atq; infertio in corpus fraternitatis. Ad quæ omnia directe inseparabiliterq; consequitur, q; conuentus recipiens psonam ad hanc suorum spiritualium communionem, & incorporationem ac mysticuam unitatem seu uitam monastica, se astringit ad corporalem huiusmodi psonæ prouisionem ac sustentationem iuxta formam præhabicam.

Articulus VI. Roboratio praedictorum, q; scilicet ab ingressuris aut ingressis religionem, tempore nil exigendum sit, ex his quæ in Decreto ex facris consilijs & summons pontifici canonibus alijsq; scripturis introducuntur.

Dionysius

Monachus à monade.

Capillo: tō
suo qd in rel.
gloris fugit.

Albertus.

Luc. ix

Hieronymus.

Cassianus.

Gala. c

Gala.

10. Climac.

Obedientia
quid.

DE SIMONIA LIB. II.

441

Veritas huius materiæ, quæ animaq; concernit salutem, plenissime innotescat, latius de ea aliquid arbitror cōsribendum. Itaq; circa primā causam Decreti, Gratianus septem quæstiones inducit, quæ scđa est ista: An pro ingressu monasteriorum pecunia sit exhibenda, exigēda, uel exacta p̄soluenda. Ad cuius quæstionis partē affirmatiuā sic arguit: Legit̄ p̄to Regū, q; Attra filii suū Samuelē tulit ad domū dei in Silo, & obtulit Heli p̄tifici cū ceteris muneribus, scilicet tribus uirilis & modiis tribus farinæ ac amphora uini. Insuper, quia in Actibus fert aploge, q; singuli credentiū uendebat p̄dicta sua, eorumq; pretia ante aploge pedes ponebant, cūq; Ananias partē sibi reseruasset de pretio, maledictionē accepit à s. Petro, moxq; cecidit mortuus corā eo, hinc apparet, q; ingressuri monasterium sua debet rectoribus eius offerre, nec aliter recipi. Ad ista Gratianus respondet: Aliud est sua sp̄ote offerre, aliud exacta persoluere. Mater aut̄ Samuelis nō exacta neq; petita obtulit sponste munera facerdoti, credentes quoq; sua sponte obtulerūt apostolis, ut indigentia necessitatibus deseruissent, quæ instante infidelium persecutione, eis non licebat, id est, referuare non poterant. Ananias dem̄ non idcirco damnatus est, quia sua nollet offerre, sed quia sp̄us sancto mentitus, pretia eoz quæ iam ante apostolis obtulit, partim fraudauit. Ex his Gratianus concludit: Non ergo his autoritatibus p̄mitit rectoribus, ab ingressuris monasteriorum aliquid exigere, sed sp̄ote oblata suscipere, quia illud dānable est, istud licet. Cōsequenter probat hoc autoritate synodi ḡialis, qua dicit: Quotiescūq; ad cōscrandas ecclesiæ episcopi invitantur ab aliquo, nō quan ex debito munus quodcumq; requirant, sed si fundator aliqd eis ex uoto obtulerit, nō respuant. Deinde, idem probat auctoritate Bonifaci Papæ, qui scripsit quibusdam optantibus quendam abbatem habere episcopum, atq; quærentibus, an pro obtinendo hoc ipso possent pecuniam exhibere his, quos abbate sibi pro presule tam necessarium reputabant. Illis inquit Papa respondit: Id licitum esse, dñmodo ab hoc opere omnis decessit pactio omniq; conuictio. Præterea uir ille doctissimus, re & nomine Gratianus, inquit & ait: Adhuc obijcit, q; ingressuri monasteriorum si pecunia tribuit, non propositū religionis, sed participationē stipendiis, emunt p̄aliam ergo, non sp̄ualia ementes, nequaq; simoniaci sunt habēdi. Hoc Gratianus solvens, subiungit: His itaq; respondet: Non solum qui spiritualia, sed etiā quāt p̄aliam eis annexa pretio accipiunt, simoniaci iudicantur. Vnde Malachias propheta loquens ex p̄lona dñi, ait: Quis est in uobis qui claudat ostia, & incendat altare meū gratuitō? Non est mihi uoluntas in uobis, dicit dñs, & munus non suscipiam de manu uestra. Porrō ostia claudere, nō est munera sacri officiū, sed tantum sibi adjunctū. Ad hoc allegat quod ad hispanie presules scribit Gregorius: Audiuiimus (in quiens) dilectissimi, q; facroy ordinum professores, sub munierum datione & acceptance ecclæsias ac beneficia easq; usurpant, quod scelus iros nō duduū acriter correxisse uehementer miramus. Etrursum idem Gregorius scribit archiepisco Rothomagēsi: Si quis munera dator aut acceptor, ecclæsias aut ecclæsticæ dando emerit, sine accipiendo uendiderit, à simoniis damnatione nequaq; excluditur. Itero idem ait Gregorius Pap: Quicqd in sacris ordinibus aut ecclæsticis rebus, uel data uel promissa pecunia acquisitū est, nos irritū esse & nullas unq; uires obtainere cēsemus. Insuper, ad horū confortationē inducit, quod scribit Papa Paschalisi: Si quis obiecet nō cōsecrations emi, sed res quæ ex consecratione proueniunt, is penitus decipere se probatur. Nam cū corporalis ecclæsia aut p̄latas fine corporalibus rebus in nullo proficiat, sicut nec anima sine corpore corporali ter uiuit, quis quis alterū horū uel edit, sine quo alterū nō prouenit, neutrū inueniendū derelinquit. Hanc ultimam autoritatē allegat Papa Urbanus dicens: Beatus p̄deceſſor noſter Paschalisi, affirmat q; quisquis eorum alterū uendiderit, sine quo alterū nō prouenit, neutrū inueniendū derelinquit, ac per hoc eū qui rem ecclæsiae emit uel uendit, simoniaci est in religi. Sed & Gregorius dicit: Ea quæ pactione cōsecrata fuerint, potius execrata q; cōsecrata dici debent. Si ergo tā execrabile est inanima pactione cōsecrari, quanto magis execrabile est rōnalem creaturā pactione religionē intrare. Hac pauca ex multis p̄ allegato loco Decreti contentis sunt sumpta.

Articulus VII. Praedictorum affirmatio ex dictis p̄cipiōrum doctorum.

Drāndus, cuius summa inter doctorū summas uidetur non mediocriter p̄fūl gere, tractatu de simonia, ex Decreto alijsq; doctorib; cōpendiose colligit, q; modis cōmittatur simonia, & inter cætera ait: simoniam cōmitit, qui offert bona ecclæsiae tali cōditione uel pacto, ut ea retineat pro p̄benda & in canoniciū admittat; sed si aliquis pure offert, rogās postea simpliciter, ut in canoniciū recipiat, & bona

Ggg sua

1. q. a sequit
prin. q. Grat.

1. Regum 1,

Aclum. 4.

1. Regum 1

1. q. 2. sequit.

1. q. 2. c. quā
Pio.

Eodem

Malachia.

Gregorius

1. q. 2. c. multa

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

De Simo. c.
cua nos.

De Simo. c.
Jacobus:

1.q.3.c. salu-
tor Hostiensis

1.q.3.c. salu-
tor, &c. q. ob-
siderit
1.q.3.in sum-
ma.

Ex. de ma-
gistris & qui
non nullis]

1.q.2. si quis
De Sim. edi-
leitus

sua sibi liceat retinere pro prebenda, & canonici pure cōsentiant, tunc nō est simonia. At hū si ille q̄ talia dat, vult pro tpaib⁹ ad ipsi⁹ spūalia, & canonici eū aliter nō suscipiēt, utriusq; simoniaci sunt apud dñm, eo, ti, tua nos. Talis tñ nō tenet renūtiare, q̄a simonia soli mēta lis, p̄ pniā expiat. Ex his sic argui p̄t, siue à simili, siue p locū à maiori. Suscipi ad monasti cū ordine, nō est minus spūiale q̄ sumi ad canoniciatū, imd spūaliū esse cōuincit; si ergo in prefato casu simonia cōmittitur, nō minus sed potius plus cōmittitur simonia, si aliqua psona tali cōditione uel pacto offert tpaia sua clauſtro, ut sustentetur ex eis, & ad religiositate seu societate cōuentus admittatur, atq; ex his q̄ contulit clauſtro, sustentetur, & religiose psonae ei in hoc pure cōfentiāt, est simonia. Insup ait Durādus: Simoniā cōmittit, q̄ prandii exigit à canonico de nouo recepto, nō obſtāte cōtraria cōſuetudine, eo ti. Iacobus: q̄ magis simoniā cōmittit, q̄ à psona ad religionē ſuscipienda aut recepta, exigit nō prandii tm̄ aut uestes, ſed grāndē ſummi pecunia, aut ſufficientiā tpaalem pro ſuſtentatione totiuſ ſuſ pecunia. Amplius ait: Simoniā cōmittit, qui res ecclesiasticas emiſ, ſeu ſub pacto & interueni pecunia obtinet. Talis nanci ecclesiæ ſeu ſpūalia emere cōprobatur. Nā ſi quis aliqd hoḡ emerit uel dederit, fine quo alterz non prouenit, neutrū inuēditur derelinquit. i. q. 3. Saluator. Vñ ſcdm Hostiensis: Si quis emiſ bñficij fructus ad tēpus uite ſue à prefato, qui habet ius inſtituēdi aut cōferendi, simoniācū eft. Ex hoc itaq; arguitur: Exhibito ſpūaliū loci religioſi, & corporali ſuſtentatio psonae religioſae, tā inſeparabiliſt ſunt cōnexa, q̄ unū exz non prouenit fine altero, qui ergo aliqd dat aut req̄it pro uno eoz, per modū pretij aut cū pacto, cōparat ambo, & nullū eoz exhibet gratis. Huius rei cōfirmatio eft, qđ in eadem ſubiungit ſumma: Simoniā cōmittit, qui benefiū cōfert cū pacto, & itē qui emiſ p̄ prebenda. Præbenda aut qñq; uocat ius ſpūiale percipiendi p̄ræbēdā, i.ecclesiasticos redditus: quod emere, simoniācū eft: qñq; uocat fructus p̄ræbēdā, hoc emere nō eft Simoniācū, niſi forte quis emat fructus ab initio ſua ordinationis uel cōſtitutionis in ipſa ecclieſia ut habeat dū uixerit, articulo 1. qu. 3. Si quis obiecerit, ubi dī: Si quis hoꝝ alterum uendit, fine quo alterz non prouenit, neutrū inuēditum derelinquit. Vnde qui tunc emiſ ror corporales, intel ligit emere ſpūaliū: quia tunc ſunt iſta annexa, ut qui priuatū officio, priuetur & illis. i. q. 3. in ſumma, ecce maniſta intenti probatio. Præterea ait in ſumma ſua Durandus: Simoniā cōmittit, qui eligit aliquē in canonici ſub conditione, ut doceat pueros: quia in tali bus conditio omnis debet cēſſare, ſi p̄ræbēda uacat, canonici ſtatūt q̄ tali p̄ræben deſit hoc onus annexū, tunc non eft simonia. Hoc idem dicit Bernardus ext. de magistris, Quianonnullis. Ex hoc ita arguitur: Si in prefato caſu eft Simoniā, multo plus dum a per ſona religionis ingressum petēt, pecunia aut quid tale exigitur, aut de dādo inuitū pactū ſiue conditio, cum dare pecunia multo plus fit temporale q̄ pueros informare. Conſequē ter adiungit: Simoniā cōmittit, qui ab intrātibus religionem aliqd exigit ex pacto, ſi monaſterium eft tenuē, q̄ non poteſt ſufficer, tunc poteſt neſſitatem ſuā hoc modo exponere: Scias q̄ nō poſtumus tibi prouidere, paupertatem noſtrā tibi gratis offerimus. Cau te tñ facis, ſi tibi prouideas, & tecū portes unde uiuas. Sed ſi monaſteriū facit pactū, uidelicet q̄ aliter nō recipiat illū, niſi aliqd apportet, Simoniācū eft. i. qu. 2. ſi quis. Illud aut tpaale quod gratis offert, fine taxatione recipi poteſt, eo titu, diiectus. 2. & non cū taxatione iquia taxatione quā dā uenditio eft. fi, de iure do. pleriq; paragraphe, ſi aut. Hoc Bernardus & io hā. i. q. 2. & Hostiensis eodē. Ecce ex iſto ſpāliter probō in tētu, utputa q̄ non liceat à petēt religionis ingressum aliqd exigere tpaale, nec ante eius receptionē, nec in ea, neq; poſteā, cū tali conditione uel pacto, q̄ aliaſ non ſuscipiet, aut ſuſcepta ad profiſionē nō admittet. Adhuc in eadē dī ſumma, q̄ si exigunt ea q̄c conſueverunt dari in collationibus quorum dā ſpūaliū, ut in receptionibus ad religionē uel in canonicum, in conſecrationib⁹, epōy, bñdicationib⁹ abbati, ordinationibus clericoꝝ & conſimilibus, reſponſio huius: In oībus hiſ, ſi uel p̄ exactionē iudicē, uel extortione uolentia, uel p̄ pactū ante uel poſt, aliqd ob tinetur, simonia eft, nulla cōſuetudine cōrraria obſtāte, ext. eo. c. 10. c. ſicut pro certo. Si yō ſpōte aliqd offerat, nō eft simonia. Dicit q̄q; Guilelmus, q̄ ſi aliq; timē nō recipi, dicat cōuentui aut prefidēti: Ego dare uobis terrā meā, ſi uelletis me recipere, & poſteā recipiat, ita q̄ aliaſ nō fuſſet recipetus, simoniācū eft. Poſtremo in ſumma hac querit: Quid de monaſteriis, in quib⁹ nullū pactū interponat in ingredientibus, tñ eft taxatu quid puella ingredies dare debet. Reſponſio ſcdm Hostiensis. Talis taxatione reprobaſ, ext. eo ca, ſicut pro certo, & ca. In tñ. In fine & idē eft ac ſi pactū interponat de tali cōſuetudine ſeruāda, q̄a simoniācū eft, ext. eo ca. uenit. Si aut abſtomi cōditionē & cōpulſione daſ gratis qđ cōſuetū eft, nō cōmittit ſi monia.

Articulus

DE SIMONIA LIB. II.

442

Articulus VIII. Solutio rationū, quæ in ſcripto prefato inducunt ad compre- bandum, q̄ psona petente religionis ingressum poſſit tpaale quid exigi, & ſuper hoc pactio fieri, & certa exprimi ſumma.

Sicut in primo recitauſ opusculo, articulo nono, triplex extat reſpoſio doctore in iſta materia: Qñ aliqui dicunt ſimpliſter aliqd poſſe exigi à recipienda aut recepta psona nondū profeta, dum monaſterium pro paupertate nō ſufficit psonam illam nutrire. Et dicunt ſuper hoc poſſe fieri pactū & conuentione, & praetaxari quantum datura ſit, ſic tamen, ut ſpiritalia gratis in primis exhibeant, nec tpaale exigitur ut priuū rei ſpiritalis, ſed ut neceſſarium qđ ad ſuſtentationem psonæ. Huius quoq; opinio, eft autor ſcripti p̄habiti. Alij uero respondent, q̄ nec paupertatis p̄textu liceat exige re temporaſ à psona recipienda quoq; modo, uidelicet nec atie eius receptionem, nec iā ea, neq; poſt eam, per modum debiti aut cum pacto, imd absolute affirmant nil exigi poſte, ſed in q̄ ptenor conſtitutionis Vrbani Papæ p̄tedit. Tertiū medianum tenet uiam, dicentes q̄ poſtquam persona eft absolute recipienda ad religionem, poſſit aliqd exigi, dum monaſterium indiget, ſic tamen, ut ſiue aliqd detur à persona illa, ſiue non, niſi omniuſ ſeneatur, nec repellatur ideo q̄ tpaalia non apportat. Attamen addunt iſti doctores, tutius ſeffe ut nulla perſona ita recipiat, eo q̄ exaciō habeat ſpeciem mali, & frequenter patiat ſcandalum, & propter alias cauſas alibi tactas. Et huius reſponſionis fautores ſunt Bernadus, Hoſtienſis, Durandus, & aliq; plures. Porrò, quod prima illa opinio atq; reſponſio ſtare non ualeat, in primo tractatulo multipliſter eft probatum. In iſto quoq; opusculo hucusq; copioſe & euidenter, quantum capere queo, oſtenſum. Nū ergo ſoluenda ſunt prefati ſcripti motiuā, qua tñ in alio ſolui libello, itaq; quod autor ſcripti illius allegat ex sancto Thoma ſuper quartū, & in ſecūda ſe cōducē quēſt. 100. ſoluitur ex uerbis eiusdem ſancti doctoris, qui in Quolibetis ſuſtentationi ait, quod talis exaciō debet forma honestatia ſeruata ut niſi exigatur ante p̄i offici ſeu ſpiritalis doni aut beneficii gratitudini exhibitio ſeu puram & abſolutam donationē, ne pactū interuenire uideat. In hiſ uerbis Thomas inſinuat, qualiter p̄allegata eius yba ſint intelligenda, & perhibet ea aliter intelligi, ut p̄ taliter qualiter in allegatione ſcripti illius allegantur. Nempe dum aliquis doctor authēticus de eadem materia in diuerſis locis conſcribit, penſandū eft quid doctoſ illi ultimā abſolute ſenſerit. Cumq; uerba ipſius in uno loco inducta poterūt ſic & ſic expoñi, trahi, intelligi, uidentū eft ad quem in intellectu ipſem doctoſ ſuſtendit uerba ſua alibi redigat & coarctet: ſicq; in propoſito circa uerba ſancti Thomæ agendū eft. His aut quæ Thomas in ſuis afferit Quodlibetis ait: Cum in diſpenſatione ſacramētō ſuſtendit, aut alioꝝ ſpūaliū aliquid recipiuntur, ut ſimonia uiteſt, neceſſe eft ut reſeptione illa fiat ex confeſſione iuris diuini auſtuniani aut p̄i cōſuetudinis. Cū ergo p̄allegata ſint tot & tāta diuina & huius gñalium ſynodorum, ſummoꝝ Pontificū, ſc̄dūm patri decretā, quibus prohibet exaciō tpaale, uā poſtulatibus religionis introitū, pater id eſſe illicitū. Amplius, Thomas allegat Auguſtini dicente: Non ſolū ſcriptura canonica, ſed & ſanctoꝝ patrū q̄ religioſe iſtituerūt, prefata exaciō exerciſi, approbaſe aut admiſſe legat, imd cū multi eos reprobauerint, & prohibuerint eam, quēad modum in primo opusculo de ſanctis patrib⁹ autoribus ſtatutō ſuſtentatione miniftrantiū ſpāliſer eft oſtenſum, & in ſc̄da ſc̄de quēſt. 100. Thomas teſtāt: Vēdere & emere in ſpūaliū achi- bus qđ ſpūiale eft, simoniācū eft, ſed ſuſcipere aut dare aliqd pro ſuſtentatione miniftrantiū

De Simoniā
caſa ne in
uinea in ex-
trāug.

Articulus IX. Declaratio quod iſte ſolutions ſint de mente ſancti Thomæ, ex uerbis eiusdem ac aliorum doctorum.

Super quartū diſtinctiōe 25, loquitur Thomas: facere p̄actiōnē de missa celebra- da, eft simoniācū ſp. Et rurſus: Nullo (inquit) mō licet paciſci pro anniversario cele- brando ergo à ſimili, nullo mō licitu eft facere pactū de aliquo tpaali dādo cū per- nare religionis ingressum petēt, ad hoc quod recipiat, cū utrobiq; ſit eadē rō. Inſu- per in Quodlibetis ait: Cum in diſpenſatione ſacramētō ſuſtendit, aut alioꝝ ſpūaliū ali- quida recipiuntur, ut ſimonia uiteſt, neceſſe eft ut reſeptione illa fiat ex confeſſione iuris diuini auſtuniani aut p̄i cōſuetudinis. Cū ergo p̄allegata ſint tot & tāta diuina & huius gñalium ſynodorum, ſummoꝝ Pontificū, ſc̄dūm patri decretā, quibus prohibet exaciō tpaale, uā poſtulatibus religionis introitū, pater id eſſe illicitū. Amplius, Thomas allegat Auguſtini dicente: Non ſolū ſcriptura canonica, ſed & ſanctoꝝ patrū q̄ religioſe iſtituerūt, prefata exaciō exerciſi, approbaſe aut admiſſe legat, imd cū multi eos reprobauerint, & prohibuerint eam, quēad modum in primo opusculo de ſanctis patrib⁹ autoribus ſtatutō ſuſtentatione miniftrantiū ſpāliſer eft oſtenſum, & in ſc̄da ſc̄de quēſt. 100. Thomas teſtāt: Vēdere & emere in ſpūaliū achi- bus qđ ſpūiale eft, simoniācū eft, ſed ſuſcipere aut dare aliqd pro ſuſtentatione miniftrantiū

Ggg 2 ſpūalia

Pactiōne fa-
cere promi-
ſis celebra-
diſ, ordinib⁹
cōfereſi ſu-
peribus ſepe
liendis ſimo-
biacum eſſe;

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI

*Ab initio sibi pro spūliis exigen-
dum.*

*De Simoni-
c. nō fuit. &
c. cū in eccl.*

*Hieronym⁹.
4. Reg⁹.
Adu. 4.
Ecc. 31.
Basilii.
Luc. 18.
Iere. 48.
Mart. 19.
Luc. 18.
Mat. 18.
Luc. 17.
1. Corinth. 6.
Eodem,*

*spūlia, scđm ordinationem ecclesie & consuetudinem approbatā, licitū est, ita tñ qđ desit em-
ptionis & uēditionis intētio, & qđ ab initio nil exigatur p spūliū subtractionē, quę gra-
tis sunt exhibēda. Hoc enī quandā uēditionis speciē haberet. Vitoſa est ergo exactio, qua
à recipēdis seu receptis ad ordinem, sic tpalia exiguntur, qđ nisi exhibuerint ea, ad habitiū
seu professionē religionis nō admittentur. Rurſus scribit eodē loco. Illicita eset ordinatio, si
in aliqua statueretur ecclesia, qđ nō fieret processio in funere alicuius, nisi solueret certa pe-
cuniā summa, qđ p hoc precluderetur uia impēdiē gratis officiū pietatis aliquibus. Quō
ergo licitū est statutū quorūdā, quo statuerūt nullā recipere psonā ad suā religionē, nisi ap-
portauerit quandā aut prætaxatā tpalium quantitatē, p qđ multi impe diātur a religionis
ingressu. Amplius, dñs Antifiodorensis ait in parte tertia sūmā sue: Nō est licitū dare tpalia
pro Missis tricenarijs. Vnde prohibetur in synodo, ne presbyteri aliquid exigāt, & hoc
propter speciē mali, & propter scandalū uitandū, ne scilicet ui deant spūlia uendere. Itere
ait: Non debent sacerdotes aliqd petere ante sepulturā, uel qđ Simonia eset, uel species ma-
li: sed possunt post sepulturā. Hec & consumilia scribit sup quartū Sniāz dist. 25, dñs Bon-
auentura, ex quib⁹ euidēter monstrat, qđ impiū fit alicui psonā cū cōditione, obligatione &
paclō ingressum religionis prēbēre, & nō syncerit, pure & gratis ac absolute seu simplici
Artic. X. Adhuc cōfirmatio p̄dictio ex ybis sc̄tōz, & qua (ter propter deum,
liter possunt tpalia exigī post gratuīam susceptionem personæ.*

Gloriosus pater Hieronymus in regula sua quinto cap. ait, scrib̄t̄ Euostochio ab-
batissē filiabūc eius: Detestabilē h̄resim simonie, quā cōi prauitate diaboli cō-
mittunt moniales, etiā in auditu horreat sancta societas uestra. Giezī poena, & Se-
monis uos terreae prauitas. Vox Petri uicarii Christi ad Simonē nunq̄ exeat de
auribus uestris: Pecunia tua fit tecū in perditionem. Existimasti enī donū dei haberi pecu-
nia. Donū dei est sanctus spiritus. Cōis mercatorū uetus habet, ut uēditio cōmutet in melius.
Asterit quippe simoniacus pecunia esse p̄statiōre donec, cū idē in ipsam cōmutet. Ad
uos uenientes forores, ad Christi suscipite nuptias gratis p̄ponatur sanctitas pecunia, ex-
quiratur bonitas uitę, nō ḡnōfitas carnis, nō utilitas m̄di. Nulla omnino paclō p̄ueniat,
nulla opinio, nulla conditio, quę mentis puritātē turbet. Beatus sapia clamat, qđ existimat ma-
nus suas ab omni munere, qui post auḡ non abñt. Ecce qđ euidēter & rigorose uir iste san-
ctissimus, religionis specialis discretissimus iñstitutor, prohibet simoniacā impietatē in sus-
ceptione suoꝝ, iubēs ut eaꝝ receptionē nulla p̄ueniat paclō, nulla cōditione: & ipse que ue-
niūt, gratis & absolute suscipiat. Deniq̄, in regula sancti patris nostri Basilij queritur: Si
oportet eū qđ seruū dei uult sociari, relinqueret indifferenter proximis suis portionē faculta-
tū suarū, dicente dñō: Vendē oīa bona tua & da pauperibus. Ad hoc respōderet magnus Bas-
ilius: Arbitror qđ is qui accedit ad dei seruitū, scilicet religionē, nō debeat contēnere & ut
libet relinqueret ea qđ cōpetunt sibi, sed rēperet omnia (si fieri potest) cū summa diligētia,
tanq̄ ea qđ iam dñō cōsecrata sunt, quantū possibile est rōnabilitē dispensare, sciens qđ nō
sit ab qđ periculo in ope dei agere negligenter. Si uero propinqui eius uel parentes contra
fidem ueniam, debet meminire Christi dicētis, Quia omnis qui reliquerit patrē aut matrē
Quicq; seipsum sapienter atq; profunde considerat, oīm mox ambitionē abhorret, honorari ueretur, præsidere formidat, humiliari conatur. Primo itaq; prælationē & dignitatē debet homo refugere & horrere ex consideratione propriæ defectuositatis, fragilitatis & insufficiētis suā, qđ talis ac tāta est, qđ nō solū insufficiens impotētis est gubernare, custodire & saluare seipsum, sed nec aliquid boni cogitare aut agere ualeat ex se, imd̄ in cunctis indiget incessanter ope & grā actuali⁹ motione sp̄s sancti. Qui ergo seipsum non ualeat dirigere & curare, custodire & gubernare, confortare & ad profectum uirtutū perducere, qua fronte & præsumptione, qua temeritate & ambitione ad aliorū aspirat dūcatum, ad regimen animarū, ad dirigidū, curandum, custodiendū, roborandum, conseruandumq; alios. Secundo, ad idem mouere & excitare quemlibet debet consideratio incertitudinis proprij status: quād dum peregrinamur in seculo isto, ignoramus an digni simus amore an odio: hoc ē, an simus in charitate & gratia, fine quibus nullus ad prælationem est dignus & efficax. Idcirco non solum ambitionis, sed etiam præsumptuoso censetur ad præsidentiam aspirare, ad aliorū gubernationem seipsum in gerere, ad animarū se curam precipitare. Tertio ualeat ad hoc consideratio propriæ imperfectionis. Nam dato qđ aliquis probabiliter aut certitudinaliter sciāt se esse in charitate & gratia, non tamen continuo reputare potest aut debet ad aliorū præsidentiam le esse idoneum & condignum: quoniam ad prælatum non solum exiguitur quicq; gradus charitatis & gratiae, lapientiae & iustitiae, fortitudinis, mansuetudinis, humilitatis pietatis ac continentiae, aliarum quoq; uirtutum, sed & magna prorsus perfecitio in omnibus iſtis, exercitatio grandis, experientia longa, humilitas solidata, charitas feruens, discretio ingens, iustitia stabilitas, tanta demum plenitudo gratiae ac uirtutum, tanta superna illuminationis exuberantia, tanta reformatio passionum, ut is qui præest, sine personarū acceptione regat, corrigat, corrigit, subiectos, & abq; suis p̄fuis lafione ac perturbatione ip̄orum mederi queat uulneribus, passiones eorum curare, tērationibus ip̄orum cōsulere, suaq; bonitate, sapientia, humilitate, mansuetudine, constatia, pfectio illog; prauitatis, insipietiam, elationē, irā, instabilitatē, imperfectionē, infirmitatem ualeat tolerare, reformare ac uiucere: & qđquid sibi inferatur ab eis, ab ip̄oīz charitate ac cura nullaten⁹ refregat, atq; de plenitudine sup̄noz charismatū sibi defup distributa, subditis possit influire, cōmunicare, cōferre, purgādo, illuminando, p̄ficiendo eōfde. Cū ergo haec oīa multa atq; alia ad idoneā pastoralis officij executionē fint req̄ista, qđ seipsum rite considerās, & imperfectū suū inspicies, poterit ad præsidentiā aspirare, & nō potius in infinitū se humiliabit, reniteret, abhorret: dicitq; Non sum medic⁹ & nō est in domo mea panis. Nolite me cōstituire principē populi. Et cū Salomone fatebitur: Stultissim⁹ sum uirorū. Quarto ualeat ad idē consideratio difficultatis bene regēdi ac præfēdīti: quia ut ait Gregorius, ars artū est regim⁹ animarū. Oportet eternū scire prælatū, qualiter unicuiq; subditū secundū exigentia passionū & uulnē, tentationū & dispositionū aīa suā puidet, auxilietur ac mendacetur: qualiter instruat, corripiat, corrigit, pietatē & aequitatiē cū dīctiōne exerceat & impēdat, ad qđ magna pr̄sū discretio atq; p̄itia exigūtur. Quinto ualeat ad hoc, cōsiderare quāta fint in præfēdēo picula, & qđ multi in platione penitus defecerūt, qđ ante satis boniuerūt. Sexto ualeat ad idē, cōsiderare qđ uehemēter multi sanctoz cū essent omni sapientia atq; uirtute ornati ac solidati, plationē abhoruerūt ac diffugerūt. Quid ergo nos pūfillos qđ proprijs & cōidianis adhuc passionibus uitijs p̄fōrdemus, oportet pagere, qđ in hoc cōfuit, p̄fect⁹, ut qđtidie humiliores efficiamur, & alios nobis meliores ac magis illuminatos sinceriter fateamur, nō ut eis nos in donis grā p̄feramus. Septimo ualeat ad idē cōsideratio p̄p̄is cōditionis seu p̄p̄is meriti atq; demeriti, utputa qđ eo ipso qđ quis ad prælationem aspirat, seipsumq; ingerit, prorsus in digno omni diuina directione ac ope sp̄s sancti efficit. Quidē tā p̄auū principiū, exitū sortiort p̄eiorē: qđ etiā p̄ hoc ipsum proximos qbus p̄fici cupit, grādi exponit peccādi ac pereudi piculo. Octauo ualeat ad hoc, cōsiderare quāta cōfecuta fint & indefinitē sequātur mala ex ambitione prælatione, ex qđ infelicitissima damnabilissimā p̄fēdētia tot milia pierūt ac peunt, & tota ecclesia ad tantā deuenit ruina.

Articulus IX. Confirmatio p̄dicatorum ex uerbis sanctorum patrum.

Hhh z Glo

Gloriosus doctor Hieronymus ait in Regula sua: Felices & magis securi sunt qui subsunt illis qui præsunt, & quibus ministratur quam qui ministrantur: & tamen superba mens hominum periculorum improvida, semper maiorum dignitatum, cupid ac censum & non nisi post factum terretur ex descensu, qui tanto est durior, quanto ac censu est altior, sed forte descensum rarum existimat. Sed firmissime experientijs doctus non paucis dico, quod raro per gradus dignitatum ascendit homo, quin multo grauius descendat. Denique, ad hoc probandum refert sanctus Hieronymus quoddam exemplum de iuuenie, quodam sancto, ad episcopatum electo: qui accersito patruo suo viro sancto, prophetico spiritu pleno ac heremita, petiti ab eodem consilium. Cui ille non uerbis, sed facto respondit, iubens nepoti ut super discum quadratum alterum seipsum revolueret. Itaque iuuenis iste electioni renuntiavit: et paulopost feliciter mortuus, hilaris & iucundus uero apparuit patruo: Gratias, inquiens, tibi refero pater ex dissuasione episcopatus. Nam scito quod nunc essem de numero damnatorum, si fuissem de numero episcoporum. Insuper, sanctus Gregorius Nazanenus differuit: Reuera mihi uidetur esse ars artium & disciplina disciplinarum regere homines, qui inter omnia animantia sunt maxime moribus uarij, & uoluntate diuersi, quibus confronat quod beatus Papa Gregorius in Pastorali conscribit: Nulla ars doceri præsumatur, nisi prius in tentatione discatur. Ab imperitis ergo pastorale officium qua temeritate suscipitur, quando ares est artium regimen animalium. Quis enim cordium uulnera occulta oritur esse nesciat vulneribus corporum? Et tamen saepe indigni & imperiti, animalium se medicos profiteri non metuant, qui dum per speciem regiminis gloriam affectant honoris, & cetero transcendere concupiscunt, pastoralis officij debitum exercere tanto plus nequeunt, quanto ad hoc ipsum humilitatis magisterium ex elatione peruerentur. De quibus loquitur dominus: Ipsi regnauerunt, & non ex me. Ex se nam, & non ex deo regnant, qui diuinis non uocati, sed cupidine sua accensi, culmen honoris usurpant magis quam aesse quantur. Præterea super epistolam ad Hebraeos sanctus ait Chrysostomus: O quantum periculum, quod dicamus infelicitibus illis & miseris, qui semetipos ad alios regendos precipitant, & se in tantorum suppliciorum iactant abyssum. Onerosam nanque pro omnibus tibi subiectis redditur es rationem, & tanto igni tuum subiçis caput. Mirum si aliquis rectorum potest saluari. Post tantam nanque comminationem quam negligenter videimus esse illatam, video aliquo setiam concurrere & præcipitare semetipos tantè moli, tantè difficultati regiminis. Si enim qui necessitate compelluntur præesse, nullum poterunt habere refugium, neque ullam excusationem reperient, quando res male tractauerint, & quando administratione suam gesserint negligentem, nam & Aaron necessitate tractus est, & tamen in periculum uenit. Et Moyses pericula saepe sustinuit, qui regimē illud saepe recusauerat. Et Saul postquam recusauit, pericula incidit: quoniam male sui regiminis admittit officium. Quanto ergo amplius, qui cum studio & ambitione petunt principatus & seipso præcipitant, seuerius punientur. Huiusmodi enim homo multo amplius sibi uenia locum claudit. Oportet ergo timere & tremere propter conscientiam & propriam molem & magnitudinem cure, & neque dum ad principatum trahitur, immoderatus recusare: neque dum non trahitur quicquam, semetipsum præcipitare. Sed confederantes tantæ dignitatis amplitudinem, oportet effugere: comprehensos autem obsequiuni & reverentiam oportet ostendere. Insuper, sanctus ait Bernardus: Nemo hunc ibi sumat honorem, sed qui uocatus fuerit a deo tanquam Aaron. Per eum nempe si quis introierit, saluabitur: sicut autem ascenderit aliunde, sur plane est & latro. Et rursus: Confidero (inquit) gradum, & uereor casum: confidero fastigium dignitatis, intueror (q) abyssum deorsum iacentis: Attendo celstudinem honoris, & e vicino reformato periculum. Item, Væ (inquit) uobis, qui clauem tollitis non scientiae solum, sed etiam autoritatis. Nec ipsi introitis, & multipliciter impeditis quos introducere debuistis. Tollitis enim, non accipitis claves, de quibus dominus conqueritur per Osee prophetam: Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui eos. Vnde tantus ardor prælationis: Vnde ambitionis impudentia: tanta: Vnde tanta uæfania presumptionis: Audet ne aliquis uestrum terreni cuiuslibet reguli, eo non præcipiente aut etiam inhibente, occupare ministeria: præripere beneficia, negotia dispensare: Nec tu putas deum approbare, quae a uasis iræ aptis in interitum sustinet. Vt iam tamen tam fideliter ministrarent, quam fideliter se ingesserunt. Sed impossibile est ut ex amara radice am

Osee, 4.

Chrysostomus.

1. Reg. 10.

Hebreos 10.

Osee, 8.

ambitionis, fructus prodeat charitatis. Væ ministris infidelibus, qui nondum deo recedunt, reconciliationis alienę negotia, quasi homines qui iustitiam fecerint, apprehendunt, Væ filii iræ, qui se ministros gratię profitentur. Væ filii iræ, qui pacificorū gradus ac noīa fibi usurpare non uerentur. Væ filii iræ, qui fideles se mediatores pacis, ut peccata populi comedat, mentiuntur. Væ his, qui ambulantes in carne deo placere non possunt, & tamē eīl placare uelle prelumū trpecuniam, non iustitiam concupiscunt, insatiabiliter esuriunt dignitates, humanam situū gloriā. Postremo, ex prauitate, carnalitate & negligentia ambitionis prælatorū omnia orūne mala ecclesiæ dicente S. Bernardo: Inde est q̄ illa, uide licet Chri sponsa ecclesia, paup & inops ac nuda relinquitur, facie miseranda, inulta, hispi da & exanguis. Propterea non est hoc tempore ornare sponsam, sed spoliarē non custodiare, sed perdere non instruere, sed prostituerē: non pascere, sed mactare & deuorare, diente de illis dñi: Qui deuorat plebē meam ut cibum panis.

Off. 4.

Iohann. 10.
Psal. 11.
Psal. 74.

Articulus X. De rationibus detestandi ac repellendi omnem ambitionis in-

saniam, sumptus ex parte dei

Quum ad omnipotentiam ac sapientiam creatoris pertineat, regere quod creauit, & ei specialis sit cura ac prouidētia hominū, derogat autoritati ac sapientiæ dei, qui non uocatus ab ipso audet se intronitare de regimine creaturae suarum, præsertim rationalium. Ad ipsum nang spectat disponere, qui quibus debeant p̄ fidere, sicut ad regē terrēnū ptinet ordinare p̄tatis suæ uiciarij & inferiores in suo regno rectores, facere ergo iniuriam regi, qui ab alio q̄ ab ipso aut sine eius consensu & dispositione in suo regno niteretur præesse. Sic & deo facit iniuriam, qui ab alio q̄ ab ipso aut cōtra dispositionem ipsius præsidentiam querit. Vnde & scriptum est: Noli querere ab homine ducatum, neq̄ à regē cathedrā honoris. Præterea, quoniam deus tantum dilexit genus humānum, quod pro eius salute dedit ac misit unigenitum filium suum, & ipse unicus dei filius uictus nos estimauit, q̄ pro nostra salute incarnari atq; in mūdo hoc inter hoies cōuersari ac mori dignatus est, grandē infest cōtumeliam patri ac filio, qui proximorū salutem sic paruipendit, & sanguine Chri redēptos tantis exponit p̄culis, ut ad illoꝝ p̄lationem ac régimē seipsum insufficientē & indignū, utputa ambitiosum, p̄sumptuosum ac uanū ingere audeat. Insup, quam diuina iustitia a p̄latatis rationē pro subditis exigat, & q̄cqd ini-
mus debito in subiectis iniurierit, præsidentibus nisi quod in ipsiis est fecerint, imputet, atq; durissimū se esse factū in p̄latatis iudicij communetur, nonne infinitè extat uæfaniæ, postposito & abiecto dei timore, oblito iudicii diuini rigore, abiecta consideratione, eterni supplicij, ad præsidentiam aspirare: ad p̄lationem se sponte offerre, ne dicam præcipitare atq; ingenerere, siue in ea uano affectu uelle perfistere: Iccirco de ambitiōsorū uanitatem & cæcitatē sanctus admirans Bernardus

Bernardus

Psal. 37. 67.

Iai. 39.

Iohann. 1.

Mat. 11.

Zachari. 9.

Iohann. 13. 6.

Articulus XI. De causis fugiendi ambitionem ex parte loci q̄ degimus.

Locus huius nostri incolatus carcer atq; exiliū appellatur, terra peregrinationis, uallisc̄ lachrymarum, campus certaminis & laboris, locus tentationis, incessabili militie contra hostes nostre salutis, locus laqueis ac periculis ita repletus, ut plurimi pereant, pauci euadant. In quem utiq; locū prōpter originale peccatum projectum & detrusum est genus humanū. Hic igitur locus exigit, nos humiliatiōni & cōpunctioni, nō exaltationi & uanitati studere: cōtritioni, non ambitioni operā dare: lachrymis & penitētīg actibus, nō dissolutioni, t̄pali honorū aut laudi humanæ totis esse p̄cordi intētos, ut cū propheta dicamus ex aīo: Renuit consolari aīa mea, & Fuerūt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. & H̄i mihi quia incolatus meus prolongatus est. Item q̄b, Affiliū sum & humiliatus sum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei. & Diē hominis nō concupiui, neq; cū his qui ambulant in uanitate, me participē p̄bui. Non transmigremus in

Hhh 3 mon.

Psal. 76. 41.

Psal. 119. 37.

Tob. 3.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI

montem pestiferum & procellosum & caliginosum, monte ambitionis, in quo constitit vita mortis, inquietudine, excruciatio cordis, a quo in profunda corruit Achætum quodque exaltat, humiliabitur. Hinc natus in euangelio dicit protestatur: Vnde uobis qui ridetis nunc, quia plorabitis & flebitis. & Vnde uobis diuitibus, qd habetis consolationem uestram. et deinde, Beatus in quiete qui lugent, qm ipsi consolabuntur. Idcirco in libro de cœpunctione sic sanctus ait Chrysostomus: Lugendum est, & uere lugendum præsentis uite tempus, in quo tantam malorum laborem, tanta uidemus quotidie flagitium cum latratisque si uelis considerare per singula, nunq poteris à lachrymis temperare. Basilius quoq in Regula sua: Non est (inquit) in hoc loco ridendum, in quo tam grauitate ac multipliciter deus indebet offenditur, atq tot milia animarum, pro quarum salute fuisse est sanguis Christi, quotidiani pereunt. Præterea si qd in aliena prouincia querit primatum ac præsidem thronum, ostendit se non esse uiatorem ac peregrinum, sed ciuem & incolam uelle ibidem confestere. Sic plane qui in seculo isto & terra hac appetit principatum, & querit præesse, padiit se non ueraciter peregrinum ac uiatorem in ea: & per coequens, nec ad cœlestem tendere patriam, sed amatorem ac filium esse seculi huius. Nec uere est neq ppndit qd sanctus ait Iacobus apostolus: Quicquid uoluerit amicus esse eculi huius, inimicus dei constituetur, nec implet qd hortat discipulus quem diligebat Iesus: Noli iniqui (inquieti) diligere mundum, neq ea que in mundo sunt. Talis natus appetit sciri, uult uideri atq; in seculo aliquid apparere: iudicet & ceteris præeminentem, non attedens peccata suauia numerum. Præterea, cu locutus quo degimus, fit locus aspidum afflictionis & trauiuisibilis hostes, contra uitia & seculi uanitates, qd ambitioni dat locum, fatetur se uitium: & qui cupit præesse, grauioribus se exponit periculis, & atrocioribus multiplicitibus qd impugnationibus ac tentationibus præbet seipsum debile & inermem, aut non satis armatum: hoc est, uitutibus non sufficiet eternitatem: in fundamento uirtutum, puta humilitate, non satis firmatum. Proprietate in prælatione, si est fortis, grauius uulnerat, facilime superat atq; durissime condonatur. Quemadmodum et quidem in exteriori & corporali cōficit aduersarij regem seu principem maxime irruunt, & eius defectione præcipue molitur & optat, ita in spirituali congressu inuisibilis hostes sup eos qui in parte sunt constituti, crudelius ruunt, eorumq interitum subtilitate: quia ex eis ruina maiora se gaudent, cōsequi spolia, defectione uidebunt subditorum: quoniam dum rector per abrupta progrebat, gressusq cipitum sequens illum dilabitur. Hinc in Ecclesiastico dicitur: Noli querere fieri index, nisi uirtute ualeas irrumper iniquitates. Sanctus quoq fatetur Gregorius: Omnis qui aliis præsidet, jaculsi initicii latius patet. Qui igitur de ambitione tentatur, contra propriam uanitatem, temeritatem atq; elationem primitus prælietur. Audiat quoque Hieronymus consulente: Causa honoris quos sine culpa tenere non potes. Aduertat quoque quod in Pastorali ait Gregorius: Virtutibus polsens, inuitus & coactus ad regimen animarum accedit. Si itaque talis accedere debet inuitus & coactus, qd de illo qui adhuc uitij ac passib; fordet, & ipsam ambitionis stultitiam non prostrauit: Certe ne quaquam debet accedere, quod si accederet, non mediocriter sibi ac populo erit damnosum, quia ut salomon loquitur: Regnabitibus impensis, ruinas populi.

Articulus XII. De rationibus aspersionis ambitionis, sumptis ex parte temporis uitiae presentis.

Quoniam tanta res sit nostræ salutis negotium, ut sapientissimus Paulus hortetur, Cum metu, timore & tremore uestram salutem operamini, cōstat qd quanto pluribus præbet prælatus, tanto in omni uita sua oporteat eum esse magis sollicitum, cōstolidum, timoratum ac tremebundum. Qui igitur cupit aut tenet, seu amat prælationem, ut amplius honore, liberius uiuat, iucundior & irreferendarior habeat uitia profusa insani, & omni sapientia est priuatus. Insup, insipientie eius non est finis, eo qd ppter tā brevissime ac certissimæ duratione luę præsidem usum, iudicem abusum, honores, cōplacērias, libertates tam rigoroso dei iudicio se exponat, tā intolerabilis sibi thesaurizet supplicia, atq seipsum ac alios tantę pditioni immerget. Ipse etenim tot mortibus, tot infernalibus dignus tormentis, quātis inefficaciter præsidet, quātis obice ponit salutis, quātros secū pditioni inuoluit. Quid tibi dicit excæcate & miser dulcescent honores, cōplacent libertates, delectat primatus tā incerti & breves, qbus tam æternalē, tā intolerabilē, tāq multiplicitati bi promerentur, accumulas, ac cito recipies maleditionem, condemnationem ac penam. Quid tibi mox proderit elatio & honorificentia tua, & potestatis factantia quid conferet tibi? Nonne potentes potenter tormenta patiētur, & fortioribus fortior imminet cruciatus? Exiguo nāc cōceditur misericordia, Ambitionis uero quanto plus suā sequitū sunt quo

CONTRA AMBITIONEM.

450

luptatem, uanitatem & libertatem seu propriā voluntatē, quāto magis impune nūc pecat atq; humana euadit iudicia, eo plus paulo post eternaliter artabunt, depriment, recludent, tantoq grauius punientur non tñ pro suis, sed pro subditorum quoq pctis. Deni qd si inanis & stultus est quicquid uiator in seculo isto, qui propter huius tā brevis incertitudo delicias, diuitias & honores, eterna se priuat felicitate, atq pccatis addicit perpetuis, qd ineffabiliter insipientior cōprobatur ambitionis, qui propter breuissimi principatus oblectamentum, famam, honorem, aut quodcumq emolumentum tam multiplicatis & importunitatis seingerit æternis, incendijs & tormentis carceris infernalis. Heu qd dire ac miserabiliter obtenebrat mentem ambitionis, ut nec sua nec aliorum aduertat pericula! Nōne ueraciter ait scriptura: Ominus potestatus brevis uita: Sic & rex hodie est, & cras morietur. O quām inæstimabilius iudex cœlestis Christus dominus irasceret ambitionis prælati, per quorum uanitatem & impietatem amisit tot animas a se tam pretiose redemptas. Postremo, cum tempus præsentis uitæ fit penitentia tempus, in quo oportet carnem cum concupiscentiis suis crucifigere, artam uiam incedere, mala præterita, quotidiana quoq uitia deplorare, & seipsum in omnibus coram altissimo exinanire, uispendere & domare, sicq pccentia actibus immorari. Tempore suo in superbiam infelix abutitur, qui ambitioni in se locum largitur, qui honorari conatur, qui ad sua afficitur commoda, & sibi tam grauiter auget demerita. Quām inuanum accepit hic animam suam, nec ad cœlestem profiscitur parvum, iudicem ad infernalem accelerat foueam. Ideo in hoc actu exercitio expendamus in desinenter tempus hoc nostrum, propter quos concessum est nobis: & qm ignoramus die & horam: sic quemlibet expendamus diem quasi fit ultimus dies noster, nec ulli unquam uanitatem in nobis locum præstems, quia ut recte fatetur sanctus Bernardus: In ambitione est consolatio friuola, graue iudicium, usus brevis, finis ignotus, propter qd secundum eundem, ambitionis uermē souet in aīo pectoris alienatio metis atq; obliuio territis, quæ cu irradiauerit & splenduerit cordis intelligentia & ppndit qd fallax, uilis, uiriosa & cōdenanda sit ipsa ambitionis. **Articulus XIII.** De uarijs rationibus propter quas ambitionis specialissime ac uehementissime religioso omni est abhorrenda, ex doctrina S. Dionysii.

Verius clarus innotescat qd summe & pccordialissime oporteat omnem religiosum prorsus odire, horrere, abhorrere uniuersa ambitionis & uane glorie atq; hypocrisis uanitatē, fatuitatem ac labem, necesse est doctrina diuini ac magni Dionysii libro de Hierarchia ecclesiastica elucescit. Non est officium monachi, alioq cura, prælationem seu animarum habere gubernationem, sed suipius sollicitus & uni uidelicet deo & sibi soli esse intentum, deum pure colendo, atq; seipsum fugiter in cordis puritate seruando. Rursus, oportet monachum a carnalibus desiderijs penitus absinere, & suā post Christum crucem portare corpus proprium castigando, uoluntateq pccentias mortificando. Insuper, cōuersatio monachij debet esse müda, nuda, non ficta, ut uera simplicitas sit in corde, nec exteriori compositione simulet se habere quod sibi non ineft, sed synceriter ac directe tendat ac erigatur ad deum. Debet quoq solis necessarijs esse contentus, & omnia curiosa, superflua ac fecularia resecare. Hinc quippe in claustro quād in sepulchro absconditur, ut penitus sit seculo mortuus, uniuersasq inquietudines ac tumultus exteriori regi, iudicem & interiori passionem ac mortuū a sui cordis cubiculo mete excludat, quatenus solia altissimo pura, affectuosa ac stabili mente intetus sit. Ecce ex his beatissimi Dionysii documentis p̄fit dī uerse cōsiderationes formari ad declarandum qd uile & monstrosum, qd pestifer & iniustum, qd dñabile & puerum, qd stolidū & iniūq sit in religioso honorē propriū affectare, ad præsidem aspirare, uane glorie cōsentire, hypocrisi deferre, humanis laudibus delectari, sub monastico habitu cor deferre mūdanū. Primo, quia ad monachū spectat sibi foli ac deo uare, & esse unius, hoc est, suipius custode. Ideo cōtra proprietatem & descriptionem eius cōsistit, ut ad alioq præsidem, cura & ducatu se ingerat etiā si pfectus existat. Porro si nōdū pfectus presumat hoc ipsum, nō dubiū qn acediē morbo uanitatis pspū, presumptionis uenitio seducat, cu negligat miser seipsum: & id qd deus ab ipso requirit, non fatigat adspicere, usq delicit semetipsū plenarie reformatum: sic nāc sub specie boni introeunt mala. Enītaq religiosus omni die digne proficer ut teneat, & tūc exteriori gubernationē ac dispēlationem quotidie magis ac magis uerebitur. Scđo, idem ostendit, qm ad religiosum spectat propriā voluntatē mortificare, abnegare, relinquere: atq; ad præsidem imperium agi, duci, moueri ac regulari, & obedire magis qd agere, ducere aut seipsum mouere, aut regulare, aut alijs impetrare. Est itaque proprietati ac rōni sue contrarium, ut ab inferioritatis ac subjectionis suę sta

Hhh 4 tu se

tu se conetur excutere, & super alios se uelit constitui, atq; ad statū illū aspirer, in quo sibi conueniat, voluntate suam præ solito recuperare, refumere, exercere, intātū ut alijs quoq; præcipiat, illorumq; uolūtates habeat sibi subiectas, & agat, moueat ac regulet eas. Si yō ad prælationem aspiret desiderio commodog; carnalium, aut pristinē libertatis hoc quoq; uocationis sue proflus contrariait. Tertio hoc probat, q; ut patuit, ambitio facit hoīem penne in oībus ad seipsum inordinate reflecti, ita ut etiā in bonis que ex ordinis debito opat ad suū p̄fust palē honorē corporalē cōmodū habeat oculū nō pure, & irreflexe ad deū acutū finē. Propter qd cōuersatio sua nō est mūda, simplex & nuda atq; nō ficta, sed infecta, duplex, palliata & hypocriticalis, nec recta & pura est ei⁹ infētio, qd totū, ut dicitū est, rōni ac proprietati ueri repugnat religiosi. Quarto hoc demōstrat, qm iuxta p̄habita, ambitio parit inquietudinem & tumultū uitiorum ac passionū in aīa diuerſas amaritudines, sollicitudines, anxietates, suspicioneſ & curas inordinatas, prauas ac pessimas cauſas in ea. Praetatum quoq; oportet frequenter in exterioribus occupari, & inter ſeculareſ homines appare, loqui, tractare ac defineri, ex que plurimas mentis diſtrationes, in diſpoſitioneſ, negligētias inquietudineſ faciliter potest incurrere. Idcirco affici ad primatum ac regimeſ exteriorum ue diſpenſationem omnino repugnat uocationi atq; profiſioni religiosi, que ad peccatorū pacem, ad internā dulcedinem, ad uerā animi libertatē, ad ſimplificationē cordis ſui in deo, ad meram abſconſionem & mortificationem ſui à ſeculo iſto, ſempre tendere ac conari oportet. Poſtremo, religiosi ex ſua profiſione tenent ad pfectiōnem quotidie tēdere, digne proficete, meliora & uiciniora ſaluti amplecti, & cordis infiſtere puritatē. Cā ergo tam multa (ut patuit) & grauiā ex ambitione generentur peccata, non potest religioſus ſuę ſatisfacere profiſionem, ſi intra ſe ambitione tribuat locū, que nec pmitit monachū quotidianas ſuas deplangere culpas, nec interiora ſua ſynceriter examinare; ſed facit eū aſ fiducie adiſcere ad peccandum & multiplicare, qua defleantur atq; in quadam cordis infenſibilitate, ſupſicialitate & exceccatione tranſire ac deperdere, & repiditati ſuccumbere, & per conſequens euomē dignū. Rursus, cū omnia diuina p̄cepta, euangelica quoq; conſilia, atq; monaſtifica exercitia ad charitatis pfectiōnē ordinentur ac tendant: iamq; oſtentum fit, ex ambitione ubertim naſci inuidiam, charitati direcțe contrariam, conſat q̄ ſumme & maxime, q̄ in ſineute & uigilantissime oſienda, uitanda & abhorrenda ſit omni religioſo diabolica illa & maledicta ambitione. Item, ſecundū doctores religiosi non tñ ad meliorē, ſed item ad ſecuriorem uiam tenetur. Ideo ſuę uocationi, profiſioni, proprieſatiq; derogat, ut a ſecurissimo ſtatu inferioritatis & ſubiectionis ad periculoſum ſtatum superioritatis aſpiceret. Dicit quoq; in ſumma ſua Vlricus, paucos ad culmē illud uitutū pertingere, cui debet prelatio, p̄ceptore nimis intritū, tñ, p̄ſumptuō ſum & periculoſum ceſetur, ut religiosus cupiat p̄ſidere, p̄ſertim cū ad religioſorū prelatū p̄cipue magna exigatur perfectio. Siquidem que religioſi ſecularibus uituoſiores conſideret, eo prelatum ipſorum pfectiōnem eſe prelatio ſecularium requirit iuſtitia. Aduertamus ergo & impleamus quod tertio libro de Officiis ait Ambroſius: Cum dicat Apoſtolum: Vita uera abſcondita eſt cum Christo in deo, nemo hic querat fulgere, nemo ſibi arroget, nemo ſiactet. Nolebat ſe Christus hic agnosciri, nolebat p̄dicari in euangelio nomē ſuum cū in terra cōuerlaretur, uenit ut lateret hoc ſeculum: & nos ergo ſimilimodo abſcondamus uitam noſtrā Christi exēplo, fugiamus iactantiam, p̄dicari nō expectemus. Melius eſt hic eſſe in humilitate, ibi in gloria. Cum Christus, inq; apparuerit uita ueſtra, tunc & uos apprebitis cum iplo in gloria.

Articulus XIII. De eadem materia ex dictis Cassiani.

Sicut elatio ad omne pertrahit malum, ita humilitas omne bonum inducit. Idecirco, ut illuſtris pater & doctor omnium religioſorū Iohannes Cassianus testatur: Religiſus elatione infectus, disciplinam ſuī ordinis perhorrefens, alijs cupit p̄fesse, ut ex diſcipulo nequam deteſabilior magiſter effectus, ex ſua ambitione in eum cadat pernicioſiſimum dannabileq; teponem, ut iam nec uerus religioſus nec ſecularis exiftat. Nihilominus ex miſerabili ſuo ſtatu & cōuerlatione reputet ſe pfectum. Deniq; q̄ dama‐bile & enorme iſtud in religioſo exiftat, hinc certum eſt, quoniam ſicut in libro de inſtitutiſ patrū docet nos Cassianus: Oportet monachum ſimpliſitatem & innocentiam cū omni ſollicitudine cuſtodiare, mundanaque opera a ſe penitus amputare, atq; ut militem Chriſti ad ſpiritalia bella ſe accinctū, & in totius humilitatis abyſſo ſe plenifimē profoundare, quatenus ſicut propria reputatione uilis, abieciſus defectuofus, ærumnosus, & nihil eſt, ita in aliorum

Heb. 6

Ecc. 3

Coloſſ. 2

Eodem.

orum cordibus talis cupiat, quantum in ſe eſt reputari. Ab omni igitur dupliſitate & ſimilitate, ab omni ambitione & appetitu laudis hu manę debet eſſe puriſimus, & nemini inuidere, nulli nocere, nec ſuis confratribus ſe preferre, ino potius omnium ſe putare uiliſi mu, & dato quod in aliquibus donis naturae, aut exterioribus actibus, aut evidentibus bonis uideatur præcellens, nihilominus ei penſandum eſt, quod in donis gratiae, in uera humilitate, in interioribus occultisq; bonis, alijs iſum fortassis multum tranſendant. Hinc nāq; ſaluator: Nolite inquit, ſed in facie iudicare, ſed iuſtū iudicū iudicare. Hinc quoq; beatissimi patres in heremo cū eſſent eximia ſanctitate ornati, & uelut angeli in carnati, oēm tñ laudē humana, t̄palem honorē gloriāq; terrenā intensiſime abhorrebant ac fugiebant, int̄m qd multi eoq; ne ab hoībus honorarent, quodam quodammodo abuſua, & prima facie indecen‐tia exercebat. Deniq; S. Hieronymus referit in regula ſua: Dū per herem oīra antra ſex annis sanctos patres uitariſt, nihil ita charū, ita ſtudioſum appetebat, & quarebaſ a monachis, q̄ in eis qui ſuberet poſſet inueniri. Poſtremo qd in homelijs ſuis uenerabilis ille Eusebius Emiſſenus in religioſo, ait glōna: Peculiarius iſtud ad noſtrā ſpectat uocationē, nil honoriſ aut corporaliſ q̄tis, nil cōſolationiſ aut proſperitatiſ in uita p̄ſentī regrere, ſed ſubiectionē & abiectionē gaudere, in aduerſitatiſ & aſpirationib; gloriari, nec uelle recipere bona in uita iſta. Oīno ergo religioſoſ uocatiōi contrariait, ſubiectionē & abiectionē horreſ & grauiter ferre, ad p̄lationē & honore ſeipſum p̄cipitare, proſperari uelle in ſeculio iſto, & remunerari ac promoueri in eo.

Articulus XV. De eodē ex ſententijs Climachi.

Profundissimus uir Iohānes Climachus, qd ad religioſos & monachos ſpectet, ſubtiliſime contēplatus: Monachus inq; eſt mōrē & dolē aīa ex indeſinēti mortis memoria, atq; ut idē p̄ fateſt: Oportet monachū iugiter cōpunctioniſ infiſtere, & lacrymis ſancti ſundi, & metu futuri iudicii, p̄ſentia cūcta despicer. Ideo prorū ſuę repugnat proprieſati ac debito boni religioſi uelle in ſeculo honorari, pristinā libertatē appetere, exterioribus occupatiōibus delectari, uelle p̄ ceteris exaltari, in anterē gaudere, aut aliqd huius ſeculi affectare. In ſup Climachus ait: Monachus eſt ſanctificatū corpuſ, expurgatū ex a pullulē uitia, in quibus & corpora exhibent arma iniqtati, & os mulatioquio ac uarjū ſerbis inq; naſſiſit. Mens quoq; p̄cipue excēſat, rite inſerf qd ambitione potiſſume debeat detestari oīs religioſus tanq; p̄fidentiſſimā infectionē. Itaq; dicit Monachus eſt qui ſolū ea que dei ſunt agit, cogitat, loquit, Chfo unitus in omni loco atq; negotio. Ex quo conſtat, q̄ uita religioſi debeat eſſe oīno diuina, coeleſtis ac ſpiritualis & cōformis. Qui ergo ab huiusmodi uita tepeſcēs, pro ſpūalibus exercitiis ad exteriora afſiſt, iſte pro croceſ ſtercora amplexatur, & manna fastiſiſtidiſ ad Aegyptias redit ollaſ, Imō & cū priō illo apostata angelo de celo ruit in terrā, & cū ſpū ceperit, carne iā cōſumatur. In amaritudinē quoq; conuertiſ ſuīne alienę, & pro uitis proferat labruscas, & huic cōpetit illud in psalmo: Hō cū in honore eſt, non intellexit, cōparatus eſt iumentis inſipi entibus. Magis quippe delectat eum cū hominibus fabulari, hincinde diſcurrere, pro libiſtu ingredi & exire, inter homines cōpare, q̄ dominū deū ſuum orando & contēplanando affari, & propter eū in cellā abſcondito refidere, atq; in omībus obedire. Ideo rudis & crudus eſt monachus, nec gustare mereſ q̄ magna ſit multitudiſ dulcediniſ dei, quā dat copioſis deguſtare, qui extra eum renuunt cōſolari, quos ipſe abſcondit in abſcondito uul‐tusū ſi conturbatione hominum, protegiſq; in tabernaculo ſuo a contradictione lingua‐rum. Deniq; nō cōpetit ei diffiſitio monachi, quā Climachus dat dicendo: Monachus eſt ordo & confiſtencia incorporaliū in corpore materiali & ſordido consummatus. Debet eterni monachus ordo eſſe, i. in omnibus ordinatiſ, & confiſtencia incorporaliū, i. in ſtar an gelo: in carne confiſtēs ac diuinis ſp intentus, ut ſit conuertiſ ſua in ccelis. Veſtū loq; Auguſtinus: Vnde tā ingens pueritas, niſi de languoribus anima. Panis in faſtidio eſt & delectat ueneniū. Magis delectat homines & alia curioſa corporaliter intueri q̄ oīm creato rem fideliter ſpeculari, extra uagari q̄ intus morari. Poſtremo talis coram deo eſt ſpūaliter turpiſſimū mōſtrū, nec iſs ornatū que per formā monaſticas ſuā ſuſtiſ designant, imō ſub uerteſ claſtralē gerit cor ſeculare, & nec p̄ſcis eſt neq; caro. Itaq; nō ad noſtrō ſufficiunt honores, nō periculoſas promotiones, ſed ſubſannationes quaſi aquā bibamus, in aduerſis & iſtrionibus quaſi in omnibus diuitijs gloriemur exerceri, corripi & corrigi gratu lemur, quia in hoc uocati ſumus.

Monachū ſeſcriprio.

Thren. 4
Exod. 16
Iaiae. 14.
Iaiae. 5
Pſal. 48Pſal. 30.
Pſal. 77.
Pſal. 10.
Eodem.

Phil. 2.

Arti

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

Articulus XVI. De perueritate & temeritate religiosorum ambitiosorum
ex dictis sancti Bernardi.

A Ita sanctus Bernardus: Video q̄ magis dolendum est, nonnullos post spretam seculi pompam in schola humilitatis superbiā magis addiscere, atq; sub aliis initis humilisq; magistrī grauius insolescere, & impatiētes magis fieri in clauſtro, q̄ fuſſent in ſeculo. Quodq; magis peruerſum eſt, pleriq; in domo dei nō patiuntur haberi contemptū, qui in ſua non niſi contemptibiles eſe potuerūt, ut uidelicet quia ubi honores a pluribus appetuntur, ibi locum habere & honores conſequi non ualeant, ſalē ibi honorabiles uideantur, ubi honores ab omnibus contemnuntur. Video etiam quod dā, quod ſine magno dolore uideri non debet, poſt ingressam Chriſti militiam rufus ſecularibus implicari negotijs, rufus cupiditatibus terrenis immergi. Nec aliuſde hac eoa maſia contingunt, niſi q̄ illam qua ſeculū deſeruimus, humilitatem deſerentes, dum denuo ſectantur in epta ſtudia ac deſerteria ſecularium, canes efficiimur reuertētes ad uomitum. Sed dō filii hominū uisque quo graui corde, ut quid diligiti uanitatem & querit mendacit̄. Quid uobis conari, ubi tāta difficultas eſt & tam graue periculū? Poſteſtatis ambitione angelum priuauit felicitate æterna. Coneutur quis in montem ascendere poſteſtatis, quantos putat contradictores habebit, quantos inueniet repulſores, obſtacula quāta, quām difficultem uiuam. Et tamen q̄ pauci euadunt, quibus non dominetur dominandi libido. Quenam miferia libido tam dira! Sic adiſcant Babel, ſic concupiſcunt quod non expedit, imō quod ſumme nocet, quod expedit, & debitum eſt omittentes. O peruerſitas filiorum Adam, cū ascende tam difficile fit, & descendere tam facile! iſpiſi tamen eligunt potius laboriosum dannabilem q̄ ascensum, quām facilem ac falubrem defecſum. Deniq; quid ex hac pernicioſa ambitione in deſtabili religioſo ſequatur, pandit beatissimum pater Bernardus, dīce dō: Grauiſ labor ſuperbiā, haec eſt quā non recipit disciplinam, curari renuit, nec ſuſcipit medicinam, hulcus pefſum me delam' non ſuſtinens, quod nec ſummiſ digitis ſe patitur attraeſia. Verum quanto humilitas magis amplectenda ac neceſſaria eſt religioſo, tanto integrius ei uitanda eſt omnis ambitione.

Articulus XVII. Quām grauiā criminā oriantur frequenter etiam inter religiosos ex ambitionis ſtultitia.

Q Vemadmodum libro tertio de Ciuitate dei ſapietissimus aſſerit Auguſtinus: Libido dominandi magnis malis agitat & conterit genus humanū: imō teſtante ſancto Bernardo, ipſa quoq; pauperes, qui ſeipſos & omnia ſua reliquerūt, interdum impugnat, atq; ut dī in Horologio æternę ſapiențę, religioſi nonnulli perfas ac nefas, ſecretē ac publice per ſeipſos ac alios ad primatum, ad magiſterium, ad officia queq; ſe ingeunt. In multis uero religionibus eſt tanta ruina, tam nulla obſeruantia, ut ibidem haec publice ſiant, nec reputetur iniquum. Apud quodam uero eſt obſeruantiae gularis & dei timor, & tamen inter eos inuenitur & ſatan, de hac uanitate tentans quodā illorum. Præterea ſicut in ueteri teſtamento in legi perit & phariseis ac ſacerdotiibus magis uigebat elatio, ita & nunc quidam religioſi præ caeteris eruditis atq; famosi, qui alij ſuſtiuſiores & exemplarioſes eſte tenētur, ſunt magis ambitioni, hi ſunt quos inſtit scientia, in quibus non eſt ſapienția ſalutaris, nec formata, ſed nuda ac informis ſcienția, qui confrates ſuos grauius scandalizant, per quos grauiter perit religio, quia quae ſua ſunt quārūt, & ſingularitate à cōmunitate ſe diuidunt. Præterea nō hos dūtaxat zabolus tērat, ſed eos quoq; qui inter regulariter conuerfantes alacriores, feruentiores, modeſtiores & irreprehendiſſiores eſſe cōſpiciuntur, qui uitio iſt of frequenter occulite, periculose acriterq; pulsantur. Qd̄ ſi quis ei in ſe locū præbuerit, incidet multa mala enormia frequenter prætracta. Similiter qui dā pro quorundam promotione periculofiffime, incautissime damnabiliterq; laborant. Eiſ quoq; quibus promotionem non ſauent, inordinatissime ac uitiosiflē ſep̄ refiſtunt. Hinc inter religiosos nonnullos uicifim præſertim electione inſtante, ſunt practica detestandæ adulatioñes, attractiones, ſubornationes, detracções, partialitatis, aut etiā quodammodo promiſiones, aut propriez̄ commodi, ſue honorum respectus, omni pericu lo ineffabiliter plenę atq; æternā damnatione condigna. Nō oportet me iſta diſiſtus prosequi, ſed intelligentibus ſatis tactū opinor, ut tam peſiſera mala uentur, & deuſ in omnibus habeatur præ oculis.

Articulus XVIII. Cōtra eos qui cito poſt ſuā conuerſionē aut religionis ingressum optant preſeſte: & qd̄ in officijs non ſunt ponendi, niſi in uirtutibus consolidati.

Vt

CONTRA AMBITIONEM

452

Gregorius

V Octauo Moralium ſanctus ait Gregorius: Sæp̄ nōnulli aperte prauitatis uias deferunt ſanctitatisq; habitū ſumunt, moxq; ut prima limina bene uiuēdi attingerunt, obliſti quid fuerint, laudari de inchoata iuſtitia appetunt, præceſſe cæteris etiā melioribus concupiſcunt, quos plerūq; dū iuxta uocū præſens proſperitas ſequit, multo peiōres q̄ ante ea erāt fiunt. Nā rebus multis occupati, & ſua occupatione cōfufi, nō ſolū præterea uitia non deplorāt, ſed adhuc que deplorent, exaggerāt. Qui enim mundū deſerit, ad exteriōra officia promoueri non debet, niſi p̄ humilitatē in mihi conteſtum diuitiis ſolidenſ. Citius nāq; bona depreceūt, quę ante tēp̄ hoībus innotescunt, qm̄ & arbusta plantata priuſquā fixa radice coalescant, li concutiant, areſcent. Hinc rufus iſ. Moralii iſcribit Gregorius: Si florente uine immoderatū frigus attigerit, protinus ab omni humore uitriditatis hāc areſcat. Et ſunt nōnulli q̄ poſt puerſa itinera uias ſanctas ſectari appetūt, ſed priuſquā in eis bona deſideria roborent, quędā eis proſperitas accidit, quę eos rebus exterioribus implicat, & eoz mentē dū à calore diuitiī amoris retrahit, quasi ex frigore quodā extinguit, & q̄eqd̄ in eis de uirtutū flore apparet uidebaſ, interficit. In terrenis quippe actibus ualde frigescit animus, ſi necdū fuerit per dona intima ſolidatus. Vnde neceſſe eſt ut loca maiora uel exteriora opa que humani ſunt neceſſitatibus profutura, illi exercenda uifcipiant, q̄ ea dijudicare & ſub ſe premere ex interiori uirtute nouerunt. Nā cil inſirmus quifq; ad locū regiminiſ, uel ad exteriōra agēda retrahit, quo quaſi extra ſe ducit, eradicat atq; ab internis exercitijs euacuat. Nā q̄dā uideamus terrena que poſſederāt reluiſiſ, & nil iam tranſitoriū querere, ſed cum quidam ex talibus rufus ceperint mundi gloriā quārere, rebusq; tranſitorijs quas ſpreuerant, inhibeare, penitus inaneſcent. Sedut docet Gregorius: Tales uanitatem gloriæ tpalis, fallaciā ſuam, deceptoria ſunt omnia iſta, imō animarum uenena ſunt cordiūq; caligines. Et ſi quis eis praece ſentiat, ad periuam trahunt damnationem. Non ergo ad aliquid horum inſipienter afficiamur, ſed diuini atten dentes rigorem iudicij, & æternitatem ſequente, in omni humilitate, obedientia & ferore pcurare ſtudeamus, totū hoc tempus noſtrū preſentis uite. In hiſ quoq; uirtutibus, & in p̄cordiali mundi contemputo quotidie pfici enitanur, ut tanto humiliores, feruentiores, ac magis mortui nobis pſis ac mūdo inueniamur, quāto diuitiis in religione uerſamur, neullo colore admittat ambitione, cū ſanctus dicat Iohannes Chrysotomus: Primum ſecularē appetere & ſi ratio non eſt uel cauſa eſt. Principatū autē ecclēſia concupiſcere neq; ratio, neq; cauſa eſt, quia nec iuſtum nec uile eſt. Quis em̄ ſapiens ſuſtinet et ſe tantæ ſubiſci ſeruiti, niſi forte qui nō credit dei iudicium, nec metuit deū impios punitus. Quicunq; ergo deſiderat primatū ecclēſia, ſequatur humilitatē terrefrē. Quicūq; autē deſiderauit primatum in terra, inueniet conuisionem coram diuina iuſtitia. Nā & primatus ſe fugiēt, deſiderantem ſe horret. Hinc lauſ & honor mundanus, umbras affiſſimilatūr. Nā umbra inſequente ſe fugiēt, & ſequitur fugiēt. Vnde & V. de Ciuitate dei Auguſtinus allegat Sallustiū de Catone dicente, q̄ quo minus petebat honorem, eo plus honor ipſum ſequebatur, quod & quotidie in aliquibus cernitur adimpleri.

Chrysotomus.

Articulus XIX. De cauſa ac uigilantissima euilaſtatione totius ambitionis ſtatim ab exordio conuerſionis & de quotidiana atq; ſolicita examinatione propriæ conuerſationis.

O Stenū eſt quemadmodum religioſos p̄cipua ac profunda humilitas deceptio: quod item ad quotidianum atq; aliud ſuare teneantur profeſtū. Idecirco mox a conuerſionis ſuare primordijs proſuſ abhorrete, ac maxime fugere debent ambitionis uenenum. Rufus præactum eſt, quām diſſiculer & raro ambitioſi cuſtentur, quorū etiā uitia ex ambitione naſcātūr. Idecirco principio uitij tamē enormous oportet refiſtere, nec ullum ei præbere locum. Mirabiliter namq; imō & miſerabiliter ac lamentabiliter, ſed & damnabiliter uitium iſtud ab omni profeſtu mentem impedit ſpirituali, atque diuerſis eam inficit obliquitatibus & peccatis frequenter prænomiatis, in tantum q̄ ipſa uix aduertit. Ideo ab exordio uel ſi hoc factum non eſt, ſaltem deinceps cum omni diligentia & cautela repugnandum eſt ſceleri tanto. Nam debet ſe homo omni die diſcretare ſolerter, & actionum ſuarum radicēm perpendere, an ſclicer aliiquid agat ſuſtra intentione, uano respectu laudis humanæ aut proprij commodi, ſeu honoris ambitu

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

ambitu: & si quid in se deprehenderit tale, illud ex intimo sui cordis finu omnino eradicare. In uera quoq; & syncerissima humilitate totum fundare quod agit aut patit, nec in humiliatis profectu exercitijs monasticis unq; tedium offici aut lassari. Hinc primo Moraliū testatur Gregorius: Omne quod agitur districta discussione, oportet mūdare, ne bona est, mentur quæ mala sunt, & ne quæ bona sunt æstimentur meliora q; sunt. Frequenter etem mens aut mali qualitate decipitur. Pro gratia quoq; & illuminatione efficaciter exercendi hancipsam discussionem, deum assidue ac deuotissime exorare debemus. Deniq; que in nobis ipsiis perscrutari profundiū nimirum, s;pe uerius orando q; inuestigando penetramus. Cum em̄ mens per quandam compunctionis machinam ad alta sustollitur, omne quod ei de seipso sub seipso est dijudicando certius contemplatur. Itaq; ante terribilis iudicis incomprehensibile subtilissimum q; ex amen, non solum mala que cōmisiimus, sed ipsa etiam, si qua in nobis sunt bene gesta timeamus, q; m̄ saepe in dei iudicio deprehenditur esse culpa, quod ante iudicium esse putatur actio uirtuosa, & unde expectatur merces glorificationis, inde infligitur pena damnationis. Discamus ergo in omni quod agimus pure & irreflexe ad deum cor nostrum dirigere, conscientiam rite discutere, soli deo & alijs non nisi in eo uelle & querere complacere. Nemo quoq; inculta inficiat alium persuadendo, adulando aut insinuando se de futura sua promotione. Nec quisquam ex talibus inaniter intumescat, aut si se uiderit honorari superbiat, sed inde se magis humiliet, & deī expauget iudicium, ne forte cogam eo talis non inueniatur, qualis ab hominibus reputatur. Postremo quidam ex ingenita dispositione magis ad honorem & laudem, q; ad uoluptatem afficiuntur: quibus ab ambitionis cupidine singulariter est caendum, cui etiam iniquitatē tanto instantius indigena reluctari, quanto intensius ad illud se senserint inclinari siue tentari. Nam & ubertim qui melioris sunt indolis, & modeſtiores in moribus, ac complacentiores, hominibus ambitione pericolosus impugnantur, eaq; grauius supplantantur. Vnde & quinto de civitate dei afferit Augustinus: Iuliani apostata egregiam in dolem amore dominādi decepit curiositas detestāda atq; sacrilega. Tales ergo sint sp̄lter custoditi sp & timorati ac humiles.

Articulus XX. De signis ambitionis.

Commune est uitiosum, ut dici nolint quod esse uolunt, quod tamē ambitionis specialiter competit. Indignatur & erubescit infelix ambitione infectus, ab hominibus ambitionis uocari, & non uercundatur coram deo & angelis sanctis ambitionis cōfūtere ac mōstrari. Tales sunt omnes q; humanū aspectū magis quam dei præsentiam atq; intuitū reuerent, metuent & attendunt. Idcirco sunt maledicti, opusq; dei faciunt negligenter, & creaturā p̄frent creatori. Vt ergo ambitionis agnoscat seipsum, ab alijs quoq; quantum expedit, agnoscatur, aliquis ambitionis effetus, & quædam ipsius signa breuiter tangam. Primum itaq; signū ipsius est, eoz qui in officijs aut prælationibus sunt constituti, depositionem appetere, & pro ea improbe laborare, aut eam importune seu fraudulenter aut detestabiliter praticare aut procurare. Secundum signum est seipsum electione instanti aut propinquante præ solito fratibus applicare, affabilem exhibere, humilitatem ostendere, liberalēm præbēre, aut modis similibus cum Absolon adulari, contractare, amplecti. Tertium signum est, alterius promotioni in honeste resistere, & ea turbulentiam tristitiamq; immoderatam habere, præsertim dum apparetia seu æstimatio fuit de promotione taliter resistens. Et dum is cuiuita resistit, fuit ei heri, & nudius terius amicabilis fatus. Nempe si talis resistens uere humiliis esset, ambitionis expers, nō dubium quin de sua supportatione & euasione gratularetur, nec alijs inuidaret. Et si alia probitas esset in eo, aut illa ornaretur prudentia, in tali casu cohibetur seipsum, neq; tam euide ter faceret se notari. Quartum signum est, temerarie iudicare eos ac persequi, eisq; oblog, à quibus quis à promotione noscit se impediri. Etenim si uere ex corde præsidentiam abhorret, talibus regratiare. Quintum signum est, inordinate atq; supflue se occupare cū exterioribus, & his quæ officiosas concernunt, & experientiam propriamactare, seu quouis modo monstrare ante promotionem. Sextū signū est, superiorib; se immoderate applicare, & uelle nimis placere, ac plurima in secreto denūtiare, atq; præcipuum amicitia ad ipsos importune ostendere. Quod totum faciunt quidam, ut per talia aliquid promotionis a suis superioribus sortiant. Septimum signum est, præsidenti in facie arridere, amicitiaq; non strare, & ei occulte infideli atq; detrahere. Octauum signū est, intimorete resistere receptioni aur professioni personarum ad officia bene dispositarum, quod plenūq; nefarie accidit ex timore & suspitione damnabili promotionis illorū, & impēditionis proprię, pro-

Iure. 48.

Ambitionis
signa.

2. Regum.

CONTRA AMBITIONEM.

453

Innocentius

motionis. Sunt demum & alia huiusmodi signa, q; latet in corde ambitionis prudentia. Hinc Innocentius: Vis (ing) ambitionis cognoscere! Ambitus sp̄ est pauidus & attentus, ne qd quod hominibus displaceat dicat, humilitatē simulat, honestatē mentit, affabilitatē & benignitatē omnibus exhibet, obsequiosus est, cunctos honorat, uniuersis inclinat, amplexat, blandit, applaudit. Cum uero ad honore & prelationē promorus est, statim extollit, iactantia effrenatur, omnibus sapientiorē ac meliorē se reputat, qbus superiorē conspicit, inferiorē despiciat atq; erecta pergit ceruice. Nullus igit palpet, nemo seducat seipsum, sed interiora sua q; sp̄ rimetur, discurbit & expurget. Veruntur ex his nullus apprehēdat audaciam temere iudicandi de alio, q; m̄ aliqua iam prætacta, laudabiliter fieri queunt, nec signa inducta certitudinem faciunt absolutam. Ideo iudicia simpliciter assertua de re absolute non certa, periculosa sunt ualde, stolida & uitanda.

Articulus XXI. De remedij ambitionis.

Iacobus.

non utantur. Fibulas omnino non ferant, neq; corrugias argenti uel auri ornatum habentes; sed nec anulos gestet, nisi gibus cōperat ex officio dignitatis. Pontifices aut̄ in publico & in ecclesiis sup' indumentis sineis omnes utantur, nisi monachis fuerint, quos oportet habitum serre monachalem. Clerici arma portantes & usurari excommunicetur. Si quis ex clericis comam relaxauerit, anathema sit. Monasteria sanctimonialium si quisquam clericus sine manifesta & rationabili causa frequētare praeferatur, per episcopum arceatur. Et si non defierit, ab officio ecclesiastico reddatur immunitis. Saliaci excommunicationi subdantur, & a coetu fidelium fiant penitus alieni. Si quisquam sacerdorum (id est, presbyter, diaconus, subdiaconus) de quaunque feminina habeatur criminis fornicationis suspectus, si post primam, secundam & tertiam admonitionem inueniatur fabulari, & aliquo modo conuerteri cum ea, excommunicationi subdatur, sc̄emina uero canonice iudicetur. CAN. Intellectis his quae commemorare dignatus es, in summo me esse cōstitutum periculo luce clarissim⁹ deprehendo. Nec enim uiget inter nos disciplina, nec regularis obseruātia illa. Nunc ergo quod mihi imp̄dis cōfūlum: PAT. Quod aliud, nisi ut pluralitati beneficiorum renuntiantis, uno competenteris post hac contentus: & ea quae tetigisti ad quae (sive ut Christia nus, sive inquantum canonicus) obligaris, obserues: CAN. Non video qualiter ea in collegio isto & inter canonicos perseveras, ualeam adimplere, quum scriptum sit. Cum peruerso peruerteris, & Quis tegerit picem, inquinabitur ab ea. & Qui communicauerit superbo, induet superbiā, & Quis iungit fornicariis, erit nequam. Denique, ego ipse adhuc imperfectus & fragilis, imd̄ passionibus & uitris plenus, quomodo inter carnales & praeuiuentes convertibilis ero, & deo inuiolabiter adhærebo, & non potius mox undique fieri, deiijciar & peribo! Imo nisi concanicis meis me cōformem, ab omnibus irridebor, PAT. Vera sapientia radius fulget iam tibi, & spiritus sanctus (qui ubi ubi uult, spirat) ad saibrem considerationem te erigit. Idcirco finaliter consulo tibi, ut pericula fugiens ciuitatem refugias petas, ad tutissimum monasteriū portum festines, sacram intres religionem: in qua tot habeas adiutores, quot fratres & socios religionis. Hoc quoque agnoscas, quia portabilitas est à prauis hominibus derideri, quam ab altissimo iudice reprobari, & in externum confundi. CAN. Tibi dō sancte patrone gratias ago immensas, & deuotissime atque humilime precor, quatenus gratiam & uitrum adimplendi saluberrimum tuum consilium mihi à domino impetrare digneris. PAT. Ego non ero immemor tui. Tu quoq; quod in te est facere non omittas, & mecum pariter ora tua ac om̄ium saluatorem. Qui est super omnia deus sublimis & benedictus. Amen.

Psalm. 17.
Ecclesiastes 12.
Ibidem.
Ecclesiastes 12.

Iobah. 3.

Psalm. 71.
Daniel. 3.
Lucas 1.
Roma 9.
2. Corinth. 1.
1. Peter 1.

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHUSIANI DE VITA ET REGIMINE CVRAM

animarum habentium, Liber unus.

P R A E F A T I O.



Dionysius

Dionysius docet, quasi sine terra & macula interpretatur, hoc est, sine affectibus carnalib⁹

ac

ACERDOTES sancti erunt deo suo, & non polluent nomen eius. In cœsum enim domini & panes dei sui offerunt, ideo sancti erunt. Cū similitudo sit causa amoris ac unionis, iuxta illud Ecclesiastici, Omne animal diligit sibi simile, & omnis homo simili sibi oscibatur, hinc mirum nō est, quod deus essentialiter sanctus, cuius pura essentia est, sanctitas infinita, qui uniuersæ sanctitatis atq; munditiae fons, amator atq; dator est, sacerdotes uelit habere sanctos, qui non men eius non pollutant. i. diuinam maiestatem nō in honorent, praecēpta ipsius transgrediendo, quoniam deo quotidie habēt offerre, illibata sacrificia offerendo. Ideo sancti erunt, i. sancti esse tenētur, saltē mortali bus carendo peccatis. Sanctum namq; (ut beatus)

Leuit. 10.
Exodus 22.

DE VITA CVRATORVM.

471

ac terrenis. Ideo sacerdotes cœlestibus ac diuinis debent esse repleti, ut deo cū syncera cōscientia se præsentent, in sanctitate & iustitia ei deseruant, sacramenta reverenter pertrahent, omnīcū sacramentorum ac sacrificiorū dignissimum digne cōsacrēt, offerat & traient, sumant & dispensent. Deniq; in honestas, prauitas & immunditia ministri regredunt in dedecus domini. Idcirco frequēter per Ezechielē dñs loquitur uictis Iudeis: Eze. 22.23.35 Polluitis, contamnatis, in honoratis nomen sanctū meum in gentibus. Disciplinata autē uiruosa q̄ vita seruog; honor est domini. Cum igitur sacerdotes sint specialissimi ac summi ministri dei altissimi, ad ipsum propinquius accedentes, merito iubet & exigit deus, ut sacerdotes sint sancti, virtuosi & exemplares, ut sua conuersatione deum in omnibus uenerant, alij uenerandum uerbis & factis testentur. Ideo in Exodo scriptum est: Sacerdotes qui accedunt ad dominū, sanctificetur, ne percutiat eos. Praeterea in Daniele habetur, quemadmodū Nabugodonosor rex Babylonis præcepit eunicho, ut introduceret de filiis Israel pueros regiā stirpis, forma egregiis, in quibus nulla esset macula, eruditos, qui digni essent assistere coram rege & ad mensam eius furnire. Si ergo rex ille terrenus, homo peccator, tales uoluit habere ministros, quanto magis rex cœlestis, deus sanctitatis immensa, requirit ministros ac sacerdotes uirtuosos, qui in eius mensa (uidelicet in altari) deseruant. Deus quippe odit peccata, ut in libro sapientiae legitur: Odio sunt deo peccator & impietas eius. Propterea dicit Psalmista: Odisti oēs qui operantur iniq̄itatem, prohdolor, hoc sacerdotes quāplures huius temporis non attendunt, nec metuendissimum dei iudicium expaescunt, nec populum dei gregem q̄ sibi commissum scandalizare uerentur, immo spiritualibus atq; carnalibus uitis enormiter inquinari ac fecerere non uerecundantur, quibus (ut Ieremias fatetur) Frons mulieris meretricis facta est, quoniam erubescere & respicere non festinant. Quibus pre cunctis peccatoribus grauiſſim⁹ & vere horrēdissimum imminet ac propinquū iudicium, quāuis obtenebrata & excata mens illorum, idipsum non penset nec cōtremitat, quoniam excecauit eos malitia sua. Veruntamē quidam sunt zelum deihabentes, fraterno amore succensi, & illis tam misericordolentes, quorū q̄ plures me frequēter ac diu precati sunt, ut de uita & debito sacerdotum, prēcipue curatorum, potissim me q̄q; de incontinētia sacerdotū & clericog; aliqd scribāt, quod p̄fūlme petitioni, in uocā dei auxilio, in q̄ solūmodo tota spes mea est, quantum desup̄ cōcedet, sati facere nūc conabor, planissime simpliciter, p̄cedes, p̄fertim cū pro simplicib⁹, nō maioribus hęc scribanſ.

Articulus I. De ineffabilis dignitate ordinis sacerdotalis seu sacerdotij euāge-
licā legis, ex dictis Bernardi.

V T clarissim⁹ innotescat, quāuis virtuosam & exemplarem uitam, q̄ castam & sobriam oporteat esse conuersationem sacerdotum, primo monstrandum est, quanam dignitas sacerdotij nouæ legis, quanta potestas & excellētia eius. De hoc beatissimus pater noster Bernardus in libello ad quandam sacerdotem sic scribit: Gloriare in dño dō sacerdos altissimi, intuere eminētiā tuam, prērogatiā tuam, attende & uide sorte tuam. Certe funes ceciderunt tibi in præclaris, si hæreditatē tuam præclaram non negligis. Perpende quātū deus tuus præ omnibus creaturis te sublimauit. Oratione tua sit mūda, quoniam datur locus uoci tuae in celo, quā rite assistis altaribus sacris, dum sacratissimum ministerium cœlestis sacrificiū celebrare intendis, ad uocem tuā prolata, ad uerbū tuum uiuificū, ad postulationem tuā salutare deus pater altissimus & immensus dilectissim⁹ filiū suū manib⁹ tuis imponit. Multū fuit deo acceptū munus Abel, sacrificiū Abrāha, oblatio Melchisedec, sed minus isto. Omnia in figura contingebat illis antiquis: ibi figura, hic ueritatis umbra, hic luxūbi nubes, hic claritasib⁹ agn̄ legalis, hic agnus innocētis, tollit p̄tā mundi. Verus enim est dei fili⁹, quē tu sacerdos immolas, que tractas & accipis, sed non sine p̄fē & sp̄fūlante uenit ad te filius dei. Adeſt nihilomin⁹ supno, exercitus ciuiū, multa eterni milia ministrat ei, & decies milies cōtemna milia assitūt ei. Quātā luce credis te circunfundi dō sancte sacerdos in tantē p̄fētia maiestatis, in tam solēni aduētu & conuertu adorādā trinitatis atq; militiæ cœlestis. Iugiter ergo recole & perpende gratiam tibi à deo collatā, quam nec angelis præstisit, nec cæteris concessit hoib⁹. Panis in manibus tuis, in corp⁹ unigeniti filii dei transubstantiat: uinum in sacratissimum sanguinem dñi nři Iesu Christi tua bñdictione cōueritur. Seraphim oīno amore præ cæteris ardēt, & summe trinitati magis cōiuncti sunt: nō tñ hoc priuilegio eminent, ut corp⁹ & sanguinē redēptoris nostri consecrēt. Cherubim, i. plenitudo scientiæ, de diuinis mysterijs familiarius cognoscuntur, & tñ mirātūr q̄ mirabilis facta est sciētia & potentia sacerdotalis ex eis, nec possunt ad

Psalms 113.
Mm. 19.

Bernardus

Psalms 10.

Gen. 4.22.14.

1. Corin. 10.

Leuit. 10.

Iohann. 12.

Matt. 27.

Dan. 7.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

eam. Vnusq[ue] ordo eius rei censetur nomine, quam copiosius accepit in munere & universi beatorum spirituum ordines tanto honore præfulgent, tanta beatitudine perfruunt, ut nihil glorie eis desit: gloriam tamen sacerdotum reverentur, dignitatem mirantur, prius legio cedunt, potestate honorat. Osacerdotes, uos estis genus electu, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut uirtutes annuitatis eius, quos uocauit de tenebris in admirabile ministerium suum. v os estis lux mundi, & uos estis sal terra. Leuitis dicit: Mundani qui ferris uasa domini. Vobis dicendum est: mundani qui estis uasa domini, glorificare deum in cordibus uos. Vos elegit deus in haereditate sibi. In uobis se peleritur corpus gloriosum & glorificatum, quod olim sepultum est exanimé & defunctum. Certe sanctus Ioseph noluit illud sepelire nisi in sepulchro nouo, & inuoluit in sindone munda. Vt tibi, si non posueris illud in sepulchro nouo, uel saltu innouato. i. corpore penitus munda, uel (si peccasti) per peccati & satisfactionem munda. Vt tibi, si non inuolueris illud in sindone munda. i. conscientia pura. Nō ergo regnet peccatum aut immunditia factor in corpore tuo, sicque de dicabis sepulchrum uenerabile Iesu Christo, ac templum spiritus sancto. Considera de uote sacerdos, quanta diligentia, quanta uigilantia sancti angeli custodierunt locum sepulchri, corpore dominico iam sublato, rediuiuo & glorificato, in qua uita claritate & qua uultus & vestiti uenustate apparuerunt sanctis mulieribus, sepulchru uisitantibus & corpus Christi querentibus. Procul dubio scire debes, q[uod] si tu idem dominicus corpus iam supra modum glorificatum digne tractaueris, mundu[m] & nouu[m] sepulchrum tu corporis ei paraveris, non deerrit tibi angelorum freques custodia, corpus & anima tua in omnibus gubernabunt. Vide ergo ne tangas illud sanctissimum Christi corpus, nisi innocens manibus & mudo corde. Meditare dilecte sacerdos, q[uod] Iohannes baptista sanctificatus in utero, q[uod] inter natos misericordia non surrexit maior, non audiebat tagere sanctu[m] Christi uertice, sed dicebat: Ego à te debeo baptizari. Petrus quoq[ue] princeps ap[osto]lorum Christi propinquate primuit, & se ab eo elogia, re preformidinare uoluit, dicens: Exi a me, quia homo peccator sum dñe. Si ergo isti sanctissimi tantum uenerabantur extrinsecum tactum dominici corporis, nō dum ad celos translati, quanta reverentia, quanto timore & tremore, quanta corporis castitate & animae puritate oportet sacerdotem corpus Christi iam glorificatum confidere, tangere atq[ue] fuscipere? Aequaliter eterni splendet in altari, ut in sublimis celum nec minus radiat in manibus sacerdotum, q[uod] in sinu dei p[re]s[ent]is. Nepe qui primo dat est nobis in redēptionis pretium, nō cessat senobis dare quotidie in uiaticum. In sermone de Sacramento ait sanctus Bernardus: Oste r[er]um patet ad nos domini ac reverendi sacerdotes: semel uerbū caro factū est in utero uirginis, & uos secundario de die in die nobis ministratis ex collatae officio potestatis. O preclara & ueneranda potestas uestra. Certe non est potestas post deum sicut potestas uera. Post sanu scire uultis compertius, quāna sit tanta potestas, cui nihil in celo, nihil in terra potest comparari. Ad quod ego: Coecrare uidelicet corpus & sanguinem domini. Sup hac potestate uera, super tam insigni priuilegio omnino stupet celu[m], & terra miratur, contremiscit homo, reueret plurimū angelica celistudo. Sed unde hoc nobis d[icitu]r p[ro]p[ter]e[re] sime, ut nos uermiculi reptantes super terrā, qui puluis sumus & cinis, te presentē habere mereamur p[re]mibus, p[re]ce oculis, qui torus & integer sedes ad dexteram patris? Certe non ex merito nō, sed ex uoluntario dulcedinis tuae beneplacito. Parasti enim in dulcedine tua pauperi deus. Pauper quidē fuit, sed est nunc prædiuus genus humanū, cui bonum istud ccelitus est indulatum. H[oc] est uere cumulata gratia, h[oc] est uere superexcellēs gloria, sacerdotem deum suum tenere, alijq[ue] porrigit[ur]. Onoua, & nō nisi diuina potestas, sacramentū istud per excellētiā dicitur eucaristiā. i. bona gratia: in quo non solum quālibet gratia, sed & ille a quo omnis gratia, sumitur. Benignissime Iesu, nobile ualde spōs[us] tuus, sacerdotium indulisti, ut uel sic teneret columba (i. ecclesia) tua dulcissimum memoriale dilecti sui. Audite modo & obstupecite, nulli angelorum, nulli supernō spirituum, sed solis homib[us], nec tam oibus, sed tantu[m] ordinu[m] uero mandata esse tanti celebrationē sacramēti, ut consecratus in sacerdotē, prorsus id ipsum faciat in altari, q[uod] Christus fecit manibus suis uenerabilibus in cena Paschali. In celebrationē tāti sacramēti, fidelis sacerdos inuenit se in medio patris & filii & spūsancti, assistentibus ex omni latere superius angeloru[m] agminibus. Ibi deuotus animo bonis sacerdotis scipio etiā altior effectus, ascendit & crescit, omnē p[ro]terrena concupiscentia nebula euporans, totus spiritualis effectus, hoīem in hoīe exiit, & in abscondito facie dñi gloriat[ur]. Sed quid facis d[icitu]r sacerdos indigne & homo ingrate, qui turpiter uiuis, & imparatus accedere audeſt.

Arti-

DE PVITA CVRATORVM.

472

Articulus II. De potestate & excellentia potestatis ordinis sacerdotalis, ex d[i]l[ig]entia sanctorum patrum & catholicorum doctorum.

Quemadmodū in decreto parte prima distin. XCVI. legitur, sanctus Gregorius ^{95. disti. cap. 95. disti. cap.} dubiter Met[odius] ep[iscopu]s scribit: Quis dubitet sacerdotes Christi, regū ac principum omniumq[ue] fideliū p[ro]fes ac magistrorum censeri & esse: Nōne miserabilis insanus esse cognosci tur, si filius p[re]emi, si discipul[us] magistrū sibi subiugare conetur, à quo credit non solum in terra, sed etiā in celis se posse ligari ac solui? Deniq[ue] Gelasius Papa Anastasio imperator scribit: Duo sunt quibus mundus hic regitur, sacerdotalis seu pontificalis autoritas, & regalis potestas. In quibus tanto grauius est pondus sacerdotum, quanto etiam grauiorem p[ro] regibus diuino examine redditur sunt ratione. Nosce te ex sacerdotū p[ro]dere iudicio, non illos ad tuam redigi uoluntatem. Et hinc teste beato Ambrosio, Nō tam pretiosius est aurum plumbo, quam regia dignitate sublimior est ordo sacerdotalis, vnde circa principium sui Pastoralis affirmat: Honor & sublimitas sacerdotalis ac pontificalis, De maior. & nullis poterit comparationibus adēquari. Si regum fulgori ac principum diademati comparare, longe inferior erit regum principumq[ue] sublimitas, quam plumbi metallum ad aurifugorem. Quippe cum uideas regum ac principum colla genibus submitti sacerdotū & osculata eorum dextra, se credunt eorum orationibus consuari. Hec omnia & plura similia, utputa uerba summorum pontificum, Iohannis, Gelasii ac Marcelli, idem testat[ur], in Decreto loco praetacto habetur. Idcirco secundū Augustinum, Sacerdotis ac presul's officio nil dignius, nil gratius est hominibus: & si res digne agatur, nil extat salubrior, sicut nec damnabilius aut periculosus aliquid est, si negligenter agatur. Propterea Hugo de S. VI. Etore libro de Sacramentis dixerit: Quāta uita spiritualis est dignior quam terrena, & anima quam corpus, tantu[m] spiritualis ac sacerdotalis potestas secularem dignitatem ac honorem praecedit. De hoc quoq[ue] supra tertium sententiage doctor irrefragabilis, scilicet Alexander de Hales, plenus describit. Deniq[ue] Thomas libro de regimine regū pulchre declarat, quomodo non solū apud gentiles, sed etiā apud Iudeos, sacerdotes regibus inferiores fuerint, quoniam sacerdotia illorum fuerunt carnalia, & circa hostias uersabantur carnalia. Nec in lege Moysi fuit expressa spiritualiū celestiumq[ue] bonorum, sed temporaliū magis promissio. In euangelica uero lege sacerdotes cunctis regibus atq[ue] principibus sunt maiores, quoniam sacerdotium CHRISTI quo decorantur, est maxime spirituale, & circa dignissimam hostiam (uidelicet CHRISTI corpus sanguinemq[ue]) ueratur, atque ad bona cœlestia ac aeterna ordinatur, tendit & ducit. Hinc gloriosus & sanctus Martinus ab imperatore in uitatus, cum cyphum de manu imperatoris sumpsisset, qui de manu Martini illum resumere ac potare optauit, Martinus potu accepto, cyphum protinus nō imperatori, sed suo capellano porrexit, capellatum suum quamvis pauperem sacerdotem, imperatore iudicantis dignorem. Quod etiam factum imperatori ceterisq[ue] commelibus mirabiliter plaustrum, eo q[uod] tantum in sancto illo uidissent iustitiam. Sed & signifer ille sanctus Præfatus, diceret confuerit, q[uod] si beatus Laurentius & aliis pres byteri sibi occurseret, uellet ut S. Laurentius expectaret, donec sacratas manus pres byteri honoraret.

Articulus III. Qualiter sacerdotes tempore sacerdotij sui repræsentant Christum, & configurantur eidem.

Cristus sacerdos & rex est: video sacerdotium Christi, regale sacerdotium appellatur. Deniq[ue] officium sacerdotis exercuit Christus in cena, patrem & uirū cōuertendo in corpus & sanguinem suum, atq[ue] discipulis porrigit[ur] ea. Itēg[ue] in arā crucis semetipsum obtulit deo patri pro toto mundi salute, quemadmodū ait Apostolus: Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum hostiam pro nobis, & oblationem deo in odorem suauitatis. Et iterum: Christus eo quod maneat in aeternum, sempiternū habet sacerdotium unde saluare potest in perpetuum accedentes per seipsum ad deum. Hinc de Christo in psalmo prae dictum est: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedec. In Zacharia q[uod] scriptum est: Ipse erit sacerdos super solio suo. Porro secundum doctores super quartum Sententiarum, uidelicet Thomam, Petru[m] de Tharatafa, & Richardum de Media uilla, sacerdotium nouę legis realiter est ipse character indelebilis, qui in ordine sacro imprimitur: qui character uocatur signaculum, quo ordinatus in sacerdotiē non ordinatis distinguuntur: & supernaturalis potestas, per quā dicitur sacerdos posse cōscrare corp[us] & sanguinem saluatoris. Sic per characterē sacerdotalē sacerdos Christus supernaturaliter configurat, & deiformē quandā p[re]tēm sortit sup ueste corp[us] Christi & sanguinem, ad

Mm̄m z cō,

cunctis regibus & principib[us] dignior res sunt euangelice legis sacerdotes.

1. Pet. 2. Mart. 10. Marc. 15. Gal 2. Ephes. 5. Hebr. 7.

Psal. 106. Zachariā.

consecrandū, sumēdū, distribuendū; ea Itaq; in p̄einductis conformat sacerdos Ch̄fo, & repræsentat eundē. Nam sicut Ch̄s in cœna corpus & sanguine suum consecravit, disci pulisq; donauit, ac demū in cruce se obtulit p̄t̄, ita sacerdos in missa corpus Ch̄fi & sanguinem consecrat, patrīq; offert, & alijs porrigit uel porrigeret potest. Ex his uero elicetur, q̄ ineffabilis sit dignitas sacerdotalis. Quanta erinētia & potestas, quæ in tā p̄fstantissimos potest effectus, per quā hoies angelis quodammodo præferuntur, Ch̄s formes reddūtur, at q̄ in cōseccratione corporis & sanguinis Ch̄fi, omnipotētē deo modo quodā cooperari credūtur. Hin in libro q̄ dicitur Gēma crucifixi, de uotissim⁹ ait Bernard⁹: O quale in sacro cōui uiū, d̄ admirabiles nobilesq; cōuiuæ, in d̄ archageli angeliq; ministrat, hoies comedunt, in quo ministratorij sunt sp̄s immortales, ubi quasi dñi sunt hoies passibiles & mortales. O cōuiuui viatorj remedium, ubi Throni cœlestes sediliū p̄parant, seraphin pannū supponūt, ubi cherubin versus Proprietorij facies inflectūt, ubi Principat⁹ & P̄tates sic seruunt, ut p̄ncipes tenebras remoueāt. Deniq; qd potētius & honorificētius, q̄ transubstātiare creaturā, & cōseccrare creatoris corpus & sanguine, q̄ creatorem manibus carnalibus intellectuū tractare, q̄ eundē alijs propinare, q̄ ipium in corp⁹ propriū animāq; trāctare? Quid mirabilius, q̄ ex potestate sup̄ corp⁹ Ch̄s uerū habere etiā potestatē supra corporis Ch̄s mysticum, q̄ soluere in terris & celū ap̄re, q̄ ligare in terris & cœli claudere? Postremo, de dignitate atq; officio sacerdotis, multain libro de Officijs sanctus Ambroſi, diuinusq; & magnus Dionysius I. de hierarchia capitulo tractant; sed breuitati studens, difficultatemq; uitans, pertranseo.

Articulus IIII. De quib;dam alijs clarissimisq; pprietatibus atq; nominibus, quæ sacerdotibus conuenient.

TVta documēta Alexandri de Hales in Sūma sua, Alberti, Thomae, Bonaventure ac alliorū sup̄ IIII. sententiariū, potestas sacerdotalis uidelicet potestas cōseccrandi corpus & sanguine Ch̄fi) & p̄t̄as absoluendi atq; ligādi, in foro interiori seu cōscientio reali idem sunt. Nec dicitur due p̄t̄as nisi ppter diuersitatē effectu, sicut dicuntur etiā due claves ppter diuersitatē effectus, cū essentialiter una sit clavis secundum probabilitore opinionē quā sequit Thomas. Nō tñ sequit, q̄ pcung; sacerdos possit soluere & ligare, sicut potest cōseccrare. Nā sicut cōseccrare nō potest nisi conuenientem habeat materia, i. panē, tritici & uinū, ita soluere nō potest siue ligare, nisi conuenientem habeat materia subditā in quā agat, uidelicet hoies sibi alijs modo subiectos, sup̄ q̄s habeat iurisdictionē. Hinc secundū Raymundo in Sūma sua aliosq; cōcorditer, ad soluendū & ligandū in foro cōsciētij requiri duplex p̄t̄as, scilicet sacerdotis & iurisdictionis. Itaq; cū p̄gāndē habeant p̄t̄am sacerdotes efficacia sup̄ corpus Ch̄s uerū, qd sumptis de uirgine, & sup̄ corpus eius mysticum, qd est ecclēsia seu quecūq; cōgregatio Ch̄siana, quæ sp̄ Ch̄s i. sp̄sancto spiritaliter uiuifit, actualiter regit & mouetur, hinc sacerdotib; p̄fūtissimē proprietates ac devotiones cōueniūt. Sunt nāq; uicarij Ch̄fi & reputatores ipsi, cœlestes atq; angelici cibī ac potus p̄p̄ratores, cōuiuē, exhibidores, custodes animarū, nutritores & medici, illuminatores & magistri. Idcirco dicuntur sal terae, lux mūliti, sp̄ in psoma ecclēsiae consecrāt, offerūt, orāt, p̄ptera organū, uox & ministri ecclēsiae nūcupani. Ipsorum est alia p̄ facīm baptisimi ac pñia purgare, reconciliare, cœlesti quoq; sp̄so unire; hinc alia paronymphiterūt. Deniq; ipsi sunt cœlestes clauigeri, & lingue eorum factæ sunt claves cœli. Ipsi sunt p̄incerē p̄ficiofissimi poculi, utputa sanguinis Ch̄si, sunt quoq; thesaur⁹ deatq; ecclēsiae; qm̄ ecclēsias faciat, lacramēt, in quib; cōtinent sp̄iales diuitie, & p̄ quæ virtus ac meritū passionis Ch̄si applicat & coicatur hoibus, lunt repositores, custodes ac dispensatores; ipsi sunt mediatores inter deum & hoies, orōnes, uota & hostias populi deo immolātes, gratiāq; & misericordiā dei hoib; impetrātes. Ipsorum est uerbo, exēplo, opationib; sacramētis populu in formare, pascere, roborare; dei p̄cepta, documēta, cōfilia hoib; nūtiare. Hinc dicunt sacerdotes, quāfī sacra dantes, sacra docētes, sacri duces, sacri dorati, quāfī per facros ordines diuinis characteribus insigniti. Dicuntur item p̄sbyteri, quāfī iter salutis alijs p̄bentes, & ante populum in via uitritum euntes dicuntur & angeli, quia dei sunt nūtū, in Christi cathedra residentes, & regis æterni p̄ cones, iuxta illud Malachij: Labia sacerdotis cōficiunt scientiam, & legem dei requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Ipsi insuper sunt secrētarij, camerarij, cubicularij CHRISti, p̄ncipes munimenta, & populi, primogeniti Israel, primitiæ dñi, ornamenti ecclesiæ; quōd sacræ uestes cōfūtare, signacula, ordines, ministeria diuinis mysterijs plena sunt, signant q̄ omnia ut inesigunt sū-

Matt. 9.
Marc. 9.
Luc. 14.
Ioh. 14.

sacerdotes sa
cra dācēs, sa
cra dōcētes, sa
cra duces, sa
cra dorati
dicuntur,
Mal. 3.

gnata. Quis sigtū sacerdotes taliter institutos, consecratos & sublimatos, non dignificet & honoret? Ideo magnus ille imperator Constantinus sacerdotes etiam malos in tā habuit ueneratione, quod dixit: si uiderem sacerdotem cum fœmina turpiter agentem, palio meo eum cooperirem, ne ab hominibus uideretur. In Niceno quoque concilio dominos ipsos uocauit, quæ omnia in Decreto diffusius recitantur. Hinc etiam uiri sanctissimi ex profundi humilitate ad sacerdotium accedere non audebant. Vnde beatus Marcus euangelista pollicem sibi legitur amputasse, ne ordinaretur sacerdos. Petrus aut apostolus nihilomin⁹ sua autoritate ordinauit eum sacerdotem ac p̄fulem. Similiter abbas quidam aurem sibi abiçidit, ne fieret sacerdos aut episcopus. Sic & abbates sanctissimi Antonius, Pachomius, Benedictus & Maurus, sacerdotes non extiterunt, nec sanctus Fr̄anciscus. Postremo, super illud Petri, vos autem genus electum, regale sacerdotium &c. scribit Albertus: Status sacerdotum redditur sublimis primo ex diuina electione, quod non parent aut amicorū potestate aut nobilitate, nec Simoniacā prauitatem, sed diuina uocatione & inspiratione eligi & promoueri debent sacerdotes, ut nullus sibi assūmat honorem, sed qui uocatur à deo tanquam Aaron. Secundo status sacerdotum sublimis est ex spirituali confectione, sunt enim per dei ministros consecrati, & ipsi consecrant corpus Christi, at que in sua confectione suscepunt spiritum sanctum. Tertio, à debita cōuersatione, quam uita sacerdotum debet esse sancta & immaculata, eo quod non sit sub modio posita, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo desunt, id est ecclesia. Sed de hoc clarius loqui oportet.

Articulus V. Quām uirtuosa, spiritualis atq; diuina debet esse conuersatio sacerdotum, p̄cipue curatorum.

HVcūsq; de dignitate & eminentia sacerdotij, sacerdotum p̄ excellentijs dictū est, quatenus sacerdotes propriam dignitatem, gradum & gloriam agnoscētes, deo gratiā esse conentur, & uliter se habere atq; brutaliter uiuere erubescāt, ne eis cōueniat illud Psalmi: Homo cum in honore eset, nō in tellexit; comparatus est iumentis insipientibus, & simili factus est illis. Deniq; hoc omniū sanctorum patrum coris doctrina est, q̄ quanto quis altioris est p̄a latitudine tenetur. Itaq; quo sacerdotes in sublīmiori sunt statu, dignitate ac ordine, quam uulgares & simplices Christifideles, tanto p̄ illis esse tenentur magis uirtuosū & exemplares, magis diuini ac spiritalis, magis puri, modestiā ac timorati in oībus, ne illud Isaiae ipsi conueniat: Erit sicut populus sic sacerdos, quia dissimilum & om̄i no contrariog; non est conueniens unio. Cum ergo Christus, quæ sacerdotes quotidie trāstant, offerunt, sumunt, sit sanctiōs sancto, omni perfectione puritateq; plenus, qui secundū suam dignitatem infinita est puritatis, oportet sacerdotes esse sinceros & expurgatos, per uoluntatis conformitatē Ch̄ro assimilatos. Inde cōfūtissimum nanq; puerissimum cōfūtis, sanctissimum, purissimum, humiliūm̄ dei filium à superbo, uitioso, laſciuo sacerdote tractari ac sumi. Nā ut ait Apostolus, Que societas lucis ad tenebras, aut que conuētio Ch̄ri ad Beliam: Etenim qui in mortalī est uitio, mēbrum extat diaboli. Quō ergo filiū dei audet tractare aut sumere. At uero illud apostoli Petri: Vos autē genus electum, regale sa cōfītū, quamvis quidā doctores de sacerdotibus solū exponant, alij tamen de uniteris fidelibus illud exponere malunt, sicut etiam Thomas libro de Regimine regit: Oēs Ch̄sianū in quantum membra sunt Ch̄ri, & participationē habent cum Ch̄ro, tanq; cum capite, gratiāq; charismata suscipiētes ab eo, iuxta illud Iohannis: De plenitudine eius nos oēs accepimus, omnes in quā Ch̄sianū qui ueraciter & noīe Ch̄sianū sunt, reges & sacerdotes existunt: Reges, quoniam iuxta euāgelicā legis doctrinā & iussa seipso uiriliter regūt, corpus suū atq; subiectōdo, sensualitatē rationi, rationēq; deo p̄ propter qd ait Ap̄l: Qui aut Ch̄ri sunt, carnē suā crucifixūt cū uitis & concupiscentijs. Itē, Nihil dānationis est his q; sunt in Ch̄ro, qui nō secundū carnē ambulāt. Qui em in carnē sunt, i. desiderium carnis se quuntur, deo placere nō possunt. Oēs ueraciter Ch̄sianū, sunt sacerdotes, qm̄ bene uiuēdo seipso offerūt deo, q̄cūd fūnt, habēt & agūt, ad dei honorē ac gloriā referendo ac ordinādo, sicut hortat Ap̄l: Obsecro uos frātres, ut exhibeatis corpora uā hostiā uiuētem, sanctā, deo placentē, rationabile obsequiū uīm. De hac re cōuenientissime loqtur doctissimus p̄t̄is p̄t̄is summus, Innocentius III. in quadam decretālē hoc modo: In veteri testamento nō ungebant nisi reges, sacerdotes & prophetē. Quia uero Ch̄s fecit nos in sanguine suo deo nō regnū & sacerdotes, ut ait Iohannes ap̄l in Apocalypsi. Propter qd ait Petr⁹ Ap̄ca. 1. Mm̄ 3 apo.

473
dist. c. in
scripturis.

II. q. 4. c. Sa
cerdotibus.

Hebr. 5.

Mart. 5.
Marc. 4.
Luc. 11.

Psalm. 48

Iai. 24.

2. Corin.
1. Petri.

Iohann. 1.

Galat. 5.

Rom. 8.

Roman. 12.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI

1. Petri.
Rom. 1.
Jacob. 2.
Gal. 5.
1. Pet. 4.
Matth. 10.
Marc. 8.
Luc. 12.

Deut. 5.
Matt. 5.

Matt. 11.

Iacob. 2.
Eccles. 9.

Matt. 7,5

Levi. 24.
March. 5.

Matt. 12.

apostol² Vos estis gen^o electū, regale sacerdotiū: idcirco in nouo testamēto nō solū reges & sacerdotes, sed & oēs Chīiani ungūnū bis ante baptis̄mū. f. oleo bñdicto, primū in pectō re, deī in scapulis: & bis post baptis̄mū. f. chrismate sacro, primū in ȳtice, deī in frōte. In pectore nāq; baptizādus inīgūt, ut p sp̄fīscātī donū abīciat ignorātiā & errore, & susci piat fidē reclā, qm̄ iustus ex fide uiuit. Inter scapulas, ut p sp̄fīscātī gratiā excūtīat negligētiā & torporē, ac bonam exerceat opationem, qā fides sine operib² mortua est. Et p deī sacramētū fit mūditia cogitationū in pectore, p operis exercitū fit fortitudo laborū in scapulis, qā fides per dilectionē opatur secundū Ap̄lm. In uertice etiā baptizatū inungūt, ut si paratus oīpotētē de fide reddere rationēcīq; per caput interior mens, & p uerti cīm capitis supior pars rationis. In frōte baptizatū ungitur, ut libere cōfiteat qd̄ crēdit, sic ut ait saluator: Qui me cōfessiū fuerit coram hoībus, confitebor & ego eum coram patre meo. Ante baptis̄mū ergo ungūf oleo bñdicto, & post baptis̄mū chrismate sacro, qm̄ chrisma solū cōuenit Chīiano, non secūdum noīs formā, sed scđm noīs rationem. Si itaq; om̄ia ista ad quēlibet pītent Chīianū, quātū magis ad quēlibet sacerdotē: Hinc libr, de noī Chīiano beatissimus loquitur August. Chīrm unctū interptari, sapiētū null² ignorat; & tā magnū fuit in ueteri lege uunctionis mysteriū, ut in Iudaico populo nō oēs, sed satī pauci cā mererētū pīcipere, uidelicet sacerdotes, reges & pphetae: & hoc usq; ad Chīi aduentū, in qōes credētes ungūt. cui² uunctionis exēplo quales & debem² monemur, ut sin qbus tam scđā est unctio, sit nō min² idā cōueratio. Ex facio nāq; uunctionis iustiā, & Chīi & oīm Christiano² nomē descēdit. Qd̄ nomē fructū sortīt, qui chīm non imitāt. Quid tibi, pdest uocari qd̄ non es? sed si chīianū te uocari delectat, quā Chīi sunt ḡere. Qui Chīianū uocatur, chīm se habere dñm fatel²; & uere habet, si ei in oībus obsequeat: si om̄ne superbiā, in uidiā, auaritiā atq; luxuriā detesteturis dñū sup̄ oīa toto diligat corde, om̄ne proximū tam amicū q̄ inimicum sicut seipsum, semp sollicitus ne in aliquo sit mortali pētō: si pīceptis ecclēsia & superiori² suōe tanq; deo constāter obediātū uere uincat seipsum, propriā animositatē, iracūdā impetū, cōcupiscentiā uitiosam abīciendo, quoniā regnū coe logū patitur, & uiolēti rapiunt illud: si futura, spiritalia, & terrena bona amplius q̄ pīsentia, carnalia & terrena amet, quārēt, aspiciat: si circumpectus & anxius sit, ne q̄d cungū transgrederiatur pīceptū, cum Iacobus ap̄l dīcat: Si quis totam legem impleuerit, offendat autē in uno, factus est omnium reus. Salomon quoq; testatur: Qui in uno peccauerit, multa bona perdit. Vnde cū odium sit mortale peccatū, qui unum hoīem quantūcūq; ad uersarium odit, nec deum nec alij uere ac spiritaliter diligēt, sed in membris diabolū est. Qui enim transgreditur pīceptū dei, siue ecclesia aut plati, peccat mortaliter. Quolibet autē mortalī amittitur charitas & universae uirtutes, quantū ad esse meritorium. Deni q̄, in dubijs, quando uidelicet dubitat an aliqd sit uel ueniale uel mortale, tenet qibet chīianū illud uicare, ac si esset mortale; aliter committeret se discriminī, mortaliter q̄ peccaret, ut Augustinus & ut om̄es doctores assūmant. Ex quibus patescit, q̄ uere arcta est uia salutis. Praeterea Christus in euangelio protestatur: Nisi abū dauerit iustitia uesta plusq; scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum cœlorū. Quocirca differit Augustinus iustitia phariseorū est, ut non occidant: iustitia eorū qui intraturi sunt in regnum cœlo², est non irasci, nō reddere malū pro malo, cū dicat saluator: Omnis qui irascit frātri suo, reus erit iudicio, quod in intelligendum est de ira per uitium, quo q̄s immoderanter mo uetur, atq; iniuriā suā aut alterius ex priuato seu carnali amore, non secundū ordinem iuris, cupit ulciscīmon de ira per zelū, qua quis ex affectu iustitiae cōtra peccata mouetur, & ea in hac uita punire ex charitate desiderat. Qui autem dixerit frātri suo rachā, id est, uocē indignationis aut uituperationis emiserit, reus erit concilio. Qui autem dixerit Fatiue, reus erit gehennæ ignis & damnationis æternæ. Iterum ait saluator: Ego dico uobis non iū rare omnino. Et iūfus: De om̄ni uero otio so quod loquuti fuerint homines, redent de eo rationē in die iudicij. Ex quibus om̄ibus innotescit, quām difficile sit saluari, & quām timoratum & custoditum oporteat esse hominem, deo placere uolentem. Nec sufficit peca ta uitare, sed que madmodum quilibet Christianus tenetur cūctā mortalia uitare peccata, sic obligatur uniuersitas habere uirtutes illis cōtrarias, utputa charitatem, humilitatem, patientiam, māuetudinem, temperantia, castitatem, liberalitatem, misericordiā, pietatē &c. Plētūt cum uirtutes concatenatae atq; connexae esse dicātur. Praeterea loquitur August. tu quō Chīian² uocaris, in quātutes & opac hīrī nō inueniunt² Chīianus nāq; est nomē charitatis, bonitatis, iustitiae, integratatis, patiētiae, castitatis, prudētiae, innocētiae, pietatis. Et tu quō no

DE VITA CANONICORVM.

474

nomē hoc uēdicas tibi, cui de tā multis uirtutib² nec una inheret. Hīc s. Leo Papa effati: Qui experiri uult an in ipso habitet Christus, & an uere sit Christianus, diligētē cōsideret qua benevolentia reluctetur inuidiae, qua humilitate resistat superbīa, qua castitate & sobrietate renitatur gulā atque luxuria: an adulantum linguis non capiatur, an illatas iniurias obliuiscatur, an omnibus faciat ut sibi fieri rationabiliter optat. Ecce hāc omnia ad universos pertinent Christi deiles, ad sacerdotes uero excellenter & specialiter, ut in omnibus his se alijs pībeant iugiter exemplares. Ideo ait Iohannes apostolus: Qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Paulus quoq; hortatur: Imitatores dei estote sicut filii charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos. Sed & princeps apostolorum, Omnes inquit, estote unanimes, compatiētēs, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, non reddentes malum pro malo, sed econtrario benedicentes: ante omnia mutuam in uobis charitatem continuam habentes, & hospitiales in uicem sine murmuratione. Hinc asserit Augustinus: Quicunq; iustitiae & misericordiā opera non fecerit, parte non potest habere cum Christo. Quisquis non fuerit humanus pius, hospitalis, benignus & clemens, non euader gehennę supplicia. Qui sine dolo nō fuerit, non potest regnare cum Christo. Qui male & carnaliter uiuit, inimicus est dei. Et q̄niam deus quos amat, arguit & castigat, in omni aduersitate, tribulatione & infirmitate patientiam habere oportet, quoniam Paulus fatetur: Omnes qui uolunt iuste & pie uiuere in Christo Iesu, persecutionem patient. Iacobus quoq; in exordio suā canonicae: Omne (ait) gaudium existimat fratres, cum in diuersas tentationes incideritis. Multæ etenim tribulationes iustorum. Talem esse oportere quemlibet Christianū, sacerdotes curat frequentibus atq; seruentibus pīdicationibus doceant sibi commissos: sic tamē, ut operibus demonstrent, primoq; faciat qd̄d alios docēt, iuxta qd̄d Lucas ait: Cepit Iesu facere & docere.

Articulus VI. Qualis debeat esse conuersatio sacerdotum, ex Decretalibus.

Titus exordiū tertij Decretalium, est de uita & honestate clericorum. Quamuis autem quā ibi dicuntur, specialiter ad canonicos pertinent & scribantur, ut ex textus probat tenore, nihilominus om̄ia ibi descripta perpaucis exceptis, ad quoscunq; pertinent sacerdotes. Eo uidelicet demp̄o, quod scribitur illicet. Bona clericorum uenient in commune. In una domo nescantur, atq; sub uno tecō dormiant & quiescant; quod etiam modo quantum ad canonicos, non seruant, sed per dispēsationem laxatur. Pr̄terea, licet quā ibi scribuntur, in alijs iamduum opusculis allegauerim, tamē ea repeterere non pīgebet, quia misericordia scīt requirit: Itaq; tam ex generalium concilioz Decreti, quām ex summorum pontificum canonibus dicitur ibi. Clerici arma portantes & usuratiū excommunicentur. Hoc, sicut & subsequentiā, de sacerdotibus dictum est. Si q̄s ex clericis comam relaxauerit, anathema sit. Si quis ex clericis monasteria monialium fine manifesta & rationabili causa frequentare pīsumptuerit, per episcopum arceat; & si nō de fitter, ab officio ecclesiasticō redat immunit. Deinde Innocentius III. in generali concilio ait: Vt clericorum mores & actus in inclīnis reformationē, continentier & caste uiuere studeant uniuersi, pīferrim in sacrī ordinibus constituti, ab omni libidinis uitio pīcauen tes, quatenus in cōspectu omnipotētis dei pīro corde & casto corpore ualeant ministrare: ne uero facilitas ueniae incentive tribuat delinquendi, statuimus ut qui deprehensi fuēt incontinentia uitio laborare, prout magis uel māius peccauerint, puniantur secundū canonicas sanctiōes, quas efficacius & distictius pīcipimus obseruaris: ut quos diuinus timor a malis non reuocat, temporalis fatēm pīcēna coercat pētō, uidelicet ut ab officio suspendant, atq; ecclesiasticis beneficijs spolient. A capula & ebrietate omnes clerici diligenter abstineant, unde uīnum sibi tēp̄erent: nec ad bibendū quispiam incite, cum ebrietas & mentis inducat exilium, & libidinis prouocet incentiveū. Ideo illum abusum decreuimus penitus abolen dum, quo in quibūsdam partibus ad potus & quales suo modo se obligant potatores. Si quis autem super his se culpabilem exhibuerit, nisi à superiori comonitus satisficerit, ab officio & beneficio suspendatur. Clerici officia uel commercia secularia non exerceant maxime in honesta. Mīmis & ioculatoribus & histriōnibus non intendant. Tabernas prorsus evitent, nisi forte causa necessitatis in itinere cōstituti. Ad aleas & taxilloſon ludant, nec huiusmodi ludis intersint. Coronam & tonsuram habeant competentem, & se in officijs ecclesiasticis & alijs studijs bonis exerceant diligenter. Clauſa de ferant desuper uēstimenta, nimia breuitate uel longitudine non notanda. Pannis rubeis aut uiridibus, & in anībus manicis, sotularibus, aut cōolutijs frenis, sellis deauratis, aut alijs

Mmm 4 am

Tob. 4

Iohā. 2.
Phil. 3.

1. Pet. 2.

Apoca. 2.

2. Timo.
Incō.
Phil. 3.

Adu. 1.

de uī. & cō
clerci, clerci

de uī. & cō
clerci, clerci

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

am superfluitatem gerentibus, non utantur. Fibulas aut corrigias auro aut argento ornatas non ferant; nec anulos, nisi quibus competit ex officio dignitatis. Præcipiendum est, ut nullus sacerdos foeminas, de quibus suspicio esse potest, retineat. Si presbyter, diaconus, subdiaconus de qua cuicunque criminis crimine fornicationis suspectus, post primam, secundam aut tertiam admonitionem inueniatur fabulari, aut aliquo modo couerteri cum ea, excommunicationis subdatur. Cum clericis non permittantur mulierculæ habitate, nisi forte de illis personis extet, in quibus naturale ius nō permittit criminis suspicari. Clerici ludos & ludibria non exerceant in ecclesia. Ex his elucescit, ad quæ virtuosam, castam, exemplarem ac sobriam uitam teneantur sacerdotes & clericis suis canonici.

Articulus VII. De præceptis & documentis apostolicis ad sacerdotes pertinentibus.

IN epistola ad Timotheum atque ad Titum docet apostolus Paulus, quales debeant esse episcopi, dicens: Oportet eum irreprehensibilem esse, sobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hospitalem, doctorem, non uniolentum, non percu索rem, non litigiosum, non cupidum, suæ domui bene prepositum &c. Porro, in epistola ad Titum aliqua addit apostolus, scilicet quod oportet episcopum esse non superbum, non iracundum, non turpis lucri cupidum, sed benignum, iustum, sanctum, continentem &c. Alia multa in epistolis istis scribit Apostolus ad episcopos pertinentia. Sed ut Augustinus Ambrosiusque testantur, haec omnia scilicet intentionem Apostoli etiam ad sacerdotes pertinent, & de eis intelligenda sunt. Hoc quoque omnes doctores scholastici, Alexander de Hales, Thomas, Vlricus, Iohannes in summa Confessorum, Bartholomeus in summa Pisanæ, Durandus in sua, & Gratianus in Decreto testantur, atque modo procedendi Apostoli facilium demonstrantur. Cum enim scriptisset apostolus, quales debeat esse episcopi, statim scribit quales debeat esse diaconi. Nec facit speciale de sacerdotibus mentionem: quod utique ideo contingit, quia sub nomine episcopi sacerdotem etiam intellexit, quod dixit de uno, intelligi uolebat de alio. Vnde communiter dicitur, quod in primitiva ecclesia non fuit inter episcopos & sacerdotes distinctione. Siquidem in principio epistolæ ad Philippenses, scribit apostolus: Ecclesiæ dei quæ est Philippis cum episcopis & diaconibus. Quo in loco post episcopos expressissiter sacerdotes potius quam diaconos, s' inter episcopos & sacerdotes distinctionem fecisset. Sed obiectum potest (ut Thomas ac Raymundus cum alijs dicunt) quod etiam in primitiva ecclesia & tpe apostolorum fuit inter episcopos distinctione secundum, non secundum nomen. Et respondendum quod quantum ad aliqua, realiter conueniebantur & quantum ad aliqua, distinguebantur. Conveniebant quidem, quia episcopus non includit ordinem ultra sacerdotium, proprie loquendo de ordine. Septem namque sunt ordines, & sacerdotium est ordino supremus. Vnde episcopatus supra sacerdotium non addit nisi dignitas quandam seu prælationem contentionebus. Et in Ecclesiastico habet: Non litiges cum homine potente, nec cum uiro linguo, & cum irato non facias rixam. Verutamen sacerdos qui præest, erroribus & peccatis subditorum suoque zelo ueritatis & intuitu dei resistere & contradicere debet, etiam seriose ac seruide, si opus fuerit, cum discretione tamquam modestia.

Articulus VIII. De prudenter & scientia ad sacerdotes & clericos ordinandas pertinente, & qui libri ad curatos specialiter spectent, & qualis & qualia scientia requiratur ad sacerdotes, curatos, ac eorum uicarios.

Super quartu[m] sententiæ dist. 24. ait: Thomas. In quolibet actu hominis, si debet esse virtuosus & ordinatus, oportet quod adhuc directio rationis. Idcirco ad hoc quod hoc officium ordinis sui debite exequatur, oportet quod habeat tantam scientiam, que sufficiat ad hoc quod dirigatur in actu illius ordinis, & tanta etiam scientia requiri in eo, qui ad ordinem promoueri debet. Nec oportet quoniam sibi in tota scriptura sit instructus, uel totius scripturae scientiam habeat: sed requiri scientia maioris uel minoris, secundum quod ad plura uel ad pauciora eius officium se extendit, ut scilicet illi qui alijs præponuntur curam animarum, suscipientes, sciant ea quæ ad doctrinam fidei morumque pertinent, & alijs sciant ea, quæ ad executi onem ordinis suu[m] spectant. Denique, sacerdos duos actus habet: unu[m] principalem supra corpus Christi uero, ut puta consecrare corpus & sanguinem salvatoris: Alium habet actum secundarium super corpus Christi mysticum, uel super plebem sibi commissam. Et iste actus secundus dependet a primo, & non econuerso. Vnde alii qui promouentur ad sacerdotium, quibus triu[m] committitur primus actus, ut religiose quibus non committitur cura animarum. Idcirco ab illo ergo non requiri lex a plebe, sed solu[m] quod sacramenta conficiant. Ideo sufficit eis, si tantum de scientia habent, quod ea quæ ad sacramentum perficiendum pertinent, rite implere & obseruare possint. Alij autem promouent ad actum secundarium, qui est super corpus mysti-

1. Timo. 3
Tit. 1.

Tit. 3.

2d.c. cler. 1.

Phil. 1.

Eccles. 8

Ezech. 34

DE VITA CVRATORVM.

473

cum, & à talibus populus legem dei requirit. Proprietary necessaria est eiis legis scientia, non sicut, ut sciant o[mn]es difficultates questiones legis, quia in illis difficultatibus debet ad superioribus haberi recursus ut sciant ea, quæ populus eis commissus tenetur credere & seruare. Ad superiores uero sacerdotes (puta e[st]os) pertinet, ut etiam ea quæ difficultate in lege facere possunt, sciant: & tanto plus, quanto in gradu altiori locantur, quemadmodum libro de ecclesiastica hierarchia sanctus Dionysius docet. His uestibus Thome, Iohannes in summa Confessorum, Durandus, alijsque concordant. Addit quoque super quartu[m] sententiæ. A Ibertus, quod in p[ro]p[ri]etate seu intricatis seu difficultibus atque dubijs materijs, tenet sacerdos parochialis esse ita discretus, quod sciat talia esse difficulta, nec procedendum esse in illis ab alijs superiorum consilio, & canonum autoritate. Insuper dicit Albertus, quod sacerdos non tenetur scire nec in cõmutu[n]i quæ p[ot]est sint mortalia, & quæ uenialia ex genere. Et hæc sciens reputat pro t[er]pis huius necessitate ad confessiones audiendas sufficiens. Et hæc nesciens, peccat mortaliter confessiones audiendo & eum ad hoc instituens, peccat magis mortaliter. Similiter pmittens talia ministrare, peccat mortaliter, si sua interest tales prohibere. It[em] dicit Albertus, quod tria sunt quasi de esse confessoris, fine quibus non potest quod sine p[ot]est esse confessore. Primum est scientia discernendi inter p[ot]est: secundum est causa inquisitio de p[ot]est: tertium est discreta p[ot]est seu satisfactionis iniunctio. De hac materia, scilicet que, qualis & quantas prudentias ad sacerdotes pertineant, in Decreto d[omi]ni 36. & deinceps copiose scribitur, atque inter cetera legit. Imperitia sacerdotis sp[iritu] est fugienda, quia cum per ignorantiam excusat alicuius ducatur propter coepit, simul in foueam cadit. Ideo ignorantiam maxime debet abu[n]dere. Hinc in concilio Toletano habet: Ignorantia mater cunctorum errorum, sacerdotibus maxime est fugienda seu uitanda, qui docendi officium in populo suscepere. Sacerdotes enim legerem sacrâ scripturâ monent, Paulo apostolo dicente ad Timotheum: Attende lectioni, exhortationi, doctrinae. Sciant ergo sacerdotes sacras scripturas & canones, ut quantu[m] ad eos pertinet statum, omne opus eorum in prædicatione atque doctrina constitutum, atque ad sufficientem cunctos tam fidei scientiam, quam operum disciplinam. Idcirco & Leo papa testatur: si in laicis intolerabilis est ignorancia, quanto magis in his quæ presumunt, nec excusatione est digna nec uenia! Præterea secundum beatum Augustinum, ut dist. 38. habetur, Sacerdotibus ad descendunt atque secundum necessaria, necessarij sunt Liber sacramentorum, Lectionarius, Antiphonarius, Baptisterium, Computus, Canones p[ro]p[ri]etatis, Psalterium, Homiliæ per circulum anni dominicis diebus & singulis festiuitatibus aptæ. Ex quibus omnibus si unu[m] defuerit, sacerdotis nomen uix in eo constare poterit. Hos autem libros unusquisque sacerdos curatus habet, emendo, scribendo uel alio modo & in eis sit studiu[m], occupatio, recreatio eius, ut repus fructuofe ducatur. Nec in potationibus, uenerationibus & similibus, uanis & utilib[us], & fibi ualde prohibitis actibus, occupetur. Sermonesque & historias seu Legendas sanctorum habeat, diligenterque legat. Porro, de scientia Canonum uideat simplicibus curatis sufficere, ut sciant ea quæ in libro provinciali statutorum sue diceantur continentur, & si quæ talia sunt quæ eos scire oportet. Ideo unusquisque curatus librum synodalium statutorum sue diceat siue ecclesiæ debet h[ab]ere. Ignorantia enim iuris non excusat. Et apostolus loquitur: Qui ignorat, ignorabitur. Per Osiam quoque prophetam dominat[ur]. Quia tu scientiam repulisti, repellat & ego te, ne sacerdotio fungaris. Vnde Chrysostomus: Sapientissimum esse oportet & perspicacem in omnibus sacerdotem, & mille (ut dicit) oculos ex omni parte habentem, ut non solu[m] sibi, sed populo uiuat.

Marcus.
35. d. c. ignoran-
tia.

1. Timo. 4.

3d.c. si in lib-
eris.
3d.c. que
ip[s]u[m].

Offic. 4
Corin. 14:
Chrysost-
omus.

Hieronymus.

Articulus XI. Quid sacerdotes & clerici, & praeferti curati, debent hospitalitate & ceteris actibus misericordiae infundere, auaritiaque quod, prius uitare.

Quamvis uniuersi Christifideles secundum exigentiam suæ facultatis & proprii status ad opera misericordiae teneantur, quae septem sunt, quorum hospitalitas unum est, specialiter tamen sacerdotes & clerici: Primo, quia ut ait Hieronymus: Domus clericorum omnibus debet esse communis. Nempe ut sanctus Bernardus & alij sancti testantur: Quicquid clerici de bonis ecclesiæ habent ultra simplicem uictu[m] & uerstitu[m], hoc pauperum est; & si talia sibi retineant, nec egeni communiceant, furtum, rapinam, sacrilegiumque committunt. Ergo & domum & lectum peregrinis & pauperibus communicare tenentur, suscipiendo illos hospitio loco & tempore opportuno. Secundo ad sacerdotes curatos pertinet, subditos suos ad hospitalitatem & alia misericordiae opera exhortari, quod bona fronte facere nequeunt, nisi personaliter hospitalares & misericordes existant. Hanc rationem Raymundus assig[n]at, iufup[er] opa misericordiae in presenti & futuro remunerat a deo

cū

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

t. Timotheus à deo, dicente Apostolo: Exerce te ipsum ad pietatem. Nam pietas ad omnia utilis est, promissione uitæ habens quæ nunc est et in futuro. It ergo, cum sacramentum altaris sit sacramentum pietatis & communonis, iustissimum est ut sacerdotes tantis sacramenti cōscritores, sint operibus charitatis, pietatis & liberalitatis abundanter intenti. & sicut ipsi sunt quasi hospitium sacramenti quod sumunt, sic domus eorum sint peregrinorum pauperum hospitium. Non ergo sacerdotes & clerici sibi superflue thesaurizent, nec de bonis ecclesiæ propinquis & consanguineos (ne dicam filios & filias) ditent, nec cum illis neque cum alijs inordinate & delicate ecclesiæifica bona consumant, nec de crafstino immoderante extent soliciti, quasi de deo & prouidentia pietateque eius diffidant sed de his quæ sibi superfluit, indigentibus pro posse succurrat, præcipue spūalibus filiis suis, uidelicet subditis suis domesticisque egensis, ne ad usuras configere compellantur. Et circa precipua festa, aliquid laitoris cibis ac potius prouideant atque communicent illis, siue ad acquirendū dando pecuniam, siue cibos & potius ministrando ac tribuendo. Itaq; quis omnibus Christianis, præsertim tamen sacerdotibus & clericis est diligentissime aduentendum, acutigere recolendum, quod sanctus ait Basilius: Si tibi fateris diuinitus prouenisse temporalia bona, an iniustus est deus, inæqualiter nobis omnibus distribuens? Cur tu abundas, ille uero medicas, nisi ut tu bona distributionis merita consequaris, ille aut patientia brauijs decoretur? Fanelici panis est quem tu detines, nudi tunica quam tu in cōclavi cōseruas, discalceati calceus qui apud te marcescit, indigentis argenti quod possides in humatum aut claufum. Quocirca tot indigentibus in iuriari, quot dare ualebas. His per omnia cōsonat quod beatus Ambrosius ait, & habet in Decreto dist. 17, c. Sicut hit quo inter cetera loquitur. Nūquid iniquus est deus, ut nobis non æquiter distribuat uitæ subsidia, ut tu quidem es es affluens & abūdans, alij egerent? An idcirco magis sic accidit, quia & tibi uoluit deus benignitatis suæ experimenta cōferre, & alium per uitutem patientiæ coronare? Tu ergo suscepisti munieribus & in finū tuū redactis, nihil reputas agere iniquū, si tu multoꝝ in te subsidia solus obtineas? Quis enim tam injus-
tus, tam auarus, q; qui multoꝝ alimenta suum non usum, sed abſūdum & deliciis facit? Neq; enim minoris est criminis habenti tollere, q; cum dare possit & abūdes, indigentibus denegare. Esuriens panis est quem tu detines, nudus uestimentū est quod recludis, misericordia redemptio & absolutio est pecunia quam in terrā defodis, aut in scrinio claudis. Tātorum ergo te scias bona inuadere, q; tu uales præfaste, & non præfas. Deniq; Augustinus effatur: Tanta est apud deum hospitalitatis uirtus & grā, ut nec potus frigide aqua careat præmij remuneratio. Videps Abrahā & Loth angelos receptorū hospitio, dū hospites quæ seruit & homines recipere putauerūt. Et tu ergo suscipis Christum dū suscipis hospitem, quia in hospite Christus est, quoniam Christus in paupere est, quem ad modum aut Quod uni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti. Et iterum: Hospes fui, & nō suscepisti me. Hinc ait Chrysostomus: Qualem mercedem habet qui propter deum peregrinatur, talem haber qui suscipit peregrinum; & si uero ambo æquales, uidelicet qui propter deum refrigerat, uel qui propter deum laborat. Ambrosius quoq; Publica (inquit) est species humanitatis, ut peregrinus hospitio indigeat, suscipiatur officiose, pie tractet, reuerenter tangat Christi membrum locetur, non in ueriori loco aut lectulo. Item sacra scriptura ad hospitalitatē ubertim inuitat. Siquidem Petrus apostolus in prima sua scribit epistola: Hospitalites inuicentes estote sine murmuratiōe. Et Paulus: Charitas fraternalitatis maneat uobiscū, & hospitalitatē nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt quidam, angelis hospitio receptis. Præterea ex præinductis offenditur, quantus sacerdotibus & clericis, præfertim curatis, auaritia sit uitanda, detestanda, calcanda, cum ipsi præ ceteris debeat in deo confidere, spūalibus in hære, diuino amore flagrare, liberalemente ecclesiæficiis rebus uacare, alios ad contemptum terrenorum inducere, & que supersunt indigentibus erogare, ut impleat illud Apostoli: Habentes uictum & quibus tegamur, his quidem contenti sumus. Quis enim uolunt diuities fieri, incidunt in tentationes & laqueū diaboli. Ideo dicit Gregorius: Deo omnium honoris auctori inhaerere non ualemus, nisi cupiditatem à nobis, quæ omni uitorum radix est, abſcin-
damus. Quanto etenim mens amplius occupatur circa terrena, tanto plus impeditur à dilectione superna, à puritate interna, à solitudine spūalibus, à cōsideratione atq; custodia sui spūi, ac aliorum salubri. Hinc ait Ambrosius super Lucam, & habetur in Decreto dist. 47. Sicut hi qui per insaniam mente translati sunt, non iam res ipsas, sed passionis suęphantias sati-
dunt, ita mens auaritatis uinculis constricta, semper aurū, semper argentum atten-
dit & cogitat, semper redditus computat, aucti gratiis q; soleminuetur. Ipsa eius ad deum oratio.

DE VITA CVRATORVM.

476

oratio aurum quaerit. Itterum etiam arte usuræ nequissima ex auro aurū nascit: sed nec satietas unq; nec finis erit cupiditati. Sed ait auarus: Quid iniustum est, si cum aliena nō in-
uado, propria diligenter seruo? O impudens, quid dicis? quid propria dicis? quid ex diui-
tiis tuis in mundum hunc detulisti? quibus stipatus facultatibus hanc ingressus es lucem? Ex his cōstat, q; uere in Ecclesiaste scriptū est: Auarus nihil est scelestius; nil iniquius q; anima
re pecuniam. Auarus enim animam uenale habet. Hinc quoq; Apostolus omnium malorum
radicem dixit esse cupiditatem, & auaritiam idolatria alteravit seruitutem. Nam sicut idolo-
latra creaturam præfert creatori, quantum ad cultum, ita auarus ita terrena præfert deo,
quantum ad inhaesitionem, quia ad ea afficitur potius q; ad deum. Ideo nāq; ait salvator: No-
lite thesaurizare in terra, sed in cœlo. Vbi enim thesaurus tuus, ibi cor tuum. Et Augustinus
prohibuit: Vbi amor, ibi oculus: & uerius est anima ubi amat, q; ubi animat. Insuper, sacer-
dotem qui alijs præfet, oportet esse iustum, constantem, sincerum, ut nec amore, nec odio,
nec damni timore, nec lucri cupidine ab equitate in iudicando recedat. Hoc aut̄ auarisi nō
competit, quoniam timore offensæ ac damni, atq; amore fauoris ac lucri peruerunt iudi-
cium. Moysè enim testante, Munera excæcant oculos sapientium, & subuertunt uerba iu-
storum. Idcirco in libro Iob scribitur: Multitudo donorum non inclinet te. Postremo in
præsidentibus summe necessarium est, & summe ab eis exigitur, ut in suis operibus nequa-
q; querant propria commoda, sed dei gloriam & honorem, & subditorum salutem ac bo-
num. Alter effent tyranni, non rectores, sed subuersores, ut etiam Aristoteles scribit in Po-
liticis, & Thomas in libro de regimine regum, atq; Aegidius in libro de regimine principiū
probant. Auarus aut̄ propria iugiter cōmoda cogitat, aut intendit, aut querit. Ab omni ei-
go auaritia oportet sacerdotem curiam & omnem preſidentem ac iudicem esse immunit. Possent demū hoc loco contra auaritiam, & de ipsius uilitate & detestabilitate multa indu-
ci, sed de his & de miseris cordis opibus corporalibus q; spūalibus, infra ut reor intētio erit.

Articulus XII. Quod sacerdotes & clerici, maxime aut̄ curati, debent suis
domibus bene esse præpositi.

Charitas debet esse ordinata, ut homo primo & super omnia spiritualiter diligat deum, deinde seipsum in deo. Propter quod loquuntur in euangelio: Quid proficit homo, si lucretur uniuersum mundū, seipsum aut̄ perdat? Deinde parentes, deinde uxorem & filios ac filias, deinde propinquos, deinceps familiam: deinde qui alijs præfet, eos q; q; tidie magis habet præsentes, puta domesticos prius ac diligentius debet di-
ligere, instruere, corrīpere, castigare, ut domestici eius alijs in exēplum ponant. Et hoc est
domini suæ bene esse præpositū, domesticos suos uerbo & exemplo à uitis ad uitutes pro-
uehere, ut quod ab alijs exigit, primo ab domesticis suis repeatat. Quicquid enim prauitatis fit
præsente prælati, hoc ei est turpius, sicut ad Eugenii Papam describit Bernardus: Virtus
nanc; & uitium domesticorum, redundant in patres familias ac familiae dominum. Ideo af-
serit Augustinus: Domus & conuersatio episcopi quasi in speculo posita est: qui quid ibi
fit, id sibi omnes arbitrantur. Et hoc de domo & uita cuiuslibet potest dici prælati. De-
niq; sicut in Sūma Confessorū habetur, Si domestici, scilicet filii aut̄ filiae sive familiae in cor-
rigibiles essent, expelliēdī a domo sunt, si pater familiæ probabiliter aestimat eos ꝑ hoc emē-
dandos. Alias patruos criminis uideretur, quemadmodum is qui uxorem teneret adulte-
ram: Si uero probabiliter credit eos per hoc licentius peccare, & per suam diligentiam ui-
det eos à multis malis, quamvis ab omnibus retrahi, non oportet ꝑ abhiciat illos, nec tam
ipsi imputatur culpa illorum. Nam & in congregationibus domibus q; iustorum inueniū-
tur iniusti. Vnde in epistola Vincenti Donatistani Augustinus fatetur, qd etiā in Decreto
d. 47 allegat: Quantulibet uigile disciplina domus meæ, homo sum, & inter hoies uiuo.
Nec mihi arrogare audeo, q; dom' mea melior sit arca Noe, ubi in octo hoies un⁹ puerus
inuentus est. Aut melior sit q; domus Abrahæ, cui dictum est: Eiēc ancillam & filium eius.
Aut melior sit quam domus Iaac, cui de duobus geminis dictum est: Iacob dilexi, Esau au-
tem odio habui. Similiter autem fateor charitati uestra coram deo domino nostro, qui te-
stis est super animā meam, quia ex quo deo seruire ceperis, sicut expertus sum difficulter pos-
seinueniri meliores his qui in monasterijs profeceris, ita non sum peiores expertus quam
qui in monasterijs defecerunt. Denique, ista est uituosis & sapientibus uitris ingens atque
continua causa timendi, quia ubique est casus, ubique periculum. Nullibi que in hoc
culo securitas, ubi nescit homo an amore dignus sit an odio, & itter optimos pessimū sun-
tummixti. Verissime equidem Salomon ait: Nemo potest corrigerem quem deus despexerit.
Hinc

Ecc. 10.
1. Tim. 6.

Matt. 6.

Deut. 6.
Iob. 36.

Deut. 6.
Matt. 16.
Mark. 8.
Lu. 9.

1. Tim. 3.

47. q; c. q; ill
ber.

Gen. 11.
Malachi. 1.

Eccles. 9.
Eccles. 7.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

Hinc dicit Bernardus: Si casus non defuit in regno maiestatis, quo summus angelorum cecidit cum suis neq; in paradiſo uoluptatis, quo homo corrut protoplastus in collegio unitatis, unde proditor Iudas est lapsus, in isto exilio erit securus? Ideo a scriptura: Sa- piens in omnibus metuit, & Beatus homo qui semper est pauidus. Sanctus quoq; lob. pſi- tetur: Semper quasi tumentes super me fluctus timui deum. Postremo, secundum Raymū- dum, duplex est causa, cur prælatus debet esse suæ domui bene prepositus. Prima, quia nō habet frontem reprehendendi alios, qui suos corrigere neglit. Secundo, quia talis uidet negligens, euidenter ideo prælatione indignus est, quia secundum Apostolum, Qui præ- est, in sollicitudine debet præfere. Si uero fecerit quod in se est, apud deū est excusatus, pro- ut ad Ezechielem dñs ait: Si annuit a ueris impio ut cōuertatur, & ille conueritus nō fuerit, in iniuitate sua morietur, tu autem animam tuā liberas. Hinc sanctus Cornelius Papa in epi- stola ad beatum Cyprianum disserit: Quod ad nos attinet, cōscientiae nostræ conuenit si goper dare, ne quis ex culpa nostra de ecclesia pereat. Si quis aut ulro criminē suo perie- rit, nos in die iudicij futuros credimus in culpatos, illosq; solos in penitū māfuros, qui nolue- runt confitit nostri salubritate sanari. Nec mouere nos debent conuicta perditos, quo mi- nus uia recta recedamus, quam Apostolus instituit, dicens: Si hominibus placarem, Christi seruus non essem.

Articulus XIII. Demoderato ac decenti uestitu sacerdotum ac clericorum.

Apostolus ait: Nolite conformari huic seculo, sed renouamini spū mentis uestrae. Itaq; iuxta sancctorum patrum Basiliū atq; Ifidori documenta, sicut sacerdos siue canonicus gradu & ordine, ita in uita, temperantia, incessu ac uestibus a seculari- bus debet differre. Omnis igitur uanitas, pompa, superfluitas, pretiositas nimia a uestimentis sacerdotum ac clericorum est excludenda, ut nec numero, nec pretio, nec eu- rioritate excedant. Vnde in septima synodo legitur, & habetur in Decreto ca. 21. q. 4. Officis iactantib; & ornatura aliena est ab ordine sacerdotio: eosq; episcopos & clericos qui se claris & fulgidis uestibus ornant, emendari oportet: quia si in hoc permanerint, epitomio tradant. Similiter eos qui unguentis ungūtūr: impī quoq; deridentes eos, qui utilibus & religiosis uestimentis amicti sunt, per epitomium corrigitur. Priscis enim temporibus omnis sacra- tus uir, scilicet in facris ordinibus constitutus, cum mediocrī ac uesta conuertabatur. Omne quippe quod non proper necessitatē, sed propter uenustatem accipitur, elationis habet calumniam, quemadmodum magnus ait Basilius. Sed neq; ex sericis texturis uestem uaria tam quis induat, neq; apponat variorum colorum ornamenta in summitate uestimentorum, sed audiat Christū dicentem: Qui mollibus induuntur, in dominibus regum sunt. Deniq; in sexta synodo scribitur: Nullus eorum qui annumerantur in clero, uestimentum indecens habeat in ciuitate degens, siue in itinere ambulans. Si quis uero tale qd fecerit, per unā hebdomadā suspendatur, sed stolis uitatur quae cōcessae sunt talibus. Hinc Zacharias Pa- pa instituit: Episcopi, presbyteri, diaconi in umentis secularibus non utatur, sed uestibus suo ordini congruentibus. Neq; dū ambulauerint in uia aut in plateis, sine operimento am- bulare præsumant, nisi in itinere longo. Qui amulier in ecclesiā orans nō uelato capite, de- tur pat̄ caput suum. Quod si temere præsumperint contra statuta agere, communione pri- uentur, donec que statuta sunt implante. Insuper Leo Papa testatur: Sine ornatu sacerdo- talis extra domos apparetur nullatenus conuenit, ne aliquas secularium iniurias patiantur. Qui contra fecerit, aut definat, aut canonica subiaceat disciplinae. At uero Innocentius Pa- pa secundus: Præcipimus enim, inquit, ut tam episcopi qd sacerdotes & clerici, in statu me- tig, in habitu corporis deo & hominibus placere studeant, & nec in superfluitate aut scissura uel colore uestium, nec in tonsura aspectu intuentum, quorum forma & exemplū nese debent, offendant: sed potius quod eorum deceat sanctitatem, obseruent. Quod si moniti emendare noluerint, ecclesiasticis careant beneficijs. Deniq; de hac re in d. ii. multa habet, uidelicet Episcopus humilem supellecilem, mensam ac uictum pauperē habeat, & digni- tatis suæ autoritatem fide uiteq; meritis querat. Clericus professionem tuam habitu & in- cessu probet. Ideo nec uestimentis nec calceamentis querat decorum. In incessu debet sa- cerdos esse matus, ut grauitate itineris grauitatem mentis ostendat. Incompositio enim corporis, inae qualitatem indicat mentis, ut loquī Augustinus. Ex his demonstratur, qd gra- uiter peccant sacerdotes & clericis siue canonici, uestibus curiosi, pretiosi, superflui, secula- res, pomposi, suis uanitatibus muliercularum fragiles animas prouocantes, quod secundū doctores mortali culpa non caret. Deinde Iohannes Baptista ait: Qui habet duas tunicas,

det un-

DE VITA CVRATORVM.

477

in luxuri-
sum ueluti
sacerdotum.

det unam non habenti. i. qui unam superflua habet, communicet indigenti. Quomodo igi- tur peccant clerici, tot paria uestimentorum habentes diuersorū colorū, uestimenta iuxta proprietatem tempore hyemis tenentes. Nunq; tāta supfluitas & pompa ad simplicē spe- ciant uestitum. Nunq; tales quod necessitatē utilitatē lupest, pauperibus largiunt. Quō ergo falui erūt, nisi emendent, mū dana despiciant, humilitatem ceterasq; apprehendat uirtutes. Hinc s. ait Bernardus: Dignum est ut qui altari deseruit atq; ecclesiaz, & de bonis ec- cleſiez uiuatiuat inquam, nō supbiat, non luxuriet, neq; diteſ, nec in uanitate ac supfluita te dispersat. Nec uaria griseaq; pellicea a collo & manibus diuersificata, aut rubricatas mu- rium pelles deportet. Sed excusat se excæcati, & dicunt: Propter honorē status nostri & honestatē ecclesiaz, oportet nos hāc facere, sic uestire, sic ire. Nec pensant in quo uere cō- ficit honor cleri & honestas ecclesiaz. Cum em̄, teste Isidoro, honestū dicas quasi status ho- noris, honor aut scđm Philosophum debeat uirtutē, id est uere honestū, quod est uirtuo- sum. Et Tullius aſcrit, & Thomas in scđa scđæ: Honestas in uaria cōficit humilitate, in ua- riā mansuetudine, patientia, charitate, omiq; mundialium uanitatis & supfluitatum cōtem- ptu, in decore interno, non in apparatu externo, in tēperantia ac parfumonia uictus, non in superfluite uestitus: in corporis castigatione, in sanctoꝝ patrum imitatione, in aedificatio- ne proximoz, in deuota, reuerentia ac debita pſolutione diuinorum officioꝝ, in obserua- tionibus præceptoꝝ dei & concilioꝝ ac summōꝝ pontifici. Postremo, ipſemēt Chrs totius honestatis fuit exemplar, auctor & doctor, deinde sancti apostoli. Nunq; iti in extero- ri gloria uestimentoz, superfluitatu, & non potius in p̄einductis uirtutibus honestatē po- fuerunt ecclesiaz. Illos ergo imitari oportet, & non eos qui suas uanitates & uitia sub spe- cie honestatū & uirtutum excusant.

Articulus XIV. An sacerdos seu alijs ordinatus, in mortali peccato existens, precent mortaliter in omni actu ordinis sui.

Hanc quoq; sanctus Thomas sup quartū mīnārē dist. 2. 4. solvit hoc mō: Lex præci- pit ut hō iuste ea que iusta sunt, exequat. Idcirco qcung id qd sibi cōpetit ex ordi- ne, facit indigne, ille qd iuste est in iuste exequit, & cōtra diuinæ legis agit p̄cepta, ideo peccat mortaliter. Quicunq; aut cū mortalē p̄ctō aliqd diuinū ptractat officiū, seu alicuius ordinis actu exequit, non est dubiū quin indigne hoc faciat, unde mortaliter peccat. Huic dicto oīm doctoꝝ concordat sententia, scilicet Alexātri de Hales, Alber- ti, Raymundi & aliorum. Ita sacerdos in mortali p̄ctō scienter existens, in omni actu ordinis sui peccat mortaliter, urpata non solum quotiescumq; celebrat, sed etiam quotiescumq; con- fessiones audit & absolvit, quotiescumq; populus p̄dicit, quotiescumq; publice cor- rigit delinqūentes, qui in minoribus sunt peccatis qd ipse, quotiescumq; inungit, & similibus sui ordinis atq; officiū actibus uacat. Quo patet, qd periculosisstimum sit status sacerdotum, po- tissime curatorū negligētū atq; carnalium. Præcipue aut talis sacerdos mortaliter pec- cat in celebrando, deinde sacramenta alijs ministrando. Nā in omnibus his temerarie, præ- sumptuose, irreuerenter & ingrate se habet. Celebrare tamē est actus ual de priuilegiatus, & ad ipsū p̄fertim actualis deuotio feſūdūm doctores exigit. Dicit insuper Thomas su- per 4. Sententiarum, qd prædicans uerbū dei, & non uiuens secundum illud, mortaliter peccat, quoniam quantum in ipso est, intentionem sacrae scripturæ euacuat. Intentionē nāq; scripturæ est, homines à uirtiis ad uirtutes transferre. Sed maius est aliquid dicere factō, qd uerbo folo. Dum aliquis bona p̄dicit, & tamē oppōſitū agit, factō demōstrat nō esse age- dum ut prædicat, sicq; quantum in ipso est, intentionē euacuat sacræ scripturæ: Iterū scri- bit Thomas, qd ex officio corrip̄tis alium publice, peccat mortaliter, si in mortali p̄ctō sci- enter existēt hoc agat, quia officium suū exercet indigne, & contra ordinē charitatis, que inci- pit a ſeipſa. Hæc omnia in summis doctoriū, uidelicet Durandi, Iohannis & aliorum copiose habētur, quis Thomā, quia famolus & sanctus doctoꝝ ē, magis allegorīm beatus Ambroſi- us & antiqui doctores sancti manifeste hæc scribūt. Itaq; cōstat, in qd inniterabilia atq; enor- mia labantur peccata sacerdotes, maxime curati & eorum uicarij, qui uiuunt indigne, qui non debita cum diligentia discussiunt atq; custodiunt conscientias suas, qui non curant ſo- licite iuxta ſublimitati ac exigentiam ordinis & officiū ſui ſeruire omnipotentis quorum (ut ſic loquā) iniquitates & ſcelera ſuper arenam maris multiplicari uident. Veruntamen p̄einductis quis potest obſiceret: Nemo perplexus eſſe potest, id est, nullus ita eſt, ut pec- catū mortale uitare non queat. Sed ſaepē contingit, ut sacerdos in mortali existēt peccato,

Obiecio
Non ex

ex debito sui officij teneatur ad celebrandum: ergo siue celebret, siue non celebret, peccat mortaliter; et sic uideatur perplexus. Praeterea, quicquid communicat alicui in peccato mortali, peccat mortaliter. Si ergo sacerdos iniquus in usu ordinis sui peccat mortaliter, etiam quod ab eo exigit aliquid diuinorum, ut qui ad celebrandum aut similem actum sacramentalem induceret, peccat mortaliter. Ad hanc Thomas respondet, quod dicit minister ecclesiae qui est in mortalibus, ab ecclesia sustinetur, ab eo recipere potest quis sacramenta, ut est subditus eius quod ab eo sacramenta recipere debet, quia ad hoc obligatur: sed tamen propter necessitatis articulū non esset tutus quod eum induceret ad aliquid sui ordinis exequendum, durante conscientia qua iudicavit illum esse in peccato mortali, quam tamen disponere posset, quoniam in instanti homo per diuinam gratiam emendatur. His adjicit Thomas: Quandocumque ordinatus (presertim sacerdos) in mortali existens, exhibet se in aliquo actu ut ministerum ecclesiae, peccat mortaliter, & toties quoties tales facit actuū: quia in primo capitulo Ecclesiastice hierarchie docet Dionysius: immundum nec cymbala (i.e. sacramentalia signa) tangere fas est. Vnde quando tangunt res sacras, ut calicem uel consimilium, quasi officio utens, peccat mortaliter. Secus esset, finis ea non necessitatis aliquod sacram exequeref siue contingere, in illo uidelicet casu, in quo etiam laicis quibusdam liceret, ut si baptizaretur in necessitatibus articulo, uel si corpus Christi in terra proiectum colligeret, potissimum dum alias melior non adesset sacerdos.

Articulus XV. De præparatione ad celebrationem.

CVmitaq; tam periculofissimum damnabilissimumq; confisstat nō sacerdotaliter uiuere, & ordinis sui actus atq; officij sui opera exequi indigne, ut puta nō existēdo in statu salutis, id est, in charitate & gratia, merito debet unusq; sacerdos ante quam ad celebrandum accedat, conscientiam suam diligentissime examinare, uitam & mores suos discutere, quid boni omiserit, quid mali cōmisserit, qualiter tempus in usum expenderit, uiuaciter considerare. Penset ergo sacerdos an diuina precepta obseruet, ecclēsī statuta impletat, an alijs exemplaris existat, an homines uniuersos tā inimicos q; amicos sincere diligat, an circa oēs charitate & dilectione afficiat, an iuxta debitum sacerdota lis ordinis uirtuose & irreprehensibiliter conuerterit, an sibi cōmissos debite regat, instruat, moneat, corripiat atq; adscicet. Si mente, ore & operae ab iniustilibus hostibus animaseorum munire ac custodire non cestet, si bona & clefia debito modo expendat, si in cibo, potu, somno ueftibusq; moderater se habeat, si in his atq; similibus inuenit coram deo laudabiliter se habere, gratias agat humilimas ex totis p̄r cordis deo altissimo, cuius dona sunt omnia nostra bona, & cuius munera sunt merita nostra. Ideo si b̄ip̄si nihil ascribat, nisi cōm fragilitatem, defectuositatem, ad omnia uitia prouitatis, sic p̄ se ipsum cum sollicitudine gran- dic custodiat, sicut ait apostolus: Qui fit, uideat ne cadat. Et Salomon: Omni, inq; custodia custodi cor tuum. Studeatq; quotidie in bonis proficere, in humilitate, mansuetudine, pa- tientia, deuotione, charitate crescere ac firmari, & dei auxilium pro hoc iugiter fideliterq; implore. Porro si in p̄dictis aut in aliquo p̄dicto, inuenierit se culpabile, iuxta grau- tatem p̄cū cordialiter doleat, emendationem proponat, cōfiteatur, satificati, c̄m edet, sicq; in deo confidens, cum debita humilitate, deuotione & charitate ad celebrandum procedat, illud apostoli Pauli profunde perpendens: Quicūq; māducaerit panē hūc vel biberit calicem dñi indigne, reus erit corporis & sanguinis dñi. Itemq; Probet seipm hō, i. se diligen- ter examinet) & sic de pane illo edat & de calice bibat. Qui enī manducat indigne, iudiciū sibi manducat, non dñjudicans corpus dñi. Infuper, omnis sacerdos causas institutionis sa- cramēti altaris, uidelicet cur Christus in cena nouissima hoc supuenerādissimum institue- rit sacramētū, sapienter atq; multoties contēpletur. Cuius utiq; institutionis prima cā est, recordatio totius ardētissimē ac plenissimē dilectionis Chri ad nos. De qua dilectione ipse met dixit: Maiorē hac charitatē nemo habet, q; ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Hoc quippe est summa dilectio, dum quis non sua dona dūtaxat, sed seipsum quoq; donat dilecto. Rursus, cum amoris proprietas sit, amēt unire amato, per hoc quod Christus in sacramēto seipsum nobis substātialiter unit, patet ipsius ad nos mutua dilectio ac summa. Toties ergo flāmascit spūs nō ad deū, totiesq; inflāmatur ac penetraf, q̄ties celebramus, q̄ti es sacramētū hoc consecrāmus ac summūs, quoties charitatē Chri ad nos recordarūs, quoties tantæ dilectionis pignus p̄ oculis habemus, manibus cōrectamus, ore suscipi- mus. Ideo nāq; saluatoris instituto hoc sacramento, dixit ac iussit sanctis apostolis, & in eoge p̄fona sacerdotib; uniuersis: Hoc q̄tiescūq; feceritis, in mei memorā facietis. Que utiq; yha

sunt mirabiliter affectuosa ac dulcia, piec^z mentis inflammativa. **Secunda causa institutionis** huius pretiosissimi sacramenti, est recordatio dñice passionis, in dñi omnium quæ filius dei pro salute nostra assumptus fecit ac pertulit, utputa suæ incarnationis, ac in seculo isto sanctissime conuersationis, ultime cenationis, acerbissime passionis, gloriose resurrectionis & ascensionis, sicut psalm. prædixit. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & infatator dominus, efaci ditembitus. Attendamus ergo quotidie recollecta at diligenterissima mente, quanta pro salute nostra unigenitus patris & terni assumptus egit & passus est: quod ipse rex gloriae, dñs uirtutum, deo patri æqualis, uerusc^z deus, nostram naturam assumere & sibi immediate hypostatica unione copulare dignatus est: in quo manifestatur immensa bonitas ac dignatio eius, quanta etiæ pro nobis fecit in mundo hoc, in quanta pauperritate, humilitate ac patientia uixit: quod hic discurrendo, predicando, & alijs modis labrauit: pro nobis: quanta deum pro nobis perperitus est, quod derisiones, contumelias, detractiones, blasphemias, dicentibus de ipsis obduratis imp̄nissimisq; Iudæis: Insanit, Demoniū habet, Homo uorax, potator uini. In principe dæmoniorum enicit dæmonia. Hic blasphemauit. Seducit populum, atq; familiā. Deinceps q; crudelissime eum interfecerunt, cogitamus attentius: qualis fuit ille timor Christi, quem sponte ac dispensatiue assumpit, qui factus in agonia prolixius oravit, & factus est sudor eius factus guttæ sanguinis decurrentis in terram. Pensamus quam ferociter Iudæi & cohors ac tribunus Christum cœperunt, ligauerunt, traxerunt, totaq; nocte illa affixerunt, faciem eius gratiosam uelando, cōspuendo, cēdendo. Qualiter propter nos alba ueste atq; purpureo indumento deritus est, q; poenalisissime flagellatus, & usq; ad costas uerberibus laceras: quod spinis coronatus, arundine cæsus, & tunc rursus confititus, alapis cæsus, deritus ac blasphematus: quomodo ignominissimum morti est adjudicatus, inter latrones eductus, & confusibilius illis, quia proprijs humeris crucem sibi baiulans est egressus. Qualiter fatigatus & cruci affixus, inter sceleratos suscepit, acetō & felle potatus, & ibi denuō blasphematus, deritus, & summe ineffabiliterq; despexit. Quantu etiam, q; intime in omnibus his suis dulcissimæ genitrici cōpassus, cuius angustias & dolores ipse solus clarissime nouerat. Intueamur cum quanto tormento in cruce tam diu peperit, ita distentus, q; ossa poterant numerari, q; uenae & nerui disrupte, & arreretur. Nec nobis sufficiat nuda memoria, sed cum feruenti amore, cum interna compassione, cum fideli ac debita imitatione hæc cogitemus. Discamus Christi exēplo aduerstites, derisiones, oblocutiones, iniurias libeter & æquanimiter sustinere. Nō uindicemus nos in ipsis, nec malum pro malo, sed pro malo bonum, pro odio dilectionem reddamus. Nō enim est seruus maior domino suo. Et ut Petrus apostolus testatur, Christus passus est pronobis, relinquentis nobis exemplum ut sequamur uestigia eius. Paulus quoq; fatetur: Si compatimur, & cōregnabimus. Quandocq; sentimus nos aliqua elatione, impatiētia, crudelitate, concupiscentia aut simili uitio tentari, moueri, grauari, statim passionem Christi eiusq; humilitatem, patientiam, pietatem, & caritas eius uirtutes ad memoriam reuocemus, atq; ipsius exemplo humiles, patientes & mūdi esse discamus. Causa tertia institutionis sacramenti istius, est declaratio liberalitatis Christi ad nos, & roboratio spei nostre ad ipsum. Ex hoc enim q; Christus in sacramento ita seipsum tribuit nobis in cibum & potu animæ salutarem, clarissime patet illius ad nos liberalitas summa, atq; ex eo roborat ac inflammata spes nostra, q; scilicet libertissime tribuit nobis dona gratiae suæ, quis seipsum sic nobis cōmunicat, dūmmodo ex parte nostri defectus non fuerit, & si cū decenti & debita instantia indefinenter ac fiducialiter inuocauerimus eū, sicut in euāgeliō ait saluator: Oportet tempore & non deficere. Et ut in Deuteronomio Moyses loquitur: Cū quæsieris dominū deum tuum, innuenies eum, si cum corde quæsieris eum, & tota tribulatio anime tua. Ideo iuxta Apostolum, Cum fiducia accedamus ad thronum gratiæ eius, & cum omni humilitate, referuore atq; constantia exoremus &c. Quarta causa institutionis prefata, est copiosa & multiplex, & misericordissima subuentio indigentiae nostræ. Huius quippe dignissimi celebratio ac sumptio sacramenti, est nobis quotidianum contra quotidiana nostra peccata temedium, infirmitatis ac fragilitatis nostræ praefidium ac munimen, paupertatis nostræ ditatio, pauperum defectio, expugnatio uitiorum, confirmatio & auctio gratiarum, in dū ineffabiles utilitates ex hoc sacramento nostris proueniunt animabus. Ideo ait Berhardus: Si quis minus solito sentit in se ira, superbia, impatiētia, concupiscentia, aliorumq;

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

utiorum ac passionum aculeos, impulsiones & motus, huius sacramenti fructum & operationem in se cognoscat, & gratias agat. Chrysostomus quoq[ue] fatei: Sicut leones signem spirantes horribiles sunt iumentis, ita ab huius sacramenti mensa uenientes terribiles sunt de monibus. Quinta institutionis huius sacramenti causa, est quotidiana & iugis honoratio & glorificatio dei patris, imò totius super beatissimae trinitatis: quia in huius sacramenti celebratione ac sumptio magnalia & beneficia dei recolunt, gratia & actio deo offerit, bonitas & maiestas omnipotentis laudat, & multiplex honor altissimo quotidie exhibeficium per huius sacramenti celebrationem ac sumptionem cultus Christianæ religionis præcipue conseruatur, fideles ad ecclesiam conueniunt, confitentur, coadunant. Et q[uod] sacramentum hoc in comparabile & pretiosissimum ecclesiæ militantis clenorū. Maximam demū reuerentia summae impendimus ueritati, propter eam credendo ea quæ in sacramento creduntur, & profus in comprehensibilitate extant. Nec Seraphin & cherubin ea comprehendere queunt, ut Aegidius de Romalocutus est. Deniq[ue], hæc quinta causa institutionis huius, est principalis & summa, aliarumq[ue] finis. Christus namq[ue] ut homo, seipsum & omnia sua ad dei patris ac totius super gloriosissimum trinitatis honorem & gloriam ordinavit, quemadmodū apud Iohannem testat: Ego non quero gloriā meā, sed eis qui me misit. Ita & fateri nos oportet, dicentes Apostoli: Omne quod faciuit in uerbo aut opere, oia ad dei gloriam facite. Preterea, scdm qd Augustinus testatur: In omni sacrificio quatuor sunt pensanda, uidelicet q[ui]s, quid, cui & quare. Cum ergo sacramentum istud sit sacrificium sumnum, sacerdos ante celebrationem hæc quatuor debet perpendere, uidelicet quis sit ipse qui tantum sacramentum consecrat, tractat, offert & sumit. Itaq[ue] propriam imperfectionem insufficientiamq[ue] consideret, peccata sua & primitatem ad malam attendat, defleat & emender. Deinde perpendat quid offert, uidelicet corpus & sanguinem salvatoris, imò ipsummet Christum, unigenitū uidelicet dei, qui secundum naturam suam diuinam est dignitatis & excellētiae penitus finita: secundum naturam uero suam humanam, ut uerbo æternō unitam, est toto dignior & uiquiero. Sacramentum ergo tam sanctum, cum summa reuerentia est tractandum. Insuper penset cui offert, uidelicet deo patri, cuius perfectionis, maiestatis & glorie nullus est finis. Cum quanta igitur humilitate, timore, reuerentia & charitate atq[ue] munditia illi astante, offerre ac sumere oportet. Postremo intueatur, quare seu propter quid offert, uidelicet primo & generaliter pro communī bono totius ecclesiæ, pro Papa & principe: deniq[ue] pro specialibus causis, siue psonis, prout deuotio suggestit, & pro illis feruide orat ac celebet.

Articulus XVI. De eadem materia ex dictis sancti Bernardi.

In epistola ad quendam sacerdotem ait Bernardus: Si offers munus tuum ad altare q[ui]cunq[ue] sacerdos, aut si disponis illud uenerabile & ineffabile mysterium celebrare, & recordatus fueris q[uod] fratres tuis habuerit aliqd aduersum te, ille uidelicet magnus frater, qui est filius dei per naturā, & nobis potestate dedit filios dei fieri & fr̄es suos per gratiam, si uero frater habet aliqd aduersum te, si eū offendisti cogitat aut opere seu omisso, ne, si cadorem innocentiae tuae aliqua macula obfuscasti, si conscientiam habes agram, aut non bene sanatam, relinque ibi munustum, differ celebrationem, & prius fatigare reconciliari fratri tuo per devoutam cordis contritionem, per puram oris confessionem, per duram cordis penitentiam & attritionem, per condignam satisfactionem. Lava per singulas noctes lachrymis tuis lectum tuum, per singula peccata munda conscientiā tuā. Ascende tribunal mentis tui, sede ut iude x, teipsum condemnata. Accedat memoria accusatrix peccati. Actio si testis consensus uitij, delectatio præhabitæ grauet reatum, omnia accusat, nihil te excusat. Veniat timor dei, ut carnifex puniat, bene sanguine cordis (scilicet lachrymas) fundat. Sicq[ue] per proprium iudicium euades diuinū iudicij supplicium, iuxta illud Apostoli: Si nosipso iudicaremus, non utique à domino iudicaremur. Et tunc ueniens offers munus tuum, sacrificium laudis, eucharistiae sacramentum, & placebit deo super uitulum nunc uellum cornua producētem & unguis. Aspice exempla sanctorum & testimonia scripturarum, & in his uelut in speculo teipsum considera: & quicq[ue] culpæ in te comprehendis, castiga diuinarum scripturarum sacris meditationibus iugiter uaca, diuina præcepta infatigabiliter legere, inexplicabilitate diligere, efficaciter imple. Denique, frater Vbertinus quartolib[er] de Vita Salvatoris, de hac ipsa materia loquitur satis devote, his uerbis: Fuit autem Christus non solum sacerdos & hostia, sed sacrificium quoq[ue]. Quia ut ait Augustinus 4. de trinitate: Omne enim sacrificium uisibile, est inuisibilis sacrificij sacramentū, i. sacrū signū. Ideo

Iohann. 4.
1. Corint. 10.

Mat. 5.

Johann. 1.

Phil. 6.

1. Corinth.
March. 5.
Phil. 6.

exempla sanctorum & testimonia scripturarum, & in his uelut in speculo teipsum considera: & quicq[ue] culpæ in te comprehendis, castiga diuinarum scripturarum sacris meditationibus iugiter uaca, diuina præcepta infatigabiliter legere, inexplicabilitate diligere, efficaciter imple. Denique, frater Vbertinus quartolib[er] de Vita Salvatoris, de hac ipsa materia loquitur satis devote, his uerbis: Fuit autem Christus non solum sacerdos & hostia, sed sacrificium quoq[ue]. Quia ut ait Augustinus 4. de trinitate: Omne enim sacrificium uisibile, est inuisibilis sacrificij sacramentū, i. sacrū signū. Ideo

DE VITA CVRATORVM.

479

expositio qua Christus tam infallibiliter se exposuit extremis in hostiam & sacrificium, tā in isto sacramento quām in crucis patibulo, signum est illius ineffabilis expositionis, sacrificationis, qua spiritum suum iugiter immolauit deo patri pro nobis, in templo latissimo cor dis sui, in quo seipsum obtulit, a conceptionis sue instanti usq[ue] ad horā mortis uniuersa que dixit, fecit ac pertulit, pronostra agendo ac patiendo salute ad gloriam patris. Omnia namq[ue] Christus fecit ac passus est, meritoria nobis fuerunt. Ideo tota uita Christi in seculo quasi una solennissima Missa fuit, in qua ipse fuit altare & templum, sacerdos & hostia. Deus acceptans sacrificium ipse est secundum diuinam naturam, idem offerens seipsum secundum naturam assumptam. Et quoniam ipse Jesus Christus est totus sanctus & sanctitas, idcirco sacrificij huius minister, qui tenet uicē Christi, debet esse totus sanctificatus. Vnde & nullus potest sacrificij huius esse minister, nec per episcopum tanq[ue] per Christi uicarium sit consecratus sacerdote. Omnia quoq[ue] quæ circa sacramentum hoc sunt, debent esse sacra: atq[ue] sacrata, ut ecclesia, calix, altare, corporale & ornamenti, ut omnia mirabiliter conueniant sacerdoti, ut sanctus sit & sanctitatem ingerant et: propter quod & ipse sacerdos conficiens, in persona Christi loquitur, cuius charitati debet per omnia esse coniunctus, ut hoc intendat in generali dum celebrat, quod Christus se offerens fuit per charitatem coniunctus omnibus, qui hoc sacramentum unquam confident aut sumēt, imò cunctis fidelibus suis, idcirco tam in consecratione quām in sumptione debet sacerdos se charitati Christi unire, ut sic charitatem suam dilatet, ad offerendum sacrificium istud pro omnibus, pro quibus Christus seipsum intendebat offerre. Mouetur ergo sacerdos charitate, pietate & compassione in memoria mortis Christi, ad celebrandum & confiendum memoriale hoc dilectionis passionisq[ue] Christi. Mouetur pietate & misericordia ad salutem populi procurandam, offerere do patri dilectissimum filium suum, oblationem & hostiam ac sacrificium reconciliationis omnium peccatorum. Supererat per gratiam domini super distractiones omnium rerū mundanarum, & soli deo adhaerat, apud quem debet esse pro populo mediator. Quodut facere possit, semper in mente habeat documentum Salomonis: Dū sederis ad mensam portentis, diligenter attende quæ apponuntur tibi, sciens quoniam oportet te talia preparare. Mensa potis, est sacramentum altaris, quod est mensa Christi omnipotentis, sacramentum hoc mirabiliter efficientis. Diligeret ergo attende non solum quæ tibi apponuntur, uidelicet corpus & sanguinem salvatoris, imò ipsem quæ charitatis ardore, quo passionis dolore, qua tua necessitate & utilitate, qua dei acceptatione, ut compatiaris & commoraris cum Christo. Attende q[ui]mp[er]sum factilegium sit, circa celebrationē sacramenti isti us attendere quæstum pecunia, uel quodcumq[ue] commodum temporale, quia sacerdos cōiungi debet charitati gratuitæ Christi, qui intendebat electorum salutem. Vximq[ue] impensis sacerdotibus, qui à charitate disiuncti, & cupiditate sacrilegæ Iudeæ proditoris coniuncti, de sacramento dominici corporis, proditore illo tanto scelèstius negotiant, quanto sépe proximiori prelio (pura pro tribus denarijs) uendit ipsum iam regnante in eccl[esi]is, quem proditor uendit pro triginta denarijs peregrinantem in terris. Haec Vbertinus. Postremo sanctus Ambrosius ait: Quanta cordis contritione & lachrymæ fonte, quanta reuerentia & tremore, quanta corporis castitate & anima puritate illud diuinum & celeste sacrificium est uenerandum & celebrandum d[omi]ni, ubi caro tua in ueritate sumis, ubi sanguis tuus in ueritate bibitur, ubi summis iunguntur, ubi adest sanctorum angelorum praesentia, ubi tu es sacerdos & sacrificium. Quis hoc diuinum mysterium digne poterit celebrare, nisi tu deus omnipotens offerenter feceris dignum? Hinc etiam per orationes frequentes ac feruidas preparare se debet sacerdos, atq[ue] in toto Missæ officio recollectus esse in deo, & ad sensum illorum uerborum intentus. Et si aliquam senserit in mente distractionem, mox ad recordationem dominicae passionis & aliorū quæ tempore illo sunt attendenda, se reuocet.

Articulus XVII. Quod sacerdos non solum in celebratione,

sed etiam ante & postea debet esse custoditus &

deuotus in omnibus.

Erubescat sacerdos circa eucharistiae sacramentum, indeuotius, irréuerentialius & ingratius se habere, non ordinatis & idiotis & laicis. Videmus enim quod idiotæ & laici, etiam multum mundani ac scelerati, die quo communicant, quandā induunt gruitatem, deuotionem atq[ue] custodiā, & à solitis abstinentiis, & timorati uidentur. Nec solum die quo communicant, sed etiam tempore aliquanto ante ac postea: quanto magis sacerdos dei altissimi, nō solum die in quo celebrat, sed etiam ante &

Nnn 5 postea

Prouerib. 21.

In impioſa
tertiores.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

postea in omnibus timorate, deuote ac grates debet habere, partim ratione ordinis sacerdotalis, partim ratione angelici sui officii, & propter actus celebrationis suae excellentiam, partim ne laicos scandalizet. Nec ideo minus deuote & custodite habere se debet sacerdos, quia frequenter uel quotidie celebrat: immo quanto frequentius celebrat, tanto tenetur esse gratior deo atque deuotior, & in gratia ac uirtutibus seu effectibus sacramenti istius magis perficere. Veruntamen quibusdam & ignari solet accidere, ut quanto frequentius facit quedam opera bona, tanto aridiori indeuotiorique corde faciant ea, & ex sterili quadam consuetudine potius, quam ex actuali deuotione, seruida attentione, diuina dilectione: quod certe malum est signum, periculumque ualide. Nempe cum in via dei non proficeret fit deficere, tales uidentur esse in peccato mortali, uel in via ac dispositione ad illud. Et istud circa celebrationem ac confessionem est summe uitandum, cum priuilegiati sint actus, & cum omni diligentia exercendi. Vnde ex frequentia confitendi & celebrandi, ad incuriam, sterilitatem internam & inaduentiam talium actuum denuncie, periculum maximum reor. Quotidie ergo deuotius celebremus, & in uirtutibus exercitijs sacerdotiis occupemur, conscientias nostras diligentius examinemus, & peccata nostra purius & dolorosius confitemur. Sacerdotes ergo post celebrationem ad uerba leui, inutilia atque scurrilia linguam suam & os non relaxent, cum quibus sacratissime uerba Missæ deo patri dixerint, & corpus Christi & sanguinem sumperunt. Non sit sacerdos incustoditus aut lascivius in uisu, nec leuis in morib; nec immoderatus in cibo, potu ac somno: non puerilis in risu aut iocis, non uagus in cogitando, nec infrenatus in appetendo. Nec in fructuose tempus suum consumat, sed in omnibus uirtuofe, timore, exemplariter quoque se habeat. Eten in omnibus occupationibus consolationem & delectationem requirat, uidelicet in meditando, psallendo, orando, studiendo, scribendo seu prædicando. Horas distincte deuoteque legat, quoniam Ieremia testante, Maledictus homo qui opus dei facit negligenter. Denique secundum sanctos doctores, non potest mortalia uitare peccata, qui uenialia non deuitat cum diligentia magna, cu dicat Salomon: Qui spernit modica, paulatim decidit. Et iterum scriptum est: Si non in timore dei teneris te instanter, cito fuaberetur domus tua. Quomodo ergo sacerdos effugiet culpas mortales, nisi modo præfato habuerit se timor, custodite ac fructuose? Potissimum aut sacerdotes curati ac seculares, in medio hominum mundanorum carnalium ac crudium commorantes, grandi ac singulari egeni custodia, ne cum peruersis peruertantur, illiscij in omnibus conformati. Absit autem ut post celebrationem unquam uisitent tabernacula, uenationi aut carnalitatibus uacent. Haec enim esset iniurias maxima & negatio contra deum omnipotentem.

Articulus XVIII. De quibusdam uirtutibus pertinentibus ad sacerdotes, in quantum curam habent animarum.

Virratum quædam vocantur theologicæ, quædam intellectuales, quædam morales. Porro, uirtutes theologicæ sunt tres, scilicet fides, spes & charitas, que dicuntur theologicæ quasi diuinae, quænam pro immmediato habent obiectum. Deus namq; inquantum est prima & ineffabilis est ueritas, obiectum fidei in quantum summa beatitudine, obiectum est spei: & inquantum summa incretaque bonitas, obiectum est charitatis. His tribus uirtutibus deus præcipue colit eiq; omnia dispensans. Hæ quoque uirtutes sunt ceterarum uirtutum robur, fundamentum ac uita, atque ad bene uiuendum & meritorios operandum primo ac maxime requirunt. Nempe ut Apostolus & prophetæ testantur: Iustus ex fide uiuit, & Paulus testatur: Quicquid non ex fide, peccatum est. De spe namq; idem scribit Apostolus: Debet qui arat, in spe fructus percipiendi arare: De charitate autem apertissime loquitur: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, nihil sum. Atque secundum omnes sanctos doctores, charitas est omnium uirtutum decor & forma, imperatrix ac uita, siue fine charitate etiæ fides & spes sunt informes & mortuæ: ita q; nullius uirtutis actus est meritorius sine charitate. Idcirco charitas dicit animæ uita, nec potest homo aliud meritorium operari, nisi sit in charitate, i.e. in spirituali amore dei ac proximi. Hæ igitur tres uirtutes primo & maxime ad quemlibet pertinent Christianum. Cum itaque ad sacerdotes curatos pertineat suos parochianos instruere de fide, spes & charitate, quid fint & qualiter unusquisque Christifidelis teneatur eas habere, atque in eis se exercere, & quid sit credendum, quid sperandum, quid diligendum, oportet ut ipsi prælati & oës curati aliquam eminentiam habeant in fide, spes & charitate, ut sint aliquid illuminati in fide, fortis in spes, & seruentes in charitate.

De celestis
ca. dolentes.

Iere. 48

Ecc. 19
Ecc. 17

Palus.

Ioh. 14.

Habacuc. 2.
Romani. 1.
Heb. 10.
Roma. 14.
1. Cor. 9.
1. Corin. 12.

DE VITA CURATORVM.

480

atque istaque uirtutum notitiam quandam habeant eminentiam, habedo fidem cum rationibus credendis, sciendo ea per quæ fides probatur esse a deo, ut ualeant persuadere ad fidem, & iuxta principis apostolorum: siceptum parati sunt semper omni poscere redere ratione de ea, que in ipsis est, fide & spes, sciatis itaque ex scriptura & ex dictis sanctorum ac deuotorum exhortari subditos suos ad credendum firmiter, ad sperandum, loganimitatem, ad diligendum sincere & seruenter. Præterea, cuu animas curam habentes sunt mediatores inter deum & sibi commissos, debent tam in charitate dei q; subditos suos esse integri & ardentes, ut sint idonei ira dei placare, eiusque gratiam suis subditis impetrare. Mediatorque quippe oportet esse bene uisum & exaudibilem apud eum, ad quem mittitur ad orandum ac mitigandum. Ideo ait Gregorius: Dum is qui displicerit, mittitur ad orandum, rogati animus ad deteriora prouocatur. Mediator etiam debet esse ex charitate sollicitus pro illorum salute ac pace, ex quorum parte intercedit ad alium. Insuper, curatus est spiritualis pater & pastor subditorum suorum: idcirco paterno ac pastorali affectu debet eos ualde diligere & souere tanquam filios suos. Est quoque uicarius & cooperarius dei in reductione animarum ad ipsum. Propter ea ex diuino amore debet zelari pro dei honore, ut deus a suis subditis honoretur ac diligatur, & passio CHRISTI in illis fructificet. Vnde dum Christus ecclesiam suam uellebe atissimo committit Petro, ter interrogavit an diligenter ipsum: immo non solum an ipsum diligere, verum etiam an plus alijs diligenter eum, dicendo: Simon Iohannis, diligisme plus his: ad innundum q; aliorum pastores debent pro plebe communii in diuino amore esse feruentes, quatenus in omnibus officiis super omnia querantur dei honorem & subditorum salutem, & non propria comoda. Amplius, uirtutes morales dicuntur, per quas animæ paf vittores mo tales q; dicuntur. Passiones autem animæ sunt motus & affectiones sensuibus appetitus: qui nisi ratione regantur, sunt uitiis. Appetitus uero sensuibus circa exteriora, sensibilitate ac temporalia afficitur ac mouetur. Omnes ergo huiusmodi affectiones oportet per rationem compescere, ne circa talia plus afficiatur homo q; expedit, & q; rationabile est deoq; placitum. Vnde desiderium cibi & potus frenatur & ordinata ordinatione per sobrietatem, desiderium Venereum per castitatem, desiderium diuitiarum per liberalitatem & paupertatem, appetitus uinum per mititatem, motus tristitia per patientiam, amor excellentiae per humilitatem, & ita de alijs. Cum ergo curatus teneatur subditos suos instruere & hortari, ut passiones uidelicet iram, supbialem, impatientiam, concupiscentiam, auaritiam atque similitudinem, uincant, oportet eum in uirtutibus moralibus esse robustum & beneficium, ut passionibus & uitiis nequaquam subiaceat, immo q; alios docet, primo adimplat & supbos, iracundos, impatiētes, auaros, incontinentes ad humilitatem, mansuetudinem, patientiam, liberalitatem, continentiamq; reducat, orando, docendo, exemplariterque uiuendo. At uero, quæ causa cuiuslibet hois cu deo sit ualde magna, uidelicet bene uiuendo aeternam felicitatem acquiretere, uel male uiuendo perpetuam damnationem incurgere, & de tota uita sua & de omni uerbo otioso, & de uniuerso tempore sibi ad uitam concessio, in diuino iudicio reddere rationem, propterea oportet unumquemq; semper esse ualde sollicitum, timoratum ac custoditum, dicente Apostolot Matt. 10. Cum metu, timore & tremore uestram operamini salutem. Et rursus: Seruamus deo cu me mich. 5. tu & reverentia, atque constat q; causa eorum qui curam animarum habent, coram deo tanto est maior, quanto pluribus præsunt, dū & tanto sollicitiores, timoratores ac custoditores eos Philip. 4. esse necesse est, quippe qui pro tam multis redditibus sunt coram metu endissimo ac districissimo iudice rationem & teste Gregorio, Tot mortibus, tot aeternis damnationibus digni sunt, tot damnatorum supplicia patiuntur, quot de numero subditorum suorum ex eorum negligientia & carnali scandalis oportet uita perire contigerit & damnari. Atque qui alijs præest, non de suo laetetur honore, non securitate torpescat, nec inani resoluatur laetitia: sed diuinum semper expauescat iudicium, & sua perpendat pericula, faciat q; indefiniter omne quod potest in executione sui officij, considerans quod ait salvator: Cui plus datur Luce. 12. & commissum est, plus requiretur ab eo. Et quod in libro Sapientiae habetur: Iudicium sapientie uiuendum in his qui præsunt, fiet. Nonne CHRISTUS vehementissime indignabitur his, per quorum negligentiam & impianam uitam amittit animas, quas sanguine suo emit, sicut ait Apostolus: Empti estis pretio magnæ. Hinc secundum Hieronymum, summe cauere debet qui præest, ne aliqua mala suspicio oriatur de ipso in populo, præsertim in grege sibi communio, ne dispergatur perdat, quos colligere & saluare quantum in ipso est, debet.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

Articulus XIX. Ad qualem uirtutum eminentiam ratione pastoralis officij tenentur sacerdotes curati.

Quamuis sacerdotes curati in susceptione suæ curæ non se obligant uoto perpetuo ad opa pfectioñis, pastoralisq; suæ curæ, quin curæ possint relinquere & religionem intrare, tñ eo ipso quo alios spiritualiter regere, pascere, informare, corriger, iudicare q; habent, tenetur ad excellentiam quandam gratiæ ac uirtutum. Ut enim diuinus Dionysius pluribus in locis tam angelicæ & ecclesiastice hierarchia disseruit: Qui alios prælati, duces ac iudices sunt, de tanta debet plenitudo diuinorum charismatum esse, ornati, ut de abùndantia gratiæ suæ subditis suis ualeant communicare, influere, subuenire. Sint igitur mudi, ut alios possint purgare: sint docti ac sapientes, ut alios possint illuminare & edocere: sint iusti, ut alios iudicent recte, tanta bonitate replete, ut alioz malitijs non uincantur, sed sua potius bonitate alioz uincant malitiam: tantum mansuetudin ac patiētia extent, ut non solum alioz improbitate seu aduersis non prouocetur, imo aliorum impatiētia, iracundiamq; extirpent. Hinc sanctus Gregorius Nazianzenus fatebatur: Mūdiari prius oportet, & sic alios mundare, sapientem prius fieri, & sic alios facere sapientes, illumini fieri, & sic alios illuminare, ad deum accedere, & sic alios ad deum adducere: sanctificari, & ita sanctificare: manu habere rectas, & ita indigētibus porrigeere manus. Deniq; cu[m] sit ualde difficile in medio nationis peruersæ irreprehensibiliter conuersari, nec mala societate subverti, & inter strepitum ac inquietudines seculi à custodia interiori non impediri, & tamē hæc omnia ad sacerdotes pertineat curatos, omnesq; prælatos, ideo in dignitate magna uirtutum constantia. Ideo ait Ambrosius: magna sublimitas magnam debet habere cauteiam, honor grandi debet sollicitudine circuallari. Cui plus creditur, plus ab eo exigitur. Sanctus quoq; Gregorius quid ad bonum pastorem pertineat pandens, ait: Oportet ut sollicite secu studeat, quata tenenda re constituitur necessitate constringitur, sub cuiusq; administratione populus grecus uocatur. Sit ergo prælatus cogitatione mundus, actione præcipius, discretus in silentio, utilis in uerbo, fidelis in compassione proximus, præ cunctis contemplatione suspensus, bene agitibus per humilitatem socius, contra delinquētum uitia per iustitiam zelus erectus, internog; curam in exteriori occupatione non minuens, exteriori prudentiam in interiori sollicitudine non relinquens. Pastorem ergo oportet in uirtutibus esse bene fundatum, nec proprio delectari honore, sed diuini cultus promotione & animaz profectu, & corā deo seipsum q; dicitur diligētissime examinare, qualiter officij sui implet debitum, & quicq; peccati in se senserit, castigare ac emendare.

Articulus XX. Quomodo sacerdos curatus habere se debet in instruendo fidem commissos de credendis.

Quemadmodum in Secunda secudæ Tractatu de fide afferuit Thomas: Tempore euangelica legis tenetur omnes explicite credere prima credibili, scilicet oes articulos fidei, qui continentur in symbolo apostolorum, ita q; tenentur habere fidem explicitam trinitatis & incarnationis passionis Christi, ac cæterorum quæ in symbolo continentur præfato. Vt enim ait Gregorius: Secundum incrementa procerum temporis crevit fides, quantum ad explicationem maiorem. In principio quippe multi maiores in populo uidelicet patriarchæ, ut Adam, Seth & Enoch, Noe & similes habuerunt fidem explicitam unius dei & prouidentiae eius. De Christi aut aduentu atque mysteriis habuerunt fidem implicitam, utputa credendo sicut credebant maiores, & q; deus prouiderer salutem humanam: secundum modum sibi notum ac placitum. Ideo secundum Augustinum & omnes doctores: A principio mundi semper neceſſe fuit credere illud breue Augustinum & omnes doctores: A principio mundi semper neceſſe fuit credere illud breue symbolum fidei, quod ad Hebreos ponit Apłs, dicens: Accedenter ad deum oportet credere quia est, & quia regretribut remunerator sit. In quo duo apte taguntur: Primum, q; deus est, & in hoc implicitè continetur fides trinitatis: secundum, q; deus est remunerator seruientiū sibi, in quo implicitè continetur fides mysteriis Christi, uidelicet q; filius dei sit in carnatus & passus pro hominib; liberatione, quia p; Christi deus premia beatitudinis dare dispositus. Itaq; curatus diebus festiis instruere populu suum de credendis, symbolum apostolorum ei proponendo & exponendo. Non tñ oportet ut plebs cōmuniſ ſciat credenda p; articulos fidei. Insuper potest curatus uicissim tempore congruo aliqualiter exponere rationes aut argumenta fidei Christianæ, i.ea per quæ cognoscimus fidem nostram esse à deo, quæ sunt innumera miracula, foliæ deo possibilia, p; Chrm & eius apostolos ac alios sanctos ad

Dionysius

Philip. 2.

Luc. 12.
Gregorius.

Augustinum
Hebr. II.

DE VITA CVRATORVM.

481

fidei confirmatione copiosissime facta. Deinde testimonia scripturar; ueteris testamēti, & sanctitas uita, quæ lex euangelica docet. Deus namq; quum fit essentialiter ueritas, ipse ne Iohann. 14, quæ est potest testis aut confirmator falsitatis. Sunt quoq; alia multa, quibus ostenditur fides Christiana esse à deo.

Articulus XXI. Expositio symboli fidei ab apostolis editi.

Ver autem sacerdos curatus seu aliis loco eius, expeditior fit ad instruendum populum de credendis, aliq; de intellectu symboli fidei ab apostolis editi plane ac superficialiter atq; breuissime tagam, prout sufficit ad instructionem simplium. Est autem symbolum fidei unum ab apostolis factum, quod pueri discunt in scholis, quia id potissimum scire seu credere ad omnes spectat fideles. Aliud est symbolum in Niceno concilio factum, quod in missa cantatur. Tertium ab Athanasio Alexandrino patriarcha compositum, quod cantatur in Prima. Itaque glorioſi beatissimiq; apostoli ante suam ab iniuicem diuisionem compofuerat symbolum fidei, in quo doctrina euangelicæ legis quasi in speculo compendiosissime continetur, atque ab iniuicem credentibus concorditer creditur. Itaque glorioſus princeps apostolorum & plenus Christi uicarius Petrus, tanquam ipsius iniuicem alius patrum, pastor & prefus exorsus est: CREDO IN DEVM PATREM OMNIPOTENTEM CREATOREM COELI ET TERRÆ. Quamvis autem quod ait, Deum patrem, posse capi coniunctim, quod sit sensus, credo in deum patrem, id est, in personam patris, communius tamen & aptius divinum accipitur, ut sit sensus: credo in deum, i.e. in unum solum uerum summumq; deum, ut in hoc quod ait, credo in deum, designetur unitas deitatis seu diuinæ essentie. Idcirco in symbolo patrum Niceni conciliij clarius dicitur: Credo in unum deum. Porro deus est summus, primum, perfectus ac independens, uniuerorum scientiam ac prudentiam habens. Et tale ens, non est nec esse potest nisi unum. Itaq; Credo in deum, absolute dictum prædicatur, de qualibet persona diuina, scilicet patre & filio ac spiritu sancto, & de tribus simul personis seu de trinitate. Idcirco quum Petrus dixisset, Credo in deum, mox addidit, patrem omnipotentem, ad insinuandum quod deus uerus & summus sit realiter pater eternus. Sic igitur credo in deum patrem omnipotentem. Pater enim omnipotens est: quoniam sicut eius essentia, ita & eius potentia nullus est finis, nulla mensura, nullum obstatu: immo eius essentia est eius potentia. Omnia sunt ipsi possibilia, cuncta facilia, immo uniuerſa & que facilia. Infinitæ namque potentiae nihil potest resistere, nil difficultatem affere. Ideo angelus ait uirginis sanctæ: Non erit impossibile apud deum omne uerbum. Et Ieremias: Domine, non erit tibi difficile omne uerbum. In hoc quoque est deus omnipotens, quod potest omnia qua uult, & sicut uult, & quæ uelle est perfectionis ac nobilitatis, non infirmitatæ & imperfectionis. Vnde ob hoc quod deus in natura diuina non potest proficer, ambulare, comedere & peccare, non sequitur eum non esse omnipotentem. Deniq; quamvis persona patris dicatur pater ratione creationis & gubernationis ac alijs causis, sicut & filius & spiritus sanctus: immo hoc modo tota trinitas benedicta & adoranda est unus pater, sicut & unus deus, cui quotidie dicimus, pater noster qui es in celis: tamen hoc loco persona patris dicitur pater ratione generationis eternæ, qua eternaliter genuit filium sibi consubstantiale, coæ qualem & coæternum, iuxta illud Isaiae: Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam dicit dominus? Et in Psalmor. Ex utero ante Lucifer. Psal. 109 sum genui. Atque ut afferit Augustinus: In hoc paterq; pater sit omnipotens, quoniam filium sibi coæ qualem, coimmensum ac omnipotentem gignere & uolunt ac potuit & genuit. Sequitur, Creatorem celi & terræ, per celum & terram quasi per duo extrema, in religenda sunt uniuerſa uisibilita & inuisibilita, corporalia & incorporalia, superiora & inferiora: quæ omnia à deo creata sunt, uel immediate quo ad se tota, ut angeli boni ac mali & animæ rationales, corpora quoque celestia & quatuor elementa: uel mediate, quantum ad partem, uidelicet quoad primam materiam materialium omnium, quæ in principio munus per creationem producta est. Et sic homines dicuntur creati, quoniam tamen primus homo dicatur factus de limo terræ, & uxor eius de latere eius. Sed anima à deo immediate creatæ sunt, quoniam creare est actus infinitæ potentiae, soliq; deo possibilis. Et q; pater dicitur creator celi & terræ, non est intelligendum quod filius non sit creator celi & terræ ac eius spūs sanctus. Quilibet namq; diuina persona est omni regnante creator. Hoc S. Thomas probat & afferit: Vnu principium, unusq; finis uniuerſorū, quemadmodum triū personarū una est deitas, una essentia, una omnium potentia, una potestas, & ita de ceteris quæ deo absolute con-

Luca. 1
Ierem. 32.

Ghez.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI

conuenient. Hinc trium personarum una & indistincta opatio est ad extra, unde opera trinitatis in diuina dicuntur. circa hoc duplex est quaestio: Prima, quā fides sit eorum quae rationem transcendat, quomodo unum esse deū est articulus fidei, cū philosophi hoc ipsum per naturalem probauerint atq; agnoverint rationē: Secundo, quā credere deo, sit credere uera esse quae deus dicitur credere deum, sit credere deū effe credere in deum, sit per fidem charitate ordinaram in deū tendere, an homo in mortalē existē peccato, possit uere & absq; culpa dicere. Credo in deū, quā talis non habeat charitatē. Et respondēdum ad primum, qd; licet per rationē proberet & seruetur qd; unus sit deū uerus & summus, tamē unum esse deum ad modū quo fides ponit unū deum, ut puto habentē uniuersorū ac singulorū perfectā prouidētiā, distictissimāq; notitiam, non innoteat p rationē tam sufficiēter & clare, sicut p fidem. Nam & maiores & meliores philosophi circa prouidētiā atq; scientiam dei multi plūciter errasse noscuntur. Ad secundum dicēdum, qd; talis peccator quāuis in propria psona non sine mēdacio & peccato diceret, Credo in deum, tamē in psona ecclēsiae (cuius p fidem aliqualiter mēbrum est) potest hoc dicere sine falsitate & culpa, sicut & illud in oratione dñica. Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittim debitoribus nřis, dato qd; suis debitoribus non ignoscat. Hoc doctores scholastici concorditer asserunt. Sequitur in symbolo: ET IN IESVM CHRISTVM FILIVM EIVS VNICVM DOMINVM NOSTRVM. Istud Apostolus Iohannes legitur addidisse. & est sensus: Credo non solum in deum patrem, sed etiā in unigenitum filium eius, cum filius dei sit uerū deus, prout in prima ea nonica Iohannis legitur: Scimus quoniā filius dei uenit, & dedit nobis sensum ut cognoscamus uerū deum, & simus in uero filio eius Iesu Christo. Hic est uerus deus & uita eterna. Ita qd; in filium secundū qd; est uerus deus, credendū est tanquā in fidei principale obiectum, in cuius fructuō nostra cōfisiit felicitas, propter quod ipse deifilius ait: creditis in deum, & in me credite. Vbi loquitur Augustinus? Consequēs est ut si credant in patrem, credant quoq; in filium: quod nō esset cōsequens, nisi & filius esset deus. Porro in filium dei secundum quod homo est, credendū est tanquā in uia & medium ptingendi ad beatitudinē ueram, & tanquā in illud in quo beatitudo nostra secundario sita est. Primo quippe principia literis cōfisiit in uisōne deitatis seu trinitatis secundario in uisōne humanitatis Chri. Ad quod probandū Thomas allegat, quod apud Iohannem filius loquitur patri: Hec est uita eterna, ut cognoscāt te solum uerū deum, & quem misisti Iesum Christū. Et iuxta hūc modum cetera Christi mysteria, de quibus in symbolo sequitur, cadunt sub fide. Chri autē est unicus filius dei, loquendo de filiatione perfecta & generatione naturali atq; eterna, qm̄ filius habet a patre ueram deitatis naturā per generationem naturalem & propriē dictā. Alij uero sunt filii dei per gratiā adoptionis, praedestinationis, seu glorificationis, iuxta illud Iohannis: Quotquot receperūt eum, dedit eis potestatem filios deificari. Et in psalmo: Quis similis erit domino in filiis dei? In sup. Christus erat dñs nōster per principialem auto ritatem secundum quod deus, & p potestate in tempore sibi datam secundum quod homo. Vnde apud Matthēū protestatur: Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. Hæc nēpe potestas in quantū cum sua essentia, data est Chri in sua incarnatione. Eodē enim momēto, quo Christi humanitas unita est uerbo eterno hypostatica unione, prælata est ipsa eius humanitas omni creaturā: sed in resurrectione Christi data est ipsi potestas ista quantum ad manifestationē, quā extunc per apostolos & alios sanctos prædicationem atq; miracula coepit toti mundo in suuari, qd; Christus ut homo omni esset creatura prælatus. Ista est Damasceni & aliorū doctrina. Vnde ait Apostolus: Christus exinanuit semetipsum, formam seruū accipies: propter quod deus exaltauit illum, & dedit illōmē quod est sup omne nōmen. Sequitur: QVI CONCEPTVS EST DE SPIRITU SANCTO, NATVSEX MARI VIRGINĒ. Istud Iacobus maior apposuisse dicitur: ubi tangitur incarnatione Christi & nativitas eius ex uirgine glorioſa. Eternū filius deificatus est homo, assumēdo naturā humanam in uero uirginē, ex cuius purissimis sanguinibus spūsanctus in instanti corpore fornauit, atq; animam rationale eidem per creationē infudit: & in eodem instāti utrūq; ita unūm unigenito dei filio psonali unionē coniūxit, ita qd; in Chri sunt duæ nature, uidelicet diuinitas & humanitas, sed una tantū psona: quia humanitas est ad psonale esse ybi as sumpta, & in eodem ineffabiliter supposita, prout sup tertium Sententiārū scribunt doctores, & Damascenus in tertio libro docet. Quāuis autē Christi incarnatione, conceptio, nativitas ex uirgine & à tota trinitate simpliciter factē sint, cui⁹ indiuisa sunt oga, nihilomin⁹ spiritus in participationem à p̄ se suscepit. INDE VENTVRVS EST IVDICARE VIVOS ET MORTVOS. Hoc sanctus euangelista Matthæus apposuit. Christus itaque in die nouissimo quoad suam humanitatem corporaliter descendet de celo empyreo, & residēs in aere iudicabit uiuos & mortuos, tam illos qui interim moriuntur, quam illos qui tunc uivi inueniētur, sed in igne conflagrationis morientur, & protinus cum alijs fuscitabuntur, quemadmodum super 4. sententiārū scribūt doctores. Sequitur: CREDO IN SPIRITVM SANCTVM. Hoc addidisse legitur sanctus Iacobus minor. Est ergo credēdum in spiritum sanctum sicut in uerum deum, patri filio & equalē, consubstantiale, coeternale, ab utroq; procedente, qd; est tertia in superbeatissima trinitate persona suauissima, amor patris ac filii pax, nexus osculari amborum. SANCTAM ECCLESIAM CATHOLICAM, Hoc Simon Thadæus legitur addidisse. Et est sensus: Credo militatē ecclesiam esse sanctā & uniuersalem. Ipsi nāq; ex oībus gentibus est collecta, & à spūsancto spūaliter uiuiscatur fide, charitate &

DE VITA CVRATORVM.

482

ricordia dei ad homines: Bonitas uero, pietas & charitas spiritus sancto appropriantur. Natu rū uero demum est Christus ex uirgine, quae fide concepit, & saluo ac integrō uirginatu signaculo peperit, ac uirgo purissima permanit, sequitur PASSVS SVB PONTIO ^{Iohann. 19.} PILATO, CRVCIFIXVS, MORTVVS ET SEPVLTVS. Istud Andreas scribitur ad didisse. Christus uero diuinitate sua imp̄assibili & inuariabili permanente, passus est secundum naturam humanam pro totois humani generis redēptione atque salute, sicut Isaia p̄ predixit: Vere languores nostros ipse tulit, cuius liuore sanati sumus. Et in Apocalypsi fertur de CHRISTO: Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. DE SCENDIT AD INFERNĀ. Hoc sanctus apostolus Thomas (ut legitur) addidit. In Christi enim morte separata sunt ab inuicem corpus & anima, sed utrumque manit uerbo & ter no unitum: & quantum ad corpus, fuit sepultus: quantum ad animam, descendit ad inferna. Totum nam que a suis partibus quādam denominations fortuit. Deniq; ^{Isaie. 52.} infernus capit. putatur quatuor moqis: Primo, pro loco damnatorum, qui est infernus inferior, in quo nulla extat redēptionis, uix illud in psalmo: In inferno autem quis confitebitur tibi: Secundo, pro Purgatorio, sicut in Offertorio officij defunctorum cantatur: Domine IE SV Christe sex glori, libera animas omnium fidelium defunctorum de manu inferni. Tertio, pro limbo puerorum, qui propter originale peccatum æternā felicitate priuatūr. Nam meritum passionis Christi eis applicatū non est, non tamē sensibilē habent poenā. Quarto, pro limbo sancto, patrum, de quo in Genesi Iacob sanctus fatetur: Descēdam ad filium meū lugens ^{Gen. 37.} in infernum, & ita iam sumitur. Ad hunc ergo infernum Christus in puncto suā mortis descendit, quātum ad animam suam: fuit qd; ibi cū patribus usq; ad illud momētum quo resur rexit à mortuis. Eodē quoq; instanti quo Christus līumbum illum in trauit, omnes sanctos ibi detentos suā diuinitatis beatifica uisōne illustrauit, & uere beatificauit. Tunc enim sati ficit plenarie pro originali peccato, pro cuius reatu sancti ibi detinebantur, atque à gloria differebantur, prout doctores super quartum sententiārū scribunt. Et tunc Christus illud Osee adimpleuit: Ego mors tua d̄ mors, mors tuus ero in ferne. TERTIA DIE RE ^{Osee. 14.} SVRREXIT A MORTVIS. Hoc (ut legitur) sanctus aplus Bartholomaeus adiecit. Et sumitur hic dies pro die naturali, qui est spatium uigintiquatuor horarū, noctem includens: sic hebdomada dicitur duratio septem dierum. Christus enim surrexit uel media nocte, ut uel detur uelle Gregorius uel ual de mane, quod uerius creditur, quum euangelista Marcus affirmet: Sur gens Iesus mane prima sabbati. Tunc ergo Christus surrexit, quia tunc ^{Marc. 16.} anima eius de limbo ad corpus eius regrediens, simul cum illo de clauso exiuit se pulchro, quemadmodum de clauso virginis prodīctuero. ASCENDIT AD COELOS, SEDET AD DEXTERAM DEI PATRIS OMNIPOTENTIS. Hoc beatus Philippus apostolus scribitur addidisse. Cum enim Christus per dies quadraginta post suam resūrectionē mansisset in terris, atque per uaria argumenta si uere resūrrexisse monstrasset, quadragesimo die uidentibus discipulis ascendit in celum, secū ducens sanctos quos de limbo eduxit, sicut Zacharias propheta p̄ dixit: Et tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti uinculos lacu, in quo non erat aqua. Et Micheas, Ascendit pandens iter ante eos. Atque Psal mista, Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem. Item qd; A summo celo egressio eius, & oc cursus eius usque ad summum eius. Denique, Christus secundum suam diuinitatem sedet ad dexteram patris, id est, & equalis est patri, & in ipsis & qualitate regnat ac residet: secundum assumptionem uero humanitatem sedet à dextris patris, id est, in potioribus bonis p̄ sis quia p̄ omnibus sanctis maiore beatitudinem, diuinę & ḡbonitatis participationem à p̄ se suscepit. INDE VENTVRVS EST IVDICARE VIVOS ET MORTVOS. Hoc sanctus euangelista Matthæus apposuit. Christus itaque in die nouissimo quoad suam humanitatem corporaliter descendet de celo empyreo, & residēs in aere iudicabit uiuos & mortuos, tam illos qui interim moriuntur, quam illos qui tunc uivi inueniētur, sed in igne conflagrationis morientur, & protinus cum alijs fuscitabuntur, quemadmodum super 4. sententiārū scribūt doctores. Sequitur: CREDO IN SPIRITVM SANCTVM. Hoc addidisse legitur sanctus Iacobus minor. Est ergo credēdum in spiritum sanctum sicut in uerum deum, patri filio & equalē, consubstantiale, coeternale, ab utroq; procedente, qd; est tertia in superbeatissima trinitate persona suauissima, amor patris ac filii pax, nexus osculari amborum. SANCTAM ECCLESIAM CATHOLICAM, Hoc Simon Thadæus legitur addidisse. Et est sensus: Credo militatē ecclesiam esse sanctā & uniuersalem. Ipsi nāq; ex oībus gentibus est collecta, & à spūsancto spūaliter uiuiscatur fide, charitate &

^{Actus. 1.}
^{Zach. 9.}
^{Mich. 2.}
^{Psal. 67.18.}

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI

spe, alijsq; charismatibus gratia, virtutum ac donorum. Gubernatur quoq; spiritus sancto, qui eam non permitit errare, & semper sunt aliqui boni ac virtuosi in ea. Habet etiam sancta & sanctificata sacramenta. Est itaq; una unitate fidei, spei & charitatis; unitate etiā corporis sui principalis, quod est Christus; deinde de capitis secundarij ac uicarialis, quod est pontifex Romanus, qui est generalis, plenus & summus Christi uicarius sup uniuersalem militantem ecclesiam. SANCTORVM COMMUNIONEM. Hoc sanctus apostolus Iudas legitur adiecisse. Et est sensus: Credo quod virtutes & merita bonorum sibi inuicem communicauntur, sicut ait Psalmista: Particeps sum ego omni timentium te & custodiens manda tua. Charitas namq; facit omnia esse communia. Deniq; sancti & uere fideles sunt unum mysticum corpus. Ideo sicut in corpore naturali operatio unius membra reducat in utilitatem alterius, ita & in mystico corpore ecclesiæ opera virtuosa unusquisque per charitatem applicantur & communicantur. Deniq; quanto quis aliquorum spirituali affectu profectui ac virtuosis operibus amplius ex uera charitate congratulatur, atq; pro illis cordialiter precatur, eo coq; merita ipsi abundantius comunicantur. Rursus, qui bono exemplo aut uerbo salubri seu alio modo alios ad bene agendum inducit, illorum est participes meritos, & hoc bonis praeditis præcipue copiet. Nec incredibile hoc putetur, cum consentiendo, hortando, ex eplum praebendo fiat unusquisque particeps uitiorum, dicente apostoli: Non solū morte digni sunt qui faciunt ea, sed etiā qui consentiunt facientibus. Et iterum: Nolite comunicare infructuosis operibus tenebræ, magis autē redarguite. Proprietatem illarum in beatitudine, quod in patria seu regno cœlesti est communia beatitudinis per ardentissimam eosq; mutuam charitatem & cordialissimam congratulationem. Ideo dicit Gregorius: Quod unus beatus non habet plenarie in seipso, hoc per charitatem habet in alio. Addidit quoq; (ut legitur) idem Apostolus: REMISSIONEM PECCATORVM, i.e. peccata posse remitti in seculo isto, qdū durat hæc uita. Tota nēpe hæc uita, peregrinatio est & via ad aliam uitam, idcirco usq; ad terminum huius uitæ est locus & tempus meritorum. Vnde p. Eze chielém dñs ait: In qua cunq; hora peccator conuersus fuerit & penitentia egerit, oim iniuriatu eius non recordabor. In fine autem uita presentis non est tempus merendi ac demere di, propter quod afferit Damascenus: Quod angelo est casus, hoc homini mors est, & salomon protestatur: Vbiq; cederit lignum, sine adiutori sue ad aquilonem ibierit. Quemadmodum enim angelii sunt uel inauertibiliter ad deum conuersti, uel inconvertibiliter ab eo auerti, ita & aia inuariabiliter manet in illa dispositione seu affectione, in qua recedit a corpore. Postremo subditur: CARNIS RESURRECTIONEM ET VITAM AETERNAVM. sanctus Matthias apostolus apposuisse describitur. & est sensus: Credo quod sine seculi corpora hominum suscitabuntur, & animabus proprijs reuinientur. Et qui bona egerunt, ut ait saluator, ibunt in uitam aeternam: qui uero mala, in ignem aeternum. Ideo sequitur, Vitam aeternam, i.e. credo quod electi & virtuosi habeant pro premio beatitudinem aeternalem, quæ est uisio dei clara per speciem, ut apud Iohannem loquitur Chriſtus patri: Haec est uita aeterna, ut cognoscant et solum uerum deum. Et rursus obediens sibi promittit: manifestabo eime ipsum. Vnde & Paulus: Videmus nunc per speculum & in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. Sic & Iohannes in I. sua fætæ canonica: Videbimus eum sicuti est. Ecce expositi symboli fidei ab apostolis copiatis, subscriptis & brevis, quanti ad informationem sufficiunt. Postremo, quidam ponit XII. esse articulos fidei, secundum numerum XII. apostolorum, qui symboli fideli copiosi sunt, id qd uniusquisque apostolus coposuit, pro uno computates articulo, sed illa positio & fidei articulo distinctio, subscriptis ac ruditè ceteratur, cii in clausula sancti Petri apostoli tres tanguntur articuli. Alij ergo subtilius dicunt, qd cum fides sit de his quæ ratione excedit, ubi occurrit specialis ad credendum difficultas & impetrabilitas rationis, ibi est specialis articulus fidei. Vnde credibilius quædam ptinent ad deitatem, quæ dā ad humanitatem. Circa deitatem primo proponit nobis credenda unitas diuinitatis, & de hoc est I. articulus: scđo trinitas personæ, & de hoc sunt tres articuli, scilicet de persona qualibet unus. Deinde proponuntur nobis credenda opera deitatis, & primo opus creationis, de quo est guttus articulus: scđo opus iustificationis, de quo est articulus sextus: tertio opus glorificationis, de quo est articulus septimus. Similiter ponuntur septem articuli circa christi humanitatem: primus est de Christi incarnatione, secundus de eius nativitate, tertius de eius passione, morte & sepultura; quartus de eius descensu ad infernum, quintus de eius resurrectione, sextus de eius ascensione, septimus de eius aduentu ad iudicium. Hanc distinctionem ponunt Thomas in Secunda secundæ quæst. I. Quidam nihilominus ponunt duodecim articulos

Philippi.

Rom. 8.
Ephes. 5.

Ezech. 16.

Ecclesiast.

Iohann. 5.

Iohann. 17.
Iohann. 14.

Corin. 13.
Iohann. 3.

DE VITA CVRATORVM.

43

Ios fidei, non secundum numerum duodecim apostolorum, sed secundum aliā considerationem: qm̄ tres articulos de fide trium personarum, comprehendunt sub uno articulo, quia eadem est trium cognitionis persona. Articulum uero de opere glorificationis distinguunt in duos, uidelicet in articulum de carnis resurrectione, atq; in articulum de glorificatione aia. Articulum quoq; de Chriſtus incarnatione & nativitate sub uno concludit.

Articulus XXII. Qualiter sacerdos curatus uel uicarius eius aut prædictor, instruere debet plebe suā circa diuinorum obseruantia mandatorum.

AD hunc deus creauit gen' humanum, ut diuinis obediendo preceptis, ad aeternam uitam post hanctum pertingat. Ideo in euangelio ait saluator: Si uis ad uitam ingredies, serua mādata. Dedit igitur deus homini ratione & intellectum, ut creator suum agnoscat, timeat, diligat, ueneret, atq; in cœlesti gloria feliciter apprehendat, eternaliterque possideat. Hinc S. David loquitur deo: Numquid uane cōstituisti oēs filios hominum, quasi dicat. Non utique. Et de insipientibus atq; infidelibus ista non ppndentibus in libro Sapientiae scripta est: Aestimauerūt lusum esse uitam nřam, & conuersationem uite ad lucra composta, & oportere undecunq; ac grere. Tales sunt hoīes qui non attendunt pro uidētriam dei, neq; perpendunt si ad prefentia summi iudicis omnia intuentis agere cuncta quæ agunt, atq; de uniuersis suis cogitationib⁹, affectionib⁹, uerbis, cōmissis & omisissis strictissimo iudicis ratione daturos: numquid sic agūt, sic uiuāt, tam intimorate, tam impudēter & turpiter ac innarrabiliter peccat, quasi non esset deus, nec prouidētia, neq; futurū iudicium. De qbus Salomon dixit: Quiā nō cito proferit cōtra malos iudicium, absq; ullo timore filij hominum ppetrant mala. Et psalmista: Nō est timor dei ante oculos eorum. Itaq; uolēti deo placeat & saluari, primum esse est obseruare X. præcepta, quæ cōtinent in his uerbis:

Vnum credere deum, nec iures uana per ipsum.

Sabbata sanctifices, habeas in honore parentes,

Non sis occisor, fur, mœchus, testis iniuriosus.

Alterius nuptiam, nec rem cupias alienam.

Primum ergo præceptum est, unū credere deū: quod nō est intelligendū de informi seu forma nuda qd fide, de qua Iacobus ait apostolus: Sicut corpus fine aia mortuum est, sic fides sine operibus mortua est in seipso a fide formata. i.e. charitati atq; operibus bonis unita, de qua apostolus afferit Paulus: In Iesu Christo circuncisio nihil ualeat, sed fides quæ per dilectionem operatur. Est ergo primū præceptū, ut unum solum uerum aeternū oportenter tempore deum credamus, adoremus, metuamus ac reuereamur. Qui cum sit uniuersorū summus princeps & rex, omniūq; collator & conseruator bonorum, summe est diligēdus, ac summo & singulari uenerandus honore, tanquam solus p. si potens succurrere & saluare, ac solus uniuersis incomparabiliter eminentis, utputa deus infinitae maiestatis ac glorie, à quo suscepimus quicqd boni habemus & sumus. Hinc solus deus dicitur cultu latræ honorandus. Latræ quippe secundū Augustinum & Ciceronem, est uirtus qua deo cultū ceremoniamq; impletat. Actus autem latræ sunt de uotio, oratio, adoratio, sacrificio & oblatio. Vnde qui hos actū falsis dñs idolis exhibet, rite vocatur idololatre. Hinc per Iaia loquitur dñs: Ego dñs, hot est nomen meum! Gloriā meā alteri non dabo, ne claudē meā tculptibus. Apostolus quoq; Regi inquit, seculorum immortali, inuisibili, soli deo honor & gloria. Quod si creaturis aliqbus, scilicet superioribus & praeditis ac virtuosis, honor & laus aliq; impendantur, hoc fit inquantu aliiquid diuinæ perfectionis participant, aut deum quodāmodo ressentiantur, deoq; totum principaliter atq; finaliter ad dei est laudē & gloriam referendum. Nam deus in suis operibus ac uicariis honoratur & in honorat, qbus & protestatur: Qui uos audit, me audit; & qui uos spernit, me spernit. Itaq; quædāmodū rationalis creatura à deo profluxit, sic salus & finis atq; perfectio eius, ut deo creatori suo uniat, inhæreat, perfruat. Propterea deus per prophetas sacerdotis nos hortatur ut cōuerteremur ad ipsum. Sic enim loquitur p. Iohannem: Cōuerterimini ad me in toto corde uero. Propterea secundū sanctos doctores, cōtra I. de fœcceptum iam tactū, non solum agunt in fideles idola adorantes, sed etiā uniuersi impie Christiani, & qui cuncti in peccato latent mortali: qm̄ omnes huiusmodi creaturae magis inhærent qd creatori. Sunt namq; mente à deo auerti, & bonis creatis, cōmutabilibus & caducis, carnalibus seu terrenis corde coniuncti sunt, & plus qd deum amant, quærunt & cogitant talia. Insug, qui tantum diligēt uana & uitiosa, qd malent deum non esse illa, relinquere uel qui uellent deum non esse iustū aut omnia cognoscēt, quatenus libere & impune possint peccare, contra prædictū præceptum enormiter peccant. Agūt qd

Iacob. 1.

Gal. 5.

Hebreo 1.

Lucas 10.

1 Tim. 1.

1 Cor. 13.

Exodus 20.

Exodus 20.

Zacharias 1.

Romanus 1.

Iohann. 17.

Iohann. 14.

Corin. 13.

Iohann. 3.

Ezech. 13.

Osee 14.

Iohann. 2.

Zacharias 1.

Romanus 1.

ooo qd

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

Hebr. 13.
Apocal. 2.

Gcontra praeceptum hoc, qui sortilegos consulet uel diuinos, uel q utuntur pomis inscriptis aut schedulis collo suspis, aut characteribus seu alijs credulitatibus uanis, quasi non esset deus satis bonus, potens aut sapiens ad iuuandū eos, quantū expedit salutē eorum. Aduersitates nancq; infirmitatesq; damnata atq; similia, frequenter summe expedient homini. Ideo nihil illicitū fieri debet ut homo a talibus liberetur, sed patienter sustinēdāe sunt castigatio-nes dei, qui ait: Ego quos amo, arguo & castigo. Postremo, contra prefatū peccant praecep-tum, q opus dei negligēter persoluunt, q cū torpe atq; fastidio seruiunt deo, qui tempo-ralibus dñis principibusq; prælatis magis optat placere, ac diligenter obsequitur q deo, & talibus propter propria cōmoda blādiuntur: & filios suos aut filias aut uxorem magis amant q deum, quærētes ditare, exaltare, delectare siue mulcere illos, intantū q agūt pro-ppter hoc cōtra dei præcepta, dum fiunt auari aut libidinosi.

Articulus XX. Quantum & qualiter diligendus fit deus ac etiam proximus,
& de uero ac spirituali amore dei & proximi.

Exod. 32.
Deute. 5.
Mact. 22.
Luce. 10.
Marcas.

Amor tri-
plex.

Iohā 4.
a. Colm. 2.

Quam summe & incōparabiliter debeam dīligere dñm deū nřm. Moses legifer Iudeor., & Chfs legislator Ch̄riano, euidenter atq; cōcorditer docēt. Moses nāq; sic ait: Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota oia tua, & ex tota fortitudine tua. Deniq; Marcus scribit, quō Iesuſ interrogat⁹ a legiſ doctorē qd eset mandatū primū in lege, r̄ndit: Primū mādatū est: Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo, & extota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota uirtute tua. Secundū autē finiuē est illi: Diliges proximū tuū sicut teipsum. Itaq; p̄cipitur nobis diligere deū quasi sine mentu-ra, & q̄nq; incōparabiliter sup oia. Ideo qcung; uere & spiritualiter seu meritorie diligit deū, quantūcunq; paꝫ diligit eu, oportet ad min⁹ q plus diligit ei q quācung; creatura, imo q simil uniuersa creataraliter no uere & meritorie diligeret deū, sed creaturā creatori p̄ser-ret, & effet in peccato mortali. Idcirco Augustino testante: Minima diuinī amoris particu-la, maior est maximo totius mundi amore. Præterea, quia diligere tenemur proximum, i.e. oēm rationalem creaturam felicitatis capacē, sicut nos ipsos, ideo tenemur unūqueng; ho-minē uiatorē plus diligere q̄ oēs diuitias seculi huius, & q̄ oia bona mundi qua insta homi-nem sunt, imo plus q̄ propriū corpus corporalē q̄ uitam: quia non solū charitas, sed etiam ordo charitatis cadit sub præcepto, secundū doctores cōcorditer: ita q̄ primo & maxime tenemur diligere deū, deū nō ipsos, tertio pximos, q̄to propriū corp⁹. Cetera oia charita-ti dei sunt postponēda. Ideo gliber Ch̄riano tenet sic stare, q̄ mallet nō solū oia bona sua exteriora, sed etiā suā corporalē uitā amittere, q̄ aiam cuiuscūq; pximi sui p̄ire. Oportet ergo scire qd sit deū uere diligere, qd seipsum uere spiritualiter q̄ amare, qd etiā sit diligere pximū sicut seipsum. Est ergo sciendi triplices amor. s. rōnalis, naturalis & spiritualis. Et istud oportet diligēter aduertere, ut sciat homo inter uerā & meritorię dilectionē, & inter amorē fallacē & no spiritualē discernere. Itaq; amor carnalis ē, q̄ q̄s alteri sensualiter afficit ppter commodū p̄ale seu delectamentū carnale, sicut hoies libidinosi se inuice amāt. Rur-fus, amor carnalis est, q̄ q̄s alteri cupid aut uult sensibili & tpali bona, uidelicet carnale delicias, tpales diuitias, humanos honores. Et tali amore multi patētes diligunt sibōlē suā, multi q̄ q̄s seipso, id est amor ē uitiosus. Porro amor naturalis in coiocatione originis uel naturae fundat, & est affect⁹ q̄ q̄s alicui afficit ppter similitudinē naturę, uel ppinq; trātē ori-ginis, uel cōuenientiā naturalis dispositionis, uel ppter bonitatem naturale ip̄f, uel affect⁹ q̄ q̄s alicui cupid aut uult dona naturę, uidelicet esse, sentire, uiuere, intelligere, sanitatem & ro-bur atq; similia. Sic q̄ q̄s patētes & filii ac cognati se inuice solēt diligere. & hic amor nec uitiosus, nec virtuosus, nec meritorius, nec demeritorius est in se: sed q̄ ordinat ad spiritualē dilectionē & illi substernit, ac ea p̄ficit, tūc est utilis & fomētum ac in cētuū spiritualis amoris si uero ita non ordinetur, carnalis efficitur (ut frequenter) & peccandi occasio. Deniq; quis deus sit simplicissimus atq; purissimus spiritus, quidam tamē quasi carnaliter diligit eum, oēs uidelicet, q̄ diligunt deū propter exteriora & carnalia bona que ab ipso sortiti sunt. Et quia in temporalibus eis bene succedit, referendo talia principaliter ad seipso, hoc est, ad sua cōmoda atq; delicias, nō ad sp̄uālia bona ac dei honorem, ideo talis amor nō est uerus, me-ritorius & salubrissim⁹ qui taliter amant deum, sunt in mortali peccato damnationisq; statu. Naturaliterq; amore diligere deū, uel propter suā bonitatem ut naturali rōne noscibile, uel ppter bñficia sua in se cōderata, nec meritorius nec demeritorium extat. Nam & multi gēti taliter amant deū. Est igit̄ tertius amor qui dicitur spiritualis, quo q̄s alicui cupid & uult dona grē & dona glorię in futuro uel affect⁹, quo q̄s diligit aliquē propter boni-tatem

DE VITA CVRATORVM.

484

ratē suām gratitiam, uel propter bonitatem summam, que est bonitas siue essentia beatitudi-nis summa supernaturaliter cognita: & hic amor dicit charitas proprie, que est habitus supernaturalis, creat⁹ infusus, q̄ deū proximūq; diligimus: deū uidelicet, propter purā gñ-a-lemtē ip̄f, immēfam proximū uero (i. nō metipsos & alios) in deo & scđm uolū-tatē ip̄f, uidelicet ut p̄ dona grē & glorię unām uero deo in hoc seculo & in futuro. Quicū-
q; ergo uult sibñpsi uel alteri aliqd saluti contrariū, seu diuina lege prohibitū, utputa uoluptates carnales, supfluas opes, prosperitatem mundanā, transitoriosq; honores, nō ueraciter dilit, imo miserabiliter ac stolidē odit seipsum uel alteri, iuxta illud in Psalmo: Qui dili-
git iniquitatem, odit aiām suā. Debemus igit̄ deū toto corde, i. integrā uoluntate diligere, ut ad nullā rem tm̄ aut plus afficiamur q̄ ad deū, sed oia ordinem⁹ ad ipsum, ad eius amorem, ad eius gloriam & honore, & ipsum p̄z cunctis diligamus, uolendo ei quod ipse est, utputa infinitā perfectionē, excellentiam & gloriā suām congratulando quoq; immēfam beatitu-dini eius, cordialiterq; optando, ut iple ab uniuersis hoib⁹ in uigiter debite diligatur, time-
atur ac honoretur. Sic siquip̄ omnia sincere amādūs est deus: Primo, propter purā, in-finitam & incōparabilem bonitatē, pietatē ac p̄fectionem ip̄fius. Secundo, qm̄ ipse prior di-
lexit nos, propter qd ait Iohannes ap̄ls: Nos diligimus deū, quoniam ipse prior dilexit nos, i. rohan. 4.
Nimis em̄ ingratus & durus est, qui se amantē non amat. Tertio, propter uniuersa benefi-cia sua, quia ab ipso habemus corpus & animā, omnia membra & uires, exteriora & interio-
ra, naturalia & supernatura bona. Pater quoq; p̄prio filio non p̄cepit, sed pro omnibusno Rom. 8.
Rom. 8.
tiohan. 8.
bis tradidit illum, ut ait aplus Paulus: Propter quod scriptū est: sic deus dilexit mundum, ut filiū suū unigenitū daret. Ad bñficia etiā dei & ad ineffabilē eius misericordiā p̄tin-
net, q̄ tam diu nos in peccatis nostris sustinuit, cū iam multos in eternū damnauerit, qui minus peccauerint q̄ nos: q̄ toties nobis indulxit, & durante hac uita semp grātia suam of-fert nobis, ac indulgere paratus est: q̄ nō solum p̄ homines, sed & p̄ angelos sanctos ad bo-nanos cohorratur, & uitam nostram tuetur, à uarijs peccatis & periculis nos p̄servesans.
Quarto sic diligendus est deus propter bona glorię, quae nobis sp̄pondit & in caelestib⁹
præparauit: quæ teste Ap̄lo tanta & talia sunt, q̄ oculus ea non uidit, nec auris audiuit, nec in cor homini ascenderunt, quia in hac uita coniisperit non queunt. Ecce, p̄ensemus q̄
gratium, q̄ amabile & acceptum est nobis esse, uiuere, sentire, intelligere, sanum existere &
satis habere: q̄ inuite hæc p̄deremus, quām inuite uno sensu, uno/ue membro careremus.
Cui ergo non diligimus eū, à quo omnia p̄inducta habemus, sine cuius setia conferuatiō-ne nec ad momentū ea tenere ualemus, qui necessaria uitæ nobis incestanter ministrat, &
in suis opibus nos delecat? Cū tam omnipotenti atq; p̄fissimo creatori, conseruatori, pro-
uistori sumus ingrati, euq; quotidie toties in honorumamus, & membris ac uiribus nostris, que nobis largitus est ut ei fideler obsequiamur, aduersariis eius diabolo & peccatis seruum⁹?
Quis tantam ingratitudinem, p̄ueritatem, iniustitiamq; comprehendere possit? Quid igit̄ restat, nisi ut uere & condigne nos emēdemus: & sicut omne quod habemus & sumus, ab Iohā 8.
omnipotente suscepimus, ita nos ipsos & omnia quae ab eodem accepimus, quantū ad beatitudi-nē nos uiuant, diligere debemus. Insup proximos nōs (oēm uidelicet hoiem uatore, amicū & inimicū) spiritualiter diligamus, precibus adiuuemus, famā & exēplo & dificēm⁹,
à uitij⁹ retraham⁹ fraternaliter dum opus est corripimus: nec ppter p̄prium commodū,
sed ppter deū & bonū honestū amemus proximos, ut bene sit eis in deo. Ait nāq; Hieronymus:
Vera est illa amicitia & Ch̄ri glutino copulata, quā non utilitas rei familiaris, nō p̄sen-tia corporis tantū, nō adulatio p̄l p̄ans, sed dei timor & diuinay, studia scripturaray, exerci-tiā, uirtutū conciliant. Isidorus: Nō sunt (inqt) fideles in amicitia, q̄s munus, nō grā copu-lat, nam cito desinūt, nisi accepint. Dilectio enim quae munere glutinatur, eode lūspēlo dis-soluitur. Confitans ergo sit amor noster, & ut ait Gregorius: Amorem nostrum erga proximū plus oga bona loquātur q̄ lingua. Nā & Iohānes ap̄ls in I. sua scribit ep̄la: Nō diligamus ybo neq; lingua, sed ope & yitate. Deniq; sic proximū diligam⁹, ut th̄ propter eū ne-
quaq; illicitū qd agamus, cū & Tullius dicat: Hæc lex in amicitia seruat, ut neq; p̄gēm⁹
res turpes, nec faciamus rogati. Igit̄ in Ecclesiastico scribitur: Noli pro amico inimicū sive
amici proximo. Qui ergo uult spiritualiter uiuere & Ch̄ri discipulus esse, ante oia charitatē dei
& proximi semp & h̄re & cōseruare comet. Ipsa enī spiritualis dilectio uita est aīe, & cuncta
eius oga deo placita ac meritoria facit, Ch̄ri testante: In hoc cognoscēt oēs quia discipu-
lūmēt estis, si charitatē habueritis adiuicem.

Articulus XXXIII. De secundo præcepto.

Ooo 2 Se-

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI

Secundum praeceptum est. Non uane iurare per deum. i. nec falsa iuramento firmare, nec uera sine rationabili causa iurare. Hoc etiā precepto prohibetur iuratio falsa & sine causa cōdigna, per sanctos, p. euangelium, per reliquias atq; similia. Ideo cōtra preceptum hoc faciunt & mortaliter peccant, qui falsum scienter iurant, cum tales ad hibent deum in testem falsitatis. Quamvis autem ex lapsum linguae seu inaduertitia, uel ratio iurare quod uerum est ab aliis rationabili causa, sit ueniale peccatum, tamen cōsuetudo iurandi dicitur esse mortaliter. Cedit namq; in irreuerētiam dei, pro nihilo ipsum in testē assūmēre. Rursus, qui iurat contra conscientiam, transgreditur hoc praeceptum, etiam si sit uerum. Porro, qui iurat per intestina dei seu membra, sanguinem aut uulnera Christi, enor̄ miter peccant: & contra tales posita sunt leges punitiæ, tam ab ecclesiasticis prælatis, q; à principibus secularibus, quæ utinam seruarentur. Infuper, præceptum hoc damnabiliter frangunt, qui causa lucri faciliter iurant & sēpe periurant, ut mercatores & alii uenditores, taxillatores, alij glusores: item qui promissi non implent, & qui fidem coniugalem non seruant, hi quoque, qui respondent aut iurant illicita: quoniam eo ipso quo talia iurant aut spondent, crimen periurū incurruunt, quia talia non tenentur implere. Nam ut ait Hieronymus: Tres sunt comites iuramenti, uidelicet ueritas, iustitia atque iudicium. Hæc enim natura exiguntur ad hoc quod iuramentum erit licitum. Oportet ergo ut ueritas assūt, id est, ut uerum sit quod iuratur: assūt quoque iustitia, id est, iusta & rationabilis causat item iudicium, id est discretio, ut cum debito moderamine fiat, suoq; loco & tempore. Similiter hæc tria sunt comites uoti. Vnde ut Isidorus: In malis promissis rescinde fidē, in turpi uotum muta decretum. Impia promissio quæ scelere adimpletur. Denique, quām periculosisimum & impium sit mendaciter inaniter uerare, constat ex eo quod apud Matthæum ait salvator: Ego dico uobis non iurare omnino, neque per celum, neque per terram, neque per caput tuum iurare, sit autem sermo uester. Est est. Non non. Quod autem his abundantiusest, à malo est, sed & à Iacobō eadem scripta sunt uerba: Ante omnia, inquit, no lite iurare &c. Hinc in Ecclesiastico scribitur: Iurationi non assuecat os tuum. Multi enim casus in ea. Vir enim multum iurans implebitur iniuritate, & non recederet de domo illius plaga. Porro hoc loco aduertenda sunt uerba sanctorum. Ait equidem Augustinus: Ille qui prouocat hominem ad iurationem, & scit eum falsum iuraturum, uincit homicidam, seu peior est illo quoniam homicida corpus occidit, ille animam: immo duas animas, scilicet suam & eius quem iurare compellit. Ex quo sequitur, quod magis tenetur homo rem suā amittere & perpeti dampnum, q; aliquem ad falsam iurationem inducere. Magis autē tenet animam proximū q; rem temporalem diligere. Itē afferit Augustinus: Ille q; exigit iuramentum, multū interest si necit illū falsum iurature, uel scit. Si enim nescit, & ideo dicit, Iura mihi, ut fides ei fiat, nō audeo dicere non esse peccatum, tñ humana tentatio est: si autem scit eu si fecisse, & tamen iurare cogit cuius oppositum nouit, homicida est. Ait quoq; Isidorus: Quacunq; arte uerboz quis iuret, deus qui cōscientię testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur intelligit. Postremo, quod loquitur Chrs. Ego dico uobis non iurare oīno, intelligendū est de iuramento inordinato, scilicet uano aut falso, sicut & illud qd ait, Nolite uidecare. Ideo etiā Chrs dixit hoc, ut doceat nos q; pīculorum sit fine sufficiēti atq; cogenti causi uarare: quia & cōsuetudo uexi uirandi, dūcit ad cōsuetudinem periurādi, dicēte Chrysostom: Nemo est qui frequenter iuret, & aliquā non periurēt, sicut q; solet plurima loq; aliquando loquitur importuna. Idcirco differuit Augustinus: chrs qui noluit te iurare, noluit te sup ripā ambulare, ne pes tuus in angusto pothū labatur in præcep. Dicitis coloniū, Iud Hugonis de s. Victore: Non potest uitare peccata, qui nō curat uitare occasiones peccandi. Admoneat ergo omnis curatus & oīs prælatūs subditos suos, ut prauissimam illam iurandi cōsuetudine prorsus abſciāt: quoniam qui longe est à peccato iuramenti, securus est & à peccato periurū. Studeant fideles penitus non iurare, quod potissimum necessarium est his, qui cōsuetudine iurādi inficiunt, quæ admodū uirga curua non reficitur, nisi ultra mediū reflectatur. Si quis aut iuret ex rationabili causa & reuerētia debita, circunstan̄tisq; uirtutū consideratis & seruatis, licitū, immo & meritoriu, & actus uirtutis quæ dicitur latrā. Qui nanci sic iurat per deum, reuerētiam exhibet ei: q; presupponit eum esse sumū & ineffabilem ueritatem, omnium quoque habere certam scientiam, prudentiamq; perfectā. Propterea in Deuteronomio habet: Dñm deū tuū timebis, & per nomē eius iurabis. Cum aut per creaturas licite iuratur, nō iuratur absolute per eas, inquantū sunt creaturæ, sed inquantum repræsentatur sive relucet in eis uirtus ac ueritas dei.

Iuramenti
area consuēta

Matth. 5.
Jacob. 5.
Ecc. 27.

Matth. 5.
Matt. 7.
Iohann. 7.

Deut. 5.

Art.

DE VITA CVRATORVM.

Articulus XXV. De tertio præcepto.

Tertiū præceptum est, ut diem sabbati obseruemus, i. dies festiū celebremus. Exodi. 29
Leuit. 16
Deut. 5
Neem. 9
11a. 16
Ezecl. 20
2. Macha 6 Hoc legis præceptū fuit partim ceremoniale, uidelicet quantū ad assignationē certe diei, & partim morale, quia ratio dictat ut aliq; die hebdomadæ homospe cialiter uacet deo, & alioz diez negligenterias reparat & peccata emendet. Sunt ergo dies dñsi ac festiū celebriter obseruādi: quia etiā qdī die cestandū à uitj, & grauius est tunc peccare: tunc quoq; ab opibus mechanicis seu seruilibus est cestandū. 1. Iohann. 17
2. Macha 6 Opa uero seruilia ab ecclesiā sunt determinata, uidelicet opera mechanica, agricultura, mettatura ac plantatura, & cætera uacationem ad deum impedititia. Nec solū prædictis diebus à præfatis cestandū est, sed tunc pīcipue deo uacare oportet, & propriā cōscientiā ex aminare atq; purgare. Vnde fideles tenetur tunc Misericordiā audire, nisi impedimento excusare ē tur legitimo. Tunc inspū debent uerbū delibenter audire, diuinū officium frequētare, beneficia dei recolere, ḡfāsc̄ deo referre, oīnū deuote intēdere, propria peccata ad memoriā reuocare, deflere, confessionē & emendationē pponere. Tunc ergo specialiter funkū uitādæ scurrilitates & supfluitates uerborū, saltationes & catus lasciviū atq; inanis, comestiones, potationes, ludi indecētes & cordis euagationes, immoderatae cōsolationes & uoluptates carnales. Vnde in gestis Tolentani cōciliū legit, qd etiā in decreto de consecr. dist. III. scribitur Irreligiosa cōsuetudo, quā uulgus p. sanctos & solēnitates facere consuevit. Nam populi q; debet diuinā officia attendere, saltationibus turpibus inuigilat, cātīca non solum mala canentes, sed etiā religiosis officijs obstrēpētēs: hoc ab oībus prouincijs depelli committitur, sāctus quoq; Apollonius ait, & præfata distinctione inducit: Die dñica nil aliud est agēdū q; deo uacandū. Nulla opatio in illa die sanctā agā, nisi tantū hymnis & psalmis & cantici spūalibus dies illa transfiguratur. Itaq; festiū diebus non licet radere barbā, equos ferrare, nisi necessitas fit excusans. Admoneant ergo qui pīsunt & prædicant populum, ut festa debite celebret. Et si animaz curam habetēs, agnouerint sibi commissios in aliquo aut aliquibus prædictorū culpabilēs, seruētissime & frequentissime illos corripiat quoq; emendant: alioquin tota subditōrum culpa in superiores redundaret. Et uehemē ter dōlēdū est, q; istud præceptū quemadmodū & præcedens, tam pīssime obseruat. Ezech. 33. Diebus quippe festiū magis q; alij, uanitatibus & carnalitibus pēne omnes damnabiliter uacant: & quia deo uacare nil magis cōtrariatur q; peccare, ideo afferit Augustinus²: Melius faceret colon³ aliquid in agro suo uile in die dominico, q; in theatro desidiosus existēret: & melius sceminae lanam nerent, q; tota die in festis saltarēt. Origenes quoq; affirmat: Si definas ab omnibus secularibus opibus, si spiritu alibus opibus uaces, ad ecclesiā conuenias, lectiōibus aut sermonibus diuinis aurē pīreas, de cœlestib; cogites, de futurā spē foliūcūtē geras, futuū iudicium pī oculis habeas, non respicias ad uisibilia atq; pīsen-
de confessiā.
dist. 3. c. Per-
ueniūt. & c.
ficiūt. tiā: haec est obseruatio sabbati Chrs. Hinc dicit Gregorius: Die dñico à labore terrenō cessandū est, atq; oīnibus insistendū, ut si quid negligētē p dies sex agitur, die dñico pīcibus expīetur. Instruat ergo curatus populu sūi, q; ita necesse sit obtemperare pīceptis ecclesiæ sicut diuinis: & toties mortale peccatum cōmitit, quoties pīceptū dei siue ecclesiæ pī uaricat, cum hoc dñe contra iustitiam: nec dñ ueraciter diligēt, qui amore lucri aut timore humane offensae seu dñi terreni, dei aut ecclesiæ pīceptū transgredit, cū signū diuini amoris sit exhibitiō opis atq; diuinā impletio iussionis, propter qd ait in ep̄la sua Iohannes⁴ apls: Si qd dixerit q; diligo deū, & māda eius nō custodit, mēdax est.

Articulus XVI. De quarto præcepto.

In trib^o primis præceptis atq; expositis, docēt qd hīc se debet hoīno ad deum in ceteris septē præceptis sequētibus docēt, qualiter se hīc debet ad proximū, qdī primū est, honorare parētes. Qd licet primo intelligatur de carnalib; parētibus, cōfē querter tñ intelligēdū est de spūalibus parētibus ac prælatiis ac oībus superioribus, & cæteris qui uel atētate uel sapientiā uel uirtute parētes uocari merentur. Carnales ergo parēntes sunt honorādi, cum sint essendi principiū soboli, sive cum eā nutritur atq; instruēxerint, & multis curas uariosq; dolores ob eā pīfēti sunt. Hinc secundū Aristotelē: Deo & parētibus non potest reddi & equalens. Sint ergo filij ac filiae parentibus suis grāti, eosq; cordialiter diligant: corde, uerbis & factis honorent, indigentib; pro posse succurrant, necessaria pībeant, & eisdē in cunctis quæ ad paternalem autoritatem ac præsidentiā specant, obedient, sicut ait Apofolus: Filij, obedite parentibus uestrīs per omnia: hoc est, in uniuersis quæ ad dispensationem rei familiaris gubernationem pīdomus, & ad bonos per

Ooo 5 ti

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI

Et in tñnt mores, in quibus parentes tenentur sibõlem suam instruere. Itaque contra præceptum hoc grauerit peccant, q̄ parentibus suis aut superioribus ac platis faciliter indignant, ita scuntur, maledicunt aut obloquuntur; & qui aut præcepta sanctæ matris ecclesie parvpendunt, aut excommunicatione non curant, uel oblationes & decimas ministris ecclesie nolunt aut tardant persoluere. Secularibus quoq; principibus subditi hoc præcepto honorem obediuntiamq; impendere in his, que ad illos spectant officium, quoq; ordinationes & iussa non debent insipienter arguere neq; conteinere, nisi euidenter essent contra iustitiam, contra deum, cōtra charitatem fraternalm. Similiter honorandi sunt aui& auia, ceteri& seniores cognati; & sicut uiuos parētes filii honorare tenetur, ita pro mortuis intercedere, & alij modis sibi possibilibus illos animabus succurrere obligantur. Hinc in Ecclesiastico scribitur: Qui timer dominū, honoret parētes, & quasi dominis seruieret eis in ope & sermone cum omni patientia. Gloria hominis ex honore patris sui, & dedecus filij pater sine honore. Fili, suscipe senectam patris tui, & ne contristes eum in vita illius; & si defecerit seniū, ueniam da & ne spernas eum. Quām malā famā est qui relinquit patrem; & est maledictus qui exasperat matrem. Hinc virtuosus Tobias præcepit filio suo: Honi-ri semper habebis matrē tuā. Memor enim esse debes, quæ & quātē pericula passa sit propter te in suouero. Vnde in Ecclesiastico legitur: Gemitus matris tuā ne obliuiscaris. Moyses quoq; præcepit, imò deus per Moysem: Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Et iterum: Filiū contumacē, compensationibus ebrietatisbusq; uacantem, præcepit deus per Moysem lapidibus obrui & occidi. Peccant ergo enormiter cōtra præceptum hoc filij ad studium missi, qui non curant proficer, sed bona parētum uitiose consumunt turpiter se habēdo. Deniq; ut hoc præceptum meritotie impleatur, oportet ut parentes honorentur non solum aut principaliter quia parētes sunt, uel ex naturali amore, sed principaliter quoniam deus hoc iussit, & ex diuino ac sp̄irituali amore ad gloriam dei, no propter humānā laudē aut propria cōmoda, sed solū ad complacēdū parētibus.

Articulus XXVII. De quinto præcepto.

Quintū præceptū est, Non occides. Primo & maxime prohibetur corporaliso cōficio hoīs, non secundum ordinē iuris facta. Deniq; cū peccatum proximum sit tanto grauius, quanto plus ledit ipsum, seu maius damnum nocumētumq; infert, constat q̄ inter peccata in proximum, homicidū sit maximum. Implicite ap̄e prohibetur in isto præcepto omnis ira, inuidia, odium & in proximū; omnis quoq; inordinata p̄cussio, l̄æfio, depilatio, contumelia atq; detractio. Cōtra præceptū hoc agunt, qui consilio uel auxilio seu consensu ad homicidium cooperantur, uel qui id non impeditunt, si congrue possint; & qui cōstitutis in extrema necessitate, necessaria uite pro posse nō prebent: hi quoq; qui in cathedra pestilentia sedent, id est, alios scandalizant, ad mortale peccatum illos trahendo seu inducendo; & qui peccatorem à suis peccatis non retrahunt per correptionē fraternalm, aut correctionem paternam seu instructionem, exhortationē, aut simili modo, loco & tēpore opportuno, cum possint & debeant. Porro, ut sanctus Clemens testatur, beatus ap̄l Petrus dixit homicidū esse triplex: Vñ corporale, quo naturale esse & uiuere auferitur: Aliud sp̄iiale, quo quis ad mortem aīa, scilicet ad peccatum mortale inducit, uel quo corporalis aut sp̄iialis mors aliquis optat. Nā & Iohannes ap̄l loquitur: Omnis qui odiit fratrē suū, homicida est. Deus namq; affectū cōputat pro effectu. Tertiū est homicidū, quo quis in corde aliquo uilescit, & esse bonā famē amittit, scilicet detractio. Ideo Salomon profitetur: si mordet serpens in filētio, nihil cominushabet qui occulite detrahit. Detractio quippe mortale peccatum est, & secundū doctores grauius furto, qm magis bonū aufert detractor q̄ fur. Nam fur tollit substantiam, detractor famam, quæ præponēda est opibus. Agūt quoq; contra præceptū hoc, qui inter proximos discordiā seminant, qd grauiissimū est peccatum, qm charitatis est corruptiū. & uitioq; causa multoq; Ideo salomon dixit: Detectatur aīa mea eū q̄ seminat inter fratres discordiā. Homicidæ aut̄ grauiissime peccant, non solum quoniam corpus interimū, sed insup̄ quoniam animā æternę mortis, uidelicet p̄petua damnationis exponunt periculo. Frequenter enim qui occidūt, ad mortem sunt imparati, qd homicida attendere debuit. Agunt demum contra præceptum hoc, qui propter iniuriā propriā uel suog; aliquo querunt propria autoritate occidere, cū nō sit iudex illi, nec publica autoritate fungātur. Porro, si iudex reum occidat nō ex zelo iustitia, sed amore undicta aut ex liuore, transgreditur hoc præceptum.

Articulus XXVIII. Desexto præcepto.

Sextū

DE VITA CVRATORVM.

486

Sextum præceptum est: Non furtum facies. In quo sicut in precedentī præcepto & in duobus sequentibus, non solum prohibet opus uitiosum exterius, sed inordinatus etiam ad peccatum affectus. Hoc ergo præcepto prohibet omnis illicita contrac̄tio, ablatio, detentio, defraudatio rei alieni, scilicet rapina, latrociniū, iniusta mercatio, mensuratio mala, infidelis labor, simonia, usura, aduocatio seu patrocinatio falsa. Cōtra hoc agunt præceptū, quorum culpa seu adulterio accidit, q̄ iniustus h̄eres in hereditatem succedit. Similiter ecclesiastici uiri, qui bona ecclesia susflue carnaliter cōsumunt, potissimum si libidini seruūt. Ideo ad restitutionē tenent. Hi quoq; qui b̄ficia duo aut plurima habēt, cum unum eis ad simplicem uictū ac uestitū sufficiat, cum sanctus Bernardus cūdam illustri canonico b̄ficiūm unū habenti scribat: Quicq; tibi de bonis ecclesiā ultra simpli- cem uictū retines & uestitū, non tuū est, furtū est, rapina & sacrilegiū est. Similiter peccant qui scienter uel ex carnali affectu indigosad ecclesiastica promouēt bona, q̄ nō nisi dignis, bonis, scilicet deū timētibus seruētibusq; deuote debent. Item qui parētibus suis aliq; aūt furtū auferūt, quæ male expendūt, qui debita nō solvunt pro posse dum repetūt. In omnibus autem predictis pensandū est illud Augustini: Non dimitis peccatū, nisi restituatur ablatum, uidelicet pro posse, ut dum adest facultas.

Articulus XXIX. De alijs quatuor præceptis.

Deut. 5
Leuit. 19
Roman. 12
De poenitē.
di. 5, ca. falsa

14. q. 6, ca. 8
rei.

Septimum præceptum est: Non mœchaberis, i. fornicatione non facias. Quo præcepto, ut afferit Augustinus, prohibet oīs illicitis concubitus, atq; m̄ebros ḡnitioni deferventiuī oīs illegitimus uisu, oīs q̄q; libidinosus cōtaetūs etiā in cōiugatis, q̄nō seruaf naturalis ordo inditus à naturā, nō oīs cōmixtio uiri & sc̄ei extra limites legis ac uinculū m̄imonalis. Vnde si maritus cognoscat uxore ex cōcupisētia prædhanter, uidelicet cū rāto ardore libidinis eā accedit q̄si uxor suā nō esset, tūc peccat mortalius & simile iudicij extat de cōiuge, si taliter uiro se misceat nāq; nō maritali, sed adulteriū affectu se accedit atq; cognoscit, sc̄dm Hieronymū. Nec solū prohibet isto præcepto illegitimus coitus, sed etiā eius affectus, qm omnis cōsensus liberatus in illicitū coitū, aut in delectationē Venereā, seu concupiscentia p̄dīans, mortale p̄ctū est, sicut aīt saluator: Omnis qui uiderit mulierē ad cōcupisēndū eā, iam mœchatus est eā in corde suo. In libidi nosi q̄q; osculis & amplexibus mortale p̄ctū consistit. Oportet ergo uitare occasionsē cōcupiscentiū uitiose & cōmixtionis illicite, sī incautū feminaz, aīpetū, colloqa secrēta & immoderata, tactus & oscula, cōiuia, arrisus, munuscula, & se corā deo cūstodite & timorate habere: q̄ si tentatio uenerit, statim immundā cogitationē oportet abiūcere, passionē Chriū aspicer, de iudicio dei & penitēi inferni solice cogitare, dei auxilium inuocare. Octauum præceptum est: Non falsum testimonium dices. Hoc namq; grauiissimū est p̄ctū. Et q̄ falso testimonio causa est damni alterius, ad restitutionē tenet. Si uero famam eius corrūpit, ad famam restitutioē est obligatus. Si aut̄ est causa mortis alterius, homicida est coram deo. Ideo Salomon aīti: Testis falso nō erit impunitus. Hoc q̄q; præcepto prohibet mēdaciū p̄niciofum, qd scilicet alīcuī est nociuū. De quo in sapientiā libro habefi: Os qd mētitur, occidit animā. Eīn p̄sal, dī deo: Perdes oīs q̄ loquūtū mēdaciū. Omne aut̄ mēdaciū, siue sit officiosum, i. alīcuī profīt, siue iocosum qd delectat, est ad minus ueniale p̄ctū, & potest esse mortale p̄ assiduitatē uel nimia in eo delectationē. Quēadmodū aut̄ præceptū est, falso testimonio non proferre, ita p̄cepto hoc intelligitur iussam veritatis nō filere tpe necessitatē, nisi opportuna causa excusat. Insuper, nonū præceptū est: Nō cōcupisces uxorē proximiū tui. Hic sp̄aliter prohibetur appetitus adulteriū, loquendo de appetitu nō illo, q̄ est primus motus & ex corruptionē somnis nascentis, qui non est mortale p̄ctū, sed de appetitu delibera rationis, cui uidelicet ratio renitit, sed consentit: nec solum cōsensus in actū sed & consensu in delectationē Venereā, est mortale p̄ctū sc̄dm doctores. Quēadmodū aīt precipit uiro nō cōcupiscere proximi sui uxorem, ita & fecimīs & puellis nō cōcupisēre maritū cuiusq; Deniq; hoc præcepto prohibet omnis motus ac gestus exterior, inordinatus, ad luxurīa prouocās, siue p̄ internūtū, siue per līas, p̄ minas, p̄ munera, p̄ aīpectū si ueinceſsum, uel p̄ uestimentoz̄ ornatū uanū, puocatiū & indecentē, sicut iam detectabilis inole uit̄ confuetudo, super diploidem ferre togā ex uno latere omnino apertā, ita ut corpus circa pudicitū loca ante & retro appareat: quod q̄ prouocatiū sit fragiliū feminaz, p̄redit de facili qui saltē uel paululō prudēs est. Hinc diligētissime attendatur, quod sapientiā aīt beatus Hieronymus: Si uir uel mulier se ornauerit, & uult hominū ad se puocauerit, etiam si nullū sequatur damnum, iudicium tamen patietur æternū, quia uenenum

ooo 4 attulit

Exod. 20
Deuter. 5
March. 5
Isa. 2
Roman. 3
32. q. 4, c. libe
torū

Mat. 5:

Mich. 6

Exod. 20
Deuter. 5
6. q. 1, ca. qui-
cunq;
22. qu. 5, ca. si
quis cōtūt
P. ouobi. 19
Sapienā
Plat. 5

22. q. 2, c. libe
quis
Exod. 20
Deuter. 5
Mat. 5

Exod. 20
March. 5

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

attulit, si fuisse qui biberet. Tales ergo mortaliter peccant. Quo etiam constat, quod uitiosum sit illa uestimenta fractilatio deridenda atque defienda. Viri quoque & feminaz ea intentione se ornantes aut linientes, ut carnaliter placeant, & affectum aliquius in se inflammat carnaliter, deum damnabiliter offendunt. Vnde & mulieres vultum pingentes ac linientes, sancti doctores Augustinus & Ambrosius grauissime dicunt peccare, & adulteris scemini esse quodammodo deteriores. Decimum praeceptum est. Non concupisces rem proximi tui. Vbi prohibetur desiderium ex ratione liberata procedens eiusmodi rei alienae, uidelicet mobiliu[m] immobiliu[m] & bonorum. Ex tali eterni concupiscetia oriunt innumerabila atque enormia proflus peccata, avaritia, rapina, furium, latrociniu[m], uolentia, impunitia & mormu[ratio] contra deum, qui tam dissimiliter bona terrena distribuit. Hinc Innocentius post Apostolum contestatus. Radix omnium malorum est cupiditas. Haec sacrilegia committit & furtat, rapinas exercet & predas, bella gerit & homicidia, simoniace uenit & emit, iniuste petit & rapit, iniuste negotia & sceneria, instat dolis & fraudibus, dissoluit pactu[m] & uolat instrumentum, corruptum testimonium & peruerit iudicium. Pertinet ergo ad omnem Christianum, de bonis terrenis non amplius affectare quod suo statui competit, sibi quis expedit in ordine ad spiritualia bona, hoc est, ad seruendum complacendum deo, ad proficiendum in gratia ueirtutibus, ad obtinendum salutem aeternam. Plus desiderare avaritia est, quae est immoderatus appetitus diuitiarum. Ideo ait Apostolus: Habetes uictum & quibus tegamur, his contenti sumus. Nam qui uolunt diuities fieri, incident in tentationes & laqueum diabolii, & desideria multa in utilia & nociva, quae mergunt hominem in interitum & damnationem. Hinc sapiens orat: Tantum uictui meo tribue necessaria. Concupiscetia quoque praefera curam & inquietudinem in uestimentis, dicente Gregorius: Nihil laboriosius in hac uita quod terrenis desideriis astuare, & nihil quietius quod huius mundi nihil appetere. Atque ut asservat Augustinus: Non est in carentia difficultas, nisi fuerit in habendo cupiditas. Istud praeceptum heu[m] a multis male, immo & pessime obseruat: immo quod uident, mox appetunt: & quod uident alios abundare, id cupiunt obtinere. Refrenanda est ergo concupiscentia detestanda, & uera diuitiae mentis iugiter sunt optandae, uidelicet gratia dei, ueirtutes & dona spiritus sancti, quae sunt mortalium animarum nostrarum decor, uestimentum, refectio, robur, nobilitas, armatura & salus. Itaque praeducta decem praecepta praecepit, proponat, exponat criterius praedicator, & omnis qui precepit subditis suis, instruens eos ut praecepta haec deinceps per gerant in mente, & satagant adimplere, atque in eis uelut in speculo considerent interiora sua & propriam uitam, an scilicet deo sint obedientes, an sint in statu salutis: hoc est, in gratia dei absque pericolo mortali. Peccant quoque & defleant se precepta haec non adimplisse, & considerari ac emendare proponant ac properent.

Articulus XXX. De quibusdam generalibus documentis, quibus instruendi sunt parochiani, immo & omnes communiter Christiani subiecti.

Sicut ex prehabitis patet, primo instruendi sunt subditi de credibiliis, & de agendis. Primo ergo curatus seu eius uicarius frequenter ac diligentissime auctoritate sibi communicatos, ut praecepta dei iam dicta adimpleant, deinceps ut ecclesiae quoque praecepta obserueri, iejunandi & dies festivos celebrando: quia toties peccare mortaliter, quodies iejunum ecclesie soluerent sine rationabili causa, quam suo pastori aut eius uicario debent (si possunt) exponere, & eius uti confilio. Vnde quadragesimalie iejunum omnes seruare tenentur, nisi impedimento excusentur legitimo, ut infirmitate, puerili etate uel senio aut itineratione seu gravi labore, & tunc in alijs prijs operibus pro posse omissionem iejunij recompensem orationibus, eleemosynis atque similibus exercitijs plus solito operam dabo, secundum quod uacat eis. Insuper doceat eos, quod uniuersi Christiani tenent per arcam uiam salutis incedere, i. penitentiale ducere uitam, concupiscentias carnis & praua desideria refrenare: in cibo, potu, somno, uestimentis aut habitaculis uoluptatem, superfluitatem, cuiuslibet & pompam uitare: sobrietatem, necessitatem, utilitatem, simplicitatem & humilitatem seruare, cu[m] dicat saluator: Vide te ne graueni corda uestra, crapula aut ebrietate, uel curia huius seculi. Rursum: Vae uobis diuitibus qui habetis hic consolationem uestram. Vae uobis qui saturati estis, quia esurietis. Apostolus quo ait: Qui aut sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitij & concupiscentijs. Itemque: Spu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Preterea doceat eos, ut uniuersa quae faciunt, ordinent & referant ad dei gloriam & honorem, atque ex charitate dei principaliter ac imperialiter oia agant, sicut docet Apostolus dicens: Omne quodcumque agitis in uerbo aut opere, omnia in nomine domini nostri Iesu

Innocentius
1. Tim. 6.
37. d.c. bonum
kum,

Eodem,

Proverbi. 30.

vide e. consiliu[m]
lum de obseruati. itiu.

Luc. 13

Luc. 21.
Luc. 5.
Gal. 5.
Eodem,

Coloff. 3.

DE VITA CVRATORVM.

487

Iesu Christi facite, gratias agentes deo patri per ipsum. Vnde etiam opera exteriora & mechanica ad dei sunt gloriam ac honorem summe ac finaliter ordinanda. Nam si quis debet deo seruire ac obedire, oportet eum uiuere: & si uiuere debet, oportet ut necessaria habeat uitæ: sicut opera per quod necessaria uitæ acquirit, custodit, dispensat aut tractat, referre protest & debet ad dei obsequiū, honorificentiam, dignitatem: aliter opera non essent meritoria uitæ aeternæ, nec placita coram deo. Sit ergo intentio nostra recta, nec proprium honorum quis queratur. Ideo quippe ait saluator: Si oculus tuus fuerit simplex, id est, intentio recta ad deum ercta, totum corpus tuum lucidum erit. id est, uniuersa operatio tua erit uiuenda & clara. Si autem oculus tuus nequam fuerit, id est, peruersa intentio & ad se inordinate reflexa, uidelicet ad laudem uel commodum proprium, totum corpus tuum tenebrosum erit, id est, omne opus tuum erit uitiosum, etiam si opera tua sint bona ex genere, ut patet de his qui orant, ieiunant vel elemosynam largiuntur propter humanu[m] fauorem, laudem aut commodum suum. De quibus loquitur Christus: Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Hinc iterum protestatur: Vide te ne iustitiam uestram faciat coram hominibus ut uideamini ab illis, alioquin mercedem non habebitis a deo. Potius aut agenda sunt opera bona, ad quae tenemur, coram hominibus ad dei honorem & proximi edificationem, Christo edicente. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant bona facta uestra, & glorificant patrem uestrum qui in celis est. Amplius doceat eos, ut quicquid habent aut operantur, deo humiliter semper ascribant & gratias agant, sibi ipsi uero omnem fragilitatem, defectuositatem & culpam, cum Christus dicat: Sine me nihil potestis facere. Et per Oream prophetam asserit deus: Perditio tua ex te, in me tantummodo auxiliu tuum. Nullus ergo in scipio inaniter glorietur, nec uane complacat sibi metipsi, quem dicat. Apostolus: Quid habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti? Etrurus: Qui gloriatur, in domino gloriatur. Adhuc autem instruat eos, quod quicunque in peccato mortali est, coram deo & spiritaliter mortuus est, ingratus, turpis, uilis ac factidus, immo omni cadauere incomparabiliter uilior, turpior atque foetidior; & quicquid boni uidetur agere Misericordiam audiendo, elemosynas dando & in similibus, nec meritorium est, nec ad salutem direc[t]e proficiens. Idcirco eos horretur, ut diligentissime studeant esse & uiuere sine peccato mortali; & si (quod absit) in mortale peccatum inciderint, statim penitentia, a deo ueniam petant, confiteri & emendare proponant. Horretur ergo & doceat eos, ut omni die ad minus semel, præsertim de sero ante quam uadant dormitum, recognitent sua peccata, & qualiter diem expenderint, quid mali commiserint, quid boni omiserint: & sic a deo humiliter & contrito corde ueniam deprecentur, opportunè tempore confiteri proponant, & ante quam uadant dormitum, aliquas legant orationes, & de cetero melius proponant habentes in cruce se signe, deo commendent, somnum & quietem accipiunt, ut ad opera bona fortiores consurgant. In lecto quoque se habeant condescenter: & dum explicant, statim dei sint memores, & orationem aliquam fundant. Porro dum surgunt, iuxta Christi doctrinam primo querant regnum dei & iustitiam eius, i. aliquid spiritalis exercitij agant, orando aut Missam (si possint) audiendo, quod diebus festiuis precipue est agendum. Insuper doceat eos, quod quia de omni uerbo otioso, de omni tempore nobis co[n]cessio reddituri sumus in ratione altissimo uerba supflua, uana, scurrilia, maxime in honesta, turpia ac lascivia deuicit in laborib[us] in mesa, in taberna, & quicunque conuenierint: Tunc quod utiliter contenti expedere, & in opere exteriori seu otio assidue sibi cogitare de deo & gaudiis suis ad salutem, atque orationes aliquas breves sive mentales suo offerant creatori, Elegies, comedationes, loqui, acrobates, choreas & similes unitates deuicit, precipue festiuis diebus. Et breuiter, id quis ratio nabiliter non uult sibi fieri, non faciat alteri, sicut Christus in euangelio docet, & naturale ius existit. Ideo unum non debet aliui despicerre, opprimere, prouocare. Preterea doceat eos, quod quantum aia nobilior est corpore, & uita futura longior plente, tanto plus debet q[ui]libet Christianus amare, querere, adipisci & conservare sp[irit]ualia dona gratiae ac uirtutum, beatitudinem & cœlestem ac semperternam, quod bona terrena atque carnalia. Et quia post hanc uitam brevissimam innox iudicantur dissumus a deo, & uel aeternaliter condemnandi, uel in aeternum saluandi, propterea o[ste]n[di] Christianum oportet semper esse timoratum, sollicitum, custoditum, sicut ait saluator: Vigilate. nescitis enim quid dies ueniet, sero, an media nocte, an gallicantu[m], an mane, in cuius uenit repente, inueniatis uos imparatos. Ideo dico uobis: Vide te, uigilate, orate.

Articulus XXXI. De exhortatione fidelium ad opera misericordia, diæ tam spiritualia quam corporalia.

Quoniam

487

March. 6

Eodem,
Eodem,

March. 9

1. Cor. 15
1. Cor. 9
1. Cor. 16
2. Cor. 10

March. 6
De consiliu[m]
d. ca. missar
Marc. 12
4. ad. 6. c. 1
aut. & c. 1
inflationes.

Tob. 4
March. 7

Mich. 6
March. 24
Marc. 13

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

OVONIAM IEX Christi, quam omnes profitentur & seruare tenentur Christiani, est lex charitatis ac pietatis, constat qd ad charitatis pietatisq opera Christiani præcipue obligantur, dicente Ambroso: Vis summa Christianæ religionis in misericordia & pietate consistit. Deniq; tanta est uirtus, dignitas & efficacia operum misericordiarum, ut quis in die iudicij de omni opere bono ac malo sit facienda discussio, de solis tamen misericordiarum operibus Christus sp̄litter explicat tunc peragendum iudicium, & pro illorum exhibitione reddendam felicitatem aeternam, atq; pro rerum illatum omissione damnationem perpetuam. Oportet ergo Christianos scire & uigilanter aduertere, quæ & quot sint misericordia opera. Sunt autem septem opera misericordiarum corporalia, scilicet pacere esurientem, potare fistentem, uectire nudum, colligere peregrinum, uisitare infirmum, redimere captiuum, sepelire mortuum. Sunt quoq; septem opera misericordiarum sp̄uaria, ut putre docere ignorantem, consolere dubitanti, consolari tristem, corripere siue corrigerem peccantem, ignoscere offendenti, onerosos & graues portare, & pro uniuersis orare. Haec autem sp̄uaria misericordiarum opera, quæ etiam sp̄uaria eleemosynæ appellantur, sunt multo præstantiora q opera misericordiarum corporalia, cum in seipso sint digniora, tam sp̄uaria qua corporalibus præminent, & per ea animabus subueni, quæ corporibus inco parabiliter digniores existunt. Primo igit ad omnia misericordiarum opera inflammare debet, quod Christus apertissime protestatur: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam co sequetur, & ipsorum misericordia deus. Deus enim sic facit hominibus, sicut ipsi subiunici, & sicut ipsi prouenterent ad inuicem se habendo. Qui ergo uult ut deus sitibi misericordissimus, liberalissimus, suauissimus, & ad exaudiendum pronissimus, ipse sit proximus suis piissimus, pauperibus misericordissimus, iniuriantibus indulgentissimus, petentibus liberalissimus pro uiribus suis: & quod non potest effectu ac donis, affectu faciat atq; proprie. Porro qui mentis est duræ & corde crudelis, qui cito faciliterq offendit, difficulter placatur, aut iniuriabitibus non indulget, quid aliud prouenteret, nisi ut deus rigorem suæ iustitiae in ipso demonstret, ipsum se uere condemnnet, & iniurias sibi ab illo irrogatas aeterna liter uiscatur? Ideo euidem loquitur Christus: Dimittite si quid habetis aduersus aliquem: & si non dimiseritis, nec pater uestrus coelestis dimitter uobis p̄ctâ uestra. Jacobus quoq; iudicium (inquit) sine misericordia erit illi, qui non fecerit misericordiam. Hinc in Ecclesiastico sapientissime scribitur: Qui uindicare uult, à deo inueniet vindictam, & p̄ctâ illius deuferuerat. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecari tibi p̄ctâ soluent. Homo homini seruat iram, & à deo quærat medelam. In hominem sibi simile non habet misericordiam, & de p̄ctis suis deprecatur altissimum. Ipse cum caro sit, seruat iram: quis exorabit p delichis illius? Memento nouissimum tuorum, & define inimicari, & non irascaris proximo, & abstine te à lite. Hinc & Paulus apostolus exhortatur: Estote in uicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & deus in Christo donauit nobis. Deniq; ad opera misericordiarum beatissimus Iohannes Baptista præcipue horatur, dicendo: Qui habet duas tunicas, deuina non habent: & qui habet escas, similiter faciat. Quicq; ergo Christiano de uefi mentis, cibis, poculisq; superfluit, indigentibus cōicare debet atq; tribueret: sicut & Christus ait: Quod supereft, date eleemosynam. Ait nanq; sanctus Hieronymus: Non solum decimæ nō sunt nostra, sed ad ecclesiastas deputatae: uerum, quicq; amplius q; nobis necessarium est à deo accepimus, pauperibus erogare debemus. Si autem quod illis deputatum est, nostris carnalitatibus & uanitatibus referuamus, quāti pauperes in locis ubi nos sumus, fame aut nuditate moriūtur, nouerimus nos de illorum animabus rōnem reddituros in die iudicij. His concordat quod beatus ait Gregorius: Tot pene homines quotidie petunt, quorū morientium pauperum apud lesubsidia abscondunt. Nam cum quālibet necessaria indigentibus ministramus, sua illis redditum, non nostra largimur: Periculorum est ergo in uestibus ac ciborum generibus abundare. Secundo, ad opera misericordiarum sp̄uaria ac corporalia inflammarē nos debet, quia per ea efficiuntur deo sp̄litter similes. Deo nāq; proprium est misereri & parcere, cum natura eius sit bonitas, pietas & dulcedo. Punire uero & condemnare nō competit ei, nisi ex demeritis iniquorum. Idcirco ut Isaías fatet: Hoc opus est quasi peregrinum & alienum ab ipso, de quo cantat psal. Suavis dominus uniuersis & miserationes eius super omnia opera eius. Cum ergo similitudo sit causa amoris, certum est q; homines p̄n & misericordes, compassui & liberaliter succrescentes, sint sp̄litter deo amabiles. Ideo dicit Ambroſius: Nihil tam commendat Christianum ut miseratione charitatis.

Tertio ad idem nos prouocet, q; sacra scriptura ad opera misericordiarum tam singulariter exhortatur

Math. 10

Septem sunt
opera miseri
cordia.

Math. 5

Marc. 9

Iac. 2
Ecc. 27

23. q. 1. c. noli

Eph. 4

Luc. 3

Math. 6
Luc. 11
Luc. 12
16. q. 1. c. qm

Itaies. 40
Psal. 41

DE VITA CVRATORVM.

488

exhortatur, atq; eisdem operibus tot præmia pollicetur, uidelicet remissionem p̄ctōrū, impetracionem gratiæ ac uirtutum, & finaliter felicitatem aeternam. Hinc nanq; ait Psal. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dñs. Dñs conseruet eum & uiuiscet eum, & beatum faciat eum in terra. Ecce quot bona, quot fructus, quot p̄mia misericordiæ promittit & impetratur. Verum ille intendit super egenum & pauperem, qui charitatib; & hilariter atq; celeriter subuenit, reuelat ac largitur. Non enim sufficiunt pulchra uerba aut compaſſio nuda, nisi in his, qui quod largiantur non habent. Nā Augustino testante: Misericordia est animi condolentis affectus cum bñficij additamento, ut compatiām proximo, & largiamur de proprio. Rursusq; ait: Misericordia est alienæ misericordiæ in corde nostro compaſſio, qua utiq; si possumus, subuenire compellimur. Deniq; Salomon loquitur: Misericordia & ueritas nō te deserter, & inuenies gratiæ corā deo & hominibus. Itemq; Per misericordiam & fidem purgantur p̄ctā, & bñficij animæ sua uir misericors. Qui miseret pauperi, beatus erit: qui calumniaf egentem, exprobrat factori eius. Facere misericordiam & iudicium, plus placet deo q; uictima. Qui pronus est ad misericordiam, bñdicetur. Erue eos qui ducuntur ad morte. Si esurit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi, & dñs reddet tibi. Mitte panem tuum super transeuntes aquas, & post multa tpa inuenies illum. Ad misericordiæ etiam pertinet quod ite Salomon loquitur: Cum cecederit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina illius non exultet cor tuū. Hinc uirtuosus & pius Tobias docuit filium suum, dicens: Noli auertere faciem tuā ab ullo paupere. Ita cui fieri ut nec ate auerteret facies dñi. Quō potueris, ita esto misericors. Si multū tibi fuerit, abundatē tribueris parti, etiā pagi libenter imparire stude. Fiducia magna erit apud deū eleemosyna oīb; facientibus eam, & non patietur aliam suam ire in tenebras. Hoc est quod loquitur Christus: omni petenti tribue. Et, Beatus est dare q; accipere. Vnde in Ecclesiastico scriptum est: Nō sit porrecta manus tua ad accipiendo, sed ad dandū collecta. Non ergo dandū est uni tñi aut paucis, sed omnibus indigentibus, si adsit facultas; quæ si desit, dandum est uerbum bonū, confolatorium & salubre. Vnde in Ecclesiastico habet: Oculos tuos ne trāsuertas à paupere, & animam esurientem ne despixeris: neq; exasperes pauperem, sed congregatiōnē paupere te affabilem facito. Hinc ait Ambroſius: Præcedens misericordiæ officium p̄dit, qui prout esurienti sufficiere q; semel donavit. Ille aut ad dñm integrōs misericordiæ fructus p̄mittit, à quo pauper nūq; tristis recedit. Eleemosyna itaq; est potēs & realis oratio, uitoq; purgatrix, quemadmodum scriptū est: Abscōdite eleemosynā in finu pauperis, & ipsa orabit pro uiribus ad dñm: quia sicut aqua extinguit ignē, ita eleemosyna extinguit peccatū. Optime igitur admonet Augustinus: Si uis esse mercator optimus, fcenator, egregius, da pauperi qd non potes diu tenere, ut recipias qd nos queas amittere: da modicum, ut recipias centuplum: da tpalem possessionē, ut recipias hæreditatem aeternam. Gregorius quoq; idem fatetur, dicendo: Quicq; ego tribuitur, si subtili cōsideratione penſet, non est donū, sed mutuum: quia qd datur, multiplicato sine dubio fructu percipitur. Porro eleemosyna uahumiliter danda est, ita ut diuines pauperē se reputet meliorē, cum dicat Gregorius: Quis quisuper eum cui aliquid donat, elationis se fastu extollit, maiorem culpam peragit superbiendo, q; merecē mercede p̄stanto. Infug eleemosyna orationib; atq; ieunij efficaciā cōfert. Vnde Tobiae angelus Raphael, Bonā inquit, est oratio cum ieunio & eleemosyna. Ideo dicit Chrysostomus: Cum ueneris ad ecclesiam ad orandum, munera tecum porta. Da nō habentibus, & pete à deo qui habet, ut oratio tua bonis operibus commendetur. Infirma est enim oratio, que eleemosynarum largitatem nō est munita. Itē ait: Nil plus ualeat orationi q; eleemosynarum largitatem: qm frusta pro peccatis rogatur manus ad deum exp̄dīt, qui has ad pauperem non extendit. Hoc est quod dixit Hieronymus: Sibi apud deū ianuā claudit, qui uiscerā misericordiæ indigēt nō aperit. Hinc gloriolus aplūs Iohannes in priā sua fætetur ep̄la: Si q; habuerit substantiā huius mūdi, & uiderit fratrem suū ne cesse habere, & claudit uiscerā sua ab illo, quō charitas dei manet in eo. Sed qm charitas dei uita ē aīg, sine qua nūl meritorū potest esse in defac proximi charitate, q; se cōtineat ab qd mortali p̄ctōrū qd est, pp̄cī aīg salubriter misereri. Hinc aſterit Augustinus: Qui uult ordinate eleemosynam dare, à seipso debet incipere, & cā sibi primitus dare, qm scriptū est: Misericordia aīg tue placēs deo. Hoc ē qd affirmat Greg. Mūdari deberamus, q; eleemosynā p̄bet q; omne qd dat deo, ex datis mēte p̄fāt, & ab oīpotēti deo munus hō recipi, qd corde in malitia obligato offertur. Verūtū existēt, in mortalī p̄ctō eleemosyna sepe ē occasio impetrādi misericordiādei. Faciēdā sūt ergo opa mię uniuersa p̄dicta, tā sp̄uaria q; corporalia, ab his q; p̄nt scđm cōgruentiam

De p̄miciet.
d. s. c. q. u. n. t.
Ecc. 30

Tobie. 11.

Iohann. 3.

Proverb. 3
Proverb. 6.
Proverb. 24.

Proverb. 2.
Proverb. 9.

Luc. 6
Actu. 20
Ecc. 4.

Ecc. 29.

ibidem.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

tiam temporis, persona & causa. Nec sufficit semper siccum panem donare. Idcirco curatus eius uicarius admoneat suos, ut in dignitibus secundum quod egit, succurrant, effuentem cibando, si timent potando, cum & Christus testetur, quia qui propter deum dat aliqui calicem frigide aqua, non perdet suam mercedem. Nudum uestiendo, quemadmodum per Isaiam dominus iubet: Cum uideris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Peregrinos & pauperes hospitando. Ponat ergo paterfamilias lectionum pro proximis huiusmodi in loco decenti, quia & Paulus horatur: Hospitalitatē nolite obliuisci. Infirmitis uisitando, iuxta illud Ecclesiasticum: Non te pīgeat uisitare infirmum, ex hoc enim in lectione firmaberis. Captiuos redimendo, præsertim si innocentes sint. Mortuos sepelendo, cui operi pietatis Tobias fidelissime seruiebat. Similiter exercenda sunt opera misericordiae spūalia, ignorantes docendo, præsertim de his quae necessaria sunt ad salutem. Unde Apostolus scribit: Fratres, si præoccupatus fueris homo in aliquo delicto, uos qui spūales estis, huiusmodi instruite in spūlenitatem, considerans te ipsum ne & tu tēteris. Nā Christifidelem oportet discere q̄ ignorat, vel docere q̄ nouit. Ideo ait Paulus: Docebo iniquas tuas, & impīas ad te conuerterunt. Itemq; dubitati consilium bonum dando pro posse, tristes consolando, iuxta illud Ecclesiastici: Ne desis plorantibus in consolatione. Peccantes corripiendo, quia ad correctionem fraternali omnes tenentur. Et Augustinus testatur: Si neglexeris corripere, peior efficeris illo qui peccauit. Imd beatus Apostolus præcipit: Nōlire cōsentire infructuosis operibus tenebrarum, magis autem redarguite. Sed de hoc infra dicetur. Peccantes uero p̄ poenā inflictione corrige, ad superiores prælatos p̄tinet. In se peccantibus ignoscendo, ut dictum est plenus, graues & infirmos p̄ portando, quemadmodum ad Romanos dicit Apostolus: Deberimus nos firmatores imbecillitates infirmorum portare, & non nobis placere. Atq; ad Galatas: Alter alterius onera portate, & sic adiimplēbitis legem Christi. Et pro uniuersis orando, puta amicis & inimicis. Quanto enim bonum est communius, tanto est diuinius. Idcirco pro bono communi & pro cunctis orare, est ual de diuinum. Et qui pro omnibus deprecatur, bonitatis ac meriti oīm particeps redditur, q̄a & alijs cooperat ad bonū. Vnde curatus suos admoneat, ut pro occurrentib; tribulationib; aduersitati, necessitatibus atq; periculis fideliter atq; frequenter exorēt, & pro unione, pace & reformatione ecclesie, pro pace patriæ, pro uiuis & mortuis, præfertim & pro parentibus suis, pp̄ inquis, benefactoribus, commissis, & finaliter charis. Postremo ad opa misericordiae uehementer nos, puocet, quoniam qcqd in dignitibus propter deum impenditur. Christus sibi exhibuit arbitratum, & tam gratum esse ei ac si suae impenderet p̄sonæ, sicut fatei: Quod uni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti. Vnde ad spūalia misericordiae opa hortans Apostolus: Corripe (inquit) inquietos, consolamini pūfillanimes, suscipe infirmos, patientes estote ad omnes.

Articulus XXXII. De instructione subditorum qualiter se mutuo habere debent in uerbis.

Qvia ex uerbis modestis, charitatiuis & pijs ac reuerenter dulciter, platis multa bona sequuntur, ex uerbis aut̄ irrationalibus, pūgitivis, duris, improperiis, derisoris ac superbus multa mala naçuntur, curatus p̄spissime instruat suos, ut in uerbis sint mutus charitatiui, circumspecti, uiles ac benigni; nec unus pro uocet alium ut conuictetur, nec supbe ac dure loquā nec detrahatur. De hoc in lib. Prouerbi, plurima Salomon scribit, dicendo: Reponfio molliſ frangit iram, sermo durus fuscitat furorem. Detrahentia labia procūlātātē à te, lingua placibiles lignum uitā. Fauis mellis uerba composita, & dulcis eloquio maiora repert. Vnguento & uarijs odoribus delectatur cor, & bonis amici confijs anima dulcorat. Hinc quoq; in Ecclesiastico legit: Verbum dulce multiplicat amicos, & lingua eucharis in bono hodie abundabit. Non litiges cum homine ne potente, nec cum homine linguato. Cum iracūdō non facias rixam. Noli uerbosus esse in medio seniorum. Nōne ardorem refrigerabit ros: sic & uerbum melius q̄ datum. Nōne ecce uerbum super datum bonum? Qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. Ne iteres uerbum durum & nequam. Sapiens in uerbis seipsum amabilem facit. Ecce ex his innotescit, glaudibile & salubre sit esse charitatiuum, modestum, dulcem ac piū in uerbis. Porro q̄ detestabile ac noxiūm, uitoūm & fatuūm sit, esse in uerbis inconfidératum, mordacem, detractorum siue superfluum, sacra scriptura copiosissime docet. Salomon quippe ait: Qui custodit os suum, custodit animam suam; qui aut̄ inconfidératus est ad loquendū, sentierit mala. Inter superbos sunt iurgia. Homo peruersus fuscitat lites: & alio sermone repetit sepa-

DE VITA CVRATORVM.

489

separat fœderatos. Sicut urbs potens & absq; murorum ambitu, ita uir qui nō potest in longo cohibere spiritum suum. Totum sp̄m suū profert stultus, sapiens differt & conseruat in posterum. Insuper in Eccō scriptum est: Qui multis uitit uerbis, laedit animam suam. Homo auctus in uerbis improprii, omnibus diebus uitæ sua non eruditetur. Multi ceciderunt in ore gladii, sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam. Su furro enim & bilinguis maledictus, multos enī turbauit pacem habentes. Sepi aures tuas spinis, & non li audire linguam nequam. Præcipue autem uitanda sunt uerba detractionis, & auertendae sunt aures a detrahente, & tristis uultus ostendendus est obsequenti, cum Salomon dicit: Per tristitiam uultus corrigitur animus delinquentis. Præcipue quoq; caudum est, ne q̄s contendat cum aliquo, uel dure uel derisorie loquatur alicui in taberna aut portationibus uini. Qm̄ uinum generat animositatem & discretionem excœcat, ideo uino madens statim provocatur, & in uerbis ac factis excedit, atq; ad bellandum fit pronus. Hinc in Eccō habetur: In coniunctu uini non arguas proximum, & non despicias eum in iucunditate illius. Unde expedit debitorem in uino mulcum monere. Nam & Osee propheta testatur: Mulières & uinum atq; ebrietas auferunt cor. Qui ergo uult inter homines pacifice conuersari, nec laedere, nec laedi, studeat se iuxta prafata sapientis documenta in uerbis habere. Qui aut̄ tota die fabulationibus & portationibus uacant, innumerabilia incurunt pericula: nec animas suas tantummodo laedunt, sed corporalem quoq; uitam uehementer abbreviant. Nam & iuxta sapientes seculi huius, plures pereunt gulaq; gladio. Quod ideo dictum est, qm̄ plures sunt q̄ superfluite cibi ac potus suā abbreviant uitam, q̄ qui gladio aut alter occidunt. Propterea in Eccō optime scribitur ac iubetur: Noli auditis esse in omni epulatione, nec te effundes super omne escam. In multis enī escis erit infirmitas, & propter crapulam multi obierunt. Qui aut̄ abstinentis est, adiiciet uitam. Postremo, præhabitis de modo loquendi consonat illud Apostoli: Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat. Et iter: Omnis (inquit) amaritudo & ira & indignatio & clamor tollatur à uobis. Itemq; Corrumptumores bonos colloquia praua. Vnde stultorum est uerbis effluere, sicut & Salomon contestatur: Stultus uerba multiplicat, uerba aut̄ iustoz statera pōderabunt, sicut in Eccō scribitur. Hæc omnia curatus sibi cōmissis frequenter, feruenter doctrinaliter p̄ponat. Nam tāto plus informationibus & exhortationibus indiget, q̄to minus frashorūt.

Articulus XXXIII. De aliibus documentis, quibus specialiter instruendi sunt conjugati.

to mox corā deo uere peneiteat, & tpe opportunō, uidelicet ecclesiæ determinato, cōfiteri, pponat, aliqbus tñ casib. demptis, in qbus ultra femel cōfiteri præceptū est, ut si qd esset iterus ad bellū, aut nauigaturus per mare, aut in letali ægritudine constitutus, aut sacramentū aliqd accepturus. Verūtamen omnes doctores & sancti concorditer afferunt, qd maxime expediat cōfiteri frequenter. Primo, quia in sacramentali cōfessione plura cōcurrūt, quæ ad delenda peccata cooptantur & prosunt, puta potestas clauium, oratio confessoris, pudor & humilitas confitentis, atq; contritio eius. Ipsū quoq; cōfessionis sacramentum gratiā continet ac largitur, & uirtute ipsius sēpe contingit, ut de attritione fiat cōtritio, ita qd cōfiteris qui sine sufficienti dolore ad confitendum accedit, in ipsa sua confessione uerū do lōrem seu contritionem salubrē deo præstāte corripiat. Secūdo, ex hoc qd homo tam raro confitetur, obliuiscit magna ex parte sua peccata, nec ponderat ea, nec reputat sicut oportet induratur, ac spiritualiter insensibilis redditur. Instruendū sūt ergo subditi, ut circa præcipua festa confiteantur, præsertim circa Pascha & Pentecosten, Assumptionis Mariae & Omniū sanctorū, in Aduētu quoq; & circa natalem Christi, principiūq; Ieiunij. Infuper doceant quæ sunt peccata mortalia, quæ uenialia, & antequā ad confitendum accedant, ad locum secretum se collocantes, diligēter peccata sua recognit, recordent, perpendant, & quid boni amiserint, & qd mali commiserint mente reuoluāt, ac deum precētur, ut omnia ad memoriā eis dignetur reducere, ueramq; contritionem tribuat & cōfessionem salutarem, atq; emendationem in omnibus scilicet, satisfactionem idoneam. Deinde ad confitendum accedit corde contrito & humili cum reverentia condescenti, & confessori quasi deo loquātur uniuersitatem uirtutis sua plane, distincte & integre cū interno podo re confiteātur, coram deo de turpitudine uictiorum suorum erubescendo, se in omnibus humi liter accusando, cū firmo plenarē emendationis proposito. Ea qd quæ aggrauat culpā, sunt exprimēda, ut si peccauit sic uel sic, festius diebus, locis sacratis, aut in Quadragesima seu Aduētu, & cum qbus qualibet psonis item, qd sēpe, ex quali & quanto seruore, & an ex passione uel habitu uitoio, an ex concupiscentia uel deliberatione atq; pposito, an seipsum prouocauit ad peccandum, & an alias psonas ad peccandum induxit, an alioꝝ peccatis cōsefit seu aliqd modo cōcauit, & de suis se peccatis factauit, & de excessibus suis sit elatus. Hęc & multa similia sunt in confessione dicēda. Penitentia qd quæ iniūgitur, est fideliter adim plenda, & post penitentiam est à recidivo cauēndū. Nam & penitentia, quæ quis facit in mortali pīctō scienter existēs, non accepta deo, sed recupanda est scđm doctores. Postremo, sicut malū culpe (puta pīctō) est in cōparabiliter pei⁹ & detestabilī orbi dāno atq; incōmodo, saltē scđm supiore aīæ partē, i. ratione & uoluntate, ita qd homo plus detestet, abhorreat, odiat malū culpe, qd cūq; aliud malū. Nō sī oportet ut de malo culpe sit maximus dolor sensibilis. Nā ut ait Hieronymus, dolor interior seu cōtritio, pportionari debet pectori, ut quāto pīctō fuerint grauiora & plura ac frēquentius iterata, tāto sit intensior dolor siue contritio cordis. Sūme nāq; dolere debet pīctō, qd deū bonitatis maiestatis ac sanctitatis immēta, à quo omne bonū profluxit, toties & tā grauitate, tā impudēter ac turpiter inhororauit, eiusq; bñficij tam ingratisimū fuit.

Articulus XXXIX. Qualiter habere se debet cōfessor circa confitentes, in audiendo, instruendo, interrogando & absoluendo.

Cū in peccata (præsertim carnalia) sint quædam animarum uenena, sīc se habeat in audiendo confitentes cōfessor, ne inficiatur peccatis quæ audit, ne audiēdo carnalia atq; turpissima carnaliter titilletur, ne sensuſiter afficiatur, ne delectatio ne aut complacentia carnea alliciatur. Ideo in locis secretis & tenebris non est audiēdo confessio, sed in loco patētiū, ne confitentes cōfessio (præsertim mulieris) cōfessor aspiciat vultum. Insuper mentem suā cōfessor figurat in domino & in timore diuino, metuendūq; dei iudicium & infernale suppliciū corde reuoluat, ac altissimū omnia indesinenter superclarissime intuentem aduertat: sic qd ab omni sordenti cogitat & prauo affectu deo agente præseruet seipsum, & cōfitebūs interno compatiatur pietatis ac charitatis affectu, ac super diuine maiestatis in honorationib⁹ & offendis sincero doleat zelo. Sed & in ipsa confessio nis auditione cordialiter deū pro cōfidentibus deprecet, ut deus oportens & benignus ob suam pietatem innumens illis ignoscatur ueram contritionem, satisfactionē, illuminatiōne largiri, atq; deinceps a peccatis præferuare illos dignet. Præterea, cū cōfessor sit confitentiu pīpūlīs pater ac medicus, utputa dei uicarius, uulnernū pīpūlīs, i. uictiorū curator, hinc audiēdo confessiones debet pīpūlīs pīpūlīs assumere, & cōtra con-

Frequenter
cōfiteri uile
esse.

Circa qd tpe
scipue confi
tendum

Hieronym.

firentes non amaricari aut indignari, nec impatienter aut turbulenter audiire sed quo illo ex enormiora sunt scelera, eo instar indulgentissimi patris cordialius compati, & tanquam prudenterissimus medicus vulnera animae solerius prouidere. Cumque in ipsa confessione uiderit opportunum, instruat confiteente quod ipsa confessio debeat esse pura & integra, quod in ea omnia auferatur peccata, quod nec aliqd sic uincat, sic deiijciat, sic affligat diabolum, ut uera & plena confessio. Hoc tunc itaque confiteente, ut audacter & integrerime confessetur: dicatur. Ecce quod in confessione scio, minus scio quod non scio: sed & ego peccator sum fragilis, sicut & tu: atque adhuc peccare praeter ceteris, nisi deus me conseruat, nil ergo cela a me. Nec putes quod propter peccata talia contemnam te: inquit quo te purius & integralius confiteri percepio, eo magis te amo ac reputo, quia ex hoc te a spusando tangi & illustrari amplius sentio. Melius quoque in comparabili tibi est, ut hic in confessione secreto peccata tua dregas mihi, & ut in iudicio tuo particulari tempore mortis tuae, & in die uniuersali iudicij coram deo & sanctis eius tibi a clementibus obijciantur, ad confusionem tuam immensam & damnationem tamen. At uero cum confessio officium sit, uenena diabolique uniuersa a cordis fundo educere, postquam confessor audierit confiteente, diuinet eum, dicendo. Attende quomodo per sensus tuos exteriores peccasti, uidendo, audiendo, tangendo, gustando, olfaciendo: ite per sensus interiores, & per intellectum & voluntatem, confitemeo de illicitis & prava optando, atque crea-
ta caduca inordinate amando: uana quoque & uilia, inquit turpissima deo gloriofissimo & immenso iniustissime ac stolidissime preferendo. Attende qualiter quotidie peccasti & peccas in cibo, potu, somno & uestibus, non tantum necessitatem, sed uoluptatem, uanitatem & superfluitatem in talibus intendo & amplectendo. Item, qualiter dei & ecclesiae ac prelatorum tui obseruasti praeccepta, qualiter tempus tuum quotidie inutiliter expeditis & perdis, quot bona quod negligis & omittis, quod negligenter opus dei perfoluis, quod irreuenter & intimorante coram deo te inquietus habes. Deinde per singula peccata mortalia interrogat confiteentem, & qualiter in eis excesserit cogitatione, affectione, uerbo & facto: & an alios ad peccandum induxit, aut per trahere concipiuit etiam sacramenta ecclesiae in debito honore habuerit, & an tempore Missae seu diuini officij uitiosse se habuit, circumspiciendo, appetendo seu alio modo. Itaque, quomodo in uerbis excessit, otiosa, detractoria, pungitua & uiruendosa loquendo, uel liberter audiendo: an iniusta habeat bona, an integrerime proponat iam de cetero oia peccata uitare, satifacere, seque de omnibus emendare. Denique, cum confessor sit conscientium iudex, debet eos instruere que peccata eorum mortalia, & quae uenialia sint. Cumque plenarie ipso audierit, debet eis cum discretione & seriosa pietate, in ordinato serio insinuare, quod grauius multipliciter peccauerint, quam ingrati deo fuerint, quantu[m] etiam deo proximo regnari teneantur, qui eis tam diu peccarunt, & gratiam confitendi concesserunt. Veruntamen confessor perpendere debet confiteantis capacitate, & prout uiderit eum esse dispositum ad sufficiendum in crepationes, secundum hoc redarguat eum, non tamen immoderanter, inquit finaliter eum consoleretur, & ad satisfactionem hortetur, atque penitentiā ei imponat, quam uiderit eum uelle seu posse portare, iuxta exigentiam culpae ipsius. Admoneat etiam eum, ut penitentiam perfoluerit fideliciter, ut a recidivo abstineat. Est quoque confiteens instruendus, ne in confitendo alterius detegat culpam nec personam cum qua peccauit exprimat, quantum uitare potest. Coniugatos uero confessor examinet, quomodo circa copulam carnalem se habuerint, iuxta doctrinam prius trigeminotertio articulo introductam. Et an lascivus blanditijs, osculis, tactibus seu alio indecenti innaturali uero modo aduicium peccauerint. Postremo, confessor in confiteentibus diligenter perpediat aetatem, gradum, ordinem, scientiam, autoritatem, praelationem, atque similitudinem, ex quibus graviora redditur peccata. summa autem discrecio, circumspectio ac diligentia confessori sunt necessaria. Ideo deus pro omnibus uirtutibus sibi necessariis in stanter, ardenter atque fideliter deprecetur.

Articulus XL. Quid sit peccatum, & quod est peccatum mortale, & quod ueniale.

Peccatum
mortale
Augustinus

Iuxta Ambrosium, peccatum est transgressio legis diuinæ & celestium inobedientia mandatorum. Porro secundum Augustinum, peccatum est concupiscentia, dictum uel factum contra legem diuinam. In omni autem peccato sunt duo: uenialis est quasi formale, uidelicet aueratio mentis a deo: & ratione huius debetur peccato pena damni, uidelicet carentia beatificie uisionis. Aliud est quasi materiale, utputa conuersio mentis ad bona creatura, caduca & uanaria: & ratione huius debetur peccato pena sensus, seu cruciatus incedit infernalum. Sed oia ista de mortali intelligitur peccato. In omni quippe mortali peccato, peccator prefert creaturam creatori, & in re creatuæ ultimum sibi finem constituit, plus inhaerendo bonis creatiis, variabilibus

bus & caducis, quam summo & incommutabili bono, per quod quodammodo infinitam contumeliam exhibet deo. Veniale autem peccatum non est talis & tantus recessus a deo, sed aliqualis inordinatio & diuertentia a rectitudine aequitatis ac uirtutis, in haeredo creature magis quam decet, tamē citra deum. Denique, peccata quæ ex genere suo mortalia sunt, interdum sunt uenialia, quia ex subreptione & fragilitate improvisæ eveniunt, uel propter actus aut operis paruitatem, ut si quis furetur alicui unum pomum, & putat hoc non multum esse contra uoluntatem domini pomi. Rursus, uenialia ex genere possunt esse mortalia, si ex complacencia aut delectatione nimia inordinata nascuntur. Itaque sicut anima rationalis a deo creata est, ita ad ipsum debet esse conuersa, præcipue per syncretum amorem, & omnia alia ordinare ad deum, nec ea appetere nisi inquantu[m] sibi utilia aut necessaria sunt ad hoc, quod deo uiat, ministrat, inhaeret. Præterea quum ueniale peccatum sit dispositio ad mortale, qui non est sollicitus uenialia uitare peccata, in mortalia cito dilabitur, dicente scriptura: Qui spernit modica, paulatim decidit id est, qui uenialia peccata uitare conte-
minat, successore gram dei amittit, & in mortalibus ruat. Ecclesiast. 19.

Articulus XL I. Qualiter habere se debet peccator confitendo

peccata mortalia.

Cum omnium uictiorum origo atque regina existat superbia, quanto quis superbius fuerit, tanto in plura ac grauiora uuit peccata. Neque enim aliquis magnus est in oculis suis, faciliter despiciens alios, & iniuria etiam modicam sibi illata reputat magnum: siq[ue] irascitur, indignat, impatiens redditur, & rancor concipit contra inuariantem. Itaque circa superbiam penitentis sic procedat in confitendo: Domine culpabilis quod fui superbis corde, magna de me sentiendo, laudem, honorē & excellētiam appetere deo domini & beneficis dei in meipso, non in deo gloriantio, quasi a meipso talia habuise[m]. Item, putando me habere botia, quæ forsitan in meipso non habeo, scilicet sapientiam & uirtutes, uel intantū ea non habui ut putau. Alijs quoque me meliore, sapientiæ aut perfectiorem reputauit, & sic habui in meipso hanam complacētiam, ineptiam latitiam & falsam estimatiōne: de bonis fortunis & de donis nature, uidelicet de diuitiis, de nobilitate, prosperitate, de multitudine & potentia cognitorum & amicorum, de subtilitate ingenii, de scientia superbui. Item de spiritualibus donis, reputando me deuotum, seruitem, virtuosum, & in his allis eminentiorem. Alios temerari despxi, derisi, & propter prædicta bona eis me pretulsi. Fui quoque superbis in uerbis, uerba præsumptionis atque iactantie proferendo, in meipsum explicite seu implicite commendando, alios despiciens alloquendo, stultos vocando, propriam scientiam ostentando, de altis rebus libenter loquendo coram alijs, ut doctus & sapiens reputaret. Fui demum superbis in factis, curiosus, iniuriosus, contumeliosus, superioribus meis rebellis. Peccata mea excusavi, defendi, zelaui. Increpantibus & informantibus me fui ingratus, durus, molestus. Cum pompa incessi, tumorem cordis uisu & alijs signis mostrau, uestibus cultus fui, & ut placerem hominibus me ornau, pauperes spreui, cum inferioribus ire contempsi. Quum me laudari cognoui seu audiui, statim inaniter delectabar ac illumi, quamvis etiam false laudabarr: ac pluribus modis quam diceret ualeo, fui superbis, vanus atque inutilis. Præterea inuidus fui, de aliorum prosperitate aure de bonis tristando, de aliorum aduerbitatibus exultando, eis male optando, ipsi detrahendo, eos cum auersione & hauea aspiciendo, de ipsis cum prava affectione cogitando. Insuper peccauit per iram, sine rationabili causa irascendo, pro parua offensa magnam ultionem inferendo, uel inferendo optando, aut inferri procurando, & nimis immoderanter me commouendo, ita quod ratio totaliter exterritatur: & instat bruti ac fatui me habendo, & signa perturbationis foris ostendi, atque per hoc alios scandalizando ac prouocando in modis & spiritu sanctuus de corde mei habitaculo expuli, sed & contra irrationabilia ac inanimata, & contra superiora meos commotus fui, furore & impatiencia plenus se pessime extixit: atque ex commotione iræ in diuersa initia lapsum, iurando & perjurando, mentiendo, murmurando, de deo uel sanctis irreuerenter loquendo, alijs nocendo, secreta reuelando, percutiendo: aut ea quæ in fide quasi sub titulo confessionis accepi aperiendo, quod est mortale peccatum, nisi propter commune bonum aperiri talia oportet. Amplius peccauit per auaritiam, terrena inmoderanter optando, colligendo, setuando. Vnde plus quam miseri necesse est aut utile, q[uod] ad deum ac ueram salutem, & filios filiabusq[ue] meis temporalia appetendo, aut congregando uel referuando plus quam eorum conditioni aut fratri congruit. Ex auaritia quoque multa uitia incidi, scilicet dolos, furta, periuria, mendacia, uiolentias & rapinas, in emendo

Modus confitendi per suu-
perbie.

Avaricia

Qqq

& uendendo alios defraudando, male & tarde persolui. Indigentibus mutuare negauit, nec operibus misericordiae deditus fui, aliorum bona optauit, ludos illicitos & lucros exercui. Ecclesiastica bona seu beneficia, quum esset eis indignus propter pessimum uitam meam, desiderauit, impetravit, iniuste temui, male carnaliter que consumpsit. Alijs ablata de male acquisitus non restituui, aut in pios usus non uerti. Adhuc etiam peccauit per acediam, quia ad cultum dei & spiritualia opera piger fuit: & ea quae feci in talibus, cum tedium & irreverentia feci, sine diligentia & affectu ad deum. Poenitentias mihi iniunctas aut non, aut imperfecte & absque contritione persolui. Missas & alia diuina officia quum mihi satis uacaret, non audiui, praesertim festiuis diebus iuxta preceptum ecclesiae, & illis horis intentus fui ludis & trufis uariis que peccatis. Valde diu mansi in lecto, ac per hoc diuina neglexi. Tempus mihi induluum infructuose & uite expendi. Peccavi quoque grauiter & frequenter nimis per gulam, cibum & potum superflue accipiendo, & horam comedendi ac potandi præueniendo, nimis diu in mensa sedendo, pretiosa & delicata sumendo: delectationem in cibis & potibus, non soli necessitatem naturae querendo: post prandium aut coenam portationibus insistendo, uana, iniutilia atque illicita uerba tempore comeditionis & portationis loquendo, & per inanem laetitiam animum relaxando, & per crapulam ad opera bona ineptum me feci, semolentiam incidi etiam in diuinis, ad uitia carnis me prouocauit. Corpus animamque destruxi, & tempus miserabiliter consumpsit. Postremo, per luxuriam peccauit cogitatione immunda, affectione in uenerea & lasciuia, uerbis scurrilibus, procatoriis, libidinosis, fallacibus, osculis, tactibus & alijs blandimentis carneis & meretricis gentibus. Opero quoque in hoc peccato excessi, uel simplici fornicatione, quæ est soluti cum soluta: uel meretricio, id que dupliciter, scilicet cum publice uenali peccando, & uagam luxuriam cum diuersis sectando uel adulterio, quo coniugalis thoros uiolatur. Ex interdum est adulterium ex parte unius tantum, interdum ex parte amborum. Vel stupro, uirginem uiolando uel sacrilegio, cum persona in sacris ordinibus constituta aut religiosa peccando uel incestu, cum persona consanguinea seu affini aut legali cognitione propinquam commiscendo: aut cum coniuge modo prohibito coeundo, sicut trigesimo tertio articulo tacitum est: uel peccato contra naturam, quod fit pluribus modis, ut alibi legitur. Item non solum in uitiosam carnis copulam, sed & in ipsam Veneream delectationem consensi, quorum utrumque mortale est. Cogitatio quoque, palpando, aspiciendo, loquendo aut alijs modis in meipso & in alijs personis stimulationem, inflammationem, concupiscentiam carnis aut etiam seminis effusione lamentabiliter prouocauit. Et dum aliquid tale in corpore meo sensi, non statim a talium causis, uidelicet osculis, tactibus, imaginationibus, aspergitibus, confabulationibus me retraxi, sed morose, periculose, insipienter, turpiter immoratus sum talibus. Alias quoque personas ad præfata peccata induxi, & inducere plures oportui quam potui. Non solum peccavi ex uehementia passionis & fragilitatis, uerum etiam ex propenso, ex habitu uitiose, ex certa scientia, & substantiam meam taliter deuorauit, siue leuis fui & proxac in uerbis, perulans ac lascivius in oculis, inquietus in membris, mente inconstans. Sed et præacta peccata temporibus sacris et festis, et in Quadragesima et Adventu, sextis feris atque dominicis, quando specialiter a talibus est caendum, & cito post quam in Pascha communicaui, & ante quam poenitentiam mihi iniunctam compleui. Perpetratis quoque peccatis, non statim poenitui, sed me de ipsis facta: & tempore Missæ ac diuini officij in ipsa ecclesia feminas libidinose asperi, & concipiui, earumque a peccatis me obieci ut ab eis appeterer, ibique eis arrisi. Et si attendi me ab ipsis asperi, gloriabar: sic que meam & aliorum animas interfeci, & in infinitis sceditibus ac peccatis ego uilissimus sum pollutus. Denique ista quasi pro exemplo & speculo scripsi, non quod aliquis debeat se de istis in confessione accusare, nisi in quantum sibi de eis est conscius. Nam quamvis piarum mentium sit ibi timere culpam ubi non est culpa, secundum Gregorium, non tamen debet quispiam affirmare se reum, nisi in his de quibus conscientiam habet. Qui enim asserit se fecisse quod non fecit, si ante peccator non fuit, tamen intendendo peccator efficitur, secundum Augustinum. Verum tamquam uis hoc ita sit, tamen in his in quibus dubitat homo an in eis culpabilis sit, debet se habere quasi culpabilis exter, exponendo se paratum ad poenitentiam seu satisfactionem, ac si in eis peccasset. Hoc nang⁹ magis securum est.

Artic⁹

Articulus XLII. Qualiter curatus seu eius uicarius habere se debeat circa gratiū uiter infirmantes, dum cito morituri putantur.

Cvm maius & irrecuperabilis extat periculū, maior cautela atq; custodia necesse fariā sunt. Ideo animarī curam habens, dum pcipit aliq̄ gregis sibi commissi letaliter infirmari, paratis simus esse debet transire absq; mora ad illū, atq; hortari eundem ut oia sua bene disponat: & testamento pacto, alia omnia à cogitationibus suis remoueat, ac se totū ad deū conuertat, de peccatis suis postuler ueniā, confessio nem̄ puram ac integrā faciat, & sua nouissima meditetur. Tunc inuocet deum ne in illa hora extrema ac summa necessitate se deserat, sed in tentatione eum conseruet. Provide at quoq; ut in agone aliquæ deuotæ sibi assint personæ, quæ sibi de deo loquantur, & orent pro ipso. De his omnibus curatus seu eius uicarius instruat infirmantem, & ut morte iam imminente legatur, credo in deum, Passio Christi, si adest qui eam legere ualeat. Et omnes qui assunt, feruerent inuocent deum pro agonizante & moriente. Sint etiam ibi crux benedicta aqua: & si uacet curato, aut congrue fieri possit, ualde charitatuum ac commendabile esset, si pastor apud ouiculam suam hinc emigratū personaliter remaneret, & ergo sum suis exhortationibus orationibusq; muniret. In mortis quoq; articulis non solet poenitentia certa iniungi, nisi sub conditione, ut scilicet si conualuerint, faciat eam. Postremo, tunc aliquis hortetur agonizantem, ut si potest dicat haec uerba sequentia, uel si nō potest ea proferre, aduertat pro posse. Dñe Iesu Christe fili dei, deus & homo, ego indignissimus peccator (aut indignissima peccatrix) gratias tibi ago toto corde pro uniuersis beneficiis tuis, quoniam me creasti & redemisti pretiosissimo sanguine tuo. Confiteor tibi inimis in gratius fui, & contra te grauissime innumerabiliter q̄ peccavi, obsecro pietatem tuā innētam, ut misericordissime mihi ignoscas, ne me perire pmitras. Poenitet me q̄ peccavi, & do leo q̄ non magis ac condigne poeniteo. Ideo propter omnia quæ pro mea salute fecisti ac passus es, cōserua & salua me in hac mortis meę hora, ad gloriam summae trinitatis. Amē, De inde admonetur moriens ut dicat: Pater, in manus tuas commendabo sp̄num meum.

Psalm. 30.
Luc. 23.

Articulus XLIII. De exhortatione ad orandum frequenter & deuote, & de expositione orationis dominice.

Quādiu homo est in hac uita mortali, in præsenti exilio, in ualle haclachrymarum, atq; in loco laquei ac rétationibus pleno, indiget omni hora feruide clama re ad deū, corde humili & fidenti orando, ut deus se protegat, roboret, dirigat, purget, illuminet atq; saluificer. Fragiles nang⁹ sumus & ad mala p̄clives, nec anobis p̄spis aliud habemus q̄ deficere & peccare: infinitis quoq; expositi sumus periculis. Frequenter ergo instruat ac hortetur curatus seu eius uicarius sibi cōmissos, ut omni die sa pe & feruide deum exorent, etiam in exterioribus suis occupationib⁹, specialiter legendo orationē dominicam. Et quoniam melius est pauca uerba orationis cū intellectu & attentione proferre, q̄ multa absq; intelligentia & aduertētia, hortandi sunt parochiani idiotæ indocti, ut orationem dominicā dican & legant in lingua materna. Doceat quoq; eos quo modo intelligenda sit oratio dominica, i.e. à Christo omnia deo & domino edita & edocita. Et ut hoc promptius facere possit, expositione orationis istius nunc breuiter tangā, prout pro simplicitate informatione uidetur posse sufficere. Itaq; apud Marthā Ch̄s uirtus & lapi entia patris ait: Sic autē orabitis: PATER NOSTER. QVI ES IN COELIS. Per patrem i.Corr.1. hic intelligenda est trinitas tota adoranda, pater, filius & sp̄us, & cōfutusq; sunt unus deus, unus dominus, unus principiū, unus rex, creator & pater, qui creauit nos & per gratiam recreauit. Porro dñi deum omnipotentem, aeternum, altissimum, trinum & unū uocamus patrem, debemus eius circa nos charitatem, pietatem & dignationē aduerttere, eo q̄ ipse deus maiestatis & excellentiae infinitæ, cuius cōparatione totū uniuersum est uelut plūctum, dignatur à nobis pauperimis & puellis pater uocari. Igitur ei grati esse debemus, eiusq; amore succendi, dum ipsum uocamus patrem, ut uere ac digne ipsum uocemus patrem, conemur ipsum in omnibus finaliter honorare, & eius præceptis charitatib⁹ iugiter obtemperare, quoniam ipse per Malachiam ait prophetam: Filii honorat patrem suū. Si ergo pater ego sum, ubi est honor meus? Et per Isaianam testatur: Populus iste labijsme honorat, cor autē ipsius longe est à me. Infuor docuit Christus nos dicere, Pater noster, nō Pater meus, q̄ uia tenus dicendo Pater noster, intelligamus nos esse fratres, & fraternaliter ac sp̄ualiter nos mutuo diligamus, atq; pro inuicem exoremus. Nam & ideo in oratione dñica non pronobis singulariter, sed pro nobis ac alijs ḡualiter orare nos docuit Ch̄s, cum hoc sit charita-

Mala. 1
Isai. 19.
Matt. 15.
Marc. 7.
Match. 8
Jacob. 5.

Qqq 2 tig

Mat. 5.

Luc. 8.

Psal. 11.

Matth. 6

Psal. 10
lxx. 14

Matth. 9.

Ibidem.

Matth. 10

Ibidem.

gis ac perfectionis maioris, deoq; magis placitum, & orantibus amplius meritorium. Nam bonum quanto communius, tanto diuinius. Et bonoq; omnium particeps est, qui pro omni bus fideliter orat. Deniq; quia uis deus sit in omnibus & ubiq; specialiter tamen dicit esse in celis, i. in sanctis & cœlestibus ciuiis seu beatis, quia in eis excellentius & gloriosius operatur, & eius maiestas in illis clarius representatur atq; relucet, estq; in eis per dona gloriae & beatificam uisionem. Ricitur quoq; deus in celis esse materialibus, praesertim in celo empyre, quod est habitaculum beatorum. SANCTIFICETVR NOMEN TVVM. In oratione dominica cotinuerunt septem petitiones partiales, quare prima est ista: sacerdotetur nomen tuum, i. d' pater, optamus ut tua maiestas & dignitas ab oib; honoretur & sancta noscatur, eiq; in sanctitate & iustitia ab uniuersis cum omni puritate ac reverentia seruiatur, & tu ipse ab omnibus laudaris & glorificeris. Porro istud optimo ordine in primo ponit ac oratur loco; quoniam bonorum filiorum est, patris sui (potissimum dei patris oportet) primo ac præcipue querere, promouere, procurare gloriam & honorem, ita ut ueraciter dicatis: Nô nobis dñe non nobis, sed nomini tuo da gloria. O pater æterni, id presta p' gratiam tuam, ut nomen tuum sanctificetur ab omnibus. Secunda petitio est: ADVENIA T REGNUM TVVM, i. regnum celorum quotidie augeatur per hoc, q' animæ fideliū de hoc mundo, iteq; de purgatorio transferatur ad societatem ciuium supernorum, sicq; muri cœlestis iherusalem qui sicutur per hoc, quod angelorum apostatarum ruina ex hominibus reparatur, & nos seruili, qui ad æternam beatitudinem p'ducamur, et vel sic, Adueniat regnum tuum, i. ecclesia militans in qua regnas & habitas, per fidem & grām augatur ac perficiatur, ita ut fideles merito ac numero crescant. Itaq; adueniat regnum tuum, i. da unionem, pacem ac reformationem in universa militanti ecclesia. Tertia petitio est: FLAT VOLVNTAS TVA SICVT IN COELO ET IN TERRA, sicut cœlestes ciues, angelii sancti & omnes beati tibi in celo promissime seruunt atq; obdiunt, sic ut ad homines in hoc mundo tuis sint semper obedientes preceptis. Quarta petitio est: PANEM NOSTRVM QVOTIDIANVM DA NOBIS HODIE. Id est, panem sacramentalē seu desideria pia & devotionem internam. Itē panem spiritualem, q' delicit charitatē & gratia ac bonam operationem, quibus reficitur, rebatur, exhilaratur q' anima. Da nobis q' diuide q'q; panem lachrymam, ut desiderio regni cœlestis plangamus, & nra ac aliorum uitia deploremus, atq; ex compassionē passionis Christi fleamus. Potest quoq; intelligi de pane materiali, i. cibo & potu corporis competenti, quem à deo p'ostulare debemus, & de mēsa quasi de manu dei sobrie sumere, sumptoq; cibō g'ras deo referre. Quinta petitio est: ET DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA, id est, peccata & supplicia quae peccado meruimus. SICVT ET NOS DIMITTIMVS DEBITORIBVS NOSTRIS, i. sicut ignoscim' his q' peccauerit in nos, q'bus semper dimittenda est culpa, estq; laudabile, p'cna etiā seu satisfactionē ipsi remittere, nisi conseruatio iustitiae & utilitatis reip. aliud exigant, & nisi ipsi ex hoc deteriores reddant, videlicet audaciōres ad iniuriandū quasi impune peccates, q' tunc charitas exigit ut secundū ordinē iustitiae puniatur, & per poenas à suis flagitiis arceatur. Itaq; qui alij nō ignoscit, hæc dicendo cōtra se orat, nisi in psoma ecclesia dicat haec, sicut supius plenū est. Sexta petitio est: ET NE NOS INDVCAS IN TENTATIONEM, i. à tentationib; non p'mittas nos supari, sed da gratia resistendi, patientiā sufferendi, fortitudinē præualeedi. Septima petitio est: SED LIBERA NOS A MALO, i. ab omni peccato, præterito, præsenti & futuro, & à malis penalibus ac aduersitatibus uniuersis, ne obruamur uel ad impatientiā p'ducamur ab eis, sed omnia coagentur nobis in bonū. AMEN. i. fiat, subaudi qd petim'. Deniq; uirtute hui' ofonis p'ctā mortalia oblita ac uenialia dimittuntur. Et q' ofo ista p'z onibus cunclis dignissima & sententiosissima, quia & ipsem Christus eam compositum. Et cum sit breuis in uerbis, profundissima ac f'cē cunctissima est in sensu. Omnia quoq; quæ à deo petenda sunt, ad septem h'c reducuntur, ac in eis clarissime continentur. Hanc ergo orationem in suo vulgari sermone cum aduersitate & seruore laici quotidie legant se p'simme. Qui autem uult decum decenter orare, propriam defectuositatem, fragilitatem & culpam prudenter attendat: dei quoque maiestatem ac pietatem immensam sapienter consideret, ut sic cum ingenti humilitate, reverentia & seruore altissimum deprecetur, & cum domino deo suo non uaga, sed deuota recollecta que mente loquatur. Oratio quippe est oranti subfidium, deo sacrificium, angelis gaudium, dñi monibus flagellum. Orans autem non debet tam alte orare, ut alios in orando impedit, nec signa alicuius singularis deuotionis monstrare.

Arti-

Articulus XLIII. Quo homo iuste se habere debet in emendo & uēdendo.¹

Via uix aliquis est curatus, qui in grege sibi commiso non habet quofdam humanis contractibus (scilicet uenditioni & emptioni) intentos aut quotidianū aut frequenter aut certe interdum, ut sciat curatus seu eius uicarius qualiter tales in confessione & prædicatione instruere debeat, aliqd de hac materia hic introduci utile reor. Itaq; primo quero, an licet rem carius uendere quam ualeat, & an ad restitutionem tenetur qui hoc fecerit. Ad hoc sanctus Thomas in secunda secundæ quæstionē septuagesima respondit: Fraudē adhibere uerbius aut factis ad hoc, quod res aliqua plus pretio iusto uēdatur, omnino peccatum est atq; illicitum, quia per hoc homo decipit proximum suum in damnum ipsius. Vnde & Tullius libro de Officiis ait: Tollendum Cicerō est à rerum contractibus omne mendacium. Si autem frusus defit, tunc de uēditione & emptione loqui possumus duplicitate: primo secundum se, sicq; emptio atque uenditio introductæ sunt pro communi utilitate uendentes & ementes, dum unus indiget re alterius, & econtra, prout in primo Politicorum scribit Philosophus. Quod autem pro communi utilitate inductum est, non magis debet esse in grauante unius quam alterius: sed debet ibi seruari equalitas, ut utraq; pars seruetur indemnitas. Porro ualor rei penes premium quod pro ea datur, atq; editur seu mesuratur, ad quod etiam numismata inueniuntur est, ut quinto Ethicorum habetur: idcirco si premium excedat qualitatem ualoris rei, aut econtra, auferet q' qualitas ipsa iustitia. Hinc carius uēdere aut uilius emere rem quam ualeat, est secundum se in iustum atq; illicium considerata tamen qualitate loci ac temporis, quoniam aliquid in loco uno unoq; tempore plus ualeat, quam in alio loco & tempore. Secundo possumus loqui de emptione & uēditione, secundum quod per accidēs cedit in utilitatem unius & de utilitatem alterius, sicut dum un' multum indiget re aliqua, & aliis dannum incurrit si careat ea: & tunc iustum premium erit non solum iuxta ualorem rei secundum se, sed etiam iuxta damnum quod uenditor ex rei uēditione incurrit: sicq; licet potest aliquid uendi plusq; ualeat secundum dum se, non tamē plus quam habeti ualeat. Si autē emperor multum iuuetur ex re alterius, & uenditor non damnificatur carendo re illa, non debet eam supendere. i. carius uendere: quia utilitas quæ actori accrescit, non est ex uēdente, sed ex conditione emētis. Nullus autem debet uēdere quod non est suu, quamvis uēdere possit damnum quod patitur. Et id est, si uenditor multum iuuetur ex rei emitoris, & emperor non damnificatur carendo re suat quia tunc empator non debet rem uilius emere seu pro pretio minori quam ualeat. Idcirco illiciē agunt negotiatores diuites, qui à pauperibus emūt pannos aut similia uilius absq; proprio damno, quamquā pauperes pecunia indigentes pro minori dent pretio, cupientes uti q' carius seu quantum res ualeat, uendere, si ualeret. Præterea aduerte quod secundum leges humanas licet emēdo & uendēdo decipere, dummodo nō ultra dimidiā iusti pretij quantitatē fiat decipēt. Lex enim humana respicit alij finem q' lex diuina, scilicet pacificani hominum conuersationem ad inuicem in hac uita: & datur communī populo, in q' multi sunt à uirtute deficients. Idcirco prohibere nō potest quicquid est contra iustitiam & uirtutem, sed ea quae impediunt pacificam hominum conuersationē ad inuicem. Alia autem quā licita habet, non q' ea approbet, sed qm' ea non punit, quemadmodū meretrictū & uilaras. Si uero ultra dimidiā iusti pretij quantitatē emētor & uenditor semutuo fallat, cogit eos ad restitutionem lex humana. Lex autem diuina nil uitiosum definit. Impunitū Ideo si in emptione & uēditione nō seruetur equalitas iustitiae, tenetur ad restitutionem qui plus habet, ei qui damnum perpeccus est, si fit notabile damnum: quod ideo dico, qm' iustum premium rei non est semp p'ctualiter & certitudinaliter determinatū, sed potius in quadam hominum estimatione existit, ita q' modica additio seu minoratio non uideat tollere aequalitatem iustitiae. In hoc tamen examinet quilibet conscientia suam. Secundo quæsto, an uenditor sit iniusta propter defectum rei uendit. Dicendum q' mō, siue sit defectus secundum naturam seu speciem rei, ut si uendatur aurichalcū pro auro: siue sit defectus secundum quantitatem, ut si q' utatur minori mensura: siue secundum qualitatem, ut si uendatur animal ægrū profano. Et quemcunq; horum defectuum uenditor in re sua cognoverit, p'cat uendēdo quasi res non sit realiter defectuosa, & ad restitutionem tenet. Si autem ignorat defectum huiusmodi in re sua, non peccat uendendo, quia non intendit deciper sed postquam cognoverit, obligatur recompensare damnum emitoris. Et quod dictum est de uēditione, etiam de emptione est sciendum. Cōtingit enim interdum, ut uenditor p'et rem suam uiliorem esse quam est, ut si aurum aestimet aurichalcum: & si emētor hoc noscit, te-

Concordat
tex. in L. in
causa. ff. de
mino. & il.
2. C. de resi-
uend. c. cui di-
lect. extra de
emp. & uēd.

Iob. 24.

Qqq 3 ne.

metur insinuare illud uenditoris & si aliter emit, iniuste emit, atque ad restitutionem tene-
tur. Deniq; mensuras rerum uenaliis oportet esse diuersas in locis diversis, propter diuer-
sitate copiae & inopiae rerum; quia ubi res magis abundat, confusuerunt esse maiores men-
suras. In eodē tamen loco ad rectores ciuitatis pertinet determinare, quae sint iustæ mensu-
rae regi uenaliū, pensatis conditionibus locog & regi. Ideo has mensuras publica autorita-
tate uel cōfuetudine institutas præterire non licet, iuxta illud Deuteronomij: Nō habebis
in sacculo diuersa pondera, maius & minus: nec erit in domo tua modius minor & maior.
Abominatur enim dominus eum qui facit hæc, & aueratur omnem iniustitiam. Tertio que-
ritur, an uenditor tenetur empori dicere uitium rei uenalis. Dicendum quod immo, quia ali-
as daret emptori occasionem damni uel periculi damnum, scilicet, si propter uitium rei ini-
hil de pretio minuatur, periculis, si propter uitium rei usus eius sit impeditus aut noxius, ut si
uendat equum tardum pro ueloci, aut domum ruinosam profaci. Si autem defectus rei
sit manifestus, ut si equus sit monoculus, uel usus rei quamvis non sit uenditori, pos-
sit tamen alijs utilis esse, & uenditor subtrahit de pretio quantum congruit, tūc non tene-
tur manifestare defectum seu uitium rei uendendi, quoniam propter defectum illum em-
ptor forsitan plus de pretio quam iustum est subtrahere. Ideo uenditor licite potest in
demnitatibus sua consulere uitium reticendo. Istud dicunt doctores communiter. Verun-
tamen mihi uidet, qd etiam tutius atq; salubrius sit uitium rei manifestare, immo hoc mihi ne-
cessè uidetur, si emptor ex simplicitate aut in experientia aut inaduertentiā defectum nō ad
uertat neq; consideret, & si uenditor hoc ppndat. Quarto quæro, an licet negoziando ali-
quid carius uendere qd emptum est. Dicendum qd ad negotiatores pertinet commutationis
bus regi, insisterem secundum Philosopherum primo Politicæ. Porro commutatio duplex est:
Vna quasi naturalis & necessaria uitæ humanae, per quā fit cōmutatio rei ad rem, uel regi
ac denariorum propter uitæ necessitatem; & talis cōmutatio seu uenditio non proprie-
tatem ad negotiatores, sed magis ad economos uel politicos, qui habent providerere domui
aut ciuitati de necessariis uitæ. Alia commutatio est denariorū ad denarios, uel quarūcun
q; rerum ad denarios, non propter res necessarias uitæ, sed propter lucrum quæ rendit; &
hoc ad negotiatores proprie p̄tinet, & iuste uitu patitur; quoniam quantū est de se, cupiditati
deseruit quæ terminum neficit. Sicut negotiatio sita turpitudine quædam habet, in qua-
rum nō includit finem necessariū aut honestū. Veruntamē lucru quod negotiationis finis
est, in sua ratione non includit aliquid uitiosum. Ideo lucru illud potest ordinari ad finem
necessariū uel honestū, uidelicet ad proprie psonę uel domus sustentationē, uel ad succur-
sen dū paupribus, uel ppter bonū cōmune, si ciuitati aut p̄fici necessaria desipit; sicut negoti-
atio licita reddit, dūmodo moderatū lucru querat, & res cari nō uendat qd ualeat, & lucru
expetat nō tanq; finis, sed qd stipendiū laboris. Vnde negotiatio est unū de illis actibus seu
officijs, qd uix sine p̄ctō fieri queat, iuxta illud Eccles: Negotiatio difficile a p̄ctō exiit. Augusti-
nus qd sup illud in Psal. Qd nō cognovit natura, uel negotiationē scđm alia translationē, te-
stati: Negotiator audi⁹ acqrendi pro dāno blasphemat, pro p̄fici res mētitur & piurati; sed
haec uita hoī sunt, nō artis, quæ fine his uitis agi potest. Postremo, qd sup Matthæum ait
Chrysostom⁹: Quicq; rem cōparat, ut integrā nō immutata uēdendo lucretur, ille ē mer-
cator qd de téplo dei ejicitur; & qd Cassiodor⁹ loquitur, Quid aliud est negotiatio, nisi uilius
cōparare & cari⁹ uelle distractare? negotiatores tales ejicit dīs de téplo hæc inquā, intelli-
genda sunt de negotiatores, qd finaliter lucru intendit. Itaq; curatus de his oībus diligenter
instruat sibi commissos, p̄fserit quoniam tam in urbibus qd in uiliis multi, etiā in patuis re-
bus & p̄z ualentibus uendendo & emendo fraudes diuersas multaq; uitia varijsq; modis
misericorditer ualde cōmittunt, qui oēs peccat contra id quod apud Matthæum ait saluator: Omitte quecūq; uultis ut faciant uobis hoīes, & uos facite illis. Sed certū est qd nullus uult si
bi aliqd carius uendi qd ualeat, ergo nec alijs hoc facere debet, sed heu multi sunt nimis ini-
morati, qd deum nequaq; p̄ oculis habent, & plus dolēt de dāno pecunij, qd de peccatis at
qd periculis anima suæ, similes insensatissimi illis hoīibus, de quibus in libro Sapientie le-
gitur: Aestimauerūt ludū esse uitam nō am, & conuersationē uitæ ad lucra esse cōposita, &
oportet undecūq; acqrendre. Hinc oīa ista sunt parochianis feruēter, frequēter atq; clarissi-
me exponenda. Oīa autem hic introducta, habentur in summis doctorum, uidelicet Tho-
mas, Raymundus, Hostiensis, Iohannis, Durādi & in summa Pisana ad quas recurrat, cui de
materia ista dubitationes occurront.

Articulus XLV. De restitutione, quibus, quando & qualiter sit facienda.

Præ-

Praeterea, cum sint plures qui uel aliqua bona iniusta aut illicite acquisita habeant,
ut sciat curatus seu eius uicarius, quō talibus tā in confessione qd extra confessionē
cōculere debeat, aliquid de ista trāctare materia cōmodum arbitrari. In primis igit
aduertendū, qd restituere est aliquid iterato statuere seu ponere in possessionē suis
dñiū rei suę, qd uidelicet res unū habet ab alio, uel ex uolūtate ipsius, sicut in mutuo atq;
deposito; uel cōtra ei⁹ uolūtate, quē admodū in rapina & furto. Hinc restitutio est actus iu-
stitiae. Itaq; primo quero, an sit necessariū ad salutē, restituere qd ablātū est. Et uide qd non,
et hoc sit in aliquibus impossibile, sicut in mutilatione & homicidio. Ad hoc docet docto-
res: Restitutio hæc informat restitutio rei qd iniuste ablata est. Sic nāq; per iteratā eius ex-
hibitionem æqualitas iustitiae reparat. Si nō res iuste ablata est, non est æqualitas iustitiae ut
restituatur, qd ex liberalitate & pieitate possit restituī, potissime indigenti. Cū ergo ferua
re iustitiam sit de necessitate salutis, certū est qd iniuste ablata restituere necessum sit salutē.
Propter hoc afferit Augustinus: Non dimittit p̄ctō, nisi restituaf ablātū. Ad argumentum
ergo respondendū, qd in aliquibus non potest reddi æquivalens, sed sufficit qd satissimat &
recōpensetur, in quantum possibile est iuxta dictam prudentiū. Deo & parentibus nō p̄t
reddi æquivalens, sed sufficit reddere honore ac uicē pro posse. Sic qd restitutio fieri debet in
mutilatione & homicidio, considerata conditione utriusq; psonę scđm iu dicū probi uiri.
Scđo quoq; qualiter ad restitutio tenet qd alium diffamat. Ad hoc Thomas alij qd id
qd alius pot alterius famā auferre tripliciter. Primo uex dicendo & iuste, ut dū manifestat
crimē alterius, debito ordine charitatis atq; iustitiae obseruato, uidelicet propter bonū cōe-
uel propter salutē peccantis, & tūc ad famē restitutio non obligat. Scđo falso sum dicēdo &
iniuste seu inordinate, uidelicet cōtra debitū ordinē charitatis & cōquitatis, ut qui ex ira, im-
patientia aut simili uito prodit p̄ctō alterius, uel hoc facit nō debito loco & tpe, nec ex rō
nabili cauta; & tūc tenetur ad restitutio famē qd p̄ctō, tñ non mentientur, sed dicēdo se
male & imprudenter esse locutū, uel qd eum diffamatq; iniuste; sed si nō potest ei restituere
famā, debet aliter recōpensetur, sicut in alijs tactū est. Curatus ergo & omnis prælatus doce
at subditos suos, qd periculōsum ac uitiosum sit alios detrahendo aut susurrādo impropara-
re aut diffamare, & qd ad restitutio tenet scđm in formā iam scriptā, nec aliter possunt ab-
solvi. Deniq; loquendo in generali talis diffamatio seu detracō grauius est p̄ctō qd furtū;
quiplus nocet, eo qd bonafama melior appetibilior qd constitut qd exterior substantia, mā-
xime in quanti cedit ad gloriam dei, qui in bonis hominibus honoratur atq; laudatur, ædi-
cationē mēj proximi, propter quod negligit famam, scđm Augustinum crudelis est.
Hinc Salomon ait: Melius est nomen bonum qd ungēta p̄tiosa. Et tursus dicit scripturam:
Curam habe de bono nomine, hoc enim plus proderit tibi qd thesauri multi. Tertio quæri-
tur, an sufficiat restituere simplū quod ablātū est. Ad hoc respōdent doctores, præci-
pue Alexāder de Hales & Thomas, qd dum aliquis iniuste rem alterius auferit, dū sunt ibi
consideranda: Primum est inæqualitas ex partē rei, quæ contra iustitiae æqualitatem auferit.
Scđm est iniustitiae culpa, ut cum quis inserit aut inferre uolentiam alii cupit. Itaq; qd uol-
ad primum, adhibetur remedium per restitutioem, sed qd uol- ad scđm, adhibetur remediu-
um per p̄cnae infiſionem, quam inferri spectat ad iudicem. Ideo ante qd sit condemnatus
per iudicem, non tenetur plus restituere qd acceptū sed post qd per iudicem cōdemnatus est,
tenetur etiam soluere p̄cnam. Quarto quæritur, an quis tenetur restituere quod non abs-
oluti, sed totum dānum quod alter ex dilatatione seu mora restitutiois aut persolutoriois in-
currat. Ad hoc Thomas, Raymundus & alij dicunt: Quicq; alii dānum uol- se uolentiam
damnificat, uidetur auferre ei id in quo ipsum damnificat. Sed aliquis damnificatur dupli-
citer. Primo in eo quod actualiter habet, & tale dānum restituendum est integrum: scđo
in eo quod habet in potentia, dū aliquis impedit eum in adēptione boni illius, ad qd habē-
dū fuit in bona dispositione seu uia; & tale dānum non oportet tam integrē restituere,
ut ultra id qd ablātū est, restituatur totū ad qd habēdū fuit in uia. Nā ab illius adeptio-
ne poterat multipliciter impediri, & minus est habere in potentia qd in actu. Tenetur tñ fac-
ere aliquam recompensationem scđm conditionem personay & negotiorū, & prout ille
qui dānum perpeccus est, fuit in uia propinquiori aut certiori conseqēdo bonum futurū.
Hinc patet, quō restituere obligatur qui alterius semina aut fata effudit, & qui creditori nō
soluit infra tempus p̄fixum. Quinto quæritur, an restitutio semper sit facienda ei à qd oī
res ablata est uel accepta. Dicendum qd sic, cōmuniter regulariter atq; loquendo, non tamen in
omni casu, ut si fūtiosus querat gladium quem concessit, non est ei reddendus nisi cessantē

Fama aufer-
tur alii os-
pliciter.

Ecc. 7.
Ecc. 4.

Dupliciter
ligi dānum po-
tuer.

Qqq 4 fu

D. DIONYSI I A RICKEL CARTHUSIANI,

furore. Alius tamen non debet sibi rem huiusmodi appropriare. Præterea aduertendum, qd aliquis duplicitate aliquid illicite dat. Primo, qd datio est contra iustitiam, ut patet de illo qd Simonia dedit; & talis quod dedit, meretur amittere, nec est ei restitutio facienda: & qui illud accepit, non debet sibi illud retinere, sed in pios usus conuertere. Secundo aliquis illicite dat, quia propter rem illicitam dat, qd datio non extat illicita, sicut qui dat meretrici propter fornicationem, tunc illa potest quod sibi datum est retinere: ueruntamen si per fraudem & dolum aliquid supflue extorsisset, restituere teneretur. Sexto quæritur, quid agendum sit dum is cui restitutio efficienda sit omnino ignotus aut mortuus, aut in remouis locis uel captus. Respondent doctores, qd si omnino ignotus, debet homo restituere secundum quod melius potest, dando eleemosynas pro anima ipsius, sive uiuat, sive obierit, præmissa tamen diligenter inquisitione pro persona ipsius. Si aut sit mortuus, dandum est eius hereditati. Si uero sit multum distans aut captus, transmittendum aut deportandum est ei uel ad usum ipsius, si congrue hoc fieri possit alioquin reseruandum est pro eo in loco secreto. Septimo quærero, an semper restituere ille qui accepit. Responde Thomas, Iohannes, Bartholomeus & alijs, qd circa illum qui rem alienam accepit, duo sunt pœnanda, uidelicet res accepta & ipsa acceptio. Itaque rōne rei tenetur restituere eam, quādiu hāc habet. Ipsa uero acceptio rei potest tripliciter se habere. Interduum namq; est iniuriosa seu cōtra uolūtatem domini rei, quemadmodū in rapina & furto: & tunc tenetur ad restitutionem non solū ratione rei, sed etiam rōne iniuriae actionis, qd res illa apud ipsum non sit. Vnde fur & raptor hoc modo ad restitutionem tenent, qd res nihil habeant de rebus iniustis sublati, atq; ulterius pro illata iniuria debet puniri. Interduum uero aliquis accipit rem alterius ad propriam utilitatem cum uolūtate illius, sicut in mutuo, tūc qd ad restitutionem tenet eius, quod accipit, rōre rei, & non ratione acceptio, qd nihil de re apud ipsum dimanserit. Tertio aliquis accipit rem alterius absq; illius iniuria, non tamen pro propria utilitate, ut in depositis patet. Ideo quīta accepit, in nullo tenetur rōne acceptio, imò accipiendo impedit obsequium. Vnde si subtrahatur absq; sua culpa, non utiq; ad restitutionem tenetur, sed si ex culpa seu negligētia sua res subtrahatur uel amittatur, restituere obligatur. Deniq; dum multi alij sua tollant, & unus eorum restitutionem fecerit plenam, alij non tenentur amplius restituere, sed refundere restitutori, qui tamen potest illis remittere. Octauo quæratur, an etiam qui non acceperunt rem, ad restitutionem tenentur. Respondent doctores, qd ad restitutionem tenetur quis non solū ratione rei aliena, sed etiam ratione actionis iniuriosa. Idcirco quicunq; est causā iniustae acceptio, ad restitutionem tenetur: quod cōtingit duplicitate, uidelicet directe & indirecte: Directe, qd inducit quis alij ad accipiendū, qd contingit tripliciter: Primo, mouendo ad acceptio huiusmodi, qd fit præcipiendo, cōsentiendo, consulendo. Secundo, recipientem hospitando uel opem prebendo. Tertio, quia est particeps rei ablatæ, uidelicet furti sive rapina. Indirecte uero, quia nō impedit cū posse ac debet, ut si princeps non prohibeat talia fieri, aut non resistat pro posse, uel quia occulat dum rēuelandum est. Itaque quicunq; praemissorum semper obligant ad restitutionem: Et primo iussio, deinde confusus eius sine cuius cōsensu rapina nō fieret, tertio recursus, uel dum aliquis est receptator latronum atq; similiū, & eis patrocinium præstat: quarto participatio in criminis & in p̄dat quinto non obstans sicut tenetur, quemadmodum principes, si ex eorum defectu latrones aut raptore incréscat, tenentur poliatis in terra sua ad restitutionem, qd non redditus principium sunt quasi stipendia pro principibus instituta, ut iustitiam conseruent in terra. Porro in alijs casibus tacitū non semper obligat ad restitutionem. Nam omne consilium, adulatio aut aliqua huiusmodi est ineficax causa rapinae. Sed tūc consiliator & adulator ad restitutionem tenentur, cū probabiliter æstimari potest, qd ex eorū consilio uel adulazione iniusta acceptio fuerit subfecuta. Verūtamen uno testi- tuente ei qui damnū perpeccus est, alij restituere ei non tenentur: sed illi qui sunt principales in facto, & ad quos res deuenit, tenentur restituere his qui restituerūt. Nono quæritur, an oportet statim restituere his qui restituerūt. Respondent doctores, Alexander de Hales, Thomas & alijs, qd sicut contra iustitiam est, rem alienam accipere contra uolūtatem domini rei, ita & detinere eam: quia per hoc qd quis tenet rem alienam inuito domino, impedit eū ab usu rei suæ, & sic facit ei iniuriam. Cum ergo non liceat alicui in peccato manere, cōstat qd quilibet tenetur statim restituere uel dilationem rogare. Hinc etiam constat, qd culpabiles sint, præcipue diuities, qui alijs potissimum indigētibus debita non persoluit. Exhortandi sunt ergo parochiani, ne bona iniusta restituere cōfiant, & debita cito persoluant. De hac autē

DE VITA CVRATORVM.

492

autem materia qui plenus cupit doceri, ad summas recurrit doctorum.

Articulus XLVI. De ludis & iocis, qualiter liciti sive illiciti sunt, quid fieri debet de lucratib; per ludum.

Que madmodum in secūda scđe affert Thomas, Homo non potest continue sibi in laboribus corporalibus, nec etiam spūalibus exercitij. Vnde sicut in indiger corporali refocillatione, ita & aīa ac uirum eius recreatione. Ideo ludi & iocci si moderati sint, atq; honesta & recta fiant intentione, ex bona quoq; radice non ex cupiditate aut simili uirio, liciti sunt. Circa quos tria præcipue sunt cauendar. Primum, qd recreatio talis nō quæratur in uerbis aut factis turpibus seu nocivis: Secundū, ne grauitas aut cordis custodia nimium refoluatur: Tertium est, ut ludus sit cōueniens secundum cogitatem personæ, loci aut temporis. Si igitur in ludo & ioco ista non obseruerit, illiciti sunt. Si itaq; in eis assūmant uera mala, facta turpia, iuramenta prohibita, mendacia, est mortale peccatum. Quod etiam interduum contingit propter uehementiam affectus ad ludum, intantum qd propter præceptum dei sive ecclesia ludere non recuserit. Si uero non sit tam immoderatus affectus ad ludum, est ueniale peccatum, nisi forsitan ludus sit in seipso prohibitus ac nocivus. Hic primo queritur, quid sit ludus aleg. Dicendum qd ludus aleg quandoq; stricte accipitur pro ludo taxillorum, interduum accipitur extensis cōspicū omnis ludus qui fortunæ innititur, alea appellatur. Et omnes tales ludi secundum leges prohibiti sunt, præfertim si fiant ex affectu lucrandi, culpabiliter sunt & cupiditatē includunt, ita qd unus alij expoliare intēdit ac initit, quod semper illicitum est, præsertim diebus festiuis, in quibus non licet per approbata officia quicq; lucrari, nec habere affectū lucrandi in illis diebus, multo minus hoc licet per ludos. Deinde quæritur, utrum qua per ludum acquirentur, sint illicite acquisita. Dicendum qd imò, dum ludus ipse illicitus est, potissimum si ex parte lucrantis seu acquirentis exter illicitus: Sed tūc oritur que sit, an lucrator in ludo tenetur semper ad restitutionem, uel ut conuertat lucrum tale in eleemosynas piosq; usus. Circa hoc consideranda sunt quae in secūda scđe q. 32. scribit Thomas hoc modi: Circa ea quae per ales acquiruntur, uidetur aliquid esse illicitum ex iure diuino, uidelicet qd aliquis lucretur ab his, qui rem suam alienare non possunt, sicut sunt iuniores aetate, furiosi &c. & qd aliquis ex cupiditate lucrandi alij ad ludum trahat, & qd fraudulenter lucretur. Vnde in his casibus ad restitutionem tenet. Ideo de sic lucratib; non potest eleemosynam facere. Aliquid quoq; uidet in his illicitū esse ex iure positivo ciuili, qd uniuersaliter prohibetur tale lucrum. Sed qm̄ ius ciuile non obligat omnes, sed hos tārum qui legibus sunt subiecti, & per desuetudinem abrogari potest, hinc qui his legibus sunt astricti, tenentur uniuersaliter ad restitutionem eoz, quae lucrantur, nisi forte contraria consuetudo præualeat, aut aliquis lucratus sit ab eo qui ipsum traxit ad ludum. In quo casu non obligatur restituere, qm̄ qui amicit, non est dignus recipere nec tamen potest digne retinere, tali iure positivo durante, sed debet de hoc eleemosynam facere in hoc casu. Hac eadem scribit Thomas super 4. Senterit iage. d. 15, quē etiam in sūmis doctoꝝ allegant. Deniq; secundū Raymūdū & Iohan. & alios plures, quicunq; ludū alea uel taxillis, & participes ac inspectores peccant, præsertim si clerici sint, imò secundū Gulielmū. Ludus ille mortale p̄st̄ est, etiam si homo non ducat in cori suetudinem, quod ut in sūma Pisana habet intelligendū est, qd ex auaritia ludit. Præterea qd magnum peccatum sit ludus iste, Raymūndus ostendit ex nouem malis quae attendunt in ipso. Primum est desideriū lucrādi. Ecce auaritia, quae secundū Apostolū, est radix om̄im malorum. Secundū est uolūtā spoliandi proximū re sua. Ecce rapina. Tertiū est usura maxima non solū in anno, sed in eadem die. Quartū est multiplicia mēdacia uerbā p̄tōia ac uana. Quintū est blasphemia. Ecce hæresis. Sextū est multiplex corruptio proximorum, qui ad inspectio nem ludi quotidie prava consuetudine conueniunt. Septimū est scđalum bonorū. Octauo est contemptus prohibitionis ecclesia. Vnde glossa dicit qd secundū Magistrū, huiusmodi ludū sint prohibiti, nō tñ dissuasi, qd tutius est tenere. Nonū est amissio tñp; seu op̄m bonorū, quae hō tūc faceret. Hec eadē ponit Hostiē. & multa malorum istoꝝ etiā in alijs inueniuntur, idcirco uitandi sunt. Insup̄ queritur, an quicunq; traxit aliquā ad ludū, restituere tenetur. Ad hoc Bartho. in sūma Pisana responderet, qd imò, & ad hoc Thomā allegat. Addit qd qd at tractio ista sit large accipienda, uidelicet quibus unq; ybis aut factis induxit illū ad ludū, cum alijs non lūsset, etiā si in medio ludi induxit illū, cum ille uellet defistere. Similiter qd fraudulenter ludit, restituere obligat, sive cōmiserit fraudem ante ludū, fingendo se nesciū ludi aut simplicem qui decipi posset, cum tñ decipere intenderet, sive commiserit fraudem in

ir. d. c. efs.
c. inter diles.
Elos de ex-
cōs. p̄la.
ff. de alecto.
l. qd in cōui.

14. q. s. c. non
sunt.
ff. de alecto
l. ual.

Nouem mā
la ex aliis lib
fu.
l. Tim. 6

in iudeo, ut submittendo falsos taxillos, aut uiros male aut fraudulenter iactando, aut mendaciter afferendo quod obtinuit, aut male numerando pecuniam. Dicitur quoq; in summa præfata, qd quamvis inter dum ludens & lucranc non teneatur restituere, non potest tam id licite retinere propter turpitudinem. Postremo queritur, an ille qui uicit, quando voluntarius cum uoluntario lufit, teneatur ad restituitionem. Dicunt quida qd non, sed quod pauperibus sit erganda talis pecunia, ar. 14. q. 5. c. Nō sane: & hæc est opinio Placentij. Alij dicunt quod tenetur, sicut ex legibus comprobatur: & hæc est opinio Bernardi, & etiā Ray mundi. Sed ut mihi uidetur, utraq; opinio potest stare: quia secunda opinio stat, ubi imperialibus legibus utimur, prima ubi aliter uideatur. Nam cum iudus aleæ fit expoliatio quædam, non potest quis licite per ipsum qd acquirere. Idcirco iufor non potest lucrum tene re, nec perditio est restituendum quia indignus est rehabere, qui quantum in se fuit, proximum expoliare conatus est.

Articulus XLVII. Quod negotiatio fit clericis & sacerdotibus penitus prohibita.

Sicut praetactum in Decreto s. p. quemadmodū sunt negotiaciones uniuersis illicītate, ut pūra quæ sine peccato fieri nequeūt, sicut usura & simonia: quædā sunt qd difficulter & uix exerceri possunt absq; peccato, inter quæ unum est negotiatio, qua aliquid intuitu lucri emittit, ut postmodum carius uēdat: qd qualiter laicis licet, in præcedenti articulo patuit. Sed negotiatio ecclesiastica uiris, i. canonici, sacerdotibus, in factis ordinibus constitutis distictissime prohibetur, tanq; a generalibus synodis qd à ponti factibus summis. Cuius rationes s. Thomas in scđa scđa q. 77. compendiosissime tangit, dicens: Clerici abstinere debent non solū ab his quæ in se mala sunt, sed ab his qd quæ spe ciem mali habēt, quoniam malis speciem negotiatio habet: Primo, quod ordinari ad lucru terrenum, cuius clericis debent esse contemptores: Secundo, propter frequentia negotiatio peccata, ut dictum est. Tertio, qd per negotiacionem multum implicatur animus secularibus curis, sicutq; à spūalibus ac diuinis retrahitur, propter qd ait Apostolus: Nemo militans deo, implicat se negotijs secularibus. Veritatem clericis licet sua uēdere ac necessaria emere secundū modū commutatiuē iufit. Deniq; ad hæc probanda in Decreto 14. q. 4. multa introduncit, ut illud Tarraconeñ concilij: Canonum statutis firmatū est, ut quicunq; in clero esse uoluerit, emendi uiris, & uendendi carius studio non utatur: alioquin cohibeat à clero. Itemq; illud concilij Martini Papæ, Si qd oblitus timore dei, scenerauerit, uel centefiam exegerit, aut ex quolibet negotio turpe lucrum quæfierit, aut per diversas species uinti aut frugis uel cuiuslibet rei emendo uel uendendo incrementa suscepere, à gradu suo deiectus, alienus habeat à clero. Et rursus illud sanctissimi Niceni concilij: Quoniam multi clerici auaritiae turpia luca festantes, diuinū præceptum oblitū sunt, statuit sanctum concilium, ut si qd inuentus fuerit post hanc diffinitionem usuras accipere, aut ex qd libet taline negotio turpia luca festanti, uel species frumentorum ad sextuplū dare, omnis qd tale aliqd conatus fuerit ad questū, dejectatur à clero, & alienus habeat ab ecclesiastico gradu. Insuper Gelasius Papa ait: Clerici ab indignis quæstibus nouerint abstinentiam, & ab omni cuiuslibet negotiacionis ingenio & cupiditate cestandum. In quoq; uero sint gradu, si cessare noluerint, mox ab ecclesiastico officijs abstinere cogatur. Julianus etiam Papa testatur: Qui cung; tempore messis uel uindemias non necessitate, sed propter cupiditate comparat annam uel uinum, & seruat usq; dum carius uēdat, hoc turpe lucrum uocamus. Adhuc autē de hac ipsa materia in Decreto dist. 88, plurima allegant, ut illud Melchiadis Papæ: De creuit sancta synodus nullū deinceps clericūm possessiones conducere, aut secularibus se negotijs permiscere, nisi propter curam pupillorum aut orphanorū aut uidianarū, aut si episcopus ecclesiasticarum officijs abstinere cogatur. Iulianus etiam Papa testatur: Qui cung; tempore messis uel uindemias non necessitate, sed propter cupiditate comparat annam uel uinum, & seruat usq; dum carius uēdat, hoc turpe lucrum uocamus. Adhuc autē de hac ipsa materia in Decreto dist. 88, plurima allegant, ut illud Melchiadis Papæ: De

*14. q. 5. c. non
tacitum.**ss. d. c. nego
tiatorum.**14. q. 4. c. ca
nonum.**ss. d. c. nego
tiatorum.**1. q. 1. c. emen
dari. in glo.**2. Timo. 2.**14. q. 4. c. ca
nonum.**14. q. 4. ca. si
quis oblitus**14. q. 4. c. qm
mali.**14. q. 4. c. cle
misi.**14. q. 4. c. cle
misi.**14.*

regimen assumetur, ut gregis sibi crediti diligentius gerere curam possit, in parochiali ecclesia, cuius rector extiterit, residere personaliter teneatur. Super residētia tamen possit ordinarius gratiā dispensationis ad tēpus facere, prout rationabilis causa id expofcit. Ad idē possent non pauca ex Decreto c. 7. q. 1. congrue applicari. Hinc Vlrichus in sua assertū: Clericus debet in beneficio residere, & in eo officia sua implere. Et non impletens, sed uult pratisbus nūtisq; uacantes, nihil iuris habent in ecclesiasticis rebus, & si recipiant, ad refutū tenent. Redditus ecclesiasticus sunt stipendia seruientium. Hostiensis quoq; testat: Clericus debet in beneficio residere, in propria persona seruēdo ecclesia, & seruire debet suo in ordine, quoniam parum esset praesentiam exhibere, & ecclesie sūg curam negligere. Veruntamen quidam sunt casus, in quibus à residentia excusat. Primo, propter prauorum iniurias contra ipsum; secundo, propter studium; tertio, propter speciale priuilegium; quarto, si fit in obsequio Papæ; quinto, unus uel duo sint in obsequio episcopi; sexto, si se absenta non in fraudem, sed commodum ecclesie, eius iura fideliter prosequendo. Insuper, scđm Raymū dum, Clericus secularis transire potest de ecclesia una ad aliam tribus de causis: Primo propter hostes, & tūc cauſa cessante debet reuerti & recuperare suam ecclesiam. Scđo propter utilitatem, quia utilior potest esse in alia ecclesia q; in sua, & tūc autoritatem superioris id fieri debet. Tertio propter humilitatem, scilicet ingrediendo religionem. Si ue rex cupiditate uel ambitione transiit de una ad aliam, debet utraq; carere; quoniam unam superbe contēpsit, & aliam superbe cupiuit. Præterea curati diligētissime ista aduertant, & conscientias suas coram deo diſcutiant, quia scđm omnes sanctos doctores, cauſa dispensationis est uera euidentisq; utilitas aut certa necessitas, prout singulariter Leo Papa & Gelasius protestantur. Alter scđm Bernardum non est dispensatio, sed dissipatio, nec coram deo excusat, scđm Anselmum & Gulielmū Parisensem. Si igitur curatus aut clericus se absenteret, ut in studio uel alibi liberius, quietius & delicatius uiuat, nec studio cum debita diligētia sit intentus, sed negligenter sine carnaliter ibi uiuat, nequaq; excusat curam altissimum, sed tanquam fur, raptor atq; sacrilegus reprobat ab eo, laborem & onus abhorrens, & nihilominus laboris mercede usurpans, honoremq; uendicans. Tales curati agunt contra ius naturale atq; diuinum, de gbus Ezechiel ait: Haec dicit dominus, Vt pastoribus qui pascunt semetipſos, Lac comedebatis, & lana operiebamini, gregem vñ meum non pascbatis. Postremo, si curatus fuerit competentis scientie, laudabilius reor, ut apud gregem ibi commissum personaliter residens peruereret, quam ut illum alteri de eius uita ac diligentia certus non est, committens, ac per hoc periculose & suos exponens, ad studium gradiatum, si uera ac salutari scientia, qua est unū de septem donis spūſandi, proficeretur, in charitate, humiliante, ceterisq; virtutibus crescere nitatur: & tunc utiq; spūſandus salubrius ac gratiosius dirigit eum, q; si in scholaistica scientia plurimū profectus est, qui per dona spūſanci efficiet homo fraternaliter atq; celeriter mobilis, docilis, diligibilis p̄ deo.

Articulus L. In quibus casibus liceat curato uicarium pro se substituere, & q̄enormiter peccent, q̄q̄ insipientissime agant, qui insufficientes uicarios sibi substituit.
TN Decreto c.21,q.2. habetur: Conducit ijs presbyteris ecclesia committit non debet. Vn de Innocentius II. Præcipimus ne conductiti presbyteris ecclesiæ committant, sed unaquæcū ecclæsia cui facultas suppetit, proprium habeat sacerdotem. Istud enim regulariter est seruandū, quoniam proprius curatus diligentior esse solet uel debet. Veruntamen in casibus precedenti articulo taciti, excusat curati absensia: & in eisdem casib⁹ licite sibi uicarium constituit, imo & obligat, dummodo sufficientem substituat. Quemadmodum enim iuxta Bonificij Papæ mandatum, curatus debet uita, scientia & estate ad curā animarum & regimen esse idoneus, ita & talern substituere, uel personaliter rehidere, aut curā parochialē dimittere. Hinc Vlricus ait in stiua sua: Videtur sufficere ad salutē, si clerici seu curati sua soli citu dine ac impensis prouideat, q̄ ecclesia decenter officiet, & populus sufficienter regatur ac instruat, & ipsi honestate uitæ ac morum bonū ex ampliis subditis prebeat, atq̄ interdum personaliter locum accedant, & de predictis certificantur, & quandoq; per se exoluant officium. Tuitius uero est, si per se continue faciant. Præterea omni scutari siue prælatus, ratione pastoralis officij ad aliquo obligatur circa sibi commissos de iure naturali ac diuino, à q̄bus per nullam dispensationem potest absoluī, uidelicet ut gregem sibi creditū paternaliter diligat, per bonā famam eum edificet, tpe opportuno pro ipso exoret, cordialeū sollicitudinem pro ipsis salute habeat & conseruet, & quod per se ipsum nonna-

Causa excusans personalem residuum,

Bernardus
Anselmus

Exch, 34

21.Q.2.C.PRAE-

De'electio
m s.c. licet

IN Decreto c. 21. q. a. habetur: *Conductitijs presbyteris ecclesia committit non debet. Vnde de Innocentio II. Præcipimus ne conductitijs presbyteris ecclesiæ committant, sed unaquæque ecclesia cui facultas suppetit, proprium habeat sacerdotem. Istud enim regulariter est seruandū, quoniam proprius curatus diligenter esse solet uel debet. Venientiam in casibus præcedenti articulo tacitis, excusas curati absentiæ: & in eisdem casib⁹ licite sibi uicarium constituit, imo & obligatur, dummodo sufficientem substituat. Quemadmodū enim iuxta Bonifacij Papæ mandatum, curatus debet uita, scientia & estate ad curā animarum & regimen esse idoneus, ita & talem substituere, uel personaliter residere, aut curā parochialē dimittere. Hinc Vlricus ait in summa sua: *Videtur sufficere ad salutem, si clerici seu curati sua sollicitudine ac impensis prouideat, quæ ecclesie decenter officiet, & populus sufficienter regatur ac instruat, & ipsi honestate uitæ ac morum boni exempli subditis prebeat, atq; interdum personaliter locum accedant, & de predictis certificantur, & quandoq; per se exoluant officium. Tutiū uero est, si per se continue faciant.* Præterea omnis cura sive prælatus, ratione pastoralis officij ad aliquo obligatur circa sibi commissos de iurenaturali ac diuino, à quibus per nullam dispensationem potest aboliri, uidelicet ut gregem sibi creditū paternaliter diligat, per bonā famam eum edificet, tpe opportuno pro ipso exoret, cordialem sollicitudinem pro ipsis salutē habeat & conseruet, & quod per se ipsum non forsitan sit*

cit, per alium fieri pro posse procuret. Quantumcumque corporaliter abest à plebe sibi commissa, nihilominus praetacta semper fideliter impletat. Itaq; q̄ infidelis atq; ingratuus est Christo, qui populum Christi sanguine redemptum in sufficietū cōmittit uicario, qui pretiosissimum ac deo charissimum thesaurum, uidelicet animas gregis sibi crediti, pro quarum salute unigenitus dei filius incarnatus, in mundo conseruatus, passus & crucifixus est, scādalo, carnali ac negligenti presbytero audet committere. Talis natiq; oues Christi lupo credit, exponit & offert, inīdō infernaliibus lupis exhibet deuorandas. Talis ergo curatus nec deum nec proximos uere ac spūialiter diligit. Deniq; cum nihil plus profit ac conferat subditis q̄ idoneus rector ac uirtuosus sacerdos, nihil quoq; plus noceat q̄ sacerdos auarus, uecarius ue insufficientis, negligens, scandalosus, carnis, constat q̄ curatus insufficientem pōnens uicarium, summe ineffabiliter noceat subditis suis. Estq; pricipia causa omnis mali ac damnationis eorum; sed & inestimabiliter noceat fibitempisi, quoniam uiuersa p̄tā insufficientis uicarii q̄ populū sui, redundant in ipsum. Facit demum summam contumeliam atq; iniuriam deo, cuius creaturas & oues tantis exponit periculis, tot p̄tā fieri permitteat, inīdō & quodammodo faciens fieri q̄ procurans, dum talē prose uicarium ordinat, ex cuius negligentiā insufficientia uitiosaq; uita tot oritur p̄tā, tot animae pereunt, tanta fit etiā irreuerentia sacramentis. Dicitur est enim, q̄ sacerdos publice male uiuens, in mortali peccato scienter existens, in omnī actuū officiū peccat mortaliter, uidelicet celebrando, confessionem audiendo, sacramenta dispensando, prædicando, sacra tangendo, & in similibus multis. Qyām uitiosum ergo, sceleratum atq; damnable est, insufficientem, carnalem, scandalosum constitueret ad agendum hos actus, præsertim cum tot modis p̄tā unius redundant in alterum, ut pura præcipiendo, consentiendo, consulendo, non refrendo, non impediendo, non prodēdo, ac alijs modis. Quid ergo est talem in uicariatu seruare ac sustinere, cum possit deponi, inīdō cum curatus eum deponere teneatur? Præterea contraria infrauctuoso curatos, cotrascandalosus presbyteros, contra carnales ac negligētes prelatos, sanctus Gregorius in quadam homilia plenissime loquitur: Ad messem (inquietis) multam operari pauci sunt, quod sine graui inore loqui non possumus: quia & si sunt qui bona auditant, defunt qui efficaciter dicant. Ecce mundus sacerdotibus plenus est, sed tamen in messe dei operari ualde rarū innuenitur: quia officium sacerdotale ac pastorale suscepimus, sed opus officij implenus. Porro tunc rector officium suum bene adimpleret, cum seipsum diligere per amorem priuatū nescit, nec aliud huius mundi desiderat. Sed quid nos, quod tamē dicere sine mōre non possumus, quid nos d̄ pastores agimus, qui & mercedem cōsequimur, nec tamen operari lumus? Fructus quippe sancte ecclesiæ in quotidiano stipendio sumimus, sed tamen pronobis commissis in prædicationē laboramus. Pēnsate q̄te damnationis sit, sine labore hic percipere mercedem laborum. Ecce ex oblatione fidelium uiuimus, sed nunquid pro animabus fidelium debite laboramus? Illa in nostrum stipendum sumimus, quē pro redimēdis p̄tā suis fideles obtulerūt: & tñ contra eadem p̄tā nec orationis, nec prædicationis (ut dignum est) studio infudamus, uix proculpa sua quēpiam aperta uoce reprehendimus: & adhuc, quod est gratius, si persona potens est, eius forsan extata laudantur, ne per iracundiam munus subtrahat quod præstatbat. Sed pensare debeamus quid Christus apostolis, & per apostolos loquiti nobis: Vos estis sal terra. Si ergo sal sumius, confidire fidelium nientes debentus. Curare nāq; sacerdotem necesse est quāt̄ fungili dicat, unumquēq; qualiter moneat & informet, ut quisquis sacerdoti iungitur quāt̄ ex talis tactu æternæ uite lapore conditatur. Sed tunc alijs uere recte q̄ prædicamus, si uerba factis ostendimus, si nos ipsi diuino amore compūgimur, & uite humana quotidianas maiulas lachrymias lauamus. Tunc autem de nobis uere compūginiūt, dum sanctorum patrum facta pensamus ac irritamur, & ex comparatione illorum uitam propriam aspernamus: tunc uero compūgimur, dum diuina præcepta studiose attēndimus, & ea perfecte implere conamur. Est autem ualde necessarium, ut cum de nobis ipsis in compunctione affectiam, etiam commissorum nobis uitam penitus, ne ab illorum nos custodia auerteramus. Quid enim prodest si nosmēti ipsos amates relinquantius proximos? Vel quid rursum prodest, si amantes uel zelantes prōximos, relinquentiam nosmet ipsos? Verū tamen sic exercetur zelus iustitiae contra commissorum peccata, ut in feruore distinctionis non relinquantur uirtus mansuetudinis. Ita enim sacerdotis nequam esse debet, præcepit ac perturbata, sed potius ex grauitate consilii metienda. Et porrare ergo pie debemus quos corrigimus, & corrigente quos portamus, quia in sacerdotiali pectore cum rigore æquitatis sp

De æta. &c.

Grego, homi
lia, J7.
Matching

40,d,c,mui

q.s.c.ipstñ
cerdotes.

Matt. 5

Sacerdotis
ra qualis tē
debeat;

Rit. fifta

Custodit debet uirtus mansuetudinis. Sed heu multa sunt praesidentium mala, & plerumque se pastore hominibus quasi sanctos ostendunt, & tamen coram deo turpes esse non era bescunt. Veniet, ueniet profecto dies, in quo pastorum pastor qui nunc per pastores subditorum culpam castigat, per semetipsum pastorum peccata percutiet & dannabit. Est aliud fratres mei, quod me de pastorum uita uehementer affligit: Ad negotia exteriora di lapsi sumus, & ministerium prædicationis relinquisimus, & ad damnationem nostram pastores uocamus. Relinquent etenim deum hi qui nobis commissi sunt, & tacemus: quotidiane per multas nequitias pereunt, & eos usq[ue] ad infernum tendere negligenter uideamus. Sed quando uitam corrigerem poterimus alienam, quin negligimus nostram? Secularibus namque curis intenti, tanto insensibiliores intus efficiuntur, quanto ad ea quæ foris sunt, studiosiores uideamus. Custodes in uineam positi, uineam nostram non custodimus: quia dum extraneis actionibus implicamur, ministerium actionis nostræ negligimus. Nullum putum frater charissimi ab alijs maius præiudicium, quam à sacerdotibus tolerat deus, dum eos quos ad aliorum correctionem posuit, dare alijs exempla prauitatis cernit: dum ipsi irrefrenati peccant, qui alias à peccatis compescere debuerunt. Considerate quid de gregibus agatur, quando lupi sunt pastores. Nulla animarum lucra quaerimus, ad nostra quotidie studia commodaq[ue] uacamus, terrena concupiscentiam, humanam gloriam intenta mente captamus. Impletum in nobis est quod Isaías prædicti: Et erit sicut populus sic sacerdos. Sacerdos enim distat à populo, quando uitæ sua merito vulgi actionem transcendent. Ploremus Ieremie lachrymas, dicentes: Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi lapiðes sanctuarij in capite omnium platearum? Quoniam sacerdotum uita quandam uirtutibus clara, nunc per actiones infimas & carnales ostenditur reproba: & qui per uitam rectam semper intus esse debuerant, per uitam reprobam foris uacant. Ecce iam pene nulla est actio seculi, quam sacerdotes non administrant, & pereunt populo autores sunt mortis, cui duces esse debent ad uitam. Pensamus ergo qui unquam per lingua nostram conuersi, qui de peruerso suo opere nostra increpatione correpti poenitentiam egerunt: Pensamus quod lucrum animarum fecimus deo, quos eius cōspectui aīaz manipulos offerimus, cū in die iudicii pastores sancti cū lucris & gregibus suis ante æterni pastoris oculos uenerint. Quid nos miser dicturi sumus, qui ad dominum deum nostrum uacui & in fructuosis redimus: qui pastoris nostri nomen habemus, & quas ex prædicatione & conuersatione nostra debeamus ostendere, non habemus! Conueniat ergo opus nostrum ordinis & officio nostro: Dum uacantem quemplam lubricumq[ue] uideamus, admonendus est ut coniugio studeat frenare iniquitatem suam, quatenus per hoc quod licet, discat frenare quod non licet. Dum coniugatum uideamus, admonendus est ut sic agat quæ sunt seculi, ut non negligat quæ sunt dei: & ut sic placet coniugi, ut non displiceat conditor. Cum clericum uideamus, admonendus est ut sic uiuat, quatenus uitæ virtuosæ exemplum secularibus prebeat, ne si quid iuste in illo reprehenditur, in eius uito Christiana religio clericalis uestra deliciatur. Cum monachum uideamus, admonendus est ut reverentiam habitus sui in actu, in locutione, in cogitatione semper attendat, ut quæ mundi sunt perfecte relinquat: & quod habitu oculis ostendit humanis, hoc ante dei oculos preferat moribus. Itaq[ue] iste iam sanctus, admoneatur ut se corrigit: qui autem adhuc iniquus est, admoneatur ut se corrigit: qui quis sacerdoti se iuxterit, sale sermonis illius conditus recedat.

Articulus LI. Qualiter à sacerdotibus & clericis uitandum sit uitium simoniae in petitione seu receptione temporali pro spiritualibus, rectificando intentionem atq[ue] propo situm mentis.

Cum Simonia sit studioſa uoluntas dandi aut recipiendi spirituale aut spirituali an nexum pro temporali ac corporali, cautissime ac ordinatissime habere se debent sacerdotes ac clerici, petendo seu recipiendo temporalia pro spiritualibus aliquoq[ue] faciliter ac dannabiliter simoniae incident labem ac uitium. Itaque Johannes Gerson Cancellarius Parisiensis in tractatu de Simonia inter cetera loquitur

quirit: simoniaca labes apte uitari potest per rectificationem intentionis, desiderando uidelicet uel accipiendo pro spūlibus tpalia, nō quasi p[ro]p[ri]a spūliū, cupiditatis ue nutrimentum, sed tr[ad]iti corporalis sustentationis necessariae adiumentū, ita ut ibi nō cōcurrant h[ab]e[re] uerbā. Do h[ab]e[re], uel des. Vel si h[ab]e[re] uerba ibi nō cōcurrant, nec dictiones iste conditionales & causes. s. pro & propter & similes, nō notabit causam principale, sed consecutiū & adminiculatiuam, sicut in psal. Inclinaui cor meū ad faciendū iustificationes tuas in aeternū propter retributionē. Quia utiq[ue] retributio à propheta refrebat ad deū, sicut finis sub fine. Vbi autem unum est propter aliud, utrūq[ue] est quasi unum scđm philosophū. Insuper ait hic doctor: In tuū potest referri ad tpalia quatuor modis: Primo, tanq[ue] ad pretium rei spūalis, quasi fit adæquatio ualoris unius rei ad alterā, quemadmodū in emptione & u[er]editione ciuili, scđo, sicut ad principale motiuū dandi spūlia pro illis tpaliis rebus, seu sicut ad ultimum finē in quo fiscat intuitus spūlia conferētis. Tertio, tanq[ue] ad motiuū minus principale, uel sicut ad finem alteri fini subordinatum. Quarto, tanq[ue] ad remiure diuino debitam ministro eccl[esi]astico spūlia impendienti pro sustentatione ipsius iuxta doctrinam Christi dicentis: Dignus est operarius mercede sua. Vnde & Ap[osto]ls ait: Si nos uobis spūlia seminamus, magnū est si carnalia uestra metamus: quasi dicit, nō est magnum. Hinc denuo protestatur: Quis militat suis stipendijs unq[ue]. Nunc ad propositum dico, q[uo]d primus intuitus & secundus sunt uere simoniaca, & simoniaca faciūt de iure diuino atq[ue] huano. Et si cōcurrat error p[ro]tinax, q[uo]d tuerit quō talia licite fieri queant, incurrit heresim proprie dicit. Porro, si feratur intuitus ad tpale bonū seu cōmodum tertio & quarto modis, hoc licitum esse potest atq[ue] laudabile, imo ac meritorium, sic tū ut obseruet illud Apostoli: Ab omni specie mala abstinetis uos: utputa ut administratio spūliū tertio & quarto modo facta, ex suo modo procedet in dīnō uideat primo mō fieri seu scđo: ut si non exercet spūlia, nisi primo tpalia dēetur, uel si turpiter exigant, & cum scandalo ac auaritiae nota. In quibus casib[us] possunt haberi suspecti de prauitate simoniaca, sic agentes presumptione iuriis aut facti, possentq[ue] iudiciale euocari. Itaq[ue] scribit p[re]fatus doctor: Obligatis ministrare spūlia, & ministrans ea, habet ue[ct]ius & potestatem recipiendi tpalia abilq[ue] hoc q[uo]d mendicit ea. Atq[ue] sub hac intentione licet minus principali, potest & potuisse obligare ad ministrandum spūlia, & pro sua sustentatione recipere tpalia. Circa materiam istā querit: Primo, an sacra possunt uenidi & emi: Respō dent doctores, spūliter s. Thomas sup[er] 4. sent. d. 25. Cum sacra noue legis gratia continet & causent, licite uenidi non possunt uel emi. Primo, q[uo]d h[ab]et sacra dispensans, non est facio[re] dīs, sed minister. Emptio aut fieri habet à dīo rei. Scđo, q[uo]d pretiū emptionis est quasi mensura adæquātū ualorem eius, sed corporalia non p[ro]fit g[ra]tiae adæquari: ideo gratiae contumelia facit qui facia g[ra]tiae uenit. Tertio, quia inde ipsa nomen fortis, quia gratis prestat: ideo cōtra rationē gratiae operatur, q[uo]d sacra gratiae uendere presumunt aut emere. Scđo queritur, an licet pro benedictione nubentium pecuniam exigere. Et respondet, q[uo]d matrimonium est non solum ecclesiæ sacramentum, sed etiam naturæ officium. Idcirco in quantum est sacramentum, non cadit sub emptione. Vnde secundum canones Simoniam committit, qui pro benedictione nubentium pecuniam exigit, quod intelligendum est, si petat pecuniam quasi pretium benedictionis aut sacramenti, non si querat eam quasi stipendium uitæ & ratione consuetudinis ecclesiasticæ comprobatae. Porro ex ea parte qua matrimonium est in officium naturæ, licitum est pro matrimonio accipere pretium, uel interponere conditio[n]em pro temporiā accipienda. Tertio queritur, quid esset agendum si sacerdos puerum baptizare non uellet nisi pro pretio. Respondetur q[uo]d in huiusmodi casu aqua potius esset à sacerdote emenda, & persona infantilium deferens baptizare deberet eundem. Similiter agendum esset si baptizari uellet adulterus, nisi forsitan posset sine periculo baptismus differri, quo usq[ue] ad superiorē habeatur recursus, cui ex officio competit baptizare. Quarto queritur, an licet celebrare pro pretio. Dicendum q[uo]d facere p[ro]actionem de Missa celebranda est simoniaca. Veruntamen si sacerdos non haberet alijs sumptus, nec ex officio tenetur facere Missam, potest alios denarios accipere, sicut faciunt conductiti sacerdotes, non quasi pretium Missæ, sed quasi sustentaculū uitæ. Quinto queritur, an pro absolutione ab excommunicatione aut culpa exigatur licite pecunia. Et dicendum q[uo]d non, sed ei qui absolvitur, potest pecuniaria pena imponi. Non licet quicquam exigere quasi pretium absolutionis, sed quasi poenam peccati. In quo cauendum est, ne talis exactio cupiditati magis quam iustitia ascribatur. Sexto querero, an licet pecuniam aut certos redditus accipere pro anniversario celebrando. Dicendum quod anniversarium est actus spiritualis, ideo pro eo cele

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

De Simo. ca.
sua. c. ad apo
stolicent.

2. Corin. 5

Desib. &
dig. c. signis.
de gloss.

De cohabit.
et. & mu. ca.
glossa inglo.

brando non licet facere pactum, nec aliquid postulare siue accipere quasi presum: si tamē aliquid detur ex deuotione ecclesie, ipse tenetur rependere in spiritualibus seu celebrare pro illis pro quibus rogatur. Hinc secundum Hostiensem & Gorridum pro exequijs defunctorum nihil exigilicet, sed pia consuetudines sunt seruandae. Septimo queritur, an licet dare pecuniam bonis hominibus, ut orent pro dante uel pro quibus defideret. Respō. datur quod oratio cum sit bonum spirituale, ne quaquam ponit debet sub pretio, nec licet dare pecuniam pro oratione emenda, sed ad alliciendum suscipientes ad exorandum, & per vita sustentamento, sic q̄q̄ pro pecunia, quasi pro pretio prædicationis prædicare non licet, sed quasi pro uite stipendio. Vnde & prophetis in veteri testamento munera conferabantur, non ad emendum actum gratiae prophetalis, sed pro necessaria sustentatione, id est, ut pecunia indigentibus detur, quemadmodum Paulus predicauit pro faciendo collectis. Octavo queritur, an licet a sacerdoti accipere pecuniam ut faciat Missam illo die, quo aliud obligatum est celebrare. De hoc præfatus Cancellarius Parisiensis in libro de sollicitudine ecclesiasticorum sic scribit: Sollicitudo pia conferentis temporalia si ordinavit, Missam sic esse dicendam, exempli gratia, secunda feria pro scipio, defraudatur per lacerdem sic obligatum, si dicat Missam telem pro altero, siue ex priori, siue ex subsequenti oblatione uel susceptione hoc fiat. Nam si una Missa sufficeret pro duobus, similiter ratione sufficeret pro tribus, pro decem, pro centum, pro mille. Nec melior erit conditio p̄curantis si Missam peculiarem seu specialem per unam quoq̄ Missam possent centum Missas debite per solum. Præterea in summis doctorum queritur, an licet recipere aliquid per operibus spiritualibus. Ad quod Raymundus respondet, pro solum ad quas sacerdos ex officio non tenetur, aliquid licet ei suscipere. Vnde sacerdos posset locare opas suas, qui alias non habent unde sibi puidet. Ex hoc sequi videtur, q̄ dum sacerdos certo die celebrare tenetur, non potest ab alio accipere quicquam, ut pro ipso celebret die illo. Et si tenetur quaslibet hebdomada ad numerum trium Missarum, obligare non potest se ad celebrandum plures in eadem hebdomada, quam habet dies uacantes, preferunt quia sicut iam tactum est, Thomas ait: Si sacerdos non habet alias sumptus, & non tenetur ex officio celebrare, potest accipere denarios ut celebret, secundum modum prædictum ergo ex opposito, si celebrare tenetur, non potest hoc. Caute ergo & iuste sacerdores se habeant, ne leprosi fallant & alios, ne amore pecuniae se committant periculo. Postremo queritur, an suffragia facta pro multis, tantum ualeant singulis ac si pro uno quoq̄ fierent. Ad hoc Thomas sup quartum sententiarium responderet, q̄ suffragia secundum quod sunt quædam satisfactiones pro defunctis exhibitæ, magis prolunt unius, si pro eo solo sicut, quam si sunt simul pro ipso ac alijs. Sic enim suffragia ista alicui prolunt, secundum quod per intentionem facientis transferuntur in ipsum applicatur ei. Vnde sic suffragia per diuinam iustitiam dividuntur inter eos pro quibus sunt. Sic quoq̄ Missa facta pro uno siue defuncto siue viuo, plus prodest ei q̄ si pro ipso ac alio uel alijs fiat. Sicutem considerent suffragia penes radicem charitatis unitatis membra ecclesiae, suffragia facta pro multis, tantum ualent singulis, ac si pro uno tamen modo fierent, quia caritas non minuitur, si distribuatur affectus in multis, sed magis augetur. Similiter gaudium quando pluribus est communis, fit maius. Sed iste suffragiorum succursus est quantum ad interiorum consolationem, quam habent defuncti de bonis aliis suffragiis uictiorum. Hæc est sancti Thomæ & aliorum multorum responsum. Hinc etiam præallegatus Cancellarius libro de sollicitudine ecclesiasticorum testatur: Opus spiritualia factum pro satisfactione, non ualeat tantum pro multis, sicut pro paucis, cæteris paribus. Præterea aduentum, quod super quartum sententiarum auctoritatem Thomas: Per simoniam aliquis ab executione ordinis seu officij suspenditur: sed in hoc distinguendum est, quoniam si dicatur simoniacus ex hoc quod ordinem per simoniam recepit, non recepit, nec licet habet executionem, sed est ipso iure suspensus, & quo ad se, & quantum ad alios & punitur ulterius per depositionem, quando de crimen constituerit iudici. Si autem dicatur simoniacus, quoniam ordinem simoniace contulit, uel quia dedit aut recepit simoniace beneficium, uel quia mediator simoniæ fuit, si sit occultum, suspensus est quantum ad se, ipso iure si autem manifestum est, suspensus est quo ad se, & q̄tū ad alios. Ille q̄q̄ simoniace beneficium recepit, tenet ad restitutionem omnifructuum pceptos, & beneficio regnare. Ita

DE VITA CVRATORVM.

505

Itaq̄ quilibet beneficiatus diligenter ac prouide cōscientiam suam coram deo discutiat, & si aliquo hoḡ modo ex simoniæ labo fecundatus est, aī & sua preuidet, præsertim cū & si ipso ignorante beneficiū aliquod sibi simoniace impetrat̄ est, dū id cognoverit, mox resignare tenetur, ac suę prouidere saluti. Oia demū in isto introducta articulo scribunt doctores, Raymundus, Iohannes, Durandus, Hostiensis ac alij, præcipue Thomas super 4. sent. & in secunda scđe. De hac quoq̄ materia, puta de simonia, diffuse ac pulchre scribitur in Decreto c. i. q. i, atq̄ deinceps, sed breuitati studens dimitto.

Articulus LII. Excusatio ab introductione quarundam materialium utilium, eo q̄ alibi competenter habentur.

D Ecreueram in præsenti articulo seu etiam opusculo, de singulis sacramentis aliquaque succinctim breuiter & inserere, sed usis statutis synodalibus diversay dicecessum, non putauit hoc multū necesse. Cum enim universi singulay curati teneantur propriæ dicecessis scire & habere statuta, & in ipsis statutis de hac materia feliciter de sacramentis cōpendiole atq̄ copert̄, q̄tū simplicibus curatis atq̄ eoz uicariis opus est pertractet, sufficere reor pro eis, quod in eoz synodalibus habet statutis, quæ frequenter ac diligenter per legere efficaciter & implere ipsam tam seriose iniungit. Sua ergo statuta singulay habeant, sciant, adimplant. Porro de sacramento ordinis circa principiū huius opusculi est tractatum. De sacramento quoq̄ penitentia & cōfessionis, & de sacramento eucharistie multa præhabita sunt. Vnde de alijs sacris iam non nisi quædam utiliora brevissime sunt dicenda, præsertim cum de ista materia toti libri sunt editi, & super 4. s̄niā doctores plenissime inde conserbant. In sūma quoq̄ Confessio, & in sūma Durandi, ac Summa Pisana, in dīo Raymundo ac alijs, diffuse & plente ac plane inde habetur. Summa yō Pisana uidelicet mihi pro simplicibus sacerdotibus & curatis utilior, q̄a in procedendo est pliior atq̄ facilior. Itaq̄ in statutis synodalibus inter cætera dī: Baptismus caute ac honorabiliter celebret, i. cum debita solennitate exhibeat, cum ritu & mō ab ecclesiastinstituto: quæ solennitas quis non sit de necessitate aut essentia baptismi seu aliorū sacramentorum, non debet tñ fine causa cogente omitti propter reverentia sacrorum. Deniq̄ sacra euangelice legis sunt sacra signa, i. signa gratiæ & salutem aliquo mō continentia seu causantia, & in hoc differunt a sacramentis Molaicæ legis, q̄e gratiam solūmodo signabant seu figurabant, non continebant neq̄ causabant. Hæc ergo gratiæ in se continent, & in recipientibus gratiæ causant, nisi sit defectus ex parte suscipientis, per hoc q̄m impedimentum seu obsecum gr̄e ponat p propriâ culpi. Causant sacra hæc gratiæ instrumentaliter, & deus effectivæ & principaliter. Ch̄r̄is q̄z per seipsum sacra nouæ legis instituit, & ex uitrtute ac merito passionis Christi sacramentum efficiaciam habent. Hinc sacra dicuntur quasi uasa spūialiter medicinallæ, per quæ deus secretè operatur humanæ salutē, q̄a per sacra hoies purgantur a uitis, ornantur gratiæ atq̄ uitutibus, & ad beatitudinem perducunt æternam. Ministri ergo ecclesiæ uniuersa facta cum intelligenti reuerentia, deuotione & circumspectione debent tractare ac dispensare. Ideo dictū est: q̄ baptismus caute & honorabiliter celebretur, cum aperta & distincta expressione ybrog, & cum debita forma eoz, ut dicatur: Ego baptizo te in nomine patris & filii & spūsancti. Hęc eternū uerba sunt de essentia sacri huius. Quod aut̄ fmititur nomen aliqd propriū, dicēdo Petre uel Iohannes, non est de essentia sacri istius. Ideo propter eius omissionem nō est iterandus baptismus. Item baptismus est tinctio in aqua & hoītē sanctificata. Et scđm magistrū sentit, baptismus est ablution facta in aqua, sub prescripta formā uerbog. Vnde ad baptismi substantiā tria cōcurrūt, uidelicet materia debiti elementi, utputa uera aqua, in qua sola fieri potest baptismus & forma uerbog, iam tacita, atq̄ intentio baptizatis, ut saltē in tendat facere quod facit ecclesia in għali uel speciali. Insuper debitus ac legitimus minister baptizandi est sacerdos, tñ in necessitate q̄liber potest baptizare, etiā mulier, mō & infidelis, dummodo intendat saltē in generali facere quod facit ecclesia, q̄uis putat hoc nihil esse. Venuntū sicut in Decreto de confec. d. 4. habetur, simplex clericus baptizare nō debet præter presbytero, nec laicus præsente clericu, nec mulier præsente uiro: tñ si aliter fiat, baptizatū est, licet peccet baptizans. Si uero sit sacerdōti dubiū, an infirmus sit debite baptizatus à laico aut muliere, debet pueri baptizare sub conditione dicendo: Si non es baptizatus, ego baptizo te in nomine patris & filii & spūsancti. Insuper in q̄buds statutis synodalibus legitur: Monent presbyteri parentes puerorum baptizatorum non dum confirmatorū, ut eos ad episcopum qui solus potest confirmare, ducant septennes uel maioris aetatis. In confirmatione eternū datur gr̄a spūsancti ad robur, per quam fideles cōfirmati, sunt idonei ad

De confec. d.
4. c. collat.

De confec. d.
4. c. mulier.

De confec. d.
4. ta. partu.

Rit. 3. con-

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

Ad confirmationem q̄ reg. rancus.

confitendum fiducialiter fidē Christi, & ad pugnandū contra aduersarios eius, puta diabolum, mundū & uitia carnis. Vī per cōfirmationē ascribunt fideles ad spūalem militiā, sūtiq; milites & pugiles Christi, ad stāndū & præstāndū idonei contra aciem uitiorū in campo seculi huius. Vī de substantia confirmationis sunt materia christianis & forma uerborū, & hēc sunt necessaria ex parte sacramenti: duo quoq; ex parte ministri, uidelicet dignitas pontificalis & in cōtēto: & duo ex parte suscipiētis, uidelicet q̄ christinē in fronte, & q̄ baptizatus existat. Forma autē uerborū est ista: Configno te signo crucis, confirmo te christmate salutis. Deniq; qualiter sacerdotes se habere debeant circa sacramentū extremae uncionis, & in exhibitione eius ad in firmos, in statutis prouinciālī synodorū diligenter docef, ac cōpetenter habef. Postremo de mō contrahendi matrimonio, in statutis prefatis utrūq; sati tangi uide, ubi inter cetera dī: Prohibeant sacerdotes subditis, ne matrimonia clādestina contrahāt, nec sibi mutuo fidē p̄fēt de matrimonio contrahēdo, nisi corā presbytero atq; in celebri loco, & publice corā multistaliter excōicationis incurrit sūnam. Et de hac materia habeb̄ multa in illis statutis, que curatū & erū uicariū scire oportet: & eosde scire oportet q̄ sunt impedimenta matrimonii, & q̄liter quēdā impedimentorū illorū dicunt impeditre matrimonio contrahendū, non th̄ dirimūt iam contractū: quēdānon impedit contrahendū, dā rimunt p̄ contractū, quia non sūit uere atq; legitime feū de iure contractū, sed de facto dūtaxat. Hæc isto loco tetigisse sufficiant, cum alibi plenarie habeantur, p̄fertim cū tractatus iste nūc longius q̄ putabam procererit. Vnde incubit festinare ad finem, & de uno principali quod restat, quantum spiritus ueritatis p̄fsterit, pertractare.

Articulus LIII. Quām districte p̄cipiantur uiuere continentis oēs in sacris ordinibus constituti, potissimum sacerdotes atq; pastores ac presules. Et contra detestabilē incontinentiam fecidissimamq; lasciviam sacerdotum ac clericorum carnium, ex his qui in Decreto habentur, tam ex constitutionibus ḡiali, um conciliorūq; canonibus summorum pontificum.



29.d.c.millū

29.d.c.decre-
minus.
1.Corint. 6

28.d.c.q̄p̄

28.d.c.prius
quam,

28.d.c.pri-
batur

ONTRA uilissimam, scādalosissimam, uitiosissimam atq; turpissimam sacerdotum ac clericorum luxuriā, in hoc opusculo scribere specialissime ac frequenter ac diu rogatus sumiunc quantum fons puritatis atq; rotius lascivia detestator spiritus sanctus donauerit, adimplere diligenter tentabo. In Decreto itaq; distinct. 25. introducit Gratianus sanctum Gregorium sic dicentem: Nullum facere subdiaconum episcopi pr̄sumat, qui se caste uictu rum non promiserit, quoniam nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata. Deniq; Innocentius Papa II. Decernimus inquit, ut hi qui in ordine subdiaconatus & supra, cōcubinas habuerint aut incontinentes exciterint, officio atq; ecclesiastico beneficio careat. Cum eternū templum uasatq; dñi ac sacrarium spūsancti debeat esse, indignum est eos cuiuslibet libidini & immoditatis deseruisse. Insuper in gestis quinti concilii Toletani habet: Qui presbyteri & diaconi per prouincias constituitur, oportet eos professionem facere suo episcopo, ut caste & pure sub dei uiuāt timore, ut dum eos talis p̄fessio obligat, uite sancte disciplinā retineat. Vnde secundūm Gregorium: Qui diu cōtinenter non uixit, non est in ep̄m eligendus. Vnde beatus Gregorius Neapolitanus scribens sic ait: Post q̄ ad nos uera scripta peruenient, Iohānem diaconum qui ab altera parte electus est, par uulam habere filiā quorundam relatione cognovimus. Vnde si rationem uolūssim attendere, nec ip̄s cum eligere, nec ip̄s debuerat colecture. Nam qua presumptione ad episcopatū auder accedere, qui adhuc longā sui corporis cōtinentiā, filia testatē, conuincit non habere: Amplius, in scđo concilio Toletano: Cauēdū est clericis, ne q̄ si suā sponsionis immemores, ad futuros concubitus ulro recurrent, quod si forte fecerint, tāq; sc̄rilegij rei ab ecclesia habētur extranei. Rursus in concilio Arelatenſi scđo habetur: Placuit ut deinceps non ordinetur diaconi, nisi qui prius conuersationis profilo professi fuerint castitatem. Sed & Calixtus Papa ait: Presbyteris, diaconis, subdiaconis concubinas habere interdicimus: & contrariū faciētes, ad pniam redigi iuxta sanctoriū canōnum diffinitionem iudicamus. In Neocſariensi etiā synodo legit: Presbyter si fornicatuerit adulteriu'ue cōmiserit, extra ecclesiā abiūcieſ, inter laicos ad pniam redigi ip̄m oportet. Item in sexta synodo scribitur: Presbyterum illicita commixtione detinent, ab officio abstinere p̄cipimus, quia benedicere aliis eum quia propria uulnra debet curare, cōsequens non est: benedictio enim sanctificationis traditio est. Qui uero hanc non habet p̄pter delictum suū, quō eam aliis tradet: Non ergo publice neq; priuate bñdicat, sed sufficiat

DE VITA CVRATORVM.

504

1. p̄blyen
2. dīſt,

3. d.c. tenti

Leuit. 11;

Lacit.

3. d.c. fit. 11.

22. d.c. etiū
sc̄m,

8. d.c. nō;

8. d.c. max;

8. d.c. si quā

ciat ei q̄ implorat à deo ut dimittat sibi iniquitas sua, q̄m sicut in Decreto loco p̄allegato afferitur: Causa huiusmodi institutionis est munditia sacerdotalis, ut libere cunctis diebus possint orationi uacare. Si enim (ut ait Apostolus) ab uxoribus cessandū est maritū, ut orationi expeditius uacent, ministris altaris quibus quotidiana necessitas īcūbit, spā mulieribus est cessandū, nec conjugali officio uacare eis unq; permittitur. Vnde Beda sup Lucam testatur: Sacerdotibus ut spā ualeant altari assistere, spā est à mulieribus continendum. Hoc idem in scđo Carthaginē habetur concilio. Hinc Innocentius Pap̄ testat: Tenere debet ecclesia, ut omnino sacerdotes & leuitæ mulieribus nō cōmiscent, quia quidianis sacris ministerijs occupant. Scriptū est enī: Sancti estote, q̄m ego sanctus sum dñs uester. Nā in ueteri testamento tpe uicis lūa, q̄n uidelicet in templo ministrare & offerre solebant sacerdotes, à templo non discedebant, sicut de Zacharia legimus, nec domū suam aut uxore oīno tangebant: quibus utiq; propter sobolis successionē uxoris susiuit permissus, q̄a ex alia tribū præter ex semine Aarōn, ad sacerdotiū nullus accedere poterat. Quanto magis in sacerdotes & leuita pudicitiam ex diu ordinationis suā debent seruare, quibus sacerdotiū seu ministerium sine successione est, nec preterit dies qua uel à sacrificijs diuinis, uel ab orationibus, uel à baptismati officio uacant. Hinc contra Iouinianū scribit s. Hieronymus: Si laicus & quisq; fidelis nō potest digne orare, nisi caret officio cōjugali, sacerdoti à quo semper offerēda sunt sacrifici, spā orandi est, etiam spā amplexu est abstinēdū. Deniq; Leo Papa ait: Oim sacerdotum tam excellens est electio, ut quā in alijs mēbris ecclesia nō sunt culpabilita, in illis sunt illicita. Cum enī extra clericos & ordinem constitutis licet at matrimonii subire, ad exhibendam tā perfectæ cōtinentiae puritatē, nec subdiaconatē carnale coniugium conceditur. Quod si in hoc ordine, sc̄ilicet subdiaconatus, qui quartus est à capite, s. episcopatu, dignum est custodiri, q̄to magis in prīmo, scđo & tertio gradu seruandū est, ne aut leuitico aut presbyterali honore, aut episcopali excellentia, q̄ quam indignus astinetur, qui se à uoluptate luxuriae neccūm refrenare detegitur. Sed & Vrbanus Papa secūdus disserit: Erubescant impij, & aperte intelligent eos qui in tribus sacris ordinibus presbyteratu, diaconatu, subdiaconatu positūsunt, si mulierculas nō abiēcerint, & castē nō uixerint, excludendos ab eorundem graduum dignitate. Postremo, quis quēdā illoz̄ que allegata sunt, modo in ecclesia non seruent, uidelicet ut sacrosordines uulnēs, castitatem explicite uocat, & iuxta formam p̄scriptam pro suis excessibus & fornicatiōibus puniantur, tamē p̄rinductis ostendit, q̄ diligētissime feruentissime atq; strictissime tam sacra concilia q̄ summi pontifices p̄ceperūt, ab omnibus in sacris ordinibus constitutis, continentiam castitoniū obseruant, & obligatio illa p̄ceptorum tam multiplicitate ac frequenter repetitorum ac renouatorum de castitatis clericorum, adhuc in suo manet uigore, & ordinī sacro uotum castitatis perhibetur annexum. Nec iōeo peccatiū transgressiōis p̄ceptorum illorū est minus, quia minus punitur: imd quo minus puhitur in seculo, eo grauius puniet ac uindicabit in futuro. Id etiam constat, q̄m q̄ p̄ceptū illud de caste uiendo est frequentius ac seriosius tam in sacris concilijs q̄ in summis pontificib⁹ repetitū ac innouatū, eo plus obligat, & uitiosūs dānabilitas p̄fringit. Non ergo sacerdotes clexiūc̄ lascivias blandiunt, nec se palpent, nec infelicitatē fallant: quoniam facilis euādunt humanū iudicū, & manus atq; correcliones prælatorum suorum, eo terribilius incident in manus dei uiuentis, ac durius sustinebunt iudicium & uindictam omnipotentis.

Articulus LIV. De eadem materia ex Decreto.

R Uſus quasi p̄rinducta nō sufficerent. Gratianus d.81. de hac ipsa materia introducti testimonia multa: Ait equidem Symmachus Papa: Nō recte monitoris (i.e. pastoris aut p̄dicatoris) suscipit nomen, nisi qui actibus suis p̄stā condemnat, & amorem castitatis ac innocentij conuersatione demonstrat. Deniq; Innocentius Papa affirmat: Maximianus filius noster querelā detulit: Nam zelo fidei disciplināq; ductus, nō patit ecclesiam pollui ab indignis presbyteris, quos in presbyterio filios afferit procurasse. Ideo frater eos qui talia perpetras dicuntur, debet in medio collocare, discus fiscō obiectiōibus quae ip̄s obiectiūntur, si convicti fuerint, à sacerdotali officio remouētur: quia qui sancti non sunt, sancta attrectare non debent, atq; alieni efficiantur à ministerio, quod uiuendo illicite polluerūt. Insuper Gregorius Papa effatur: Si qui sunt presbyteri aut diaconi aut subdiaconi, qui in fornicationis criminē iacent, interdicimus eis ex parte omnipotentis dei & sancti Petri autoritate ingressum ecclesię, q̄usq; p̄cōnteant & clement. Qui aut̄ huic saluberrimo p̄cepto obedire noluerit, idolatria peccatū incurrit,

Rer. 4 Samuele

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI,

*Regum. 15
ca. 11. gs. 81. d.
81. d. c. qd.
ex. d. c. pluri
mos.
Levicii. II.*

Samuele testante, qui ait: Peccatum ariolandi est non obedire, & zelus idolatrie non accescere. Peccatum ergo paganitatis incurrit, quisq; Christianum se afferit, dum fedi apostolicæ obediens contemnit. Propterea Alexander Papa II. eloquitur: Si q; sacerdotum uel diaconorum aut subdiaconum feciam sibi elegit, ob fornicationem suā beneficio carere cogat. Et secundum eiusdem Pape Decretū, talis à proprio decidit gradu, usq; dum ad satisfactionē ue- niat, necq; in choro psallentū maneat, nec alīquā portionem de ecclesiasticis habeat rebus. In concilio quoq; Toletano habetur: Quidam clerici legitimū non habentes coniugium, extranearum mulierum & ancillarum suarum confortia appetunt. Ideo quęcūq; feminaz clericis ita coniuncta sunt, ab episcopo auferantur & uenientur, clericis illis ad penitentiam relegatis. Sed & Syricus Papa: Plurimos inq; sacerdotes Christi atq; levitas post consecrationis sue tempora, de turpi coitu sobole procreasse didicimus, & crimen suū hoc modo defendere, quia in ueteri testamento sacerdotibus & ministris templi generandis facultas legitur attributa. Dicat nūc mihi quisquis ille est sectator libidinum, p̄ceptorisq; uitiose, si existimet q; in lege Moysi sacriforū ordinib; passim à deo laxata sint frenā luxurie, cur eos quibus sancta sanctiorē cōmitabantur, p̄moneret dicens: Sancti estote, qm ego sanctus sum dominus deus uester! Cur etiam procul a suis domibus tempore uicis fugi. i. ministerij sui in templo habitare sunt iussi? Ideo utiq; ne suis misericorditer uxoribus, quatenus conscientia & integritate fulgentes, acceptable deo munus offerent. Hinc scđm euodem Syricum, Innocentiumq; summos pontifices. Incontinentes in sacris ordinibus constituti, omni honore ecclesiasticos sunt priuandi, nec ad tale ministerium admittendi quod sola continentia oporteat impleri.

Articulus LV. De eadem materia ex Decretalibus.

*De uero Echo
nett. ele. cat
clericis mo
res.
De cohabit.
ele. & mul. c
lericis:*

Svp̄ sexto articulo allegata sunt plura ex principio tertij Decretalij titulo de uita & honestate clericorū, quemadmodum sacerdotes & clerici continenter uiuere, di strictissime p̄cipiuntur, & qualiter secundum canones puniri incontinentes iubetur. Verumtamen nunc de hac ipsa aliquid latius introducam materia. Itaq; sicut tertio Decretalium habetur tit. de coha. cle. & mulier., Alexāder Papa III. cuidam scribit episcopio: Clericos in sacris ordinibus constitutos, qui publice detinent cōcubinas, per suspeſionis & interdicti sententiam debes architius cogere, ut ipsas mulieres à te ita remoueant, q; de ipsa finitaria suspicio nō possit haber. Et si qui ipsoz ad eas redire uel alias accipere forte p̄fsumperint, in aliquos ipsorum debes perpetuam sententiam excōdicationis inferre, ut alii eorum exemplo à similib; retrahantur. Deniq; idem Papa archie p̄scopo Cantuarie scribens: Mandamus inquit, quatenus clericos uestre iurisdictionis, qui in subdiaconatu, & sup̄rā, fornicariis habuerint, studiose monere curetis, ut à se illas remoueant, eas ultriū minime admisiſturi. Si uero acquiesceret contempserint, eos ab ecclesiasticis beneficijs p̄petuo mouere curet. In alia quoq; Decretali ait hic pontifex: Quoniam simul uoluptatibus ac carnalibus desiderijs atq; diuinis & ecclesiasticis obsequijs clerici uacare non ualeat ob immunditiam suam ecclesiasticis sacramentis in digni tractandis, ecclesiasticis procul dubio beneficijs sunt priuandi. Ad idē induci possent uariæ autoritates ac decretales summorum pontificum, Gregorij, Lucij, Syricij, Innocentij & aliorum: sed quoniam sententia una est, & in p̄habitus fatis contenta, breuitati studens pertransco.

Articulus LVI. De penitentijs sacerdotum & clericorum incontinentium secundum viam antiquorum.

Quamuis sanctus ille & ecclesiasticus rigor in obseruantis disciplinarum & penitentiarum circa sacerdotes & clericos siue canonicos lubricos, iam prohdolor non seruetur, sed nimium relaxetur, ut tamen appareat quam uehementissime patres sanctissimi derestat sint sacerdotium ac clericorum sp̄cūtiam, nunc breuiter de penitentijs fornicantium talium tangam. Et quamuis inde iam in p̄reinductis tribus articulis multa sunt scripta, qualiter scilicet sint beneficijs officijs priuandi, degradandi, & extra ecclesiam projiciendi, atq; inter laicos ad agendum penitentiam redigendi, nunc tamen ex Decreto & decretalibus aliqua addam. Itaq; in Gangarenſi concilio legitur, quod etiam distinctione octogesimasecunda habetur: Presbyter si fornicationem fecerit, quamquam secundum canones apostoloz debeat deponi, triuixa autoritatē b. Sylvestri Papæ, si in uictio non permanerit, sed sua sp̄ote adiecit ut resurgat, decē annis.

DE VITA CVRATORVM.

503

In hunc modum peniteat: Tribus mēſibus à cæteris remotus fratribus, pane & aqua à uespera in uel p̄oram utatur. Diebus autē dominicis & p̄cipiū festis, modico uino & p̄scie culis atq; leguminibus utatur, sine carne & sanguine ac ouis & caseo, sacco quoq; in datus hunc adhæreat, die ac nocte iugiter misericordiā dei imploret. Finitis tribus mēſibus cōtinuis, excat, th̄ in publicū nō procedat, ne gressu fidelis in eo scādum patiatur. Nec enim debet sacerdos publica (i. solenni) penitentia subiacere, sicut laicus. Postea aliquantis p̄niribus resup̄ris, annū & diuiniū in pane & aqua expleafat, exceptis dñicis diebus & p̄cipiū festiū in tabernaculo, in q; bus uino & carnibus, sanguine, ouis & caseo iuxta canonici mensuram poterit uti. Finito autē primo anno & diuino, corporis & sanguinis domini ne indurescat particeps fiat, & ad pacē ueniat. i. fratribus reconcilietur, ac psalmos cū eis in cho-ro ulterius canat, nec th̄ in cornu accedat altaris, sed iuxta beati Clementis uocem, minorā gestet officia. Deinde uero usq; ad expletione septimi anni, omni tempore exceptis Pat̄chalibus diebus, tres legitimas ferias in unaquaque hebdomada in pane & aqua ieiunet. Explorato circulo septimi anni, si fratres apud quos penituerit, eius condignam penitentiam laudauerint, ipse in pristinū honorē redeat, vnde iuxta beati Calixti Papæ autoritatē il-lum poterit reuocare. Sane sciendū est, quia in II. feria unū psalterū canendo, aut unū de-narium paugib; dādo, si opus est, se redimere poterit finitis septem annis. Deinde usq; ad decimū annū, sextā feria nulla interueniente redēptione obseruet in pane & aqua. Eadem quoq; penitentia erit sacerdoti pro omnibus criminibus, que in depositionē inducunt, neq; hoc cuilibet uideat onerosum, si sacerdos post lapsū digne (ut supradictū est) penitent ad pristinū redeat honorē. Hinc Innocentius Papa sacerdotibus & clericis in fornicationem collapsis, eo q; nondum ad eos peruenit institutio syrici Papæ de castitate eis seruanda, ueniam est dandā testatur; ita tamē, q; ad altiora non promoueantur. Qui uero institutionem illam scientes, non statim cupiditatis & uoluptatis sue uitii abiecerūt, modis oībus esse amouendos. Deniq; in Magūtinenſi concilio legitur, & distinct. 81. habet: Di-ctū est nobis, p̄s byteros propter suā negligentiā canonice degradatos, & seculariter gra-du amissi uiuere, & p̄nī agenda bonū negligere. Vnde statuimus, ut gradu omisso agen-dae p̄nī, in monasteriū aut canonice regularem redigantur. Si uero hoc fieri causa quelli bet prohibuerit, ubi eunq; sint, p̄niam agere non desinet. Si autē amissō gradu seculariter uiuere uolunt, & p̄niam agere negligūt, a cōio ecclæse separētur. Infup in VII. synodo Aurelianensi habet: Si quis clericus adulterasse cōuictus fuerit uel confessus, depositus ab officio, in monasteriū toto tempore uitæ sibi retrudatur. Sed & Pelagius Papa ait: Romanus clericis pro crimen adulterij à clericatus ordine depositus, in monasterio hic in urbe Ro-ma ad agendā p̄niam ex nostra iuessione retrusus est, prout distinct. 81. habet. Hinc in prin-cipio tertij Decretalij Innocentius Papa testat: Si q; propter incontinentia sp̄lēsus p̄sum p̄fuerit celebrare diuina, nō solum ecclesiasticis beneficijs spoliatur, uel etiam pro dupli-cula damnetur. Prælati uero qui tales p̄fsumperint in suis iniuritatibus sustinere, ma-xime obtentu pecunie uel alterius comodi temporalis, pari subiaceant ultioni. Secundo hoc idē in decreto distin. 83, legitur sub his uerbis: Si q; ep̄s fornicationi pres byteroz aut diaconoz uel criminis incestus in sua diœcesi prece uel p̄tio cōfenserit, uel cōmīsum auto-ritate officiū nō impugnauerit, ab officio suspendat. Ex hoc Gratianus cōcludit: Ep̄s itaq; qui taliū crimina non corrigit, magis dicendus est canis impudicus q; ep̄s. Et ne ep̄scopi se excusent, dicendo: Nō contentus, sed disiplacet nobis, mox quid secundum unum mo-dum sit cōsentire. Gratianus offedit, subdendo: Qui non reficit errori, cōsentit. qd de p̄-lati p̄cipue ē sumendū, qm ex debito sui officiū tenet & refistere. Vnde Innocentius Papa: Error cui nō reficit, approbat, & yitas dum nō defensat, opprimitur. Negligere, cū possis p̄turbare (i. a uitijs impedit) peruersos, nihil est aliud q; fauere nec caret scrupulo societa-tis occulta, qui manifesto facinori definit obuiare. Insuper sanctus Hieronymus super Ma-lachiam differuit: Qui sacerdos est & comedit Paſcha domini, i. sacramētum altaris, acci-natur balteo castitatis, ut audiat cum apostolisi: Sint lumbi uestri p̄cincti, & lucernæ ar-denentes in manibus uestris. Qui autem pecator est, & quem renordet propria conscientia, cilicio accingatur & plāgar propria p̄ctā, & populi, uel delicet cui fuit ruine occasio, dor-miatē in facco, ut præteritas delicias per quas deum offenderat, uitæ austeriorate compen-set. Ex p̄reinductis monifatratur, q; inefabiliter sacrofæcta gloria concilia ac summi pon-tifices atque sanctissimi patres male dictam illam lasciviam fecitdissimamq; luxuriam in sa-cerdotibus & clericis abhoruerunt, prohibuerunt, ac funditus euellere intenderunt. Cē

Rxx § enim

Syricus.

Decreti Ma-gūtinenſi cō-
sili.

Pelagius

Gratianus

Mala. 10.

Luca. 10.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

enim culpe debatur ac proportionanda sit pena, ita ut quo maior est culpa, maior ei afflignenda sit pena, nequaquam sancti patres peccata luxuriae in sacerdotibus & clericis tam acerrime prohibuerint, ac punienda iussissent, nisi ea intitatum abhorruissent. Et quamvis praeductorum decretorum ac canonum rigor sit laxatus in multis, nequaquam tam in tantum sicut iam ex confutudine uitiosa & negligenta praelatorum quorundam remittitur. Nempe ex praehabitibus elucescit, quam culpabiles & inexcusabiles sint coram iudice summo episcopi & prelati, ex quorum commissione aut permissione annuatim quidam ex parte praefulum aut archidiacorum ueniunt ad uisitandum presbyteros, & de fornicariis non exigunt nisi pecuniam penitentia sumpta, dimitunt illos in fornicationibus suis. Tales episcopi & prelati pactum percusserunt cum morte & cum inferno, atque cum principibus tenebrarum foedus inierunt, declinauerunt oculos suos ne aspiciant ccelum, nec recordetur iudiciorum iustorum. Tales namque prelati (uel magis Pilati) nec deum, nec subditos diligunt uero ac spirituali amore, sed sicut praedixit Apostolus, sunt homines se ipsos amantes, uoluptate diuinitate celestissime preferentes: quia nec dei honorem, nec animarum salutem, sed sua iugiter comoda peruersissime querunt.

Articulus LVII. De prohibitione cohabitationis sacerdoti seu clericis & mulieris.

Sancti ac districtissimi patres, defup gratiosissime illustrati, pensantes quam impossibile ac certe difficultimum, rarissimumq; constat hominem uitare peccata, qui occiones non uitat peccandi, non solum carnalem commixtionem, sed suspicias quo q; cofabulationes & pericolofas habitationes cū mulieribus prohibuerūt presbyteris, & generaliter clericis sue canonicas. Vnde circa hoc Maguntinense concilium plene prouidit, in quo legitur: Inhibendū est q; nullus sacerdos feminas, de quibus suspicio potest esse, retineat, sed nec illas quas canones concedunt, matrem, amitam & sororem, quam in flagante diabolo etiam in ipsis perpetratū reperitur scelus, aut etiam impedit eorum deuotionem. Veruntamen rigor huius decreti quod tertio decretalium ponitur, postea est laxatus, ita quod cohabitate permittuntur clericis feminæ multū propinquæ, & etiam uetulas de quibus naturale foedus seu etas nil sinistrum suspicari permittit. Vnde Innocentius tertius cuidam scribit episcopo: Cum clericis non permittas mulierculas habitare, nisi forte de illis personis, in quibus naturale foedus nil pmitit seu criminis suspicari. De hac materia scripta sunt multa tertio decretalium titu, de cohab. cleri. & mulierū, que cum sint superius allegata, dimitto. Porro de his in decreto exuberatissime scribitur. Siquidem distincti. XXXII. ex gestis Niceni concilii legitur: Interdixit per omnia sancta synodus, non episcopo, non presbytero, non diacono, non subdiacono, neq; alicui omnino qui in clero est, licere subintroductam habere mulierem, i. non habitare cum feminā, sicut Gratianus exponit in Rubrica, nisi cum matre aut sorore aut amita, aut personis quae finguunt suspiciones. Hinc consequenter ad hoc inducit Gratianus usuerba s. Hieronymi, dic̄tis: Hospitolum tuum mulierum pedes aut raro aut nunquam tangant aut terant: quia non potest toto ac tuto corde habitare cum deo, quis feminarum accessibus visitatur. Feminā conscientiam secum pariter habitatis exurit. Nunq; de mulierum formis disputes. Feminā, quam bene conuersantem audis, mente dilige, non corporali frequentia. Sicut teste Apostolo, Bonum est mulierem non tangere, ita malum est tangere eam. Deniq; quam caute & pure habere debeant sacerdotes & clericis ad illas etiam feminas, cū quibus secundū iuria habitare finiuntur, patet ex eo quod ex uerbis sancti Gregorii quarto dialogorum recitat Gratianus: Presbyter quidam commissam sibi regebat ecclesiam cum magno dei timore, qui ex tempore suscepit ordinis presbyteram suam (id est, uiduam seniorē) ut sororē dīligens, sed quasi hostem caueat, ad eā accedere propius non sinebatur, q; sibi approximare nulla occasione permittens, ab ea funditus etiam cōmunes familiaritates abscondit. Hinc distinctione XXXIII. præcipitur, ut sacerdotes & clerici consanguinearum & domestica rum personarum immoderatam familiaritatem deuinet. Insuper sanctus Gregorius ait, & habet distincti. 81. Oportet sacerdotes quibus populus dei cōmisus est, cum magna constantia uigilare super dominicas ues, ne à daemonibus lanientur. Necq; filere hoc debeo, quod cum magna tristitia dico. Nam sacerdotes cū feminis habitare conspicio, quod nefariū est dicere uel audire secundū canonū sanctoꝝ statuta. Vbi enim talis fuerit cohabitatio, non deerunt stimuli hostis antiqui. Ideo admonendi sunt, ne antiqui hostis fraude fallantur, quatenq; iuxta Ap̄lm, non uituperetur ministerium nostrū. Cauere enim ab illicitis nos sacerdotes oportet, ut mundas ad deum ualeamus manus leuare, quoniam deus ait: Sancti esto.

DE VITA CVRATORVM.

estote, quoniam ego sanctus sum. Si uero quis præsumperit aliter agere, sacerdotij priuatur honore. Iterum ait Gregorius: Volumus sacerdotibus prohiberi, ne cū mulieribus cōversentur aut demoretur, excepta diuitaxat matre & sorore. In Registro eius scribit Gregorius: Legitur q; beatus Augustin⁹ nec cū sorore habitare cōfenserit, dices: Quā cum sorore mea sunt, sorores meae non sunt. Doct̄ ergo uirū cautela, magna debet esse instrūcio. Itēq; in sexta synodo legitur: In oībus obseruari conuenit, ut non nisi certo tempore & loco congruo clericis mulieribus loq; debeat, ut excludatur oīs nefanda suspicio. Certe solū ad solam accedere, nulla ratio religionis pmitit. In Carthaginensi quoq; concilio fertur Cum clericis extranea feminæ ne quacohabitent, sed solæ matres, auiꝝ, materteræ, amitæ, sorores, filiæ fratrū & sororū. Rurſus B. Gregorius cuidam scribit episcopos: Archidiaconū tuū cū mulieribus habitare prohibuit, & hucusq; nō obediuit qui nisi iussioni tue paruerit, eis sacro ordine uolumus esse priuati, uidelicet officio & beneficio. Vnde & Syricus Papa cuiusdam scribit: Fœrias non alias in domo clericis esse patimur, nisi eastiū, q; ppter solas necesse uisitare, in sexta synodo Africana habet his uerbi: Clerici uel continentes ad uiduas uel uirgines nō accedit, nisi iussi uel pmisit episcopos, nec soli hoc faciat, sed uadat cū clericis uel alijs gibus eis uel presbyteri iussit nec ipsi epi aut presbyteri soli habeat accessum, sed aut ibi clericis sint presentes, aut alijs graues Chiriani, ut oīs tollatur suspicio. In Carthaginensi q; cōcilio iubet, ne occasione ipalium familiaritatibus clericis & feminis aut uirgines socientur. Hinc ait et Lucius Papa: Clericus solus ad fœi ta bernaculū nō accedit, nec prope sit, sine maioris natu p̄cepto. Nec soli presbyteri cū sola fœminafabulas misceat, nec archidiaconus sub p̄textu humilitatis aut officiū frequenter intret domicilia fœminas, nec per clericos aut domesticos matronas aliquid māderet se crete, si agnitiū fuerit, & ille deponatur, & illa à liminibus ecclesie arceatur. Hec oīa in Decreto dist. 81. habet. Ex qbus clarissime innotescit, q; serioſissime ac frequenter tā gloria cōcllia q; summi p̄tificis, sacratissimiq; doctores, prohibuerūt sacerdotib; & clericis habitare & fabulari cū fœsi, de qbus prava potest oriri suspicio. Vnde q; cū qbus dā mulierib; cōsanquines aut sororibus p̄mittuntur morari, intelligitur, dummodo cum illis non habitent alij mulieres, quibus cohabitare sacerdotes aut clericis prohibentur. Ne hac quoq; materia in Sūmis doctoꝝ, uidelicet Hostiensis, Durandi, Raymudi & Iohannis, Bartholomaei & aliorum multa scribuntur. Ibi inter cetera continetur, q; cum fœminis multū propings habere finiuntur, dummodo ille non habeant pedis equas aut alias mulieres suspectas.

Articulus 58. Multiplex ac rōnabilissima demonstratio ex principijs fidei, pandet q; in decētissima, debilitissima atq; grauissima sint in sacerdotib; & clericis uita carnis.

Svp. 4. sentent. scribit doctores, q; p̄ religionis professioñē ac sacerdoꝝ ordinū suscep̄tionē, uotum solennizatur seu solenne efficit, ita q; tale uotū non solū impedit matrimonij contrahendū, sed etiā dirimit seu dissoluit contrac̄tu: qm in tali uoto homino non solum se obligat deo a bona agēda aut mala uisāda, sed insuper promissione suam quodammodo implet, seipsum à secularibus sequestrando, atq; diuinis p̄eci pue mācipando. Itaq; in susceptione ordinis sacri, potissimum sacerdotij, homo seipsum dat, offert & exhibet deo, ut eius obsequio totaliter uacet. Sacerdotes ergo cōsecreati sunt deo, & eius obsequio mancipati. Furtumq; igitur, sacrilegiumq; cōmitunt, & cōtra deū iustitiae enormiter peccat, qd seipso a deo auertit, à spūalibus retrahunt, à munditia diuinorum subducunt, & ad carnalia atque caduca se uertunt, sensibilibus se immergunt, sordibus carnalitatem & feetore luxuriae seipso uillissime ac uitiosissime polluit. His autem competit qd in Threnis loquitur Ieremias: Qui nutriebat in croceis, amplexati sunt stercora, i. facer Thre. 4. doctores & clericis, q; in spūalib; alimētis & uenerādissimis Chri sacris reficiunt, ingratit & damnati ad carnalia se cōuerūt spūalitas, & feetidissimā amplexant materiā ipi feetidiores effecti. Horū ergo impuritas, ingratitudo & uilitas ē immēta, q; carnes iuxta Ezechielē p̄phetā sunt qsi carnes asinorū, & fluxus eorū quasi fluxus eis. Præterea, qnq; ponuntur luxuriae species, i. fornicatio simplex, quae est soluti cum soluta; adulteriū, quo thorū cōngalat polluitur incestus, q; fit cū persona consanguinea uel affini; stuprum, quum uirginalis deforatur integritas & sacrilegium, quo facer ordo sue religio uiolatur. Potest autem se xta species addi, q; est p̄tū cōtra naturā. Quemadmodū ergo cōcubitus cū fœsi religiofa seu moniali extat sacrilegus, sacrilegiūq; vocatur, ita & coitus cuiuslibet uirū in quocunq; sacro ordine cōstituti, præsertim presbyteri. Sacrilegiū quippe uocat abusus rei sacrae. Gum.

Gregorius
Sint. Aug.
B. GregoriusSint. Aug.
B. GregoriusDecretū syn-
odi Africā-
nae

Exod. 17

Ezech. 28

Vlvi,

& cō-

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHVSIANI

Cum ergo iam dicti sit, quod per religionis & sacri ordinis susceptionem cōsecretur homo deo, & mācipetur eius obsequio, recte ille cōcubitus sacrilegiū nuncupatur, quo talis persona ita se ipsa abutitur, & religione ac sacro ordini iniuriatur, ut hisq; turpissimis inquinatur. Imundus ergo & luxuriosus sacerdotibus & clericis cōuenit illud Iohelis prophete: Cōpū truerunt iumenta in stercore suo. i. tales habentur se habentes, in suis carnalitibus & in quinamens detestandis mente corrupti sunt, resoluti et squallidi. Insuper quo sacerdotes & clerici multiplicius, i. pluribus de causis, pluribusq; præceptis ad castitatem tenentur, eo incontinenter uiuendo enormius ac multiplicius peccant, præuaricantur & polliūt semet ipsos. Nunc ergo diligenter pensandum, quām multipliciter ad continentia obligentur. Pri moniāq; ex diuino præcepto tenētur uitare oēm luxuriam, sicut quilibet Christianus: secundo tenentur ad idē ex præceptis għaliex concilio, sicut copiose ostēsum est: tertio, ex iussionib; summoz; pontificum, ut etiam claruit: quarto, ex institutionib; proximici aliū statutorū, seu proprioz; episcopoz; ac prælatoroz; immediatorum: quinto, ex iuramento aut uoto, si in susceptione ordinū iurauerūt secundum facros canones uiuere aut castitatem seruare. Et quāuis explicite forsan non promittat, non ideo excusat, ut uotum contineat secundū doctores in intelligentiā ordinis sacro annexū. Ecce igitur, q; multipliciter transgrederunt, q; iniustissimi, inobedientissimi, abominabilesq; redduntur sacerdotes & clerici luxuriantes, quādo paruipendunt, despiciunt, imd pro nihilo ducūt tot għaliex concilio, tot summoz; pontificum, tot sanctoꝝ ac proprioꝝ dicece sanoroꝝ præcepta. Præterea, quo plura à deo bñiūta sunt forti, quo altiori potestate, honore, autoritate & gloria prædicti, quo præ cæteris exēplariōres potissimum sibi cōmissi esse tenentur, quo pluribus praesunt, eo horribilis eis iudiciū imminent, si impie uixerint: maiorq; gloria, si uirtuous extinxint, grauiorq; damnatio, si negligentes extinxint & carnales. Quo aīt ex laudabili exempli plarīq; uita eoz major consequitur fructus ac plurium salus, quo itē ex praua & scandalo sa eoz conuersatione major exitur animaꝝ ruina & grauius damnatio, eo amplior & copiōsior ratio obediendi & bene semp agendi eis incumbit. Ideo insipitissime agunt, q; à deo seipso auertunt, nec ei nec eius parer uicarijs. & completer singulariter miserabiliterq; in eis illud Psalmographi: Homo quū in honore eset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & simili factus est eis. Quāta nēpe potestate, excellentia, gloria & honore sacerdotes & clerici polleant, in præcedentibus patuit: quod exēcati & miseri nō perpendunt, sed ad exteriora atq; carnalia diffundūt, turpissimis commiscentur, & à calce neo usq; cincinno polluent fœmitipos. Deniq; Malachias aīt: Labia sacerdotis custodiūt scientiam, & legem ex ore eius requirent, quia angelus domini exercituum est. Cum itaq; in scripturis sacerdotes angelī uita munditiā sectari tenentur, ut cū Apostolo dicere queant: Nostra conuersatio in celis est. Quo ergo in luxuriae inquinamētis major est turpitudo, amplior inhonestas, atq; brutalior fœditas, eo indecentius, uiriosius, usq; dānabilius est, sacerdotes & clericos talibus obscenitatisibus deseruerūt, subiecti ac fecardi. Certū est uita carnalia est bestialissima, necon in honestissima atq; turpissima, ga in eis ratio potissimum excecat, imd totaliter abforbetur, sensualitati subiecti, atque ullissimis immiscetur. Talibus ergo sacerdotibus & clericis intolerabilissima restat dānatū, quibus in Osee dominus cōminatur: Occurrat eis quasi ursa raptis catulis, dirumpam inferiōra eoz, & consumam eos ut leo. Nam quo sacerdotiū Christi & euangelicæ legis spūliū atq; præstantiū est sacerdotio ueteris legis, eo plus obligantur sacerdotes noui testamenti ad sobrietatem ac castitatem, quā ueteris testamenti sacerdotes fuerūt obligati: & tamē illi in tempore ministratiōniū fūze in templo, ac propriis quoq; legitimisq; uxoribus cōtine re se iubebantur, atq; ab omni potu inebriatio tunc abstinebant, iuxta illud Leuiticiū: Dixit dominus ad Aaron: Vinū & omne quod inebriare potest, non bibes tu & filii tui quādo intrabitis in tabernaculū te simoniū, ne moriamini, ut habeatis sciētiam discernehdi inter sanctū & profanū, inter pollutū & mundū, doceatisq; filios Israhel omnia legitima mea. Quām scelerati ergo & criminosi sunt legis euangelicæ sacerdotes, carnalibus uitis dediti, sordidissimisq; peccatis subiecti, in quibus non solum anima spiritualiter, sed corpus quoq; corporaliter inquinatur, dehonestatur, subiecti. Vnde ait Apostolus: Qui fornicatur, in proprium corpus peccat. & Qui adhæret mereetrici, corpus unum efficitur. & denuo, Tollems membrum Christi, faciā membrū mereetricis!

Articulus LIX. Prosecutio disputationis istius, ostendēs quām uitiosa atq; damabilis sit uita libidinosorum sacerdotum, præsertim ob hoc q;

DE VITA CVRATORVM.

507

populum & sibi commissis lamentabiliter scandalizant. Exod. 12.
P Er Moyen dominus loquitur: Anima poluta que ederis de carnibus hostiis Pa cificorum, peribit de populis suis: id est, de medio electorum tolletur, eternaliter¹ que damnabitur. Et curius ad Aaron dixit: Homo de semine tuo qui habuerit ma leculam, non offeret panes deo suo. Si ergo sacerdotes legales corporalia, irrationa bilia sacrificia oblatur, tam immaculati, continentes ac soberi, est præcipiantur, quid damnationis imminent et euangelicis sacerdotibus, qui agnum in maculatum, mundi pecca ta tollentem, sanctum sanctorum, altissimum crastino uel de propinquo immolatur atque sumptu, pauloante għal-ġa & luxuriaz sunt posluti sectoribus: quorum cor non di uino, sed carnali & libidinoso est plenum amore, non attendentes quod filij Aaron coelesti consumpti sunt igne, quoniam ignem alienum in suo posuerunt thuribulo: & quod Ozia à deo percussus est, quoniam arcām sustentabat ne cadaret, quia nocte præcedente cum sua iacuit coniuge. Et quid fuit arca nisi res inanimata? Quid ergo damnationis mettent, qui polluit manibus CHRISTI corpus contrictant, & ore fecrato maculata? que lingua id acciperet & attingere audent? quorum in pudentiam sancti angelii detestantur, & deus altissimus uiciscetur, quibus iuxta Ieremias oraculum, Frons meretricis effecta est, Ierem. 6.53 & erubescere nolunt, quibus & illud Ieremias uerissime conuenit: Indurauerunt faciem suam supra petram, & nolunt reverti, siquidem sicut Osee propheta testatur: Spiritus Osee. 4. fornications decepit eos, & fornicati sunt à deo suo. Dumigitur ò sacerdos ignem alienum in tuo ponis thuribulo, id est, carnali amore implex cor tuum, igne diuinæ ultionis mereris occidi: imd hoc faciendo morte culpe necaris in anima, & clementi morte æternæ misericordia infernalis occideris in anima simul & corpore. Verificatur quippe in re illud Apostoli: Quicunque manducauerit panem hunc & biberit calicem domini in indigno, iu dicūt sibi manducat & bibit. Mirum si sacerdotem immundum & fornicatum ista non ter rentis idcirco non terrent, quoniam ex ea cū eum malitia sua, & iuxta Danielē pro pheram: Concupiscentia subvertit cor eius. Nam & Osee propheta fatetur: Fornicatio & ebrietas auferunt cor, sed ò sacerdos redi ad cor, & resipisce à laqueis diabolī quibus caput teneris ad uoluntatem ipsius: discute conscientiam tuam, attende enormitatem tuorum excessuum, considera rigorem emundū iudicij, arque intollerabilitatem æterni supplicij. Resipce quām brevis, incerta ac fallax sit uita ista & uoluptas mundanae passionem Christi attende, ueraciter confitere, satisfac & emenda: diuinæ gratia: openi jugiter inuoca, & in bonis uirilitate perseuera. Insuper, sicut præ habitum est, sacerdos sisit de mortali conscientia culpa, in omni actu sui ordinis atque officij peccat mortaliter. Quatuor ergo uita carnis nisi funditus extirpentur, tenaciter haerent, pravaq; cogitationes & libidinosos affe ctus frequenter producant, gignant & renouent, pater quod luxuriantium sacerdotum facinora super arenam maris multiplicantur, atque (ut ita lō quār) uix tot celi sunt sidera, quot eoz sunt crimina. At uero quum in celebratione requiriatur actualis deuotio, ipsum que celebrationis sacramentum atque ministerium sit uere altissimum & eminenter diuinum, oportet sacerdotem esse mentis illuminatæ, puræ & eleuans, ut quod agit intelligat, opera dei attendat, mirabilia eius consideret, beneficia Christi perpendat, & in horum meditatione ex ardescat in ipso ignis diuini amoris. Cum ergo uita illa carnis turpissima, omnia ista uehementer impedian, acediam gignant, ac tædiūm pariant diuinorum, peruerfissimū est eis sacerdotes inhaerere, & portuisse animarum curas habentes, quoniam tales oportet esse constantes, iustos, prudentes. Porro haec uita uiros esse cōminat, mentem dehincūt, omne robur uirtutum prosterunt, iustitiam tollunt, ut Augustinus testatur: Vilem animū nihil ita eneruatae demolitur, sicut corporum ille contactus ac copula. Postremo, quum scandalum sit dictum uel factum minus rectum, alicui occasionem præbēt ruinæ seu culpa, scandalum istud non est semper mortale peccatum, sed tunc censetur mortale, dum uerbum uel actus quo quis aliquem scandalizat, in se mortale est uistum, uel dum quis alterius salutem intantum paruipendit, quod propter eius ruinā non iult omittere quod sibi placet, quamuis hoc sit in seueniale peccatum. Cum ergo fornicatio sacerdotum non sit simplex mortale peccatum, sed multipliciter graue, enormiterq; damabile, utputa sacrilegium & tot præceptorum transgressio, seu etiam uoti expliciti uel impliciti fractio, constat quod scandalum istud actuum, quo luxuriosi sacerdotes populum scandaлизant, sit multipliciter enormiter que peccatum mortale, & tanto mortalius ac uerius, quo plures animas laedit, quo etiam sacerdotes plus præ cæteris populum ædificare &

Ecli

Iohel. 1
vide ca. non
foli. 32. q. 7.
para. inter
terea

ag. dist. c. nul
lū ci sua glo
c. Diaconi

40. dist. c. an
te omnis. &
c. Multi

Psalm. 48

Malach. 2

Philip. 3
28. dist. c. a.
Pref. bycer.

32. q. 7. c. Nō
foli. parag.
inter gener

Osee. 15.
Deu. 15. & ho.
cler. c. ut cl.
ricoru.

Leuit. 19.

Leuit. 10.
35. d. c. Vino
lent. c. a. an
te omnia

c. Corin. 6.
Ibidem

Exod. 12.

Leuit. 15.

Lc. 10.

2. Reg. 5.

Lc. 10.

Leuit. 10.

Abac. 3.

de coh. dist. 3.
ca. quotidie

Psalm. 113.

Leuit. 10.

po

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI

^{2. Cor. s.} Christi bonus odor esse in omni loco tenentur. Et istud ad curatos atq; eorū uicarios præcipue pertinet. Cum ergo dicat saluator, Qui scandalizauerit unum de pusillis istis qui in me credunt, expediet ei ut suspēdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris, & iterum, Vt homini per quem scandalū uenit, perpendat sacerdos si tam ipsum atq; damnable est unum scandalizare pusillum, quām uitolum & damnolum existit, populum totum seu omnem gregem sibi commissum scandalizare, eisq; peccandi audaciam dare, carnalitatis exemplum præbere, secum ad infernum deducere. Hinc loquitur Augustinus: Omnis qui male uiuit coram eis quibus praepositus est, quantum in ipso est, spiritualiter illos occidit. Et denuo: Qui iniuste coram populo conuersatur, quantum in ipso est tantos perimit, à quantis apicitur. Et hoc summe dispicet CHRISTO, dicente Bernardus: Grauiorem christo infert persecutionem, qui suggestione maligna, perniciose exemplo, scādali occasione ab ipso auertit animas quas redemit, quām Iudeus qui sanguinem eius effudit: inquit intantum nocet subditis impia conuersatio præsidentis, ut tota præuitas subditorum imputetur uitijs prælatoris, Jeremias testante: Quia impie egerunt pastores, omnis grex eorum dissipatus est.

Articulus LX. Contra incontinentiam abominabilem sacerdotum & clericorum.

rum, ex verbis sancti Hieronymi.

Cum sanctus ille Hieronymus (ut ipsem in Regula sua contestatur) centenarius ageret in extremis, in præfentia dominici corporis seu CHRISTI sub facramēto, dixit ad eum: Vt te indigne sumentibus, certe ad sui reatum & peccnam te iterum crucifigūt. Heu domine mihi, quid dicam? quia hodie sacerdotes te comedunt in altari ut pecudum carnes ac uolucrum, inquit peius, quoniam nocte fruuntur mulierum actū turpissimo, & mane te comedunt masticādo. Vbi o domine latitas dormis ne an uigilias est tibi sacrificium hoc acceptum? est hæc oblatio quam eligis? Deniq; in eodē ait sermone: Ecce mundus undiq; sacerdotibus seruet ac plenus est, & tamen uix unus de centū inuenitur bonus. Nulla certe in mundo tam crudelis est bestia, q; malus sacerdos. Nā corrigi designatur, & ueritatem audire non patitur: ut breuiter dicam, omni præmetit præuitate, solo q; nomine & habitu est talis sacerdos aut monachus. Insuper dixit hic sanctus Eusebius: Diaboli luxuria est, heu quot homines illa interfecit rōphæa. Nō est aliud p̄ctū per quod diabolus toties uictor existat. Fugite luxuriam. Nam sicut uirginitas hominem æquat angelis, inquit plus quodammodo facit eum quām angelū, ita luxuria plus quām beatificat, & deteriore in multo bestijs efficit. De nullo alio p̄ctō legitur deus dixisse se pœnitere q; fecerat hominem. Hæc facit opera ista: Corpus debilitat, & quæ quotidie morte id destruit, famam denigrat, marlupia euacuat, furtu instruit, homicida causat, memoriā hebetat, cor aufert, oculos mentis & corporis cæcer, & præ cæteris p̄ctis dei prouocat irām. Ex radice gulæ oritur. Pronullo alio uito tam manifestam uindictā sine misericordia excusat deus, sicut pro isto. Propter hoc nanci p̄ctū deus mundo induxit diluvium, Sodomam & Gomorrah combusit. Multosq; alios intermit hoc, rete diaboli, quo qui capti, non citu soluitur. In isto tam graui contra luxuriam prælio nemo potest uincere, nisi qui fugerit, nemo potest firmiter perdurare, nisi qui carnem domat. Qui multo utitur uino, ignem portat in gremio. Nolite (ait apostolus) inebriari uino in quo est luxuria. Vienum nocet, sed centies plus facies mulieris. Mulier diaboli est sagitta, qua homo in luxuriam cito dilabitur. Nullus in hoc confidat uiuens, si sanctus es, non tamen securus. Mulier uiri pretiosam animā rapit. Nunquid potest homo absconde ignem in finu suo, ut nō ardeant uestimenta sua? vir & mulier ignis & palea, diabolus ea inflare nō cessat. Nunquā uiro cum muliere sint lōga colloquia; sola necessitas colloqui faciat, & unus alterius spernat munuscula & uerbula blanda. In hac re præcipue est timēdum, quoniam multi sanctissimi propter suam securitatem iam hoc uito ceciderunt. Sed quid agis uir miser? Centuplo plus peccas quām mulier. Mulier, mollis aer est & domi sedet, tu autem uagando mille modis eam illaqueas. Adhuc autem secundum Hieronymum, & habetur in decreto ca. trigesimotertio, quæstione quartā: Tēpore quo uxori debitū redditū, de carnibus agni comedere non licet. Cuius rationem Thomas super quartum sententiā assignat, dicendo, q; quamvis actus ille possit esse sine p̄ctō, tamen propter uoluptatem annexam deprimit rationem, & à deuotione impedit eam. Si ergo legitimate copulatis & sine p̄ctō se cognoscēbus non licet cōmunicare die quo debitum illud est redditum, seu nocte mox præcedente, quām uitiosissime agunt sacerdotes celebrando in die, qui nocte tam turpiter atq; sacri-

le-

DE VITA CVRATORVM:

508

legem mulieribus sunt admixtae: inquit reuera quæ lingua queat exprimere, aut q; intellectus possit cōcipe, q; ipudenter ac scelerate se habeat sacerdotes tā turpissimis uitijs subiacētes? q; in uisu, tactu, gustu ac cæteris sensibus tam libidinose se habent, & de tot turpitudinibus atq; excessibus sibi sunt conschij, & nihilomin' ueneranda Chriſtū audet tractare mysteria, corporis eius & sanguinem consecrare, sanctissima Missa ac Canonis uerba pollutissimo ore proferre, hostiam benedictam maculatissima lingua cōtingere, sanguinem saluatoris ore guloso accipere: inquit ore illo quo paulo ante osculati sunt meretricem turpem' ueſcimā, suscipere audent dei patris ac uirginis matris prolem. Talibus per Amos prophetam loquitur iudex altissimus CHRISTVS: Ecce ego stridebo super uos sicut stridebat plaustrum onustum sceno. De quibus conuenienter exponitur illud Ezechielis: Ecce ego complexi manus meas super maculas ueſtrās, ait, & conflabo uos, & succendam uos in igne furoris mei, & conflabimini in medio eius sicut conflabat argentum in medio fornacis, & reuiescam. Vnde per Malachiam dominus ait: Etnunc ad uos uerbum istud o sacerdotes qui polluitis nomen meum. Ecce ego projiciam super uos stercus solemnitatum ueſtrarum, & assumer uos secumid est, uilia atque carnalia opera ueſtra, quæ etiam in festis committitis, uobis improperabo ac imputabo, & cum uitijs ueſtris ad inferos descendetis.

Articulus LXI. Contra laſciuam sacerdotum & clericorum,

ex verbis sanctorum.

Sancti doctores contra infelissimam horum luxuriam multa concorditer terribiliterque locuti sunt. Ait ergo beatus Hieronymus: Acerbiora gehennæ tormenta sunt, quæ fornicatoribus & adulteris, præsertim sacerdotibus & clericis debentur. Et denuo: Quid tibi cū mulieribus o sacerdos, qui ad altare deo famularis, & in loco stat eius? Vt tibi sacerdos, qui eisdem labijs oscularis filium uirginis, quibus paulo ante osculatus es filiam veneris. O Iuda, osculo filii hoīs tradis. Hinc Glosa super Leviticū: ait: Quum de uniuersis hominum uitijs gaudeant dæmones, maxime tamen de eorum fornicationibus qui sunt ministri altaris. Tunc in persona Christi Augustinus exclamat: No si me o sacerdos amplius peccando affligeret, plus nanque me laedit (id est, plus displacebit mihi) uulnus peccati tui, quām uulnus lateris mei. Nam ut iterum afferit Augustinus, magis delinquent qui CHRISTVM in celo iam regnante peccando contemnunt, corpus & sanguinem eius irreuerenter tractantes, eiusq; populū scandalizantes, quām qui ambulant in terris crucifixurunt, non quasi crucifixores, sed quasi tanti sacramenti indignissimi confessores, ac præsumptuosi impudicijs perceptores. Illi etenim CHRISTVM semel crucifixurunt in terra isti quantum in eis est, ipsum quotidie crucifigunt, quem tam indigne trahunt, atque in cordibus aliorum occidunt. dum enim prauissimis suis exemplis alios ad peccandum inducent, CHRISTVM de illorum cordibus tollunt. Vnde & sanctus ait Bernardus: O sacerdos, os tuum quotidie receptaculum & quasi sepulchrū Christi efficitur. Cur unquam mentitur? cur anima tua uitoſa efficitur? cur de ore tuo egreditur falsitas, detractio ſive scurrilas, per quod ipsa (quaec CHRISTVS est) ingreditur ueritas atque synceritas? Cur oculi tui aspiciunt uanitatem, qui quotidie ante te habent Christum altissimam ueritatem? Quare manus tuæ extenduntur ad illiēta, quæ tractant, tenent atque eleuant tenentem gubernantemq; omnia? Cur te ebrietate ingurgitas, quæ deo & spirituali refectio plenus esse deberes? Nonne turpissimum est manus deo dicatas mulierum ueribus aut pudendisingerere, & post hoc sacrosanctum corpus dominū tangere? O quām nefarium & temerarium est pollutis manibus tractare filium uirginis, inquit & dei patris, & sordido ore sumere illum, qui omnem transcendit ac superat intellectum. Quis non erubet, quis non expauecat, ubi præstantissimum mundi pretiū prædictum in sterquilinium? Mirum est quid talis sacerdos non ueretur iuxta se stare dei angeles, qui seceat ēū in mediū. Nempe ut loquitur Augustinus, Si sacerdos fuerit uas incontinentiæ atq; libidinis, iuxta filium uirginis statuit in altari filii Veneris, ponitq; arcam domini iuxta Dagon: & dum ore uerba Canonis fatur, os eius dolo & amaritudine adimpletur. Etiam si orat cum lachrymis, tamen expuit in facie saluatoris, nisi ueraciter doleat de peccatis. Cumq; præsumit sumere corpus dominicum in os suum pollutū, lenius ei esset si proijiceret in latum. Peccator enim non penitens, omni luto est turpior, & omni lattina impurior. Ideo CHRISTVM sumendo, sumam ei contumeliam & irreuerentiam facit. Deinde carnales ac lubricos sacerdotes & clericos, sanctus Bernardus maximæ impudentiae præsumptionis' que arguit, quid uel ecclesiam audent intrare, aut in choro cantare, aut

aut diuino se conspectui praesentare. Qomodo enim aulam regis introire ac regis uultu presumere et apparere, qui regis conteneret iusta, & ei per opera aduersaretur iniqua, ei⁹ q̄ hostibus consentiret? Hinc sacerdotes & clericī quām diu in prauitatibus & immunditjs perfisiunt, loca sacra suo perhibentur contaminare ingressu. Exhortationi ergo beati Bernardi acquiescant, dicentes sacerdos & clericus sine dei offensa uiuant, qui pro suis ac aliorum offensis deum iudicem interpellant, ne offensum potius ad iracundiam prouocent, quām iratum compescant. Ut enim sanctus Augustinus testatur, plus placet deo ululatus canum & grunniens porcorum, quām cantus luxuriantium clericorum. Et rufus: Maius in f. & c. nō (inquit) preiudicium deus in mundo non patitur, quām a sacerdotibus scientia & uita bona carentibus. Nec aliquid tantum nocet ecclesiæ, quemadmodum carnalis, scandalosa ac fecida sacerdotum clericorum & uita, propter quorū conuersationem uanam atq; turpissimam, claves ecclesiæ ac sacerdotum spernunt. Præterea, sicut tertio Regū habetur, dum regina Saba considerasset ordines mihi strantissimis ad mensam regis salomonis, laudauit præcipue ordinem pincernarum, quoruī habitus fuit pulcher ac uniformis. Per aulam Salomonis ecclesia designatur, per mensam altare, per pincernas presbyteri, qui corpus & sanguinem Christi dispensant, quoruī habitus debet esse uniformis ac speciosus. i. conuersatio cōcors, uirtuosa & exemplaris, ut glorificetur deus in suis ministris. Sed heu modo lamentabiliter uideamus impleri illud sancti Ambrosii: Ex indisciplinata multitudine sacerdotum, habetur hodie cōtempnū nostræ fidei uenefabile sacratissimum. Nam qui debuerant esse uicarii apostolorum & filii sancti Petri, facti sunt socij Iudei atq; præambuli Antichristi. Infirmorum corda percutiuntur a cle duntur de immunda & impia sacerdotum & clericorum inanum uita. Postremo secundum doctores concordant, quicqd de bonis ecclesiæ sacerdotes & clerici cum turpibus consumunt personis, restituere obligantur ecclesiæ aut egenis, cum omnia ecclesiastica bona sint patrimonium Christi & pauperum. Et quicquid de illis bonis sibi usurpant & definent clerici, hoc pauperibus detrahunt, & furunt ac rapinam sacrilegum commitunt. Ex hoc facile penitare possumus, quām periculosis sit beneficiorum pluralitas, præfertim dum unum simplici uictui ac ueſtitui sufficeret potest. Hinc secundum doctores, qui plura beneficia habet, deum priuat suo obsequio, ecclesiastam suis membris, defunctos suffragans debitis, pauperes eleemosynis suis, & fundatores suis intentis. Fundatorum namq; fuit intentio, ut quod præbendae, tot es sent personæ diuino obsequio dedit. Quām criminosum est ergo, ecclesiasticos redditus gulosos, pomposos & luxuriosos consumere.

Articulus LXII. Quid uitiosi ac lubrici sacerdotes sint proditores & hostes Christi, & de horribili maledictione eorum, ex libro celestium

Reuelationū beatissimæ Brigitte uidue.

Primo libro Reuelationum sancte Brigitte, cap. XLVII. christus præsente cœlesti exercitu, legitur ad sanctam Brigitam in uisione sic eslocutus: Nonne David propheta ait: Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationē? Sic tibi iam dico, quid proditores meis sunt qui panem meum comedunt in altari. Que enim poterit abominabilior esse interficio, quām illa qua aliquis interficit semetipsum? aut quād deterior proditio, quām ubi duo indisolubili uinculo iuncti sunt, & tamen unus alium prodit, utputa coniuges? Quid autem dicit consors, cum prōdere uult cōfortem, uel fraudulenta simulatione loquitur ei: Eamus ad illum locum, ut meam tecum impleam uoluntatem. Illa autem in uera simplicitate parata ad om̄em uoluntatem confortis, uadit cum eo. Cumq; opportunum locum & tempus inuenierit, producit contra eam unū de tribus instrumentis fuæ prædictionis. Aut em̄ habet aliquid tam ponderosum, quid uno ista seu casu interficit eam: aut ita acutū, quod statim intrat in uiscera eius; aut aliquid, quod suffocatur statim & intercludit eius anhelitus. Porro quām mortua fuerit, dicit intra se proditor: Nunc male feci, si cognitū fuerit facinus meum, condegnabor ad mortem. Ideo cotpus consorts occisæ abscondit uel sepelit. sic faciunt sacerdotes nunc mihi, qui proditores sunt mei. Ipsi & ego uinculo ligamur, quando de pane conficiunt & consecrant corpus meum, quod omnes angelis facere nequeunt: quoniam solis sacerdotibus dedi hanc potestatem, & ad summos ecclesiæ ordines ipsos elegi. Ipsi uero faciunt mihi ut proditores. Nam ostendunt mihi faciem letam & blandam, & ducunt me in occultum locum ut prōdant me. Tunc mihi ostendunt faciem leta, dū uidentur esse boni ac simplices. Dicunt quidque me in conclaue, dum ad altare procedunt. Tunc ego quasi sponsus uel sponsa, paratus sum face-

Pal. 4.0.

Aggit.

44. diff. c. eti
autem
h. q. i. c. Epis.
kopos.

omnis
38. d. c. igni-
tanci. & c. fi
in laicis.
2. Reg. ior.
2. Para. 9.

re omnem uoluntatem eorum, sed ipsi me produnt: & primo mihi adhuc quid pondere-
rum, quando diuinum officium est eis graue uel onerosum. Libentius nanque loqui-
tur centum uerba pro mundo & commido suo, quām unum pro meo honore. Hoc ergo
me onere deprimit, qui sum quasi amotus à corde eorum, in quo per gratiam non sum
neque in habito. Secundo me pungunt, quia acuto ferro quod uiscera intrat, me transfi-
gunt, quando ad altare accedunt & cogitant se peccasse, & poenitent, habentes firmam uo-
luntatem non peccandi; peracto autem officio, cogitant: Bene poeniteo de peccatis, sed
non repellam nec deseram illam cum qui peccauit, ita quād non amplius faciam. Isti me
quasi acutissimo ferro pungunt, dum in uoluntate manent peccandi. Tertio quasi suf-
focatur spiritus, dum cogitant secum, dicentes: Bonum & delectabile est esse in mundo,
bonum est luxuriarū, & continere non possum. Faciam ergo uoluntatem meam in iuuen-
tute: quum autem lenucro, abstinerem me uolo & emendare. Ex cogitatione hac pessima
spiritus suffocatur. Accedunt igitur ad altare meum impudenter, & ponunt me deum &

i. q. i. c. Oia
lactamenq.

l. uideo illis sacerdotibus deteriore. Sunt enim in eodem peccato quo cecidit Lucifer. Nunc etiam tibi dicam eorum iudicium, & tuisunt similes. Eorum ergo iudicium &
maledictio sunt sicut maledixit David peccantibus: Maledicti qui declinant à mandatis
tuis. Qui quām iustus eset, non maledixit eis ex ira aut impunitate, aut uoluntate mali-
gnæ, sed ex iustitia & ego qui sum melior quām David, talibus maledico. Maledictum
sit ergo omne quod de terra ad utilitatem suam recipiunt, quia in gratiis sunt deo. Maledic-
tus sit cibus & potus eorum, qui pacit corpus in cibum uermium, & animam ad infer-
num. Maledictum sit corpus eorum, quod resurget in die iudicij, in inferno sine fine artu-
rum. Maledicti sunt anni eorum, quibus inutiliter uixerunt. Maledicta sit hora eorum,
quæ incipier eis in inferno, & nunquam finietur. Maledicti sunt oculi eorum, quibus ui-
derunt lumen cœli. Maledicti sunt aures eorum, quibus audierunt uerba mea nec cura-
uerunt. Maledictus sit gustus eorum, quo tractauerunt me. Maledictus sit odoratus eo-
rum, quo odorati sunt delectabilia, & me neglexerunt delectabilem super omnia. Et
merito maledicuntur: maledictus enim eritus eorum, quoniam non uiderunt deum in
se, sed pœnas tenebras que inferni. Maledictæ sunt aures eorum, quia non audiunt uerba
mea, sed inferni clamorem atque horrorem. Maledictus est gustus eorum, quia non gusta-
bunt de bonis meis & terribilis gaudium, sed amaritudinem æternalem. Maledictus est ta-
ctus eorum, quia non tractabunt me, sed ignem perpetuum. Maledictus est odoratus eo-
rum, quia non odorabunt odorem suauissimum illum in regno meo excedentem cuncta
aromatæ, sed fetorem in inferno habebunt amariorem felle, peioresque sulphure. Male-
dicti sunt à cœlo & terra & ab omnibus creaturis insensati, quoniam illæ obediunt deo;
& ipsi me spernunt. Insuper, in alia uisione dixit deus ad Brigittam sanctam: Sicut tar-
dante Moyse in monte Sinai infideles & pessimi filii Israel dixerunt, Nescimus quid Moy-
Exod. 32. si huic acciderit, quāramus alium deum quinos præcedat si nunc faciunt mihi isti ma-
ledicti sacerdotes, & dicunt: Cur nos auferiorem uitam agamus quām alii? Melius ergo
nobis est esse in uoluptribus nostris, diligamus mundum de quo certi sunimus. In istis ma-
ledictis sacerdotibus regnant acedia, impunitia, carnalis uoluptas & auaritia. Inflam-
mati sunt amore carnalium, nec satiantur terrenis. Prædicant uerba mea, & alia quædam
opera bona facere uident, sed ad suum honorem suam que uoluptatem & utilitatem,
non ad meum honorem omnia referunt. Idcirco incipiunt iudicium meum & a clero & ab
altari meo. Ego elegi olim Moysen & prophetas, ut instruerent ac ducerent populum mie
um Israël: sed nūc elegi mihi alios amicos prophetis specialiores, quidelicet sacerdotes, qui
non solum uerba mea audiunt, sed me etiam uident & tractant manibus suis, quod nullus
prophetarum aut angelorum facere poterat. Ipsi sacerdotes quos loco prophetarum in
amicos elegi, clamant ad me, sed non tali desiderio & charitate, ut prophetæ, sed duabus
contrarijs uocibus. Non enim claimant cum prophetis, Veni domine quoniam dulcis es,
sed clamant uel uerbo uel facto: Discede a nobis, quoniam uerba tua amara sunt, & opera
tua grauia, quæ & scandalum faciunt nobis. Ecce quid maledicti sacerdotes dicant. Ego
sto ante eos quāsi ouis mitissima, de qua accipiunt lanam ad ueſtiendum se, & lac ad ſen-
tendum se; & adhuc pro tanta dilectione abominantur me. Ego sto ante eos quāsi hospes
Iacob. 2.1
Iacob. 3.1
Iacob. 3.2
S. II qui

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

qui dicit: Amice, da mihi necessaria vita, & recipe optimam mercedem a deo. Sed ipsi pro eius simplicitate repellunt me quasi lupum, & pro hospitalitate confundunt me quasi indignum hospitio, & quasi proditorem abiiciunt me, & me colligere renunt.

Articulus LXIII. De uarijs donis collatis a CHRISTO sa-
cerdotibus. & de ingratitudine & im-

munditia illorum.

CHIRSTVS in uisione ad sanctam Brigittam dixit: Ego relicturus mundum & ascensurus in celum, reliqui hominibus memoriale dignissimum, scilicet corpus meum, & sacerdotes posui speciales custodes ipsius, & honorauit eos honoris septemplici. Primo, ut sint signiferi & speciales amici mei per munditiam mentis & corporis. Secundo, ut sint uiri angelici per praecipuum humilitatem. Tertio, ut sint discipuli dei per continuam lectionem diuinæ scripture, quibus & ideo datur liber in manus, quemadmodum militi gladius, ut quæ agenda sunt scient, & oratione ac meditacione placare studeant iram dei pro populo eius. Quarto, ut sint custodes templi & speculatores animarum; ideo ab episcopo eis claves traduntur, ut sint solliciti circa proximorum salutem, & uerbis & exemplis promouant illos ad bona, & incitent ad perfectiora. Quinto, ut sint mundialium contemptores, ut dum altari deseruent, de altari uiuant, & in terrenis actibus nequaquam, nisi in his quæ decent gradum suum, se occupent. sexto, ut sint uiri euangelici ueritatem praedicando. Septimo, ut sint mediatores inter deum & homines per immolationem corporis mei. Nunc autem conqueror tibi quod gradus isti uiteturum sunt dissipati, quia impuritas exercet pro castitate, superbia diligitur pro humilitate, dilectio spiritualis non attendit, sed amor mundi: negligenter appetit in altis, sapientia reputatur fatuitas, nec salus animatum curatur. Sed maledicti sacerdotes qui carnalibus deliciis uacant. Denique, luxuriosi sacerdotes manus sunt sanguinolentæ, quoniam opera eorum carnalia sunt. Vox eorum est quasi vox ranarum, quoniam tota est de lutois operibus atque ad uoluptates carnales. Mores eorum quasimores ioculatoris, quoniam actu & uestibus omnibus conformare se intintur, ut omnibus placeant. Propterea ueniam talibus sacerdotibus cum septem plagiis. Nam priuabuntur omnibus quæ dislexerunt, eijscentur a conspectu dei, iudicabuntur in ira, tradentur dæmonibus, patiuntur absque requie, contemnentur ab omnibus, egebunt omnibus bonis, & abundabunt omnibus malis. Insuper de carnali & uitioso sacerdote loquebatur in uisione Christus ad beatam brigittam: Quis accedit ad altare, astant ad latera eius dæmones, qui & animam eius inhabitant, quoniam mortua est ante. dum imponit sibi superhumeralis, dæmones obumbrant animam eius, ut non cogitet ne que intelligat quām terrible est accedere ad altare, potissimum sacerdotem immundum, & quām mundus esse debeat qui mihi mūdissimo debet astare. Quum induit se alba, duritiam cordis & indeuotionem induit, quoniam cogitat peccatum suum non esse graue, & futura supplicium non esse magnum, & quia se gaudium electorum nunquam considerat. Dum imponit sibi stolam, diabolus gracie iugum imponit collo eius, ita quod delectat eum peccati dulcedo, & sic onerat animam eius, quod non finit eum in gemiscere uel considerare sua peccata. Dum imponit sibi manipulū, omnia opa dei fiunt ei onerosa & grauia. Cir̄ cingit se cingulo, uoluntas eius colligatur diabolo, ita q̄ proponit manere in pectō, tuncq̄ dissoluitur charitas mea ab eo, quia uoluntas eius est ad omnia quæ diabolus inspirat, nisi refrenaretur occulto dei iudicio. Cum induit casulam, diabolus perfidia induit eum. Dum legit, Confiteor, dæmones respondet. Mentiens es. Nos testes sumus quod confessio tua est similiis Iude, qui aliud dixit ore, & aliud habebat in corde. Dum accedit ad altare, tunc ego auerto faciem meā ab eo: & de quo cunque legit Missam, siue de matre, siue de sanctis, sic gratum est mihi, ac si meretrix menstruum suum in uase collectum offerret alicui nobili ad bibendū. Cū aut̄ consecrat corpus meum, dæmones fugiunt ab eo; sed dum illud applicat ori suo, dæmones ex præsumpto ne ipius reuertuntur ad ipsum, quoniam nullam charitatem habet ad me, sed ad immunditias seu spurcitas suas totus afficitur. Hęc pauca de multis ex Reuelationibus sancte Brigittæ sumpsi, quæ in diuersis libris atq; capitulis prolixe scribuntur. Ex quibus clarissime innotescit, quām periculum sit sacerdotem immuditij deseruire.

Articulus LXIII. De eadem materia ex doctrina coelesti, sanctissi-
mae virginis Catharinæ de Senis.

Matt. 10.
1. Cor. 11.

Ezecl. 33.

1. Cor. 9.
ss. d. c. Ep. 10.
scopis

Sep̄ sacer-
dotiū malorū
plage.

Matt. 26.

Note.

Sancta

DE VITA CVRATORVM.

510

Sancta ecclesia canonizans sanctam Brigittam uiduam præallegatam, sanctam Catharinam de Senis, doctrinas & uisiones seu reuelationes earum satis approbatæ uidetur. Vtraque autem ex diuina reuelatione scripta. Ita que in uisione coelesti deus pater ad sanctam hanc Catharinam locutus est: Anima horum miserabilium carnalium sacerdotum unde tantam uitiorum recepit putredinem, nisi à sensualitate quam sibi dominam constituerunt, & animam suam ac rationem fecerunt ancillam? Hos sacerdotes unxi ut seruirent mihi, & ministrarent sacramenta sanctæ ecclesiæ & scias tu charissima filia, quid mihi retribuant pro beneficijs tantis. Ipsi quotidie me persequuntur in tot diuersis & sceleratis peccatis, ut tua non possit lingua narrare, & si illa audīres, deficeres. Aliqua tamen tibi dicam, ut habeas maiorem materiam compassionis & planctus. Ipsi nanque stare deberent super mensam sanctissimæ crucis, CHRISTI passione, nemius jugiter attendendo, & ibi se nutrire cibo animalium, laborando pro salute illarum, & de illarum spirituali profectu gaudendo. Ipsi uero intrant tabernas, & ibi iurant atque per surat, gulæ deseruiunt, potionibus uacant, multisque miseriis defectibus pleni sunt, tanquam homines penitus excæcati & sine lumine rationis, & stant in uerbis operibusq; lasciuia, & publice abique uerecundia peccant, & quid diuiniū sit officium ignorantia & si illud dicant, interdum tamen cor eorum longe est a me. Ipsi enim sunt rimbaldi atque lufores, & postquam suam animam perluserunt, eam que immiserunt manibus dæmonum, perludent bona ecclesiæ, & substantiam quam in uirtute sanguinis CHRISTI suscepunt, ita expendunt, ut pauperes inde non adiuuentur, & ecclesia est desulta seu deordinata, nec habet necessaria fulcimenta. Vnde quum ipsi templum diaboli sint effecti, non curant de templo meo. Vnde ornamentum quod facere debent in ecclesia seu in templo, faciunt in propria domo: (quod peius est) sicut sponsus ornat sponsam suam, sic isti dæmones incarnati de bonis ecclesiæ ornant diabolam suam, cum qua uitiose ac turpiter manifestent, & absque uerecundia faciunt eam ire & redire. Quinque que ipsi infelicissimi dæmones, scilicet lasciuia sacerdotes, transeunt ad altare, non curant quod eorum miserabilis diabolus uadit ad manum cum filiis ad oblationem cum cæteris faciendam. O dæmones, & plus quam dæmones, utinam iniquietates uestra essent magis absconditæ ab oculis subditorum uestrorum, quia tunc eis minus nocerent, nunc uero estis eis causa manendi in defectibus, & incidenti in ea quæ facitis. Est haec puritas quam in meo require ministerium ad celebrandum accedit: est haec puritas, quia de manu surgit cunctime coinquata & corpore suo corruptio ac foetido, cum quo iacuit cum sua diabola. O tabernaculum dæmonis, ubi est bona uigilia noctis cum solenni & deuoto officio: ubi est oratio continua et deuota, in qua noctis tempore disposita te ad celebrandum? Ex hac carnalitate contingit, quod turpissimi sacerdotes non querunt nūcum honorem, nec subditorum salutem, immo nec propriam, sed proprio amore querunt suas diuitias, delicias et honores, nec attendunt pericula et peccata populi sibi commissi. Vnde nec subditos suos corripunt, sed in suis uitis eos facere permittunt, et interdum hoc accidit, quia non uolunt discipere hominibus, et ne damnum aliquod patientur. Sed nunc attende o charissima filia, quoniam uolo tibi ostendere sceleratam et scandalosam uitam malorum atque carnalium sacerdotum, ut feruentis ores pro eis. Hi impii sacerdotes fundamentum sibi faciunt in proprio et priuato amore, ex quo statim oritur superbia, indiscretio: quoniam honorem et gloriam sibi ascribunt et ascribi uolunt, et magnas querunt prelationes cum ornamenti pretiosis, et superfluis uestibus ac delicatis, immoderatis uarijs que cibarijs et poculis lauitis. Non satiantur terrenis diuitiis, sed terram infatibiliter rodunt, & siti sunt ac cupidis circa proximos. Vnde ex hac miserabilis superbia & infelici avaritia atque damnabilis lasciuia, quæ de proprio et priuato amore nascuntur, animalium negligunt cu- tam, et pro solis temporalibus solliciti sunt. Prætermittuntque oues meas, quas in eorum manibus tradidi, & nec corporaliter nec spiritualiter pascunt eas. Nec bene consumunt ecclesiasticos redditus, de quibus quantum fieri potest, fieri debent tres partes, una in ecclesiastem ministeriorum ecclesiæ, alia in usus pauperum, terciæ in utilitatem ecclesiæ. Isti uero turpissimi sacerdotes contrarium faciunt, quianon in solam necessitatem, sed in uoluptatem & curiositatem, in uestium superfluitatem, in ciborum et potuum immoderatam, uane inutiliter que consumunt bona ecclesiæ, suam quoque diabolam nutriunt intendi, & patrimonium crucifixi cum turpibus sceminiis deuorant. O tempora diaboli, ego uos

Ecclesiastis
redditus tñ
fariam pati
endi.

Sff z po

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

posuit ut angeli sitis in hac uita terrestri, & uos dæmonia estis, & dæmoniorum assumptis officium, suggestionibus & prauis exemplis alios ad uitia petrahendo. Hæc & multa similia præfata uirgo sanctissima, deo ad eam loquente, conscripsit, impios & lasciuos sacerdotes ubertim vocans incarnata dæmonia, concubinas uero eorum diabolas. Vnde patet quod infestabiliter detestabatur incontinentiam sacerdotum.

Articulus LXV. Quantum uitanda sunt sacerdotibus & clericis
non solum commixtiones sacrilegæ, sed etiam incaute inspectiones, colloctiones, familiarita-

tes, sceminarum.

Obseruandum est omni fidei castæ uiuere cupienti, potissimum cuiilibet sacerdoti & clericu, quod loquitur Augustinus: Oculi & si iacentur in aliquam sceminarum, tamen in nulla figantur. Ex moroso nanque & incauto respectu sceminarum, faciliter generatur in uero imaginatio turpis, concupiscentia carnis, uulneratio mentis, libidinosa commotio. Ideo orat Psalmista: Auerte oculos meos ne videant uanitatem. Et sanctus Iob dixit: Pepigi foedus cum oculis meis, ut nec cogitarem de uirgine. Hinc secundum Gregorium, Non licet intueri, quod non licet desiderare. Ideo afferit Augustinus: Nec dicatis uos habere animos pudicos, quoniam impudicus oculus im pudici cordis est nuntius. Interna nanque per exteriora cognoscuntur. Idecirco incuditus uisus, in custoditi cordis est index. Denique, David propheta & rex in adulterium corruit, quia in sceminarum uisum fixit. Nec minus, in modo & plus fugiendus est sceminarum contactus, praesertim sub uestibus: in illarum oculis & amplexibus consistit mortale peccatum sed & illis confabulari & atridere, infestuum est ualde. Vnde super Regulam Augustini scribit Hubertus: Multum allectuosa est species mulieris. Per nusum enim ducitur species ad animam, que ipsum impugnat, nec potest se homo quandoque faciliter expedire ab ea. Ideo Salomon dixit: De uestimento procedit tinea, & à muliere iniquitas uiri. Propterea uiri uirtuosi non solum non uolunt appetere mulieres, sed ne à scemini appetantur, non de facili coram eius comparent: & si interdum comparent, cauent tamen a frequenti accessu ad eas quod si ex causa contingat, non tam uerbi reddunt se magis familiares uni quam alteri. Vnde secundum Augustinum: Sermo breuis, asper & rigidus cum mulieribus est habendum. Et cauere debet uir bonus, ne aliquo modo prouocet animum mulieris ad inordinatum sui amorem. Hinc sacerdoti & clericu uitanda est cohabitatione sceminarum iuxta prehabita, aut tam propinquæ aut uetulae, ut nullum queat immixtum periculum. Vnde in Ecclesiastico habetur: Ne des mulieri pote statem animæ tuæ, & uirginem non conspicias, ne scandalizeris in decore eius. Noli circumspicere in uias ciuitatis. Auerte faciem tuam à muliere compta. Propter speciem mulieris multi perierunt. Vt tandem ergo sunt occasiones peccandi, loca secreta & tenebrosa, corrisiones & ioci, munusculari familiaritates, confabulationes & ludi. In colloquio enim mulieris exardescit ignis. Nec mihi periculo saunt separata conuiua. Peccata quippe luxurie melius uitari non ualent, nisi se elongando ab obiectis seu materia huius peccati, & uniuersa quæ ad concupiscentiam incitant fugiendo.

Articulus LXVI. De quibusdam propositionibus cuiusdam uitri deuoti ac lapidetis de praesenti materia.

Magister Gerardus Groet, per quem p̄issimum deus multa bona fecit in seculo isto, in libro quem contra sacerdotes fornicarios edidit, multipliciter reprobat cohabitationem sacerdotum ac mulierum, & inter cetera scribit hanc propositionem: Si quis tenuerit mulierem in domo, de qua scandalum in populo uel in clero aut apud uicinos generatur, etiam si sit mulier illa de talibus quas constitutio[n]es & doctores aliqui dixerint non esse prohibitas, quamvis securius carnem nihil malegerit cum ea, adhuc si scit hoc scandalum generari, & mulierem tenuerit, mortaliter peccat. Nam tale scandalum est scandalum actiū, in quo contemnens fratris salutem, non obstat eius scandalo, uult facere quod sibi placet. & loquor de scandalo pufillorum, non phariseorum. Ita sunt uerba uiri prefati, que confirmari possunt per dicta Hieronymi, q[uod] asserit q[uod] scandalum pufillo[rum] semper uitandum est, quantum fieri potest, salua triplici ueritate, uidelicet yitate uite, doctrinæ atq[ue] iustitiae. Itē p[ro] Augustinū dicentē: M[al]e[u]catione peius est, ducere cōtinentiam criminosa[m], i[n]famē facere sanctimoniam, q[uod] blasphemia[rum] ingerit religioni. Et iterum: Bo-

num

Malib.
Rob. II.
Reg. II.

Decoh. der.
& mulier,
nobis.
Eccles. p.

Gerardus
Magnus.

DE VITA CVRATORVM.

51

hum continentiae frustra intrinsecus laborioso agmine custodit, qui illud forinsecus insicit & infamat. Veruntamen circa istud mihi uidenta multa esse consideranda, uidelicet si mulier illa est secundum iura cohabitare permissa, & sacerdos absque notabili detramento eius cohabitatione atque obsequio carete non posset, sciens q[uod] iuxtam modum prætactum scandalum generari, tunc deberet pusillos sufficienter p[ro] se uel per alium informare, quod irrationaliter scandalarentur, & quod non est piculum, nec mala habenda suspicio ex cohabitatione huiusmodi mulieris: & si tunc informationem nollent recipere, scandalum illorum non esset amplius scandalum pufillorum, i.e. infirmitate, sed pharisæorum, i.e. ex malitia, quod non oportet semper uitare. Et huic scribit simile Thomas in Secunda secunde, questione de scandalis. Infup uir præfatus ponit hanc propositionem: Qualiter cum quis clericus uel laicus conuersetur cum muliere suspecta, in domo uel extra domum, p[ro] societas aut coniuia, per visitationes uel colloquia in ecclesia, uel per dona, uel per quamcunq[ue] familiaritatem, si scemina illa sit filia fratris uel amitæ, si inde scandalum generetur, & ipse hoc scierit, nec eam evitauerit, quamvis cum illa carnaliter non miscetur, peccat mortaliter. Istud uidentur mihi intelligendū, quando mulier est suspecta, suspicione precedente ex signis multum probabilibus, uel violentam suspicionem facientibus: non aut, loquendo de suspicione procedente ex leuibus signis: & hoc posset per dicta doctorum faciliter comprobari, sed breuitati studiū est. Præterea uir ille scribit hanc propositionem: Scandalum fornicatorum sacerdotum aut clericorum, potissimum publico[rum], seu per alia uita scādalose agentium, in iniuriam dei & dannū ecclesie multipliciter redundat. Haec propositione præhabitis prorsus concordat, & a magistro illo diffusa probatur. Peccatum nanque uehementer extenditur, & ab alijs audacter perpetratur, quando propter reueretiam ordinis aut dignitatem prælationis peccator honoratur. Inferiores q[uod] per uita superioris & laici propter peccata clericorum frequenter magis q[uod] cadunt seu scandalizantur, q[uod] econuerunt nec solum scādalizantur, faciendo ea peccata quæ uident in illis, sed & alia multo maiora: quoniam uident illos qui in omni uirtute deberent præcedere & fulgere, in pessimi uitiis ac flagitijs conuersari. Amplius ait: Turpes fornicarij, clericij sive presbiterij & alij qui cunque christiani, in flagitiis actibus notorii, crudelius Christum persequuntur, dimenbrant, crucifigunt & lacerant, quam herodes, Pilatus, milites & Iudei, qui Christum corporaliter occiderunt. Et si tales presbiteri celebrant, prædicta crucifixionem aliam addūt. Haec est. 2. q. r. c. b. le. g. itini. De purg. ca. si quis.

De coh. cler.
& mul. c. i. i. libendum

2. q. r. c. b. le.
g. itini. De purg. ca.

si quis.

glossa

Articulus LXVII. Rationalis persuasio ad hoc, quod sacerdotes & clericci non acquiescant cohabitare mulieribus, nisi secundum iura permisss.

Quamvis ad uitandum cohabitationem mulierum prohibitarum, profusus sufficer possit ac debeat sacerdotibus ac clericis tam copiofum ac euidentes præceptum ecclesiæ, utputa tam generalium conciliorum quam summorum pontificum, copiosa quoque & concors omnium sanctorum patrum atque doctrinæ, potest tamen ad hoc persuadendum ualde rationabilis ac apta ratio introduci. Quam enim cum muliere quotidie conuersari, eamq; omni hora toties intueri, affari, audire, opportunitatem ac facultatem habere commiscendi cum ea tam ex loco quam tempore, nec tamen de ea tentari, nec ad eam carnaliter affici, non eam appetere neque contingere, non in ordinate atq; superflue cogitare de ea, tam tempore diuinæ officij quam alia horis, non uulnerari mente ex ea, nec ex tanta associatae impediri a deo & a puritate interiori & cordis custodia, sit uere super hominem, super naturam, super uires humanas, & non nisi magnæ perfectionis singularisq; gratia opus ac donum: quis non aduertat, quam incautissime pericolosè agunt sacerdotes & clericci, nondum perfecti, nondum in virtutibus exercitati, & spiritualis pugna contra diabolum, carnem & mundum nondum satis periti, sed adhuc defectuosi, fragiles, & ad uitia carnis ac spurcias proni, dum in dominibus suis sceminas tenentes prohibitas, ex quarum præsentia sensualitas eorum potest tam cito ac multipliciter actuari, præsertim quumjam ad oculum pateat, quam pauci sacerdotum & clericorum sic facient manent continentis! Multipliciter ergo periculo se commitunt sic faciendo. Consultius igitur est, ut aliquem pauperem clericum secum tenerent, qui faciliter discere posset ea peragere in coquendo, lauando & similibus quibus indiget sacerdos. Præterea, & si sacerdos de sua constantia est secutus, de mulieris tamen ruina deberet timere & precauere, quam debet sicut seipsum diligere spirituali amore, nec eam secum tenere, ne fiat ille laqueus mortis, item que ne alijs sacerdotibus & clericis præstet exemplum audaciamq; simili peragendi. Nam & Augustinus testatur: Vidi in hac re, puta per uitia carnis, cedros Libani corruiisse, de quorum casu non plus suspicabar neque ueubar, quam Hieronymi atque Ambrosii, et rursus: Quanti (inquit) & quales episcopi post magnalia, post signa & miracula corruerunt, & naufragati noscuntur, dum uoluntur nam uiriliter nauigare: hoc est, in carne fragili se exponere periculo cohabitationis sive confori mulierum.

Articulus LXVIII. De uitis rationibus, propter quas sacerdotes & clerici merito debet secundum uitare luxuriam.

Quanto sacerdotes & clerici ampliori, singulariori ac diuiniori a CHRISTO ornati & exaltati sunt potestate, autoritate, gradu, ordine & honore, tanto omnino decet & opus est ut CHRISTO sint gratiore, subiectiores & puriores, oemque luxuriae labem uitare uigilantiores. Porro, quam supernaturalis & admiranda sit potestas & excellencia sacerdotum, quam sublimis sit gradus, ordo ac dignitas clericorum, in diversis articulis est ostensum. Decentissimum ergo est, necessariumq; saluti, ut CHRISTO sint grati, subiecti, casti, inq; castissimi: propertea sedecitatem turpidinesq; luxuriae merito debent uitare, ne collatam sibi supernaturem potestatem ac sacerdotalis ordinis prærogatiua, tam turpiter ac ignobiliter inquinent, & ne seipso instantum uilificant atque degenerent, & ne cunctis hominibus, inq; & bestiis abominabili-ores ac fecitidiores reddantur, ne etiam in cordibus proximorum intantum uilescant: id eo quoq; ne tantam deo iniuriam & inhonorationem exhibeant, & ne proximos tam graviter scandalizent, ne tot animabus sint causa perditionis aeternæ in super, propter uitatem & turpidinem luxuriae & gestuum eius in seipso. Nam uitia ista sunt cæteris bestialiora & turpiora. Item ob grauitatem peccati huius in sacerdotibus & clericis, in quibus multipliciter habet aggrauationem, & sacrilegium nuncupatur, qua omnia superius sunt multipliciter deducta. Adhuc autem, propter uehemetissima illa in inferni supplicia, luxurias pref byterorum ac clericorum parata, quibus (ut dicitur est) acerbiora inferoru deuentur tormenta & quantum se modo glorificant & in deliciis sunt, tantu de lucu ac tormentis recipi. Et hoc secundum unam proportionem, sed secundum aliam recipi q; si incoparabili plus de peccatis. Præterea etiæ ideo uitare debent illa in lalcium, ne eternales pendant summe fe-

Notandum
Augustini
verbum.

De maior. et
ob. c. folig.

40. dicitur.
Homo Christus
nus.

Apoc. 8.

felicitatis delicias, propter huius uilissimi corporis detestabiles uolupates spurcissimas. Postremo, sacerdotes animæ curam habentes, debent dei & proximorum (potissimum cre- diti sibi gregis) precipue spirituali amore ardere. Idcirco ne deum tam grauter in honore ac perdant, & ne sibi commissis tam multipliciter noceant, debent hec uitia abhorre, & quod pro dei honore est ac proximorum salute, uiriliter adimplere, saltē quoad ea quæ ad debitum sui spectant officij, quatenus & per hoc crescant quotidie in donis gratiar, in splendore uirtutū, in uerae ac salutari sapientiae claritate: sicq; spiritualibus abundantem diui- tiis, & uerbo ac opere deum glorificant, proximosque (potissimum sibi commissos) & dis- centesq; que amabiles deo, honorabiles angelis, metuendi a demonibus. Atque post uitiam istam breuissimam, à deo gloriissimam fortiantur coronam, ineffabilem iucunditatem, superplenam mensuram, mercedem æternam, tam de propriis meritis quam pro me- ritis gregis sui, & omnium quibus bene agendi causa fuerint, quoq; omnium beatitudine & gloria redundabit copiose & gloriose in eos, si iam debitum sui impletuerint officij. Quem admodum enim hi qui alijs causa perditionis sunt, Christo odibilissimi extat, & durissime ac terribilissime recipientur, iudicabuntur ac damnabuntur ab eo, ita & qui alijs sunt causa conuersionis ac salutis, amabilissimi Christo consistunt, & iucundissime ac benevolentissime suscipientur ac remunerabuntur ab ipso, tanquam ueris uicarij, cordiales amici, atque cooperatores idonei.

Articulus LXIX. De diuersis remedis contra luxuriam.

Commune uerbum est: Deficiēte causa, deficit & effectus. Cum ergo corporalis illa luxuria oriatur ex inordinata affectione, seu interiori & sensuali cōcupis- cœta, cōcupiscentia aut sicut & omnis affectio, ex præiuia quadam apprehensione, uia delicer corporali intuitione, sensitiva pceptione, imaginatione aut cogitatione procedat atq; nascatur, præsertim cum obiectu appetitus sensitivi sit bonum sensatum. I. sensitiva cognitione apprehensum, quemadmodū obiectum appetitus intellectui est bonum intellectu, hoc est, intellectua notitia apprehensum, hinc qui cupit corporalem fornicationem atq; luxurie fœditatem, ipsam quoq; corporalem cōcupiscentiā supare, uitare, euadere, sensitiblum obiectum seu rerum carnaliū incircumspectam apprehensionem, intuitionem, cognitionem, cogitationem deuicit et sue abiiciat. Vnde dum aliquis sentit in se oriri cōcupiscentiam carnalem & prauam, statim auertat se à consideratione, inspectione, imaginatione seu cogitatione rei sensibili seu mulieris aut personæ, ad quam cōcupiscentia sua ipsum inclinat, tuncq; cōcupiscentia ipsa deficiet. Si autem queratur, qualiter debeat se à tali apprehensione auertere, dicendum est conuertendo se ad occupationes seu considerationes aliarum rerum, præsertim salubrium, utputa cogitando de passione Christi & de peccatis inferni, de distinctione horre diuinu iudicij, de amaritudine mortis, de uitiate humanæ carnis, q; plena sit immunitas atq; fecitoribus, & potissimum quando post mortem resoluteur in putredines, in uermes & serpentes & pulueres. Vnde secundum Gregorium: Nihil sic facit despicer carnem viuentem, sicut diligenter ppendere qualis erit post mortem. Veruntamen in iuuenibus & imperfectis adhuc hominibus in tentatione positis, non expedit quasi sub specie boni cogitare de dispositione & obsecnitate seu turpitudine me- brorum personæ, de qua tentatur, quasi ex hoc debeat cōcupiscentia ipsa extingui, immo ex hoc potius accenderetur. Expedit ergo auertere se pro tunc à consideratione rei, cuius cōcupiscentia eum tentat. Istud ergo est unum remedium contra luxuriam in quo remedium sicut in cæteris, oportet uiriliter laborare, quoniam ars & uirtus sunt circa difficultia q; pulchra. Difficile est namq; uitis præualere, atq; uirtutibus salubriter inhaerere. Et quanto cōcupi- scientia iste carnales sunt magis innatae ac naturales, atq; tenacius inhaerentes, tanto diffici- lius est uincere eas. Oportet ergo uiriliter agere, fideliter laborare, legitimate decertare, q; pulchra. Pst. 19. 1. Tim. 2. Ephes. 4. Gals. 5. Sff 4. pust.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI

pus. Et haec quoque est una specialis præratio difficulter uincendi uitia & concupiscentiam carnis, quia non solum inicitur ad ea ex naturalibus causis, intrinsecis, qd principijs, sed etiam interdum fortissime ex daemnonum suggestionibus & impressionibus, ita quod frequenter absq; prævia apprehensione nostra, ex operatione hostis antiqui generantur in nobis inflammations, pruritus & stimuli miseræ carnis, ad quos sequuntur concupiscentiae sensuales, non tamen sine prævia rei sensibilis apprehensione seu imaginatione, quæ etiam in inuisibilis hostis diabolus frequenter causat in nobis, præsentando interioribus sensibus formas seu similitudines similium rerum, tam in uigilia quam in somno. Hinc ergo qd uult uitias & concupiscentias præualere, debet semper esse in cordis sui custodia, & in proximitate ad spirituallam prælia, dicens cum Abacuk prophetæ: Super custodiā meā mīstabo, & sigam gradum meū super munitionem, & cōtemplabor ut uideam quicquid dicatur mihi: id est, quid mihi inspireretur aut suggesteretur ab angelō bono uel malo, vel etiam ab insinuatori diuino siue ab homine. Cum enim teste beato Iob, militia sit uita hominis super terram, nisi homo incessanter se a peccatis custodiatur, & tentationes auertat, multipliciter atque se pessime ab inuisibilis suis salutis hostibus in anima uulneratur. Ideo afferit Isaías: Super speculam domini ego sum stans iugiter per diem, & super custodiā meā ego sum stans totis noctibus. Hinc beatissimus archi apostolus exhortatur: Sobrii estote & uigilate, quoniam aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quaerens quem deuoret, cui refitite fortis in fide. Et Paulus: Nolite (inquit) locum dare diabolo, id est, non libe consentire peccato. Secundum remedium contra tentationes & sededitates luxurie, imò contra omnem tentationem & culpam, est inuocatio diuinorum auxiliij. Quum enim tantar sit hominis defectuositas, infirmitas, ignorantia, pronitas, qd ad omnia mala, tanta quoque calliditas, ferocitas & potestas diaboli, quia ut ait dominus ad Iob, Nō est potest as super terram quae comparetur ei, tanta quim sit etiam uehementia passionum, & impetuosis concupiscentiarum, nequaquam potest fragilis homo uiribus suis resistere, pra' ualeare ac iugiter triumphare, sed uehementissime indigit diuina pietatis auxilio, protectione & gratia. Ideo semper, & specialissime tempore tentationis, debet homo ad deum confugere, ipsum feruide ac instanter orando, ut assit, conseruet, roboret, suparet tribuat: & tunc deus libenter exaudiet, si tamen infatigabiliter cum omni fidutia inuocetur, sicut per psalmistam predixit: In uocame in die tribulationis, eruam te & honorificabis me. Vnde idem propheta ait ad dominum: Quoniam in te eripiar à tentatione, & in deo meo transgrediar murum, id est, omne uirtutum obstatum succurrente domino superabo. Hinc in Ecclesiastico habetur: Respicite filii & uidete, quia nullus sperauit in domino & confusus est, & quis inuocauit eum & despexit eum? Itaque dum sacerdos uel clericus seu quicunque uere fidelis sentit se impugnari, tentari, stimulisq; libidinis inquietari, accendi, urgeri, deuimox inuocari, pectus tundat, cruce se signet, imò (si potest) ad locum pergit secreturn, seiq; coram deo in terram prosternat, & deum fidelissime inuocat ac seruenter: & tunc utique feliciter in se experietur quod Paulus promisit, Deus conteret satanam sub pedibus uestris uelociter: quod item Iacobus dixit apostolus, Resistite diabolo, & fugiet a uobis. Hinc nempe & ipse saluator edocuit: Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem, id est, ne à tentatione uiuamini. Itaque in omni cauila & necessitate, in omni tentatione, persecutione atque angustia assuecat homo clypeum orationis assumere, & ideo contra omne peccatum cor suum protegere, sicut apostolus monet: Accipite armaturam dei, ut possitis resistere in die malo. Tertium remedium contra inquinamenta carnalia & aduersitas omnia tentamenta & uitia, est intenta recordatio dominice passionis. Dum ergo quis sentit se impugnari aut libidinose moueri, statim ad mentem reducat, quæ, quanta & qualia filius dei sustinuit, qualiter captus est, consputus, percutitus, blasphematus, derisus, flagellatus, spinis coronatus, crucifixus, & acerbissima atque turpissima morte occisus. Et tunc à seipso querat & dicat: Decet ne uiuissimum peccatorem carnalibus delectationibus satiri, quando dñs deus tustantis propter te supplicis est afflictus? Hæc autem dñs qd passionis meditatio frequens, cordialis atq; morosa, optime ualeat ad oia uitia supanda, ad oes quoq; uitutes obtinendas & conseruandas. Si enim pensemus, qd patientissime, qd humile, qd charitatue Christus in sua se habuit passione, imò in tota sua conuersatione, quæ item amarissimas tolerauit penas, miti, si aliqua re impatiētes efficiuntur, si elatione extollimur, si inuidia tangimur. Quilibet ergo fidelis, p̄fertim sacerdos & clericus, qd die admensus semel passionē Christi deuoto debet corde reueluere, eaq; mentis uæ sortites semper imprimere.

v. di. c. testa-
mentum.

Abac. 5.

Iob. 7.

Mate. 4.

I. Pet. 5.

Ephe. 4.

Zob. 41.

Psal. 46.

Psal. 47.

Ecccl. 5.

Salubre re-
mediū cōtra
tentationes.

Rom. 10.
Iaco. 4.
Matr. 26.

Ephe. 6.

Memori-
passionis di-
sumū an-
dotu cōtra
tamē dia-
boli.

DE VITA CVRATORVM.

515

te, aut impressam tenere, ut sic mīdus & cuncta carnalia uilescant, Christi humilitatē, patiētiam, mansuetudinē, charitatem sectetur: & quotiescumq; à diabolo, carne, aut mundo tentatur, protinus Christi passionem tam affectuose ac diligētere intueat, quasi presentialiter cerneret Chrm flagellari, coronari & crucifigi. Valeat aut̄ meditationis hoc precipue cōtra ignem luxuriae. In cuius rei signū deus Moysi iussit exigere serpentē ēneum in deserto, ut à serpētibus peussi, illiū intuēdo serpentē mox sanaretur, qd & fiebat. Vñ & nūc fideles diabolos, tentationū uenenosas ac libidinosis telis peussi, Christū in cruce leuatū fideliter, ut dictū est, intuēdo mēte, inde curāt. Quartū remēdiū est, gulā uitare & sobrietati studere, atq; scipue uitare cibos & pocula multū calefaciēta, ex qd porro si gnatū luxuriam, affectus, pma serua. Vitare ergo oportet comeatōes & immoderatas portatiōes, nec talib' imorari. Quintū est, lux uriosorū atq; carnaliū uitare cōfortia, cū in Eccō scriptū est: Qui se iūgit fornicarijs, erit nequā. Eccl. 17: Qui tetigerit pīcē, inquinabitur ab ea. Ideo attēde tibi à pestifero, ne cū peruerso peruerterias. Simili rōne uitanda sunt uerba lasciuia & familiaritas muliere, donatiōnes, munuscula, secreta colloquia, corrisōnes, ludi & ioci, intutus, corporumq; cōtactus in sedando manusq; in ferendo, ac modis similibus. Sextum est, seipsum in omnibus ueraciter humiliare. Dum enim homo incipit superbire, meretur à deo relinqui, & in turpissima ueritate uitia, ut uel sī propriam fragilitate aduertat, seipsum humiliet. Qui aut̄ deo humilietur sp inmititur, ab ipso roborari & cōferuari meretur. Septimum est, sapiēter perpēdere qd hō mala incurrit ex tam breui & detestabili uoluptate lu xirij. Et nūc sacerdos curatus hoc potissimum ponebat, quia per fornicationē bona famā aruit, deum dire offendit, proximos enorim scandalizat, omnia grā perdit dona, & cuncta spūsanciū charismata, seruus dēmoni otū ac uitiose efficitur, æterna supplicia promere uer, ecclēsti felicitate priuatur, à Chri cor pore ecclēsti se paratur, & mēbrum diaboli redditur, nec dign⁹ est pane quo uescitū, neq; sp à terra portatur, potissimum cū in omni actu officiū ordinis tui, quem facit tu minister ecclēsiae, uel ut uentus suo ordine aut officio, peccet mortaliiter. Terreat ergo eum immēditas sui periculi. Consideret quanta erit sua infernalis puniō, si pro uno pēcō mōrtali etiā & laicus æternliter cōdemnatur. Octauum remedium est, oc cupari in libris sacræ scripturae & de uotis dictis sanctoꝝ. Propriet quod ad Rusticum monachū scribit Hieronymus: Amia studia scripturaꝝ, & carnis uita non amabis, legenti tibi somnis subrepat, & cadente te liber suscipiat. In talibus enim libris concipit homo delectationem spīalem, uitiorū horrorem, zelum uirtutum. Nonum est, oēm otiositatem uitare, quia ut dī, otia dant uitia. Et Sapiens loquitur: In desiderijs est omnis otiosus. Et scriptum est: Multa mala docuit otiositas, Cū enim homo nō possit diu absq; occupatione & delectatione subsistere, qd non occupatur ac delectatur in bonis, quætit cōsolationem & occupationem in rebus carnalibus. Hinc teste Bernardo: Oim tentationum ac cogitationum malaz semita seu ingressus uel latuua, est otium, & ut sancti testantur, occupatus impugnatur ab uno dēmonio, otiosus à multis. Hinc ait scriptura: Desideria occidunt pigrum. Sacerdos ergo & clericus semp in bonis sit actibus occupatus, nūc orando, nūc meditando, nūc psallendo, nūc studendo, quo scūnq; poterit exhortando. Decimum est, exteriores sensus reprimere ab uniuersis objectis ad libidinem prouocare potentibus, nec solum cauere ne insciatur ab alijs, sed in sup ne uestimento, incessu, sermone, aspectu aut simili modo insciat quēquam. Vnde cinuum est, contra futura rela tempore pacis se p̄parare. Iacula nāce præuia facilius declinantur, minuscū ledūt, secundum Gregorium. Itaq; dum deest fertatio, armiet se homo cōtra eam, deum orando ut a futuris tentationibus cum cōseruet, & interim in bonis ita exerceat se, ut tentatione surgeat, acriter eam inuadat, obciēde ei prefacta remeda. Nunquam enim securitate aut torpore nos relaxare debemus. Idcirco in Ecclesiastico scribitur: In die bonorū nō immemor sis malorum, & in die malorum non immemor sis bonorum, ut sic inter prospera & aduersa sp̄ uiare procedamus, ut nec prosperis extollamur, nec aduersis dejiciamur.

imò in creatore & saluatorē nostro indefinenter fideles, custoditi ac stabiles maneamus. Ad laudem & gloriam eius, qui est super omnia deus sublimis & bene-
dictus, Amen.

Nume. 11.

Ecccl. 15.
Ecccl. 16.
Psal. 17.

Ecccl. 25.

Prouerb. 1.

Ecccl. 18.

Sff. 5 D.DIO

D. DIONISII ARYCKEL

CARTHUSIANI DE MODO

agendi processiones sanctorum in generatione, Liber Vnus.

PRAEFATIO.



Psalm. 65.
Ephes. 2.

Bernardus

Matt. 16.
Marc. 8.
Luc. 9.

Ioann. 3.

Regum 15

Augustinus

Mark. 5.

Daniel. 10

1.2.

ELVS domus tuæ comedit me. Verbum istud in psalmo ad literam de Christo conscriptum, tropologicè potest intelligi de q̄libet Christiano diuinis honoris affectu accēso, qui salute propria non contentus, omnium creatorem ac salvatorem ab omniibus cupit debite honori atque ad hoc pro viribus suis laborat, in primis quidem seipsum exhibens fidelem ac feruidum dei cultorem. Nam caritas incepit à seipso, id est, à proprio suo subiecto, est quod gratum spūs sancto ḡcqd ei qui quis obtulerit, si id ad eum tenetur neglexerit, hoc est, si propriam non operet salutem, cum & ipse Ch̄s testet: Quid proficit hō si uniuersum mundū lucet, seipsum autē perdat? Deinde talis pro cōmuni bo- no sollicitus, alios quoq; optat ac satagit exhibere fideles ac feruidum dei cultores, ita q̄ zelus domus dei i. feruēs affectio reformationis & boni status ecclesiæ comedit eum: hoc est, interiora eius in se assumpti, transformat, p̄occupat, intantum, ut hoc sancto zelo vincat & quasi absorbeat, quemadmodum feruens amator suo dicit superari amore, dū aliud nequit cogitare, desiderare, diligere q̄ quod tam singulariter amat. O ḡfelic, q̄ electus, q̄ charus est deo, quem sic comedit zelus domus dei, qui proximorum suorum sic cupit salutem, qui boni cōmuni amore sic feruēt, cuius mens in affectionem omnis honesti tam in extinguisibili conuersa, ita ut nec precibus parcat, nec sumptibus necq; laboribus, quatenus suum queat sanctam affectionem ad effectum perducere concupit. Deniq; quis in his nequaq; querat conmodia sua, sed honorem altissimi & cōmunitatis salutem, attamen cooperantibus ei ita regratia, quasi sua dūtaxat causa agat. Certe (ut ait saluator) Spiritus ubi uile spirat. Nam sicut nonnulli qui ex officio, gradu aut ordine ad zelum obligant p̄fatum, sua carnalitate, perueritate & negligētia ita & cantur & obdurant, q̄ dono ac gratia tam saluberrimi zeli profus priuans qdām simplices spiritales, in dū aliqui boni tuncularis ex speciali miseratione gratos oīp̄ munere spūs sancti decorant & inflammant hō zelo, qbus incomprehensibilis altitudo atq; iustitiae dei preparauit ac reseruat copiosissimū p̄mū illud, qd̄ carnales, negligentes & intimorati prelati & prefules obtinerent, si sua efficaciter exēquerent officia. Ideo tales boni spirituales seculares p̄ uiri in suo confortent, proposito, nec zeli sui frigescant ardore, etiam si optato non ualeant potiri effectu, q̄ inspecto cordū deus iuxta syncretū & flammarum effectus ac zeli eorū coronaturus est eos. Præterea zelus iste, q̄ teste sancto Gregorio sacrificiū deo acceptissimum est, ex deianōre & proximoꝝ charitate procedit. Etenim q̄to q̄s deū intensius diligit, tanto ardentius cu- pit in generationem ipsius in omnibus. Propter quod sanctus asserit Augustinus ille plus dāligit deū, qui plures ad eum conuerit, i. conuertere cupit aut conuerti desiderat, atq; ad hoc pro suo posse laborat orando, solicito, p̄dicanco suo alijs modis. Conformatiter, q̄ to alijs proximos suos amar feruent, tanto valentius eosq; appetit & procurat pro posse salutem, charitas quippe otiosa esse non ualeat, in dū nulla forma, nulla uirtus tam prompte ac delectabilitate agit ut charitas, p̄sertim cū & ipsa sit m̄, imperatrix & autor ceterarū uir- tutum. Procedit q̄z zelus p̄fatus ex uirtute iustitiae, qua q̄s feruēt cupit unicuiq; qd̄ su- um est reddi, rectitudinemq; salubrem in omnibus obseruari. Idcirco flagrantibz hoc zelo, merent audire à Christo: Beati qui esuriūt & sitiūt iustitiam, q̄z ipsi saturabūt. Inter hos tam diuino zelo accensos, esse te gaudeo dā amande Amande, qui re & nomine es amandus, atq; cū Daniele propheta, uir desiderior, rite uocari potes: q̄ quis sis secularis & uxoratus, copiose p̄sobolis sollicitudine oneratus, nihilominus toto cordo spūlibus desiderans & fa- tas, & zelo prefato te esse ignitū perseveranter ostendis per scripta, labores & sumptus, in dū & alijs modis. Postremo, in urbe tua in qua magistratū assidue geris, commune bonū poli- tia tam fideliter quæris, procuras & auges, ut tota communitas te tanq; communem oī- patrem p̄ recipue amet. Nec contentus es bono regimine politiæ oppidi tui in temporalibz, sed bonam eius gubernationem in spūlibus affectuissime cupis & pro posse procu-

DE MODO AGENDI PROCESSIONES.

514

ras: nec tñ pro tua urbe seruēs hoc zelo, sed pro alijs quoq;. Hinc humiliter paruitate mea rogasti, ut pro extirpandis quibusdā abusionibus cuiusdam alterius urbis aliquid scribā. Itaq; tuæ religiæ petitioni plenarie fatigare cupiens, intendo de proposta materia dis- fusiūs q̄tum spūs ueritatis p̄festerit scribere, potissimum q̄a materia ita nō duntaxat cōcer- nit urbem unam aut duas vel paucas, sed plurimas ualde.

Articulus I. De materia & causa motiva compilationis huius tractatulii.

Vix, cuius in fine p̄aeinducti prologi memini, inter cetera scriptis mihi: Est qdā oppidum satis famosum, per cuius gyrum corpus cūiudā sancti deferit processionalem semel in anno: sed cū tantis insolētijs, p̄tationibz, alijsq; defectibz, ut formidandū sit, deum oīpotentē inde non p̄age exacerbari. Ideo comodū esset, q̄ cōsulatus dicti oppidi rōne & scriptura instrueret, tale abusum deo ac suo sancto ac p̄fo non nō esse acceptū, & ita solicite, p̄uideret q̄ processione honesta, deuota ac ordinata. Restat igit̄ mihi refugia ad tuam psonam, quā peto ut amore Iesu & uulnē eius, ex quibus n̄ q̄ p fluxit redemptio, uelis alijua mihi cōscribere, per quæ qdām uir religiosus ac bonus cōsu- latum p̄acte urbis sic ualeat informare, q̄ ciues solitas abusiones in annua illa processione dimittantur, (ut metuit) non dimittit faciliter, nisi ualde rōnabiliter p̄ scripta authē- tica informetur: q̄n dicunt ex mō processionis suæ urbs eoz dicit, eo q̄ populus illo die ibi manens, cogit sic & sic manducare ac bibere, atq; familiæ exercerent cōdo allegant cō- fuetudinem. Ita attento, op̄ortet p̄bāre q̄ urbs illa in deo ditatur, sed propter p̄tā quæ ibi in die tam celebri fiunt, potius depauperat. Scđo, q̄ sanctus (enīus corpus deferit) deho- noratur, & deus gloriosus offendit. Peto ergo ut absq; mora mittas mihi materialia, ita q̄ scholastice rōnabiliterq; discussam, q̄ p̄fatus religiosus cōfūlātū urbis p̄fates sic possit instruere, ut emēdatio sublequat. Hęc est recitatio, hęc supplicatio uiri p̄noiat. Itaq; iux- ta ipsius conceptum & postulationem, quod dominus ipse, donauerit, scribam.

Articulus II. Quod processione ecclesiæ ex veteri testamēto ortum sumpissime uidentur.

POpulo ac patribz veteris testamenti omnia in figura contigerunt, ut ait Aposto- lus, quod in libro de mysterijs diffuse probat Ambrosius, docēs qualiter multa in euangelica lege seruentur ex traditione & p̄figuratione Mosaike legis. Deniq; sicut doctores aliqui super quartum Sententiārum confribunt, & Henricus de Gādau in Quolibet suis insinuat, annus iubileus qui in ecclesia Christi seruantur, qui est annus plenaria remissionis, ex veteri lege sumpsit exordium, uel potius p̄figuratione. Fuit enim in veteri lege annus quidam quinquagesimus, qui vocatur annus iubileus, an- nus uidelicet propitiationis & remissionis, in quo populus Israeliticus multa temporalia be- neficia consequebatur quia reueabantur à debitis persoluendis, & liberabantur à seruitu- tibus pristinis, atq; ad possessiones quas ueniderant, reueabantur de quo anno scriptum est in Lexitico, siccq; per omnia illa p̄figurabatur annus iubileus ecclesiæ, in quo populus Christianus spiritualia beneficia copiosissima à deo consequitur. Deniq; q̄ nunc ubiq; in claustris atq; collegijs ecclesiæ dei sunt duo chori pfallentium, ex opposito stantes & deū alternatim laudentes, sumpsit originē ex hoc, q̄ (ut primo Paralipomenon legitur) sanctus & deuotissimus David rex statuit in domo dei duos pfallentium choros. Conformatiter, q̄ in ecclesia Christi fiunt processiones, & corpus Christi, imago uirginis gloriose, corpora quoq; sanctorum, reliquias, atq; imagines corundem p̄cessionaliter circumferuntur, ex ritu & obseruantia veteris testamenti traxit institutionem, p̄figurationemq; habuit, & cau- saliter partiale, quis non totalem inde suscepit. Legitur enim in libro Iosue, quemadmodum deo p̄cipiente sacerdotes Lexitici generis circumduxerunt arcām dei per cir- cuitum urbis nomine Ierico, per sex dies quotidie semel, & septimo die septies. Deinde legitur primo Paralipomenon & secundo Regum, qualiter David cum sacerdotibz ac populo Israel duxit arcām dei de Gabaa usq; in domum Obedom, & post tres mēses de domo Obedom in ciuitatē Ierusalē. Porro tertio Regū describit, qualiter Salomon rex transtulit arcām de tabernaculo David in tēplū quod ipse Salomon ædificauit. Insup, p̄acta obseruantia ecclesiæ, p̄figurata est p̄ deportationē tabernaculi Moyis & eoz, quæ in taber- naculo illo erat, utputa mēs, cādelabri, tabulae, altaris, arce, ualoriūq; sanctuarij, ut in Num. lib. legit. Præterea, processiones ecclesiæ ex alijs q̄q; causis sunt institute, q̄a in primiūa ecclia- dum quintaferia celebris fuit sicut dies dñica, siebat cōiter processio ferijs quintis in com- me

1. Corin. 10.
Ambros. in
lib. de mysti-
ciis.

Lexit. 11.

1. Paralip. 19.

1. Paralip. 19.
2. Reg. 6.
3. Regum. 2.
4. Paralip. 6.

Num. 10.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

Luc 14.
Actus.

memoracionem processionis, qua Christus eduxit apostolos & existentes cum eis de cenaculo Ierusalem in Bethaniam, & deinceps coram ipsis acedunt cum sanctis in celo, ut in Luca & in Actis apostolorum habeat. Consequenter, s. Gregorius & alii sancti patres presulsi, propter diuersas causas instituerunt quasdam processiones. Posteriori, etiam ante Gregorium fuerunt a sanctis patribus processiones aliquae instituitur, ad remouendū & extirpandū errorē ac ritum gentilium & idololatriaz, q̄ ante conuersionem suam ad Christum fecerunt dij̄s & idolis suis quasdam processiones i deo ordinauit ecclesia, ut quod ante superstitione egerūt, ita conuerteret religiose ad dei atq̄ sanctos honorem peragerent, prout in Aurea legenda sanctorum narratur.

Articulus III. Declaratio ex his quæ in ueteri testamento facta leguntur, q̄ deuote, ordinate ac reuerenter fieri debeant processiones & deportationes sanctorum ac reliquiarum in ecclesia dei.

Quam magnifice & preclare lex euangelica atq̄ ecclesia excedant in omni dignitate, perfectione & gratia Mosaicam legē ac synagogam beatissimum Paulus in suis docet epistolis copiose. Ideoq̄ ueritas trascendit figuram, & lex umbra, meridiesq; diluculum, tñ excedunt & excedere debent ea quæ in euangelica sunt lege, & in militante ecclesia, illa quæ gerebantur in synagoga ac lege Mosaica. Ut igitur in notescat, q̄ deuotissime ac decentissime fieri debeant processiones ecclesiae & deportationes sanctorum, quæ circuferunt in eis, intueamur qualiter factæ sint processiones & deportationes sanctorum in ueteri lege. Itaq; cum quanta reuerentia & ordinatione tabernacula Moysei & contenta in illo deferabant, diffite describitur in Numerorum libro. Siquidem iuxta dei praeceptum, duodecim tribus Israel distinctis ordinibus per gyrum tabernaculi ordinatis processerunt: filii quoq; Levi per treis partes diuisi portabant, unusquisq; qd̄ sibi fuit commissum, atq; sub poena mortis fuerat eis iussum ne aliter agerent. Insuper in Iosue libro habetur, quomodo filii Israel circuebant urbem Ierico cum arca, nō poterant aliquod uerbis loqui: quoniam deo iubente, Iosue dixit ad eos: Non audiet vox uestra, nec ullus sermo egredieſ de ore vestro donec dicā uobis. Per qd̄ datur intelligi, q̄ corde deo intento ac deuotissime occupato, arcum circumferebat. Amplius, in primo Paralipomeno libro, & secundo Regum describitur, cum q̄ta deuotione & spirituali iucunditate Dauid rex & sacerdotes ac populus Israel arcam duxerit, absq; omni carnali portatione & fabulatione. Etenim tota uirtute psallebant, & deu ore ac in instrumentis laudabant, sacrificia q̄q; abundantissime offerebant, quod etiam Salomon rex, sacerdotes & populus Israel celeberrime peregerūt, deducendo arcum de tabernaculo (in quo posuerat Dauid) in templū, ut tertio Regum fertur. Præterea, cum q̄ta deuotione ac reuerentia contrahanda ac honoranda sint sacra euangelica legis, constat ex eo, q̄ (ut primo Regum narratur) dum Bethanitæ qui erant ex filiis Israel, inspererunt arcam dei detectam, à deo percussi sunt: occidit enim deus septuaginta uiros de populo, & quinquaginta milia plebis propter illū arcæ aspectū, ut primo Regum inducitur. Similiter secundo Regū recitat, qualiter Oza leuita à deo plagiatus est & occisus, eo q̄ indeceter arcam dei sustinere praesumpsi. Si ergo in ueteri lege populus synagogæ cum tanta reuerentia, sobrietate, deuotione ac spūiali iucunditate arcam (quæ fuit res corporalis, inanimata & lignea) deportauit, & si tā dire à deo plagiati sunt, qui circa arcam irreuerenter se habuerunt, cum q̄ta deuotione & honorificentia dei, cum q̄ta sobrietate & cordis custodia ac spūiali letitia, mō & filiali timore dei, debet populus Christianus suis agere processiones & sacramenta Christi deferre, reliquiasq; sanctorum & alia sacra portare: q̄tā demuni dei offensam incurvant, q̄ enormiter peccant, q̄ diram ultionē merentur, qui ita non agunt, sed in processionibus illis dissolute se habent, fabulando, ridendo, undiq; circumspiciendo incedunt, portationi & perulantiae praestant locum, & insolenter, immorigerate ac uane se gerunt. Nonne diabolο faciunt processionem, non deo & sanctis eius? & si ore asserat se ad dei & sanctorum honorem processionem peragere, opibus tamē pandunt oppositum, sicut de talibus scribit Apostolus: Dicunt se nosse deum, fātūs autem negant.

Articulus III. De ueneratione sanctorum reliquias exhibenda, præsertim dum processionis uirtus circumferuntur.

Quemadmodum dominus Petrus de Alliaco Cardinalis in libro de Ecclesiastica potestate fatetur, ueritas catholicæ fidei inter duos errores extremos medium teneri, sicut & uirtus moralis inter duo uitia extrema extat media-

tas, sic in proposito circa uenerationem reliquiarū sanctorū sunt duo errores extremitati. Qui dam namq; hæretici (ut impius Eunomius & post eum Vigilantius, uel potius Dormitantius) affuerant nullam reverentiam sanctorum reliquias in pendam: alij circa reliquias honorationem superstitiose se habent, arbitrantes se eis honorem impeditare per ea, quæ sanctis omnibus penitus displicent, ut sunt insolentiae, carnalitates, pompositates, curiosi ornatus, inordinatae potationes ac uaria dissolutiones, quæ omnia contrariant legi naturali ac q̄ diuinam. Inter hos ita errantes, ueri Christifideles habent se medio modi qm ipsas uenerationes reliquias cum ingenti deuotione & omni alacritate, spūali quoq; iucunditate, laudibusq; & cantis diuinis amplectuntur, circumferunt, prosequuntur, suscipiant & honorant tanquam corpora quæ olim fuerunt sanctuaria & tempora in quibus habitauit spiritus sanctus, ac instrumenta uirtutum, per quæ sancti olim uirtuosæ sunt operati, & tanq; proxime pertinetia ad animas sanctas. Deniq; & animæ sanctæ, quæ nunc deo beatifice perfuruuntur, suas amant, honorant, uisitantq; reliquias, & gratissimum sibi esse ostendunt, q̄ eorum reliquias honorantur decenter: magna quoq; ac uaria beneficia impetrant & impendit locis & uerbib; atq; hominibus, in quibus & à quibus eorum reliquias reuenter locant, debite honorantur, ac deuote circumferuntur. Insuper, deus altissimus per copiosa & preclare miracula sanctorum reliquias ornat, ueneratur, extollit. De hoc sanctus Hieronymus in libro suo contra Vigilantium hereticū, Tertullianus quoq; uit eruditissimus in libro contra sceleratum Eunomium plenus conscripsit. Præterea Damascenus libro quarto disserit: Honorandi sunt sancti ut amici & filii atq; haeredes dei, & tanq; eius ministri. Honor enim qui ministris impenditur, signum est bonæ voluntatis ac uenerationis ad dominum. Sancti fuerunt promptuaria dei & pura eius cœnacula, animataq; tempora & tabernacula spūsancti: per quæ reliquias tanq; per fontes salutares, Christus omnium dominator irrigauit nos multiformibus beneficijs, ex quibus reliquias nobis emanare uigintiū boni odoris. Et hoc nullus dubitet, si enim deo iubente aqua fluxit filiis Israeli ex rupe & petra, & Sampsoni ex maxilla asini, nequaq; incredibile est ex sanctorum reliquias emanare unguatum boni odoris fitientibus gratiam dei & uirtutes sanctorum. Per ipsas reliquias feliciter suscitandas dæmones abiguntur, infirmi curantur, cæci uident, leprosi mundantur, tentationes atque trifitiæ dissoluuntur. Hæc Damascenus. Ecce qualiter honorandæ sunt sanctorum reliquias cum uera religione & sancta deuotione per opera uirtuosa.

Articulus V. Qualiter quidam in processionibus & deportationibus sanctorum superstitiose & uitiose se habent.

Religio uno modo pro latrā sumisificij religio seu latrā est uirtus moralis, quæ deo cultum & ceremoniam exhibet. Et constitit hæc uirtus in medio inter duo uitiofa extrema, quorum unum religioni opponitur per excessum: non q̄ deo maior queat honorificentia exhiberi q̄ dignus est, sed quia deus indebito modo ab hominibus colit, ita q̄ in eius honore & cultu aliqua sunt, quæ ei uenerationi & euangelicæ legi ac uera religioni contraria sunt: & hoc uitiofum extreum superstitio appellatur. Istud est de mente sancti Thomæ in secunda secundæ questione nonagesimaf secunda, & idem asserunt Raymundus aliq; doctores concorditer. Constat autem omni intelligenti scripturas, q̄ quamvis in omni actu humano uitan dæ sint uniuersæ insolentiae, leuitates, dissolutiones, pompatiæ gestus & ornatus ad libidinem prouocantes, superfluae quoq; & inordinatae potationes ac curiositates inanæ, maxime tamen uitanda & abominanda sunt omnia ista in cultu diuino, in processionibus sanctorum, in deportationibus reliquiarum & sanctorum imaginum & cæterorum sanctorum, potissimum in deportatione superdignissimi sacramenti. Idecirco qui præfasat insolentias, leuitates, dissolutiones, gestus, ornatus, portationes, curiositates processionibus suis deportationibus q̄ sanctorum admittent, & per talia aut per quædam eorum arbitrantur aut dicunt se colere deum aut honorare sanctos ipsius aut sacra, superstitiose se habent: quod est ualde periculosum, quoniam superstitione ex suo genere est peccatum mortale, tanquam contraria primo diuino præcepto, quo dicitur: Vnum cole deum, prout in libro de fide & legibus plenus docet profundus ille doctor Gulielmus Parisiensis. Insuper, præallegato loco asserit Thomas: Aliquid dicitur superfluum dupliciter: Primo, secundum quantitatem absolutam, sic que in diuino cultu non potest esse superfluum: quoniam quicquid boni egreditur aut facere possumus, minus est eo quod creatori debemus. Secundo dicitur super-

Circa uenerationem religiū, eretores duo,

Quod sancto-ru religiū cul-tus sit exhibendus.

Hieronymus
tertullianusNum. 20.
iud. 19.

Religio qd.

Supersticio

Supersticio-pes
tanū est mor-tale,

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

Fini scilicet diuinis sicut superfluum secundum quantitatem proportionis, utputa quod non est proprio fini proportionatum. Finis autem cultus divini est, ut homo seipsum deo totaliter tradat & offerat, subiiciendose ei perfecte mente & corpore, quod fit, dum seipsum & cuncta quae habet ac agit referat ad gloriam dei, corpus suum domando, & animam humiliando ac deum glorificando. Porro, quicquid ad dei gloriam & honorem non pertinet, neque ad hoc quod anima deo subdatur, sicut corpori dominetur, hoc totum est superfluum atque in cultu dei superfluum, quoniam ad interiorum dei cultum non pertinet, sicut & Augustinus in libro de uera religione testatur. **Hæc Thomas.** Cum ergo prefatæ insolentiae, dissolutiones, pomptaci apparatus, inordinate potationes & confimiles abusiones nequam pertineant ad hoc, quod homo corpus suum perfecte subiicit animæ, & animam deo, ipsumque deum omnipotentem cum debita reverentia colat, sed omnino his bonis repugnat, luce clarius innoscit, quod eas exercere in processionibus deportationibus & sacramentis ab ecclesia ordinatis ac institutis ad honorem & gloriam dei atque sanctorum, superfluum & superfluum & penitus uitiosum ac abusum existat, propter quod à processionibus & deportationibus sacrorum prorsus sunt excludendæ.

Articulus VI. Contra prætactas abusiones, inordinations & in-

Præterea in Decreto de consecratione dist. 3, dñ ex concilio Toletano: Irreligiosa consuetudo est, quam vulgus in sanctorum solenitatibus agere consuevit, quia turpis salterioribus uacat, & religiosorum diuinis officijs persistre patet, hoc ab universis provincijs depellatur. Cum ergo per prætactas insolentias, dissolutiones, potationes, curiositates & inordinations confimiles, hi qui talia agunt, non solum seipso à deo elongent, sed & deuotorum orationes ac salubres meditationes impediunt, & religiosorum ac spiritualium hominum in processione deum laudantium sacris prestrepant atque molestiam ingenerant, constat quod omnino uitandæ sint & uitiose constitant. Insuper Papa Martinus ait, & habetur in Decreto: Non licet in Christiana religione iniquas agere obseruantias Calendarij, nec lauro aut uiridibus ramis cingere domos. Omnis enim obseruatio ista est paganorum. Ex quibus uerbis elicitor, quod sit contra præcepta ecclesiæ, populum Christianum in suis processionibus & obseruantijs conformari paganis. Cum ergo pagani idololatriæ in processionibus & ceremonijs suis utantur in solentij, potationibus, dissolutionibus, popis, ornationibus & prefatis, constat eas a processionibus & sacramentis prorsus esse eliminandas. Nempe ut ait Apostolus: Quæ pars fidelium cum infidelib[us] aut quis consensus tēplo dei cū idolis? aut quæ societas luci ad tenebras? Qui ite[bus] ait: Ab omni specie mala abstinet uos. Prætacta autem non solum apparentia, sed & existentiam habent mali. Hinc quoque sexto Decreto alio loquitur Bonifacius Papa: Domum dei condebet sanctitudo, ut cuius in pace factus est locus, eius cultus sit cum debita ueneratione pacificus. Sit itaque ad ecclesias humilis & deuotus ingressus, cessent confabulationes & que cunque alia, quæ diuinum possunt turbare officium aut dei maiestatem offendere, ubi p[ro]fōb[us] est uenia postulanda, ibi peccati di detur occasio, aut peccata contingant. Cum itaque in statuta sint processiones & deportationes sacrorum ad deum & sanctorum honorem, atque ad ueniam peccatorum ac gratiam impenetrandam, præinductæ insolentiae, dissolutiones, uanitates & potationes sunt separandæ ab eis. Postremo in Decretalibus est iussio specialis, ne talia ludicra in diuinis agantur.

Articulus VII. Reprobatio earum de abusionum, ex uerbis sanctorum doctorum.

Sancius Hieronymus loquitur: Nihil irrationabilius est sanctum martyrem uelle honorare per crapulam, quem scimus deo placuisse per abstinentiam. Conformiter dicere possumus: Nihil irrationabilius est sanctum martyrem aut confessorem uel uirginem sanctam, aut certe uirginem uirginum, uelle in processionibus aut deportationibus reliquiarii siue imaginum earumde uenerari per insolentias & curiosos ac prouocatores ornatibus, aut apparatus pomposos, seu potationes loco & tpi illi inconvenientes quos sanctos & sanctas scimus deo placuisse per pudicissimos gestus, per uenustissimos motes, per sobrietatem, humilitatem & timoratissimam uitam. Penitus ergo displaceat deo & sanctis eius huiusmodi dissolutiones & abusiones in processionibus & deportationibus reliquiarum sanctorum. Præterea beatus Augustinus in libro de Civitate dei, multipliciter reprehendit & reprobat processiones & sacra gentiliu[m], quia in eis siabant ludicrani & alia in honesta ac libidinosa omnia ergo illa & eis similia à processionibus & sacris Christianorum sunt æternaliter sequestranda. At uero sanctus Bernardus testatur: Ille sanctos ueraci ueneratur, qui eorum uirtutes ac sancta opera imitari qui uero amant & agunt quæ sancti detinunt.

DE MODO AGENDI PROCESSIONES.

516

Et detestantur ac odiunt, illos non honorant, sed aspernantur. ex quibus idem concluditur. Denique sanctus Thomas in secunda secundæ quest. nonagesima quarta affirmat: Quicquid est contra institutionem dei aut ordinationem ecclesiæ, superstitionis habendum est. Cui ergo sancti patres deo inspirati ordinaverint processiones & deportationes sacrorum cum principia deuotione atque ingenti reuerentia, cum orationibus & laudibus dei esse agendas, certi relinqutur, superstitionis esse ut contrario modo cum prædictis abusionibus, insolentijs, dissolutionibus, potationibus, loquacitatibus & lasciuis exornationibus fiant. Amplius sicut præhabuit est. Damascenus fatetur illos ex sanctorum reliquijs perfundi beneficij dei, qui stiunt, i feruide cupiunt & deuote exquirunt, meritis precibusq[ue] sancto[u]rum iuvari. & eorum reliquias condecorer honorant. Ideo qui cū præinductis abusionibus agit processionem & sancta circumferunt, iram dei & sanctorum, non gratiam aut ueniam sibi mercantur. Rursus, cum gloriatus dicat Hieronymus: Vir aut mulier suo uestitu aut ornatu quempiam ad libidinem prouocans, peccat mortaliter, eluiscit quod clannabile & periculosum existat, si cœminas aut puellas etiam uiri uel adolescentes, ita se uestiant & exornent, scilicet in processione incedant ad uulnrandum seiuicem morte ac cæteros intuentes. Oia itaque in processione fieri debent morigerare, humiliare ac deuote, & exclusa omni abusione.

Articulus VIII. Declaratio ex diversis considerationibus in scriptura fundatis, quod processiones prefatis abusionibus in solentij scilicet scedate, deo & sanctis displiceant.

De induratis & perturatis Iudeis loquitur deus Isaia: Appropinquat populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, cor autem eius longe est à me. Hæc autem auctoritate Christus de scribis & phariseis allegans: Hypocrite inquit, bene prophetauit de uobis Isaia, dicens: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Inuanum autem coluit me. Si ergo deus locutus est uerba ista de indenotis & aueris Iudeis, nōne ipse iustissimus iudicatus est de indeuotis, dissolutis & carnalibus Christianis, qui in processionibus deportationibus sacrorum prædictis abusionibus ac uitij inuoluntur, præsertim de his qui suis fabulationibus, potationibus, in solentij & euagationibus cordis & sensuum ita intenti sunt, quod nec labijs deum honorant, sed ore, lingua, uisu, auditu & corde obsequuntur diabolo, sicque contra doctrinam Apostoli membrorum exhibent arma iniquitatis peccato. Insuper, in Isaia loquitur deus populo Iudeorum: Quo mihi multitudinem uictimarum uestrarum? Ne offeratis ultra sacrificium frustra. In censu abominatio est mihi, solennitates uestræ odiuit anima, i. mens mea. In his uerbis deus excelsus testatur sibi displicere festa & sacrificia Iudeorum, & hoc propter peccata eorum. Nam præallegatis uerbis adiungit: Iniqui sunt coetus uestræ. Eadem ratione iuste committunt processiones, orationes & cantus Christianorum, qui eis admiscent prefatas abusiones mortiferas. Præterea per Malachiam ait dominus Iudeis carnalibus: Dispergam super uultum uestrum stercus solennitatum uestrarum, & assumet uos secum. Circa quod dicitur expositores, quod uerba haec spiritualiter intelligantur de Christianis, qui diebus solennibus committunt peccata carnalia, gula siue luxuria & insolentia uanitatis in solentij, que intentis quorum solennia dominus detestatur ut stercora, & immunda opera, quæ in suis commitunt solennijs, projicit & dispergit super uultus eorum, quoniam ea publice imponit atque improprietatis ipsi. Infuper per Amos loquitur deus uictiosis Iudeis: Odi & proieci festiuitates uestræ, & non capiam odorem cœtuum uestrarum. Aufer à me tumultum carminum uestrorum & cantica lyræ tuæ non exaudiam. Omnia ista loquitur deus etiam contra indeuotos & uitiosos Christianos, quod festa, orationes, cantus & musicorū consonantiam instrumentorum perhibet sibi esse ingrata propter eosque peccata. Sic & Michæl propheta, cū insufficietiam exteriorum obseruantiarum & hostiarum manifestasset, uolens docere quid ab hominibus deus requirat & approbet, mox adiecit: Indicabo tibi homo quid sit bonum, aut quid dominus requirat à te facere iudicium & iustitiam, & diligere misericordiam, ac sollicitum ambulare cum deo tuo. Hoc ergo aduerterat ac implebat, quod in Ecclesiastico legitur, Væ dissolutis corde: & quod loquitur Christus, Væ uobis qui uidetis. & Væ uobis qui saturati estis. Adhuc autem per Isaiam loquitur deus: Ecce in die ieiunii uestræ inuenitur uoluntas uestra. Per que uerba insinuat sibi displaceare eorum ieiunia, qui contra præcepta diuina propriam uoluntatem sequuntur. Conformiter displaceat deo illorum processio, qui in ea prefatis abusionibus inquinantur. Quod si ieiunia & sacrificia, orationes & cantus quæ ex suo genere bona sunt & effectus

Thomas.

Damascenus

Hieronymus

Iacobus

March. 19

Mark. 7

Roman. 15
Iacobus. 1

Iacobus.
Malachi. 2

Amos. 5

Michæl. 6

Ecclesi. 21
Luc. 5

Isaiah. 58

virtutum, despiciuntur à deo propter uitia eis admixta, quanto magis inordinatae potationes, insolentiae, dissolutiones, loquacitates & cōfamilia sepe praetacta, quæ ex g̃ne suo sunt mala, displicent deo, potissime diebus solennibus, & in processionibus deportationibus & sc̃lerorum. Peccata quippe ex loco, tempore & circumstantijs alijs aggrauatur. Hinc quoq; per Zachariā loquitur deus Iudeis: Cum plangeremus & ieiunariemus per hos sepruginta annos, nung die ieiuniūm ieiunatis nihil; quasi dicat: Ieiunia uerba & lachrymæ tēpore captiuitatis uestræ in Babylone, nihil grata non erant, qm̃ non abstinuistis à uitris. Multa cōfamilia ex Ieremia, Ezechiele, alijsq; prophetis ac scripturis possem adducere, sed breuitati studiūdum est. Præterea, quis unaq; cōmunitas debet suum patronū & reliquias sanctas, quas habet quotidie uenerari, hoc tamen singulariter agere debet in die solemnis processonis & deportationis reliquiarum sua: idcirco præfatas abusiones tunc maxime debet uitare, & in processione taliter se habere, quatenus finem propter quem fit ipsa processione, pura remissionem & g̃fæ incrementum, uileat ad ipsiū, ac suo patrono gratum impendere simulatum, honorificientiamq; condignam ac puram: qm̃ iuxta exigētiam finis disponenda sunt media, imò deinceps totum diem illum debet in laudibus dei uirtuosis p̃actibus intuitu & amore sui patroni expendere, crapulam omniū uitare, choreas & similes unitates abiceret nec sine urgente necessitate in ipsa processione portare, & cum Salomon protestat: Omnia tempus habent. Vnū quodq; etenim opus fieri debet tpe opportuno & congruo loco. Vnde & Apostolus Corinthios, qui in ecclesia comedendū & bibendum, aut ecclesiam dei cōtemnit, & confundit eos qui non habent:

Articulus IX. Quid prava consuetudo sit prorsus ac protinus extirpanda, non in autoritatem assumenta, uel pro argumento alleganda.

Sicut primo articulo tereti, urbs de qua ibi mētio facta est, pro sua defensione abusionem in processione & deportatione corporis sancti cuiusdam, consuetudinem suam allegat. Vt ergo ueritatem agnoscant, atq; suis resplicant erroribus, qui huiuscmodi argumento utuntur, respondebo nunc eis diffuse ex his, quæ in Decreto dist. 8. habentur. Nempe ut recitat in ibidem, Nicolaus Papa sc̃it: Mala cōsuetudo nō minus q̃ pernicioſa corrūptela est abſcindenda, que nisi cito radicis evellatur, in ius priuilegiū ab impijs assumitur: incipiūtq; præuaricationes & uariae præsumptiones celerrime nō repreſe, pro legib; uenerari & more priuilegiorum ppetue celebrari. Insuper, Augustinus in libro de unico baptismo: Veritate (inquit) manifestata, cedat consuetudo mox ueritati. Quis enim dubitet consuetudinem ueritati cedere opertore? & rursus in libro eodē: Nemo consuetudinem ratione & ueritati preponat. Hinc quoq; Gregorius Papa septimus scribit: Si consuetudinem forsan opponas, aduertere quod dominus dicit: Ego sum ueritas nō dicit. Ego sum cōsuetudo, sed ueritas. Et certe (ut beati Cypriani utamur sententia) que liber consuetudo q̃tumcūq; antiqua & diuulgata, ueritati est postponenda, & usus ueritati contrarius, est protinus abolēdus. Hinc rursus in libro de baptismo parvulariorum loquitur Augustinus: Qui contempta ueritate pr̃sumit consuetudinem sequi, aut contra proximos inuidus est & malignus, q̃bus revelata est ueritas; aut cōtra deum ingratus est, cuius reuelatione doceſ eccl̃esi. Itemq; fruſtra qui rōne uiuunt, consuetudine nobis obiciunt, quasi consuetudo maior sit ueritati, aut in spūialibus nō sit sequendum quod melius esse constat. Porrò si consuetudini ueritas suffragat, nihil oportet ea firmitius retineri. Nam bona cōsuetudo uim legis sortit. Hinc ait & Cyprianus martyris, doctor & p̃f̃s: Consuetudo que apd̃ q̃dām irreplerat, impeditre non debet quo minus pr̃ualeat ueritatis. Nam consuetudo fine ueritatis seu ex quitate & ratione, uetus erroris est, propter q̃d relicto errore, ueritatem se quāmur. Cū ergo nīc tam multipliciter sit probatum, q̃ abusiones, insolentiae & dissolutiones quæ in processionibus sūt, sint prorsus illicitæ, & iuri naturali, diuino ac positivo cōtrarie, ac grauiter offensiuae dei atq; sanctoꝝ, nulla consuetudine defendant aut excusent, sed penitus dimittantur: imò multa fuerūt primo rationabiliter instituta, que tamen interim extat prohibita propter abusiones eis paulatim admixtas. Conſueverūt enim in profectis uigilijs celebrari, sed propter malā quā tūc admiscebat, eccl̃esi uigilias in ieiunia commutauit sic quoq; torneamenta & hastiludia fuerūt primo ex causa rationabili instituta, ut sc̃ilicet militares se in bellicis rebus exercitarēt, quatenus tēpore opportunō ad defensionem rei publicæ essent magis idonei, sed propter abusiones exercitūs illis postea admixtas, eccl̃esi prohibuitea, ut in Decretalibus & in summa Durādi & Sūma Confessioꝝ habeat. Postremo,

zacharia.7.

Quid possit
me in proce-
sionibus age-
di, ne plie-
am q̃ sit.

Ecc. 5.
1.Corin. ii.

S.d.c.mala

Augustinus

Gregorius
ioh. 14

Cyprianus.

Augustinus

Vigilie in iē-
junia cōmu-
tate

q̃ prava consuetudo non solum sit relinquenda, sed etiam maxime uitiosa & summe periculosa, probatur ex uerbis Augustini dicentis: Moles imposita sepulchro, ipsa est uis dura consuetudinis, qua premitur anima, ut nec respirare nec resurgere defaciāt queat. Peccata nāq; quamvis magna atq; horrenda, tamen cum in consuetudinē uenerunt, parua ac nūla esse uidentur. Ideo conluetudinem uincere grauis est pugna, quoniam conluetudo qua si altera est natura.

Articulus X. Quid sentiendum sit de hoē, q̃ conūmunitas illa præfata dicit urbem suam ditari ac prosperari ex processione sua, insolentij, p̃o-
tationibus ac dissolutionibus assueta.

Incomprehensibilitas & imperficitas sunt omnipotentis iudicia, ut testatur Apóstolus. Propter quod ait prophetas: Venite & uidete opera dei terribilis in conflictis super filiis hominum. Denique, sicut ait Gregorius, quamvis admiranda sint dei iudicia, ta rā quamvis magna atq; horrenda, tamen cum in consuetudinē uenerunt, parua ac nūla est natura. Ideo conluetudinem uincere grauis est pugna, quoniam conluetudo qua si altera est natura.

Romanus
Plat. 5.

Cor iustis ad
ueria, malis
sed euénit.

Gregorius

Opinio Tu-
cana & Sar-
acenorum.

4. Reg. 25.
4. Reg. 17.
Quod Iudei
is Chaldei,
hoc Christi
hiis Turcas;

q̃ prava consuetudo non solum sit relinquenda, sed etiam maxime uitiosa & summe periculosa, probatur ex uerbis Augustini dicentis: Moles imposita sepulchro, ipsa est uis dura consuetudinis, qua premitur anima, ut nec respirare nec resurgere defaciāt queat. Peccata nāq; quamvis magna atq; horrenda, tamen cum in consuetudinē uenerunt, parua ac nūla esse uidentur. Ideo conluetudinem uincere grauis est pugna, quoniam conluetudo qua si altera est natura.

Articulus X. Quid sentiendum sit de hoē, q̃ conūmunitas illa præfata dicit urbem suam ditari ac prosperari ex processione sua, insolentij, p̃o-
tationibus ac dissolutionibus assueta.

Incomprehensibilitas & imperficitas sunt omnipotentis iudicia, ut testatur Apóstolus. Propter quod ait prophetas: Venite & uidete opera dei terribilis in conflictis super filiis hominum. Denique, sicut ait Gregorius, quamvis admiranda sint dei iudicia, ta rā quamvis magna atq; horrenda, tamen cum in seculo isto electis & iustis concingunt aduersa, & reprobis ac peruersis hominibus prospēra, mirabiliora tamen & incomprehensibilia sunt iudicia eius, dum electis & bonis hominibus in hac uita euénium prospēra, peruersis uero imp̃ijsq; aduersa. Deus etenim in hoc mundo electos suos per aduersa exercet & purgat, atq; à multis preferuat peccatis reprobos uero nūc prosperari permittit, ditari & iucundari: quoniam haec est pars h̃reditatis eorum, qui paulo post æternaliter punientur. Denique, peccata electorū deus in uita hac p̃uñt frequenter per temporalia damnis infirmitatesq; corporis, & per iniunctiones persecutionum atq; iniuriarum. Reprobos uero solet deus in uita hac premiare pro bonis que operantur. Nam quamvis bona ex genere non agant ex charitate, propter quod nec meritoria sunt uitæ æternæ, tamen quoniam aliquo modo bona sunt, sicut clumi eleemosynas faciunt, ieiunant, orant, Missamq; audiūt uel ex fide informi, uel ex timore servili, uel ex consuetudine quadam, idcirco deus pro bonis huiusmodi largitur eis aliquid præmij in præsenti, uidelicet prosperitatem, diuitias aut honores, uitam ue longiorem ac sanitatem, sicut opera bona que essent æternæ salutis meritoria, si fieret ex charitate & uera deuotione, priuantur tanta beatitudine propter peccata eis admixta, & temporalē mercem sortiuntur duntaxat. Hinc teste Gregorio, Viri uirtuosi ac sapiētes in prosperis magnis formitant & dum se quandoq; peccasse remittuntur, nec tamen pro suis peccatis se aduersa pertulisse recordantur, immēta formidine concutuntur & pauca suscipione turbantur, ne forte in hac uita pro suis operibus bonis remuneretur, atq; futuris reseruantur supplicij. Itaq; si uerba experitur, putat aut dicit se temporaliter prospērari & locupletari merito suæ processionis & deportationis corporis sui sancti, non obstante q̃ tot abusiones, insolentias, potationes & dissolutiones illi processioni ac deportationi immiscantur, ualde habet uereri, & expaueſcere merito debet, ne forte suæ processionis ac deportationis meritum fortioriat in uita præsentis, caritura retributio gloriae & tertiæ, eo q̃ processio illa sit admixta tot malis, propter quae nec deo nec sancto (cuius corpus defertur) placet, ita ut sit meritoria gratia in præsenti, & gloria in futuro: hoc inquam ciuitas illa habet timere. Idcirco ne quaq; blandiā sibi de locupletatione terrena, nec inde arguentur q̃ processio illa rite agatur, uel sic fieri debeat, aut deo & sancto eius complacet. Hoc quippe non solum ad insipientiam, imò & ad infidelitatem quandam spectaret. Ex hoc equidem Romanus adhuc gentiles putabant idololatriam suam esse iustum & uere salubrem, qui amuitos obtinebant triūphos, & tandem monarchiam adepti sunt, q̃ diis suis & idolis ascriperunt. Sic quoq; tuū usq; Turcs ac Saraceni argumentantur suam superstitionem ac imp̃ijsimi atq; spurcissimi Machometi legem esse ueram religionem, quoniam multa acquirunt uictorias cōtra Christianos, & possident terram sanctam. Non enim intelligunt, q̃ sicut in veteri testamento deus æternus & gloriōsus castigauit filios Israel per Chaldaeos Assyriosq; idololatras, ita in nouo testamento corripit Christianos per Turcas & Saracenos. Verū tamen an ciuitas illa in hoc ueraciter sentit, q̃ dicit se ditari per talem processionem, ah potius in tali estimatio nefallatur, certum non habeo. Siquidem esse potest, ut ad tam erroneam inducatur à diabole opinione, quatenus amore suæ ditionis incorrigibiliter in suis abusionibus p̃seueret, & forsan sic, imò & amplius ditaretur, si processionem talem non faceret. Præterea, quicquid sit de hoc, istud omnino p̃ic credendum est, q̃ si processionem & deportationem corporis sui sancti cū debita deuotione, maturitate, sobrietate & ordinatione perageret, multo feliciter præmiaretur à deo, prosperitatem etiam temporalem fortassis fortiretur mai-

Ttt
tempora

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

rem quoniam deus interdum conserts suis electis tempoream quoq; prosperitatem in seculo isto, potissime politis boni regimini. Verū tñ intuitu & amore temporalis ac terreni re mutationis non est deo principaliter seruendum, nec omittēda est abusum & superstitionum correctio ex timore temporalis aduersitatis aut damni, cum dicat Hieronymus Latro est, & dominum dei conuertit in speluncam latronum, qui lucra de religione sectatur cultusq; eius nō tam cultus est dei, quam negotiationis occasio. Postremo, si alicui uitia sua derelinquenti & emendant aduersa occurrant pra; solito, non debet ex hoc pusillanimus fieri, aur de bono dolere incepto, neq; ad pristina peccata reuerti, sed potius deo gratias agere & gloriari in domino, q; iam plus solito paternae uisitari & castigab; ab eo, qui quos amat, arguit & castigat, qui & de reprobis protestatur: Dimisi eos secundum desideria cor dis eorum, ibunt in adiuuacionibus suis. Itaq; iuxta doctrinam sanctorum nūc intro ductam, sicut ubiq; processiones & reliquiarum uenerationes, omni insolentia & abusione exclusis. Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui est super omnia deus sublimis & benedictus.

A M E N.

Hieronymus,
Mat. 21.
Marc. 11.
Luc. 19

Apoc. 3
Flatte

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI DE DOCTRINA

scholarium, Liber Vnus.



Prouerb. 33.

Eccles.

Ibidem.

Prouerb.

VE MADMODVM. Aristoteles in libro ait Politico rum: Sicut omnium animalium optimum est homo, si sciētijs atq; uirtutibus decor etur sic inter animantia uniuersa uilissimum prauissimumq; consistit, si rationis gubernaculo derelicto per uitiorum denia gradiat, ignorantiae tenebris se inuoluens: imd, ut denuo idem prudētissimus contestatur Philosphorus: Homo indoctus ac uitiosus, decies milies omni bruto censemur deterior. Porro, ut sapien tissimus Salomon in libro fatef Prouerbiose: Adolescens iuxta uiam suam etiam cum lenuerit non recedat ab ea. Sa luberrimum ergo est ut adolescētes à pueritā annischo lis tradant, scientijs imbuanf, mox quoq; uennestate doceantur fulgere, & suū agnoscere, amare, timere ac colere creatorem. Etem quis iuxta Aristotelis documenta, mens humana in suo exordio sit tanq; tabula rasa, depingibilis, nō depictas scientiæ exp̄rs, neq; uirtutum splendore ornata, nihilominus iuxta inuiolabilem Christia nae sapientiæ ueritatem, infantibus in fonte baptismatis gratia gratum faciens, uirtutes theologie, donaq; septem spiritus sancti cum annexis uirtutibus desug infundunt, ita q; qđiu in huiusmodi charismatibus perseverant atq; innocētię ueſe custodiunt, sunt ueluti angelici dei, atq; ad proficiendum in scholasticis naturalibusq; scientijs magis idonei. Dona quippe grāe iuuant ac roborant dona naturæ. Mox ergo ut pueri uti cceperint rōne, iugo sunt disciplinæ moderanter domandi, ab in disciplinatis moribus coercendi, profecti scientiæ ac uirtutū assuēscendi. Hinc nēpe ait scriptura: Ne iucūderis in filijs nequā fū multiplice tur. Melior est unus timē deū, q; mille filij in ipijs. Et utilius est mori sine filijs, q; relinqueret filios nequam. Deniq; filius qui sue relinquit uoluntati, suos confundit parentes: & nisi parentes atq; magistri circa prætactam puerorum instructionem & coercionem debitos adhibuerint diligentiam & conatum, non dubium quin indisciplinatorum insipientiæ ac uitia puerorum redundabunt in ipsis.

Articulus I. Quā appetenda, nobilis & præclara sit scientia.

Qui indocti sunt, in cordis egestate morientur. Ut corda scholarium amore scientiæ ualidius incalescat, desiderio q; proficiendi ualidi inflāment ac studiis horā reddant, p; conia tangā sciæ, sapie laudes, prudētū dignitatē. In scientia & uirtute tota consistit hominis salus. Et sicut omnes homines naturaliter cupiunt esse felices

DE DOCTRINA SCHOLARIVM.

58

felices, ut Augustinus Boethiusq; testantur, cum felicitas sit summum hominis bonum, ultimus finis ac suprema perfectio, ita & omnes homines naturaliter scire desiderant: imd in actu scientiæ, in contemplatione sapientiæ uera & plena consistit beatitudo, q; (ut decimo afferit Ethicorum summus philosphus) in speculatione optimi speculabilis sita est quod & ueritas ipsa in euangelio pandetis: Hac est (inquit) uita æterna, ut cognoscant te uerum deum. Quemadmodum itaq; ignorantia & peccatum hominem brutis assimilant, sic lumen scientiæ, sapientiæ splendor & decor uirtutum, hominem reddit angelicum ac diuinum. O quanta nobilitas animæ erudit hominis uitiosi, quanta demū uitas mentis in dñe hominis uitiosi. Certe non est in terra turpior sordidiorē cloaca homine in inicio & iniquo. Tu uigilat ò scholaris, ò charissime puer, tu ista aduersa, cordi tuo indelectabiliter ista inscribe, scientiam concupisce, uirtutes amplectere, profice & infatigabiliter stude, & in oribus transcede & temet. Audi quid sapientissimus Salomon fateatur: Pretiosior est sapientia cunctis opibus & omnia quæ desiderantur, huic non ualent comparari. Beatus homo qui possidet sapientiam, & qui affluit prudentia. Dic sapientiæ, soror mea es, & prudentiam uoca amicam. Hinc deniq; suis ait Prouerbij sanctus Cyrillus: Semper oportet addiscere, & in extremis horis fundum sapientiæ desiderabilis inuestigare. Finis nanci prudentis sapientia est. Propterea quo huic fini propinquiores efficimur, eo affectuosius ad eius adoptionem properare debemus. Etenim sicut motus naturæ in fine est fortior, sic profecus scientiæ actioq; uirtutis successiva pedetentis vigorosior esse & nequaquam temere scire debet: imd Ecclasiasticus monet: Fili, à iuuentute accipe doctrinam, & uicq; ad canos inuenies sapientiam. Hinc in libro de uirtutibus philosphorum, narratur de senecte philospho ultima egritudine laborante, quod amicis suis circumsecentibus ac disputantibus de quadam materia, ipse caput suum parumper erexit, & sciscitantibus illis quare id egerit dixit: Vdum id de quo confertis, didicero, sp̄ritum trādam. Nempe scientia dē numero honorabilium rite censemur, imd propter seipsum appetibilis perhibetur. Verum ab inferioribus ad superiora condescendere est necesse. Vt uigilat altiores scientias celerius queas pertingere, in inferioribus fundamentalibusq; scientijs progredi feruide stude,

Articulus II. De ordinatō modo proficiēdi ac ordine recto studendi.

Quicuncta agunt consilio, reguntur sapientia. Sicut primo Ethicorum ait Philosphus: Cognitio finis utilis est in arte. Nempe in primis oportet aduertere ad quem finem ars ordinetur, sicut secundum exigentiam finis dispōnere media, prout per ea finis compendiosius obtinetur. Hinc teste Philospho, finis imponit necessitatem his quæ sunt ac ordinantur ad finem, quemadmodum in arte medicinæ finis est sanitas: quapropter medicamina taliter adhibenda sunt æ gr̄is, secundum quod ex pediūs queunt sanitatem inducere. In arte quoque grammatica finis est congrue loqui. Hinc libri artis illius eo ordine pueris sunt legendi, q; facilius discant loqui congrue ac dictare, sicut & nunc in scholis communiter artificialiterq; seruat. Non itaq; prōperandum est nimis ad lectiones altioris scientia, utputa logicæ: sed in fundamentali hac arte grammatica primo omittimus competenter scholares sunt informandi, ut prompti sint mētus conceptum congruentē effari, antequam super fundamentum hoc altioris structuræ fastigium erigant, sicut in materialis quoq; domus & dīficio cernimus. Alioquin, si super debile fundamentum patientes erigant formosi, levū turbine proferuntur. Patimenter in grammatica nondum sufficienter instructus, dialecticam discens atq; ita congrue loquens, nonne imperitiam suam insufficientiamq; demonstrat pater contemptus? Ascendendum est igitur ordinare & progrediendum discrete, prout sapientium protulit unus Paulatim proficere uolo, non subito fieri summus. Deniq; totius sapientia fonte testante, homo sapiens edificat domum suam supra petram, id est, firmum ac stabile fundamentum. Atq; ut Salomon fassus est: Qui festinus est pedibus, offendit hoī est, qui in affectionibus atq; processibus suis immoderatus & præceps existit, errat & peccat. In omni etenim opere discreto necessaria comprobatur: & quam qui in cunctis seruauerit, magis breviori in tē pore ac minori labore proficiet, quam qui sine illa proficere nūst: conatu maiori & tempore longiori. Hinc in suo Didascalion uenerabilis Hugo fatetur: Tria necessaria sunt lectiones. Primum est, scire quid homo legere debeat. Secundum est, quo ordine debeat legere. Tit. 2 Ter

Augustinus
Boethius.

Ioah. 15:1

Prouerb. 5.

Prouerb. 7
Cyrillus

Eccles. 6.

Nobile philo sophi dictū.

Prouerb. 17.

Mat. 7:1

Prouerb.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI

diose addiscimus. Inprudentia est, quando congruum modum ac ordinem in his quæ discimus, non seruamus. Tantum nang ualer dicitio, ut sine ipsa & omne otium turpe sit & labor inutilis. Fortuna est in euentu seu casu naturaliter contingente, quando uel paupertate uel infirmitate, uel non naturali tarditate, aut doctorum raritate, insufficientia seu abusu retrahimur à profectu aut studio. De negligentia scholaris est admendus ac castigandus, ut se emendet ac diligens fiat de imprudentia est docendus, ut discrete procedat de fortuna sua paupertati aut infirmitati subueniatur.

Articulus V. De remedijis contra impedimenta praetacta.

Contra malum bonum est, & contra uitam mors, & contra iustum peccatoris & sic intuere in omnia opera altissimi duo contra duo, unum contra unum. Communi ter dicitur: Contraria contrarijs curantur, ut frigida calidis & calida frigidis, ut constat in medicinis. Vnum enim contrarium est alterius expulsuum. At uero prædictorum impedimentorum studij atque scientiæ, quædam remediabilis esse noscuntur, & remediabilis alia. Contra primum quod est innata aut contracta obtusitas, extat remedium, quod tangens Boethius: Diligentia, inquit, cuiuslibet operis obtusitas permollitur. Intellectus nang ex exercitio adiuuatur, atq; ex actibus multis habitus generatur, imo & consuetudo que altera est natura. Qui ergo obtusæ est mentis, nequam diffidat, necq; à studio cesu in diuinitatem sciscitur, instanter conetur: & omnium inspectio deus ipsius acueret intellectum, adiutoriumq; prebebit, præsertim si diuine gratiae inuocauerit opem, ad beatitudinem quoq; uirginis configurera pietatem, & angelum sui custodem pro illuminatione & confortatione sui imbecillis ingenij fuerit continue deprecatus, quod totum assidue facere non omitteat. Hinc Hugo in exordio sui scribit Didascalion: Multos natura adeo ingenio destitutos reliquit, ut facilia uix capere queant: quorum duo sunt genera: quidam etenim quis suam habet uinum non ignorant, eo tamen quo ualent canimine ad scientiam anhelant, & indeuentur studio infinites, quod minus habent effectu operis, obtinere merentur affectu uoluntatis. Alij uero quia majora se comprehendere posse non sentiunt, minima etiam negligunt: & quasi in suo torpore securè quiescentes, eo amplius in maximis lumen ueritatis amittunt, quo minima quæ intelligere possent, discere fugiunt. Nempe labore & sedulitate perficitur intellectus. Denique secundi impedimenti scientiæ, quod est inclinatio uellemens & pronitas ad peccandum, remedium est, ut scholaris suam naturam experiens & cognoscens, tanto ualidius profectu scientiæ ac uitætum inhereat, atq; peccandi materias occasioneq; quiete, quanto se ad uitia noscit procliviorem: quod ut ualeat adimplere, non cesserat (ut dictum) misericordiam dei, gloriostissimam uirginem & angelum suum sanctum iugurth inuocare. Quocircas scire oportet, quia ut decimo Ethicorum docet Philosophus, quidam ad uitætum dispositi sunt à natura, quidam à consuetudine, aliqui per doctrinam, ita & ad scientiam diuersi diuersimode extant dispositi. Ideo quod per naturam non habes, per studium, usum & gratiam adipisci coneris. Porro tertium in scientiæ impedimentum, magna ex parte irremediabile esse uideatur, uidelicet naturalis indispositio cerebri interiorumq; sensuum, atque exterioris priuati sensus: attamen regimen bonum & medicinale iuvamen, impedimentum hoc (nisi sit nimium) poterit temperare. Qui autem in his defecatum non patitur, caueat ne studio indiscreto aut alio modo in tales defectum labatur. Quinti impedimenti remedium est, sobrietati & castitati uigilanter studere, prout de hoc infra diffusius differetur. Sexti demum impedimenti remedium, est recollectio mentis circa lectionem, ac studium & aduentitiam diligens, non imaginando aut cogitando extranea, inutilia, uanitatis cum aliis fabulando, nec impertinentia intuendo, præsertim tempore lectionis seu studij, sic que implendo illud Ecclesiasticus: Auris bona cum omni concupiscentia audierit sapientiam. Remedium septimi est, uanitates, trufas, jocos & ludos superfluos ac uitia reliqua diligenter uitare, sicut ait scriptura: Quasi a facie colubris fugi pesta. De remedijis contra cetera impedimenta praetacta, inferius plus dicef. Et nunc breuiter rāgo, qd paupertas non de necessitate retrahit, impedit uel à scholis, unde cōspicim⁹ qdā egenos seruendo seu mediando.

Eccles. 33

Boethius

Confucius
nē alterā effo
naturam,

Hugo.

Aristoteles

Eccles. 34

Eccles. 35

DE DOCTRINA SCHOLARIVM.

110

zando necessaria uicui conquirendo, studere ac multū proficeret qui tam humiliterē habendo, atq; tam seruide ad profectum scientiæ aspirando, multaq; uana & peccata carnalia (in quæ ditiones labuntur) uitando, dum intus adiuuantur, illuminantur, & magis quam loquentes proficeret agnoscantur: in quibus nec locum habet, nec ueritatem sortitur quod Aristoteles dixit: Melius est ditari q; philosophari, imo testate glorioso Hieronymo Socrates & alij quidam philosophi diuinitas contempserunt, suaq; omnia reliquerunt, quatenus sapientis studio expeditius liberiusq; uacaret. Hinc recitat Hugo: De modo discendi ac forma proficiendi quidam interrogatus, respondit: Mens humili, studii querendi, uita quieta, scrutinum tacitum, paupertas alienaq; terra, multum referant ueritatem & obscura declarant. Iterum scribit Hugo: Alijs rei familiaris inopia & tentus census, discēdimini uult facultatem: quos tamen per hoc plene excusari posse minimè credimus, cum plerosq; fame, siti, nuditate laborantes, ad scientiæ fructum pertingere uideamus. Concordat his Seneca: Contentus esto minimo atq; uilissimo cibo, dira & horrida ueste: frugalitate in exigit philosophia, non peccam. Veruntamen iuxta doctrinam Boethii, cæteris paribus, expedientius est ut scholari suis prouideatur parentibus aut amicis de necessarijs ultæ, ut competenter habeat hyeme & aestate, ne in aliorum seruitute aut medicatione quasdam temporis sui partes cogatur expendere, quas in studendo, legendō, scribendo fructuosius posset expendere. Preterea contra impedimentum ex praua societate prouenientis, certum est saluberrimum esse, uaga, laetiva ac noctua uitare cōfortia, studiososq; socios, exemplares ac doctores habere, sicut de his infra dicetur. Postremo, quanuus Boethius corporis monstrosum inter impedimenta studij ac scientiæ computet, hoc tamen utiliter falcat: non uideatur tenendum, cum & quidam gulosi, cæci, claudi, mutiliati ingenio uigeant: qui & tanto plus mancipandi sunt scholis & spiritualibus actibus deputandi, quanto ad secularia, ciuilia atq; mechanica inepitores cernuntur. Ideo Seneca: Frequenter (uit) in corpore magis defor- mi animus latet formosior.

Articulus VI. Qualiter discipuli ac scholares debent magistrorum suorum lectiones, doctrinas, ordinationes ac iussiones aduertere ac adimplere.

Fili mi, attende sapientiam meam, & prudentiæ meæ inclina aurem tuam, ne postea in nouissimis tuis ingemiscas & dicas: cur detestatus sum disciplinam, & increpati onibus non acquieuit cor meum, nec audiui vocem docentis me, & magistris non inclinavi aurem meam? Quemadmodum docet Boethius, discipulum oportet esse attentum, docilem atq; beneuolum, attentum, in audiendo; docilem, in recipiendo, credendo seu acquiescendo; beneuolum, correptionem correctionemq; & quamvis fuerit, sufficendo, ac informatoribus suis gratias referendo. Etenim quanto maior est dignitas, utilitas, necesis, scientiæ, tanto auditus est discenda, diligentius aduertenda, gratauimus amplectenda. Denique, quam attente, silenter, quiete ac feruente debeat discipuli magistrorum suorum lectiones aduertere, sciam quærete, sapientiæ affectare, denuo edocet Salomon, loquens: Si que stis sapientiam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam, tunc intelliges & inuenies scientiam. Imo sicut sapientia & scientia cunctis temporalibus rebus ac terrénis distinçtis incomparabiliter præstantiores ac salubriores censem, sic incomparabiliter attentius sunt querendæ. Hoc aduertit amator ille sapientiæ, qui protestatur: Preposui sapientiam regnis & fedibus, & diuitias nihil esse dixi in comparatione illius, nec comparauimus illi lapidem pretiosum, quoniam omne aurum in comparatione illius aræna est exigua, & tanquam lutum æstimabitur argentinum in conspectu illius. Super salutem & speciem (id est, plus quam corporalem sanitatem ac pulchritudinem) dilexi illam, ac proposui pro luce habere eam, quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem in hī omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. Ecce quam diligenter debes informari, suscipere, legere & studere. Qd nisi in adolescentia tua peregeris, fero dolebis, gemas & negligiam tuam deslebis. Hinc aut uir sapiens: Appropinquate ad me in docti, congregate uos in domi disciplinæ. Quid adhuc retardatis? & quid dicitis in his. Animæ uestræ sitiant uehementer. Preterea, ut fatetur Cyrilus, sine sapientia ac scientia homo sibi nihil est. Idcirco quandiu seipsum dignitatemq; propriam non agnoscat, neq; ex creaturis aut de seu magistri instructione dei ac creatoris sui fortiter notitiam, beatis merito comparatur, sicut propheta differuit: Homo (inquietus) cum in honore esset, non intellexit & compagatus est iumentis insipientibus. Ob hoc in tripode Apollinis fuit scriptum: Agnoscit tempus. Seneca quoq; testatus est: Rem maximam sapientia tibi promittit, ut te tibi reducat. Quod

Hugo.

Seneca.

Boethius

Aesopus et
molti homi
in docti luc

Proverb.

Proverb.

Sapientiæ

Eccles. 36

Psal. 48.

Tit. 4 q. 5a

Cicer. quam salubre sit, Tullius pandit dicendo: A uirtus retrahit in conspectu posita dignitas hominis. Nempe qui rationalis creatura dignitatem rite perpendit, bestialiter agere atq; degenerem ducere uitam ueretur. Tuigitur & scholaris tempus pueritiae tuae, quo scholasticus es deputatus & ad proficiendum magis dispositus, noli amittere, infrauctuose expendere, negligenter transigere, somnolentiam excutere, torporem abhortare, & omni reiecta pigritia, alacritate surge, scipioratione fusa ad dominum, ad scholas festina, ac tota mentis attentione ad lectiones & informationes esto suspensus. Quod ex ore magistri intelligere nequas, a conscholaribus plus te scientibus inquire ac disce, aut certe seorsum lectorem interrogando docilem, dirigibilem, flexibilem quod bona te iugiter exhibe. Hæc quippe docilitas, ut uniuersi dicunt philosophi, est pars prima prudenter, immo & omnis scientia. Addiscit enim namque Aristoteles scriptis, credere oportet docenti. Vnde in libro de Vita philosophorum narratur, qd Pythagoras suis hanc legem prefigit discipulis, ut nullus ipsorum infraestatem annos auderet querere rationem horum quæ dixit, sed uerbis suis ac documentis fidem simpliciter adhiberent. De eodem item fertur Pythagora, quod neminem in scholarem discipulum nisi assumpit, nisi per quinquennium prius lapidem gestaret in ore, quatenus silentiū disceret grauitatem. Quoniamnotescit discipulorum improbitas, qui etiam tempore lectionis intendunt fabulationi, hincinde aspiciunt, occupationes assumunt extraneas, & magistrorum suorum parvus pendunt dogmata & labores. Iugiter ergo, praesertim in scholis, imple quod Seneca loquitur: Tene semper uocis ac silentij temperamentum, & libenter audias quam loquaris. Nempe ut Salomon contestatur: Tempus loquendi & tempus tacendi, suisq; spatiis transuent uniuersa sub sole. Quamobrem ut quæcumq; suo loco & tempore sunt agenda, ita & inquirenda ac addiscenda. Si enim opportunum tempus neglegenter transieris cum indigueris postea, reparare non poteris. Adverte quod Salomon horatur: Vade ad formicam qd piger, & considera vias eius, & disce sapientiam: quæ cum non habeat ducem nec præceptorem nec principem, parat æstate escam sibi, & congregat in iste quod comedat. Erubet ergo ò negligens & improbe puer, quod irrationalibus illo pusillo insipietior pigrorū effectus es bruto, qd rōnalis sis natura, & duces habeas ac magistros, non discis in inuentute, neq; in pueritate dum scholas frequentas, scientiam ac sapientiam colligere, & menti tuae imprimere studes, quibus deinceps per omne tempus quo uixeris, ualeas dirigi & gaudere in eis tibi duntaxat, uerum alijs quoq; prodesse. Ideo scriptum est: Que in inuentute non congregasti, quomodo in fene&ctute inuenies?

Articulus VII. De præclaro & admirabili studio philosophorum.

Ecclesiast. **Q**uæ per magistrorum consilium data sunt à magistro uno, his amplius filii mihi requiras. Magister unus est deus altissimus, de quo ait scriptura: Omnis sapiens à domino deo est. Ab illo fontaliter fluxit, quicquid ueritatis ac scientiae philosophos inerat, de quibus etiam ad Romanos restatur Apostolus, quod deus illis reuelauit. Porro in moralibus præcepta extant & inflammat exempla (ut satus est Seneca) optimum est maiorum sequi ueritatem, si recte præcesserint. Itaq; ut scholariū accendantur ingenia desiderio studiū atq; scientiæ, instantiusq; proficere enitantur, de philosophorum quorundam infatigabilis studio tangam paulisper. Non solum liber de Vita philosophorum, sed sanctus quoq; refert Hieronymus, qd Plato dum in urbe & uniuersitate Atheniensium sumimus haberetur philosophus, omniumq; magister, desiderio maioris scientiæ inde discitissime nec solum Aegyptios uisitauit philosophos, sed & remotissimas peragravit puericias, non sine grauiissimi periculis & ærumnis, malleus esse discipulus apud extraneos, quam inter suos magister. Deniq; amore scientiæ & uirtutum, & propter sequentis uitæ felicitatem quam poluit, continentissime uixit, atq; (ut in libro de Vera religione recitat Augustinus) in uirginitate permanet, expletisq; uirtutis annis octoginta uno, scribens defunctus est ut legitur, sexaginta sex composuit libros, quem cum quidam interrogasset, unde tibi tanta scientia, respondit: Quia plus consumpi de oleo in lampade, qd de uino in calice. Præterea Parmenides philosophus undecim annis in rupe Aegyptia scribitur confedit, ut à carnis ac mundi abstractus illecebris, à populari quoq; strepitu alienus, in loco secreteo & quieto se cretus atq; liberius philosophicis considerationibus die ac nocte esset intensus. Ob eandē etiā causam Diogenes diuitijs delicijsq; contēpris, solitudinē petiit, & ibi in dolio cōmorās, uafculū solū sibi retinuit ut biberet ex eodem. Cūq; ibidem quandam conuaua manu potum sibi haurientem conspexisset, uasculum suum abhīciens, dixit: Si natura muli

trahi de instrumento prouidit potandi, cur additamento artis utor superfluo? Quum autem Alexander rex cum ingēti exercitu uenisset ad eum atq; dixisset, Pete à me quod uis, ait Diogenes: Precor ut hinc discedas, & me solis luce pfundi ac cōsideratione naturæ per mitas fungi. Insuper Pythagoras inter Graecorum philosophos clarus, Memphiticos ad Pythagoras, huius in folio cupiens instrui peregrino, quem præ grandi discipulorum ceterua decorauit tellus natura. Prometheus deum philosophus, ut cōsiderationibus rerum plenioris posset uacare, in monte sedit Caucaso expositus uulturi. Nam quia sciebat uerum hominis bonum non in aestimatione hoīum, sed in sincera conscientia esse absconditū, nec eosiam homines esse, qui rebus transitoriis inhærentes bonum suum non querunt finale, ideo quatum differat à talibus, loci monstrauit distantiā. Amor quippe sapientiæ, etiam corpore marcescente, suum non deserit amatorem. Senectus naniq; illorum qui adolescentiam suam honestis actibus instruxerunt, & tate fit doctior, atq; ad proficiendum ac addiscendum feruenter. Idcirco Demostocles uir sapiens Græciæ, dum centum & septem annis uixit, scipio mox cerneret moritūs Doleo inquit, quod nunc de uita egreditur, quidō scire & sapere ceipi. Refert item Valerius, quod Carneades laboriosus ac diuturnus sapiens & miles, nonagenarius iam existens, adhuc ita fuit philosophicæ intentus, quod ad mensam refidens ad uescendum, manum obliuisciebatur ad cibū porrigeare. Multa his similia de gentilibus leguntur philosophis & eorum discipulis: quanto magis Christiani seculares & eorum magistri, in defesto proficiendi ardore lectioni ac studio meditationi, qd horum que legent sive audiunt, assidue toto posse debet esse intēti, ac uetege studiorū dulcissimos mettere fructus. Nēpe ut asserit Hugo: Principium doctrinae in lectione, consummatio in meditatione, consistit in quā si quis familiarius amare didicerit, eisq; frequenter uacare uoluerit, uita ducet ualde iucundā, atq; in aduersis consolationē sentiet maximā. Meditatio enim à terreno, actū strepitu segregat mentē, & cā in uita hac futurę beatitudinis facit prægū stare dulcedinē. Ideo ait scriptura: Vir eruditus anima sua suauis est. Aristoteles quoq; in Ethicis contestatur: Vir contemplatiuus ac sapiens non querit extra se delectari, quoniam in trā se plenus theorematibus est fuscundus.

Articulus VIII. Quod scholares correptionē & correctionē debet patiēter ac libēter fuscipe, & de pueritate discipuloge corripi & castigari nolentū.

Sultitia colligata est in corde pueri, & uirga disciplina fugabit eam. Quemadmodum in libro sancti Iob legitur & Seneca cōtestat: In arietis est sapientia & in multo tempore prudētia. Potro adolescentes ac pueros cōsternō sile prudentes, ut & scribit Ethicus. Prudentia nanci experientiam requirit & tempus. Deniq; quo in pueris debilior usus est rationis, & quāto in adolescentibus amplius crescit calor naturae, animo satis quoq; & ad peccandum proclivitas, quo itidem in utrisq; maior est inclinatio ad ludendum & iocan dum superflue, eo minus considerant cur deputati sunt scholais, quāta sit dignitas sapientiæ atq; scientiæ, quādam damnable ac damnosum sit tempus frequentationis negligenter & infrauctuose expendere, quāna nociva signoriantia, quām saluberrima sit doctrina, quām enorme sit bona parentum ac labores eorum uitiose cōsumere: & quo minus ista considerant ac aduertūt, eo plus necessarium eis est, ut per cōminicationes, exhortationes, terrores & poenas, per disciplinas, flagella & uirgas ad studiū ac profectū inducātur ac cōpellantur a uanitatis, trufis, euagationibus, loquacitatib; immorigeratiōnibus, negligētis, prauis libertatibus ac ceteris uitij retrahantur & compelcantur. Hinc correptionē & correctiō, salubris & optima est medicina, beneficium grāde, bonū præcipiū, eleemosyna spiritualis, mediū uirtutis, uia salutis, introductio sapientiæ, causas scientiæ, scholasticis ac discipulis potissime utilis, necessaria & salubris. Idcirco diuina scriptura, præfertim in libris sapientialibus, correptionem iustum uerborum, correctionēq; uerberum preci pue laudat & eminenter commendat, qd qui ipsos gratanter ac patienter suscipiunt, ual de beatificat & extollit: eos uero qui remurmūt ac resistit, nominat arrogātes, rebelles, incios, reprobos & ingratos, delperationēq; proximos. Hinc equidem in proverbiis sapientissimus loquitur Salomon: Qui diligat disciplinam, diligat scientiam, qui autē odit increpatiōes, insipiens est. E gestas & ignominia ei qui deserit disciplinam, qui autē acquisitā argenti, glorificabitur, & denuo: Qui abiicit disciplinam, despicit animam suam: qui uero acquiescit increpatiōibus, possessor est cordis. Noli subtrahere à pueru disciplinam. Tu uirga percutes eum, & animam eius de inferno liberabis. Rursus quoq; ibidem melior est (inquit) manifesta correptionē qd amor absconditus, Meliora sunt uulnera diligētis, quām libidinis.

**Sep. 3.
Eccl. 20.** fraudulenta odi est oscula. Et qui corripiente dura ceruice contemnit, ei repentinus supueniet interitus. Hinc etiam in Sapientiae libro fertur: Sapientiam & disciplinam qui abicit, infelix est. Vnde in Ecclesiastico legitur: Quam bonum est arguere q̄ irasci, quam bonum est correptum ostendere penitentiam. Sic enim effugiet peccatum. Qui odit correptionem, uestigij est pectoris. Ecce quātūm bonū est disciplina, quātūm bonum signum est eam libenter lufferre, quanta bona ex correctione & correptione nascuntur, quanta uitia & tormenta ex repulsione increpationis castigationisq̄ oriuntur. Vnde & Salomon est locutus: Virga atq̄ correptio tribuit sapientiam. Hinc iterum contestatur: Argue sapientem, & diliget te. Non amat pessilens eum qui se corripit. Qui autem increpationes odit, morietur. Talis etenim moritur in praefenti morte culpe, deinde post hanc uitam morte miseriae æternae. Itaq̄ correptionem odire, correctionem non sustinere, magistris resistere, ex insipientia uenit, ex iniustitia atq̄ superbia. Ex insipientia, quia non perpenditur quantum bonum sit & q̄ salubre, corripi & castigari, neq̄ pensatur q̄ ex charitate & zelo iustitiae infliguntur. Ex iniustitia, qui designatur discipulus pro sua culpa disciplinari, cū tamē ex iure diuino & naturali culpe debeatur pena. Ex arrogātia atq̄ durelia, quia quis extollit se ipsum & despiciit suum magistrum, nec subiici, flechi & humiliari dignatur sub ipso. Qui in adolescentia & frequentatione talis est adhuc constitutus sub uirga magistri, qualis fuit in aetate maiori redditus libertatis: nonne in docilis, indomitus, irreverentius, tumidus, in duratus, nisi grā succurrat altissimi? In talis solet impleri illud: Ecclesiastici: Qui odit correptionem, minuitur uita. Minuitur equidem triplici uita, utputa uita naturæ, uita gratiæ, uitaq̄ gloriae. Insuper, talis scholaris scandalosus & periculosus est alij, quando suis exemplis prauissimis ad consimilia suos concitat conscholares, sicut & una morbida quis inficit alias, ut Origenes plenus tangit. Nec absurde comparādus est oui & agno, qui sub baculo sui pastoris obediens pergit ac manuete, & quod uirgam tetenderit pastor, illuc mox graditur ac procedit pacifice. Sic plane discipulus sub directione, disciplina ac iuessione sui rectoris debet proficisci, conuersari, studere, cum & tertio Ethicorum dicat Philosophus: Defiderum pueri oportet esse secundum praeceptum doctoris. Qui ergo tam rebellis & contumax est, à cetero & societate scholiarium, nisi pie admonitus & correptus resipiscat, est repellendus ne noceat multis, cum & in suis Proverbijs Seneca fassus sit: Valde iniquū & pericolosum est publicum uitium. Veruntamen correptionem & correctionem rector scholiarum ex charitate & zelo iustitiae cum discretione, non ex crudelitate, iracundia aut impetu passionis inferre debet aut exercere; nec puerorum poenas immoderatas sive iniustas, facere debet suas delicias, aliter enim se habendo ualde peccaret & tamen dato q̄ age ret hoc, non tamen scholarium est insurgere contra magistrum, cum super eum iuridictione nulla fungant, nec eius constituti sint iudices: sed prouidentiū tunc esset p̄ alij modū.

Articulus IX. De insipientia parentum, qui filios suos debite corrigi nolunt à suis magistris.

Heb. 13. T N disciplina perseuerate. Quis enim filius quem non corripit pater? q̄ si extra disciplinam est, ergo adulteri (id est reprobū) & nō filij estis. Ex introductis eluceat, correptionem correctionemq̄ discipulorū ac puerorum, actum esse multarū uirtutū, uidelicet charitatis, iustitiae, pietatis atq̄ prudentiae: & rursus ostensum est, quātūm grande bonum, q̄ necessarium donum, quātūm salubris ac utilis medicina sit disciplina. Ex quib⁹ evidentissime innotescit, quātūm longe finit à uero ac spirituali fibolis suarū amore, ac sapientia salutari, à zelo iustitiae, à pietate non falla parentes seu potius peremptores, qui propter suam nec debite instruunt & castigant, nec à magistris debite corrigi acquiescent, inquit potius indignantur aut comminantur magistris. O quanta est horum stultitia, quorum corda sensuali fibolis suarū cœata amore, atq̄ luce ac radio sapientiae destituta, non penitent quātūm utilis, necessaria ac salubris sit pueris correptio seriosa & frequens, correptio quacq̄ assida & coercens, quātūm insip̄ mala ex incorrectione, indomatione, audacia & negligētias scholiarum oriantur. Hinc uitia cuncta talium puerorum in suos redundant insipientes parentes. Deniq̄ totum istud ex scripturis ac philosophorum doctrinis copiose ac clare probatur. Siquidem in Proverbijs Salomon protestatur: Qui parcit uirge, odit filium suum: qui autem diligit illum, instanter erudit. Et iterum scriptum est: Qui amat filium suum, affidit illi flagella, quod q̄ necessarium ac salubre sit, constat ex verbis Salomonis præcedente articulo allegatis: quoniam ut commemoratur est ibi: Stultitia colligata est in corde pueri, & uirga discipline fugabit eam, per quam item correctionē puer à uitis multis & ab infi-

to liberatur & præseruat arq̄ retrahitur. Timor etenim pœnae retrahit à pœcatis, portissime imperfectos & pueros, quos nec uirtus nec sapientia compescit à malis, nec ad bona inducit in ipso boni amore. Hinc quoq; in Ecclesiastico scriptum est: Nō des filio potestatem in iuuentute, sed curua ceruice eius, & runde latera eius dum iuuenis est. Quod quātūm fructuosum sit, tangitur ibi his verbis: Qui docet filium suum, laudabitur in illo, & in medio domesticorum & amicorum gloriarib⁹. Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus. simile enim fibi reliquit post se. Præterea, istud parentibus iussit Apostolus: Educate (inquietis) filios uestrōs in disciplina & correptione domini. Amplius, octauo Ethico sum testatur Philosophus, quod pars proliximedit nutritiū & disciplinam. Si igitur scholaris à magistro correctus conqueratur parentibus, de sua impatiencia, murmuratione & querimonia mox à parentibus increpetur: & dato quod plus iuste sit à magistro percussum, parentes tamen non debent applaudere puerō conquerenti, ne dent ei audaciā resistendi, sed potius seorsum hortari magistrum ut temperet disciplinam. Porro, si in urbe sint duæ scholæ, non permitat parentis filium suum propter correptionem ab una ad aliam se trāferre, ne in sua prava libertate & incorrigibilitate ullatenus fouetur, nisi forsitan (quod absit) rector unius scholarum disciplinæ rigorem renueret moderari. Postremo, ita euentu huiusmodi commendabiles uideretur, si scholarum illarum rectores, inter se prudenter concordent & conſidereretur in hoc, ut unusquisque illorum scholarē taliter ad se propter correptionem cōfugientem sic tractet & corrigat, quod cessest talis discursio atq̄ euasio disciplinæ. Itaq; de his sunt instruendi parentes seorsum, aut certe (si opus sit) publice in ambone in generali, in modo & in confessione sacramentali.

Articulus X. Quātūm necessaria sit discipulis humilitas.

V Bi fuerit humilitas, ibi & sapientia: ubi uero superbia, ibi & contumelia. Iam p. Provi. 11. tuit paulo ante, quod discipulorum rebellio contra magistros ex tumore solet oriti elationis. Idcirco ut scholares sint obedientes ac dociles, summe requiriuntur ut humiles tractabilesq; confistant, & de hoc à magistris tempestive, uigilanter & assidue sunt docendi, ut neque de nobilitate, neque de potentia, opulentia, ex parte, ingenio, scientia aut alia qua uis radice extollant se, in modo potius imperfectione suam in cuius considerent, diligenter quoque aduentant, quātūm enorme uitium extet superbia, quātūm potius perfidionis est causa, omnium uitiorum regina, ceterarum culparum origo, & innumerabilium scelerum radix: que est & maxima obſcuratio mentis, ab omni adepitione gratiae ac salutis totaliter impeditiva, à profectu quoq; scholastico præcipue retractiva. Oportet ergo in primis, ut discipulus suo se subdat magistrō humiliter, etq; dogmata suscipiat reuerenter ac timeat ipsūm sicutq; copiosus atq; celerius erit proficiens. Quemadmodum enim stillicidio imbrū a uerticibus montium ad concauū defluunt uallium, & quo uales fuerint basiores, eo undæ gurgitum exuberantius descendunt & colliguntur in ipsis, ita omnino quo mentes scholiarum fuerint huimiliores, eo riuī scientie ex ore manantes magistri, abundantius descendent, recipientur ac colliguntur in ipsis. Ideo ait Hugo: Principium doctrinae humilitas est, ad quam inter cetera pertinet, ut studens nullam scientiam uilem reputet: deinde, ut a nullo discere erubescat. Multos hoc fallit, quod ante tempus docti uolunt uideri: unde in quandam elationis prorumpunt tumorem, incipiuntq; simulare quod non sunt, atq; quod sunt, erubescunt celantq; & inquirere ac discere à doctioribus quibuscumque aut uerecundantur, aut dedignantur. Porro prudens illud quod nescit, à cœncū audit ac dicit libenter: nec quantū sciat, sed quantum ignoret considerat. Nullus est cui datum sit omnia sciēti nec rursus est aliquis, qui non aliquid speciale fortius sit à natura. Hinc bonus discipulus humilis esse debet ac mansuetus, à curia inanibus ac uoluptatibus ille cebritus penitus alienus, diligens ac sedulus, ac nunquam de scientia sua præsumens, præsertim quum Plato quoque testetur: Ea quæ scimus, minima sunt comparatione illorū quæ ignoramus. Et denuo: Malo inquit, ab alijs humiliter discere, quam mea impudenter ingerere. De hoc Cyrillus in suis Proverbijs hanc ponit parabolam: Gallus ex intelligentia sua qua temporum horas discernit, tumidus, ascendens in arbore excelsæ ramum, cantat. Quo auditu, uulpes accurrens. Aue, inquit, mi frater. Cur taliter cecinisti? At gallus: Nimirum ait, intelligentia supernæ dispositionis dotatus, eam quātūm sensero, mox sine inuidia canticando omnibus pando. Tunc callida uulpes subridens, adiunxit: Tu scientia plenes, quoniam hæc est dominorum sublimium potentium quæ disciplina. Tunc gallus plus intumescens, rursus cantauit sed & protinus uulpes saltauit.

Eccles. 10.
ibidem
Ephe. 6.

Supbit et al.
tio: omni
reginam,

Hugo.

Plato.

Pulchritudin
de gallo &
uulpe fa
bula,

Ad

D. DIONYSI A RICKEL CARTHUSIANI,

Rom. 12.

Ad quam gallus: Quare saltasti: Et illa: Quoniam tu philosophus exultasti. Nam & gaudie re cum gaudentibus licet. Mox: q[uod] uulpes rete dolositatis sue gallo expandens: Gaudeo (inquit) mihi frater, quia & nebis brutis fons sapientiae deus, intelligentiae munus concessit, sed & excellentiae scientiae tuae congratulor. O gallo, tu gloria nostra, tu beffiarum laetitia. Te quælo porrigit, si dignaris, ut oscular mirum intelligentiae tuæ caput. At ille dolosa adulatio molitus, caput porrexit: quod uulpes famelica stringit, miserum traxit deorum, & ait: Gallo gallo, ubi est sapientia tua? conceperisti superbiam & in ea pdidisti prudētiam, at q[uod] pro nihilo uitam tuam edisti. Cui gallus: Quid gloriariis in malitia? Respondit illa: Non est malitia humiliare superbiam, sed ars uera. Non considerasti quid proprius si nus sapientie humilitas sit? Quid sciuiti qui te ignoratis? Aut si te nouisti, cur superbiisti puluis & cinis? Nulla profecto maior dementia est, q[uod] per inflationem scientiae sapientiam perdere. Quibus prolati, prædam uulpes uoravit.

Articulus XI. Q[uod]d magnum dei donum sit esse ingeniosum.

Sapi. 8.
Augustinus

Hugo.

Gregorius.

Augustinus

Prov. 4.

Gula maxime contraria esse studi

Sobrietatis latus ex Au-

gustino.

Gula & ebri-

tatis prece-

Per eram ingeniosus, & fortitius um animam bonam. Quemadmodum quarto de Ciuitate dei assert Augustinus: Felicitatis est nasci ingeniosum, & denuo magna (ingrati) p[ro]fici uita felicitas quædā est, uigere acumine intellectu, faciliter intelligere, & intellecta tenaciter retinere. Hinc Hugo: Qui doctrinæ (ait) dant operam, in genio atq[ue] memoria congruit eos pollere. Ingenium capit & inuenit, memoria custodit & seruat. Deniq[ue], cum fuxta præhabita tam præ clara & eminens dignitas sit scientiae, sapientiae ac prudentiae, in quibus & felicitas hominis collocatur, quarum per ingenium capax est homo, palam q[uod] inter dona naturæ magna sit in genii subtilitas & acumen. Deniq[ue], ingeni osi communiter sunt bona indolis & ad uirtutes bene dispositi. Veruntamen sicut corporis pulchritudo & eloquentia multis sunt maioris mali occasio, arrogantiae, vanitatis, gloriæ, uanitatis ac carnalitatis origo, ita acumè ingenij alijs inflat, plumptionis, iactantie, audacie parens est, ac multorum radix facinorum. Hinc ingeniosi nequam extollentes, nec alios aspernuntur, sed deo fint grati, timorati ac humiles, ac suo ingenio bene utentes; sicq[ue] de conceco sibi talento glorificet creatorem, eis quoq[ue] qui tardioris sunt intellectus, libenter hoc ipsum quod sciunt communicent: alioquin ceteris sient uirtuosiores, & grauiorem incurriere damnatione merebuntur. Porro, ut testatur Gregorius: Talentum à deo concessum in terra abscondere, est acceptu ingenii terrenis actib[us] implicare, lucru spiritale non querere: id est, profectus scientia ac uirtutum efficaciter non studere. Damnabiliter uero in genio abutuntur, qui carnalibus uitij dant confessum & uanitibus resolutunt. Tali bus incompatibiliter meliores consistunt, qui mediocriter pusillo dotati in genio, creato ri suo sunt grati, & ad proficien dum labore intenti: qui (ut assert Augustinus) ad ueritatis notitiam interducingunt celerius, q[uod] in geniosi deo in grati.

Articulus XII. Quam uitanda fit scholaribus gula.

Qui amat uinum & pingua, non erit sapiens neq[ue] ditabitur. Quanto adolescentia ac puertia ad malas sunt, prionores, ac usu rationis à lumine intellectus minuitur, tanto plus abstrahenda sunt eis hæc, que non solum in adolescentibus & in doctis, sed in uitris quoq[ue] peritis intellectum præcipue obrunt, distinctionem impediunt, rationem eneruant, ac uitia dignunt quæplurima. Porro, horum unum non mediocriter magnum est gula, ex qua multa ac grandia oriuntur peccata. De licite quoq[ue] nutritum & uino aut ficea ex hilaratum magis delectat fabulari, ludere & iocari, aut certe dormire & torpori otioq[ue] uacare, q[uod] studere & legere. Ratio ite fomentis carnis oblectamentisq[ue] sensu deorsum sic premittur, debilitatur & à suis actibus impeditur, q[uod] plena intentione totisq[ue] uitribus confederationi, lectioni & aduentientiæ doctrinarum nequit uacare. Vt ilius ergo censetur, ut scholares saepius uescantur ac sobrie, quam rarius & gulofe. Repletio ergo, plerumq[ue] ebrietas, uehementer abhorrenda ac fugienda est eis. Quæ admodum hanc Augustino testante, Sobrietas est mentis ac corporis omniumq[ue] membrorum custodia & tutela, pudicitia & conseruatio & castitatis munimen, pudoris amica, pacis ac amicitiae conseruativa, honestati semper coniuncta, omniumq[ue] uitiorum fugatrix, temeritatem deuictans, pericula multa declinans, rationem illuminans, & corpus bene dispositum reddens, uitam prolongans, & ad regendum alios aptans; sic & conuerso gula, ebrietas, intemperantia est obscuratio cordis, corruptio corporis, ineptitudo membrorum, inuecundia pars, impudicitia causa, incotinentia, provocativa, contentionu[m] & litium in tructrix, temeritatem causans audaciam, ad irrogandum conuicta prona, ad sujipsum ac ali

DE DOCTRINA SCHOLARIVM.

523

aliorum gubernationem penitus indisponens. Hæc caput cerebrumq[ue] perturbat, rectum peruerit iudicium: & breuiter, innumerabilia mala sequuntur ex ea. Tu igitur o scholaris amore scientie, desiderio tui profectus, imo dei intuitu & ueræ salutis affectu hoc uile ac bruta fuge peccatum. Cumq[ue] tam præclaros effectus sobrietas habeat, totis defectu & excessu generet gula & inducat ebrietatem amplectere, gulam & ebrietatem iungiter fuge. Nempe ut sanctus fatetur Gregorius: Dominante gula uitio, quicquid homo fortiter egit, amittit & dum uenter non restringitur, cunctæ uitutes pariter obruuntur. Epulasq[ue] communiter concomitat uoluptas. Cumq[ue] corpus refectio[n]is delectatione resoluitur, cor ad inane gaudium relaxatur. Hinc recte differunt Seneca: Vttri obedientes, brutorum numero computantur, non hominum. Deniq[ue] constat, q[uod] ad libidinem totius perditionis uoraginem concitet gula & ut Salomon loquitur, Luxuriosa res unum, & tumultuosa ebrietas, quicunque his delectatur, non erit sapient. In sobrio corpore ratio uiget in ebrioso & inuolento, indiscretio, furor & immunditia regnant. Noli in adolescentia turpitudini assuecare carnalitatem, uitios brortalitatem, societati crapulologo, comedationibus & potationibus immundo: Si diligis castitatem, si uirginitatem appetis custodire, gulam conculta, moderantia cibi ac potus iugiter amas & ita eris subtilior mente, expeditior ratione deleris te studium, & ad omnem profectum magis idoneum erit cor tuum.

Articulus XIII. Quam uehementissime odienda ac fugienda sit omni scholari uilissima, turpissima ac summe nociva luxuria.

Eccles. 10.

Post concupiscentias tuas non eas, & à uoluptate tua auertere si præstiteris animę tuæ concupiscentias eius, facient te in gaudium inimicis tuis. Omnia philosophorum atq[ue] theologorum concorditer clamitant documenta, omnem mentis humanæ profectum, omnem recte rationis iudicium, omnem studium scientiae ac uirtutum per Venerei turpitudine impediri. In Venerei turpido est maxima. Omnen honore statim præclaram, uer secundam puerilem à multis uitios retrahentem, pudorem in genitum probitatis, quietem, morum decorum, condecentem timorem luxuria detestanda corruptit, innocentiam tollit, puritatem commaculat, corpus scedat, animam austert deo, tradit diabolo, sponsamq[ue] Christi adulteram facit diaboli, adolescentem efficit inquietum, bona indolis juuenem uertit in discolum. Hæc male dictissima pestis, hæc pessima fera, hæc irrationalissima belua cunctis inueniibus ineffabiliter est nociva. Hæc insidiatur scholaribus, quatenus à synceritate dignissima studiorum, ab ornamento uirtutum, à splendoribus scientiæ, auersi, uitios inuoluantur, sordibus inquinantur & Christo ablati, dæmonibus obsequantur. Hæc immanissima emula castitatis, bonis moribus aduersatur; petulantiam, in quietudine, improvidentiam parit, arrogantiam, inobedientiam, iracundiamq[ue] inducit. Hæc gloriofissime atq[ue] purissime uirginis, genitrici altissimi Mariæ dulcissima potissimum discrebet, sicut & castitas ei pmaxime placet. Venerei exhorteda ratione proflus absorbet, bestiæ constituit, naturalia laedit, gratuita tollit, donis gloriæ spoliavit misere, atq[ue] ad sempiterna Achætis tormenta p[ro]rahunt insensatū. O q[uod] brevis est uoluptatis obscenissimum mortula, in qua infelix spurcitus feruus, immuditæ p[ro]ditionis filius, tot & tanta incurrit in modo, sustinet dāna & nunq[ue] finida mereb[us] sup[er]p[licia]. Cur insensate te ipsi uita illis, de honestas, spiritualiterq[ue] occidit. Scito quid sapientia splendor, uirtutum synceritas, scientia, profectus, conuerterationis honestas, cum tantafceditate, tamq[ue] feda iniquitate simul nequeunt stare nec pariter commorari. Si diliges te in deo, si sapientiam scientiamq[ue] exquiris, si innumerabilia atq[ue] grauiissima uitia euadere cupis, sordidissima fugi luxuriam, ac eius præambula, amplexus, cōtraictus, oscula, lasciva confortia, scemita blandimenta, secreta colloquia, familiaritates, munuscula fugi, sacratissima, mundissima, benignissima dei matrem elige tibi in sponsam, in amicam & matrem. Hanc cōdialiter diligere, deuote saluta, assidue inuoca, ac ut ipsa digner[et] esse tua protectrix, gratiaq[ue] seruāde castitatis ab adorando filio suo deo incarnato obtineat tibi, te eius cōmenda custodie. Præterea iuuere q[uod] & præclariores philosophi de hac materia sint loquuti. Ecce admirabilis ille philosophus Plato, qui ut octauo de Ciuitate dei assert Augustinus) ceteris philosophis gentium longe ac late prælates est, & secundum eundem Augustinum, uita & cloqueta Aristotelē uicit: cuius etiam Platonis sententia de rebus magnis nō facile perfici possunt, ut præallegato libro differunt Augustinus, quamquam absolute loquendo Aristoteles sumimus uideatur fuisse philosophus, hic inquam Plato in Phædone testatur: Nō est philosophi circa uoluptates escas, ac poru[m] & Venereos, affici & sati, sed à corpore abstrahi, & circa aiam occupari.

Lau. Platō.
nis ex Augu-
stino.

Acon

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

A concupiscentijs discedere competit studiosis, quorum non est exteriora corporis quæ
rere ornamenta. Quoties anima allicitur à corpore in hæc variabili & carnali, ipsa sedu
citur & turbatur. Præcepit autem autor naturæ animam dominari ac regere, corpus uero
subiectum & regi. Porro dum anima per seipsum speculatur, defertur in sincera, immorta
lia ac diuina obiecta. Philosophantes concupiscentijs se non tradunt, à uoluptatibus abs
tinent, diuitias aspernantur, ut hinc emigrantes in deorum consortium transferantur. De
hoc Platone in libro de Vita philosophorum narratur, quod dum pater eius adduceret eum
ad urbem Atheniensem, ut ibi à Socrate famosissimo tunc philosopho instrueretur, factus
ipse Socrates in extasi, uidit quasi cygnus pulcherrimum in suum gremium descendente
deinde ex sinu suo tam alte uolantem in aera, quod ipsum attingere uisu nequivit. Reuer
sus demum ad se, cogitauit attonite quid uisus illa portenderet, quo taliter cogitante, ecce
pater Platonis cum pueru Platone intrauit ad Socratem, offerens ei Platonem ad informa
dum. Quem Socrates diligenter intuens, Vere inquit, iste est cygnus quem uidi in spi
ritu. Hic tam alte uolabit, q[uod] intelligi uix ualebit. Recitat quoq[ue] Hieronymus de quodam
adolescente Atheniensi ualde formoso & opulentio, sed ita lasciuo, q[uod] de sua gloria ab im
mundissima uita. Cumq[ue] quodam die pretiosis delibutus unguentis & seruo redimi
tus transiret ante scholas studentium, & magnum quandam philosophum exenrate (n*ni*
fallor) nomine audiret discipulis suis legentem, introiit ut magistrum cum discipulis irri
deret, tanquam qui seipso delectationibus defraudarent præcipuis laboribus confi
cient uanis. Cumq[ue] sic eos irrisisset, philosophus uir mitem moralis, patienter perferens
turpissimum iuuenem, coepit cum omni modestia de dignitate uirtutum, de claritate sapi
entiae, de castitatis fragrantia, de philosophica uita tam sublimiter disputare, q[uod] adolescentes
ille compunctus sertum suum abiect, ornamenta & unguenta sua depositus, secipsum cum alijs
ad pedes collocauit philosophi, & manxit eius discipulus. Deniq[ue], cum alijs quidam libidi
nibus cuidam magnò dixisset philosopho, atq[ue] putu Pythagoræ, Mallem esse & cōuer
sari inter puellas quam inter philosophos, ille respondit: Nec mirum, quia & poti malū
uoluntari in coeno, q[uod] inter flores aut in fonte sereno. Si ergo gentiles philosophi sola natura
li legè ac ratione edociti, Venereorum inquinamenta sic horruerunt ac castitatem sic dile
xerunt, quanto magis Christiani scholares diuinæ legis præceptis instruti, sed dislusa ui
tare debent facinora & castitatem amplecti. Deniq[ue], de sancto Gregorio Nazianzeno re
fertur, q[uod] dum adhuc adolescentes studeret, Athenis atq[ue] castissime iuueret, astiterunt ei in
uisu noctis in sonno quasi speciosissimæ duæ puellæ, una à dextris & alia à sinistris, eum
amplecti ac deosculari optantes: quas quum ille ingenti horrore repelleret à se, dixerunt:
Cut nos ò bone adolescent tam indignantem repellis, cum sumus tibi admodum charæ &
familiares: Nam una nostrum Castitas, alia Sapientia appellatur. Quibus auditis, studens
ille in amorem castitatis ac sapientiae præ solito uehementer exarbitur. Et tu ergo ò bone in
dolis puer his accessus exemplis, sapientiam dilig, castitatem amplectere. Venereorum tur
pitudinem detestare. Præterea sanctus Cyrillus in suis refert prouerbijs: Furibunda uipe
re ad coitum properanti elephas castus obuians, dixit: Quò tendis cum impetu tanto: Et
illat Ad Venereæ suavitatis delicias. Cui compatiens elephas: Scio, inquit, osor quod fu
ribunda luxuria oculis caretideo nequit intueri quid ruit, quo cadit. Nonne ad occasum
amantissimæ uitæ tendis, ad mortum, uenientem libidinis properas? Quid namque est coitus
nisi deliciosa pernicio, mortis latens, uenientis blandiens, fallax effusio uitam perdens? In
super libidinoso paſſeri castissima turtur dixit: Cur te frater tam cæco ardore consumis?
Quid est quod effundis? nonne dige stissima medulla & admirabilis uita sentina, atq[ue] na
tura radicalis substantia? Nonne teipsum consumis, debilitas ac uitam abbrevias? Postre
mo, alludit his quoque in Prouerbijs Salomon qui ait: Faus distillans labia meretricis, no
uissima autem illius amara sicut absynthiū, & lingua eius quasi gladius acutus, pedes eius
descendunt in mortem, & ad inferos gressus illius. Et rursum: Vidi (ait) uecordem iuuenem
& ecce mulier occurrit illi ornata meretricio preparata ad capiendas animas. statimq[ue] se
quitur illam: quasi bos ductus ad uictimam, ignorans q[uod] ad vincula stultus trahatur, donec
transfigit sagitta iecur eius, uelut si quis festinet ad laqueum, & nescit quia de periculo ani
mæ sua agitur. Nunc ergo filii mi audi me, & ne decipiari per illam.

Articulus XIII. Q[uod] discipuli magistris suis debent esse gra
ti pro uiribus, & ipso ex corde diligere, atq[ue] hono
rem ipsiis impendere.

Dan.

Socrates

Hieronymus

Xenocrates

Pythagoras

Greg. Nazia
zenus

Fabula de ui
pa & elephâ
te ex cyrillo

Fabella alia
de passere &
tutture.

Prover. 5.

Prover. 7.

DE DOCTRINA SCHOLARIVM.

514

DAnti mihi sapientiam dabo honorem. Iuxta Philosophum, Deo, parentibus & Ecl. 51.
magistris non potest reddi æquivalens. Tanta quippe est dignitas & eminen
tia beneficiorum, quæ creatura à suo suscipit creatore, proles à parente, & discipu
lus à magistro, q[uod] creatura nil condignum potest creatori repere, nec proles
parēti, nec discipulus magistro, q[uod] à magistro informationem in sciētijs atq[ue] uirtutibus est
fortitus. Augustinus Hinc quoq[ue] sanctus asterius Augustinus: Si me posses instruere q[uod] ignoro, te liben
tissime ferre debere nō solu uerbis me increpante, sed & flagellis cædente. Quāuis ergo di
scipulus suo nō queat magistro condignum facere recōpensam, tñ pro posse debet bñficijs
eius retribuere uice, & ipsum semper diligere, à quo pr̄ suis corrigit culpis et à multis terra
his uitq[ue], sciētijs q[uod]q[ue], moribus ac uirtutibus informat. Enormis igitur & ualde dannabilis
est discipulogæ improbitas, ingratitude, queritas, qui cōtra magistros suos rancore conci
piunt, conspirat, insurgunt, indignantur, irascuntur ac obloquuntur & pro tot tatisq[ue] bonis re
tribuit huiusmodi mala. Aeger cū fuerit curat, diligat medicū à quo fuit securus, adustus
& scissus, & penas morti similes passus; quia perpendit q[uod] poenit illa ad suam curationem
à medico ordinabatur ac inferabantur. Ita discipulus debet attendere, q[uod] omnis correptio
atq[ue] correctio à magistris sibi infliget, ex charitate & æquitate ac pietate ad suam emenda
tionem ac instructionem sunt ordinatae.

articulus XV. De his quæ ualent ad bene discendum.

SApientiam amauit & exquisivit à iuuentute mea, & quæsi uam mihi sponsam assu
misse, & amator factus sum formæ (id est pulchritudinis) eius. Desiderium cordis
est quasi quedam eius apertio ac hiatus, ad suscipendum in se rem affectatam, quæ
admodum cernimus aues quasdam ex ingenti fame appetituq[ue] cibis hiare. Hinc de
siderium patulam expectu[m] metem, atque celerius suscipuum rei amat. Primum igitur ua
lens ad bene discendum, est uehemens desiderium acquirendi scientiam & proficiendi in
ea. Non igitur lento pede, non pigra mente, non animo fastidente, sed affectuoso ac fer
uido corde ad discendum scientiam, ad obtinendam sapientiam propera & accede dei. Alio
quin eam paruipendendo indigneus es eam suscipere. Nempe ut Seneca fatetur: Magna Seneca,
pars sapientie ac uirtutum est uelle & se sapientem ac uirtuosum. Quod de uelle impera
tivo, intento & efficaci, quod (dum adeſt facultas) in actuū progreditur, nō de uelle opta
tivo ac remisso est intelligendum. Secundū ualens ad bene discendum, est diligens aduer
tentia & constans assiduitas lectionis ac studi. De hac iam dictu est plenus. Le hoc quo
que diffuse scribit Boethius & de filio inconstantiae: Quid (in quibus) constantia lucidius? Boethius;
quid inconstantia nequius? Constantia parit scientiam & profectum, & procedit crescendo in ipis, ac colligit spiritualem thesaurum opulentiamq[ue] internam inconstantia uero dif
soluit, retrocedit, dispersit. Oportet & enim opus bonum inchoatu[m] continuare agiliter
& in hoc necesse est ut adolescentes scholares se frangant, q[uod] ex naturali dispositione sunt
inconstantes, & in affectionibus suis instabiles. Propter quod in Prouerbijs salomō pro
testatur: Tria sunt difficultia mihi, & quartum penitus ignorō. Via aquila in cœlo, via colu
bris super terram, via nauis in medio maris, & via uiri in adolescentia sua. Haec autem con
stantia signum est sapientiae, inconstantia uero stultitiae signum est. Propter quod in Ec
clesiastico dicitur: Homo sanctus in sapientia manet ut sol, stultus autem mutatur ut luna. Ecclesiastico
Et rursus: Non uentiles te in omnē uentum. Esto firmus in tua dei & in ueritate sensus tuus. Ecclesiastico
Tertium conferens ad bene discendum, est puritas mentis et conuersatio uirtuosa. Virtus
nanq[ue] & sapientia & scientia, instar pretiosissimi atq[ue] purissimi balsami recipi uolunt, & col
locari in pretioso ac mundo subiecto. Nam teste Philosopho, Subiectum non est contin
gens, sed actus actiuorum in praedispositis sunt ac recipiuntur subiectis. De hoc quoque
nam supra allegata sunt multa. Quartum est associatio & cohabitatio sodalium bonorum Ecclesiastico
ac studioforum collatio, interrogatio, disputatio atque instructio talium mutua. Taliis nā
que exercitatio plurimum ualeat. Ac uit enim ingenium: & q[uod] unus non nouit nec inuenit
negi considerat, hoc inuenit, nō cit & cōfederat alter, vnuſq[ue] p[ro]p[ri]e donum ha
bet à dho: & plus, in d[omi]no & acutius uident oculi plures q[uod] unus. Non ergo erubescas ignorā
tiā tuā alteri propalare: sed quod ignoras, à doctoribus humiliter ac instanter fertina in
terrogare. Quintum est, totum suum studium ac profectum ad debitum finem (hoc est, v.
ad dei honorem gloriam' q[uod] referre & ad ueram uijpsius salutem: quia sic totum est deo
complacitum, & meretur gratiosum eius auxilium. Sextum est affectuosa ad deum fusa
ora

Sapi. 7.
Eccl. 1.

Iacob. 1.

Plato.

Matt. 6.

Luce. 6.

Dionysius.

Seneca.

Boethius.

oratio, ut ipse quotidie confortare & illustrare mentem dignetur. Vnde scriptum est: Inuocauit, & uenit in me spiritus sapientiae. Nempe cum omnis sapientia a domino deo sit, ipsum quotidie inuocare pro condigno profectu scientiae ac uirtutum oportet. Propter quod Iacobus ait apostolus: Si quis indiget sapientia, postulet a deo & dabitur ei. Nihilominus in omni bono facere debet homo quod in se est, hoc est, diligentiam quamam potest adhibere. Hinc ait & Plato in primo Timaei: Omnibus mos est & quasi quedam religio, inuocare in primis deitatem ad auxiliandum. O quantum placet omnipotenti supergloriose! qd; deo talis studiorum puerorum oratio video eam libenter ac copiose exaudiens. Quotidie ergo a bone scholaris ab oratione incipiat studium tuum, sicut & scriptum est: Primo quærite regnum dei. Sunt quoq; & alia multa ad bene discendum ac proficiendum ualentia, utputa recollectio cordis, castitas, humilitas, ingeniositas, copia correctio qd; librorum, diligentia idoneitas qd; magistri, disciplina, coercitio, timor rectoris, de quibus prædictum est aut deinceps dicitur.

Articulus XVI. Qualis debeat esse rector & magister scholarium.

NON est discipulus super magistrum. Perfectus autem erit, si sit sicut magister eius. Si in euangelio ista autoritas ad literam expōnatur solum & in particuli de CHRISTO & eius quocunque discipulo, dubitationem non habet nec difficultatem porro si generaliter accipiatur de quocunque magistro & eius discipulo, uidetur multiplicem pati instantiam, cū nonnulli discipuli sint suis magistris non solum nobiliores, potentiores, uirtuosiores, ingeniosiores, sed etiam doctiores aut absolutes, aut saltem in parte. Noui discipulum, qui tertiodecimo ætatis suæ anno congruus fuit habuit qd; magistrum, optimum in structorem & elegantem grammaticum, cui in regimine successit nouellus magister in artibus: qui pro eo qd; discipulis pronuntiare debuerat, Non spuit ille procul, qui barbam conspuerit ipse, sic legit:

Non spernit ille procul, qui Barbaram conspernit ipse.
Quo auditio, discipulus ille imperitiam mox aduertit magistri, non tamen hæc alii propagauit, sed paulopost ad scholas se transtulit meliores. Præterea, si negetur discipulus aliquis maior esse suo magistro, non tamen uidetur posse saluari, quod discipulus quilibet sit perfectus, ut sit sicut magister ipsius: quemadmodum nec prædicti illius magistri existissent discipuli uere perfecti, si fuissent sicut magister. i. tā eruditus sicut magister eoz, qui hebes fuerit atq; incongruus. Itaq; in præallegata autoritate loquitur Christus ueritas ac sapientia dei patris de ueri nominis magistro, qui non solum gradu aut officio, sed idoneitate quoq; ac sufficientia condigne appellatur magister. Deniq; de discipulo & magistro loquendo formaliter, palam qd; discipulus in quantum discipulus, nō sit suo maior magistro ut clerici. Nam ut a philosopho, In omni genere primum debet esse potissimum atq; mēsura ac regula quædam posteriorum in genere suo, ita qd; quanto plus appropinquat posteriora huiusmodi primo, tanto in illo perfectiora consistant, quemadmodum in genere corporum lucidorum sol est maxime lucidus, in genere calidorum ignis potissimum calidus perhabetur. Magister ergo in sua facultate debet esse perfectus: et qd; regimen assumit scholarium, tanta debet esse eminentia ac uirtutis, tanta scientia & moralitatis, ut ad sui executionem officij uere existat idoneus. Enim uero, ut sacratissimus & diuinissimus ac theologissimus docet Dionysius in pluribus locis, eum qui alijs in quocunque ordine, magistratu, presidentia aut prælatione præficitur, oportet esse ita perfectum, ut de plenitudine & exuberantia suæ perfectionis inferioribus queat cōmunicare, influere, cōpartiri, ipsosq; ualeat prout suum cōcertum officium purgare, illuminare & aliquo modo perficere. Hinc innoscit, qd; fundatum, literatum, probum, uirtuosum et exemplarem oporteat esse magistrum scholarium, ut uere sit efficax, potens ac promptus suos edocere, educare & cōfouere discipulos in scientiis atq; uirtutibus, in disciplinis & morib; portare infirmos, horrari puerulos, exigere lapidos, humiliare superbos, diligentes ac proficientes ad cōstatiam ac profectum accendere. Absit igitur a magistro omnis incontinentia, omnis mōrum improbitas, omnis relaxatio animi. Etenim Seneca contestat, Nil plus obest discipulis, nil sic nocet scholaribus, ut reprehensibilis uita magistri. Rursus in suis fatetur Proverbij: Omnis doctor in ratione uita peccans, turpior est ob hoc qd; in officio, cuius magister esse uult,abitur. Itemq; Perturpe est, inquit, quod obiicitur alteri, in obiciente cognosci. Amplius, de hac ipsa materia diffuse scribit magnus Boethius in tractatu de disciplina scholarij: Nulla (inquietus) res est magis perniciofa discipulo, quam uita magistri cōtumeliosa. Quæ-

admodum enim saepeissime cernimus infusos sc̄tido uasi liquores cōfundi & inquinari ex uase tali, quia uas fecundum infusas sibi aquas corruptit, ita scientia ex uiriosa magistri uitia corruptitur ac uilescit. Hinc oportet ut in omni morum honestate polleat clare ipse magister, & in sermone sit uerax, in iudicio iustus, in consilio prouidus, in commissione fide lis, constans in uulnu, pius in affatu, uirtutibus quoque insignis & bonitate laudabilis. Hęc Boethius.

Articulus XVII. Consideratio multiplex, qua elucescit, quam diligens, exemplaris, studiosus ac iustus debeat esse scholarij rector.

Vi sibi nequam est, cui bonus erit: sicut communiter dicitur, charitas incipit à seipso, hoc est, à proprio suo subiecto. Nam & ordo charitatis cadit sub præcepto, ita quod unusquisque primo omnium tenetur maxime, inquit & incompara-

Præceptoris
qualis debe-
at esse uita.

biliter, toto corde diligere deum ex celsum & gloriosum, pure, essentialiter ac incircumscribibiliter bonum atque amabilem: deinde seipsum, ac tertio eos qui sibi magis coniuncti sunt: prout de hoc diffusus tractat Augustinus in libro de doctrina Chri-

Eccles. 4.
Deut. 6.
Matt. 22.
Marc. 12.
Luc. 10.

stiana, Ambrosius libro de Officiis, Thomas in Secunda secunda, alijq; doctores communi-

Mat. 16.
Marc. 5.
Luc. 9.

niter super tertium sententiarum conscribunt. Imò salvator noster dixit: Quid proficit homo si lucretur uniuersum mundum, seipsum autem perdat & detrimentum suificat.

Rom. 8.
Chrysostomi de doctrina. Indignus est alios iudicare ac punire, qui in eisdem aut majoribus est peccatus. Idcirco qui pro paruis culpis corripit alios & castigat, summopere fata-

garat ne grauioribus uitis inueniatur obnoxius. Insuper, quo studiositas, sapientia, exemplari-

plati-

qua magistri pluribus extat proficia, quo item negligenter & scandalositas eius plu-

ribus est nocua, eo feruentius & incessabilius debet omne suum debitum adimplere, inquit & superabundare, etiam dato quod ante non fuerit uita bona, dum sua peccata sibi duni-

taxat aut paucioribus solebant obesse. Cumq; iuxta præhabita morigeratio, doctrinatio, inhabitu uirtuosa, quum sibi imbibenter ac cordibus suis impreserint discipuli adhuc adolescentes, soleat eis per uniuersum uitas eorum tempus residuum prodeſſe ac deferriri, imò frequenter & alij multis, quib; postea ſunt in ciuili aut spirituali ceconomico'ne

regimine, saluberrimum decentissimum, qd; centur, ut omnem sibi possibilem impendat

diligentiam & conatus ad uere idoneam & uirtuosam discipulorum instruzione. Quid si petegerit, erit sine dubio particeps cōfectorum boitorum, quia per suos ex sua instruci-

one fient discipulos. Poterit si quod abſit) defidiosus, remissus, negligens, insufficiens fuit;

conſtat qd; omnia malia ex sua huiuscenodi culpa prouidentia, redundabunt in ipsum. Itaque iuxta boni documenta Boethij: Rector tenetur consistere eruditus, mitis, rigidus, non negligens nec superbus. Sit inquam mansuetus, quoniam discipulorum elationem interdum ferre oportet ad tempus, & ipsos pia ac rationabili exhortatione & eruditione ad meliora inducere, sicq; sapientia, pietate, discretione, charitate ac mansuetudine sua superare ac flectere illorum duritiam. Veruntamen sicut prædictum est suprà, nisi res ipsa fiant absconditum, tunc rigidus sit, quoniam in scholarij directione commodissimum est uti rigore. Antiquus sit etiam, & si non aratus, prudentia tamen ac motibus.

Boethius:

Quid si utrunque affuerit, melior erit conditio. Nequaquam detum sit negligens. Quemadmodum nante in omni opere mater atque origo profectus incrementi inuenientur constantia, sic uniuersa doctrina ac disciplina negligenter est tinea & nouerca. Denique, oportunitus esset mechanicæ arti seruire, quam ne negligentiae iugo subiecti aut parere. Neque sit arrogans, quoniam uiuax pauperum scintilla extinguitur (id est, diligens lux ingenij pu-

fillorum discipulorum opprimitur & fulcatur) arroganter magistrorum, à quibus parvus penduntur, non curantur, nec pie tractantur. Voluntas quoque discendi (id est, desiderium proficiendi) diuitibus sequestratur, id est, à ditionibus discipulis remouetur. Nam tales discipuli econtra uerbo in dignitantur ac contumaciam spurnunt magistros, scientiam qd; ipso

rum propter adiunctam uilipendunt superbia. Tales inflati seu potius infatuati magistri, hoc ipsum quod norunt, humiliiter docere conteruntur altis & intricatis utuntur sermonibus, ut scientes pertinent, statim gloriam & honorem, sua emolumenta ac lucra querentes & intendentes magis utiq; quam profectum scholarij. Tales fornicatus se exornat, cul-

V u
ti

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

Mattas.
Luc. 20.
t. Tief. 2.

Et sunt testibus, curiose incedunt, ac instar scribant & pharisaeorum Iudaicæ plébis amant salutationes in foro, primos in cena recubitus, & uocari ab hominibus Rabbi. Qui nisi à talibus resipiscant, tanquā inutiles & inane de suo sunt ministerio deponendi, & à suis stationibus expellendi, ut succedant pro ipsis rectores idonei, humiles, exemplares ac virtuosí.

Articulus XVIII. Qualiter rector debeat pueros informare.

Facti sumus parvuli in medio uestri, tanquam si nutrix soueat filios suos, sic uolebamus tradere uobis doctrinam. Iuxta Philosophos, Causa prima unicuique insit secundum suam capacitatem, dispositionem, dignitatem seu meritum. Proporcionabiliter sapiens rector ac discreitus magister discipulos debet instruere, prout aptius capere: quibus loqui debet tractim, distincte, aperte ac planè ad intelligendum obscura elucidare, difficiliora plenius declarare, affectuose seriose loqui, & ipsis ad dilectissimam aduententiam frequenter ac feruide exhortari: imò dum conuenit & oportet, etiam in materna lingua ipsis depromere sensum per exempla quoq; & similitudines aptas. Insuper, de omnibus supradictis, uidelicet quantum ad proficiendum ualeat uita pura, casta ac innocens, obedientia, docilitas, humilitas, diligentia, stabilitas, bona societas: quanta sit dignitas scientiae: ac uirtutum, quanta quotidiani profectus utilitas, quam gravis ac necessarium bonum sit disciplina, correptionis atque correctionis, quam detestabile ac damnosum sit tempus studij negligenter consumere: sicut de uniuersis praetactis debet ipsos ubertim instruere, hortari & ad omne bonum accendere. Denique, quoniam Salomon testante: Doctrina uita per patientem noscitur, documenta sua debet uirtute tranquillitatis, patientiae ac mititatis polire ac robore: & quae docet uerbis, confirmare exemplis. Lectiones quoque non sunt nimium protrahenendas, ne fastidium pariant & in naufragium uertantur: nec multiplicandæ sunt nimis, ne obruant intellectum, & una alterius intelligentiam aduententiam, memoriamq; impedit. Docendum est quoque cum maturitate & grauitate, cum apparatu serioso & ex cordis affectu: atq; in primis sunt à discipulis remouenda proficiendi obstacula, cohibendo eos à loquacitate, jocis, ludis ac dissolutione in scholis: & prouidendum ut in disputationibus & argumentationibus in iuicē modeste ac uigilanter exerceant, formaliterq; arguere ac respondere addiscant.

Articulus XIX. Qualiter exercere debeat rector correptionem & correctionem in suis discipulis.

Peccantes coram omnibus argue, ut ceteri timorem habeant. Ut Seneca Tulliusq; testantur: In iudicando & corrigendo haec tria lex recipit atq; sequitur, que prius ceps quoque & omnis qui præficit, respicere debet & sequi, uidelicet ut aut eum quem puniat, emendet: quoniam penas uitæ præsentis sunt medicinales: aut per eius ceteros faciat meliores: unde Salomon ait: pestilente flagellato, sapiens sapientior erit: aut ut malis sublati, ceteri uiuant securius. Veruntamen intuendum, quod fraterna correptioni uno modo actus est charitatis, & sic spectat ad omnes. Attame si quis de alio spem emendationis ex sua correptione non habeat, aut probabiliter noscat quod dæ gre ac ciper eam, potest à correptione charitatua circa illum cessare. Secundo correptione illa est actus iustitiae, sic que ad superiores ac præsidentes noscitur specialiter pertinet: qui nō solum per uerba, sed item per penas ac uerbera subditorum emendationi tenentur intendere: idcirco nec omitienda est ex timore, ne correptus ex ea fiat deterior: quia superior ex autoritate sibi commissa uim obtinet coerciūam, que per penas ac uerbera potest rerum ad meliora compellere, aut incorrigibilem à se ac credito sibi grege abiçere: & rursum, quoniam uitium delinquentis non sibi duntaxat, sed ceteris quoque cernentibus aut illud percipientibus est nocuum: imò & quāuis ex correptione & correctione non emendetur, nihilominus ob plurimas rationes secundum doctores est corrugendus aut repellendus. Repulso enim a honorum confortio, non parua est punitio. Primo, ne ex eiusimputacione alii scandalizetur, & ad mala fiat audacie. Nēp dum dormit disciplina, faveat, crescit, seq; diffundit malitia. Sic uerificat illud moralissimi senecæ: Vitia transmittit ad posteros, q; præsentibus culpis ignoscit, & bonis nocet, q; parcit malis. Hoc est qd Cassiodorus cōtestat: Culpa mortalium sine fine uagaret, si ei medicinalis increpatio minime refecaret. Secundo, ne derogetur iustitiae & æquitas ipsa patiar iacturam, aut rigor peat discipline. In iustitiae q; ppæ obligatas per iustitiae rectitudinem est recuperanda ac ordinanda, sicut in

DE DOCTRINA SCHOLARIVM.

526

dex noster, dominus legifer noster, dominus rex noster, ipse ueniet & saluabit nos. Hic do minus à sanctis prophetis promissus, & à beatissimis apostolis toti mundo notificatus, est unigenitus filius dei, uerbum patris eterni, uirtus & sapientia genitoris illius: à quo omnis paternitas, omnis fraternitas, omnisq; causalitas in toto uniuero manauit, nominatur ac data est: qui ut euangelista differuit, omne iudicium dedit filio suo, domino nostro Iesu Christo, cuius metuendissimo tribunalē nos omnes presentare & astare oportet, ut iudicemur ab ipso, sicut & Salomon loquitur: Cuncta quē fiunt adducet deus in iudiciū, pro omni errato, siue bonum sit, siue malum. Preterea docet nos sacra scriptura diuinitus inspirata, qđ dupliū iudicet deus gloriōs & iustus genus humanum, utp̄a iudicio particulari in obitu singulorum, & iudicio generali in fine mundi. Porro, de generali iudicio multa pandit scripture, & de eodem sancti patres catholiciq; doctores copiose ac enidēter scripsierunt, puta de loco eius & tempore, de iudicis uisibili apparitione, de signis quē eius precedent aduentum, & qualiter cum uniuersis ciuib⁹ regni celestis descendet, de multisq; alijs. Verum de particulari p̄tētū iudicio, nec scripture, neq; doctores tam diffūle & clare inueniunt locuti, uidelicet qualiter fiat, & quo loco ac reperio: hoc est, an anima adhuc existēt in corpore, an in eius egressu, an post egressum, & ubi uel qualiter, seu per quos suā dici p̄ſentetur, qualiter etiam totanimē omni pene hora iudicentur particulariter ac si-gillatim à iudice summo, quid item de infidelium iudicio animarū sit sentiendum. Hinc de omnibus his quidā religiosus frater sp̄litter mihi charus, cupiēs edoceri, paruitatē meā iam diu ac instantē precatus est, ut de his pro consolatione & edificatione ipsius aliquid scribam: cuius tam p̄ie & humili petitiō, qđ tum donauerit dominus, satisfacere oportet, p̄ſertim cum & ipse in multis nihi aſſiduē tam charitatitē ac prompte obsequiosus existat, imd̄ & toti corporis fraternalitatis. Sed quoniam ea quē per modū scholastice inquisitionis ac responsionis conscribuntur ac ponuntur, magis consueverunt oblectare & clarius informare, p̄pono in isto tractatulo sub dialogiforma procedere, prefacto fratre quirente & opponente, me aut̄ pro uiribus respondēte. Postremo, ne determinata nominum nostrog; expressio quenq; offendere, aq; temerarij occasione iudicij ministraret, decreueram tam fratre me moratūq; me, proprijs suppressis nominibus, per communia quedam designare uocabula. Veruntamen aliud de rationabiliter (ut confido) persuasus, propria me appellatione desi gnabo. De me quidē iam satis uulgatum est, qđ plurima scriferim, non obſtante proh dolor imperitiae mea, imd̄ & cōuerſatione nimium defectuosa. Vnde etiā hic nomē meum propriū exprimitur, non ex hoc nouis de me rumor gignetur. Itaq; ab inquisitionibus fratris p̄tētū p̄ſens opusculum inchoetur.

Artic. I. Ques̄tiones fratris circa p̄logū p̄tētū, & respōſio ad eas dñe. FRATER.

Anc̄ ſponsionem tuam iam tactam, qua polliceris te in inquisitionib⁹ meis responsus pro uiribus, cum ingenti gratia, actione accepito d̄ p̄tētū me frater. Verū rātūm p̄tētū que tetigisti de me, in dignum me fateor: sed hoc tuē est bonitatis, bene ſentire de alijs. Vñ, ne ex non intellectis progrediar ad ea quē refāti, ad dubitationes mihi occurrentes circa p̄logū p̄tētū, dep̄cor mihi responderi in pri mis. DIO. Confidenter interrogā, qđ hoc p̄tētū studiositatis est ſignū. Nā ut ait scripture, Auris bona cum omni cōcupiſcentia audiet sapientiam. Atq; ut loquitur Origenes, ex eodem sapientiē fonte procedit prudēter interrogare & cōuenienter respōdere. Juniorib⁹ qđq; quis eruditus, potius cōuenit audire & interrogare, qđ uelle inſtruere. Ad quod inſtruādūm ſapiētia dei patris Christus dñs, cum duodecim era anno, in medio ſedit doctore, audiēs atq; interrogā illos. FRA. Cum iuxta cōfēta in prologo, duplex exiſtat iudicium, quo homines iudicātur à deo, uidelicet particolare in obitu singulorū, & uniuersale in termino ſeculorū, de quo hoce iudiciorū intelligenda ſunt yba Ap̄l assumpta pro themate: Oēs nos maniſtentur oportet ante tribunalē Christi: DIO. Quāuis hęc uerba cōmuni⁹ exponant de gñali illo iudicio, in quo uniuersi & singuli hoies corporaliter ac uisibiliter appetebunt ante tribunalē Christi, tūc corporaliter ac uisibiliter appetitū ac iudicandi, nihilominus poſſunt hęc yba de iudicio quoq; particulaři intelligi, quēadmodum & id ēd ad Roma, ide scribit Ap̄ſtolus: Oēs (inquiens) ſtabimus ante tribunalē Christi, & item ēd ait Hebreos: Statutū est oībus ſemel mori, poſt hoc aut̄ iudicium. FRA. Cutribunalē Christi ſit, ubi & in quo reſiderat Christus oīmi iudex, ſi in particulaři quoq; iudicio maniſtentur, & ſtabimus ante tribunalē Christi, ergo in particulaři ſuo iudicio unuſq; creditū perducet uſq; ad perſonalē Christi preſentia, cūq; ad dexterā patris reſideat in ſummo cōfī emp̄rei loco, unuſq;

Xxx 4 ex

Ecc.1.
1.Cor.14.
Eph.3.
Ioh.5.

2.Cor.5.
Eccles.12.
Duplici iudi-
cio deus iudi-
cabit genus
humanum.

Ecc.2.

1.Cor.4.
Luc.2.

2.Cor.5.

Roma.14.
Heb.9.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

credentium tempore mortis sua deducetur ac introibit (saltem quantum ad animam suam) cœlū empyreū seu regnū illud usq; ad Christi conspectū, cum tñ in Apocalypsi dicat. Non intrabit in illud coquinatū. DIO. Dñs & saluator Christus, qui in unitate personæ est uerus deus & uerus homo, scđm deitatis sua natura uere ubiq; est porrò, scđm suam affumpram humanitatem nunc plene glorificatā, cōpetit ei esse in cœlo empyreo; & quis ex parte proprie quantitatis dicitur esse ibi duntaxat, seu uno in loco, tamen ex ui cōuerzionis painis & uini in corpus & sanguinem eius, etiam realiter est in sacramento altaris; tñ scđm naturam suam assumptānon est ubiq; realiter, quis per potestatē & iurisdictionem sibi cōcessam possit dici esse ubiq;, quēadmodum ait: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Qualiter aut̄. & ubi ac q̄ anim morienti Christo iudici manifesten, præsenten & coram stent; infra plenius inquirent, cum istud sit principale huius intentū opusculi. Idcirco p̄ nunc responſione hac esto cōtentus. FRA. Interim sic contētor, sed quid per tribunal Chri intelligendum sit, quāso expone. DIO. Quēadmodum in cōmuni usu loquendi, per apostolicam sedem designat pontifex summus seu pōficij eius summa autoritas aut potestas, propter Christi tribunal datur intelligi Chri oīm iudex seu iudicaria eius potestas. Propter quod Haymo ait: Stabimus ante tribunal Christi, i. ante iudicē Christū; & dī hoc ipsum à simili. Tribunal em̄ sedes est iudicē, qui in sublimi locatur, ut iudex ab oīb̄ uideat, & iudex ipse ex loco eminēti oīs ualeat intueri. Ita & Chri quasi in tribunali sedebit, qui & ab uniuersis uidebis, omiq; cōsciētias cernet, & causas dijudicabit. FRA. Cum Chri inquantū hō, sit uere corporalis, corporaliterq; in loco per proprias sui corporis dimētiones, posset ne p̄ Chri tribunal corporal locus, materiale ue foliū refidētis sue intelligi. DIO. De loco Christi si corporeo exponitur uno modo id, quod ipse testatur in Apoc. Qui uicerit, dabo ei sedere in throno meo sicut & ego uici & sedi cū patre meo in throno eius: hoc est, in regno cœlesti, in cœlo empyreo, de quo loquitur in Isaia: Cœlū mihi sedes est. Ap̄l's q̄q;: Ademamus; inq; cum fidutia ad thronū gratiē eius. Deniq; iuxta hunc sensum, tribunal Christi posset intelligi locus illi in aere, ubi sedebit in die nouissimo ad iudicandū omne hominē. FRA. Allegati in prologo q̄d scriptū est in euāgelio, Pater om̄e iudicū dedit filio. Quid ergo est q̄d ipse met filius in euāgelio p̄testat loquēs iudicē: Vos scđm faciē iudicabit, ego nō iudico quēq; & rursus: Qui audit ȳba mea, & nō custodit ea, ego nō iudico eū, nō enim ueni ut iudice mūdū, sed ut saluēt mūdū. Qd̄ etiā alibi ita exprimit: Nō misit de⁹ filiū suū in mūdū ut iudicet mūdū, sed ut saluēt mūdū per ipsum. DIO. Hęz & consimiliū autoritatū est una solutio. Quemadmodū enī est duplex Christi aduentus, uidelicet et primus in paup̄itate & humilitate, & secundus in maiestate & gloria, ita est duplex iudicū. Vnū est iudicū discretionis, quo inter bonū & malum, inter ueḡ & falso, inter electū & non electū discernit. Atq; aliud retributionis seu remunerationis, quo unicuiq; iusta merces rependit. Itaq; Christus in primo suo aduentu non uenit ut iudicaret iudicio remunerationis, sed magis ut iudicaret & patientissime omnia ferret, sed exercendū tale iudicū uenit in die extremo. Verūt in primo suo aduentu uenit exercere in iudicū discretionis, quia tūc inter electos reproboq; discrētū, q̄dām misericorditer uocando & cōuertendo, alios iuste derelinquoq; dī, impios quoq; uitia arguendo, & uia instruendo salutis. Propter quod ap̄d Iohanne dixit: Nūc iudicū est mundi, quod quasi exponens, adiecit: Nunc princeps huius mūdi enī efforas. Ex tunc etemī missō defup sp̄s sancto, ceperūt in toto orbe terrarū innumerabilis milia horinū conuerti ad dñm deum, de quoq; cordibus enīeffebatur diabolus. FRA. Si Christus filius dei in primo suo aduentu non exercuit iudicium remunerationis, quis ergo iudicauit eos qui obierunt in seculo isto tempore primi aduentus Christi, omniq; tempore quo inter homines in hoc mundo conuersabatur? DION. Ille utiq; qui ab exordio mundi usq; ad primum Christi aduentum iudicauit morientes in mundo hoc, utputa uerus deus, pater, filius & Spiritus sanctus, unus uniuersorum creator, iudex ac dominus: q̄a in tribus supergloriosis & superbenedictis personis est una natura, adoranda & trinitatis operations ad extra sunt indissimilares; sicq; Christus ut deus, semper extitit omnium iudex per remunerationem. Porro, præhabita sunt dicta de ipso secundum naturā assūptam. FRA. Si uniuersi ac singuli iudicantur à Christo dum moriūtur, quid necesse est ponere aliud futurum generale iudicium, cum teste Naum propheta, nō iudicet dominus bis in idipsum? DION. Interim singuli iudicantur quantum ad animam, tūc quo ad corpus & animam. Huius tamen rei sunt aliae rationes, quæ ab Alexandre de Hales, sancto Thoma & alijs assignantur, & infra forsan tangentur. Sed iam si placet, ab his & huiuscmodi quaestionibus cessa

Matt. 28

Haymo efs
Habenstaedt
a.s.

Apoc. 5

Heb. 4.

Iohā. 5.
Iohā. 8.
Iohā. 11.
Iohā. 13.

Zachā. 9.

Iohā. 12

Narrat. 1.

DE PARTICVLARI IUDICIO SINGVLORVM

337

cessā, quātenus principale aggrediamur propositū: quo completo, incidētalia & occurrentia proponantur.

Articulus II. De loco ac tempore particularis iudicij animarū credentium. FRA.

D E isto portissime cupio informari, ubi & quando iudicetur à Christo anima: mortalium singulog. Nam uerba sanctorum multorum, uisiones quoq; & reuelationes q̄ plurimū uidentur p̄fēdere, quod anima: non iudicatur à iudice summo, nisi post egressum eay de corpore, quod & sanctus Papa Gregorius 4. dia-

Gregorius

logog. uidet sentire: & ite, qd̄ angelī boni ac mali alias Ch̄o representent ad iudicandū, quā siā deferrentur in cœlū ad consistoriū dei, ut iudicetur ibidē. DIO. De ista materia nō nō si ualde caute & sobrie est loquendū, atq; ab omni temeraria assertione prorsus est præcauendū. Idq; in primis pro certo tenendum, qd̄ anima: remuneratio non differtur usq; ad diē ḡnialis iudicij, prout quidam heretici, iudicē & multi Gr̄ecō dicere presumpferūt; q̄b̄ errorem doctores sup̄ 4. Sentētiārum, & specialiter sanctus Thomas in Summa Cōtra Gr̄ecos, eidētē & plene reprobant. Noc ergo errore abieciō, scrutādū an credentiū anima: iudicentur à Ch̄o dum adhuc in corpore sunt, an post egressum de corpore. Quocirca sciendū qd̄ Innocentius Papa tertius in libro suo de miseria conditionis humanae, uide detur sentire qd̄ anima: dum adhuc in corpore sunt, iudicatur à domino, ita qd̄ ante egressum de suis corporibus sc̄iuntur quod pergent: hoc est, an erunt salvatae, an condamnatae. Ait Dolores 4.

patiuntur

quippe ibidē Innocentius Papa: Quatuor dolores patiuntur mali in morte: Primus est corporalis angustia tñ gravis & magna, qd̄ in hac uita nō est dolor ei & equalis. Secundus dolor est, qd̄ corpore iā plene defatigato uiribus qd̄ exhausto, anima clare & subito uidet oīa sua peccata præterita. Tertius est, qd̄ anima incipit iam iuste diu dicari, & uniuersa ac sin-

i. 1.

ii. 2.

iii. 3.

gula inferni tormenta suis iniqtibatibus debita sibi conspicit immovere. Quartus, dum aut̄ inima impīj adhuc in corpore posita, uidet spiritus malignos ad rapendum te paratos. Insuper clariss loquens ait: Quatuor leguntur aduentus Christi: Primus ad iudicium, secundus in obitu cuiuslibet fidelis, tertius in carne, quartus in mente. FRA. Quid circa hoc sensis? DIO. De tam ardua & sublimi materia nequaquam uolo aliquid ex meipso asserere, ne ex corde proprio uaticinari quid uero de his secundum sanctorum patrum & authenticonum doctorum traditionem, iudicē & secundum scripturam canonīcam, & iuxta reuelationes ac uisiones desuper (ut pie creditur) factas renēdūt, diligenter inferius introducā. FRA. Legisti aliquos doctores p̄fātū dñm l'Innocētū in materia ista sequentes: DIO. Hucusq; neminem legi, nisi qd̄ uenerabilis & deuotus pater ordinis nostri fratris Ludolphus in 3, volumine de uita dñi saluatoris, cap̄. 4. 6. sic scribit: Qualem dominus in morte quēq; inuenit, talem illum in dī iudicē iudicabit, qui etiā in morte iudicū suum cognoscit. Vnusq; enim Christianus in morte Christi uidebit, & tunc cognoscet an de electis uel damnatis sit. Vnde Lotharius, q; postea Innocētius tertius dicitur est, in libro de miseria conditionis humanae sic ait: Vider tam bonus qd̄ malus ante quā anima egrēdiatur à corpore, Christum in cruce positumnam ad suam erubescētiam & confusō, ut erubescat non esse redemptum sanguine Christi, sua culpa exigētē, unde de trialis dicuntur: Videbunt in quem pupugerit, quod intelligitur de aduentu Christi ad iudicium, & de aduentu eius ad diem mortis. Bonus uero uidet ad exultationē. Vnde & Christus de Ioanne euangelista testatur: Sic eū uolo manere donec ueniam, & ad obitum eius. Quatuor manque leguntur aduentus Christi ad homines, duo uidelicet uisibilis, & duo inuisibilis. Prīmus aduentus uisibilis fuit in carne, alter erit in maiestate ad iudicandum. Prīmus aduentus inuisibilis fit in mente iusti per gratiam, secundus aduentus inuisibilis est in obitu cuiuslibet fidelis. Vnde dicitur obitus, quoniam obuiam uenit Christo. Hos quatuor aduentus repræsentat ecclesia in quatuor Dominicis de Aduētu, nō solum numero dierum, sed etiam ratione officiorum. Hęc omnia sumptū & allegat Ludolphus ex p̄fato Innocētij libro, aliqua tamē omittit. Nam ad probandū qd̄ Chri in morte appareat singulis, Innocētij addit: Et hoc habemus ex uerbis Apostoli, q; ait: Vsq; ad diem aduentus dñi nostrī Iesu Christi, i. usq; ad diem mortis, quando apparet tam bonus qd̄ malis Christus in cruce positus. FRA. Videntur tibi p̄fātæ autoritates scripture fatis probatē propositū?

Zachari. 12

Apoc. 14

Iohā. 19

Iohā. uisib.

iii. Christi aduentus

DIO. Autoritates iste ab expositoribus catholicis atq; authenticis aliter exponit ad literā idcirco facta easq; applicatio nō sat, p̄bat in speciali ostendā articulo. FRA. Quid sentis de hoc, qd̄ Innocētius asserit & Ludolphus allegat, ch̄m in cruce positi singulis credentibus apparere in morte, ante qd̄ anima: egrēdiantur de corpore: an do-

Ctores alij communiter id affirmant: DIO. Quid circa hoc uideatur dicendum, infra diligenter serutabitur. In nullo quoq; doctore alio legi hoc, nisi in deuoto quodam tractatulo de arte moriendo, composite a magistro Gerardo Rondelli, doctore theologiae, decano Leodiensis ecclesie nuper defuncto, qui ex Innocentio hoc ipsum allegat ac tenet. FRA. Propter, prosequere et describe quid de proposta quæstione atq; materia secundum doctores authenticos & famosos potius sit tenendum.

Articulus III. De particulari iudicio animaruim, ex dictis beati Thomie. DIO.

Super quartum Sententiarum distinctione uicesima, mouet sanctus Thomas hanc quæstionem: Vt in extremo uite suæ possit alijs penitire. In cuius solu-
tione inter cætera dicit: Deus qui dat omnibus afflueret, nulli suam denegat gratiam, dummodo faciat quod in se est, se ad gratiam præparando. Præ paratio autem ad gratiam sit per motum liberi arbitrij. Idcirco quædiu manet homini usus liberi arbitrij in hac uita, tam diu potest penitire & ueniam obtinere. Talis autem usus liberi arbitrij manet homini usq; ad ultimum uite præsentem, quia in ealibetrum arbitrium nondum est con-
firmatum in malo; ideo usq; ad extreum uitæ potest unusquisque salubriter penitire. In super probat hoc, quia sapientia & misericordia dei uincit humanam malitiam; sed homo potest usq; ad extreum uitæ suæ peccare, ergo potest usq; tunc per misericordiam dei ue-
niam consequi. Dicit enim super quartu distinctione XLV. q; per uinculum carnis anima detinetur in uita. Ideo quædiu hoc uinculum non est solutum, manet in uita & statu meren-
daci demerendi. Hinc eodem libro distinctione 47. apertius scribit: Quilibet homo est &
singularis persona, est etiam pars quædam totius generis humani. Ideo duplex iudicium ei debetur: unum singulare, quod fit de eo post mortem, quando recipiet iuxta ea quæ in
corpo gesit, quoniam non totaliter; quia non quo ad corpus, sed quo ad animam tatum.
Aliud iudicium debet esse de eo secundum quod est pars quædam totius generis huma-
ni, quemadmodum etiam alijs iudicari dicitur secundum humanam iustitiam, quando iu-
dicium datur de communitate cuius ipse est pars. Nec tamen deus bis iudicat in idipsum,
quoniam pro eodem peccato non interfert duas penas, quarum quilibet per se sufficiens sit
pro illius punitione peccati, sed pena quæ ante finale iudicium complete inficta non fu-
rit, in ultimo iudicio complebitur, quando impij cruciabuntur quantum ad corpus &
animam simul. Amplius, idem sanctus doctor in tertia parte Summae sua quæstione 53, ait: Iu-
dicium de re immutabili perfectione (i.e. consummatum & certum iudicium) dari non po-
test ante consummationem seu finem rei, sicut iudicium de aliqua actione qualis sit, dari pte-
cte non potest ante quam sit consummata in se & in suis effectibus: quoniam multæ actiones uidentur utiles esse, quæ ex suis effectibus inueniuntur nocuæ. Similiter de homine iu-
dicium perfectum dari non potest, quamdiu uita eius non terminatur. Porro uita hois ter-
minatur per mortem, idcirco post mortem datur de eo singulare iudicium. Hinc dicendum
q; post mortem, quantum ad ea quæ sunt ipsius animæ, homo sortitur quendam immuta-
bilem statum: ideo quantum ad præmium animæ, non oportet differri iudicium ultra mor-
tem. Rursum in eadem afferit quæstione: Quamvis pena seu præmium corporis depèdet
ex pena seu præmio animæ, tamen quoniam anima non est mutabilis, quo ad statum me-
rendi & non merendi nisi per accidens, scilicet propter corpus, ideo anima separata a cor-
pore, statim immutabilem & accipit suum iudicium. FRA. Quantum intelli-
geret ualeo, ex præhabitu sancti doctoris uerbis euidenter consequitur & habetur, q; par-
ticulare animarum iudicium fiat post earum separationem a suis corporib;. Nam usq; ad
mortem durat status ac tempus merendi ac demerendi, ipsaq; mors est terminus status ac
temporis huius, ita q; statim post eam sequitur immutabilitas status, in qua anima ampli-
us promereri non potest. DIO. Recte consideras, sed audi quid adhuc idem concrabit do-
ctor. Nempe in Summa contra gentiles libro quartu. Animæ inquit, statim cum a corpo-
re fuerint separatae, immobiles secundum uoluntatem redduntur, ut scilicet ultra uolun-
tas hominis mutari non possit, neq; de bono in malum, neq; de malo in bonum. Quandiu enī
anima mutari potest de bono in malum, uel ex altero, est in statu pugnae atq; militiae. Opor-
tet namq; ut sollicite malo resistat, ne ab ipso uincatur, uel ut confit q; liberetur ab ipso. Sed
statim dum anima a corpore separatur, non erit in statu militiae aut pugnae, sed in statu re-
cipienda penam aut præmium pro eo q; legitimate aut illegitime certauerit. Propter quod
uita hæc comparatur militiae & diebus mercenarij, iuxta illud Iobi: Militia est uita homi-
nis super terram, & dies mercenarij dies eius. Itaq; tota hæc uita est uia ad aliam uitam, & ad
me.

An in extre-
mo uite ali-
quis penit-
re possit.
Inco. 1.

Kob. 36

Nom. 1.

Ait sepa-
ta immobi-
les sed in uo-
luntate red-
duntur.

2. Tim. 2
Lob. 7.

Ineritum sive demeritum: propter quod ea finita, restat iudicium. Hinc in eodem libro ait: Anima est in statu mutabili quædiu corpori unitur, hoc est, quædiu manet in corpore non autem, postquam fuerit a corpore separata. Dispositio namq; animæ mouetur seu mu-
tatur per accidens secundum aliquem corporis motum. Cum enim corpus deseruat ani-
mæ ad ipsius animæ operationes, ad hoc naturaliter datum est animæ, ut anima in ipso exi-
stens plicatur, quasi ad perfectionem mota. Quando ergo erit a corpore separata, non erit

Ap. 1. 1.

in statu ut moveatur ad finem, sed ut in fine adepto quietcat. Ex quibus uerbis elicetur, q; quædiu anima non est a corpore separata, est in statu quo possit moueri, se q; conuertere ad ultimum finem, qui deus est seu beatifica eius fructus; idcirco quædiu in corpore est, non competit ei iudicari a deo, sed statim post separationem. Praeterea, si uoluntatis libri penulti-
mo ait capitulo: Duplex est retributio pro his que homo gerit in uita præsentia: una secu-
dum animam, quam retributionem percipit homo statim quum anima fuerit a corpore se-
parata; alia uero retributio erit in resurrectione corporum. Et prima quidem retributio si-
gillatum fit singulis, secundum quod diuini moriuntur: secunda autem retributio simili
omnibus fit, secundum quod omnes simul resurgent. Omnis autem retributio qua diuer-
sis diuersa redditur, secundum diuersitatem meritorum requirit in iudicio: Vnum, quo
diuini singulis quantum ad animam redditur pena uel præmium; aliud autem commu-
ne, quo quantum ad corpus & animam redditur omnibus simul quod meruerunt. FRA.

Satis diffuse & euidenter ex dictis sancti Thomæ ostendit intentum. DIO. Adhuc unum
ipsius testimonium introducam, idq; doctor iste super secundum Sententiarum distinc-
tione septima, causam obstinationis & impenitentie angelorum, qui corruerunt, assignat:
Quemadmodum inquit, impossibile est a voluntate indeclinabiliter adhærente recto fini
procedere culpam, ita e contrario impossibile est a voluntate adhærente inconuertibili-
ter peruerso fini procedere actum bonum. Peccatum autem uoluntatis contingit dupli-
citer circa finem: Primo ex passione abducente rationem ab actuali consideratione recti
ac debiti finis; & taliter peccans, penitent passione cessante. Secundo ex malitia, quæ secun-
dum Philosophum septimo Ethicorum corruptiva est finis. Dicitur namq; ex malitia pec-
care, qui ex electione prauifinis est peccans, eo quod qualis est secundum habitum, talis
finis uidetur ei conueniens, sicut qui habitualiter luxuriosus est, finem sibi constituit in de-
lectione venerea. Et quum error circa finem in operabilibus sit, sicut error circa prima
principia in speculabilibus, circa quæ errantem non contingit retrahiri ad dirigi ex alijs ma-
gis notis, oportet quod sic peccans sit impenitens, ut ibidem ait Philosophus. Igitur
de peccato nullus potest penitire, nisi uel passione cessante, uel remoto habitu quo fine ma-
lum elegit. Remoueri autem habitum non est possibile, nisi in eo qui est in statu uita & mu-
tabilitatis. Vnde quandocunque aliquis deuenit ad terminum uite, non potest defecit ab
eo fine cui inhaesit, siue sit bonus seu malus. Finis uero hominis est mors sua, & finis ange-
li est terminus sua electionis, quo bono adhæsit uel malo. Vnde sicut homines post mor-
tem confirmantur in bono uel malo, ita angelii post auersionem uel conuersiōem. Haec
Thomas. Ex cuius uerbis sic argui potest: Deus particulari iudicio non iudicat animam
morientis, quousque ipsa finaliter & indeclinabiliter fixerit se in bono aut in malo, hoc est
in auersione a deo uel in conuersione ad ipsum. Indeclinabilitatem autem seu immutabili-
tatem sua conuersiōis aut auersiōis non consequitur nisi uia completa, id est, post mor-
tem idcirco nec iudicatur nisi post mortem. FRA T. Quamvis haec rationabiliter dicta uis-
deantur, attamen circa præallegata uerba Thomæ dubitatio mihi occurrit. Quoniodam
enim affirmat peccatum uoluntatis dupliciter contingere, scilicet ex passione & malitia,
quum dicatur communiter quod contingat tripliciter, utputa ex ignorantia, infirmitate
seu passione, & ex malitia? DIO N. Duo illatangendo, tertium non excludit. FRA T. Qua-
liter ergo stabit quod dixit, De peccato nullus potest penitire, nisi uel passione

cessante, uel habitu malo remoto, quum si qui ex ignorantia peccat, cessare

queat a culpa, ignorantia sua per eruditissime ablata: DIO N. Dicit

potesit, quod Thomas distinguat & loquitur quantum ad

propositum sufficit: uel quod tertium illud ad aliqd

horum reducatur duorum, FRA.

Ex alijs quoq; doctoribus præinducta (si placet) declara.

Duplex re-
tributio cor-
ruum dupli-
citer augun-
ta.

Voluntatis
polium dupli-
citer contin-
git.

Priam que-
impediā;

Articulus IIII. Ex dictis domini Bonaventura, Alexandri de Hales & aliorum do-

cto.

ctorum de eadem materia, & præsertim de modo, forma ac durati-

tione particularis iudicij.

DIO.

Deuotus doctor Bonaventura sup quartum sententiarum distinctione uice mar-
Credendum est, sit, quod in egressu animæ à corpore assit spiritus bonus &
spiritus malus, uel unus uel plures, & tunc secundum ueritatem ferrî sententi-
am: et si bona est anima, per ministerium angelii boni adduci eam in cœlum aut
in Purgatorium, quo usq; purgata, per eius ministerium educatur: si uero sit mala, per mi-
nisterium angelimali ducitur ad infernum. Hoc in qua tanq; magis probabile, magis est
concedendum, quamvis in hac parte nihil sit temere assertum. FRA. Ex his apparet quod
anima iudicetur in eius egressu à corpore, nō post egressum, cum dicat, tunc. DIO. Quod
ait, tunc, intelligendum uideatur, i. tempore illo, utputa mox post egressum, nam ultimum
instantis quo anima est in corpore, pertinere censetur ad tempus quo in corpore manuit, tanq;
illius temporis finis. Deniq; iuxta hunc sensum idem doctor asserit super quartum distin-
ctione 2. Sicut contingit regnum dupliciter obtineri, uidelicet integre & perfecte sue in
toto, & alio modo secundum partem sue in anima, sic duplex est iudicium & duplex sen-
tentia. Nam sicut homo glorificatur secundum partem, ita particulariter iudicatur, & de eo
sententia fertur quando anima de corpore egreditur. Iudicium autem uniuersale erit, quan-
do homo erit glorificandus secundum corpus & animam. Præterea, his concordant quæ
irrefragabilis doctor Alexander de Hales scribit in Summa sua & super secundum Senten-
tiarum, & item quæ Thomas de Erfordia de his ipsa scripta materia. FRA. Ex præallega-
tis Bonaventurae uerbis manifeste sequi uidetur, quod animæ mortuæ præsentantur iu-
dicii summo nō in cœlo, sed infra in medio loco, qui inter cœlum & infernum ac Purgato-
rium medius prohibetur. At enim quod data sententia, si anima fuerit bona, deducitur ab
angelo sancto ad Purgatorium uel ad cœlum: si mala, deducitur per dæmonem ad infer-
num. Ad iudicem etenim pertinet diffinire quod deducenda sit anima, & quantum ac qua-
liter punienda. DIO. Bene consideras. nihilominus obseruandum quod docet Bonauen-
tura, ut scilicet de his nil temere assertur. FRA. Qualiter anima iudicii præsentatur? DIO.
Cum anima sit inuisibilis & incorporalis substantia, cōstat quod inuisibiliter presentetur,
ramen uere realiter. Iudex autem secundum suam deitatem uere ubiq; est. FRA. Qualiter
profert sententiam? DIO. Quum anima relicto corpore non utatur auditu corporeo, non
profertur de ea judicialis sententia uerbis uocalibus, sed intellectuali locutione, qua animæ
notificatur spiritualiter ex exprimitur & intus ostè ditur, quid promeruit, quid ducetur, qd
pro mercede suscipiet. FRA. Quid de duratione huius iudicij sentis? DIO. In momēto pa-
gitur & cōpletur, præsertim cum diuinæ omnipotentie infinitæ potestati conueniat age-
re in instanti. FRA. Quomodo possunt presentatio, accusatio, disceptatio atq; sententia pro-
latio, quæ in particularibus quoq; iudicij fieri suo modo credunt, infirmitate fieri, & com-
pleri? DIO. Quid hoc miraris de particulari iudicio, cum de generali quoq; iudicio dicat
doctores quāpius super quartum Sententiarum, quod in momēto complebitur: ad qd
alle gant quod ipsemet iudex apud Lucam protestatur: Sicut fulgor coruscans de sub cœ-
lo, in ea qz sub cœlo sunt fulger, ita erit filius hominis in die suo. Quod in Matthæo ita
exprimitur: Sicut fulgur exit ab oriente & apparet usq; in occidentem, sic erit aduentus fi-
lii hominis. Hinc Thomas super quartum sententiarum distinctione quadraginta septi-
ma loquitur: Probabilius estimatur, quod totum illud iudicium & quo ad discussionem,
& quo ad accusationem malorum ac commendationem bonorum, & quo ad sententiam de
utriusque mentaliter perficitur, & per consequens in momento fieri possit. Hinc uice de
ciuitate dei loquitur beatus Augustinus: Liber uitæ de quo in Apocalypsi habetur, intel-
ligenda est uis quedam diuina, qua fit ut unicuiq; opera sua bona aut mala ad memoriam
reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernentur, ut accuset uel excusat sciencia con-
scientiam, atq; sic simul omnes & singuli iudicentur. Porro si uocaliter singulorum facta nar-
rarentur, inæquimabilis magnitudo temporis ad hoc exigeretur. FRA. Video mihi esse re-
sponsum, sed quum frēquenter una hora tot milia hominum moriantur, & quasi in eodem
momento, quod & in magnis solet prælijs euénire, quomodo possunt tot animæ simul eo
dem iudicari momento? DIO. Iam ad hōc data est respōsio, quoniam incircunscriptibilis
atq; omnipotens iudex ita faciliter iudicat eodem momento mille animas sicut unam. Nun
quid difficilis ei est, multis animas eodem momento aut instanti iudicare quam creare?
Ex his etiam imoescit, quam mendosum & fatuum sit, quod imp̄issimus Saracenorum
de-

Judicium du-
plex.

Thomas de
Erfordia

Lucas 17

Matt. 24

Liber uitæ
quid.
Apoc. 3:20

Vulgaris
quæstio.

deceptor Mahometus affirmat, dicendo quod finale illud gñale iudicium durabit per quod
quaginta milia annos. Omnis enī irrationabile est, iniustum & indecēs, deum iustū, a
plente ac omnipotentem, sanctos & electos tam diu differre à mercede & gloria, aut oc-
cupari tam diuturne ad iudicandum genus humanū, qui in principio solo imperio cōcidit
mundum. FRA. Ex autoritate illa & uerbis Christi, que ex Luca & Matthæo iam allega-
sti, uidetur necessario seq, quod finale illud iudicij instar fulgoris infirmitatem momenta
neū'ue confiter. DIO. Hoc plane cōsequeretur, nisi uerba illa possent & aliter accipi & ex
poni. FRA. Qualiter exponuntur & aliter? DIO. Hi qui putat finale iudicium per tempus
notabile duratum, dicitur qd Christus præallegata protulit uerbanon ad infinitum illi-
us iudicij monitionem durationem, sed ad designandum sui aduentus clarā & omnibus
uisibilis manifestationem.

Articulus V. Cōfirmatio eoz que dicta sunt de loco & tempore particularis iu-
dicij, ex uerbis sancto patrum & præcipuoꝝ doctoꝝ.

DIO.

O Vām periculosis sit penitentia usq; ad finem differre, & tñ in fine possit homi
nem penitentia, testatur beatus Augustinus: Periculsum est, inq; pensit, peniten-
tiā usq; ad finem uita differretis tñ tunc uera habeatur penitentia, hominem li-
berat, & spiritualiter mortuo uitam gñce impearat: nō ramen sic, ut nullam senti-
at penitentia, nisi forte tanta sit uehemētia cōtritionis & genitius, quæ sufficiat ad punitionem
iniq;atis. Licer ergo difficile sit ut tunc uera sit pñia, qñ uenit ramena, dñi cruciatus mem-
bra ligat & dolor op̄imū sensum, ita ut homo uix ualeat aliud aliqd cogitare, melior ta-
men est penitentia sera qñ nulla. Penitentia nñq si in extremo uita hiat aduenierit, sahat ac
liberat. Hinc Magister Sententiæ asserit quarto libro: Sc̄dū qd penitentia tempus est
usq; ad extrellum articulum uitæ. Ideo ait & Leo Papa: Nemo est desperatus dum adhuc
in corpore est constitutus, quia nonnullū quod dissidentia & tatis differtur, cōfilio maturo
re p̄ficitur. Ex quib; sati sequi uidetur, qd anima non iudicatur anteq; de corpore egredi-
tur. Deniq; ad hoc probādum allegat Climachus quod ait scriptura: In quo inuenero te,
iudicabo te, dicit dñs. Hinc Damascenus libri secundi capitulo tertio cōtestatur: Quod an
gelis est ruina, hoc hominibus est mortisq; nec angelus post ruinam, nec homo post mor-
tem est penitentie susceptius. Oēs autē istiusmodi autoritates fundātur in scriptura cano-
nica. Nam & in Ecclesiaste scriptum est: Si ceciderit lignum ad austri uel ad aquilonem, Ecds. n.
in quoconq; loco ceciderit, ibi erit. In qbus uerbis per lignum intelligitur homo, p; casum
mors, p; austri sors seu societas electio, aut feruor charitatis seu splendor uirtutum, p; aqui-
lonē frigus uirtus seu confortum reproboꝝ. Itaq; sensus est, qd in ea affectione & dispo-
sitione mentis, qua aia recedit à corpore, p; manet in aternum, ita qd ad electioꝝ numeri & p̄tine-
bit, si in charitate discesserit ad reprobos uero, si signe dilectionis carnis in corpore pigritie
& p̄tō abierit. Vnde & p; Ezechielē dñs sc̄dū antiquā trāstitutionē asseruit: In qua cūq; hō
ra ingemuerit p̄tō, oīm iniquitatū eius amplius nō recordabor. Præterea, dñs Antisiodo-
rensis scribit in 3. parte Sūmæ suæ, & id fateretur Alexander de Hales, qd quis deus omnipo-
tent sit, non tñ possit homini abfoluta assertione prædicere qd extet dānandus: quia sic ho-
mo teneretur despare. Si autē aia iudicaretur à deo anteq; egredieretur de corpore, despera-
re inox teneretur adhuc in corpore manens, quod opinari non licet.

Articulus VI. Obiectioꝝ cōtra præhabita, & respōsio ad easdem.

FRA.

C Opioſe probasti, quod homo usq; ad ultimum instanti uitæ præsentis inclusu-
e posuit salubriter penitentia. Quid ergo est, qd sanctus Gregorius in homilijs su-
is & alibi de qbusdā morientib; recitat, qd in extremitis agentes uiderunt terribilis
mors spūs in speciebus Aethiopum aut draconum ad seuenientes, propter qd fue-
runt ualde p̄territi arti inducias petierunt, in quibus utiq; penitentia proposita erit: & tñ af-
firmat sanctus Gregorius, qd totū illud illis nil profuit, nec propter eoz emendationē, sed
ob nñam admonitionē talia demonstrata sunt ipsiis. Ex eisdē recitationib; uide, qd illi iudica-
ti fuerint à deo anteq; migrauerūt à corpore. Nā & utq; eoz astūtibus dixit: Draconi ad de-
uorandum datū sum. Insug. Climachus refert de quodā magno anachoretā nomine Stepha-
no, qualiter ante migrationē suam à corpore in extasi mentis positus, aperti oculis inten-
debat ad dexteram lectuli ac sinistram: & quasi ad reddendā rationem à quib; dā in ex-
clusu, cunctis qd aderant audientibus, dixit interdū sic: vti tiguerum est, sed confessus sum, &
tanto tempore leiuani pro isto. Quandoque sicut Nequaquam, sed mētimini, istud non fe-
ci. Aliquando ueros Verum est qd hoc feci, sed ploraui & dñm ministravi. Atq; nonnullū
de-

in p̄petua et
infectio Ma-
hometi.

Genet.

Piñam ser-
piciolat cō-
& in melio-
re qd nullam.

Climachus

Exempli-
bus climati-
cho.

Hoc

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI

Hoc feci, nec respōdere possum, sed deus misericors est. Eratq; horribile & horrendū executořiū inviſiblē illud rōnis exacte. & hic rātū ita sub rōni reddēdē exactione posīt, recessit a corpore. Ecce, ex hac narrātione uidetur, q; pia ante recessum a corpore iudiciū p̄cētur, & rationē reddere exigatur & accūsetur. Amplius, in ep̄la ad Hebræos ait Ap̄ls: q; Esau non inuenit p̄nī locū, quāq; cum lachrymis inquisit etū. Cōformiter de Antiochō fertur, q; dñm sc̄leſtū dñm a quo non erat misericordiā consueutus, qui tñ ualde poenituisse uidetur. Nā & inter cetera sua promissa uouit se Iudæū futurū, & totā terrā sanctā peragratus, ac prædicatus dei potētiā, ac templū esse se ornatū & optimis donis. Postremo, in Prouerbij loquitur in creatā sapientiā de iniquis adhuc in corpore constitutis, quā uocauit & renuistis. delpxistis om̄ne consilii meū, & increpationes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu uero gaudiob̄ & subsannabō, cū uobis quod timebatis aduenerit, cū irruerit repētina calamitas. Tunc inuocabit me, et non exaudiāt me consurgent ad me, et non inueniēt me. At uero p̄ Moysen deus dixit ad Pharaonē: Quia in hoc ipsum excitaui te, ut ostendā in te fortitudinē meam &c, per quā uerba p̄nūtiauit ei suam reprobationem. Adhuc aut̄, ipse saluator aptissime dixit de Iuda: Vē hōniū p̄ quem filius hois tradetur. Bonū ei esset si natus non esset. Et hoc Iudas intellexit proferri de se. Petro quoq; p̄dicti x̄t̄ in hac nocte ter me negabis, nō t̄ ob hoc Pétrus despauit, desperare ue debuit se posse euaderē trinā illam negationē. Postremo apud Iohannē legitur: Qui nō credit, iam iudicatus est, q; non credit in noīe unigeniti filii dei. Infidēles ergo iam ante obitū suū sunt iudicati. Itē, multis sanctoꝝ suscitatorū iunt defunctos, etiā eos qui in mortalibus obierūt peccatis, qui nō fuerunt iudicati in morte sūmō doctor ille Parisiensis, cuius damnationis occasio[n]e sanctoꝝ ordo noster sumpsit exordiū, primo die post obitū suū miraculose se erigēs, prohibuit esse se accusati, secundo die dixit se iudicari, tertio condēnari. Nō ergo uidetur statim post mortem suam iudicatus & condēnatus fuisse. Cotisimilia multā possem obīre, sed ex hoc (ut reor) solutione patebit ad illa responsio.

DIO.
EX charitatū & modesta disputatione ueritas clarius innotescit. Ideo tua obiecta sunt diligenter solvēdāt, qm̄ ea quæ ex uerbis B. Gr̄gorij obiecisti, duplice in cludit impugnationē, uidelicet qd̄ multi in fine uite uas nequibāt, ueniam obtinere, & itē q; tales uidentur ante lū obitū uicē, ut, ut circa ad primū respōdeo, p̄stanta est pietas dei, q; nulli facienti quod in se est, uenia negat aut gratiā, sed ipse cordium est inspectoꝝ, nec humanae astutiae uerbis ex repetitoꝝ aut uehementi timore prolati decipi potest. Porro, ut Bonaventura super 4. fateretur, tunc dicitur homo facere, qd̄ in se est, qn̄ toto posse suo detestatur peccata, inquantū p̄cta sunt, utputa scēda & uilia, & contra iustitiam, offensuaꝝ dei, & hoc est detestari ac uitare p̄cta ex zelo quodā iustitiae & quodā dei amore, & ultra hāc inuocat dei auxiliū, ac ea quæ deus requirit ab ipso, proponit implere. Qui aut̄ ex solo seruili timore detestat peccata & penitit, emendationē p̄spōdet, is quantum in se est adhuc amat iniquitatē, nec ad bonū honestū afficitur, neq; ad deū, sed solo horrore incōmodi propriū incitatur ad peccātū: quod nō est meritorū apud infallibilem iudicem, qm̄ ex amore proprio & priuato procedit. Nec dubites quin tales fuerūt de quibus ex Gregorio obiecisti. Ad aliud dico, q; illi non fuerūt ante lū obitū iudicati, quāuis quādā signa suae instantiā dñi iudicationis uel ob eōꝝ communitionē, uel ad nostrā p̄monitionē apparuerūt eis. Is quoq; qui dixit, Draconi datus sum ad deuorandū, ita putauit, nō t̄ sic fuit. Nam & paulopost uerū peccātū. Ad id quod ex Climacho obiecisti, arbitor respondēdū, q; secreta dispensatione oīpōtentis & ex specialibus causis altissimo notis, ana choretā ille ante obitū suū sic fuit exactiū reddere rationē, & accusantibus eū dæmoni bus ita respōdit, ut etiā sancti uiri humiliēt se & diuinū formidēt iudicium, & ut agnosca inuis & meuenda & diuīcta sint dei iudicā in obitū singulorū. Climachus tñ nō refert qd̄ anchorera ille accepit diuinā sententiā ante aīa: suā de corpore egressionem; & dato q; ante egressionē accepit eam, hoc tñ p̄dictis non obuiat: q; intelligēda sic sunt, q; de lege comuni fertur iudicium post animā egressionem. Oīpōtentis aut̄ & supbeatissimus deus nulla lege arctatur. Certum est etiā q; multis electis & sanctis reuelata fuit diuinitus tūta eōp̄evalatio, anteq; exierunt de corpore, quod fuit ex grā speciali. Nā & diuino ac fācto Dionysio in carcere clauso apparuit Chrs̄, dñs & electo illi propriū corp̄. Accipe inquit hoc dñe chare meus, quia merces tua apud me magna est nimis. Deniq; sanctus Martinus altanti dixit diabolo: Recede a me funeste, nihil in me repētes. Abrahāz me sinūs uice

Hebr. 12.

2. Mach. 9

Prote. 1.

Exod. 9.

Rom. 9:

Matt. 26.

Luc. 22.

Marc. 14.

Ibidem

Johan. 5:

Ful. 10.

Dionysius
Areopagita.
S. Martinus

DE PARTICVLARI JV DICIO SINGVLORVM

54

piet. Conformater sanctus pater noster Hugo Linconiensis ep̄scopus, positus in extremitate differunt Nō erit iudicij, sed refrigerij dies cū defunctus fuero ego. Ad illud quod de Esau obiecisti, dicē dum q; uerba Ap̄stoli intelligēt ad literā, quantū ad hoc q; Esau nō inuenit p̄nī locū, ita ut possit recuperare ius primogeniturae quam uenēdīt fratri suo: si tamē postea p̄nituit uera de suis peccatis, uenia est adeptus. Coiter tamē tenetur, q; ad finalem p̄nī non puenit. lachrymæ quoq; ipsiū non fluxerūt ex uera cōtritione, sed magis ex impatiētia & indignatione aduersus Iacob, ut Haymo scribit, uel ex dolore amissiōnis paternæ bñdictionis, quātum ad temporalē prosperitatē, quam magis q; aeternā felicitatem amauit. Similiter ad instantiā illam de Antiochō factam, dicē dum q; callidissimum ac sceleratissimum ille ex p̄senti dolore sibi inflicto & timore malorū supplicij, atq; ex deſiderio recuperādæ in columnatis, nō aliquo iustitiae zelo aut uirtutum amore p̄nituit. Idem dicēdū ad uerba Salomonis quæ tetigisti. Ad ea quæ de p̄nūtiatione facta Pha raoni adducta sunt, respōdet Gulielmus Antisiodorensis in secunda parte Summae sue, qd̄ dum deus alicui p̄dicti suam culpā aut condemnationē, intelligēndū est dictum hoc es se sub cōditione, uidelicet nisi p̄nituerit aut cauerit sibi. Nec deus hoc p̄rēdicit ad certificandū aliquē de sua culpa aut cōdemnatione, quia sic ei precluderet uis salutis. Per quod patet responſio ad obiecta de sacratissimo Petruꝝ & nequissimo Iuda. Ad id quod tacitū est, qd̄ non credētes iuriū iudicati sunt, responde uerba illa sic esse intelligēda, qd̄ sententia de eis in coiunctu data est & sub conditione, uidelicet nisi cōuerterit ad fidē, & qm̄ habent in se manifestā causā damnationis, cū sint ab q; fidei fundamento, nec aliquid boni meritoris habeat sibi admixtū, unde nec iudicio disceptationis sunt iudicāti. Veruntamen loquendo de iudicio retributionis, iudicātur sigillatim in morte quantū ad animam: generaliter quoq; in dñe nouissimo, quo ad corpus & animam. Nam & deus iustus ac sanctus p̄fugit eis mensuram p̄cenag; iuxta mensuram exigētiamq; culpāꝝ. Non enim omnes eque iniuriantur. Itaq; & eis ad memoriam reuocātur ac deluper ostēdūt uniuersa eoz peccata, ut sciānt se iuste damnari, nec rationabiliter cōqueri queant. Præterea, ad id quod obiectisti de resuscitatis, cōcorditer dicūt doctores, quod in mortali culpa defuncti & resuscitati, nō fuērunt à iudice summo oīa p̄ficiētē finalē & absoluū iudicium, interim tamē fuerunt adiudicati tormētū ad tempus. Ad ultimum respondēdū, quod qm̄ ille defunctus uicib; interpolatū apparet & narratū se esse accusati, iudicati & condēnati, tñ oīa illa potuerūt simul esse pac̄ta. Tribus q̄ppe apparet uicib; ut plures cōfuerēt & miraculū tanto celebrius redderetur, ac fructus copiosior sequeretur. Vē deus dispensatione speciāli ac rationabilē suspēdit damnationis illius iudiciale sententiam ob causas p̄tactas. Quamuis enim de lege communi fiat singulorum particulaire iudicium statim (ut dictum est) post animarū ad corpore exitum, nihilominus certis ex causis potest omnipotens alter agere de quibusdam, differendo de eis sententiam. FRA. Non solum ad obiecta ac luceide ac rationabiliter respōdisti, sed etiā ex iam p̄tactis aduerto, quid de infidelis generali ac particulari iudicio sit tenendum. Atra men opto agnoscere, an etiam angelī sancti astēt in fidelium animabus dum iudicantur: & uiderit quod non, quoniam anima illa nō boni defuerit secum nec possunt iuuari. Nam & Apostolus loquitur: Omne quod non est ex fide, peccatum est. DIO. Apud Daniellē legitur, quemadmodum Gabriel angelus dixit ad Daniellē: Princeps Persarū restitut mihi uiginti & uno diebus. Quod sanctus Gr̄gorius & Thomas ac alij multi exponunt de angelo sancto, qui p̄fuit toti genti Persarū, q; an gelus fuit de tertio ordine, utputa Principatum choro, sicut & Michael qui p̄fuit tunc synagogæ. Quemadmodum ergo angelus ille coram deo defendit pro posse causam plēbis Persarū sibi cōmissā, quamuis gens illa fuit idololatra, sic forsan quis opinari potest quod angeli sancti custodes infidelium singulorum comitentur animas sibi cōmissas usq; ad dei iudicium, quatenus à dæmonum accusatione eas quantum queant releuēti uel excusent, & bona ex genere quæ egerunt in corpore, pro ip̄s allegent. Quamuis etenim infideles nō meritorū operentur, agunt tamē aliquā bona ex genere, p̄fertim qui unus ueri dei qualecumque extant cultores, ut subueniendo pauperibus, honorando parentes, deum laudando: & talia forsan ualent eis ex infinita misericordia dei, ad suarū mitigationē aut mitigationē p̄cenarū. Veruntamen, quicquid agunt propter finem quem in sua perfidia p̄stolantur, peccatum cōfetur, ut si Saracenus eleemosynā latigiarur, quatenus tādem in paradiſo terrestri carnis uoluptatibus p̄fuerat, prout in Alio

Rom. 14:
Dan. 10:

Danie. 13:

cho

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

Roman. 14.10. Dan. 10. Job. 1:5. Rom. 16.16.

chorano promittitur. Hinc quod ait Apostolus, Omne quod non est ex fide, peccatum est, ita exponitur: Omne quod est contrarium fidei, culpa est. FRA. Verbum illud ex Danieli iam allegatum, princeps Persarum restituit mihi, putabam de angelo malo seu demone intelligentem. Quomodo enim inter sanctos angelos potest pugna aut resistentia esse, cum scriptum sit, potestas & terror apud deum est, qui facit concordiam in sublimibus suis? DIO. Quamuis quæstio ista non multum sit speculationis praesens, tamen breuiter respondebo. Atque id factorem, quod & sanctus Hieronymus super Danihel, autoritatem illam exponit de angelom malo, opinatur tamen & sobrie, non assertive. Aptius tamen uidetur exponenda de angelo bono, quo natus angelus ille non potuisse tot diebus resistere Gabrielis, nisi iusta causam aliquam habuisset & iustam habuit causam, potuisse resistentia illa fieri per angelum bonum. Itaque iuxta expositionem Gregorij, cum inscrutabilia sint diuina iudicia, eosque profunditate non intelligunt angelii sancti, nisi inquitum eis diuinus reuelatur: idcirco non semper agnoscunt quid unicuique plebi aut homini debeat secundum dispositionem atque iudicium dei, quodque eis desuper reuelat. In diversis autem gentibus sepe sunt diuersa merita & demerita, propter quae una debeat alterius badi vel ab eius dominio liberari. Quilibet vero angelus merita plebis deputatae suæ custodiae, ad diuinæ iustitiae examen ac iudicium referit: sicque angelorum sanctorum mutua pugna nil aliud est, nisi relations & allegations contrariae & meritorum plebis eis creditur, dum unus angelus sanctus allegat pro plebe sua aliquia bona, & angelus alius pro gente sibi commissa allegat meliora quae potest. Nihilominus inter angelos sanctos uera concordia est, nulla dissensio, quoniam dei sententiam unanimiter praestolantur: & quicquid iudicauerit deus, concorditer volunt & approbant. FRA. An siquid est homo haber duos angelos, unum in custode, aliud in tentatore, sic quilibet gens habeat angelum unum bonum pro communis custode, & aliud malum pro generali impugnatore? DIO. Hoc ex uestibis Hieronymi, Bedae, Alberti, Thomae & aliorum manifeste habetur, sed non nimum euagetur.

Articulus VIII. Responsio ad autoritates, quibus aliqui probare conati sunt, quod animæ iudicentur a Christo ante eum egrediantur a corpore. FRA.

Apocal. 1. Iohann. 19. Zachari. 12. Iohann. 19. Apoc. 1. Zec. 12. Apoc. 2. Iohann. 12.

Quia hucusque probasti quod a iudicatur finita haec uita, restat ut ad autoritates alterius positionis respondeas. DIO. Ad primam illam autoritatem, Videbunt in quem pupugerunt, dicendum quod ad literam loquitur de Iudeis qui Christi crucifixionem procuraverunt, & de Pilato ac eius ministris qui impluerunt. Vnde ad hunc sensum allegatur ista autoritas a Iohanne qui dicit: Videbunt in quem transfixerunt. Similiter in Apocalypsi, ubi legitur: Videbit eum ois oculus & qui eum pupugerunt. Sicque Augustinus, Beda, Albertus & alii, ea exponunt. Loquitur quoque autoritas ista ad literam de finali & generali iudicio. Siquidem in Apocalypsi immediate ante haec uerba præmittit: Et ecce uenit cum nubibus &c. & hoc dicunt ibi expostores. Sumptra est quoque ista autoritas ex Zacharia propheta, ubi legitur: Asperient ad me quæ confixerunt. Secunda autoritas, ut puta, Vsq; ad die adventus domini nostri Iesu Christi, habetur in prima ad Thessalonici censes, & in Glossa exponitur, usque ad finem uitæ presentis. Sic etiæ Gorra exponit. Veruntamen confidendum est, quod Christus ueniat ad quemlibet mortuentem, non quod ad singulos post mortaliter ueniat & descendat, sed quod effectum fuerit pietatis seu & quætitatis uenire assertur, uisitando atque iudicium exercendo, quæadmodum in Apocalypsi communiqueretur quibusdam. Alioquin ueniat ad te tanquam, & ueniam tibi cito. Sic etiæ potest exponi quod dicit dominus de Iohanne: Sic eum uolo manere, i.e. in hac uita expectare ac pseuerare, & in uita contemplativa quiescere, donec ueniā tempore mortis sua, eum ad me gratiose vocando & assumendo. Deinde, quāvis Christus uisibiliter apparuerit Iohanni apostolo, & eum de beatitudine sua ad securauerit ante obitum eius, ex hoc non sequitur quod alii omnibus ita appareat: quia ut sanctus Augustinus exponit, quod Christus uoluit Iohannem ita manere donec ueniret, sicut priuilegium speciale. Priuilegium autem dicitur quasi lex priuata, ut Gratianus fatetur. Idcirco ex hoc non sequitur lex communis.

Articulus IX. Declaratio ex Reuelationibus sanctæ Brigitæ uiduae, quod animæ iudicantur post egressum a suis corporibus.

Ibri quarti capitulo septimo celesti reuelationum sanctæ Brigitæ narratur, qualiter in imaginaria apparitione uidebatur ipsa Brigitæ in oratione uigilanti, non dormienti, quod deamon clamauit ad iudicem summum de anima cuiusdam peccatoris, adhuc in corpore existentis & protinus exituræ: O iudex, adiudica mihi hanc ani-

DE PARTICVLARI JVDCIO SINGVLORVM.

541

animam & audi opera eius. Modicum enim restat de uita ipsius in corpore. Permitte etiam mihi punire corpus cum anima, donec ab invicem separantur, ad quod angelus bonus animæ custos respondit: Misericordia dei quamlibet animam sequitur usque ad mortem & usque ad ultimum punctum uitæ, & postea fit iudicium. In isto autem adhuc continua sunt corpus et anima, & manet discretio. Deinde in uisione illa describitur, qualiter anima illa precibus uirginis gloriose & amicorum dei accepta à deo gratiam uerae contritionis ante suam à corpore egressionem. Propter quod angelus sanctus dixit ad Brigittam: Tu prius audisti quod proper preces amicorum dei illa obtinuit ueram contritionem ex charitate modicum ante mortem, quæ contritio separavit eam ab inferno. Ideo post mortem iudicavit iustitia quod ardere debeat in purgatorio. Multa alia in uisione hac describuntur, sed ex his patet propositum. Præterea, in alia uisione in eodem legitur libro, quem admodum de anima coram deo grauissime accusata angelus eius dixit: Audi o iudex qui omnia nosti, audi ultimam cogitationem & affectionem quam anima ista habebat in corpore. Ipsa quippe in ultimo puncto sic cogitauit: O si deus uellet mihi dare spatium uite, uellem utique libenter emendare mea peccata, omni que tempore uita mea deo seruire, nec eum unquam offendere. Memento etiam domine iudex, quod persona ista non uixit tam diu, quod obtineret plene intelligibilem conscientiam. Ideo iuuentutem eius attende & facito misericordiam. Tunc responsum est de libro iustitiae: Talibus cogitationibus in fine non debetur infernus. Et ait tunc iudex: Propter passione meam aperietur huic animæ ccelum, quum fuerit sufficiens purgata. Insuper, septimo libro Reuelationum beatæ uirginis Brigitæ recitat diffuse, qualiter beatissima uirgo anima Caroli militis filii sanctæ Brigitæ de corpore exeunte defendit, atque ad obtinendum æternam felicitatem adiuuit, in qua uisione misericordissima uirgo inter cetera ait: Statim dum egressa fuit à corpore anima, acceperit eam in meam custodiā. Deinde dixit ad Brigittam: Qualiter post mortem ipsius Caroli filii tu factum est iudicium animæ eius, ostenderet tibi quum mihi placuerit. Porro diabolus aduersus sacratissimam uirginem exclamauit: Ego o iudex coram te conqueror, quod mulier ista que est mater tua, fecit mihi iniuriam de anima ista. Nam ego secundum iniuriam postquam egressa fuit de corpore, debui mihi eam assumere & ante tuum iudicium presentare. Amplius, sexto Reuelationum illarum libro describitur, qualiter deamon animam cuiusdam defuncti coram deo acerrime accusauit, quia putauit eam in mortali peccato emigrasse de corpore suo. uirgo autem dulcissima gratiose accedit atque subueniens, dixit iniquo: Praecipio tibi diabolo, ut mihi respondeas quoniam dominâ tua sum. Dic mihi, scis tu uniuersas hominis cogitationes? Et respondentे illo quod non, benignissima uirgo ostendit quod anima illa in fine uita suæ uehementer penituit quod item nullus est tam immensus peccator, aut tam aetus a deo, quod non posset penitire & ueniam consequi qui quandiu uiuit in mundo. Ex quibus omnibus multisq; aliis visionibus, uestibus ac reuelationibus in præallegato libro descriptis, monstratur, quod animæ post recessum a corpore iudicantur, & quod iudicium talia fiat inuisibiliter in mometo, quanvis per corporalia prolixæ ac similitudinariae exprimantur ac reuelentur, quoniam aliter ab hominibus in carne degeneribus nequeunt comprehendendi.

Articulus IX. Confirmatio prædictorum ex his quæ in libro de obitu sancti Hieronymi recitantur.

DIO.

Refert (ut creditur) sanctus Cyrillus Hierosolymitanus episcopus, quemadmodum defuncto glorioso Hieronymo, quædam inter Graecos orat sit heresis, negans purgatorium esse, & asserens animas sanctorum ac electorum tantum futuram generalem resurrectionem non posse ad beatificam deitatem pertinere uisionem, nec animas impiorum interim sensibilem pati penitentiam. Ad cuius impensis haeresis extinctionem sanctus Hieronymus tunc defunctus, procurauit à CHRISTO tres mortuos suscitari, qui refuscitati, retulerunt uniuersis qui aderant, supplicia purgatoriū ac inferni atque sanctorum gaudia animarum. Cumque beatus Cyrus ad unum trium illorum acerbissime & inconsolabiliter lachrymantem uenisset, interrogauit eundem obnonit, ut sibi referret quid circa se gestum extitit hora mortis. At ille: Adueniente, inquit, ex ictu mei hora, tanta immundorum spirituum affuit multitudo in loco quo iacui, ut præ mul-

Yy

Exempli ex
Reuelationi
bus sanctæ
Erigitæ.

Aliud ex
plum.

Aliud

Aliud.

Exempli ex
Cytilla.

Tres mortui
refuscitati in
tercedente Hi-
eronymo iā
tū defunctos.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

titudine dinumerari non possent: quorum forma fuerat talis, quod ea nil paenitius, nūl formidabilius potest excogitari. Potius namque quilibet hominum flammis ardentes exponeret se arsurum, quām in ictu oculi posse fuisse visione formae eorum. Tandem apparente gloriose Hieronymo aufugerunt, & iubente eodem anima mea recessit à corpore tam grā uiter & acerbe, quād certe quantæ fuerunt illæ angustiæ & pressuræ, non caperet humana mens, nisi ut ego per experientiam dicissem. Itaque anima mea cum tam ineffabilibus pœnis atque doloribus separata, subito in ictu oculi fuit ante dei iudicantis presentiam in effabiliter deportata: sed qualiter, non agnosco. Nec inde mireris, quia nunc carnis aggrauor mole, tunc autem anima fuit sine carne. Vniuersa & singula peccata nostra iudicii clarissime patuerunt, imo & cunctis astribus. Dæmonum quoque astutis multitudine accusans locum, modum, tempus, numerum, que mearum declarans culparum, & contradicere non ualebam. Heu quid dicam, qualem præstolabor sententiam? Quū igitur nūl restaret nisi damnationis sententiam promulgari, gloriosus Hieronymus impetravit à iudice nostram differi sententiam. Deinde me & duos mecum refusciatos assūlum, ostendit nobis locum & beatitudinem animarum sanctorum: deinde ad infernum et purgatorium nos deducens, non solum quæ ibi gerebantur ostendit, sed etiam uoluit ut ea experiemur. Quibus peractis, iussit ut rediremus ad corpora, & ea quæ uidimus ac sustinuimus, alijs denuntiaremus, sic que animæ nostræ nostris corporibus subito sunt coniunctæ. Insuper inter miracula sancti Hieronymi legitur, quod quidam Andreas nomine Cardinalis, quem esset defunctus & iudicii præsentatus, fuerat aternis suppliciis deputandus ob suam in uestimentis & cibis ac potibus superfluitatem, nisi gloriosus Hieronymus subuenisset, qui meritis suis ac precibus impetravit à iudice animam illius restitui corpori, sic ergo anima illa fuit in ictu oculi corpori restituta.

Miraculū ex uita Hieronymi.

Præterea in uita sancti narratur Martini, qualiter ipse magnus sanctus Martinus quendam qui seipsum suspendebat laqueo, sulcavat à mortuis, & alium quendam catechumenum, qui nondum consecutus fuit baptismum. Qui refuscitatus, saepe retulit qualiter anima sua à corpore separata, fuit à iudice locis tenebrosis adiudicata: quod cum à malignis duceretur spiritibus, duo angeli iudicis suggesterunt hunc esse pro quo sanctus oraret Martinus: quo auditio, precibus tantipontificis redditia est anima illa ad corpus. Amplius, in Vita Christinae mirabilis, quam de scriptis uenerabilis uir qui & librum Apum compositus, ipsamet admirabilis uirgo Christina narrauit, qualiter anima sua exuta à corpore ac iudicii præsentata, fuit ab eo benigne recepta. Cum' que & pœnas inferni purgatoriū que uidisset, data est optio ei manere cum CHRISTO, uel redire ad corpus & diuersa pati supplicia pro liberatione animarum in purgatorio detentarum: quæ cum ex ardentissima charitate & pietate petisset ad corpus reuerti, repente reuixit. Et breuiter, huiusmodi quasi innumerablem leguntur miracula, in quibus refuscitati testi sunt se post recessum à corpore fuisse iudicii præsentatos ac iudicatos. Nec recolo me de aliquo refuscitato legiſte, quād dixerit se iudicatum, anima sua ad huc in corpore existente. FRA. Sufficienter (ut reor) istud per exempla monstratum est.

Exemplū ex uita S. Martini.

Precor autem ut exprimas quid æstimis sentendum de hoc, quod (ut prædictum est) Innocentius scribit in libro de miseria conditionis humanae, CHRISTVM in cruce positum unicuique fideliū apparere ante exitum animæ suæ de corpore, bonis ad consolationē, malis ad confusione.

Articulus XI. An CHRISTVS quæsi in cruce positus appareat singulis ante mortem.

DIO.

Deinceps nihil temere diffinire.

Quid necesse est incaute & temere diffinire, quod absque periculo ignoratur: tam quoniam prouide sciscitaris quid æstimem, non quid affirmit super hoc sentendum, seu potius opinandum, tangam breuiter quod occurrit. Porro que fidei sunt & naturalem rationem prorsus transcendunt, probari possunt uel per miracula, aut per scripturas seu per determinationem ecclesiæ, deinde etiam per doctores authenticos, præsertim si communiter atq; concorditer dicunt qd tale. Autoritates uero ad hū dicti probationē inductæ, satis solutæ supra cap. 7. quo patuit, q; autoritates ille à doctoribus ad literam aliter exponuntur communiter. Dicitū est quoq; q; doctores & sancti patres non uidetur concurrere in huius rei assertione seu opinione. In luper, cū mul ti ualde sint refuscitati à morte, qui & exposuerunt uiuentibus quæ eis in morte & ante

&

DE PARTICVLARI IUDICIO SINGVLORVM.

542

& poste a contigerunt, non tamen recolo me legiſte aut audiuitis de aliquo tali refuscitato, quād dixerit se habuisse talem CHRISTI apparitionem tempore mortis. Sed non est an bigendum quin multi sancti utriusque sexus, tam martyres quam confessores, ex specie illi beneficio pietatis diuinæ & proper merita sua, CHRISTVM ante obitum consipe xeruntre quibus tamen non legitur, quād apparetur eis tanquam in cruce distet. Denique, à sequentibus illam Innocentij positionem ester querendum, quali uisio uideat omnes CHRISTVM ante obitum suum, an scilicet uisio corporali & exteriō, an uisio ne-imaginaria, an solum intellectuali: & circa hoc multa occurrerent inquirendā, an etiam CHRISTVS in propria persona illis appareat, & qualiter species illa crucifixi existat in ipso, an ministerio angelii formetur in uisio imaginaria huiusmodi forma CHRISTI rali-ter repræsentativa. Verum de istamateria tutius arbitrio ptransire, quām pro incertis cer-ta inscrere. FRA. Quia iam satis locutus es de particuliari singulorum iudicio, & ubi ac qua liter fiat, iam cupio ut respondere non abnuas ad dubitationes & quæstiones, quæ mihi cit ca prætactam occurruunt materiam. DIONY. Quantum domino concedente potero, repondebo.

Articulus XII. Utrum horum iudiciorum duorum uideatur magis horribile ac timendum, particolare ne an generale.

DIO.

De utroque uerificatur quod scribit Apostolus: Horrendum est incidere in manus dei uiuentis. Porro particolare iudicium quantum ad aliqua, potest horribilis reputari utrum quia propinquius iniminet, unde et Iacobus ait apostolis, Ecce iudeante ianuam assitit: tum quia pericula singularia ac propria solent amplius formidari quām generalia atque communia: tum quoniam qui in particuliari suo iudicio sententiam damnationis euaserit, in iudicio illo generali erit securus. Veruntamē absolute loquendo, uidetur generale illud iudicium formidabilius esse, ob multa quæ quis que faciliter potest perpendere: quoniam coram uiuenteris rationabilibus ac intellectualibus creaturis agetur, singulorum quæ uitia singulis innotescunt: & tam iudex quām ange li tunc uisibiliter apparebunt, stabit: quod niundus in igne conflagrationis: & reprobi qui nunc quantum ad animam inferno adiudicantur, tunic quo ad corpus & animam damnabuntur, tartareum quoque chaos patebit. Hinc sancti patres de terribilitate illius iudicij & copiosius sunt loquuti. Vtrunque tamen ineffabiliter est terrible ac paucendum: Primo ex parte iudicis summi, cuius omnipotētia nullus potest resistere, cuius sapientiam nil ualet latere, cuius iustitia tunc flecti nequit, qui & reprobis iratus ac terribilissimus apparebit. Secundo ex parte iudicandorum, qui comparatione iudicis tanti nullius extant momenti, neque tunc poterunt appellare, nec ullo se modo poterunt excusare, imo & accusabuntur acerrime. Tertio ex parte sententiæ, quæ imp̄iū acutissima & pœnissima erit. Quarto ex parte retributionis, quæ in generali iudicio erit uel infernalis damnatio, aut semperitaria salutatio. Quinto ex parte circumstantium ipsum iudicium, quoniam particu late iudicium in praesentia fit multorum, generale autem in conspicuū uiuenterum, elementis ardentibus, circumstantibus angelis, in & omnibus sanctis. Si metuendum est iudicium creaturæ mortalis, quām expauendum est iudicium dei omnipotentis: Si sententia temporalis mortis est formidanda, quām formidolosa est aeternæ damnationis sententia: Si confusibile est & pœnale coram paucis hominibus increpare & secretorum uitiorum denudationem audire, quām confusibile summum penalissimum consisteret, coram uiuentis & singulis angelis sanctis ciuibusq; supernis atque dæmonibus ac cunctis hominibus manifestari de omni peccato, quantulibet paruo & magno, scđo & turpi, enormi ac erubescendo. FRA. Mirum quād ista non magis ueremur. DIO. si ea debite & circumstantio, naliiter ac frequenter consideraremus, ea utique penetratio horrore metuere remus. Affectiones namque, ut timor, amor, spes, desiderium, ex prætua aliqua, apprehensione cognitiva nascuntur, quum obiectum appetitus sit bonum cognitum. FRAT. De terribilitate utriusque iudicij plentius aliquid tangere, si placet. DIO. De terribilitate finalis iudicij alibi fatis multa legisti, ac plurima aliunde audisti. Porro de horribilitate particuliari iudicij, de quo in isto opusculo principalis ac specialis est mentio, aliqua tangam. FRA. Nihilominus aliquid precor tangere & de generali terrorē iudicij, ut ea tanto tenacius commendem me morię, quanto specialius propter me aut mei occasione commemorantur. DIO. Præter & ultra prædicta quæ illud iudicium tam metuendissimum reddunt, id quoq; nos debet inducere ad intensum eius timorem, quād uiri eximiæ sanctitatis, ut diuinissimus Di-

Yyy 2 69

Gene. 50:
Iudith. 16:
Iuli. 47

Hebr. 10:

Iacob. 5:

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

onyfus gloriōsus Hieronymus, illuminatus Gregorius, alij' que innumerabiles uiri virtutum illud tam formidolose atque assidue expauerunt. Ait quippe Hieronymus: Quoties diem illum confidero, toto corpore contremisco. Siue etenim comedo, siue bibo, siue aliud aliquid facio, semper uidetur mihi tuba illa terribilis in sonare auribus meis. Surge mortui, uenite ad iudicium. Iudicaturo equidem domino, lugubre mundus immugiet, & tribus ad tribunal pectora feriet. Hinc quoq; Gregorius: Præsentis, inq; temporis ita est agenda letitia, ut nunquam amaritudo sequentia iudicij recedat à memoria. Sic nanque omnipotens deus uias nostras considerat & cunctos gressus nostros dinumerat, ut nec in minimis cogitationes, nec minutissima uerba quæ apud nos uiserunt, in eius iudicio indiscutib; per manent. Tunc plane, ut deuotus & subtilis ille Anselmus ait, à dextris erunt peccata accusantia, à sinistris infinita dæmonum turba, subitus horrendum chaos inferni, superius iudicatus, foris mundus ardens, intus conscientia urens. Ibi uix iustus saluabitur. Heu misericordia peccator si deprehensus quod fugierit! Latere erit impossibile, apparet intolerabile. In sup; sanctus dei propheta Daniel, cum angelum in forma quadam uisibili conspexisset, ut ipse scribit, dixit: Domine, in uisione tua dissoluta sunt compages meæ, & nihil in me remansit uirium, sed & halitus meus intercluditur & enarcui. Si tantum perterritus, consternatus, deiectus fuit uir iustus ex unius intuitu angeli apparentis in forma terribili, qualiter in die nouissimo terrebuntur & affigentur reprobū & iniqui, tam innumerabilia angelorum iniuria intuendo, quæ eis in forma premetuenda tunc apparebūt? Tunc etenim non solum orbis terrarum, sed & politia tota celorum pugnabit pro suo creatore contra insensatos ac reprobus. FRA. Non inutiliter postulauit hæc tangit, quorum aliqua non dum considerauit, nempe si tam metuendus & afflictius erit inquis angelorum aspectus, quam intolerabile ipsis erit iudicem ipsum, cui tam ingratuerunt, conspicere, sed & demonum qui tunc (ut credo) uisibiliter apparebunt, si pectus erit impensis inestimabiliter gravis. Sed cum Iohannes dicat a postolus, Timor non est in charitate, sed perfecta charitas forsitan mittit timorem, quomodo uerum est quod uirtus in charitate tam eminenter perfecti, ea tenus illud timuerunt iudicium¹ DIO. Quemadmodum perfecta charitas foras mittit & expellit timorem seruilem, sic parit timorem filialem. FRA. Timor filialis directe respicit malum culpæ, quemadmodum timor seruili malum poena. Timor autem iudicij est timor mali penalis, non mali culpabilis filiali ergo timore non timuerunt illud iudicium. DIO. Sicut timor seruili directe & immediate concernit malum penale, id est supplicium, atq; ex consequente & secundario malum culpæ, hoc est peccatum, in quantum pro peccato infligitur poena, sic timor filialis directe & immediate concernit malum culpe, quæ fugit & abominatur ex divino amore, ne separetur à deo: ex consequente aut & secundario, potest respicere malum peccati secundū quod poena culpi cōcomitat, nec simul cū plena dilectione fruituia & amorosa p̄senteria stare potest. Et qd miraris si uiri pfecti in isto exilio illud formident iudicij, cum & tunc coeloz Virtutes atq; angelicæ p̄tates mouendæ sint, motu utiq; reuerberant timoris & admirationis cuiusdam ingentis merito, iijū unus sancto locutus est patrū: Si possibile esset alias exire de corpore præ timore, in dei aduentu ois mundus morerer præ formidine & horrore. Quale em est celos scislos uidere & dei reuelatu cum ira & indignatione, atq; innumerabiles angelos & militias & totū simili genus humanū intendere? Propter qd uiuere sic debemus, tanq; de singulis motib; n̄ficationē datur. FRA. Copiose de isto distinxisti si non grauat, expone qualiter celi tūc scissi erunt. DIO. Nō necesse est opinari, q; celi q; eminēt elemēt, substatialiter tunc scindēt, sed secundū apparentia quandā, ita q; hiatus qdā & uelut actiones apparebūt in eis ex fulgureis gloriam luminibus seu coruscationibus, quæ erūt in celo aereo, quēadmodū & tempore fulgurationis aliqualiter cernimus. Nā & in euangeliō celi leguntur dñō baptizato apti. FRA. Iam iuxta promissum, de terribilitate particularis iudicij placeat loqui.

Articulus xliii. Quām metuendum sit particolare iudicium.
Sicut iam tacitū est, particolare uniuscuiusq; iudicium ex multis causis redditur metuendum, sicut & uniuersale iudicium & præferrim qm̄ si in particuli iudicij fuerimus dephensi in p̄ctō mortali, nō solū tūc quantum ad aliam adiudicabimur poenis eternis, sed in finali qdī iudicij qd ad corpus & aliam condemnabimur in æternū. Hinc sancti patres ex confederatione sui particularis iudicij proxime imminētis ualde pertinerūt. Vnde & sancti abbas Helias: Ego inq; tres restimeo. Vnā, q; egressura ē alia mea de corpore scđam, qn̄ occursum sum deo: tertia, quādo de me proficeret sententia. Alius q;

DE PARTICVLARI IUDICIO SINGVLORVM

543

que senex locutus est fratrib; Vade & cogita sicut cogitant rei in carcere. Ipsi enim interrogant homines, Vbi est iudex? quando ueniet? & suarum expectatione pœnarum lugent. Sic monachus debet semper sollicitus esse & animam suam obiurgare, dicēdo vae mihi, quod modo habeo stare ante tribunal Christi & auctum meorum reddere rationem. Et alteri in omni (inquit) re increpant homo animam suam, dicēdo ad eam: Memor esto quia oportet te occurrere deo. Sed & alius senex dixit: Flere semper debemus. Cum enim senex quidā obiser, atq; post longam horā redisset ad se, interrogauimus eum: Quid uidiisti ibi pater? Respondit cū lachrymis: Audiui ibi lugubrū uocem incessanter dicentem: Vae mihi, vae mihi. Sic & nos dicere semper debemus. Præterea Climonachus referit de quodam sancto anachoreta, qd ex intenta atq; assida mortis meditatione frequenter patiebatur a fratrib; qui eū inueniebant. FRA. Cum dicat Apostolus, Cupio dissoluī & esse cum Christo, itemq; Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? psalmograph⁹ quoq; Situit anima mea ad deum fortē uitium, quando ueniam & apparebo ante faciem dei, & denio, Heu mihi quia incolatus meus prolongatus es, & Educ domine de carcere animam meam ad confitendum nomini tuo, conforta quod per sectorum sit mortem potius defiderat quā formidare. Quomodo igitur sancti uiri mortem taliter timuerant? DIO. Naturale est homini mortalitatem timere, quemadmodum naturale est uitam diligere: sed uigor gratiae charitatisq; fervor ac futuræ prælibitatis felicitatis sic possunt augeri ac prædominari in homine, ut mortem tanquam huius miseræ defectuæ que uitæ terminum atque futuræ beatitudinis ianuam opert. Verum ut loquitur Paulus apostolus, Vnusquisque suum donum habet à domino. Et unus electorū magis in hac, alter magis in illa abundat uirtute & gratia. Propter quod de unoquoq; sancto cantatur: Non est inuentus similis illi. Quidam ergo electi qui elegerunt coram deo iugiter esse loliciti, timorati, custodiati, mortem quamplurimum timuerunt, non propter ipsam corporalem mortem principaliter aut dunitaxat, sed maxime propter particulare dei iudicium morti statim annexum, & propter pœnaliam quæ concomitant, & quoniam certi non erant an amore digni inuenientur, & an cursum suum feliciter terminarent, & quia circa mortis articulum contingere solent tentationes grauis simae. Nempe & si teste Philosopho, omnium terribilium terribilissimum est mors, loquendo de malis pœnaliis uita p̄fessis, nihilominus praetacta horribilia morti annexa & eam concomitantia, omni morte corporali sunt ineffabiliter terribilia. Vnde et multi ex eo quod talia uel uiderunt in spiritu & excessu, aut susinuerunt ad tempus, reuersi ad se seu ad pristinam uitam, pœnitentiam egerunt mirabilem, & rigorosissime ac timoratissime deinceps uixerunt. FRA. De hoc aliqua refer exempla, quia exemplaris narratio magis solet edificare, compūgere atque accendere. DIO. Recitat Climonachus de solitario quodam eremita, qui iuxta montem Sinai longo tempore negligenter uixit qui quodam tempore infirmatus extreme, migravit perfecte à corpore quasi per integrum horam, deinde reuersus ad se, rogauit omnes qui astabant recedere. Quo facto, ianuam cellule sue obstruens, mansit intus per annos duodecim, cum nullo penitus colloquium habens, nec alii uidunt panem gustans & aquam, sed it stupens ad ea quæ uidit in extasi, morem suum de cetero nunquam mutans, & calidas lachrymas iugiter fundens. A quo cum migratus erat, hoc solum audiuius: Indulgere mihi fratres. Nemo habens mortis memoriā poterit peccare. Ecce quām horribilia uidit in spiritu, qui repente tam extreme mutatus est. Insuper legitur de quodam ordinis Cisterciensis conuerso, in quodam magno peccato defuncto, & precibus gloriosissimæ uirginis ad corpus reducto: qui resuscitatus, narrauit se grauiter coram iudice accusatum: & orante pro eo dulcissima uirgine, iudicem cū aliquibus contulisse secrete, quasi tractando quid de ipso esset agendum, legez interim tam uehementissime timuisse, quod si anima sua fuisset mons erreus, defluxisset & liquefactus fuisset præ immensitate uiri terroris. Postremo, de beatissimis patribus Arsenio & Agathone in Vitaspatrii descriptis, quod in extremis positi ualde extinxerunt occulta & iusta dei iudicia. Dixitq; unus: Non præsumo quod vereor, quoniam alia sunt iudicia dei & alia iudicia hominum. Arsenius quoq; à discipulis inquisitus, In ueritate & tu d pater formidas, respondit: Timor qui nunc in me est, semper fuit in me ab ea hora quæ monachus factus sum, & timeo ualde. FRA. Si tales ac tanti sic timuerunt, quid restat nobis agendum? Sed precor ut de supplicijs animarum post uitam hanc paulisp loquaris. DIO. De pœnis purgatorijs & inferni tot alibi sæpe legisti, ut opus non sit hinc in isto tractare dialogo. FRA:

Philipp. 1.
Rom. 5.
Psal. 41
Psal. 119
Psal. 141

1. Cor. 2.
Ecclesiast. 44

Ecclesiast. 9.

Exemplū ex
Climacho

Aliud exemplū

Exemplū ex
Vitaspatrii

Yyy 3 Ex

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

Ex speciali causa istud desidero. Intendo equidem adhuc interrogare qualiter intelligentia sunt quædam, quæ in diuersis uisionibus, revelationibus & libellis, im̄d & libris de hismodi penitentia leguntur, ad quæ ordinatam & fructuosam inquestitionem ex tuis responsibus & doctrinis cupio peruenire.

Articulus XIII. De poenis purgatorijs.

DIO.

Adtractandum uteque de supplicijs Purgatorijs, primo commemooro quod magister sententiarum libro quarto ex uerbis allegat Augustini dictis: Prius purgandus est igne purgationis, quod in aliud seculum distulit fructum conuerionis. Hic autem ignis & terrenus non sit, tame miro modo est grauis. Excellit enim omnem penam quam unquam passus est aliquis in hac uita. Nunquā in carne inuenta est tanta pena, licet mirabilia passi sint tormenta martyres sancti, & multi nequier magna nimis sustinuerunt supplicia. Præterea de Purgatorijs penis scribit Thomas super quartum: In Purgatorio, inquietus, erit duplex pena: uidelicet damni, in quantum retardantur à uisione diuinæ alia sensus, in quantum ab igne corporali puniuntur. Et quantum ad utrumque, minima pena purgatorijs excedit maximam uitæ præsentis penam. Quanto enim ali quid plus desideratur, tanto eius absentia extat molestior: & quia affectus quo desideratur sumnum bonum, post hanc uitam in animabus sanctis est intensior, quoniam corporis mole non retardatur, et etiam quoniam tempus seu terminus fruendi summo bono iam adueniunt, nisi aliquid impedit, ideo de tardatione maxime dolent. Similiter quum dolor non sit laetio, sed laetioris sensus sue perceptio, tanto plus aliquis dolet de aliquo ligio, quanto est magis laetiorum seu sensituum. Propter quod laetiones quæ fiunt in locis maxime sensitibus maximum causant dolorem. Et quoniam corporis totus sensus fluit ab anima, ideo si in ipsam agat animam aliquid laetior, oportet de necessitate quod maxime affligatur. Hinc utraque pena purgatorijs omnem excedit penam uitæ præsentis.

FAT. Circa hæc oritur mihi timor & quæstio multiplex. DIO. Timor iste est utilis, sed quæstiones curiosæ compunctionem non fount. Ideo idiotæ & simplices ex suo salubri timore frequenter magis proficiunt, quæm qui circa singula quæstionibus implicantur. Sed quoniam quæstiones tuae non ex curiositate, sed ex charitate nascuntur, dubia tua (si placet) propone. FRA. Scientiam ad charitatem esse ordinandum non ex eo, quod in evangelio Iohannis ait saluator loquitur ad patrem: Non feci eis nomen tuum, ut dilectio tua in eis sit. Fatorum tamen quod circa quæstiones superflue occupari, deuotionis sit impedituum. Curiositas uero humana quæstionibus immoderate inuoluitur, sicut & Solomon contestatur: Deus fecit hominem ab initio rectum, & ipse se immiscuit quæstionibus infinitis. Quod si huic supfluitati uacauerit, tuum erit me charitati dirigere. DIO. Audenter quicquid te mouet propone. FRA. Primo oritur quæstio circa id quod asserit conscientia secretorum dei unctissimus Augustinus, penam purgatorijs omnem uitæ presentis penam excedere. Cum enim sint multa peccata quibus in hac uita debetur minor pena quæ sunt quædam penæ uitæ præsentis, cur in purgatorio debetur eis pena tam grandis, omni pena seculi huius intensior? Hoc nanque uidetur diuine contrariati iustificare, cum in Deuteronomio scriptum sit: Secundum modum delicti erit & mensura plagarum. Præterea capere nequeo, qualiter desiderium illud fruendi summo bono propter dilatationem & retardationem fruitionis illius, pariat dolore omni pena seu dolore præsentis uitæ maiorem. Cum enim in anima in purgatorio detenta maneat uirtus patientiae, potest de necessitate facere uirtutem, & dilatationem illam æquanimiter ferre, nec tantum affligere semper ipsam desiderando quod ante tempus statutum adipisci non ualeat. Deinde apparet quod immaterialis incorporalis que spiritus, scilicet anima à corpore separata, tam dire pati & affligi non possit ab igne illo corporeo, à quo (non fallor) nec calefieri potest nec corporaliter transmutari, cum iuxta philosophorum & theologorum doctrinam, quicquid in aliquo recipitur, in eo recipiatur secundum modum ipsum recipientis. Ideo quicquid talis spiritus ab igne recipit, immaterialiter ac spiritualiter uidetur recipere. Infusus in anima separata non est nec remianet tactus, nec alijs sensus corporeus, que est potentia organica. Quod ergo à corporalibus rebus poterit ledi, affligi, sentire aut lesionem proprie: Non uide quod aliter quod spiritualiter & immaterialiter, quod non esset dolorofus omni doloroso seculi huius aut uitæ præsentis. Amplius, si anima separata ideo magis affligitur ab igne, quod alijs in hoc modo, ob hoc quod dignis ille agit in animam ipsum, à qua profluunt omnes corporis sensus, cœquens erit quod animæ in purgatorio existentes grauius affliguntur ab illo, quæmanimæ in

DE PARTICVLARI IVDICIO SINGVLORVM

544

In inferno post resurrectionem futuram: quia tunc animæ condemnatae erunt corporibus reunite, sic pignoris ille non ager in animam immediate. Amplius, non uidetur quod minima pena purgatorijs, loquendo de pena sensus, maior sit omni pena uitæ præsentis, cum multæ sint minutiæ culpe, quibus non uidetur tam intensa pena deberit; & item quia secundum hoc maiores purgatorijs penæ, que pro grauissimis sceleribus contritis, sed per satisfactionem non deletis infliguntur, essent inestimabiliter dure & afflictivæ: & etiam quoniam penæ purgatorijs paulatur (ut creditur) remittuntur ac minuantur. DION. Obiectiones istæ charismatæ frater difficiles sunt, & partim à doctoribus super quartum Sententiarum mouentur. Ideo in sequenti articulo ad eas præ uiribus respondebo.

Articulus XV. Solutio obiectionum præcedentis articuli.

DION.

Deuter. 25.

Adid quod allegasti, quod secundum mensuram delictiorit & plagarum modus, dicendum quod uerum est in eodem statu & ceteris paribus. Status autem animarum in purgatorio & inferno, est alias à statu uitæ præsentis. Ideo peccata ibi gravius puniuntur quæm hic, præsertim quoniam in punitione culparum deus magis aspicit uoluntatem patientis, quæm penam in se. Qui autem in hac uita pro suis peccatis penam assumunt ac sustinent, sponte & libere eas assumunt & sufferunt. Non sic in purgatorio. Hinc super quartum sententiarum distinctione secunda ait Bonaventura, & concordat dominus Alexander de Hales in Summa: Duplex est pena, uidelicet assumpta & inflicta. In pena assumpta non solum complacet deo ordinatio penæ ad culpam, sed etiam ordo & rectitudine uoluntatis penam assumētis. In pena uero inflicta placet deo ordo penæ ad culpam. Quoniam ergo pena penitentium in præsenti est pena assumpta, pena autem existentium in purgatorio est pena inflicta, quia in eis est tempus recipiendi, non promerendi, ideo modica pena in præsenti plus satifacit, & de ea magis contenta est diuina iustitia, quæm de magna in futuro. Hinc quasi improportionabiliter maiorem exigit penam deus in purgatorio, quæm in seculo isto, ut suæ satifaciat iustitiae, cuius exemplum accipi potest in materialibus debitibus. Creditor namque magis acceptat unam marcam auræ, quæ decem marcas argenti. Penæ autem hic sponte aliquam, plus pretiosior est pena purgatorijs, quæm aurum argento. FRATER. Placer respōsio, & ueritas eius defecit, sed dubitatio oriens auget & incitat ad quærendum. Videtur quippe ex ista responso, quod penæ purgatorijs non sit uoluntaria, sed coacta, & per consequens, deo non placita, nec satisfactoria. Quæritur ergo an sit uoluntaria, & uidetur quod in modis, quoniam existentes in purgatorio sine huiusmodi penæ nequeunt beatitudinem adipiscit & rursus, quæ in charitate consistunt & iusti nec deo rebeller. Idcirco quod deus eis iuste inflixit, uoluntarie non inuoluntarie patiuntur. Porro quod inuoluntaria sit, hinc appareat, quoniam cupiunt & precantur liberari ab ea. DIONYSIUS. Ex præhabita responso magis accendi debemus ad faciendum penitentiam, in hac uita condignam & plene satisfactoriam, quæ ad quærendum non necessaria ad salutem. Veruntamen quæstio tua est utilis, ad quam breuiter dico, quod penæ purgatorijs dicitur uoluntaria, non absolute, sed conditionate, quoniam aliter saluari non ualent, quemadmodum æger nulli incidi aut url. Vnde secundum Alexadrum, & idem tangit Bonaventura super quartum: Penæ dicitur uoluntaria tribus modis. Primo, quia à uoluntate imperante assumuntur, & talis est pena penitentialis. Secundo, quia à uoluntate acceptante & quænamiter toleratur, ut est martyrum penæ, quæ in tantum placuit eis, quod ab ea erui noluerit. Tertio, quia à uoluntate tolerante suffertur, sicut dum cupiens sanitatem infirmatur, sustinet quidem infirmitatem tanquam penam diuinitus inflictam, & tamen ab ea liberari procurat: & talis est purgatorijs pena, talisque penæ minus habet de ratione uoluntarij quæm prædicta. FRA. Bona solutio, responde ad alia. DION. Ad id quod dicas comprehendere te non posse, qualiter desiderium seu dilatio beatifice fruitionis gignat maiorem penam in animis purgatorijs deputatis, quæm sit aliqua pena seculi huius, respondeo tibi per uerba Bonaventuræ dicentis, quod cum magister in litera, & multi sancti affirmant penam purgatorijs esse omni penam huius uitæ maiorem, oportet nos ita tenere, etiam si non appareat nobis ratio ad hoc. In huiusmodi enim magis est adherendū autoritatis ronii, quoniam totur illud est potius supra naturam & rationem, quod scdm naturam & rationem. Veruntamen præallegatis ybis Thomæ, dicentis quod desideriū illud

Pena uoluntaria dicuntur in modis

Bonaentura. illud propter dilationem atq; carentiam beatificæ fruitionis inducat tam grauem dolorē & pecnam, doctores alii qui contradicunt, quemadmodum & ipse dominus Bonauentura, qui super quartum distinctione XX. scribit: Aliqui voluerūt assignare rationem, partim naturalem, & partim supernaturalem de acerbitate pecna: purgatorij. Dixerunt namq; q; aiæ exutæ habent potentias suas expeditas, habentq; naturale desiderium pertingēdū ad summum bonum, ad quod creatæ sunt: & ultra hoc gratia est in eis quæ istud desiderium magis inclinat. Idcirco cum sciant hoc ultimum bonum, & retrahantur ab eo quasi in carcere positi, modica pena sensibilis cum ista tristitia est maxima eis, & pro tanto dicunt purgatorij penam maximam esse. Nam sicut delectationes spūiales sunt multum intensæ & corporales excedunt, sic tristitia de absentia summi boni excedit omnem corporalem dolorē.

Tristitia de absentia summi boni, omnem corporalem excedit dolorem. His verbis addit Bonauentura: sed certe nec ista ratio bene manuducit, si quis bene aspiciat. Primo, quoniam desiderium summi boni necessario habet adiunctam fruitionem quandā, & aliquam boni illius possessionem. Ide facit gaudium. Vnde qui magis desiderat summū bonum, magis deflectatur in eo: quiā si hoc differt desiderium corporalium ac temporalium à desiderio spiritualium rerum, ut Augustinus ostendit in libro octogintatriū quaestōnū: & hoc ueritatem maxime habet, cum deus per charitatem inhabitat animam: imò secundum istam rationem pena lymbi maxima fuisset in patribus sanctis, in quo tamē creditur fuisse requies sancta, non penalisa. FRA. Quid tibi circa ista probabilius esse uidetur? DIO. Inter tantos iudicare doctores non est meæ iam paruitatis: tamen quia interrogas quid mihi probabilius uideatur, sine incauta assertione respondeo, q; positio Thomæ præfacta rationabilius esse apparet, quoniam & sacra scriptura in Proverbijs protestat: Spes quæ differt, affigit animam. Lignum uitæ desiderium ueniens. Et experientia docet dilationem boni opati, & eius carentiam tanto esse peccatoriæ, quanto bonū illud magis amat. Inter ceteros quoq; charitatis effectus sunt, vulnerare & languidum facere diligenteri. Concedendum est etiam, q; in purgatorio existentes aliquo modo habeant summum bonum, ut putain spe. Vnde & aliquam habent consolationem, in quantum certam spem obtinēdi habent bonum tam in finitum. An tamen fruan alio modo hoc bono per spem, fruendoq; gaudeant actualiter in eodem, certum non reor, forsitan enim magnitudo supplicij ita absorbet in eis rationem & uoluntatem, q; à tali aliquantula fruitione & gaudio impediatur, nisi fortassis aliquando habeant aliqua lucida interualla. FRA. Si summi boni carentia & dilatio beatificæ fruitionis tanto plus affigit, quanto bonum illud magis diligitur, sequi uel debitur q; animæ in purgatorio existentes habeant penam damni tanto dolorisforæ, quāto sunt magis perfectæ in charitate, sicut animæ meliores ibi plus affiguntur. DIO. Quantū est ex parte dilationis atq; carentiæ & ex charitatis radice, posset ne esset sed aliunde creditur fieri recompensatio, dolorisq; huius mitigatione in animabus in charitate perfectioribus, puta ex maiori fiducia cito obtinendæ felicitatis, imò & felicitatis maioris, & forsan interdum ex qualicunq; fruitione boni summe amati aliquantiq; gaudiū consequentis. FRA. Quid dicas de animabus patrum sanctorum in lymbo? an carentia beatificæ fruitionis fuit in eis pena? DIO. Communiter dicunt doctores, q; in lymbo patrum ante Christi defensionem ad illum, non erat pena sensus, sed pena duntaxat damni ex dilatione atque carentia gloriae. Vnde in tercia parte summae quæstione 47. loquitur Thomas: christus ad lumen patrum descendendo contulit eis quantum ad gloriae adeptiōem, & per consequēs soluit eorum dolorem, quem patiebantur ex dilatione gloriae, ex cuius tamen spe gaudiū magnum habebant. Deniq; Bonauentura super quartum distinctione 45. Sancti patres q; in superiori parte inferni erant, & dei uisionem expectabant, non solum in lymbo, sed etiam in sinu Abrahæ dictūt fuisse. Ille igitur locus patrum dicebatur infernus, & quia inferior, & quia aliquo modo fuit locu[m] inferiæ. Dicebatur etiam lymbus, quoniam erat ibi pena carentiæ, sed finis Abrahæ uocabatur, quoniam ibi erat expectatio gloriae. His concordat scripta Petri de Tharantia, Richardi de Media uilla & Thomæ de Erfordia. FRA. Praedictis obuiare uidetur, quod in Zacharia fertur de Christo: Tu quoq; in languine testamenti tui eduxisti uincitos tuos de lacu, in quo non erat aqua. Quod de eductione patrum ex limbo tuipse super Zachariam exposuisti, ubi & per aquam refrigerium designatur. Nō ergo erat ibi gaudium aliquod. DIONYSI. Glosa ibidem aliquid plus inducit: Tu inquietus liberasti eos qui tenebantur uinciti carceribus, ubi nulla misericordia eos refrigerabat. Verum ad hæc & similia est una secundum sanctum Thomam solutio, quia intelliguntur quārum ad refrigerium perfectæ liberationis, quam ante descensum Christi ad eos consequi non

Ephe. 3.**Ecclesiab. 13.****Obiectio.****Responso.****Lod in quo patres diec[u]t fuerint uidentur uominis.****Zacharia.**

non ualebant. Porro uectes seu carceres, quibus sancti patres detinebantur inclusi, intelliguntur impedimenta quibus prohibebantur exire reatu originalis peccati. FRATER. Cu[od] edoceri an poena damnii erat animabus patrum sanctorum in lymbo tam penalit[er], ut ex stentibus in purgatorio, in quibus secundum beatum Thomam excedit omnem presentis uitæ dolorem. Et uidetur q; sic, imò appareat q; exitit maior in patribus sanctis: tum quoniam magis dispositi erant ad gloriam, quam in purgatorio existentes: tum quonia in clarissima considerauerunt quantum bonum esset beatifica illa fruitio, & quantum damnum ex eius dilatione incurrerant. DION. Non puto q; dilatio gloria fuit eis ita pena, ut existentibus in purgatorio peina damni: quia non sustinebant dilationem glorie pro personali & propria culpa, sed reatu originalis peccati. Porro ad argumēta tua reor dicendum, sicut ta[ctum] est paulo ante, q; quātu[m] illa dilatio potuerit sanctis patribus esse ualde penosa, quam rursum fuit ex parte carentiæ ac dilationis atq; ex radice charitatis, tamen aliunde reuelatio & recompensatio fuit ex consolatione & gaudio spei certissimæ liberationis. Et quoniam deum per fidem formatam, & per donum sapientiae aliquo modo contemplabantur, imò & per charitatem aliqualiter fruebantur: Omnipotens quoq; iustus & pius deus penam danni in diuersis diuersimode moderabatur, secundum quod diuersimode erant dispositi p[er] merita sive demerita. Etenim aliter erat & est pena danni in condemnatis, aliter in parvulis in solo originali peccato defunctis, aliter in purgatorio, & tunc aliter in patrum sanctorum lymbo. FRA. Istud optarem mihi clarissima explanari, sed uero te nimium fatigari. Nempe cum existente in inferno nullatenus diligant deum, sed maxime odiant, nō ideo q; carentia uisionis diuinæ sit eis molesta: quia non cupiunt deo uniri nec eo frui, sed rebus caducis, in quarum affectione migrauerunt à corpore. DIONYSI. Subtiliter tangis, sed breuiter dico, q; quamuis non cōpiant gloriam electorum per respectum ad dei honorem eiusq; laudem, attamen in quantum gloria illa esset eis accommodata, atq; à tantis miseris vere p[re]tia, sic gloria huius carentia est eis pena: & ita non cupiunt deo frui, sed uti, quemadmodum & hi qui diligunt deum, solum propter beneficia suata qui utiq; plus amant seipso, q; deum, cupiuntq; seipso & rebus transitorijs frui, & per consequēs deo uti, quod est mere præposterior ad summa perueritas. FRA. T. Placet responsio, Idcirco si placet, ad refīdua responde obiecta. DION. Sequentiū obiectorum solutio p[re]cipue stat in hoc, ut ostendatur qualiter animæ à corporibus separatae, & etiam dæmones pati ualeant & affligi ab igne corporali: & quia de hoc est p[re]cipua difficultas, que paucis uerbis expediti non potest, idcirco obiectorum solutio in sequenti ponetur articulo.

Articulus XVI. Qualiter animæ separatae ac dæmones possint affligi & torqueri ab igne corporeo.

DE hac difficultate scribit Magister Sententiarum lib[ro] quarto distinctione 44. Et eadem distinctione super hanc multa scriperunt doctores, & longum est omnia recitare. Porro Thomas recitatib[us] diuersas aliorum opiniones. Quidam namq; dixerunt, quod hoc sit animæ separatae est intellectus, quæ ut talis, non est ita afflictiva. Ideo alii posuerunt, quod anima talis patitur atq; affligitur ab igne corporeo, in quantum apprehendit illum ut sibi nocuum: sicut ex tali apprehensione afficitur timore & dolore, ut impletatur in animabus damnatis seu in purgatorio constitutis, quod scriptum est: illi trepidauerunt timore ubi non erat timor. Istud rursus improbat Thomas. Quoniam sic non patetur anima separata ab igne, sed à similitudine ignis quam concipit. Nec probabile est quod animæ ac dæmones ingenij subtilitate pollentes, putarent ignem illum esse eis nocuum, nisi sic esset in ueritate, & nisi ueraciter grauarentur ab eo. Hinc alii dicunt, quod dignis ille agit in spiritu incorporales, uidelicet in animas atq; dæmonia, non ut res naturæ, sed ut instrumentum diuinæ iustitiae. Istud quoq; afferit Thomas, non esse sufficienter probatum, quoniam agens instrumentale non agit in aliquid, nisi in quo habet etiā aliquā naturalē & propriā actionē, quæ admodū ferræ secundo lignū introducit formā artificialē. Idcirco assignare oportet ignem aliquā naturalē actionem in aia ad hoc q; agat in ea tanq; instrumentū diuinæ iustitiae. Cōsequenter ponit hic doctor modū sibi placentē d[icit] Corpus in ipsi naturaliter agere non pot, nec ei aliq; mō obesse, nec ipsum grauare, nisi secundum quod corpori aliquo modo unitur. Spiritus autem corpori unitur dupliciter. Primo ut forma materiæ, ut ex eis fiat unum simpliciter. & hoc modo anima & dæmon non uniuntur

Ait ab igne quod crucient opinioneas aliquot,

P[ro]f. 15.
P[ro]f. 15.

Spus corpori
uni dupliciter,

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSTANI

uniuntur corporeo igni. Secundo sicut mouens mobili, uel sicut locatū loco, eo modo quod incorporei sunt in loco. Incorporei enim spiritus sunt in loco diffinitiū, quoniam ita sunt in loco uno, qd non in alio; quis autem res corporea ex sua natura habeat qd spiritum incorporeum loco diffinitiū, non tamen ex sua natura. Hoc superadditum, quod spiritum incorporeum loco diffinitiū detineat, ut ita illi loco alligeretur, quod ad alia diuertere nequeat, cum spiritus non sit naturaliter ita in loco, ut loco subdatur. Sed hoc superadditum igni incorporeo, in quantum est instrumentum diuinæ iustitiae, quod sic detinet spiritum, & ita efficit ei penalitatem, retardans eū ab executione propriæ voluntatis, ne scilicet possit operari, ubi uult & secundum quod uult. Hec Thomas, qui etiam in Summa cōtra gentiles libro quarto ponit hunc modum. Sed cōtra hunc modum multa obici possunt. Primo, quoniam iuxta istā positionem nequaquam uidetur, quod pēna sensus animarum separatarum in purgatorio uel in inferno existentium, excedat omnem pœnam uitæ presentis. Nam spiritum detinere ab igne, & ei esse alligatum, multò minor est pœna qd vere corporaliter cremari in medio ignis. Nam & ignis ratione sui caloris uerissime perhibet esse maxime actius & afflictius. Deinde qd quis regis filio esset ualde graue detineri in carcere, non tamen detentio illa esset ei ita pœnosa, ut alteri cuicunq; crenari & comburi in medio extuantiissimi ignis mundani. Amplius, erimina de monum saltem peiorum non sunt minora criminibus hominum: idcirco supplicia & monum etiam post diem iudicij non erunt minora supplicijs hominum reprobatorum, genit in corpore & anima punientur ab igne: sed si tunc daemones solum punientur ab igne tartareo, per alligationem & detentionem prefatam, multo minor esset tūc pœna eorum qd hominum, qui tunc in infernali incendio per caloris impressionem ineffabiliter torquebantur. Praterea secundum istam opinionem spiritus incorporei multo grauius punientur, si alligerentur & detinerentur in simo elemento, utputa terre, & præseruit terre latos, facientes ac sorde de quoniam talis res corporalis & huiuscmodi locus esset eorum naturæ ac dignitatí specificiæ multo magis contrarius. Vnde ut refert Gulielmus Parisiensis in libro de uniuerso, quidam dixerunt, demones qsdam nunc detineri cloacis & huiuscmodi impurissimis locis. Insuper ista positio non uidetur consonare diuersis ac plurimis uisibilibus ac reuelationibus hōmī deuotor, atq; sanctor, qd dixerūt atq; scriperūt se uidisce pœnas purgatoriæ ac inferni, & animas ibi uere realiter immutari, pati, affigi uelutemissimo ignis calore, imò multi à morte resuscitati, testi sunt se ita esse expertos: & quidam in spū maulta talia se uidisce passosq; esse assuerūt. Infrā quoq; probabitur, quod ista positio non satis concordare uidetur cum positione sanctorum Augustini, Gregorij, ac plurium aliorum. Adhuc autem si non affligerentur animæ separatae ac demones ab igne, nisi per prefatam detentionem, possent ex illius actione & diuinitate huiusmodi maxime mitigare, faciendo de necessitate uoluntatem qdam patientiamq; coactam: Quemadmodum incarcernati scilicet se non posse euadere, assument sibi patientiam quādam. Postremo quod Thomas affirmat, agens instrumentale non agere aliquid uirtute superioris agētis, nisi habeat aliquam naturalem & propriam actionem in illud, qd in naturalibus communiter ita sit, non tamen oportet sic esse in effectibus, qd sunt super naturam, quales sunt punitiones spirituum ab igne materialiñ deus altissimus qd est super om̄em legem naturæ, & super oēm ordinem uniuersi, interdum ad ostendendam super liberrimam & illuminafissimam omnipotentiam suam, agit aliqua per ea, qd minime per naturam possunt cooperari ad illa, imò per ea qd ex sua natura habent operari contrarium. Vnde super illud Isaiae, Iussit Isaías ut tollerent massam de fiscis & cataplasmare super uulnus Ezechie, & sanaretur: dicunt cōmuniter expositoris, qd applicatio illa fitorum naturaliter erat contraria curationi uulneri Ezechie. Ideo deus per Isaiam iussit apponi tal emplastrum, quatenus curatio Ezechie miraculofor monstraretur. Nempe ut ait Hieronymus. Per uulnus Ezechie Theodocion, Symmachus & Aquila intellexerunt regium morbum, alijs apostema, quorū utrig; contrariatur applicatio dulcium. Vnde secundum Hieronymum: ut sanatio Ezechie ostenderetur diuinior, per res noxias atq; aduersas fertur collata. Itaq; ad indagandum qualiter spū illi patientur ab igne corporeo, non expedit nimis innitinaturali inuestigationi, quemadmodum nec in alijs multis qd credimus. FRA. Ut mihi appetet, ad deuotionis & compunctionis profectum plus confert in his simpliciter credere, qd ea quæ fidei sunt, per rationē disertare; tamen quia materiam istam ingressum, opto audire quid alijs quoq; doctores de hac ipsa scribant materia.

Objectiones
aliquot.

ii.

iii.

iii.

verbis Tho-
masi.

Isiae, 39.
Ezechie uol-
nus quale fu-
erit in curre-
ratio.

In spū illis
indagandis
nō est natu-
raliter proce-
dendum.

Articulus

DE PARTICVLARI JVDICIO SINGVLORVM.

546

Articulus XVII. De alia quorundam doctorum positione, circa modum quo incorporei spiritus affliguntur ab igne materiali.

DION.

Bonauentura.

DE hac res super quartum distinctione 44. scribit Bonauentura: Aliqui sumere uoluerunt modū actionis suis ex parte naturæ ipsius animæ & sumperunt istud ex uerbis Augustini XII. super Genesim, ubi ostendit, quod anima pati potest corpore non patiente etiam acerbissimas passiones, quemadmodum probat ibi per exempla in somnis, & in ægritudine quadam uexationibusq; quibusdam. Si ergo anima secū trahit affectiones & imagines corporales, & in illis atq; per illas potuit pati in corpore, corpore non patiente etiam ad ignis absentiam, multo plus cū separata fuerit à corpore poterit pati per illas & in illis, igne purgatoriæ seu inferni præsente. Quoniam quamvis nō sit ibi passio corporalis, est tamen passio ibi animalis seupiritualis, que uera est passio & uera afflictio. His uerbis addit Bonauentura: Sed istud non uidetur animæ fideli sufficere, quoniam credimus etiam daemones qui carēt huiusmodi in imaginationibus & affectionibus à corpore tractis, pati ab illo igne. Credimus etiam, qd pœna illa infernalis & etiam purgatoriæ sit per ueram ignis actionem, non per phantasticam imaginationem. Amplius, si substāti sp̄ ritualis separata certa est qd ab igne lædi non potest, ergo imaginatio illa ignis non generat in ea terrorem, nisi aliud accurrat quām ipsius anima natura aut dispositio ex corpore cōtracta: & ideo cum non possit sufficiens ratio sumi ex parte diuina iustitiae, qua rationem nostram quietet, nec ex parte solius animæ qua fidei per omnia concordet: ideo ratio sumi potest aspicio ad utrumq; Inter plures autem modos persuadendi iste uidetur probabilior esse: nam secundum Augustinum decimoquarto de Ciuitate, Dolor sive tristitia est dissensus ab his rebus que nobis nolebuntis accident. Ad hoc igitur quod dolor generetur in anima ab aliquo, duo concurrunt ex parte animæ patientis, uidelicet perceptio ex parte cognitionis, & derestratio ex parte affectionis: Similiter duo requiruntur ex parte agentis: unum est, quod immutet animæ perceptionem: aliud, quod uiolenter & inseparabiliter adhæreat contra repugnantiam uoluntatis. Ex his quatuor duo sunt secundum ordinem naturæ, & duo secundum ordinem diuinae iustitiae. Quod enim ignis immutet cognitionem animæ, & anima percipiat actionem & calorem ignis, hoc est de naturali potentia utriusq; quod patet sic: Quia dum ignis agit in compositum ex anima & corpore, duplex ibi est passio: una naturalis, que est calefactio corporis alia animalis, & hec est immutatio seculi: & prima est uera naturalisq; passio, quoniam est ab igne tanquam à naturali agente: secunda passio est ab anima seipsum inueniente, & ab igne occasionem præbente, ut dicit Augustinus Sexta Musica. Quemadmodum ergo postquam separata est anima a corpore suo, corpus potest pati ab igne passione naturali, quoniam potest calefieri & inflammari, & hoc per naturalem potentiam utriusq; Sic spiritus separatus potest pati ab igne passione animali, & ab igne presenti immutari, naturali potentia ignis & animali. Duo ergo sunt ibi per ordinem naturæ, & alia duo per ordinem diuinae iustitiae. Quod enim ignis anima indissolubiliter alligeretur, & anima in eo recludatur tanquam in carcere, hoc est diuina iustitia, ad quam spectat malefactorem includere carceri. Quod item anima refugiat ignis calorem, qd ei per naturam nocere non potest, & trepidare timore ubi non est timor, hoc est diuine iustitiae, quæ facit trepidare peccatores immittendo timorem & horrorem huius rei, quæ secundum naturam sunt superiores: & quamvis istud sit opus diuinae iustitiae, non tamen est contra ordinem naturæ: uel spiritum trepidare quod trepidandum non est, uel spiritum corporis alligerari. Hæc Bonauentura, cuius positio partim concordat cum preinducta Thomæ positione, & partim ab ea discordare uidetur. Nempe cum Thomas dicit spiritus illos signi aligari & detiniri in igne, velut in carcere. Quod uero subiungit eos trepidare ubi trepidandum non est, recedit a Thomas: Multaque alia in ista opinione taguntur, que impugnationibus patent. Nam quod ait animam mouere seipsum ad sentiendum, & ignem præbere occasionem, sic uidetur sonare, quasi sensatio fieret non recipiendo, sed extramittendo: & quasi sensus factius non passiva potentia, quod Platonicum est. Item quod dicit animam separatam pati ab igne passione animali, qua sensus immutatur a suo subiecto: non entitiam in anima separata uires organicas, aut sensus exteriores. Conformater quod ait spiritus illos trepidare ubi non est timor, non apparenti deus intellectum illorum spirituum tali ter hebet & obscuret, ut naturam, proprietatem & uim ignis ignorent, qui multa ualde altiora

Ad doloris
generationem
duo concut-
nunt;

Ignis qd in
cōpōlitigie
duplex est
passio.

Patit.

Thomæ &
Bonauentura
discrepanzia.

altiora & subtiliora intelligunt. Denique iuxta istam opinionem non uidetur posse defendi, quod etiam post resurrectionem communem demones punirentur tam grauter ut hoies reprobri, ut praecedenti tangebatur articulorum & ibi obiecta contra hanc quoque positionem militare uidetur. Tantis tamen doctoribus non est irreuerenter aut temere contradicendum. FRAT. Quid de ista materia uerius putas? DION. Ad hoc sine aliore p[re]iudicio in sequenti respondebo articulo.

Articulus XVIII. Quid uerius uideatur de modo quo animae separatae ac demones affliguntur ab igne materiali. DION.

Ego firmissime atque simpliciter credo, teneo & affirmo, quod ignis ille purgatorii & inferni uere realiter ac penitissime influat, agat & imprimat in alias separatas ac daemones immutando & affligendo eodem suo calore ineffabiliter acrisus ac penalis usque aliquis in hoc mundo affligi & immutari queat ab ignis calore. Veruntamen modum & qualitatem immutationis illius arbitror comprehendendi non posse ab homine uatore, quoniam ignis ille non agit ut agens naturale, sed ut instrumentum diuine omnipotentis iustitie, & sicut omnipotens deus supernaturaliter contulit materialibus ac sensibilibus rebus, utputa sacramentis, ut aquae seu tintionis in aqua, & unctioni ac sacramentalibus uerbis, uirtutem agendi salubriter in incorporeas animas adhuc in corpore existentes; sic supernaturaliter cruciat, affligit, immutat & urit alias separatas ac daemones. Rursus quemadmodum creator benedictus & glorirosus dedit inuisibilibus creaturis, ut angelis sanctis, imo & demonibus uirtutem naturaliter influendi ac imprimenti creaturis corporeis, & mouendi, transmutandi, puniendo easdem: sic corporalibus ac sensibilibus rebus supernatura liter dedit uirtutem hanc immutandi affligendi animas separatas, quod & iusto ac decetissimo egit iudicio. Ex quo enim siue praeceps ac demones peccato fecerunt seipso sensibilibus, corporalibus in animisque entibus uioliores per culpa, iustum est ut rebus huiusmodi subiiciatur per poenam, detentionem & immutationem maxime afflictuum. Nam & huiusmodi afflictionibus ac passionibus uult iudex omnipotens spiritus prauos subdi & affici, quis in effabili modo aliter sint in eisque in rebus huius mundi corporeis. FRAT. H[oc] omnia, ut mihi uidetur, catholice sonant, sed autoritatibus sanctorum & exemplis ea corroborantur. DIO. Quoniam diuersi diuersimode, imo & truncate ac incomplete uerba allegant sancti Gregorii, uolo uerba eius integre commemorare, ut clarius pateat mens ipsius. Itaque III. Dialogo libro differunt: Si uiuentis hominis in corpore spiritus tenetur in corpore, cur non post mortem igne teneatur corporeo? Ad quod Petrus cum quo disputauit sicut & ego te cum respondit: In uiuente quolibet idcirco incorporeus sp[iritu]s tenetur in corpore, quia uisificat corpus. Ad quod Gregorius: Si incorporeus sp[iritu]s in hoc teneri potest, quia uisificatur non & ibi penaliter teneatur, ubi mortificatur? Teneri autem sp[iritu]m per ignem dicimus, ut in tormento ignis situendo ac sentiendo: igne namque eo ipso patitur quo uidetur & quia corporaliter cremarise aperit, cōcrematur: sicut fit, ut res corporeae in corpore rem exurat, dum ex igne uisibili ardor ac dolor in uisibilia trahitur; ut per ignem corporeum, mens incorporea flama crucietur. Quia uis colligere ex dictis euangelicis ualeamus, quod incedium anima non colunt uideo, sed etiam experiendo patiarunt: ueritas est enim uoce, diues mortuus dicitur in inferno sepultus: qui de pretatis est Abraham, dicitur: Mitte Lazarus, ut intingat extremum digitum in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucio in hac flamma. Denique, ueritas in fine reprobis dicit: Ite maledicti in ignem aeternum, qui preparatus est diabolo & angelis eius. Si ergo diabolus eiusque angeli, cum sint incorporei, corporeo igne sunt cruciandi, quam rur sit & anima ante quam recipiat corpora, corpora tormenta sentire cogatur? Ad h[oc] Petrus ille respondit: Placet ratio, nec debet animus de hac quaestione ulterius dubitare. FRATER. Quomodo ignis ille corporeus dicitur, cum aliqui sancti uidetur ambigere, an corporeus incorporeus uero exstat? quemadmodum te legisse ac melius scire non dubito. DION. Fatoe doctor egregium beatissimum Augustinum, de his interdum inquisitive & quasi dubitative locutum: Nam & super Genesim ait: Spiritualem arbitror ignem illum. Et itaque dicit: Cuiusmodi sit ignis ille aeternus arbitror scire neminem posse, nisi cui sp[iritu]s diuinus ostendit. In libris quoque de Civitate dei: & super uerba illa Apostoli: Alij aedicant lignum, scenum & stipulam, loquuntur de his dubitative. Et rursus XII. super Genesim: Spiritualem, inquit arbitror esse locum, in quem anima defertur post mortem. Insuper Damascenus in quarto libro: In fine inquit tradetur diabolus & daemones, & homo eius, uidelicet Antichristus, & impii in ignem aeternum, non materialē, qualis est qui apud nos est, sed qualis est uit

uit eum deus. Verum ut Bonaventura faretur, Ipse beatus Augustinus in suis sermonibus manifeste testatur, ignem illum esse corporeum. Damascenus quoque non negat ignem illum esse materialem, sed dicit quod non sit taliter materialis ut ignis qui apud nos est: uel dicit eum esse immateriale, quantum ad suas proprietates. Verum ut rursus scribit Bonaventura: Talem dubitationem de igne purgatoriū ac inferni, abstulerunt nobis posteriores sancti doctores, ut Gregorius, cui spiritus sanctus multa reuelauit, itaque Iudiciorum in libro de ordine creaturarum, ac alijs sancti, qui ei dentes testati sunt, ignem illum esse corporeum. FRATER. Cum diues in inferno sepultus, non habuerit ibi lingua corpora, nec Lazarus in limbo patrum digitum corporalem, uidetur quod totum illud, de flama intinctioneque digiti, & refrigeratione lingue, sit spiritualiter intelligendum. DION. Verum est, uerba illa de lingua & eius refrigeratione, intinctioque extremitatis digiti in aqua, esse spiritualiter accipienda, prout super Lucam poteris inuenire. Flamma tamen corporalis ibidem est, que qualiter agit in spiritum, jam audisti. FRATER. Proposui querere, quid spiritualiter per diuitias condemnari, seu potius suę anima lingua, & quid per digitum ex tremitateque digiti anima Lazarī, quid etiam per intinctionem eius in aqua sit intelligendum: sed quia ad expostores super Lucam me remisi, nunc ista interrogare non audeo. Nam & super Lucam te ista exposuisse non ambigo. Sed precor ut ex aliorum quoque sanctorum patrum doctrinis elucides, qualiter incorporei spiritus, affligantur ab igne corporeo.

Articulus XIX. Prosecutio declarationis, qualiter anima

ac daemones possint tam dire affligi a corporeo igne.

DION.

Ad huius rei ueritatem declarandum, primo affirmo quod sanctus asserit Augustinus in quadam sermone: Ignis ille purgatoriū durior est, quā quicquid pertinet in seculo isto uidere, sentire, aut cogitare quis poterit. Deinde quod quarum sententiarum magister ex ybis sapientissimi Augustini allegat, dicentist: Quisque profiteri renuit anima posse habere similitudinem corporis, corporaliumque membrorum, potest negare anima esse quae uidet in somnis se ambulare, sedere, uel huc illucque ferri uolat, aut gressu: quod sine quadam corporis similitudine non fit. Proinde si hanc similitudinem & apud inferos gerit, non corporale, sed corpori simile, potest & ibi sic pati. Insuper ad idem probandum inducit magister uerba Lulliani Episcopi, qui uerba Gregorii precedenti capite introducta, allegat in forma, & sequitur ea. Addit quoque magister: In Cassianum etiam uoluminibus legitur, quod anima separata non sunt otiosæ, neque nihil non sentiant, cum diues ille in inferno flamma cruciari se clamet: unde probatur, animas defunctorum non soli in flama sensibus non priuant, sed nec istis affectibus, scilicet spe, gaudio, tristitia, meru careat: H[oc] magister. FRAT. Ex his non sat intelligo, qualiter anima separata, ac daemones affligantur ab igne corporeo, nisi forte ex quadam phantastica ignis apprehensione, & imaginatione rei laetitia, à qua tamen nequeunt immutari: & magis à similitudine ignis quam ab igne. DION. Ea que fidei sunt, rationem & comprehensionem trascendunt, nihilominus per ea quae naturaliter sunt, aliquatenus declarantur. Si ergo anima adhuc existens in corpore potest absque corporis passione tam horribiliter affligi in somno ex sola imaginatione & similitudine corporalium rerum, quanto magis per omnipotentiam dei possunt animas separatas ac daemones nunquam dormientes affligi & immutari, ineffabiliterque puniri igne corporeo, ex ignis illius apprehensione, presentia, impressione, per similitudines, species ad divisiones ipsius: ita quod sicut spiritus illi uiriosi ac turpiter in rebus caducis sunt delectati, sic iuste & innaturaliter, uolente & supernaturaliter compellantur rerum corporalium ac uilium impressionibus atque punitionibus subiacere & affici. Insuper, non obstat omni anima rationali simplicitate & incorporeitate, anima naturaliter efficitur intrinseca corporis forma substantificans, essentians atque uiuificans illud: & ex consequenti, passionibus afflictionibusque corporalibus communicans, subiacens, & formata. Nonne ergo omnipotens iudex potest tam animas separatas quā daemones taliter alligare & unire corporeo igne ut uere subiacant, afficiantur & torquentur impressionibus eius? Cum nec in demonibus nec in animabus separatis confitant sensus interiorum, qui sunt uires organicæ, inter quas sunt uis imaginativa ac memorativa, quomodo poterit in illis spiritibus esse imaginativa apprehensio, seu imaginaria cognitio ignis & corporalium rerum? DIO. Nonne super simplissimum & immaterialissimum deus cognoscit uniuersa haec corporalia, deinde & angelos sanctos in quibus nequaquam est sensus interior, aut imaginativa potentia? Nonne etiam

Ignis purga-
torii corpore
us est,

Luc.16

Animæ de-
fundit, scilicet
sensibus non
priuantur,

Gregorius

Spp[iritu]s ignis q[uod]
modo tene-
natur.

Lucas

Matt.25

1.Cor.3.

anima diutius condemnata posita in tormentis, recordabatur fratum suorum? Porro autem & qualiter potentiae sensitiae exteriores & interiores maneant & consistant in anima separata, & qualiter non specialiter difficultas, quæ à doctoribus super quartum Sententiam agere determinatur, & circa hoc aliter senserunt Platonici, quos in hac parte Augustinus & alii quodam catholicis sequi uidentur: aliter Peripatetici, quos doctores nostri communiter sunt secuti. Certum est autem quid potentiae sensitiae ad minus radicaliter & originaliter manent in anima separata. Veruntamen Augustinus in libro de Spiritu & anima dicit: Recedit anima à corpore secum trahens sensum imaginationis, rationis, intellectus, concupiscentiae & irascibilitatis, & rursus: Aia (inquit) recedens à corpore ex his putat, ex imaginatione, concupiscentia, irascibilitate, secundum merita aut demerita afficitur, ad deletionem uel ad dolorem, in super Genesim XII, ait: Neque enim video cur

habeat anima similitudinem corporis sui, dum iacente sine sensu corpore, non tamen penitus mortuo, uideret talia qua-

lia multi ex tali seductione ad se reuersi,

alii narrauerunt, & non habeat simili-

militudinem hanc, dum per-

fecta morte penitus de corpore exierit.

FRATER. Cum ita sint satis difficultia mihi, cu-

pio de ista materia plenius per exempla certificari.

Articulus XX. Demonstratio per exempla, quād acerbissime patientur animae defunctorum ab igne purgatoriū & inferni. DIO.

Reparati u-

lonica.

Penti cremi-

ng uiso.

Stephani mi-

litis uiso.

Dicitur recitat multa exempla Gregorius Papa quarto dialogoru, quae te puto legisse, uidelicet qualiter uirtus nomine Reparatus, educatus de corpore nuditate ingentem paratum, cui superimpositus fuit. Tiburtius presbyter lubricus, & igne supposito est crematus, eademque hora obiit ille Tiburtius, cuius anima fuit incendio deputata. Alium quoque uidebat rogum parari, cuius cacumē uidebatur à terra usque ad celum extendi. Videlicet autem rogum parari, non quod in inferno ignis costrueretur ex lignis, sed per ea ex quibus apud nos signis nutritur, ostensio fuit ei supplicia impiorum, ut ea uiuentibus per solita aptius recitaret. Infuper, referre de quadam curiali repente defuncto, eo quod puellam quam de fonte leuauit baptismati, violauit, de cuius sepulchro cunctis carentibus, diu flamma erupit, quousque pomnia eius combusserit, in & totum eius sepulchrum consumpsit, quod ut ait Gregorius, ideo fecit omnipotens deus, ut ostenderet quod anima eius pertulit in occulto, cuius corpus sic combustum est in sepulchro; atque ut hinc pessimum, quod anima uiuentis ac sentientis prosum patiatur excessu, cuius insensibilia ossa, tanto sunt concremata supplicio. Amplius scribit de eremita monacho nomine Petro, qui antequam eremiticam uitam assumpserit, defunctus fuit, sed corpori protinus restitutus, testabatur se uideisse inferni supplicia, atque innumerala loca pectorum, quosdam quoque seculi huius potentes, in eisdem flammis suspenso: cumque & ipse iam demergendus esset in ignem, angelus mox apparens eripuit eum & dixit: Egredere, & qualiter tibi deinceps uiendum sit, attende cautissime: Qui resuscitatus, tantis deinde uigilij se seiuinijsque constrictus, ut eius inferni tormenta uideat ac timuisse conuersatio loqueretur, etiam si id lingua non fatetur. Præterea recitat de milite nomine Stephano, qui defunctus iacuit in humatus usque ad diem sequentem, & tunc resuscitatus, perhibuit se uideisse inferni supplicia, quæ non credit prius audita. Refert quoque de alio milite educito de corpore, qui reducitur ad corpus retulisse pótēm uideisse, sub quo ponte decurrebat niger caliginosusque fluuius, nebulosus intollerabilis foetoris exhalans. Transacto ponte, erant amena atque uirentia prata, odoriferis herbarum floribus decorata, in quibus dealbatorum hominum conuenticula uidebantur, & tantus erat ibi odor suavitatis, quod uniuersos illuc habitantes ambulantesque sanauit, ibi mansiones diuersorum singulæ multitudine lucis fuerunt plene, ibi quoque aedificabatur domus miræ potentiae, quæ aureis uidebatur latriculis construita: sed cuius erat, nequitate agnoscit. Erant etiam super ripam prædicti fluminis nonnulla habitacula, quorum aliqua ab exurgente foetoris nebula tangebantur, alia vero exurgens foetor non tetigit. Porro hec erat in pôte illo probatio, ut quodq; iniustæ uellet p; ea procedere in tenebrosum & foetidum flumen delabere, iusti yō qbus culpanō obstat, seculo p; eū ac libero gressu ad prata amena ptingeret. Ibi quodq; uideisse dixit Petrus quendam maiorem, ante 4. annos defunctum, deorsum in

in locis illis tetricis positum, magno pondere ferri religatum atque depresso, quoniam reos magis ex crudelitate, & ex obediencia & exitate puniunt. Afferuit item se uidisse in pôte illo Stephanum quendam, quo uolente trahi per pontem, lapsus est pes ipsius, atque ex inde corporis parte fuit extra pontem deiectus, & à quibusdam uiris tetricis ex flumine surgentibus per coxas deorsum, & à quibusdam albatibus ac speciosissimi uiris coepit trahi per brachia sursum; per quod dabatur intelligi, quod Stephano illo erat eleemosynæ largitio, & carnis lascivitatem. FRAT. Diu te de his recitante libenter audiuit & quis circa narrata mulierem dubitationes & questiones occurrerent, has tamen proponere distuli, quia perpendi ex tua relatione milie dari occasionem diligentissime inquirendi, quod diu ac lèpe inquirere concupiui, utputa quid estimes sentiendum de uisionibus reuelationibusq; nonnullis, quibus quidam modicā adhibent fidem, quæ tñ ex preinductam magni Gregorij relatione corroborari uidentur, atque credibiles fieri. DION. Quae nam sunt uisiones reuelationesq; illæ FRA. Visio Tondali, uisio cuiusdam monachi quæ Anglicana vocatur, uisio facta de purgatorio Patrii, & uisio Christinæ mirabilis. DION. Quid tibi in uisionibus illis uidetur amplius inquirendum, & mirum seu magis ambiguum?

Articulus XXI. Quid sentiendū uideat de uisione Tondali militis, & an uisio illa facta sit anima Tondali existēre in corpore, an euenerat mortuo. FRAT.

De uisione Tondali prolixum est cuncta referre, & longa narratione molestare te uereor, cum in omnibus studeas breuitati. Verum aliquid compendiosus quo potero, enarrabo. Itaque sicutis qui uisionem illam descripsit, testatur Tondalus miles Hiberniæ, post uisionem suam redactus ad corpus, dixit: Cum anima mea corpus exueret, & illud mortuum esse cognosceret, confidit sibi de malo, coepit timere, uoluit ad corpus redire, nec poterat illud intrare, sicut misericordia confidebat in sola dei misericordia. Tandem uideat uenire ad se tantam multitudinem immundorum spirituum, ut non solum dominum, sed & omnes vias ac plateas uiderentur implere, qui dentibus suis striabant in eam, & unguibus propriis praenimio furore lanabant genas tetricas. Post haec misit deus angelum in occursum ipsius, quem uidens anima mea à longe uenit, emendat eum, aspergit, qui dixit: Esto securus, quia non dererit tibi misericordia dei, quia patieris paucā de pluribus quæ pati promeruisti, & que cuncte monstrauerunt tibi memoriter retine, quia debes iterum ad corpus redire. Cuius longius pergerent simul, tandem uenerunt ad uallem, ual de terribilem, tenebrosum, profundum, ardentibus carbonibus plenum, habentem operculum ferreum sex cubitorum, quod nimio ardens calore, superabat carbones, cuius foetus animam præ omnibus (quas sustinuit hucusque) pœnit afflxit: defecdebat autem super ferream laminam, illa multitudine milierum animarum, & illæ cretabantur donec omnino liquecerent, instar creni in satragine concremati, & quod grauius est per illam laminam colabantur, sicut colari solet cera per panium, sic que in carbonibus ignis ardentibus renouabantur ad peccatas. Deinde anima cum angelo uenit ad quandam incredibilis magnitudinis bestiam, cuius os uidebatur posse capere non possem milia hominum amatorum, intra quæ erat multa milia uirorum ac mulierum, dira tormenta lucentia tunc angelo disparente, dæmones traxerunt animam in bestiæ uenit, ubi ineffabilia tolerauit tormenta, ferocitatem canum, urorum, leonum, serpentium, &c. in innumerabilium aliorum animalium monstrorum, dæmonumictus, ardorem ignis, asperitatem frigoris, foetorem sulphuris, caliginem oculorum, fluxum lachrymarum, detumicem stridor, ita quod proprias genas præ dolore potuit lacerare. Post hec miro quoniam modo eruta de bestia, cum longius debilis iaceret, aperiens oculos, uidit angelum præpœse stantem, qui eam confortans, & duxit ad stagnum amplum, & tempestuosum, in quo erant terribiles bestiæ mugientes, nec aliud postulantes, nisi animas deuorare. Porro per lacum eius erat pons lōgiudinis duorum militarium, & latitudinis palmæ unius, cuiu' inserta erat tabula clavis ferreis acutissimis plena, omnesque bestiæ conueniebant ad pontem sumere escas, utputa animas petrantes non ualeentes, dixitque angelus animas: Oportet te pontem istum trahi, nec uacua ihis sed uaccam in domitam, quam (dum in corpore eras cum patre tuo, surata fuisti) oportet te conducere, & illæ sam mihi ultra pontem exhibere. Tunc anima ait: Quomodo ego misericordia potero transducere uaccam, in tali periculo, ubi stare non possum omnino? Videlicet autem anima quodlogiter te amans facere, coepit reluctantem trahere uaccam, & cum ea ire per pontem, & cum staret anima cedebat uaccam, cum sua

bestia incre-
dibilis ma-
gitudinis

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI

Fet uacca, corruit anima: sicque uice uera, modo stabant, modo cadebant, quo usq; uenerunt ad medium pontis, ubi obui aut eis quidam, furatos manipulos super se portans, sicque animae ita rogabant seiuicem, ne una alteram, a suo impediret itinere, et plantarum suarum sanguine pontem cruentabant, tandem (nescientes qualiter) senserunt, quod una alia per transisset. Cumq; anima pontem transisset, uidit angelum suum, ostenditq; ei pedes suos cruci entatos. Post haec angelus duxit eam ad domum ignibus plenam, de qua exhibat flamma, permille passus comburens omnes animas quas inuenit. Vedit autem anima ante domus portam stantes carnicibus cum securibus, cultris, armamentis, falcibusq; acutis, cum dolabris terebris, uangis fessoris, cum quibus poterat animas excoreare, decollare, scindere, detruere: & sub manibus illorum carnificum uiderunt animas innumerabiles: haec omnia sustinentes, tunc (angelo permittente) daemones animam rapuerunt, & praefatis instrumentis dissipauerunt, & dissipatam ac fractam tradiderunt incendio. Doloribus terendorum maxime torquebant luxuriosi. Consequenter duxit angelus animam ad loca atq; tormenta praedictis horribiliora, monstrauitque i[n] infernum, & principem tenebrarum in horribilissima forma. Tandem cum anima uidisset & experta esset huiuscmodi penas, processit cum angelo. & uidit murum excelsum, intra quem erat plurima multitudo uirorum ac mulierum, ventum ac pluviam, famem ac siti sustinentium, & erant ualde tristes & interrogante anima qui essent, angelus dixit: Iste sunt mali, sed non ualde mali, qui in mundo se habuerunt honeste, sed bona temporalia non communicauerunt pauperibus quemadmodum debuerunt, ideo patiuntur has penas per aliquot annos, & tunc deducuntur ad requietam bonam. Post haec angelus & anima uenerunt ad portam, quam ingressi uiderunt caput pulcherrimum, odoriferum, floribus constitutum, lucidum & amicum, in quo erat multitudo innumerabilis animalium uiro[rum] ac mulier[um], & no[n] ibi non erat, nec sol occumbebat, & erat ibi fons aqua[rum] uiue. Interrogante p[ri]ma, quae anima[rum] est requisita? Angelus ait: H[ic] habitant boni, non ualde boni, qui de supplicijs liberati, nondum merent sanctis confundit: & inde procedens anima, uidit laicos sibi notos. Cumq; angelus & aia processisset, uiderunt murini sublimem & preclaram: & ingressis eis ibidem uidit choros angelorum deum laudantium, uiros ac mulieres letantes pulcherrime uestitos, & suauissimus odor extit ibi, dixitq; angelus: Ista sunt premia coniugalium, qui fidem coniugalem seruantes, & suam familiam bene regentes, temporalia sua communicauerunt pauperibus & peregrinis atq; ecclesiis. Cum ergo angelus & anima sic plurimos pertransiissent, apparuit eis murus tam altus ut primus de auro purissimo, quo pertransito, apparuerunt sedilia de auro & gemmis co[n]structa, preciosissimis sericis coperta, in quibus sedebat seniores uiri & f[em]inae, vestiti sericis & foliis albis, & tyaris, & uniuersi ornati. & splenduit facies unius cuiusq; sicut ful[er]i in meri die, cecineruntq; deo dulcissime Alleluia. Et angelus dixit: Iste sunt continetes, q[ui] per aliqd temp[or]is carnis debitu[m] p[re]soluet, reliqui uite in seruitio dei duxerit, uel martyrum patientes pro Christo, uel seipso[rum] cu[m] uitijis & concupiscentijs crucifigentes. Vnde dum aia curiosus cōficeret, uidit castra & papiliones, ex purpura, bysso, argento, auro & serico, mira varietate cōstructos in quibus audiebat quāplurimos omniu[m] mucro[rum] gne[rum] suauissime concinientes, quorum beatitudo & gloria, omnium praecedentium gloriam transcendebant. Dicitq; angelus: Ista sunt monachi & moniales qui uere regulariter sub obedientia sancta uixerunt. Post haec uiderunt murum altitudine, pulchritudine, & splendore dissimilem alij, ex omni lapide pretioso constructum, qui pro cemento habuit aurum, erantq; in muro omnes lapides pretiosi. Conscenso itaq; muro uiderunt nouem ordines angelorum, & audierunt inenarrabilia uerba, quae nec potuerunt nec licet hominibus loqui. Ab illo igitur loco (mirabile dictu[m]) uiderunt o[mn]em gloriam ante uisam, & totum mundum quas sub uno radio solis, statim enim nec se gyranter, cunctos ex eod[em] loco, & ante, & retro positos cernebant. Non solu[m] aut uisus, sed & scientia accessit insolita anima illi, ut iam non egeret interrogatione, sed omnia nosceret integre, qua exultante & ibi manere sperante, angelus blande locutus est ei: Vidiisti haec omnia? ideo que uidisti memoriter retine, q[ui]m te ad corpus redire oportet: iuste & sobrie amodo uiue. Argue, obsecra, increpa peruersos & lasciuie uiuentes. Hoc audito ingenuit anima, & corpus reintuere horruit, attamen eodem momento quo in celo loquebatur cum angelo, sensit se in terris induere corpus suum, & debiles aperiens oculos circumstantes aspergit, & cuncta que uidit, narravit. Ista prout breuius potui ex uisione prefata prescrinx. DION. Satis succinctim haec (multis omissionibus) narrasti, nūc si placet, propone dubia, quae tibi circa haec oriuntur.

Articulus

DE PARTICVLARI JV DICIO SINGVLORVM.

349

Articulus XXII. Introductio dubiorum que circa hec oriuntur.
FRA. Rimo me mouet, an anima Tondali ista uidendo fuerit realiter in corpore illud uisificando, an separata a corpore, & substantialiter extra illud, ita quod corpus uero mortuum fuerit, & quidem uisum his descriptor manifeste testatur & assertit, quod Tondalus per triduum quo anima eius cōspexit haec, erat defunctus. Sed oppositum huius uidetur ex multis, nam animae separatae non competit uideri demones in forma corporali sensibili, neque localiter ambulare, nec pedes corporales qui sanguine cruententur, habere. Nec realiter in inferno aut purgatorio sunt bestiae, nec animabus separatis competere potest excoriari, decollari, scindi, liquefieri, aut secari. Nec in illis formis sunt canes, ursi, leones, serpentes, & similes feræ. Nec rursus anima separata potuit sic duce realiter indomitam uaccam per pontem. Nec uidetur quod ista possint animas separatae per formas imaginarias aut per similitudines corporales ostendit: cum in ea non maneat nisi potentia intellectuale, propter quod omnia iam praetacta aptius ostenderentur ei per intelligibiles species. Preterea secundum sanctorum patrum doctrinam, omnes animæ sanctæ separatae a corpore, & sufficienter purgatae in purgatorijs igne, mox euolant in regnum celeste, & quamvis in inferno diuersa genera sint penarum, in purgatorio tamen non est nisi supplicium ignis, loquendo de pena sensu. Dicunt item doctores, quod animæ in purgatorio non puniuntur per demones, quomodo ergo quidam defuncti, non sustinebant nisi uentum & pluias, quod non uidetur: omnem huius uite excedere penam, & quomodo anima ista uidit defunctos puniri per demones, antequam ad inferni loca pertinet. Insuper secundum fideli ueritatem, omnes beati sunt in uno paradiſo celesti, non in pratis uirginibus, nec in regno cœlesti aut mansionibus beatorum sunt muri aurei siue argentei, nec casta aut papilio[n]es ergo nullum horum ostensum est animæ huic secundum ueritatem seu existentiam rei, sed solum per imaginariam representationem, & ita uidetur in toto hac uisione fusisse in corpore, & raptæ fusisse in spiritu, ac alienata proorsus ab omni actu atq; officio exteriorum sensuum, ac membrorum. Postremo, quamuis angelici spiritus sint altioris nature & dignioris speciei, quam animæ separatae aut hoīinies, nihilominus ex eteris & sanctis animabus a angelis gloriosis constat una triumphans ecclesia, ita quod ad singulos ordines angelorum, aliquæ animæ sanctæ perueniunt, quemadmodum & ex singulariis angelorum ordinibus aliqui corruisse creduntur. Quando ergo omnia uidit in loco altissimo, intra aureum murum nouem choros angelorum, quasi ibi sint universi angelorum, & ipsi duntaxat. Porro si anima ista uidendo haec omnia, fuit realiter separata a corpore, atq; localiter dicebatur, & uniuersa præacta ueraciter uidit, precor ut mihi expostas, quo & qualiter uisu ac qualiter uidit haec, & qualiter a demonibus trahebatur in bestientem, & qualiter uit per pontem, an etiam in re fuerunt aut sunt talia prata, castra, papilio[n]es, muri ac musica instrumenta, & si non sunt, qualiter ostenta sunt animæ separatae. DION. Multa ardua & profunda compendiose sententiosè tetigisti, sed quia haec eadem circa alias quoq; uisiones, de quibus dixisti te uelle inquirere, possunt moueri & obiecti, idcirco si placet de alijs etiam uisionibus tange que mouent te, ut ad omnia simul respōdeas.

Articulus XXIII. De quibusdam in uisione monachi An-

glicani contentis,

Vilio & reuelatio illa Anglicana de multiplici pena purgatorijs & inferni, uidet nihil per omnia uisioni Tondali consonare. Nam & in uisione hac Anglicana, in ter cetera continetur, quemadmodum frater deuotissimus, cui reuelatio illa est facta, dixit sibi apparuuisse sanctum & uenerablem senem, uidelicet beatissimum Nicolaum, qui apprehensa dextera fratris ait: Sequere me, statimq; frater fuit in extasi mentis, in qua à nocte coenæ domini, usq; ad uesperas sabbati paschæ permansit, omnium exteriorum sensuum ac membrorum orbatus officio, & reuelatus ad se, in die paschæ post prandium, ad impertunam, affectuosam, humiliam fratrum instantiam dixit: Ibatius senex ille & ego similis, quo usq; peruenimus in regione spatio[n]is, h[ab]ent[ur] in qua uidimus multitudinem infinitam, uarijs & inenarrabilibus immanitatibus suppliciorum expostam, & tamen omnes in spes futuræ liberationis aliquiliter respirabant, quia non erant damnati. Geomebant, flebant, & penitus urgentibus euulabant, quotum quidam repente exilire conant[ur] mox ab emergente flamma inuoluebantur, ac dire confagrat[i] occurribus & resistebus tortoribus, cum flagris atq; tridentibus, ac uario[s] suppliciorum apparatu relabebantur in penas. Nihilominus sic exusti, casi, discepti, sic frigore glaciali contracti, paulatim

Zzz ad

quals fuerit
Tondali uis-
io.

Domus signi-
bus plena.

Locus nō
uaderem alioz

Conjugato-
rum locus.

Apoc. 19.
Cap. 5

1 Corin. 12

2 Timo. 4

Vito horis
dui,

Tormetos
Gesuariæ. ad tolerabiliora pergebant tormenta. Infinitæ erant ibi species tormentorum, hi ad ignem torrebantur, hi in sarcagine frigebantur, hos ignei ungues usq; ad ossa & solutione compagati radendo sulcabant, alios balnea confecta ex pice & sulphure, ære & plumbo resoluti, calore cunctore excoquebat horrendo, alios uermes monstroso cum denib; uenenosis rodebant. Multos milii olim in seculo agitos & familiares ibi afixi. Porro clericos & monachos, laicos & feminas, tam seculares quam sanctimoniales, eo minoribus cruciatibus uidi addicatos, quo in uita sua minoribus fuerunt honor, seu officio, & priuilegijs fulti. In ueritate dico, q; speciali acerbitate supplicij uiuersos affligi afixi in linguis suis, quos aliquo iudices aut prelatos suisse cognoui temporibus nostris. Nulla tñ hominis lingua sufficienter ualeat exprimere, leuisima regionis illius supplicia, nec aestimatio potest concipere uarietatem ac multipliciter, qua uicissim alternantibus penitentiis subduntur, nec alijs posset ea dinumerare. Tertius milii est deus, q; si uidetur aliquo hoiem (q; me & oës charos meos affixis) etiā omnibus penitentibus atq; iniurijs que possunt homini in uita hac interrogari, aut etiā occidisset) deputari supplicij que uidet ibi dem, milesies (si fieri posset) pro eius creptione morte appetenter, intatum chista que uidet ibi exceedunt miseriam & modum doloris & angustiae, amaritudinis atq; misericordie. Post huc uenimus ad locum aliud tormentorum, uidelicer ad tenebrosissimum ac profundissimum ualle, in qua erat terrimus fluvius, nebulosa ineffabilis scotoris exhalas, rugos quoq; usq; ad coelum succéps. Tanta etiā inumanitas frigoris, seuentibus procellis nivis & gradiis, ut putarem me nil penalius illo conspexit algore. Tanta fuit ibi multitudine aiag, ut solent alucaria apum multitudine abundare, et animabus illis fuit hoc ghaile supplicium, q; nasc in amorem certitudinē, nūc inde erumpentes ignibus immergebatur. Tormenta huius loci erant graviora supplicij loci predicti. Tande uenimus ad tertium purgatorij locum, ad campum horribili chaos opicum, ubi erat sulphureus fumus scotoris immensi, planicies campi ita scatebat multitudine uermium, ut soler paucimētum domus iuncis cooperiri, & hi uermes ultra oēm aestimationem horridi, monstrosi, deformes, terribiles, rictu & igne spirantes, inexplorabili uoracitate miserios lacerabant, quos & dæmones frustatum per membra singula igneis ferramentis trucidabant. Deum testor, pax est, in modo tanq; nihil q; cqd dicere nūtum de penitentia loci illius. In breuissimo enim tempore intuebas eos centum uel amplius penitentibus diversis annulari, mox ipse restaurari, et rursus quasi in nihil redigi, & hæc uicissitudinem nullus erat finis, tamen edax fuit incendium ignis illius, ut quasi teperere crederes q; qd in mundo feruere aut exire sole tuermes dirupti ac mortui, ac per frusta cōminuti, sub infelicitibus cogerebatur, qui scotorre execrabiē putredinis adeo uniuersa replebat, ut feculentia illa oēm predictas penitentias excederet cruciatu. Deniq; uisit tot cruciamentis, ceperit procedentibus nobis, lumen gratissimum appareat; hinc fragratia odoris dulcissimi, atq; amoenitas campi multitudina florum iucunditate uernatissim, incredibilem nobis praestitit uoluptatem. In hoc capo inuenimus infinita milia hominum, seu potius animarum, felici quiete post expletâ tormenta gaudentium, quos in prima illius campi parte inuenimus, utebatur uestibus albis, sed non satiabitibus, nil tamen nigredinis aut maculæ erat in eis, minori tamen gratia corporis pollebat. Vidi ibi quadam uenerabilem Abbatissam, quæ magna fuit uirtutis in uita hac, & nuper de tormentis eueraferat, quæ in capo hoc uestibus immaculatis, sed non satis cunctis dentibus utebatur, hæc marcida specie, & tali habitudine uidebatur, quasi longa egritudine confecta, & ex balneis nuper fuisse egressa. Vidi ibi & quendam priorem, beata quiete cum spiritibus iustorum felicem, certa expectatione uisionis diuinae, qua erat remuneradus incomparabiliter letior. Post hec ad interiora huius capi progressi, uidimus in medio spirituum beatorum, quorum ibi infinita milia circumstabant, crucis mysterium adorari. Videbatur salvator quasi in stipe crucis suspenitus, ad quod uitale spectaculum cum ineffabilis alacritate undique concurrebat, mira inuentum deuotio, magna pro ratis beneficis gratiarum actio. Quis non admiraretur tantam in salvatore nostro clementiam, ut quod semel pro nobis in carne passibili perfulit in hoc mundo, hoc impossibilis nunc existens, ob nimium humanarum animarum amorem, ad earum gaudium & devotionem ampliandam, imaginaria representante dignetur in paradiſo? Deinde post horam non modicam, uisio ipsa disparuit, & singuli ad proprias sedes cum gaudio redierunt. Post haec uidi eminus quasi murum crystallinum, cuius nec altitudo, nec longitudo poterat peruideri, per cuius lucidissimam portam intrauimus, ibi deliciissimus splendor. Porro ad altiora prospiciens, uidi dominum salvatorem in throno gloriae residentem. Veruntamen locus iste non fuit ubi uidetur deus facie ad faciem, sedinde iam remota omni difficultate & omni dilatione, ascē

ascenditur ad celum illud æternæ deitatis uisio beatum. His uisis & auditis, sanctus Nicolaus ductor meus me breueriter salubriter qd admonuit, dicens: Iam tibi ad tuos est rediendum. Hec pauca ex uisione iam perstrinxii. DION. Magistr aliter perstrinxisti; id dubia quæ tibi circa hanc occurruunt, propone. FRA. Pene omnia quæ præcedenti articulo tetigi, hic quoque poterunt tangi, quæ nūc repetenda non sunt. Specialiter uero me mouet qualiter uerum sit, quod animæ in purgatorio emundatae, dicuntur in hac uisione uenire ad paradisum terrestrem antequam ad celum perueniunt paradisum, præsertim quoniam inter receptacula animarum post uitam hanc non computatur paradisus terrestris, sicut tu melius nosti. Deniq; cum animæ post hanc uitam nō sint amplius in statu me rendi, cur eis in paradiſo fieret talis repræsentatio dominicae passionis? DIO. Sapienter in terrogas, & rationabiliter dubitas. Veruntamen ante quam ad solutionem omnium horum procedam, adhuc tange de alijs uisib; bus aliquia, quæ maiorem tibi pariunt dubitationem.

Articulus. XXIII. De purgatorio sancti Patritij. FRA.

Valiter sanctus Patritius impetraverit sibi à domino demonstrari quædam pur-

gatoriij locum sub terra, uulgarum est satis; qualiter etiam inter multos qui locum huiusmodi intrauerunt, quidam miles introierat qd exierit, & quæ ibi cōspexit de supplicijs peccatorum gaudijs qd iustum, reuersus retulit, com-

muniter legitur in libello qui de purgatorio sancti Patritij intitulatur. Retulit quippe qd fossam profundam ingressus, primo deuenit in campum & aulam, in qua uenerit ad cum quadrangenti & quindecim uiris sancti, admonentes eum de futuris periculis & de consta- tria obseruanda. Post quorum dispartitionem apparuerunt ei nūsibiliter dæmones multi in formis horrendis cum strepitu magnorum quoruim dum uerba contemneret, ab eisdem proiectus est in magni rogiu incendi, de quo Christum inuocando repente ereptus est: quo facto, dæmones eum traxerunt ad campum quendam longissimum, plenum hominibus nudis utriusq; sexus, qui uentre humo hærebant, & clavis ferreis atque carentibus ter- re affixi extendebantur. Deinde traxerunt eum ad aliud campum, maioribus plenum mi- seris, in quo homines diuersæ aetatis & sexus resupiti iacebant fixi in terram, super quos facebant dracones igni, quasi comedentes ac lacerantes subiectos. Aliorum capita uel brachia aut totum corpus circuicinxerunt serpentes, & capita sua pectoribus miserorum imprimentes, ignitum ac uenenosum oris sui aculeum, illorum cordibus infigebant. Bufo- nes quoque miræ magnitudinis & quasi ignei, super quorundam pectora confedebant, quibus sua rostra deformia infigentes, propter corda quasi extrahere nitebantur: super quos etiam dæmones discurrebant, flagris cruciantes eosdem. Inde traxerunt eum in ter- trium campum miseris plenum hominibus, qui à summitate capitis usq; ad digitos pedū ita erant clavis transfixi, quod in eorum membris locus uacuus non uidebatur, in supuenio frigido ac urente flagrisq; dæmonum cruciabantur. Deinceps traxerunt eum in quar- tum campum, multis ignibus & omnibus tormentorum genere plenum, in quo catenis igneis suspendebantur, alijs per pedes, alijs p manus, alijs p membra, capi tibus eorum ad ima uer- sis, atq; sulphureæ flamme immersis, in fornaciis sulphureis cremabantur, alijs super sarcagines urebantur. Omnia gta tormentorum que excoxitari possunt, erant ibidem. Ibi ui- dit hic miles alijs sibi notos. Ei ualutus & clamores uiuersos qd ibi audiuit, nec lingua ex primere, nec sensus mortalium sufficit excogitare. Post haec traxerunt eum in domum gmaximam incēdij plenam, rotundis & profundissimis fossis repletam, quæ erant plenæ liquefactis metalis feruentibus, in quibus plurimi torquebantur. Deinde traxerunt eum ad flumen magni ac fo- lidum, totaliter cooptum sulphurei flamma incēdij sup qd flumen à ripa ripa pons lu- bricissimus ac strictissim⁹ tendebat, qui in tantā altitudine paulatim fuit extensus, quod horribile erat uidere, p quem hunc militem oportuit ire: qui fiducialiter transiendo inuenit pontem continue latiorem. Quibus peractis, dæmones militem reliquerunt, ples uero ui- dit ante se magnum & altum, pulchritudinis admiranda incomparabilisq; structuræ, in quo extitit porta ex gemmis & pretiosis metallis resplendens, ex qua uenit ei obuiam pro- cessio maxima cū crucibus & uexillis, cū cereis & aureis ramis palmaris, qd militē cū inge- tiueneratione & concetu dulcissimo introduxit p portā, dixeruntq; archiepiscopi duo ad militem. Regio ista est paradisus terrestris, de qua ob suam culpam electus est Adam. Oës nos per loca penarum ad requiem istam transtuimus, ad quā etiam uenient oës qd in purgatorijs penitentibus uidisti, cum fuerint expurgati. Nullus nostrum nouit qd diu hic erit & licet ab omni hic liberis sumus culpa, ad supnam tñ sanctoq; ieiuitia nondū digni sum⁹ ascenderet.

Zzz 4 quod-

Descrip-
tio purgatoriij
sancti Patritii.

Purgatorijs
campus 1.

Bufo-
nes ignei.

m.

Dominus in-
dictus plena.

Flumen fo-
tidum

Paradisus
terrestris

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

quodam societas nostra crescit & decrescit, dum singulis diebus & a pennis ad nos, & non bis ad cœlestē ascendit paradiſum. Deinde duxerunt militem in montem sublimem, ostenduntq; ei portam paradisi celestis, quibus auditus & uisus, reuersus est miles. DIO. Convenienter hoc rectificasti, sed qd tibi circa ista apparet. FRA. Specialia dubia mihi ex his nascentur, quae tibi inouebo.

Articulus XXV. Dubiorū circa hæc orientium propositio.

Hic apertissime dictum est, quod à purgatorio non ascēdit ad paradisum cœlestem, nisi per paradisum terrestrem, cuius oppositum (sicut & tu certius nosti) dicunt doctores cœlestes; qui & multipliciter probant, q; satisfactione in purgatorio per soluta, atque mox uolent in cœlum empyreū: quod & rationabile esse uidetur, cum nulla sit causa dilationis à gloria q; culpa reatus. Deniq; sicut præhabitū est, sola dilatio gloriae, quæ & pena danni uocatur, excedit in animabus separatis non cōdemnatis, omnē penam uita p̄fessit. Si ergo animæ in paradiſo terrestri nondū deo beatifice perfruuntur, ergo sunt ibi in peccata grauiſſima. Insuper, qualiter potuit miles ille in terra diem naturalē pertinere usq; ad paradiſum, atq; reuerti ad portam per quam fuit priuati foſtām in gressu. Itēz dubitatur, qualiter tot animæ in purgatorio existentes apparerūt militi hūc uisibiliter in humanis corporibus, quomodo etiā animæ in paradiſo terrestri (ut dicitur) constitutæ, apparuerunt & occurserunt militi in humana effigie. Et qd de divisionib; p̄fmemoratis dicatur, uisio ista dīcī non potest imaginaria extitisse, sed extēdor & in plenitate uigilia, sc̄q; taliter uisa realiter ita se habuerūt ut uidebatur, & iuxta hæc dīcī nō potest, q; soli Helias & Enoch sunt in paradiſo terrestri, cum ibi sint & innuemerabiles alii. DIO. Fortia sunt quæ moues & difficultia ad soluendū, mallemq; super his in struī q; docere. Unde nec de ista materia uolo quid dicere cū assertione incauta. Porro si & aliquot alia uis tāgēre uisiones, & ex eis ppone quæſtiones, hoc facito anteq; ad hoc solutionē progrediār. FRA. Postem & alia quædam referre ac sc̄iscitari, p̄fserim ex Reuelationib; brigittæ sanctæ, cuius reuelationes p̄dīcīt satis conforname uidentur. Vegeſt arbitror, ex horum solutione, illorum quoq; satis elucēct solutio, imo & infra opportune poterunt rangi idcirco si placet, ad p̄inducta discutienda, declaranda ac soluenda te modo accinge.

Articulus XXVI. De tripli uisioñe.

Triplex secundū Augustinum est uisio: Prima est exterior, qua ad oculum extēdorū aliqd sensibilitē cernitur aut appetet, quemadmodum beatissima uirgo uidit angelū Gabrielem, qui ei multatā predixit futurā: sic quoq; Zacharie patrī faciatissimi Iohannis Baptiste idem apparet atq; locutus est angelus. In ueteri etiā testamēto patri Samsonis ac Gedeonis, imo omib; filijs Israēl angelū ita apparet & uidebitur, sicut in libro Iudicii scribitur, sic etiam aliud uisus ac locutus est angelus Moysi. & hæc uisio non sit nisi in uigilia. Secunda est uisio imaginaria, qua p̄ similitudines in intellectu sensu, p̄tua uia imaginativa formatas, aliud cōspicitur: & tales fuerunt communiter uisiones prophetarū, quemadmodū Ieremias uidit uigilā uigilantem & ollā succēsam, atq; Ezechiel ædificiū templi ac ciuitatis in monte. Porro huiusmodi uisio aliquādo fit in sonno. Vnde & in euangelio legitur angelus apparetisse & locutus esse sancto Ioseph in formis. In Numeris quoq; dominus protestatur: Si uerit inter uos propheta, in uisione apparet eo, uel per somnum loquar ad eum. Et in libro Iob: Per somnum in uisione nocturnā quando iruit sopor super homines, & dormient in lectulo, aperit deus aures uiorum, & erudiens eos instruit disciplina. Aliquando uero imaginaria uisio sit in uigilia, exterioribus ramen sensibus alienatis & abstractis ab omni actu & exercitio a suis obiectis. Sic p̄tua uisio uidit dominū sedētem super solū excelsum & eleuatum. Tales fuerunt uisiones sancti Iohannis euangelista, quæ in Apocalypsi conscriptæ sunt. Vnde fatebor: Fui in spiritu in domi[n]ica die, & audiui post me uocē magnam, et rursus: Vox inquit, prima quæ audiuit ang tube loquentis mecum, dicens: Ascende huc, & ostendam tibi que oportet fieri cito, & statim fui in spiritu. Tertia est uisio intellectualis & anagogica seu sursum ducta, quia per species intelligibiles & mentalem illuminationē puri gluminis infusionē aliud homini demonstratur: tales fuerunt uisiones & reuelationes David propheta, secundū quod ipse in libris Regum: Spiritu domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam, sicut lux aurora oriente sole manè absq; nubibus rutilat, & sicut pluia germinat herba de terra. Præterea scire oportet, q; uisio dicitur imaginaria duplicitate.

Prī

DE PARTICVLARI JVDCIO SINGVLORVM.

551

Primo, quoniam sola est imaginaria & non intellectualis, quando uidelicit alicui aliqd de monstratur per imaginarias species, nec tamen agnoscat quid per huiusmodi species seu si militardes designatur. sic uisio Nabuchodonosor qua uidit statuam magnam, & illa qua Dan. 2. 4. Gen. 41. uidit arborem pulchram in somno, uisio quoq; qua Pharaon uidit in somno septem bous & septem spicas, fuerunt imaginariae, & tales uisiones non merentur dici propheticæ, quia (ut apud Danièle legitur) Intelligentia est opus in uisione. Hinc præfati reges non fuerunt propheticæ, sed Ioseph & Daniel qui uisiones illas exposuerunt. Secundo dicitur uisio imaginaria, quoniam partim est imaginaria & partim intellectualis, quando uidelicit is qui habet imaginariam uisionem, intelligit quid designetur per eam. Similiter uisio dicitur in intellectu dupliciter: Primo, quoniam est pure & solum intellectualis, quando per solas intelligibiles formas repræsentatur, & per spiritualem illustrationem intelligitur. Secundo, quoniam pro parte est imaginaria, atq; pro parte intellectuā propter quod inter dum imaginaria & aliquando intellectuā uocatur, talisq; uisio intellectualis non differt à uisio ne imaginaria secundo modo si dīcta. Deniq; per hanc distinctionem possent faciliter solui ac concordari uerba doctorum, qui de hac materia diuersimode loquuntur. Præterea, sicut ex doctrina diuini & magni Dionysii in libris de Angelica & Ecclesiastica hierarchijs manifeste habetur, propheticæ uisiones ministerio angelorum sanctorum administrant & fuent prophetis, quod etiam Thomas in secunda secundū, Alexander de Haies super secundum Sententiārum, Albertus quoq; ibidem ac alij concorditer tenet, & ex scriptura probatur canonica, Isaia testante: Volauit ad me unus de Seraphin. Vnde & Zachiarias frequenter: Dixi, inquit, ad angelum qui loquebatur ad me, & rurus idem afferit Zacharias: Ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & alius angelus egrediebatur in occursum eius & dixit: Curre & loquere ad puerum istum. Hoc ipsum insinuat in Apocalypsi, ubi ait Iohannes apostolus & prophetæ vidi similem filio hominis uestitum Apoc. 1. podere. Non ait, Vidi filium hominis, sed similem filio hominis, id est, angelum in persona Christi apparentem atq; loquentem, ut Haymo, Beda, Albertus exponunt. Propter qd in Apocalypsi fili hoīs cōtestat: Ego Iesus misi angelū meū testificari hęc uobis in ecclesiis: FR. Placet apocaz: p̄ oīa ista uisionū distinctionē, sed instrui cupio qualiter discernat q; uisio sit ueranec fallax.

Articulus XXVII. Ex quibus queat cognosci ac perfuaderi, q; uisiones & reuelationes, illuminationes & consolations sint uere à deo.

Merito istud in grā, q; in uisionib; potest de facili eveneri piculū maximū, cū dicat apłs: Ipse satanas se trāfigurat in angelū lucis. Hinc qdā diabolis uisioni a Cor. 11. bus decepti miserabiliter corruerūt, sicut & Cassian⁹ describit. V̄e multa sunt ex qbus pendit, q; uisiones sint uere à deo. Primum est, si scripturis sanctis concordēt: scdm, si à sancto patrī doctrina nō dissonerint, si cōmuni docimēto doctore catholicō & cōsentanea sint quartū, si ad spiritualē proscriptū & sanctā deuotionē inueniantur accōmodeq; nrū, si qd in eis p̄dīcīt uere impletū sextū, si p̄sonq; in qbus sūt, sunt uere catholice, virtuose ac stabilitate in bonis, quanq; etiā malis hoībus interdū sūt reuelationes, ut cōstat de Balā, qm̄ p̄phei & uisio sunt dona ḡ gratis data, quae bonis & malis, electis & reprobis extāt coia. Præterea, ex hoc coiter potest aduerti, an illuminatione uisitatio seu cōsolatio aut reuelatio sita deo, dū homo ex hmōi influētia inclinat ac trahit ad suū p̄sū cor dialē cōtemptū, ad humilationē profundā, ad oīm uanitatū ac uitio, detestationē, ad feruidū boni coīs amorē, ad ḡialem charitatis ac ḡia sibi cōcessē coicationē ad oēs, ad ardētem spiritualis p̄fectū affectū, ad boni p̄pofitū syncrisimā integratit, ad purū deitatis amorem, ad fidei illuminationē, & ad eorū q; sunt fidei intelligentiā clariorē, ad patientiā firmā & obedientiā sanctā. Nēpe quēadmodū ex solis plenitā oritur in aere splendor & calor, ita summosapiētē atq; iustitiae sole apparet, radiatē ac opante in aīa, mox nascunt in ea uerā sapientiae fulgor, charitatis p̄dōrū & quis practicāte diabolo possit in hōe ḡigni sensibilis quēdā deuotio & cōsolatio quēdā leu dulcedo suo modo interna, p̄fati th̄ affectū eff̄t noī ualent à demone, nec diabol⁹ potest agere immediate in apicē affectū aut uerticē intellectuū uē, nec ita p̄stringere mentē, ut uelit nolit rapiat sincere ad deū, atq; ilūc dimergat abyssum, ita q; ex huīscenodi p̄euētione, influxu aut uisitatione oriūtur in mente saluberrimi effectus p̄fati. FR. Videtur mihi hęc oīa sonare ualde catholice, nec his (ut reor) poterit contradici. V̄e ut suspicor, hæc introduxit̄ ut p̄ ea rideas ad quæ sita suū p̄tū: idcirco si placeret, ostende ex his quid æstimis sentiēdum de uisionib; & reuelationib; p̄fmemoratis, quæſtiones etiam circa eas supra inductas solue,

Artic.

publū p̄p.
mū.

Gene. 5.
Ecc. 4.4
Hebr. II.

Luc. 1.
ibidem.

adic. 13. 6.2.
Ex. 14. 33. 32

Iere. 1.
Ezech. 40
Marth. 1.
Num. 12.
Iob. 33

Mal. 6.
Apol. 4.

2. Reg. 43

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

Articulus XXVIII. Quod uisiones Tondali & monachi Anglicani, & quae de purgatorio Patriit factae sunt, uideantur uerae & fide dignae.

DIO.

Si attendamus uisiones & reuelationes prophetarum ueteris testamenti & sancti Iohannis apostoli, non uideo quod præfatae uisiones ac reuelationes sint reprobæ: primo, quoniam similes legitur in scripturis utriusque testamenti canoniciis, ubi inueniuntur horribiles ac myticæ apparitiones prophetis ostensa, & sancti prophetæ reseruent se translatos stuisse in spiritu ad loca remota, in quibus ostensa sunt eis inuisa ante & inaudita, & quæ secundum quod sonat litera intelligi nequeunt, sicut dum sanctus Ezechiel afferit se uidisse quatuor animalia, cum dispositionibus, formis ac motibus ibi expressis, & rursus alibi describit se transpositum à Chaldaea in Ierusalem in uisionibus dei: spiritu utique, non corporeo quod subtilissime innuit, dicens: Emissa similitudo manus apprehendit me in cincinno capitum mei, & ele uauit mespiritus inter ccelum & terram, & adduxit me in Ierusalem in uisione dei, & reliqua que ibi habentur. Et iuxta expositores, tota uisio illa sit imaginaria, ipso Ezechiele in Chaldaea in suo loco realiter ac immobiliter permanente, at quod in interiori tuo sensu, uiscilicet imaginativa, formatis per angelum similitudinibus representantibus uniuersa qua: ibi describit, scilicet uidisse & fecisse testatur. Similiter & alias: Facta est, inquit, super me manus domini, & adduxit me in uisionibus dei in terram Israel, & dimisit me super montem excelsum nimis, super quem erat quasi aedicium ciuitatis. Et ibi per aliquot capitulo scribit se in illa uisione multa uidisse, audisse, egisse, cum tamen totum hoc ageretur & esset in sola imaginaria uisione, non tamen in anima, sed magna quadam representante. Iuxta hunc modum ait etiam in Apocalypsi Iohannes: Venit ad me unus de septem angelis, & fustulit me in spiritu in montem magnum & altum, & ostèdit mihi ciuitatem lanctam Ierusalem: & habebat murum magnum & altum, habentem portas duodecim, & erat structura muri eius ex lapide iaspide, ipsa uero ciuitas ex auro mundo, fundamenta muri ciuitatis omnium lapide pretioso ornata. Alias multas uisiones imaginarias, admirabiles & horrendas scribit in Apocalypsi Iohannes, dicendo: Vidi mulierem sedentem super bestiam cocaineam, plenam nominibus blasphemiarum, habentem capita septem & cornua decem. Itaque Vidi, inquit, ccelum apertum, & ecce equus albus: & qui se debat super eum, vocabatur filius & uerax, & exercitus qui sunt in celo, sequentes eum in vestibus albis. Et apprehensa est bestia, & cum illa pseudopropheta, & uiu missi sunt hi duo in stagnum ignis ardoris sulphure. Multa huiusmodi habentur in Apocalypsi, ex quibus probatur quod uisiones Tondali & monachi Anglicani, & quæ de purgatorio Patriit sunt ostensa, non discordant à scriptura canonicanæ à fidei ueritate. Porro, quod nec à doctrina sanctorum dissonant patrum, monstratur ex his quæ supra ex dictis sancti Gregorii quarto dialogo sunt allegata. Siquidem sanctus Gregorius refert ibidem atque in homilijs, ad morientes frequenter ueniente angelos bonos & malos, & angelos malos in forma apparuuisse Aethiopum aut draconum, ac morientium membra ligata, eorumque animas ad loca amena aut pœnalia deduxisse animas quoque defunctorum redire ad corpora sua, atque uentibus retulisse se maxima conspergit, aut etiam tolerasse tormenta, & deinde iustorum gaudia gaudiosaque loca uidisse, & in recitationibus suis quasi per omnia nominibus corporalium rerum similitudinibus quæ earum sunt uiae, uidelicet flamma, ignibus, pontibus, pratis floribus, dominibus atque nauigis. Insuper, personæ quæ ista uiderunt, post horum uisionem & experientiam tam abstinerent, rigorose, compuncte & sancte uixerunt, quod tanta eorum conuersio aut profectus attestabatur uerbis eorum. His quoque quæ de purgatorio sancti Patriit leguntur, attestatur Legenda ipsius & Passionale sanctorum. Postremo, præfatae uisiones ualde sunt inducituræ & inflammatuæ ad dei timorem, ad internam compunctionem, ad sanctam deuotionem, ad penitentiam salutarem, ad mundum contemptum, ad cordis custodiæ, atque ad emendationem in omnibus. FRA. Libentissime hanc tuam audiui censuram seu positionem, confidens quod & alijs multi his auditis cum maiori credulitate copiosiori fructu, præfatas & cõfimiles lecturi sint uisiones. Nunc superest ut questiones circa uisionem Tondali motas dissoluas.

Articulus XXIX. Solutio dubiorum quæ circa uisionem Tondali mota sunt supra articulo uice secundo.

DIO.

Irea uisionem Tondali prima quæfisti, an anima eius fuit realiter separata a corpore in tota illius uisione, an potius realiter manuit in corpore, ita quod uidit omnia illa sola imaginaria uisione, & in ea per similitudines qualdam sustinuerit tot & tanta de quibus scribit tormenta. Ad quod (ut tetigisti) uidetur haberi responso

ex

DE PARTICVLARI IUDICIO SINGVLORVM.

552

ex recitatione historiæ de Tondalo illo, in qua fertur quod protunc mortuus fuerit. Vnde & ipse reductus ad corpus seu corporis usum ac sensum, dixit: Cū aia mea corpus exuere & illud mortuus esse cognoscere, uoluit ad corpus suum redire, nec poterat illud intrare. Veruntamen huius oppositum posset probari ex eo quod in eodem narratur libello, quod Tondalo subito corrueste, apparuerunt in eo omnia signa mortis, dempto quod calor modicus in sinistro eius latere sentiebatur ab his, qui corpus eius diligenter palpabant: propter quod & corpus insepultum super terram seruabant usque ad tertium diem, quo reuiviscere uidebatur. Ideo posset quis probabiliter dicere, quod anima eius mansit toto tempore uisionis illius realiter in corpore suo, atque ipsa imaginativa uisione consperxit ac supplicia pertulit per omnipotentiam dei dispensatione occulta & modo quodammodo incomprehensibili nobis, quemadmodum de animabus separatis a dæmonibus dictum est, quod uere & ineffabiliter atque grauissime affliguntur ab igne corporeo. Hinc Augustinus in libro de cognitione uerae uitæ ait ad questionem interrogatus: Nonne legitur quod sepe multæ anime de corpore eductæ uiderunt multa loca poenalia, loca quoque amena ac florida, & multas animas in utrisque, atque ad corpus reuersæ retulerunt se multa audisse ab illo? Ad hoc Augustinus responderet: Scilicet quod haec anime non penitus reliquerant corpus, sed sensus tantum corporeos suis destruerunt officij. Corpus autem non ex toto uitali caruimus spiritu: unde ea quæ audierunt, non res corporeæ, sed similitudines corporeas rerum fuerunt, quas reuersæ constitutis in corpore narrauerunt. Sic igit uulterius diceretur quod propter uehemetem illam alienationem & abstractionem anime Tondali à corpore suo & omni sensu, motu & actu corporeo, & propter intensissimam occupationem eius circa ea quæ sunt alterius seculi, uidebatur ei quod esset separata à corpore. Nec hoc incredibile reputetur de anima Tondali, cum diuus dicat apostolus se nescire an in corpore uel extra corpus fuerit raptus. Aliqui quoque inter dum tanta replentur suavitate cœlesti, ut eis videatur quod animæ corum de corporibus suis exiliant, aut extra corpus consistant. Fronto quoque episcopus dixit se interfuisse sepulturæ beatæ Marthæ, similiter sanctus Ambrosius peribuit se sepulturæ sancti interfuisse Martini. Et item Richardus de Media uilla super primum Sententiarum distinctione decimali septima, & alij multi dicunt sanctos illos antistites non fuisse in sepulturis illis personaliter nec animas eorumdem. Sic quod peccati Richardus: Dicunt potest quod in ueritate nec corpus nec anima Ambrosii interfuit in sepulture S. Martini, sed forte angelus in specie Ambrosii apparet: quod dū fieret, uidebatur Ambrosio soporato quod interesset illi sepulture. Nec est putandum quod phantasticum hois re aliter exeat de hoie dormiente, sed quod contingat quod homo somniat se esse præsentem alieno conspectu: & quod hoc somniat, tunc spūs in specie illius hois apparet illi, in cuius conspectu ille dormiens somniat se esse præsentem. Hec Richardus. De hac autem materia diffusius scribit beatus Augustinus, 18. de Civit. dei, ubi satys miranda refert de transformationibus apparitionib' quibusdā. Præterea ad intelligentiam qualiter anima in corpore manens possit per imaginariam uisionem talia cernere, sicut moueri, pati, terri ualeat, quod 12. super Genesim loquitur Augustinus de faciēibus alijs sensuum usu, quod gerunt quandam similitudinem corporis sui, per quæ possunt ad loca corporalia ferri, & talia qualia uidēt similitudinibus sensu experimentari. Nihilominus potest quis etiam probabiliter dicere, quod in omni præfata uisione fuerit anima Tondali uere separata à corpore, & interiori intellectualiq' uisu consperxerit ea quæ se uidisse narrauit. Intellectus namq' (ut docet Boethius) quodammodo in se includit ac comprehendit omnes exteriores interiorisq' sensus, & actus illorum exercet simpliciori altiori modo quam illi. Vnde quemadmodum deus eternus & glorus per ideales simplicissimas corporalia & immaterialissimas formas uidet & noscit uniuersa & singula quantumcumque corporalia & terrena distinctiones atque plenissime, ac dei angelii sancti ac dæmones quæ immateriales, tñ p' suas intelligibiles species distincte cognoscunt corporea & sensibilia quæq' ita & animæ separata potest per intelligibiles species, scilicet cunctum quod sibi tunc insunt, sensibilia & corporea intueri distinet ac taliu' reminisci. Verant' ad istud facilius responderet secundum beati Augustini investigationem, qui super Genesim 12. ait libro: Non uideo an habeat anima similitudinem corporis sui, dum iacente corpore sine sensu, non tam penitus mortuo, uidet talia qualia multi ex illa subductione seu alienatione uitius redditu narrauerunt, & non habeat similitudinem illam, dum perfecta morte penitus de corpore suo exierit. Huiusmodi autem similitudines dicitur anima separata habere secundum quod inspicit eas. De hac re multa scribit Cassianus in libro de anima separata, quod scilicet anima separata à corpo

re,

Te, adhuc uidet, audit, imaginatur & recordatur. Vnde ut supra est allegatum, Augustinus in libro de spiritu & anima fertur dixisse, quod anima recedes a corpore, secum trahit sensum, imaginationem, intellectum & intelligentiam, cōcupisibilitatem & irascibilitatem. In libro quoque de ecclesiasticis dogmatibus loquitur Augustinus: si Homines solum creditus habere animam substantiam, quae exuta corpore uituit, & sensus suos atque ingenia uiuaciter tenet. Veritatem praetexta Augustini & Cassiani ac aliorum quorundam uerba secundum quodsonant, magis consonant & cōcordant: Platonicorum quam Peripateticorum doctrinam, sed in his quod fidei sunt, p̄fertim in omnī ista materia, magis arbitrator infestendū autoritati quam philosophicæ ratione, quam secundum supernaturem omnipotentis dei operationem nobis in uita hac imperscrutabilem, multa contingunt in his. F.R.A. Prolixe disseristi, qualiter utrumq; predictorum probabiliter queat teneri, qd scilicet in corpore uel extra corpus realiter fuerit anima Tondali in uisione præscripta: restat ut solus arguementa ad hoc introducta, quod tunc extra corpus realiter esse nequit. D.O. Hoc noueris, tantum esse infirmitate in intellectus humani quādū in corpore est, quod etiam anima à corpore realiter separata, dum ad corpus fuerūt reducta, non potuerunt perfecte intelligere nec alijs plenarie recitare ea, quae ip̄fis extra corpus contigerunt, & quae de immaterialibus rebus uideruntur sed ea per corporalia quādā, prout aptius poterant, expresserunt. Hinc ut refert Cyrus, unus trium meritis sancti Hieronymi resulcitorum, interrogatus a Cyrillo de his quae fibi post dissolusionē à corpore contigerūt, respōdit: Quod me interrogas, non est bene possibile plene fari, quoniam spiritualia nostris sensibus minime comprehenduntur. Nam scis deum & angelos esse, & tamen qui sunt perfecte intelligere ne quis. Cum enim sint multa notissima in natura, quae nostra intelligenzia parvitate comprehendere non ualeamus, supercelestia & spiritualia omnino aliena à nostra cognitione quomodo intelligeremus? Itaq; si anima Tondali in illa uisione fuit realiter separata à corpore, sic ea quae uidit separata, re tulit prout potuit corpori restitura, præsentim quia & Tondalus miles non uidetur naturali philosophia multum fuisse instrutus aut auctus, ita ut de spiritualibus per appropriationem differeret. Itaq; respōendum qd nec situs, nec ambulatio, nec esse in loco, proprie competit in corporeis rebus. Vnde quod Tondalus retulit animam suam supra corpus stetisse, & undiq; circumspectisse, dæmonesq; uidiſſe per loca & ambulasse, ac consimilia sunt spiritualiter intelligenda. Quemadmodum enim conuenit anima separate esse in loco diffinitive, non circumscripitive, sic competit ei moueri, ambulare & ferri de loco ad locum. Qualiter autem poterat corporalia intueri ac pati, modo discussum est. Porro animarum tormenta eo modo ostensa sunt anima Tondali ac anima monachi Anglicani acq; Christinæ misibilis & aliorum quorūdam, quo utiq; modo debuerūt ac potuerūt ea aptius, intelligibilius ac fructuosius recitare hominibus post carum reditionem ad sua corpora, sicq; separatarum & inuisibilium animarum ac dæmonum supplicia ac personæ demonstrata sunt animibus præfatis sub similitudinibus corporalium rerum & bestiarum, materialiumq; pecuniarum quod anima Tondali habuerit corporeos pedes, aut quod anima in purgatorio excoriabantur, scindebantur, decollabatur, liquefiebat aut urebantur in uerubus ollis, patellis, aut qd redigebatur quasi in nihilum aut in unam massam conglobabatur, sed qd omnes isti si modi poena uere & ineffabil modo sint in animabus in purgatorio cōstitutis, aliter tamen, iñd & supernaturaliter & incomprehensibiles ac proflus poenitentia, qd esse possint in aliquo homine, aut in ghubrisq; hominibus in hoc mundo. Et iuxta hunc modū sunt intelligenda, quae de stagnis, ponte, lamina ferrea ardente & cōsimilibus asseruntur. Dæmones quoq; informis diuersarum apparuerūt ferae, bufonum, draconum, serpentum, ad insuauandum diuersas eoz crudeitates atq; multiplices atrocissimasq; penas, quas minantur aut inferunt animabus, nam & frequenter in talibus formis apparuerunt sanctissimus uiris Antonio, Hilarioni ac confusis, quos suis testamentis ac terroribus cupiebant detinere. Præterea utrum anima de purgatorio euolent immediate in regnum cœleste, an mediate, ita qd primo terrestrem introeant purgatorium, infra in speciali discutetur articulo. Similiter & id, an minima purgatori poena (loquendo de pena sensus) maior sit omni præsentis uitæ tormento. Cetera etiā supra 24. articulo circa uisionem Tondali obiecta & tacta, infra clariss exponent. Postremo, doctores sup⁴ Sententias & cōmunitate dicunt, qd anima in purgatorio non puniūtur per dæmones, qm eos uicerunt necq; per angelos sanctos, qui suos cōciues futuros non puniēnt tā dire, sed qd solo igne torquentur per diuinā iustitiam. Huius tñ contrarium non

intelle& lu
mani insu
micas.

Spīnīa cor
poris sensi
bus cōpīne
di nequeūt.

Viso Toda
li qd si fuerit.

non in prægenarratis uisionibus tantum, sed & in alijs reuelationibus multis in finuari uideatur. De isto tamen non est aliud ab ecclesia determinatum unde nec periculum aut illi citum reputatur, circa hoc diuersimode opinari, nec ratio ista multū cogit, quod ideo à dæmonibus non torquentur, quoniam eos uicerunt. Quamvis enim uicerunt finaliter, frequenter tamen uicti fuerunt ab illis, nec pro hoc satiſcerunt in seculo isto, sicut posset quis dicere, quod meruerunt adhuc puniri ab ipsis dæmonibus, ut subdantur eis in peccatis, quibus se sponte subdiderunt in culpis: & per quos peccauerunt, per hos & puniantur, quemadmodum & quarto Sententiarum ait Magister: Hos habebunt in tormentis tortores, quos habuerunt in uitij intētores. Verum te nihil diffinio, quemadmodum nec de isto, an sola poena ignis anima in purgatorio affligatur, loquendo de pena sensus, circa quod Thomas & alii multi tenent quod imo, quoniam poena purgatori ordinatur ad purgationem, quae maxime competit igni. Ex multis tamē reuelationibus aliter esse uidetur, nec aparet ne gaudium quin ad minus dæmonum aspectus sit etiam his, qui in purgatorio sunt, ualde penalis.

Articulus XXX. An anima in purgatorio satis punit, & igne purgatorio sa

tis purgata, mox euolent in paradisum cœlestem.

F.R.A.

E isto nunc cupio diligenter tractari, an anima ex purgatorio liberata, perducantur ad paradisum terrestrem, & ibi demoretur ad tempus, antequam ad cœlestem patriam deducantur atque ingrediantur. DIONY. Ad hæc uideretur protinus respondendum, quod in purgatorio sufficienter punita & expurgata, immediate introeant regnum cœlestem, nisi prætexte & etiā quædam aliae uisiones uiderentur oppositum affirmare. Sed forsitan aliqui irridebunt, quod in tanta materia non respondeo indilate, absolute & assertive, iuxta generalem & concordem doctorum traditionem, propter reuelationes quasdam phantasticas & incertas. Veruntamen nec doctoribus contradico propter uisiones prætextas, nec propter doctorum traditionem audeo tot sanctorum hominum uisiones & reuelationes appellare phantasticas aut mendicas, quandiu ecclesia super hoc nihil determinat. Nam & qui eas descriperunt & approbaverunt, fuerunt religiosissimi atque doctissimi viri, & quidam eorum fuerunt doctores in theologia. F.R.A. Si placet, breuiter tange quid ad huius quæstionis utrāq; partem posset induci & allegari. D.O. Ad probandum quod anima ex purgatorio immediate pertingat ad gloriam paradisi cœlestis, multa satis authentica & robusta possunt arguenda adducit. Primo, quoniam super quartum Sententiarum distinctione quadragesima quinta, ubi Magister ex uerbi Augustini tractat de abditiis receptaculis animarum, scribunt doctores concorditer, quod ante passionem Christi receptacula illa fuerunt limbus patrum, quantum ad iustos & sufficienter purgatos: & limbus patuolorum, quantum ad animas in solo origina li à corpore separatas & infernus, quantum ad reprobos: ac purgatorium, quantum ad animas sine mortali, tamen cum obligatione ad poenam exētūtes de corpore. Porro post Christi passionem & ascensionem limbus patrum cessavit, & pro eo cœlum empyreum factum est receptaculum animarum sanctorum, arq; in purgatorio plenarie purgatarum. Istud est doctrina Alexandri de Hales, sancti Thomæ, Alberti Magni, Bonaventuræ & aliorum: nec quisquam sanctorum patrum aut scholasticorum doctorum uidetur paradisum terrestrem inter receptacula ponere animarum, iñd super quartum asserit Thomas: Quæadmodum levia per leuitatem statim eruntur sursum, nisi aliud impediat, scilicet ueni ale peccatum quod purgari oportet & quoniam locus deputatur animabus secundum congreuentiam premij aut penae, statim ut anima à corpore absoluitur, in infernum demergitur aut ad cœlum euolat, nisi impeditur aliquo reatu, quo oporteat euolationem differri, ut anima prius purget. Et huius ueritati autoritates scripturæ canonicae manifeste attestantur & documenta sanctorum patrum: unde contrarium pro heresi est habendum, ut patet quarto dialogorum & in libro de ecclesiasticis dogmatibus. Hec Thomas, qui etiā in Summa contra Grecos istud multipliciter probat. F.R.A. Si huius contrarii extat hereticum, ergo non licet aliter opinari. D.O. Hereticum est dicere animas ante futuram generalem resurrectionem non premari, & hoc Gregorius quarto dialogo ex scriptura ostēdit canonica: quid uero ad ea quae Thomas & alii introducunt, ualeat responderi, infra habebitur. F.R.A. Disputationē tuam prosequere. D.O. Ad huius partis probationem Thomas de Erfordia breuiter multa introducit motiva in suo cōpendio non paruipendēta: Animæ, inq;

Alay recep
tula ante Chri
sti passionem
que fuerint, &
que nō sint.

Et & & ens,

ens, cū fuerint sufficienter purgata in igne, euolat statim ad gloriam, quod patet multipli-
ci ratione: Primo, quoniam post purgationem non manet in anima aliqua dissimilitudo ad
gloriam, ideo merito debet gloria iungi. Sectundo, quoniam ianua coeli aperta est ei, quæ
nullum habet introitum obstatum. Tertio, quia necesse est illis spiritus, in quibus est cha-
ritas sursum elevans & nihil retardans, ad gloriam eleuare. Quarto, cū deus prior sit ad
misericordium & beatificandum quam ad puniendum, merito debet purgatos coniunge-
re gloria, quos purgandos subiecit peccata. Quinto, quia non punit deus bis in idipsum, id-
circo dum quis satisfecit in peccatis ignium, non debet amplius puniri in dilatione præmio-
rum. Sexto, quia post purgationem non debet talis amplius esse in purgatorio, cum iam sit
purgatus, non purgandus nec debet esse in limbo, cum non sit de numero parvorum: ne-
quæ in inferno, quia non habet mortale; ergo oportet quod sit in celo, cum non sint alia post
mortem receptacula animarum. Septimo, quia efficacior est charitas quam iniquitas: sed ini-
quitas statim ducit ad supplicium, ergo charitas statim ducet ad præmium. Octauam quo
q[uod] subiungit, quæ iam ex verbis Thomæ est introducta. FRA. Augustinus in Enchiridio
scribit, q[uod] utq[ue] ad diem iudicij animæ separata sunt in abditis receptaculis ergo nec in infer-
no, nec in celo, cum hæc duo sint omnibus nota. Gregorius quoq[ue] in quarto Dialogoru[m] re-
fert quas cladem animas electas alibi q[uod] in purgatorio esse punitas, q[uod] & in alijs multis fatetur
historias, aliquos etiā narrat in paradiso fuisse & inde redisse. DIO. Ad ista & ceteris similia claret
responso ex verbis Bonaventura, super IIII. Sententiæ, distinet. XLV. scribentis: Tri-
plex est status animæ: primus est retributionis, se cūdus quietæ expectationis, tertius pur-
gationis. Nam anima exuta dupli causa potest impediri à retributione beata: primo, pro-
pter hoc q[uod] ianua clausa est secundo, q[uod] anima non est plene purgata. Itaq[ue] statu retribu-
tionis correspōdet proprius locus, receptaculumq[ue] determinatum in se & quo ad nos, uideli-
cet, celum cypreum quo ad iustos, & infernum quantum ad impios. Statu autem quietæ ex-
pectationis correspōdet locus determinatus quo ad se, sed nō quo ad nos, quoniam ex scri-
pturis non constat ubi sit limbus. Statu uero purgationis correspōdet locus in determina-
tus & quo ad nos & quo ad se, quia non omnes in eodem loco purgantur, sicut in aliquo uno
loco purgantur multi: & quantu[m] ad hæc loca, in quibus diuinitas ex diuinâ dispensatione diuer-
simode purgantur, loquitur in Enchiridio Augustinus. Denique limbis debetur peccato
originali, infernus mortali, purgatorium ueniali, est q[uod] probable, q[uod] hæc tria loca gradatim
se habent, & circa eandem terræ partem existant. Insup receptacula aliq[ue]bus dant secundu[m] co-
siliu[m] dei quod incōmutabile est, & secundu[m] causas supiores: aliq[ue]bus uero secundu[m] senten-
tiæ dei q[uod] aliquando revocatur, & secundu[m] causas inferiores, & de aliis hoc secundo modo
deputatis alicui receptaculo, intelligenda sunt uerba Gregorii in suo dialogo. Hæc Bo-
nauentura. Porro secundu[m] Thomæ, etiā celu[m] & infernum inter abdita receptacula cōputant,
q[uod] inuisu sunt nobis, & sola fide noscunt. Coiter q[uod]q[ue] afferit, q[uod] de lege coi est unu[m] g[ra]m[mar]is pur-
gatorij locu[m]: sed ex speciali dispositione iudicis summi diuersa sunt loca, in quibus ait que dā
purgatur, FRA. Modo (si placet) tange motiu[m], ex quibus apparet q[uod] ait in paradiſo terrestri
recipiant ac demorantur, anteq[ue] celestem introeant paradiſum.

Articulus XXXI. Persuasione, ex quibus apparet q[uod] ait in purgatorio satis pur-
gatae, primo ingrediantur paradiſum terrestre, deinde celestem. DIO.

AD hoc primo inducitur, quod (ut supra IIII. articulo cōmemoratum est) Gre-
gorius narrat quarto dialogo de quodam post uisa tormentareorum ac gaudia
electorum ad corpus reducto, qui dixit, q[uod] ponte p[er]iculoso transfacto, erant amce-
na atq[ue] uirentia prata, in quibus dealborum hominu[m] conventicula uidebatur:
& tantus erat ibi odor suauitatis, q[uod] uniuersos illic habitantes ambulantesq[ue] satiauit: ubi &
mansio[n]es diuersor[um] singulæ multitudine lucis erant plena. quod de paradiſo terrestre in
telligentu[m] uideretur, quibus concordat quod in uisione legitur Tondali, q[uod] sicilicet angelus
& ait Tondali uenerunt ad portam: quam ingressi, uiderunt campu[m] pulcherrimum odoriferu[m],
floribus constitutu[m], lucidu[m] & amoenu[m], in quo fuit multitudine innumerabilis anima[rum],
& cetera quæ supra uicefimo articulo sunt conscripta. Porro in uisione Anglicana & in hi-
storia de purgatorio Patritij clarissime dicitur, q[uod] anima[rum] purgatorij exētus, primo in-
troeunt paradiſum terrestrem, & manent ibide ad tempus, quo uia ap[er]ta reddatur ingre-
di regni celorum. In reuelationibus demu[m] sanctæ uirginis Mechtildis narratur, q[uod] animam
ei[us] dñis assumpit ac duxit in amoenissimu[m] horu[m], in q[uod] erat multitudine ait[ur] ad m[ea]sam seden-
tium, quibus Ch[rist]us pro ferculo apposuit officia atq[ue] suffragia, quæ à uiuis siebant pro illis. dicit[ur] Me-

xit[ur] Mechtildis: Mi domine quid prosunt hæc illis cū sint in gaudio magno? Tunc ape-
rientibus se cordibus anima[rum], uidit in corde cuiuslibet quasi uermi cor ipsius torquentem, eo quod non meruit sine impedimento & dilacione post mortem ad dominum euola-
re. & dictum est ei: Hic uermis non moritur, nec ab eo animal liberatur donec intret in gau-
dium domini. sicq[ue] uideatur q[uod] anima[rum] à purgatorio libera sunt in loco ameno & pulchro,
puta terrestri paradise, in quo quauis multum letentur, q[uod] purgatorijs sensibilia supplicia
euaserunt, & de eterna beatitudine cito adipiscenda extent secura, doleat tamen de gloria dilatione, & quod non satys fynceriter in hoc mundo uixerunt. Amplius, his concordare uide-
tur quod in quarto libro Reuelationum sancta Brigida capitulo septimo angelus ad san-
ctam Brigittam in spiritu raptam legitur protulisse: Supra infernū est locus quidam, in
quo est maxima purgatorijs pena quam anime possunt sustineret & ultra locum hunc est
alius locu[m], in quo minor est pena, quæ non est alia nisi defectus uitii in fortitudine & pul-
chritudine, sicut per simile tibi dico, quasi si alius esset infirmus, & infirmitate cessante ac
pena, nihil haberet de uitribus donec eas paulatim recuperaret. Tertius uero locus supe-
rior est, in quo alia nulla est pena, nisi desiderii peruenienti ad deum. & ut melius in con-
scientia tua intelligas, dico tibi per similitudinem, quasi si es miseretur cū auro, & in igne Simile,
ardentissimo autem tam diu esset purgandum, donec aet[er]nū consumeretur & autem fieret
purgatio quanto autem fortius esset ac spissius, tanto ardenter igne egeret, quousq[ue] aurum es-
set quasi aqua currens & torum fulgens. Deinde magister eius profert autem in alium locu[m],
in quo obtineat ueram sui formam in uisu & tactu: posse amittit autem in tertiu locu[m], ubi cu-
stodiatur & possessori suo representetur. Sic spiritualiter est de locis predicatoris, quia in pri-
mo est maxima purgatorijs pena, ibi est dæmonum tactus, & ibi per similitudinem appa-
rent uenenosu[m] uermes & similitudo animalium ualde ferocium: tibi calor & frigus, tenebrae
atque confusio. Deinde magister (i.e. diuina iustitia) profert aurum (id est, animas) in alium lo-
cum, in quo non est nisi defectus uermi, ubi anima[rum] morabantur tam diu, quousq[ue] habeat
refrigerium per suffragia amicorum suorum aut de continuis sanctæ ecclesiæ operibus. Nā
anima quo maius habeat auxilium, eo citius conualescit ac liberatur. Post hæc anima ser-
tur in tertiu locu[m], ubi non est pena nisi desiderium peruenienti ad dei presentia & eius
uisionem beatam. In hoc loco morantur multi & nimis diu, præter illos qui dum in mūdo
uixerunt, perfectu[m] habuerunt desiderium peruenienti ad dei beatificam uisionem. Alibi quo-
que quædam his consonantia asserit brigita sancta. Posse etiam ad hæc aliq[ue] quædam per
suasiones adduci. Nam cū diuinus DionySIUS protestetur, q[uod] à distanti nō itur in distans, nō
si per medium, & tanta sit in purgatorio p[er]gena tam damna quam sensus, apparentiam habe-
re uidetur quod à purgatorio nō perueniat ad paradiſum cœlestem, nisi (ut dictum est)
per terrem, aut à loco in quo non est nisi pena dñi. Ambrosius etiam sup[er] Lucā: Illuc,
inquit, redeundum est nobis, unde electus est Adam. & Gregorius: Quoniam primus homo Genes. 4
per uetus eum ligni perdidit paradiſum, illuc reduci non possumus, nisi per abstinentiam
salutarem. Deniq[ue] in Legenda sancta Dorothea habetur, quemadmodum ipsa de paradiſo
sponsi sui misit Theophilu[m] in mense Ianuarij tria mala et tres rosas, sicq[ue] uidetur terrestris
paradiſi spem habuisse ac docuisse. In Legenda demum beatissimi Thomæ apostoli narra-
tur, quemadmodum frater regis Indiæ resuscitatus a morte, perhibuit se ab angelis ductu[m]
in paradiſum, & ibi uidisse formosum palatium ex auro, argento & gemis constructu[m], & re-
gem suo demerito perdiisse idipsum. Vnde uiderunt in paradiſo terrestre esse quædam re-
muneratione hominum, cum in celestem paradiſo non sint palatia talia. FRA. Quid tibi de ho-
rum ueritate uideis? DIO. Hoc determinationem alijs magis cōmitro, & si concordari hæc
queant, peritis relinquo: quia nec tantis doctoribus, neq[ue] tot reuelationibus contradice-
re audeo. Determinationi autem ecclesiae hæc tutius committuntur, FRA. Conuertamus
ergo ad alia: & quia interdum iam tactum est, quod in purgatorio existentes transferun-
tur paulatim ad leuiora tormenta, non uidetur quod minima purgatorijs pena sit maior
omni uitæ præsentis supplicio.

Articulus XXXII. An minima purgatorijs pena sit maior qua-

cunq[ue] poena uitæ præsentis.

DIO.

Sicut præhabitum est, sanctus Thomas & alij multi doctores affirmant, q[uod] minima
p[er] pena purgatorijs, tam pena dñi q[uod] poena sensus, sit acrior qualibet huius seculi po-
ena: quod etiam multi à morte refusciati se esse expertos sunt testati, in mō multa hor-
ribilia & quasi incredibilia inde locuti sunt. Sed obuiare uide q[uod] circa hoc scri-

Et &c. 2 bit

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

bit Bonaventura super 4. Sententiae distinctio. 20. Sane, inquiens, intelligendū est hoc, ut gñaliter poena illa sit maior ista, scđm regulā illam Philosophi. Si optimum in uno gñe est melius optimo alterius gñis, & hoc simpliciter illo melius est. s̄lter intelligendū est hic, q̄ il la poena h̄r̄ maior, nō quam minima illo gñe sit maior maxima in gñe isto, sed q̄ maxima poena in gñe illo maior ē maxima poena gñis hui⁹ seu status ac uite p̄fentis. Nā ut ait B. Gregorius, qbusdā est reuelatū quādā aīas esse punitas in umbra. Hęc Bonaventura. F.R.A. Quid circa h̄r̄ uerius putas? D.O. De incertis mihi nihil distinctio. sed qđ Thomas fatej, iuxta illos positionē uidetur pcedere, qui opinātur poenā in purgatorio pro aliquo p̄fō infictā à principio sūl usq̄ ad finē & que int̄ se durare, q̄usq̄ satisfactū fuerit, p̄ p̄fō. Porro positio Bonaventuræ uidetur secundum illos procedere, qui dicunt poenā purgatorij tanto plus minui, quanto satisfactio magis propinquat ad sufficientiam, seu quanto purgatio pro maiori parte fuerit cōsummata. Cui positioni reuelationes prætactae magis concordāt. sicq̄ exponi poset ostēs illa odoriferose uirentiūq̄ prator̄, q̄ in eis adhuc restabat aliqd perfol uendū de poena dāni, & q̄ prator̄ hm̄i significabat amoenitatem paradisi celestis. sancti aut̄ qui insinuare uidentur quōd ad terrestrem paradisum re deundum sit nobis, ut turrit figura pro refigurata: quia sub nomine paradisi terrae estris celestem intelligunt paradiſum, in q̄ est finalis & plena remuneratio elector̄. Esset quoq̄ h̄ereticū affirmare, quōd anima non pertingant ad regnum illud celeste, cōpleta omni poena pro culpis inficta, loquendo tā de p̄dēna damni q̄ de poena sensus. Nec aliquo modo negandū est, hoies in hoc mūdo tāz̄ se perfec̄tionis consistere, ut sine oīnī dilatione ptingant eorū animās ad regnum celeste post recessum a corpore: nec in uisionibus p̄ allegatis alicubi hoc negatur, sed magis asseritur. Insuper, ad dubia quae articulo 2.4. mouisti circa ea quē de purgatorio leguntur Patritii, potest fortassis se aliq̄s breuiter expedire, dicendo cum Augustino, qđ in his quae sunt super naturā, tota causa seu ratio facti aut operis est oīpotentia ac dispositio dei agentis, cuius uirtute poterant animās defunctōs illi militi apparet, sicut & dæmones in qbusdam assūptis corporibus aut in quibusdam p̄stigatis imagines tamē uidetur q̄ in corporibus ad horā assūptis. Conformiter poterat miles iste in spatio tam breui per tam longa itinera ferri, moueri, trahi, redire. Nam per aliqua loca à dæmonibus, quoq̄ uelox agilitas est, tractus describitur, & diuina uirtute atq̄ angelica ope sic redit. V̄erunt̄ non arbitror exp̄edire, talia immoderate aut curiose scrutari, sed diuinam uereri iustitiam, & nunc taliter conuersari, quōd tanta euademus supplicia. F.R.A. Quantum in tam abdita ad duas p̄matēria fieri posse uidetur, satis diffuse &clare iam respondisti, atque quām dīro & ineffabilē modo incorporei spiritus tam in purgatorio quām in inferno affligatur, elucidasti. ita ut me rito debeam contentari. D.O. Adhuc ad hoc p̄suadendum duarum sanctorum testimonia sc̄minarum inducam.

Articulus XXXIII. De acerbitate p̄cēnā purgatorij & inferni. D.O.

Quarto libro celestium reuelationum sancta Brigitta recitat, qualiter in uisione imaginaria uidit h̄c Brigitta animā cuiusdam defuncti stantem iuxta & s̄tū antīsumū clibanum, & ignem incendiū ascendere usq̄ ad animā caput, int̄m q̄ pori stabant sicut uenæ curretes cū igne ardente iaurē uero uidebant quā si sufflatoria fusōz, quā totū cerebrū cum flatu cōmuuo cōmouebant. Oculi aut̄ euerū uidebant & inuersi, & apparebat ad occiput in t̄ esse affixi. os q̄q̄ erat aptū, & lingua extraēta per narī aperturas, depēdebat ad labial dentes etiam erant quāsi clavi ferrei per palatum affixi. brachia uero erant tam longa, quōd tendebant ad pedes. sed & manus ambe uidebantur habere atque comprimere quandam pinguedinem cū pice ardente. At uero cutis quā super animam apparebat, erat quās uestis p̄ermate circunfusa: & erat tam frigida, q̄ omnis qui eam uidebat, contremuitide qua etiam tam gravis & intolerabilis prodīt fecerit, quōd nullus factor in mundo hoc ei possit assimilari. Ecce incorporeā anima illa in tam miserabilē & p̄cēnosa corporali effigie est ostensa, ad designandum quod ipsa in se inuisibiliter sustinebat talem angustiam & pressuram, tale incendium & tormentū. Hinc rur sus de alia anima separata & rea ac purgatorio eleputata loquitur Brigitta sancta. Videbatur mihi quādā uinculum quoddam esset alligatum in capite animā instar coronæ, & strigebatur tam fortiter, quōd frons & occiput pariter iungebantur: oculi uero deciderunt a sedibus suis, depēdentes per radices suas ad genas, crines quoq̄ quāsi igne cōbusati auerunt, & cerebrum rumpēbatur defluens per narēs, & per aures lingua extendebar, dentesq̄ compromebamur: ossa etiam confringebantur in brachij & contorquebantur.

Atē dānare
mūtra facies

Aīe purgā
de tristis
spectus.

DE PARTICVLARI IUDICIO SINGVLORVM.

55

tut ut funes. Porro manus decoriatē ligabantur ad collum, pectus uero & uenter tam forster dorso coniungebantur, quōd costis contractis cor cū omnibus interioribus eversum erexit. Femora uero pendebant ad latera, ossaq̄ contracta extrahebantur eo modo, quo filum tenue sole in globum conglomerari. Ecce per omnia ista imaginarie uisa significabatur, q̄ quale p̄cenā haberet homo, si per possibile sic uiolētaretur ac torqueretur in corpore, q̄ uniuersa membra eius ac intestina taliter dissiparentur, tales, iūdō inenarrabiliter grauiorē in purgatorio p̄cenā sustinet anima. Præterea, Mirabilis illa Christina, cuius Legenda conscripsit doctus uir suffraganeus episcopus, qui & librum Apum composuit, illa in quam uirtuo mirabilis Christina, post primam suam à morte refuscitationem redacta ad corpus, interrogantibus quid sibi post egressum de corpore cōtigerit, dixit: Statim ut defuncta sum, suscepit animam niām angelī lucis, & deduxerūt eam in locum tenebrosum ac horridum, animabusq̄ hominū plenū. Tormenta quē ibi uidi, tanta tamē crudelias erant, q̄ nulla id lingua ualeat exprimere: & cogitante me q̄ esset infernus, angelī responderunt purgatorium esse. Inde duxerūt me ad poenas inferni, & inde in paradisum corā domino maiestatis: qui cum me hilariter accepit, sup omnem modum gauius sum, putās me ibi & eterniter cum domino permanebar, qui ait ad me Reuera dilectissima mea hic mecum eris, sed duos optionem nunc tibi propono, uidelicet mecum manere uel reuerti ad corpus, & in eo pati poenas satisfactorias p̄ ereptione anima, quas in purgatoriū p̄cēnis uidi. Me aut̄ sine haesitatione mox eligente reditionem ad corpus, iubet dñs statim reuixi. Præterea, q̄ uerissima fuerit ista miranda Christinæ relatio, probant innanissima tormenta quae post refuscitationem sponte sustinuit, iūdō sibi ipsi inflixit. Intrauit enim frequenter ardentissimos clibanos pro panum decoctione paratos, in quibus tam uehementissime cruciabat, ut præ angustia clamaret, nec tamen in ea egrediēt ulla apparuit Iesio. Se pe quoq̄ in ignium incendia le p̄cēit, & in cacabos plenos bullientes intravit usq̄ renes uel ubera, ac reliquis membris aquā bullientis p̄pris manibus suspudit, & p̄ dolore clamauit uelut parturient, exiens tñ non habuit læsionem. Inter dum etiam, iūdō multoties in aquas congelatas se p̄cipitauit, & sub glacie sex diebus aut amplius morabat. Quādōq̄ in ter suspensō ad patibulū se suspendit, & biduo mansit suspensa: deinde illa esca descedit, & mortuorum intravit sepulchra, desponsa ibi hominū uitia. Tempore quoq̄ hyemali confueuit sub rotis molendinōz, stare erecta, ita q̄ aqua correbat super caput eius & mēbra, cēciditq̄ in ter dum sup rotarum circuitum: & tamen rediens fuit illa. F.R.A. Nū quid & tu qui naturalis rationis uiges acumine, atq̄ in philosophicis es eruditus scientijs, credis hęc uerae esse? D.O. Male & nimis male naturali uiget acumine atq̄ scientia acq̄sita, qui ex hoc ea quāe fidei sunt seu fidei digna narratio ne inueniuntur, suo p̄fauinit ingenio menfurare, dījudicare & coartare. Deniq̄, quāe p̄fatus autor Legenda Christinae Mirabilis de ea conscribit, & iam partim commemorata sunt, probat idem descriptor testimonio teue rendi patris Jacobis Aconensis episcopi, postea Cardinalis, qui se eam & eius mirabilia uidisse testatur, iūdō & alia multa prætactis mirabiliora narrant de ea. Ego quoque in loco quo fuit sepulta, fui frequenter & dum in pueritia in oppido sancti Trudonis frequētaui, scholares ex relatu suorum parentum saepē loquebantur de ea. F.R.A. Quia iam de particuliari iudicio singulorū & poenis purgatorij ac inferni ac punctis conceruentibus tam diligenter & plene locutus es, precor ut in fine huius dialogi aliqua scribas, qualiter debeamus nos quotidie ad mortem & ad mīte iudicium dei disponere, ne incidamus rigorē diuinæ iustitiae. De tentationibus quoque, quāe solent agonizantibus magis esse moleste, & de remedijis contra eas, & qualiter munierendus sit agon & exitus morientis. D.O. Pia, fructuosa ac sapientialis petitio, ad cuius impletionem utinā essem idoneus. Attamen te orare pro me, tentabo pro uiribus adimplere quōd postulas.

Articulus XXXIII. De p̄paratione quotidiana ad mortem

& ad mīte iudicium.

Quemadmodum tota uita sacerdotis timorati cupientis celebrare deuote, debet esse continua p̄paratio incessabilisq̄ dispositio ad celebrādum condigne, ita ut diligentissime uite quicquid impedimentū est celebrationis deuotae acferuidet, & quicquid ad eam disponit ac confer, uiriliter apprehēdat & exequatur, ita tamen ut hora celebrationis instantē, per specialia & peculiaria quādam exercititia devotionalia orationū, meditationū, psalmodiar̄, contritionis, cōfessionis & satisfactionis ad instante celebrationē le p̄paretis tota cōuersatio cuiuslibet Christiani deū timētis ac mortis

Christinæ
Mirabilis

Mirabilis ex
uia Christi-
nae Mirabilis

Jacobus Aco-
nensis ep̄s.

Oppidum s.
Trudonis no-
mine est i di-
cestr Leo-
dienst

Cōparatiō

Et & &

xi salubriter cupietis, debet esse una iugis preparatio ad mortem & ad particulare iudicium dei, ita nihilominus ut graui seu letali egreditudine incubens ipse insirmus p exercita apta ac specialia, p sua conscientiae diligentissima discussione, p plena contritione & integrâ confessione, p profundissimâ fti cordis coru deo protestatione, p orones ardentes, p meditatio nes de passione dñica, de immuniti sibi diuino iudicio, de supplicij impioze & gaudijs ele ctore, per grâde & integrale totius emeditationis proposito, p eucharistiae affectu osam susceptione, atq; p sacrâ unctione præpare se ad mortem & ad occurrentum iudici metuens moribido. Itaq; optima & uere tutissima ad mortem dispositio est, tempore sanitatis & iuuentutis taliter deo seruire & ita se corâ plo in cunctis hñc, utin extrema, summa & piculissima illa necessitate mereat homo nō derelinqui, sed adiuuari, cõseruari ac saluari à dño, quæ admodum & Psalmista orauit: Cū deficit uirtus mea, ne derelinquas me. Porro si q̄s ita nō egit, nō tñ in extremis despct, imo tunc saltē p confessione & alia iam praetacta, ad salubrem exitum se disponat. Sed inæstimabiliter piculosum tam diu differre, quæ admodum 4. libro magister Sententia ex uerbis cōprobatur Augustini, dicitur: Si q̄s positus in ultima necessitate uoluerit accipere pniam & accepit, sicuti decedit, fateor uobis, non illi negamus quod petit, puta uiaticū aut poenitentiā, sed non præsumimus q̄ bene hinc exeat. Nunq; dico diuinabitur: sed nec dico q̄ liberabitur.

Augustinus Si ergo uis à dubio atq; periculo liberari, age poenitentiā dum sanus es. Si sic agis, dico tibi q̄ lecurus es, quando pniam tunc egisti, quando peccare potuisti. Si uis poenitentiā agere quando iam peccare non potes, peccata te dignerūt, nō tu illa. Nullus ergo expectet q̄s q̄ peccare non potest. Arbitrii enim dñs quaerit libertatem, ut delere possit comitia, non necessitatē charitatem, nō tātum timorem, quia non in solo timore uiuit homo. Quem igitur sero poenitet, oportet nō solum timere iudicem, sed etiam diligere, quoniam sine charitate nemo potest saluus esse. Non itaq; tantum timeat pœnam qui poenitet, sed anxietur pro charitate & gratia. Sed quoniam uix uel rara est in fine tam iusta conuersio, timendū est de poenitentiā sero. Attamen qm̄ deus semper potest & p̄mis est, semp etiam in morte potest iuicare, sed quoniam multa sunt quæ tunc impediunt & languent retrahunt, piculissimum est in teritu q̄ uicinum, usq; ad mortem protrahere pñia remedium. Hinc itaq; loquitur Augustinus: Plane aut non aut uix intuenio te moris tempore aliquam posse pniam facere. Tunc namq; omnes potentiae & uirtutes sunt occupatae uehemētia mortis, & destituta sunt oia libertate. Hinc q̄q; Hieronymus: Qui dum sanus & iuuenis est, deū offendere non uere in corde, indulgentiam non meretur. O charissimi filii, qualis est poenitentiā illa quam tunc & idcirco quis accipit, quando & quia se diutius non posse uiuere cernit. Hinc etiam ait Bonaventura, q; anima in extremis ita intenta est dolori mortis & ægritudinis, quod uix potest redire ad se. In Horologio quoq; eternæ sapientiae in persona improuise ac indisposito morientis sic dicitur: Q[uo]modo possum me modo conquerere? & qualiter nunc ualeo ueraciter poenitere? Nonne uides angustias mortis me præuenientes? Ecce timore & horrore tam uehementer perterritus sum, sic alligatus sum uinculis mortis & a nixetibus nimis premor, ut quid agendum sit non uideā.

Hieronymus FRA. De hoc ueritate non ambigo, at uero, non tñ secularibus præuientibus, sed religiosis quoq; se negligenter habetibus grande instar piculat qm̄ sicut homo se habet circa deum dum sanus & fortis est, sic deus le habet circa illum dum letali ægritudine cōtabescit. Sed cū naturale sit homini libeter gaudere, recreatione amare, faciliter q; resoluiri in risum & tristia fugere, q; quæ omnia soleat saluberrima & intenta mortis cōsideratio tolli à corde & mētia cōpunctio dissipari, imo & p̄fata ad mortem p̄paratio impediri, precorde ostē de mihi tale de morte ac moriēte imaginatione, ut p̄ eā possim abiçere oēm cordis dissolutionē, inanē lātitiam, uanitatem, iocos ac risus.

Articulus XXXV. Qualē debeat homo imaginationē de morte ac moriēte suo cordi imprimere atq; asidue diligenter reuoluere.

DIO.

Cōparatio **S**icut is qui uult de passione & morte dñi nostri Iesu Christi fructuose & optimè cogitare, ita debet imaginari ac si iam ipso cernente Christus cōprehendatur, conspatur, & omnia illa sustineat quæ cum euāgeliā historia pertulisse testatur: hoc est, quasi propriis corporalibus oculis uideat innocentissimum ac mansuetissimum filium dei nudari, alligari columnę & atrocissime flagellari, spinis coronari, cruci affigi, diris clavis per sacratissimos pedes & manus tenerimas transforari atq; uiolentissime in cruce distendi, & in tam uehemētissimo dolore ibi pendere: ita q; cupit compunctā & saluberrimā mortis cōsiderationē aslumere, imprimat cordi qualiter qui infirmatur usq; ad mortis ex-

tre

tremum perducatur articulum, & quasi p̄fentialiter uideat aliquem morientem. Inauginare ergo & corde recollecto diligenter cogita, qualiter homo dum morti propinquat, iacet in lecto miserabilis, uiribus destitutus, relictus omnia quæ in hoc mundo habuit & male amauit, & aliud seculum ingressurus, moxq; metuēdissimo iudicii p̄senterans, & scipium amplius iuware non ualens, qui paulo ante tam fortis & agilis, tam iucundus, liber ac imperterritus uidebatur. Perpende qualiter tunc frons obduretur, corpus rigescat & cadat capilli, labia atq; pallescant & oculi errent ac euant, manus nigrefcant, uultus palefacat, pulsus caprize, habitusq; deficiat & amarissimæ mortis puncturæ interiora circumdent, & ipsum cor premant ac penetrant, mox quoq; assit sudor mortis, naturam esse uictam demonstrans ac membra petrantiens. Tunc certe commouentur cūsides dominus & nutant uiri fortissimi, & otiose existunt molentes & tenebrescent uidentes per foramina. Tunc rumpetur funis argenteus & recurrit aurea uitta, atq; cōteritur hydria super fontem ac rota confringitur super cisternam quoniam ibit homo in domū eternitatis suę, reuertetur p̄ puluis in terrā, & redibit spūs ad deum qui dedit illum. Cumq; naturalia ista sint ita poenosa, tñ aliunde instant grauiora & magis horrenda, uidelicet & terrimi & larvales demonū uultus, acerbissimæ etiā impugnations eoy & metuēdissimum deiudicium. Intuere quibus & qualibus angustiis, doloribus atq; terroribus misera anima concutiat, dū exterioribus sensibus aīuo actu cōsantib; ad seipsam reuertitur, & uniuersa sua peccata subito ac clarissime intuetur, imminentes sibi malignissimos ac procacissimos spiritus cernit, & super omnia paucendum p̄stolat iudicium. Insup ipsa mors inessibiliter est amara intantū, q̄ quidā precibus sancti Hieronymi resuscitatus à mortuis dixit Cyriollo: Anima mea corpus reliquit tam grauiter & canare, q̄ certe quante fuerunt illę angustiae & pressuræ, non caperet mens humana, nisi ut ego experientia dīdicisset. Si enim omnini hominum intelligentia uniuersas quas uellet angustias & dolores excogitaret, omnia reputarentur prōnihil respectu dissolutionis anima à corpore. Si hanc morientis effigiem cum uniuersis circumstantijs nunc praetactis nostræ memorie imprimeremus firmissime, & recognoscemus asidue ac profunde, puto qđ nec ridere, nec iocari, nec levitatisibus aut uanitatisibus locum tribuere delectaret. FRA. Vere salubris doctrina, suauissimumq; cōfiliū, atq; (ut puto) istud est scire mori, est adimplere id quod in euangelio ait saluator: Vigilate omni tempore orantes, quia nefas dicti neq; horā. Hoc est digne deo conuersari iuxta exigentia propriæ uocationis aut professionis, & cum metu, timore ac tremore propriæ operari salutē, sicq; paratu esse ad mortem, quod est omni die ita se corā deo habere, ac si eo tollendi essemus de uita p̄sente. FRA. Vt uide deo, hucusq; nūnq; negligens fui ac dissolutus. DIO. Bonū est seipsum humiliiter accusare, supet ut nos pariter & efficaciter emendemus. FRA. Reftat ut de tentationibus quæ morituris & agonizantibus solent contingere, & de remedijis contra eas loquaris.

Articulus XXXVI. De temptationibus quæ agentibus in extremis accidere solent, & de remedijis contra eas.

DIO.

In Apocalysi legitur q̄ alcederit diabolus de abyssō habens iram magnam, sciens q̄ modicum tempus habet: quod ad literam à multis exponitur de principe tenebrarum & eius impugnationibus, quibus in istate tempore generalis iudicij & termino mundi, in uasurus & tētaturus est genus humanum tanto inuidiosius, ac iuicius ac multiplicius, quanto breuius tempus tentatiū sibi sciet esse residuum. Quemadmodū ergo tunc tam rabidissime aduersus genus consurget humanum, ita (ut creditur) demones tanto grauius tentant eos, qui letali infirmitate laborant, quanto certius uident sibi modicum temporis superesse, quo suis temptationibus poterunt illos ad auerionem à deo & ad damnationis barathrum trahere. Veruntamen tunc quoque locum habet quod ait Apostolus: Fidelis deus qui non patietur uos tentari super id quod potestis. Denique angelis sancti in hora tam extrema & summæ necessitatis non minus solliciti sunt ad subueniendum, quam angelis tenebrarum ad seducendum. Præterea, sicut sanctus docet Ambrosius: Callidissimi ac imp̄issimi demones tempore mortis specialiter enituntur hominem à fidei ueritate auertere, & alicui periculo errori doctrinæ ecclæsiae contrario implicare: quoniam fides est totius spiritualis & dīficilis fundamentum & radix iherendi ac oculus mentis. Prima ergo morientium impugnatio solet esse de fide, qui tunc sacramentum accipiunt eucharistiae, in quo sola fides p̄cipue habet locum. Huic maledictæ temptationi non potest homo nec in uita, neq; in morte melius salubriusq; resistere, q̄ eam tanquam diabolicum quoddā susurrium den

Et & & 4 tus

Mortisamā ritudo.
Marc. 18.
Ephes. 4.
Philipp. 2.

1. Corin. 16

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI,

Eusebius El
eronymi di
cipulus.

Climachus.

Job. 31.
Psal. 51.

Eccles. 9.
1. Cor. 4
1. Cor. 1.
2. Cor. 10.
Lucas.

rus contemnendo & irridendo, in modo nec aduertendo, atque simpliciter intra se cogitando. Ego firmissime credo sicut sancti apostoli, innumerabiles martyres, infiniti & gloriofissimi confessores ac uirgines sancte & uniuersalis ecclesiæ dei crediderunt & docuerunt, quorum si dem & doctrinam deus omnipotens, neminem fallens, per innumerabilia miracula sibi soli possibilia confirmauit, & de quorum sanctissima uita nullus potest ambigere, qui omnes per fidem hanc deo placuerunt, quos & deus fidelis ac uerus misericordia tantum in uita eorum, quam in morte atque post mortem. Secunda tentatio qua imp̄fissimi spiritus solent in extremis aliquos impugnare, est de impietate blasphemiarum, & ut turpe ac indecens cogitent aliquid deo aut sanctis eius, qua tentatione uehementissime inuaserunt sanctum Eusebium Hieronymi gloriose discipulum, à qua tentatione deber se homo omnino auertere & intra se dicere: Ego sum certus quod deus est summe & infinite bonus, perfectus & superlaudabilis, & omnes sancti eius omni uirtute repletis sunt. Tu autem diabolo omni malitia, falsitate, inuidia & uituperabilitate es plenus. Ideo ex hoc ipso quod tu suggeris mihi ista, scio quod falsa & prava ac pessima sint. Absit à me in aeternum ut deo & sanctis eius in dignum quid sentiam. Tertia tentatio est de desperatione, nempe ut sanctus vir Climachus scribit: Dum homo est sanus, persuaderet ei diabolus quod deus uere & infinite misericors est, & penitentiam hominis etiam in fine uitæ acceptet: idcirco interim non esse tam grande ut fertur periculum. Sed hora mortis iam imminentia, suggestum homini deum inflexibilem ac prorsus iustissimum esse, nullumque peccatum manere in ultimis, & penitentiam extimore prodeuntem esse inutilem. Tunc quoque reducit infirmo ad memoriam uniuersa peccata quae fecit, & quanta bona omisit, & ea uehementer exaggerat: & prescribit quae homo confessus non est, sicut multos ad desperationis pertrahit lacum, quos ante ad presumptionem, securitatem, negligenter induxit. Haec tentatio multos in hora illa tā grauerit uexat, sicut & quidam à morte resuscitati testi sunt, quod absque speciali & gratuito dei auxilio nequeat superari. Cōtra quam optimum extat remedium, ut homo intra se dicat: Certus sum quod desperatio maxime displiceat deo, & quod infinitam dei bonitatem, pietatem ac ueritatem grauius non possum in honore atque offendere, quam desperatio de ea. Absit ut putem maiorem esse meam prauitatem quam dei bonitatem, aut meam impietatem quam altissimi pietatem. Ipse quoque qui mentitur non potest nec fallere, omni uere penitenti & in spe speranti ipsumq; inuocanti, misericordiam indulgentiamq; poponit. Incomprehensibilis, omnipotens & immensa est bonitas eius ac pietas, que omnem me aminitatem infinite excedit. Non igitur desperabo de deo creatore ac salvatore meo, sed in ipso etiam si occiderit me, sperabo. In deo salutare meum, & gloria mea deus auxiliu mei, & spes mea in deo est. Quarta est de nimia securitate seu gloria uana, aut superflua complacentia periculosa ac stulta: quia ut instruit Cassianus, dum impius ille tentator hominem ad desperationem, pusilli ueritatem aut diffidentiam suu perfluum ue timorem non potest allucere, conatur eum ad periculosam securitatem, complacentiam fatuam aut gloriam inanem perducere persuadendo eidem: Euge euge, quam bene preualisti, quam bene te habuisti, quam prudenter te preparasti ad mortem, quantum habes deo regnari, quam secure hinc exies, quanta tibi iam restat felicitas. Contra tentationem istam perfidum remedium est sapientiale & prorsus salubre, ut homo intra se dicat: Nescit homo an amore sit dignus an odio, & Quid habes quod non acceperisti? & item, Qui gloriatur, in dominio gloriatur, & quia alia sunt iudicia dei, & alia hominum, & quod phariseus qui iustificauit & magnum reputauit se ipsum, fuit desuper reprobatus. Veruntamen aliqui uirtuosis ex inspiratione & consolacione speciali que gratia spiritus sancti solent in extremis gaudere in domino, & mortem tanquam amicam imperterritu animo praestolari atque hilariter acceptare. Porro securius est inter timorem & spem mori, hinc ex diuina misericordia confidendo, hinc ex propria culpa & insufficiencia metuendo. Quinta tentatio est de impatiencia, quae solet accidere eis qui longa & graui & eritudine consumuntur. Contra quam uerum extat remedium, ut intra se pensent ac recognoscant huiusmodi eritudinem esse signum diuine dilectionis & uisitatione dei paternam, atque culpas & purgationem, redempcionem quoque & euacionem maiorum suppliciorum quae hanc uitam sequuntur, & occasionem, in modo & proportionem ad gloriam ampliorem & ad protectionem diuinam. Consideratio quoque diuinae passionis intenta ualeat ad reprimendum impatientiam istam. Sexta tentatio est stulta spes euadendi infirmitatem ac uiuendi diutius, ex qua sequitur dilatio confessionis & imparatio mortis. Contra quam remedium est parte eligere tutiore, nec uanis speb; præbere autem.

DE PARTICVLARI IVDICIO SINGVLORVM.

552

auditu, neq; piculo seipsum committere, nec cōsolatores carnales aduertere. Septima est immoderata occupatio circa rem familiarē, & sobole ac propinquos, & circa terrena, quae relinquere mox oportet idem quibus debet se homo expedire, & rebus rite dispositis atque præsentibus salubriter admonitus & instructus se totum ad deum conuertere, & quae suam cōcernunt salutem, pensare. FRATER. Placent haec dicta, & bonum est præcognoscere ea, quia ut fertur, iacula præuisa minus percutiunt quemadmodum etiam ait scriptura: Frustra iacit rete ante oculos pennatorum. Idcirco peropere ut plenius exequaris de ista materia, qualiter imminentia iam morte assistendum sit migraturo, & qualiter ipse habere se debeat.

Præceptib;.

Articulus XXXVII. Qualiter assistendum sit mox morituris, & quomodo ipsi debeat se habere.

DION.

Hora tantæ necessitatis ac periculositatis instanti, debet unusquisque fidelis charitatem suam ad proximum migraturum, tanto feruentius abudantius cōmonstrare, quanto tunc maior est indigentia, & præsertim omnis prælatus seu eius vicarius ad sibi commissos, ne ex negligencia sua quis sibi credita, ab infernalibus illis lups crudelissimi, prædonibus, & procaciis ac fallacissimis hostibus deuoreb; decipiatur, ac omnium creatori salvatoriq; animarum eternaliter auferatur. Pastor ergo & custos ac medicus animarum tunc præcipue cureret adesse migraturo, pro quo & ipse coram deo ratione reddere obligatur. Quod si personaliter adesse conuenienter nequiverit, cum diligenter summa disponat, ut deuotæ, religiosæ, & prudentes personæ assitant illi quoque exhalauerit spiritum. Prouidendum est quoque ut sancta crux truncante morientis oculos collocetur, & aqua benedicta super ipsum & undique circa leuctu eius saepius aspergatur. Insuper aliqua persona ad hoc magis idonea sedeat assidue iuxta ægrum mox deceplurum, & eum diligenter & opportune, feruentius & deuote exhortetur de necessarijs ac pertinentibus ad salutem, quamdiu capax esse uidetur: specialiter vero ad nomen ait ut nulli diabolice suggestioni, nulli mortiferae tentationi prefret confidum, in omnibus illis uiriliter relucentur, in infinita de misericordia confidendo, ac uiscera pietatis diuinæ humiliter inuocando, & si assidens deprehendere poterit qua tentatione moriens impugneretur, debet eum specialiter contra illam tentationem armare, commemorando ei congrua contra illa remedia. Vniuersi demum qui adsumt, debent pro eius defensione, conductione & salutem indefinenter cum omni compunctione & feruore orare, excluso omni carnali & inordinato amore, omnique impertinenti occupatione. Admonendum est etiam æger, ut Christi passionem attendat, & Christum pro se passum mentaliter amplectatur, atque pro uniuersis beneficiis suis ei pro posse regratetur. Prouidendum est item ut aliquid passionem Christi tunc legat, & symbolum fidei alta uoce legatur, ac saepius repetatur, præsertim obitu egredi iani de proximo imminentie, sed & septem psalmi cum Litanijs, cum ingenti denotione legendi sunt. At uero de interrogationibus quæ proponendæ sunt egris spiritualibus secularibus ue personis Anselmus & Cancellarius Parisiensis alijq; satis conscribunt, & ut videatur, sufficiat ut breuiter a migraturo queratur: Tu creditis quicquid sacra scriptura & sancta mater ecclesia docent esse credendum? Quo respondente quod imo, queratur: Tu doles quod dominum deum tuum unquam offendisti, & uelles quod magis inde doleres ex uera charitate & zelo iustitiae, non ex solo seruissi timore? Quo respondente quod imo, queratur: Tu petis tibi de omnibus tuis peccatis ab infinita dei misericordia misericordissime indulgeri? Quo respondente quod imo, queratur: Tu habes propositum integrum, nunq; peccati de cetero, & seruissi deo perpetue, si contigerit te sanari? Quo respondere quod imo, addat: Tu in hac hora cōmēdas aiam tuu unquam offendisti, & nunq; uis separari ab eo, & merito passiōis domini nostri Iesu Christi optas salutari, atque à gloriofissima uirgine Maria, & à sancto angelo tuo, & ab omnibus sanctis dei postulasi in hoc tempore & in omni hac tua necessitate iuuari, & in omnium horum, de quibus te interrogauit affectio ne ac fide cupis separari, à corpore ac lumino iudici præsentari? Quo respondente quod imo, persona interrogans dicit: Et ego & omnes qui adsumus, commendamus te infinitæ misericordiæ dei tui, ut ipse te defendere & saluare dignetur, & meritis domini nostri IESV CHRISTI, ut tibi succurrant, & tuum suppleant imperfectum, ac pre-

Heb. 10

Interrogantes
respondentes

Et &c. 5 cibus

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

Quotum ad monitus sit agere.

cibus beatissime genitricis dei uirginis Mariæ, omniumq; sanctorum, & sancti angelii tui, fit te circumdenter, & incessanter finaliterq; conseruent. Præterea ipse & gesatis tē pessime est admonendus, præsertim a suo superiori, quatenus dum adhuc bene compos est in mentis, plene & integre confiteatur & omni uana spe conualescentie spreta omnia sua disponat, cunctis indulgentiis ab omnibus indulgeri preceretur, ablata & cuncta bona iniuste adepta, seu habita reddat & debita sua persoluat, & pro sua subuentione largiatur ecclesia, & egenis pro posse. Instruendus est quoque q; confessio ex solo timore seruili facta non proficiat ad salutem, ideo de uniuersis peccatis suis studeat penitentia, ac confiteri ex charitate & zelo iustitiae, inquantu[m] fuerūt displicentia deo & offensia ac inhonoratio sanctitatis ac maiestatis diuinæ, q[ui]bus pacis, cu[m] omni posse suu[m] mentem suu[m] cōuertat ad dñm eius misericordiā inuocando, eius pietati & gratia se recommendando, diuinæ liberalitati ac beneficentiae grates precordiales agendo, diuinæ voluntati suam voluntatem humiliiter conformando atq; subdendo, diuinæ quoq; equitatis rigorē sapienter timendo. In sola dei pietate & gratia confidendo, et omne bonum ac meritum deo plene ac integre ascribendo. In super recolendo acerbissimā passionē domini nostri Iesu Christi, & cæteris beneficiis eius, & omnē charitatem ipsius ad homines, inuocando quoq; ex corde uirginem gloriosam & sanctos, eos præsertim, ad quos maiorem habet deuotionem, & sanctum angulum suum, & patientiam conferuando in omnibus omniū tē p[ro]p[ter]a suggestioni prorsus dissentiendo, ac summe curando, ut in pura ac feruente affectione ad deum, seu in sincera conuersione ad ipsum recessat à corpore, certus quod in tali conuersione, seu auerione & ernaliter permanebit, in qua corpori suo recesserit. FRATER. Quia haec omnia catholice ac saluberrime descripsisti, restat ut aliquas orationes feruentes, a migraturo si poterit, alias a præsentibus profendas conscribere, nūc digneris, quo factio te ad alia festinarem, de hac materia amplius fatigare non uolo.

Articulus XXXVIII. Orationes à migraturo dicendæ, uel ab his qui affuerint ei.

Diuersis hominibus diuerse orationes conueniunt. Porro inter omnes orationes sententissima, excellētissima & communissima est oratio illa dominica, quā dominus & salvator proprio ore edocuit dicens, sic orabit: Pater noster qui es in celis. Hac ergo orationem sanctissimam tam infirmis quām qui ei assūt possunt frequentius deo offerre ac iterare. Vnde de sancto Hugone Gratianopolitano episcopo legitur, quod in extremis laborans una nocte trecentis uerbis orationem istam dominicam deuotissime iterauit. Aliquis autem infirmis, magis sapientiū psalmis & eos libentius legunt & faciunt coram se legi, quoque spiritum tradunt. Vnde & sanctus Augustinus agens in extremis, septem psalmos p[ro]cenitentes fecit in pariete scribi, & oculis suis opponi, quos legens ac intuens fleuit uberrime. Aliqui uero in quibusdam psalmorum uerbulis amplius delectantur, ut in illo: Domine dilexi decorem domus tuae &c. Quām dilecta tabernacula tua die uirtutū &c. Quēadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarū &c. & in quibusdā sequentib[us] psalmi illius uerbulis: & isti atq; cōsimiles uersus magis deseruunt hominibus in charitate seruentibus ac perfectis. Sunt autem & alijs uersus imperfecti & p[ro]cenitentes magis deseruientes, uidelicet Dhene in furore tuo arguas me &c. Dñe ne meminitis iniquitatū nostray antiquay &c. cum uersu & semiuersu sequentibus: Misericordia misericordias tuas qui saluos facis sperantes in te. Miserere mei deus cum multis uerbulis psalmi illius, & multū cōsimiles uerbi. Sunt in super alijs deuotissimi uerbi, tam perfectis q[ui] imperfecti morientibus conuenientes, ut isti & cōsimiles uerbi: Illumina oculos meos ne unq; ob dormiā in mortem negficiat &c. Ne derelinquas me dñe deus meus, ne decesse ris a me. Intende in audiitoriu[m] meū dñe deus salutis mea. A resistentibus dexter tuę custodi me, ut pupillam oculi. Sub umbra alaz[us] tuay protege me &c. Cor mundū creā in me deus &c. Ne proicias me à facie tua &c. Diripiſti uincula mea tibi sacrificabo &c. Illustra faciem tuam sup seruū tuum: saluum me fac in misericordia &c. Clamaui ad te dñe, dixi tu es spes mea, portio mea &c. Educ de custodia animā meā ad confitendum nomini tuo &c. Præterea uerbi iste dignissimus à christo in cruce prolatuſ: In manus tuas dñe cōmendo spiritum meum, est agonizant[us] ac morienti etiam, quis aduertere ne queat, sapissime ingerendus ac insondus, q[ui] grandem & specialem uim habet. Præfati itaq; & cōsimiles uerbi a morituro sunt preferendi, uel si eos proferre non ualeat, ab aliquo ei p[ro]p[ter]e sunt ipso audente pronuntiandi, & qui morientis dispositioni magis conueniūt sunt ei specialiter pro

po

DE PARTICVLARI IUDICIO SINGVLORVM.

558

ponendi. Laicis quoq; in Theutonico possunt proponi: potest etiam dici hic hymnus, Maria mater gratiæ mater misericordiæ &c.

DION. Articulus XXXIX. De specialibus orationibus tempore mortis.

Preter orationes praefatas possunt & aliae orationes deuotæ ac feruide pro morte offerri, imo & ab ipso si ualeat proferri, modica mutatione facta in uerbis. Itaq; ad deum patrem potest ista effundi oratio. O pater omnipotens & æterne, pater misericordiarum, & deus totius cōsolationis, tuam deprecamur bonitatem superpiissimam & immensam, per ineffabilem illam charitatem, quā dilexisti genus humanum, quando unigenitum acq[ui] charissimum filium tuum misisti in hunc mundum pro nostra redēptione, & ipsum ex sacratissima ac mundissima uirgine Maria uoluisti in carnari, & inter homines conuersari, ac tandem acerbissimam & ignominiosissimam mortem subire ostēde o domine in hac hora pietatis tuz abyssum, & charitatis tuae dulcedinem in hac tua rationali creatura nunc mortaliter infirmante, & ad te patrem spirituum redeunte: ostende ei ò clementissime ac supergloriosissime deus pater lucem miserationum tuay. O deus sancte, fortis, & immortalis, conforta mentem eius in te, intellectum eius illumina, uoluntatem eius accende, & conserua in te omnium ultimato ac beatifico fine summo & incommutabili, infinito & incomparabili bono protege eum ò p[ro]sternitissime pater ab omni adulteria potestate, ab omni occusio[n]e contrario, à tentationibus uniuersis, non secundum peccata sua facias ei, sed secundum tuæ benignissimę bonitatis immensitatem, secundum tuam charitatem affluentissimam & paternam, secundum multitudinem miserationum tuarum, ei nūc o super dulcissime deus pater miserere, & indulgere, parcere ac adeste digneris, & suscipe spiritum eius in brachijs tuz dilectionis per unigenitum tuum dominum nostrum Iesum Christum, per uniuersa mysteria & beneficia eius, per omnia q[ui] ipse pro nostra salute assumptis, fecit ac passus est, qui tecum uiuit & regnat in unitate spiritus sancti per omnia secula seculorum, Amen.

Alia oratio ad deum patrem.

Domine rex omnipotens, in cuius dispositione atq; imperio uniuersa sunt posita, cuius uoluntati nullus potest resistere, qui iuxta tuam omnipotentem, sanctam, supersapientissimam atq; liberissimam uoluntatem facis tam in uirtutibus celi, quām in habitatoribus terrenis, cui nullus dicere potest, quare sic facis: qui quibus uis misereri, & quos uis induras: aperti oculos tuu[m] misericordissime pietatis super hanc tuam miserabilem creaturam uiribus destitutam in extrema necessitate ac summo periculo constitutā, hostibus suar[us] salutis ac aduersarijs tuu[m] honoris horribiliter ac malitiose undiq; circumuallatam. O pater altissime, ne memineris iniquitatū quas ex humana fragilitate aut ignorantia, aut alia quauis causa seu occasione incidit aut commisit. Attende o benignissime ac suauissime pater, q[ui] prona sit humana natura ad lapsum, quanta sit eius infectio, q[ui] pro cliviis sit ex seipso humana cōdicio ad peccādum. Quid o superexcellētissime pater, est genus corruptibile, luteum uas, carnale ac mortale figurmentum, ut ita amariceris de eo, & uiscera misericordiæ tuę super illud contineas, & permittas illud perfire? Memeto o domine, q[ui] propter miseros peccatores misericors appellaris. Idcirco o fons totius pietatis & gratiæ ob tuam infinitam potentiam conforta in te hanc tuā deficitētem ac debilem creaturā, propter immensam sapientiam tuā animam eius illuſtra, propter tuam abstalem & interminabilem pietatem uniuersis culpis eius ignosc, propter omnem beatitudinem tuā prorsus illuminatā libera eam ab infernali miseria, & ab omni calamitate eam circundatā ac opprimente. Da ei sanctissime pater cum tanta contritione à corpore emigrare, ut benignissime suscipiat à te per unigenitum tuum dominum nostrum Iesum Christū, per preces & merita clementissimae virginis, tibi o pater æterne comparentalis, per intercessiones ac merita totius triūphantis eccl[esi]e, & omnium uiatorum tibi placētum, qui cum unigenito tuo & adorando paraclete spiritus unus es uerus, solus ac summus deus.

Tertia ad deum patrem. Oratio.

O Deus & pater domini nostri Iesu Christi, à quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur, cui proprium est misereri ac parcere, à quo alienū & peregrinum est irasci, punire ac vindicare. Obsecramus te o superp[ro]p[ter]issime & superdulcissime pater, per communicationem illam adintrā, quatuor tam deitatis tuæ plenitudinem communicas unigenito filio tuo per generationem æternam, atque spiritus sancto, per diffusionem æternam & immanentem, effunde super hanc tuam creaturam pau-

^{2. Cor. 1:10. 3. 1. John 4:10.}

^{Baruch 3:2. 3. Sp[iritu]s.}

^{Ps[alm] 78:1.}

^{Hes[er] 1:1. Eccles. 8:1. Exod. 3:2. Roman. 9:1.}

^{Gene. 8:1.}

^{Ecc. 14:1. Daniel 14:1. Exod. 2:1. 15:1, 5:8.}

^{Ephes. 8:1.}

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHUSIANI

perem & infirmam omnisi solatio destitutam, liberalissima dona gratiae tuae, preueni & conserue eam p[re]i[st]issime, applica eam tibi d[omi]n[us] gratiosissime d[omi]ne, fac eam d[omi]n[us] gloriostissime ac serenissime deus pater esse uas misericordie tuae immensum. Nihil proficiat in ea aduersarij humanae salutis, protege eam sub umbra tu[er]c omnipotentis uirtutis. In tanta tentationum & afflictionum caligine animam eius irradia gratia tuarum suauissima luce, & consolationum tua runi interna tranquillitate, periculum eius in manibus ciuius est, & nunc in unius horae momento, aut aeternae damnationis sententiam merebitur obtinere, aut in tua charitate & gratia decedendo iudicium saluationis perpetuo consequetur. Ecce d[omi]n[us] pater adorande & bene dicte, qui a nobis pauperculis atq[ue] fragilibus creaturis ad omne malum pronosticis, pater appellari dignaris, ecce q[uod] infinitum periculum misericordissime, ergo succurre d[omi]n[us] clementissime ac fidelissime pater, nec in hac periculosisima hora auferas misericordiam tuam salvificam a creature hac agonizante, sed eam benignissime intuere, corroborare, salua, poside p[ro] unigenitum tuum in charitate & pietate spiritus sancti, interuenientibus omnibus sanctis tuis pro ea, ad laudem & gloriam nominis tui.

Oratio ad filium dei prima.

Obsecramus te d[omi]ne Iesu Christe per charitatis tuae ardorem, quo te ipsum pro nostra redemptione tradidisti in mortem, mortem autem crucis acerbissimam atq[ue] turpissimam, & per tuu[m] pretiosissimi pro nobis liberalissime fusi sanguinis pretiu[m], per tuu[m] quoq[ue] amarissimam passionis indeficientissimum ac copiosissimum meritum, atq[ue] per tuam dilectissimum matrem, & suu[m] maternu[m] compassionis acerbitate assistentiamq[ue] fidelissimam, qua astitit tibi usq[ue] ad tuam in cruce expiracionem, misifica pietatis tuae abyssum in hoc tuo famulo aut famula a luce uitae presentis, ad te omnium iudicem metu[m] diffissimum pergentem. Praepara animam eius d[omi]n[us] ad occurrentem tibi salubriter; ne quaquam sine uera contritione ac filiali ad te coquessione permittas eum separari a corpore, uisa & illustra mentem eius uisitatione tua secreta, p[re]i[st]issima & paterna, qua in ictu oculi, in instanti conuertis atq[ue] justificas impium, & de immundo efficas mundum. Mitte ei d[omi]no mine & saluator auxiliu[m] gratia tuae a throno gloriae tuae, & ea pietate qua latroni sero p[ro]nitenti in dulcissime promisisti Hodie mecum eris in paradiso. Etiam in isto ostendit uiscera tuae charitatis ac pietatis, & praecipe eum ad tuam misericordiam peruenire saluator mundi, rex gloriae, princeps uirtutum, iudex altissime, qui cum patre tuo aeterno & suauissimo spiritu sancto uiuens & regnas deus per omnia secula aeternaliter benedictus, Amen.

Oratio secunda ad filium.

Propter charitatem illam superardentissimam & immensam, qua tu d[omi]n[us] unigenite filii dei, patrem tuum aeternum aeternaliter diligis, atq[ue] ab eo infinito amore diligiris, animam huius morientis tuae charitate informa. Propter omnem uauitatem, amabilitatem ac munificentiam spiritus sancti charismata gratia tuae in eo confirma, & sancte, iuste & innocens agne dei, qui propter nos ab hominibus dijudicari dignatus es, & quae non rapuisti exoluere uolueristi, esto huic in exitu suo potius propitiis aduocarus, q[uod] ius d[omi]ni sequeris. In tuis sanctis ac profundis uulneribus absconde, eum dulcissime domine Iesu Christe, a cuius hostiis temptationibus atq[ue] infidelijs. Tu domine qui es uia, ueritas & uita, fine cuius ductu[m] & gratia nemo uenit ad patrem, per uiam salutis duc eum in splendore summae ueritatis ad uitam gloriae aeternalis, ea pietate immensa, qua respexit Petru[m], dum te ter negauit, & fecisti eum ex uera contritione flere amare, respice cor istius, & o[mn]i obice culpae tolle ab eo, quatenus in sancta contritione decedens a carne mortali, m[er]eat[ur] a te stolam immortalitatis uestiri, & te regem gloriae in tuo decoro beatifice contemplari. Qui cum deo patre & spiritu sancto uiuens & regnas per secula uniuersa in coelesti illa splendidissima ac amoenissima patria.

Oratio tertia ad filium.

Domine Iesu Christe unigenite patris summi, ob tuu[m] te obsecramus dignissimam incarnationem, sanctissimam in hoc mundo conuersationem atq[ue] plenissimam charitatem, quam omnibus nobis in cena nouissima demonstrasti, corpus tuu[m] purissimum ac pretiosissimum sanguinem tribuendo discipulis in escam & potum, & per uehem eti illam anxietatem, qua cōtremuisti quando post ternam tuam orationem factus es ludor ex tenerissimo corpore tuo erumpens sicut guttae sanguinis decurreris in terram, atq[ue] per omnem mansuetudinem, humilitatem & patientiam, quas tempore passio[nis] habuisti, dum a sceleratissimis transgressoribus captus, ligatus, consputus, irritus, blasphematus,

2 Timo.2,
Psal.55
Psal.16

2 Machab.4

Isai.53,
Phil.2.

Iohann.19

Proverb.17

Iob.14.

Luc.23.

Psal.23.

Iere.11
Iohann.1.
Iacob.53.
Psal.68

Iohann.14.
Eodem

Matt.26

Marc.14

Luc.22

Matth.26
Marc.14
Iohann.13
Luc.22
Matt.26
Iohann.18
Marc.14
Lu.22

DE PARTICVLARI JVDCIO SINGVLORVM.

559

tus, & alapis caesus fuisti; per omnem quoq[ue] dolorem, quem sustinuisti quando tam in humeris flagellatus, spinis coronatus, propriis humeris crucem baillias duxisti, diris clavis perforessis, & in crucis patibulo violentissime es distentus, & ipsam mortem perpeffus, per omnem etiam compassionem, qua tibi tunc condoluerunt discipuli & amici tui astantes, specialiter sanctus Iohannes, & deuot[us] foemina te secute, specialissime tua dilectissima genitrix uirgo Maria esto in hora hac p[re]i[st]issimus miserator huius anime a sua carnis ergastulo recendentis, ad cuius deuorationem concurrerunt & astant tot lupi ac dracones ac be[ati] lucae infernales, a quorum rabie, importunitate atq[ue] ferocia eam eruerunt modo digneris, circunda & imple eam lumine tuae clementiae, uirtute constantiae, charitatis ardore, & omnpietate ac gratia ei necessaria ad salutem. O domine & saluator, rex, iudex ac legifer noster, propter charitatem illam perfectam & ineffabilem pietatem, quia in cruce pendens pro tuis crucifixoribus exorasti, indulge p[re]i[st]issime huic mox migratur, & nos pauperes seruulos tuos, exaudi nunc misericordissime domine deprecantes pro illo, ut angelica ope protectus, tuo metuendo tribunal presentetur saluandus, ac clementer tractandus. Qui cum patre & spiritu sancto unus es deus aeternaliter uiuens, & omnium dominans.

Oratio prima ad spiritum sanctum.

Adorande paraclete spiritus sancte, qui ex patre & filio aeternaliter manas, cui bonitas, communio, pietas, pax, dulcedo, charitas atq[ue] connexio appropriantur, obsecramus tuam liberalitatem p[re]i[st]issimam & immensam per tuam aeternam ex parte & filio processionem, infunde nunc radium tuu[m] propitiationis in animam istam undique angustiarum, omnem malignorum spirituum falsitatem & obscurationem expelle ab eis diffundere in eam diuitias gratiae tuae, eamq[ue] conforta & erige contra uniuersam accidens uitiorum ac demonum, ut eam plene contritam ad suum creatorum seruide aspirare, & ad fontem totius puritatis ac sanctitatis purificari uenire. Ea largitate ac dignatione qua in die pentecostes in igneis linguis super Christi discipulos descendisti, & mentes eorum copiosissime adimplesti, splendidissime illustrasti, & calidissime inflammasisti, etiam nunc mente animae huius hinc abeuenter benignissime in p[re]i[st]issime, illuminata & accende, & ad te totius salutis ac gratiae fontalem originem digneris saluam perducere. Qui cum patre & filio aeternaliter uiuens & regnas deus uerus omnipotens.

Oratio secunda ad spiritum sanctum.

Obsecramus bonitatem tuam munificentissimam atq[ue] dulcissimam o spiritus sancte, qui es laborantium subleuator, periclitantium liberator, errantium reditor, ut propter mutuum illum ardentissimum & immensem amorem, quo tu iterus deus, patrem aeternum & unigenitum eius filium aeternaliter amas, & ab eis amaris. Ostende nunc charitatem tuam in anima agonizantis istius. In hoc labiorissimo eius conflictu gratiosissime subleua eam, in tanto constitutam periculo misericordissime adiuua, si in aliquo deuiat, ne differas eam reducere, sepius formem gratiam tuam effunde in eam. Esto ei ductor & finis, beatificator & custos propter superliberalissimam illam donationem, que tibi a patre & filio data est, deitatis plenitudo per aeternam inspirationem, in enarrabilem magnitudinem tuu[m] liberalissime benignitatis declarata in anima ista, hoc feculū relinquent, q[ui]tenus educta de carcere huius exilij, inueniat hodie receptaculum gratiosum consolatoriumq[ue] hospitium. O superdignissime consolator spiritus sancte, qui cum patre & filio uniuersorum es conditor, iudex ac dominus, Amen.

Oratio tertia ad spiritum sanctum.

Clementissime atq[ue] dulcissime spiritus sancte, quo pater & filius se inuicem aeternaliter diligunt, qui es amor amorum, pax serenissima, tranquillitas infinita, communio plena, sempiterna atq[ue] communis laetitia; cuius dono & cooperatione celebrata sunt uniuersa nostrae redemptionis mysteria, de quo illibatissima ac diuinissima uirgo Maria uerbum patris aeterni uerum deum concepit: tu qui ab exordio mundi gratia tuarum charismata hominibus multipliciter infundiisti, & multorum indurata corda gratiose p[re]uenisti, emollisti & conuertisti, cu[m] uerba tua hinc pergerem ad te coquessione completa, quicquid durit, quicquid obstaculi gratiae tuae, quicquid impedimentis saltu[m] in ea extiterit, dignanter & superp[re]i[st]issime tolle ab ea, & gratiam consummatam ei largire: per quam conseque m[er]eat[ur] aeternam felicitatem, & inter uasa tuae misericordie comp[re]metur: ad laudem & gloriam pietatis tuae penitus infinita.

Oratio

Matth.37
Marc.14.
Iohann.18
Iohann.19
Marc.22.
Luc.22
Iohann.19

Isai.33.
Isai.53.
Luc.23.

Aet.3.

Aet.3.

Oratio ad superbeatissimam trinitatem.

O Trinitas adoranda, unitas summa, & deitas simplicissima, ob tuam inseparabilem unionem coniunge tibi per charitatem perpetuam gratiamq[ue] finalis, spiritum huius nunc morientis, ut per gloriae unionem plenariam unus tecum sit spiritus, per seruentissime dilectionis intimissimam transformationem. O trinitas consubstantialis, coæqualis & coæterna, ob tuam substancialiæ identitatem essentialiæq[ue] unitatem, animam istam Christo incorpora, & mystico eius corpori infere eam, ut tanq[ue] olim uia fructifera plantetur in paradiſo coelesti, & choris inferatur angelicis. O supergloriosissima trinitas, propter communicationem & emanationem tuam ad intra, effunde super istam agonizantem dona gratie tua, & abundantiam pietatis ac largitatis tuae in hac hora in ipso demonstra, ne abducatur aut separetur a te. O pater æternus, o unigenitus dei superpulcherrime, o suauissime paraclete spiritus sancte deus unus & trinus, ob tuam mutuam intuitionem, plene comprehensuam, & infinite iucundam, fac animam istam te nunc per fidem sinceriter intueri, ob tuam mutuam dilectionem superardentissimam ac intensius imminentiam, accende eam tuo sancto amore, ob tuam mutuam fruitionem beatissimam & aeternam, perduc eam ad tui beatificam fruitionem, propter oem charitatem, misericordiam & gratiam tuam super genus humanum, educ eam de corpore omni uirtute ornata, per uniuersa mysteria, merita ac beneficia Iesu Christi, per preces & merita uirginis gloriosæ, omniumq[ue] sanctorum & electorum.

B Eatissima uirgo Maria, rotius humani generis fidelissima aduocata. O regina misericordiae, cui regnum misericordiae a deo omnipotente cōmisum est. O affectuissima hominum misericatrix, & ardissima eoz amatrix, ob incarnationem, nativitatem & educationem unigeniti filii dei ex te, ob oem tui & eius mutuam in hac uita cōuersationem mutuamq[ue] dilectionem, propter oem charitatem, perfectionem, uirtutem & excelleniam, gratiam & gloriam, tibi a superbeatissima trinitate exhibitat. O uniuersa triumphans ecclesia, o omnes angelici chori, & cuncti ciues celestes, sancti patriarchæ, illuminanti prophetæ, gloriosi apostoli, martyres uictoriosi, cōfessores fideles, uirgines sacre; O sancte Michael princeps ecclesiæ, & tu angelæ sancte cuius huius infirmi, clementer succurrere animæ hinc migranti, eam consolari ac adiuuare dignemini, quousq[ue] ad uestræ beatissimæ societatis admittantur ingressum.

Commendatio animæ emigrantis.

O Dilecta nobis in Christo anima, adoranda trinitatis imagine ac similitudine insignita, sanguine filii dei redempta, ad æternam beatitudinem condita, & nunc ecclesiasticis sacramentis munita, egredere confidenter de corpore mortis huius, & ad tuum perge creatorem ac iudice, qui te misericorditer dignetur suscipere, ac mitti, iudicare. Occurrant atq[ue] subueniat tibi omnes sancti & ciues celestis Ierusalem, nec tibi auxiliari desistant, quousq[ue] ad locum habitationis glorie eoz ad paradisum cœlestem, ad regnum felicitatis æternæ introducatis ad laudem & gloriam omnipotentis. FRATER. Petitioni meæ per omnia supereroganter uideo satissimum, ideo præcordialestibi grates ex totis præcordiis offero. DION. Adhuc in fine opusculi breuiter cōmemorabo, q[uod] piuum sit defunctis in purgatorio detentis, fideliter subuenire.

Articulus ultimus. Quam charitatuum sit & benignum subvenire defunctis.

F Requæter prohibitum est, q[uod] tam pœna damniq[ue] pœna sensus in purgatorio extas, omne uitæ p[ro]fessi[on]is excessat suppliciū. Nonne ergo ferrea peccatora habent, qui existentibus in tantis tormentis non compatiuntur, neq[ue] pro posse auxiliari conantur. Deniq[ue] dum proximos nostros tanq[ue] nos ipsos iubemur diligere: dñsq[ue] præcipimus facere eis sicut nobis ab ipsis fieri affectamus, per proximos intelliguntur oes rationales intellectualesq[ue] creature, que beatitudinis sunt capaces ergo & animæ in purgatorio existentes illis itaq[ue] facere ac subuenire tenemur, quæ admodum nobis fieri in simili casu uellemus. Præterea si quis uideret quæq[ue] mortalium, quis ignotus & alienum, imò & inimicu[m] in medio æstuantissimi fornacis iacere, & posset ei ad euadendum succurrere, nec tam succurreret nonne ab omnibus durus immisericors ac crudelissimus reputaretur? Quanta est ergo eorum negligencia, immisericordia atque perueritas, qui detentis in purgatorio animabus, non condolent neq[ue] auxiliantur, præsertim parentibus, propinquis, notis, benefactoribus & amicis, imò uix semel in die recordantur illorum. Amplius, ut communiter dicitur, existentibus

stentibus in purgatorio instantum prostant uiuorum suffragia facta pro illis, quantum ipsi in vita h[ab]ent meruerunt ut talia possente eis prodeesse. Idcirco qui tardi & negligentes ac duri sunt ad succurrendum defunctis, sciant quoniam qua mensura metiuntur, eis quoq[ue] remitteretur: & taliter eis subuenietur, quemadmodum meruerunt & subuenierunt. Insuper tales non uidentur attendere, quod pro defunctis orando, eleemosynas tribuendo, disciplinas accipiendo, peregrinando & sancta loca uisitando, celebrando, Missam ue audiendo, psalmos & officia defunctorum legendo, non solum defunctis subuenient, sed etiam fibi ipsi promerentur gratiam in præsenti, & gloriam in futuro, dum prædicta agunt ex charitate. Nā quicquid ex charitate efficitur, meritorum est gratia ac fatuus. Existebus autem in purgatorio non potest quis amplius gratiam promerer nec gloriam, sed glorias accelerationem, per hoc quod satisfaciendo pro illis, impetrat pœnas ipsorum abbreviari. Etenim id opus bonum est meritorum & satisfactoriorum meritoriorum, in quantum ex charitate procedit: & satisfactorium, prout defunctis applicatur & communicatur, id est, propter annum laborem ac alias cauas. Hinc in quadam uisione ostensa beatæ Brigittæ uidetur legitur angelus sanctus dixisse: Benedictus stilus in mundo, qui iuuat animas orationibus & bonis operibus atq[ue] labore corporis sui. Deinde de purgatorio audiebantur multæ uoces, dicentes: O domine IESV Christe, iuste iudex, mitte charitatem tuam spiritualibus ecclæsticis personis, quia tunc magis quam nunc adiuuari poterimus de corum cantu, lectio[n]e, oblatione ac precibus. At uero supra spatum, de quo clamor uocum illarum audiebatur, apparebat quasi domus, in quam multæ uoces audiebantur, dicentes: Merces stilis qui mittunt nobis auxilium in nostris defectibus. In ipsa quoq[ue] domino uidebatur quasi aurora consurgere, & subtus auroram apparuit nubes, quæ nihil habebat de luce auroræ, de qua processit uox maxima, dicens: O domine deus, da de tua incomprehensibili potestate unicuiq[ue] centesimam remunerationem in mundo his, qui suis suffragijs nos iuuant ac eleuant in lucem tuæ deitatis & in uisionem diuini uultus. ERA. Hucusq[ue] non perpendi tam clare, quam pium ac iustum, imò & debitum sit subuenire defunctis, unde propono deinceps circa hoc sollicitari atq[ue] instantior esse. DIO. Bene agis, & certum est quod hi qui de uiuorum aut defunctorum elemosynis iuuant, videlicet prælati, sacerdotes, canonici, religiosi accerti, specialissime obligantur per orationes, celebrationes seu actus consimiles succurrere illis, quorum sustentantur stipendijs. FRA. Graue est ergo de talibus sustentari, nisi legitima fiat subuentio. DIO. Plane sic est, imò iuxta sanctorum patrum doctrinam, furtum, rapina ac sacrilegium perhibetur. Restat ergo ut uniusquisque secundum exigētiū sui status, gradus aut ordinis, uocationis aut professionis studiat condecorare ac debite conuertari. Ad laude, gloriam & honorē altissimi, qui est iuper omnia deus sublimis & benedictus. Amen.

TOMI I. OPERVM MINORVM D. DIONYSII A
Rickel Carthusiani, finis.

TERNIORVM I. TOMI INDEX.

a, b, c, a, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, o, p, q, r, s, t, u, x, y, z, A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M,
N, O, P, Q, R, S, T, V, X, Y, Z, Aa, Bb, Cc, Dd, Ee, Ff, Gg, Hh, Ii, Kk, Ll, Mm, Nn,
Oo, Pp, Q, q, Rr, Ss, Tt, Vv, Xx, Yy, Zz, Aaa, Bbb, Ccc, Ddd, Eee, Fff, Ggg,
Hhh, Ii, Kkk, Ll, Mmm, Nnn, Ooo, Ppp, Q, qq, Rrr, Sss, Tt, Vv, Xx, Yy,
Zzz, Et & &. Omnes sunt terniones, præter b, c, e, m, n, Y, Ii, duerniones. Et
N, Rrr, Sss, Tt, Vv, Xx, Et & &, quaterniones.

Coloniae excudebat Iohannes Soter, Anno
M.D.XXXII, mense Martio.



ALARDI AEMSTELREDAMI IN LAudem DIONYSII
RICELI CARTHYSIANI EPIGRAMMA.

Quis nouus extaticus sophus hic? Dionysius ille
Ricelus, ecce! ceu Cato profiliens.
Quaevo illa nimis metuenda nouissima quorundam
Hoc genitrix vendico stemma mihi.
Quid laetus clausus, uestisq; simillima cygnos?
Index germana candor amicitiae.
Quid calamis? quid pugilares? plurima produnt
Scripta, quibus quoquis horror & admoneo.
Ecquid habes epiphonema tandem singula claudes?

Sic deus in seclum, sic benedictus amen.
Quid sol in manibus sibi uult errantibus unde
In recta possent, monstro, redire uiama.
Sub pedib; pistratus humi cacoem, inanea
Demonstrat fastus, quos ego despicio.
Quid sibi uult radice ccelu undique fundiglumet?
Nil coeleste nisi mens mea solicitar.
Sed qd op^r multis frustra me prodere signis;
E scriptis melius noueris effigiem.

